BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVIII
H
14
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

in die Kayſerliche Burg. Vorher giengen 12 Laqueyen, darauf folgete der Herr Bevollmachtigte, in einer neuen koſtbahren Kutſchen, mit 6 Pferden beſpannet, und giengen, auf beyden Seiten der Kutſchen, 2 Heyducken, und 2 Pagen, beyher; Darauf kam die andere, auch mit 6 Pferden beſpannte Kutſche, worin der Churfürſtliche Braunſchweig-Lüneburgiſche Geheime Legations-Secretarius, Herr von Reck, welcher ſchon bey der Erſten Chur-Belehnung, An. 1692, als Churfürſtlicher Secretarius, gegenwartig geweſen, nebſt den Herrn von ImHoff, und von Braun geſeſſen, wobey 2 Laqueyen hergegangen; und dann kam die dritte Kutſche, mit 2 Pferden, in welcher die übrige ſaſſen, die bey Hoffe, beym Eintritt vor dem Herren Bevollmachtigten mit vortraten. Als Er in den Erſten Burg-Platz kommen, tratte die Hauptwach, mit ihrem Ober-Officier, ins Gewehr, und da derſelbe in den inwendigen Hoff gefahren, thate die Schweitzer-Wacht dergleichen; die andere Kutſche aber, mit 6 Pferden, und die dritte, mit 2 Pferden, blieben in dem auſern Burg-Platz halten; die Laqueyen, wie auch die 3 Kutſcher, und 2 Vorreiter, die Heyducken, und Pagen, waren in einer blauen Liverey, mit breiten güldenen Borten, reich beſetzt, gekleidet, und hatten alle, auf ihren Hüten und Hauben, weiſe und rothe Federn. Wie der Herr Bevollmachtigte, durch den Trabanten-und Ritter-Saal, biß in die Erſte Kayſerliche Anti-Camera, zwiſchen von beyden Seiten im Gewehr ſtehenden Hatſchierern, und Trabanten, auch denen Kayſerlichen Pagen, gekommen war, und Ihro Kayſ. Maj. ſich auf den Thron geſetzt hatten, wurde derſelbe, durch den Herrn Graff Jœrger, ſo des verreiſßten Kayſerl. Obriſt-Cammer-Herren, und würcklich Geheimen Raths, (Tit.) Herrn Grafen von Waltſtein, Stelle, als alteſter Kayſerl. Cammer-Herr, vertrate, in der Thür der anderen Anti-Camera, empfangen, und zu dem Kayſerl. Thron eingeführt. Da nun der Herr Bevollmachtigte, mit gewœhnlicher dreyfachen Niederknieung, biß vor den Kayſerl. Thron, ſich genähert hatte, that er ſeinen Vortrag an Ihre Kayſ. Maj. und bathe dieſelbe allerunterthænigſt, nebſt der Erneuerung der Chur-Lehen, abſonderlich auch Ihre Churfürſtl. Durchl. nunmehro mit dem ledig gewordenen Reichs-Ertz-Schatzmeiſter Ampt, allergnadigſt zu belehnen. Darauf der Kaiſerliche würckliche geheime Rath, und Reichs-Vice-Cantzler, Herr Graf von Schœnborn, auf erhaltenen Kayſerl. Befehl, die Antwort ertheilte, Nach welcher der Hr. Bevollmachtigte den Lehen-Eyd, in die Seele Ihrer Churſ. Durchl. ablegte, und darauf den Knopff des Kayſerlichen bloſſen Schwerdts, welches der Kayſ. würcklich Geheime Rath, und Obriſt Hoff-Marſchall, Herr Graff von Martinitz, Ihro Kayſerl. Maj. reichete, geküſſet; worauf der Churfürſtl. Herr Bevollmachtigte die Danckſagungs-Rede gethan, nach derer Endigung, Er auf eben die Art, wie er nach Hoff kommen, wieder nach Hauß gekehret. Man hat, in langer Zeit, bey ſo vielen andern Belehnungen, nicht eine ſo groſe Menge von Kayſerlichen und frembden Miniſtern, auch Fürſten und Cavallieren, bey Hoff geſehen, als ſich bey dieſer ſonderbahren Belehnung eingefunden &c.

An. eod. 27 Junii, una cum Fœderatis Anglis, Bataviſque, eripit Gallis *Duacum;* Vid. *Mercure Hiſtor. & Politique*, Tom. 49 h. a. pag. 89 &c. ut &, 29 Aug. *Bethuniam;* Vid. *Mercure* l. c. pag. 319 &c. & 30 Sept. Fanum *S. Venantii*, vulgo *St. Venant;* Vid. l. c. pag. 464 &c. tandem 9 Nov. *Ariam* ſive *Aire.*

12. Scriptores *Hiſtoriæ auguſtæ* univerſæ præter eos qui continentur in opere Gruteriano, nominantur à *Bœcl. Not. Imp. lib. 4. c. 1, p. 46.* ut & iſti, qui de dubiis Imperatoribus ſcripſerunt. *p. 47.*

NOTÆ.

Laudem hic merentur *Chriſtophori Lehmanni Chronicon Spirenſe; Chriſtiani Matthiæ Theatrum Hiſtoricum; Simonis Bornmeiſteri*, Hiſtoria Cæſarum, an. 1678. edita &c.

EX BIBLIOTH MARGARITIS

TITULUS VI.

DE MODO PERVENIENDI AD IMPERIUM.

IMperium noſtrum hodiè adhuc Electione *(a)* defertur, non tantum, quia Imperatores noſtri jurare coguntur, quod nullum ſucceſſionis *(b)* jus prætendere velint; ſed quia vota circa perſonam Imperio præficiendam, quæ eſt certiſſima liberæ electionis nota, omni

Digitized by Google

jure, prout utile hoc Electoribus videbitur, variari (*c*) poſſunt; *Strauch. Exerc. exot.* 4. *§.* 24.

NOTÆ.

(a) *ELECTIONE &c.* de Variis modis ſuccedendi in Regnis, evolvas *Grotium*, lib. 2 de J. B. & P. cap. VII, §. 12 & ſeqq. p. m. 183 &c. ibique Commentatores. Conf. Conſultiſſ. Dn. *Johannes Werlhof*, Diſſ. de *Electione & ſucceſſione in Regnis*, an. 1687, Helmſtadii, ventilata; Conſult. Dn. *Burcardus Gothelfus Struvius* Diſſ. de *Variis modis decernendi ſucceſſorem in Regnis*, an. 1703, Jenæ defenſa; Aliique multi. Frequentiores ſunt: *Electio*, *quando ſcil. per libera*, *ſive Populi*, *ſive certi alicujus Collegii*, *ſuffragia*, *Principi Imperium defertur*; & *Succeſſio*, *quando Jure ſanguinis Quis ſummam rerum conſequitur*. De diſtinctionibus, hic afferri ſolitis, conſulendi; *Grotius* l. c. *Werlhoff* l. c. *6.* 10, Politici omnes. De *Electione Regia*, tota Diſſert. *Quarta* Syntagmatis *Dignitatum Illuſtrium*, agit Dn. *Becmannus*, p. 212 &c.

(b) *SUCCESSIONIS JUS &c.* Ita *Joſephus*, Art. XXXV Capitulationis ſuæ: *Inſonderheit ſollen und wollen wir uns keiner Succeſſion*, *oder Erbſchafft des Rœmiſchen Reichs*, *anmaſſen*, *unterwinden*, *noch unterziehen*, *oder darnach trachten*, *dieſelbe auf Uns ſelbſten*, *Unſere Erben und Nachkommen*, *oder*, *auf jemand anders*, *zu wenden*, *ſondern die Churfurſten*, *Ihre Nachkommen und Erben*, *zu jeglicher Zeit*, *bey Ihrer Freyen Wahl eines Rœmiſchen Kœnigs - - - - geruhiglich bleiben*, *und gantz unbedrænge laſſen. &c.* Conf. Capitulat. *Caroli V*, Art. 28, *Ferdinandi I*, Art. 26; *Maximiliani I*, Art. 31; *Rudolphi*, Art. 30; *Matthiæ*, Art. 35; *Ferdinandi II*, Art. 34; *Ferdinandi III*, Art. 38; *Ferdinandi IV*, Art. 36, & *Leopoldi*, Art. 36.

(c) *VARIARI &c.* Auctor *des Politiſchen Bedeneken: Ob das Rœmiſche Reich noch bey freyer Wahl ſtehe, oder, ob es bey dem Hauß Oeſtreich erblich worden?* apud *Lundorpium* Tom. 2 *Act. Publ.* lib. VI, cap. 219, p. 778 &c. probare conatur, Electionem Imperatoris non amplius eſſe liberam, ſed Domui Auſtriacæ, hereditario quaſi Jure, jam acquiſitam. Aſſertum autem hoc rectè hic rejicitur; nam (1) juxta præſcriptum A. B. Cap. 2, §. 3, adhue hodie jurant Electores *ſe*, *per fidem*, *qua Deo & S. R. Imperio ſunt adſtricti*, *ſecundum omnem diſcretionem & intellectum*, *cum Dei adjutorio*, *temporale Caput Populo Chriſtiano*, *id eſt*, *Regem Romanorum*, *in Cæſarem promovendum*, *qui ad hoc idoneus exiſtat*, *electuros &c.* quod frivolè fieret, electione non amplius libera: (2) ceu lit. b, monitum, omnes Electi ſacramento pollicentur, ſe nunquam Imperium, hereditarium conſtituturos; (3) Trevirenſis eligendo an. 1519, *Fridericum* Saxonem, & *Fridericus V* Palatinus, votum dando, an. 1619, *Maximiliano* Bavaro, ut præced. Tit. V, in vitis *Caroli V*, & *Ferdinandi* 2, dictum, ſufficienti documento ſunt, integrum eſſe Electoribus, libera ferre vota; (4) Ipſe *Ferdinandus II*, Imp. in Literis ad *Balthaſarem de Zuniga*, de an. 1621, 15 Oct. apud *Lundorpium*, Tom. IV *Act. Publ.* lib. 3, cap. 95, p. 674, in P. S. inquit: *Jo ho viſto*, *che nella lettera Latina è ſtato tralaſciato un motivo di non poca conſideratione*; *il quale è*, *che*, *ſe haveremo un Voto di un Catholico di più di quello c' adeſſo*, *ſaremo ſempre ſicuri*, *che l' Imperio reſterà nelle mani delli Catholici*, *& ragionevolmente nella Noſtra Caſa*; *alla cui promotione concorrerà ſempre volontieri il Duca di Baviera*, *in recognoſciomento del Beneficio ricevuto*, *d' eſſere promoto ad una dignità coſi excellente & eminente*, *d' un Imperatore della Caſa Noſtra &c.* id eſt: Obſervavi, in literis Latinis punctum, non parvi momenti, omiſſum eſſe, ſcilicet, ſi unico adhue voto Catholici cujusdam gauderemus, Nos ſemper ſecuros fore, Imperium penes Catholicos, & rationabiliter Noſtram Familiam, manſurum, cui promovendæ Bavariæ Dux, in recognitionem Beneficii, quod, ab Imperatore, ex Noſtra Domo, ad tantæ Excellentiæ pariter & Eminentiæ dignitatem, promotus, acceperit, lubentiſſime nunquam non præſto futurus. (5) dictum Moguntini, quo *Matthiam* coronandum allocutus eſt: *Sta*, *& principem locum tene*, *non hæreditario Jure*, *ſed ſuffragio Septemvirorum*, *Tibi attributum*; Vid. *Limnæus Jur. Publ.* lib. 2, cap. 3, §. 10, p. 37, ex *Bulengeri* lib. 13 *Hiſtor.* pag. 406. Quæ, aliaque plura de contrario ſatis teſtantur.

1. Alii hunc modum obſervatum eſſe exiſtimant inde à Caroli Magni (*a*) temporibus *Hottom. in Franco-Gallia*, *c.* 6. *&* 7. Verùm, ipſum celebre ſuum nomen infamâſſe, inſolentis hujus tractatus editione, ſcribit Mariſottus in *Henrico Magno c.* 11. *p.* 33. & Francorum regnum ſemper ab omni ætate, etiam in prima & ſecunda Regum ſtirpe, ſucceſſivum (*b*) ac hereditarium fuiſſe. Deceptus fuit Hottomannus veterum auctorum, quos allegat, loquendi formulis, apud quos nonnunquam *eligere* ſignificat declarare (*c*) aut recognoſcere; Hodie adhuc in Gallia uſitatum novimus, quando Regis Coronatio publico ac ſolenni actu perficitur, antequam Rex jura-

juramento Regno obligatur, Rex elevatus Populo oſtenditur; quod fit, non quod hoc pro electione habeatur, ſed quod hâc ratione fiat declaratio ſubmiſſionis, obedientiæ & fidelitatis, quam Regi debent, tanquam ſupremo Domino ſuo. Hæc eſt communis veterum & recentiorum Scriptorum rerum Francicarum opinio. Et quod ſucceſſivum ſit, omnes conveniunt, an autem hæc ſucceſſio ſit hereditaria? hoc eſt, an regnum ſit hereditas paterna, an vero ſit legitima, hoc eſt, an virtute legis regni deferatur regnum? inter recentiores quæritur, & *Bodinus in libris de Republica poſterius affirmat lib. 1. c. 8. & 9.* ubi ait: *Le Royaume de France n' eſt point deferé par ſucceſſion paternelle: mais bien en vertu de la loy du Royaume. Vid. Limn. ad Capitul. Carol. V. p. 40. & 50.*

NOTÆ.

(a) *CAROLI MAGNI &c.* Qualis ſuccedendi modus, *Carolinorum* ætate, in Imperio obtinuerit, ex dictis, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 806, p. 78; 821, p. 80; 829, p. 81; 832, p. 82; 838, p. 83; 840, p. 84; 872, p. 85; 887, p. 86, & 900, p. 88; judicandum eſt, ubi ſucceſſionem ſanguinis, accedente Ordinum conſenſu adeoque electione quadam permixtam, deprehendes; Conf. præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Caroli Calvi*, v. 4 ad an. 875. pag. 459; & in Vita *Caroli Craſſi*, v. 4. ad an. 879, p. 467, ubi ſimul indicia, quantum auctoritatis Romana Curia, in deſignandis Imperatoribus, tunc uſurpare cœperit.

(b) *SUCCESSIVUM &c.* De Francorum Regum, *Merovingicæ* ſtirpis, ſucceſſione, legas præced. Tit. 2, §. 10, lit. i, v. 20 ad 25, p. 187, ad 197. Nonnunquam, *Carolorum* ætate, Reges electos, exemplo *Odonis*, præterito *Ludovici Balbi* filio, *Carolo*, an. 888, hac via Regnum adepti, perperam probatur, quia ſtatu rerum turbido id contigit. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 888, p. 87.

(c) *DECLARARE &c.* Teſtibus actis Concilii Pariſienſis, de an. 1059, circa Inaugurationem *Philippi I* Regis, apud *Baronium*, Tom. XI *Annal. Eccleſ.* ad h. a. §. 68 & 69, p. m. 269 & 270.

2. Alii eum cœpiſſe arbitrantur, Imperio ad Saxones & Francos (*a*) translato: electionemque ab *Henrico Primo*, usque ad tempora *Friderici Secundi*, ab omnibus Imperii Principibus, tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus peractam: ab hujus verò Imperatoris tempore, (*b*) jus eligendi in ſeptem Electores translatum eſſe. Verùm, Juris electitii authoritatem nondum viguiſſe, ſatis intelligitur ex ſucceſſione, (*c*) quæ per *Ottones* continuata eſt. Et hanc antiquiſſimam ſuccedendi conſuetudinem obtinuiſſe, usque ad tempora *Henrici Sexti*, verius eſt: quamvis forte, deficiente familiâ, neceſſitas locum fecerit electioni: & tempore *Henrici VI*, (*d*) lex lata fuerit, de electione impoſterum amplectenda. *Bruno, in libro de bello Saxonico, quem volumini primo Hiſtoricorum Germanicorum addidit Marquardus Freherus*, rem ita narrat: *Hoc etiam ibi*, (ſcilicet in Conventu Forcheimenſi,) *conſenſu communi comprobatum, ut regia poteſtas nulli per hereditatem (ſicut ante fuit conſuetudo) cederet, ſed filius Regis (etiamſi valde dignus) per electionem ſpontaneam, non per ſucceſſionis lineam, Rex proveniret: Si verò non eſſet dignus, vel ſi nollet eum populus, quem Regem facere vellet, haberet in poteſtate;* idcirco, centum præter propter poſt annos, Friderico I. imperante, haud dubitavit *Güntherus* lib. 1. Ligurini (*e*) ex Germaniæ Principum mente ſic loqui:

Regibus eſt aliis potiundi jure paterno
Certa fides, ſceptrumque patris novus accipit hæres.
Nos, quibus eſt melior libertas, jure vetuſto,
Orbe, ſuo quoties vacat inclyta Principe ſedes,
Quodlibet arbitrium ſtatuendi Regis habemus.

Nam præterquam, quod hæc omnia in turbis geſta ſunt: certum eſt, quod etiam ſtatim, poſtquam hæc nova lex, anno milleſimo ſeptuageſimo ſeptimo, lata erat, ipſo *Henrico IV*, adhuc vi-

Digitized by Google

vente, ſalutati ſint Reges Filii ejus, *Conradus* anno 1093, *(f) Henricus V;* 1105. *(g)* (quem ab ipſo Patre, more ſcilicet priſco, jam altero retrò anno Regem poſt ſe deſignatum disertè teſtatur *Otto Friſingenſis lib. 7. Chron. c. 8.)* nec huic, niſi improli defuncto, ſucceſſerit *Lotharius; (h)* ita verò, ut illum ſtatim exceperit iterum *Conradus Tertius,* natus Agnete ſorore *Henrici V. Vid. Conring. in not. ad Lamp. part. 3. c. 2. p. m. 115.* In *Friderico* non parum valuit delegatio patrui, cui filius *Henricus VI,* ſucceſſit? Hic jam legem tuliſſe dicitur, ut amplius electio, (quæ hactenus, turbidô Reipublicæ ſtatu, ab *Henrici IV.* tempore *(i)* invaluerat,) non fieret, ſed, per ſolam ſanguinis ſucceſſionem, Imperium conferretur: ita, ut mulieres, maſculis deficientibus, ſuccederent in hereditatem. *Joannes, Monachus quidam, in magno Chronico Belgico, quod J. Piſtorius edidit pag. 203.* Verum, effectu res caruit, & Conſtitutio *Philippi* Fratris, & *Ottonis IV,* electioni iterum commiſſa eſt. Nec alia ratio ſuccedendi hactenus obtinuit: niſi, quod eligendi jus paucioribus poſtea commiſſum eſt. Et cum metueretur, ne Auſtriaci huic juri derogarent, à temporibus *Caroli V. (k)* Capitulationibus perpetuò inſertum, ut ſucceſſionem nullam prætendere vellent. Imò *Rudolpho II.* imperante, cum ſparſa eſſet fama de clandeſtinis Auſtriacæ familiæ Principum, circa parandam domui ſuæ quaſi hereditariam Imperatorii muneris poſſeſſionem, conſpirationibus, inter alia *Mathias* hunc articulum 35. ſacramento promittere adactus eſt: *Und inſonderheit ſollen und wollen wir uns auch keiner Succeſſion oder Erbſchafft des Rœmiſchen Reichs anmaſſen, unterwinden, noch in ſolcher Geſtalt unterziehen, oder darnach trachten, auf uns ſelbſt, unſere Erben und Nachkommen, oder auf jemands anders unterſtehen zu wenden: Sondern wir, dergleichen unſere Kinder und Erben und Nachkommen, die gemeldte Chur-Fürſten, ihre Nachkommen und Erben, zu jederzeit, bey ihrer freyen Wahl eines Rœmiſchen Kœnigs, dieſelbe, ſo offt ſie es einem Kayſer zu Behülff, oder ſonſten dem heiligen Rœmiſchen Reich nothwendig, oder nützlich befinden, auch bey Lebzeiten eines Rœmiſchen Kayſers mit oder wann derſelbe auf angelegte Bitte der Chur-Fürſten, ohne gnugſame erhebliche Urſachen verweigert werden ſolte, ohne eines regierenden Kayſers Conſens vorzunehmen.*

NOTÆ.

(*a*) FRANCOS &c. *Conradum* Franconiæ Ducem ab obitu *Ludovici IV*, Germaniæ Regem omnino electum fuiſſe, dixi præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 912, p. 89. Pari modo *Henricum Aucupem* Eum excepiſſe, ibidem, ad an. 919, probavi.

(*b*) TEMPORE &c. Quo tempore Electorale Collegium cœperit, exponam ſeq. Tit. XIII.

(*c*) SUCCESSIONE &c. Sic *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 50, in vita *Ottonis III*, p. m. 253: *Et quamvis tres Ottones ſupradicti, per ſucceſſionem generis regnaverunt, poſtea tamen, cum imperium apud ſolos Saxones, ferè per annos centum perduraverat, inſtitutum fuit: ut per Principes Officiales Imperii de cætero Imperator eligeretur, qui modus, usque ad præſens tempus perdurans, nonnunquam gloriæ Imperialis dignitatis perniciem intulit, &c.* Succeſſionem autem *Ottonum* conſenſu Populorum non indiguiſſe, teſtantur præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 936, pag. 90; 961, p. 92; 973, p. 93; & 983, p. 94, in medium prolata.

(*d*) HENRICI VI &c. Forſan *Henrici IV;* Temporibus enim *Henrici VI*, lata lex fertur, quod Imperatores, ex ſola ſanguinis ſucceſſione, abolenda electione, in poſterum ſibi invicem ſuccederent; qua de re evolvas præced. Tit. II. pag. 66. Aſt ea lex, cujus hic fit mentio, ſancita legitur in Conventu *Forchemerſi*, anno 1077. teſte *Goldaſto* Tom. I. *Conſtit. Imper.* pag. 238. ubi integra Conſtitutio habetur, ſub titulo: *Decreta Comitiorum Forcheimenſium de Lege Regia, & ne Imperium procedat ſucceſſione, ſed electione, ſtatuta à Rudolpho Rege, ab ArchiEpiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, Majoribus & Minoribus, electo, in conventu apud Forcheim anno Domini* 1077. Articulus IV. hujus loci eſt, ubi ita: *Hoc etiam ibi, conſenſu communi comprobatum, Romani Pontificis auctoritate eſt corroboratum, ut Regia poteſtas nulli per hæreditatem, ſicut ante fuit conſuetudo, cederet, ſed filius Regis, etiamſi valde dignus eſſet, per electionem ſpontaneam, non per ſucceſſionis lineam, Rex proveniret: ſi verò non eſſet dignus filius, vel ſi nollet Eum Populus, quem Regem facere vellet, haberet in poteſtate Populus &c.* Finis ſic ſe habet: *Hæc omnia legaliter conſtituta in conventu apud Forcheim, anno Dominicæ Incarnationis* 1077, *anno quarto Venerabilis Papæ Gregorii, in hoc nomine Septimi*

Digitized by Google

ptimi, Indictione XV. Idibus Martii, &c. Eadem Conſtitutionis formula occurrit apud *Strauchium*, Diſſert. Exoter. II, *c.* 1. Conf. præced. Tit. 2, p. 64.

(*e*) LIGURINI &c. i. e. Hiſtoriæ Friderici I, Imperatoris, per *Liguriam*, geſtorum, apud *Reuberum*, de *Scriptorib. Rer. German.* p. 282.

(*f*) CONRADUS &c. In Patrem perfidè inſurgens, Longobardorum Regnum meruit. Vid. præced. Tit. V, §. 11, *Hiſtor. Henrici IV*, v. 2 & 3; p. 529 & 530.

(*g*) HENRICUS V. &c. De Rebellione hujus Principis, evolve præced. Tit. 2, §. 10, lit. d., ad an. 1019, p. 113; & Tit. V, §. 11, in Vita *Henrici IV*, v. 4, ad an. 1205, p. 532.

(*h*) LOTHARIUS &c. Electionem Ejus expoſui præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1125, p. 120.

(*i*) TEMPORE &c. Imò diu antea, ceu ex dicto Tit. 2, §. 10, lit. d, conſtat.

(*k*) CAROLI V &c. Vid. præced. Procem. lit. b.

3. Poſt hæc, de libera electione in Imperio Romano-Germanico nobis dubitare non licet. Quamvis una (*a*) Domus Auſtriaca, jam ultra annos ducentos & viginti, continua ſerie, Cæſares nobis dederit; & forte ratio ſtatûs noſtri non admittat, ut Electores ad alium extra hanc familiam deveniant. *An conſultius* (*b*) *ſit Imperatorem eligi, quam naſci:* poſtquam electio tot legibus eſt ſancita in Imperio noſtro, inprobum penè eſt quærere: quamvis, ut Gallis, qui ſucceſſionem laudant, cum electionis Germanicæ contemptu, & ut ſuo Regno præ Imperio noſtro prærogativam quærant, reſponderetur, ea à Limnæo ſit admiſſa *lib. 2. c. 3. §. 3. & 12. ſeqq. Notit. Reg. Franc. lib. 2. c. 2.* certum eſt, utramque ſua commoda habere & incommoda.

NOTÆ.

(a) *DOMUS AUSTRIACA* &c. Rationes, quarum intuitu id factum, variæ ſunt, ſcilicet:

(1) *Potentia hujus Domus. Carolum V* Imp. vel propterea *Ferdinandum* Fratrem, futurum ſibi ſucceſſorem eligendum commendaſſe, quod Regna Ejus, Hungariæ, Bohemiæque, cum inde pendentibus Provinciis, ſaluti totius Germaniæ inſtar muri eſſent, immanitati Turcicæ oppoſiti, ex *Sleidani* libro VIII Comment. in fine, diſcimus. Conf. *Arniſæus* lib. 2 *Relect. Polit.* Cap. 2, Sect. 5, §. 6, *Limnæus* lib. 2 *Jur. Publ.* cap. 3. §. 7, p. 36.

(2) *Opes Ejus.* Quanti olim fuerint Imperatorum, qua *Germaniæ Regum*, annui reditus, ex *Rubricis*, apud *Lehmannum* lib. 2, *Chron. Spir.* cap. 44, p. 185 ad 191; *Sprengerum*, in *Fontibus Juris Publici*, cap. 15, p. m. 1215 &c. *Limnæum*, l. c. cap. 10, p. 135; Ill. Auctorem *des Europæiſchen Herolds*, Tom. I, p. 138; & Dn. *Rhetium*, lib. 1 *Inſtit. Jur. Publ.* Tit. IV, §. 61, p. 176, ubi: moderna Feuda Majora, tunc nondum hereditaria; Metallifodinæ; Vectigalia; Cenſus Judæorum; Cenſus animalium; Mulctæ; ſucceſſio in bona mobilia defunctorum Antiſtitum; Portoria &c. occurrunt, judicandum eſt. De *Domaniis Italiæ*, quibus, qua *Reges Romanorum*, gaviſi erant, legas *Radewicum*, lib. 2 de *Geſtis Friderici I*, cap. 5, apud *Urſtiſium*, T. 1. *Rer. German.* p. 509, recenſentem, *Friderico Barbaroſſa*, in Comitiis Roncalienſibus, an. 1158, ſedulò in *Principis Regalia* inquirente, ipſosmet Italos, ad ea ſpectare, judicaſſe: *Ducatus, Marchias, Comitatus, Conſulatus, Monetas, Telonia, Fodrum, Vectigalia, Portoria, Pedatica, Molendina, Piſcarias, Portus, omnemque utilitatem ex decurſu fluminum provenientem, nec de terra tantum, verum etiam de ſuis propriis capitibus, cenſus annui redditionem.* Quæ *Güntherus* Poëta, in *Ligurino*, lib. 8, apud *Reuberum*, de *Scriptorib. Rer. German.* p. 408, comprobat:

Poſtea ſollicitè, Regni de jure vetuſto,
Quæſtio mota fuit: quod deſuetudine longa
Priſcus inumbrabat neglecti temporis error.
Ac primum Ligures ſuper hoc, à Rege, rogati,
Vectigal, Portus, cudenda jura Monetæ,
Cumque molendinis, Telonia, Flumina, Pontes,
Id quoque, quod Fodrum, vulgari nomine, dicunt,
Et Capitolitium, certo ſub tempore cenſum.
Hæc Ligures ſacro tribuerunt omnia Fiſco.

Add. 2 Feud. 56, *Quæ ſint Regalia!* *Sigonius* lib. XII *de Regno Italiæ*, ad an. 1158, p. 494; *Conringius* de *Republica*, diſſ. III *de Urbibus Germanicis*, §. 60, p. 99 & 100. Aſcendiſſe autem hos reditus ad viginti Tonnas auri, diſerte ſcribit *Windeckius*, de *Elector. Imper.* cap. 23, Punct. 9, p. 69; conf. *Europ. Herold.* l. c. Juxta calculum *Schneidewini*, ad lib. 3 Inſt. Tit. I, Rubr. de *Succeſſione Fiſci*, §. 5, p. 431, & *Thoma Lanſii*, in Oratione *pro Gallia*, p. 196, conficiebant ſexaginta auri Tonnas, in quam ſententiam quoque *Loüis du May*, part. I de *l'Etat de l'Empire*, Dial. 1, p. 86, Imperatoris memor, inquit: *Il doit être riche, parceque les Empereurs ont aliené preſque touts les Droits de l'Empire, qui avant le tems de Rodolphe de Habsbourg, apportoient ſix millions d'or, ou 18 millions de Livres de rente.*

 Quid

Quid autem hodie valeant, docet *Hortlederus*, Tom. I de *Cauſis Belli Germanici*, lib. 3, cap. I, §. 10, p. 811, lit. b, in Notis: *Publici reditus Imperii ita diminuti ſunt, ut Imperator, qui ex iis olim vel ampliſſimum alere exercitum potuit, hodie ne quidem vitam inde ducere poſſit &c.* & *Lehmannus* l. c. lib. 4, cap. 4, p. 284: *Von welchem,* (Interregno Sec. XIII) *biß auf An. 1400, innerhalb anderthalb hundert Jahren, die Statte in Italien, und andern Orten, mehrentheils vom Reich entzogen, und abgeſondert, und die Ræmiſche Kayſer in ſolch Abnehmen und Unvermœglichkeit gefallen, daß Kayſer Maximilianus der Erſte, An. 1495, aufm Reichstag zu Worms, geſagt:* *Das Ræmiſche Reich ſey jetziger Zeit ein groſſer Laſt, und falle davon kleine Beth.* *Kayſer Caroli V fürnehmer Geheimer Rath, der von Granvell, hat dem Herrn Land-Graffen zu Heſſen,* (in congreſſu Spirenſi) *dærffen ſagen, der Kayſer habe, zu Erhaltung ſeines Stands, nicht einer Haſelnuß wert Nützung vom Reich;* Sleidan. ſub an. 1545; *welches aber demſelben wiederſprochen worden.* Eadem profert Ill. Auctor *des Europ. Herolds*, l. c. addens: *Die noch übrige Reichs-Steuren, bey denen Statten, welche etwa zwanzig tauſend Gulden auſſtragen, werden gemeiniglich, von denen Kayſerlichen Officiantem, auf ihr Lebenlang, außgebeten, und iſt kein unverpfændetes Patrimonium mehr verhanden &c.* quæ etiam apud Auctorem *der Beſchreibung des H. R. Reichs* de an. 1687. part. 2, cap. 3, p. 52, leguntur; Confer. *Lanſius* l. c. *Limnæus* l. c. §. 13, p. 135. Reditus Cæſareos ex Civitatibus Imperii, tempore *Ruperti* Palatini, an. 1410, complectitur catalogus apud Dn. *Schilterum*, Tom. 2 *Inſtit. Jur. Publ.* Tit. XIX, p. 99 ad 102. Cum igitur *ea, quæ ad ſplendorem Cæſaris, dignitatemque ſuſtentandam, pertinent, propriis cujusque Cæſaris opibus incumbant*, ut cum *Lampadio*, de Republ. part. 2, in fin. p. m. 30, loquar, & magnæ opes conciliandæ Imperatoribus auctoritati, utpote ſine qua, rectè judicante *Conringio* ad *Lampadium*, part. 3, c. 2, §. 4, p. 113, nulla Reſpublica ſalva eſt, ſint neceſſariæ, ultro patet, neminem Imperii Procerum, vel hac ex parte, Auſtriacæ domui præripere palmam. Add. *Monzambano*, cap. 2, §. 4; Dn. *Brunneman*, *Exam. Jur. Publ.* lib. 1, cap. I, Quæſt. 3, p. 36.

(3) *Major ſemper Electorum Romano-Catholicorum numerus*, inter quos, ante metamorphoſin Palatinam, anno 1614, ſolus *Bohemus*, conſequenter, à tempore *Ferdinandi I, Auſtriacus, Laicus* extitit. Bavarus quidem poſtea acceſſit, nulla tamen ratione Auſtriacis præferendus. *Clericum* unquam electum, caret exemplo. Ex Proteſtantibus Imperatorem, Pontificiorum ſuffragiis, aliquo tempore deſumptum iri, vix ſperandum. Dn. *Brunneman*, l. c. Quæſt. 7, p. 39.

(4) *Felicia* Auſtriacorum cum potentioribus, non ſolum Imperii, ſed extraneis Familiis, *contracta Connubia & Affinitates.*

(5) *Moderatus Eorum animus*, quippe qui nec tyrannidem amant, nec, ob præſcriptas ſibi Capitulationes, ſubinde magis extenſas & rigidiores, quibus nullatenus obluctantur, exercere poſſint. Vid. *Limn.* l. c. lib. 5, c. 2, §. 4, p. 21.

(6) *Beneficiorum memoria*, quæ Auguſtiſſima hæc Domus, per tot Secula in Imperium contulit. Vid. *Limn.* l. c. lib. 2. c. 3, §. 9, p. 36.

(7) Exempla, quibus patet, ſanguinis Cæſarei neglectam propinquitatem, raro ſolidi quicquam boni, plerumque vero diſſidia & lites, in Imperio civiſſe. Vid. *Conring.* l. c.

(8) *Turbarum pericula*, quibus facile Germania obrui poſſet, ſi invitæ Domui Auſtriacæ Imperialis dignitas auferretur. Vid. *Limn.* l. c. lib. 2, c. 3, §. 7, p. 36; Dn. Cancellarius de *Jena*, diſſ. de *Elect. Imperat.* diſp. 3, §. 10, p. 59; *Conringius* l. c. p. 114. Ill. *Sigismundus* L. B. de *Bibran*, Diſſ. de *Jure Baronum*, cap. 4, §. 66 & 67, p. 74.

(9) *Zelotypia* eorum, qui Spartæ huic adminiſtrandæ, vel nati videri volunt, vel ſunt.

(b) CONSULTIUS &c. *Num Electio Succeſſione præſtantior ſit?* Politicorum quæſtio eſt. Utrique ſua commoda ſunt, & incommoda. *Electionem* commendant, quod

(1) Elingentium ſuffragia evidenti ſint teſtimonio, electum, faſcibus Imperii capeſſendis, præ aliis, dignum eſſe.

(2) hac ratione, vitia Anteceſſoris quam optimè corrigi queant, ſceptrumque ei deferri, qui eo juſtior, prudentior, majorique cura ſalutem publicam conſervare ſtudeat.

(3) Eligendis certæ Leges præſcribi poſſint, juxta quas rerum ſummam moderentur.

(4) Regna hereditaria & *Vitricos*, quandoque & *Tyrannos*, omnia ſubditorum privilegia, jura, libertatem &c. peſſundantes, ferre teneantur, quales erant v. g. *Alphonſus I*, Rex *Caſtellæ & Legionis*, an. 1133 occiſus; *Ferdinandus IV*, eorundem Regnorum Princeps, anno 1312 defunctus? *Petrus crudelis*, hujus nepos, anno 1369 interfectus; *Petrus IV*, Rex *Siciliæ*, anno 1387 extinctus; *Richardus* R. *Angliæ*, an. 1485, ab *Henrico* Com. Richmondio, è medio ſublatus, aliique multi; Vel *Ignavos, & omnia libidinibus tribuentes*, v. g. *Galliæ*: *Philippum I*, an. 1108 mortuum, & *Henricum III*, an. 1589 jugulatum; *Angliæ*; *Johannem ſine Terra*, an. 1216 ad plures abeuntem; *Eduardum* 2, ſicaria manu, an. 1327 deletum, & *Henricum IV*, à *Richardo*, Gloceſtriæ Duce, an. 1472, trucidatum; *Portugalliæ*: *Alphonſum* 2, ſeu *Craſſum*, an. 1233, exuvias ſuas deponentem; *Scotiæ*: *Jacobum III*, an. 1488, à ſubditis necatum; Vel *Simplices & Innocentes*, quorum imbecillitate proximi heredes plerumque, maximo Reipublicæ detrimento, abutuntur, adminiſtrationem

tionem vel ad ſe rapiendo, v. g. *Euphemia*, tempore Germani ſui, *Friderici Simplicis*, *Siculorum* Regis, anno 1368 denati; vel ambiendo, v. g. *Ludovicus*, *Aureliorum* Dux, & *Philippus* Burgundus, tempore *Caroli VI*, Regis Galliæ, an. 1422, has res relinquentis, reſp. Ejus frater & Patruus; & noviſſimè, *Sophia*, *Johannis Alexowicii*, ad gerendam Rerum ſummam, inepti Moſchorum Principis, anno 1696, mundo valedicentis, ſoror.

(5) Tempore minorennitatis Summi Principis, Tutores; & Miniſtri, cuncta, pro lubitu, diſponere valeant, & bona quæque, per fas nefasque corradere; ceu factum *Henrici III*, cognomen. *Valetudinarii*, Caſtellæ & Legionis Regis, anno 1407 ſepulchra Patrum ingreſſi ætate.

(6) Circa adminiſtrandam tutelam, graviſſimæ ſæpius oriantur lites, exemplo duorum Fratrum *Mauritii* Cardinalis, & *Thomæ Franciſci*, Carignani Principis, qui *Caroli Emanuelis* 2, Allobrogum Reguli, ex fratre, *Victore Amadeo*, nepotis ſui, tutelam, ipſius Matri demandatam, armata manu ſibi vindicare conati ſunt; de litibus, inter *Johannem* 2 C. P. R. Bipontinum, & *Philippum Ludovicum* Neoburgicum, occaſione gerendæ Tutelæ *Friderici V*, Electoris Palatini, anno 1610, obortis, ad lib. 3, Tit. XI, §. 4, loquar.

(7) Non deſint exempla, ob pravam regnandi libidinem, filiorum in Parentes, nefando ſcelere, inſurgentium, v. g. *Roberti*, Patrem, *Wilhelmum Conqueſtorem*, an. 1087, mortuum, Angliæ Regno exui curantis; *Sanctii*, adverſus *Alphonſum X*, *Caſtellæ* & *Legionis* Regem, anno 1284, mœrore confectum, rebellantis; *Andronici Palæologi*, in Patrem *Johannem Palæologum*, Imperatorem Græcum, ~~anno 1382~~, naturæ debitum ſolventem, ſtringentis gladium; *Caroli*, *Vianæ* Principis, qui, pari facinore, Catalaunorum ope, Parenti, *Johanni* 2, anno 1478 decedenti, *Navarræ* Regnum auferre laboravit &c.

(8) Faciliori via, pupillo Principi, à proxima ſuccedendi ſpe gaudentibus, inſidiæ ſtruantur, v. g. *Alphonſo VIII*, *Caſtellæ* Regi, quinque annorum puero, annoque 1214 animam efflanti, à Patruo, *Ferdinando* 2, *Legionis* Rege; *Conradino*, *Siciliæ Apuliæque* Regi, anno 1268 Neapoli, capitis ſupplicium ſubeunti, a Patruo, *Manfredo*; *Alphonſo* & *Ferdinando*, *Ferdinandi de la Cerda*, *Caſtellæ* heredis, filiis, à *Sanctio* Patruo, Regnum ipſis ſurripiente; *Eduarto V* & *Richardo*, *Eduarti IV*, *Angliæ* Regis, anno 1483 ſpiritum emittentis, gnatis, à *Richardo*, Glocceſtriæ Duce, Patruo, jugulatis &c.

Succeſſioni hereditariæ prodeſt, quod

(1) Regna Electitia, mortuo Rege, navium inſtar ſint, nautis carentium.

(2) Pravæ aliorum ſpes cohibeantur, ſi ſucceſſor non ſit in incerto.

(3) In Electionibus utplurimum graviſſimæ ſurgant lites & bella, ſi plures ſimul ſibi, ut dignioribus, aut protentioribus, vel opulentioribus, primas deberi contendant. Teſtes *Otto*, *Hungariæ*, an. 1305; *Georgius Podiebradius*, an. 1458, *Bohemiæ*, aliique, magnas inter contentiones, conſtituti Reges.

(4) Electiones periculoſa facile gignant ſchiſmata, ſi uno eodemque tempore, duo pluresve ſimul electi, non niſi armis litem dirimendam arbitrentur. Teſtes ſunt: *Lotharius* Saxo, & *Conradus* Francorum Dux, an. 1125, poſt fata *Henrici V* Imp. vid. præced. Tit 2, §. 10, lit. d. ad h. a. pag. 120. *Otto* Saxo, & *Philippus*, Alemanniæ Dux an. 1197, mortuo *Henrico VI*, vid. l. c. ad an. 1198, p. 145. *Ludovicus* Bavarus, & *Fridericus* Auſtriacus, an. 1313, ab obitu *Henrici VII*, vid. præced. Tit. V, §. 11, Vita *Ludovici Bavari*, v. 4. p. 653. *Sigiſmundus III*, Rex *Poloniæ*, & *Maximilianus* Auſtriacus, eandem coronam ambiens, anno 1589; & noviſſimè, an. 1697, *Fridericus Auguſtus*, Elector Saxoniæ, & *Franciſcus Ludovicus* Borbonius, Princeps *Contius*, & poſtea, anno 1704, 12 Jul. *Stanislaus Leſzczinsky*, Poſnanienſis Waiwoda, ad idem ſolium vocati. *Ladislaus* Poſthumus, *Alberti* Imp. filius, & *Uladislaus Jagellonida*, an. 1440 electi Reges *Hungariæ*. *Ferdinandus I.* Archidux, poſtea Imperator, & *Johannes de Zapolia* anno 1526 de eodem diademate, ſecum invicem contendentes. De aliis ne dicam,

(5) Eligentes auro corrumpi poſſint, deducique in devia, ut non videant, quid Reipublicæ conſultum, ſed ſaltem quid crumenæ conducat. Quo artificio, Galliarum Reges, *Philippus IV*, an. 1308, & *Franciſcus I*, an. 1519, (ceu præced. Tit. V, §. 11, in vitis *Henrici VII* & *Caroli V*, dictum) &, noſtris temporibus, ~~*Ludovicus XIV*~~, in favorem Delphini, Imperium ad ſe rapere ſtuduerunt.

(6) Ubi regnandi fortuna in una ſtirpe ſemel conſenuit, Regum præteritorum reverentia adeo vivat in poſteris, ut nec in utero exiſtenti proli, in purpuram vero naſcituræ, parere indignemur.

(7) Electi rem potius privatam, ut, poſt fata, ipſorum liberis, vel proximis heredibus, bene ſit, quam publicam, current.

(8) Electi non tanta animi firmitate & conſtantia, in Procerum admiſſa in Rempublicam animadvertant, qua Principes hereditarii; quia metu tenentur, heredibus ſuis graves inimicitias & odia inde ſuſcitatum iri.

(9) Peregrini in Regnum aſſumpti, raro ſubditorum moribus aſſueſcant; nonnunquam & Legibus ſervandis ſtruant inſidias.

(10) *Sueciæ* Regnum, ex electitio, an. 1540, in *Oerobrogenſibus* Comitiis, in favorem *Guſtavi I*, Ejusque fami-

Digitized by Google

familiæ, quoad Maſculos, in hereditarium transformatum, annoque 1544, in *Arboſienſibus*, confirmatum, hereditaria ſucceſſione, an. 1604, *Norcopiæ*, à convocatis Regni Ordinibus, ad fœminas quoque, *Carolinæ* ſtirpis, extenſa; &, anno 1627, in gratiam *Chriſtinæ*, *Guſtavi Adolphi* Regis, filiæ unicæ, ratihabita, & an. 1633, in ſolenni Conventu *Holmenſi*, denuo coroborata; teſtibus *Loccenio*, *Hiſtor. Suecanæ*, lib. VI, ad an. 1540, p. 305. & anno 1544, p. 319, Lib. VIII, anno 1604, p. 457, & anno 1617, p. 555; & lib. IX, anno 1633, p. 608; *Brachelio*, lib. 4, *Hiſtoria ſui temporis*, p. 274; *Puffendorfii* lib. 5. *Rer. Suec.* §. 27, p. 98; *Theatro Europæo*, Tom. 3, ad an. 1633, p. 38 & 39; *Nani*, *Hiſt. Veneta*, p. 491; *Micrælio* lib. 3. *Syntagm.* Sect. 5, p. 317. *Europ. Heroldt*, Tom. 2, cap. 6, part. 2, pag. 277 &c. Pariter & *Dania*, an. 1660, in favorem *Friderici III.* Regis, Ejusque Poſteritatis legitimæ, nullo ſexus diſcrimine, hæreditaria declarata, vid. *Diar. Europ.* Cont. IV, p. 379 &c. *Theatr. Europ.* Tom. IX. ad an. 1660, p. 94 &c. *Gaſtelius*, *de Statu publico Europæ*, cap. VI. §. 155. & 156, p. 258 &c. *Gualdo*, *Hiſt. di Leopoldo Ceſare*, T. 1, p. 624 &c. *Thuldenus Hiſt Europeæ*, *Enneados ſecundæ*, p. 392: *Brewerus Hiſt. ab An.* 1661 *ad* 1673, lib. 3, c. 2, p. 104; *Becmannus Hiſt. Orb. Terrar.* part. 2, c. 5, §. 6, p. 618; *Hornius Orb. Polit.* p. 119 & 120; *Europ. Herold.* l. c. cap. 5, p. 246; *Hartnac* ad *Micrælium* lib. 3, Sect. 5, p. 284; *Schowart*, *Obſervat. Hiſt.* cap. 4. §. 6, p. 127; *Simon*, *Eilenburgiſche Chronick* part. 3, p. 749; *Scultz*, *Chronick*, Contin. I, p. 202. Nec non an. 1687, *Hungaria*, in gloriam *Joſephi*, moderni Imperatoris, totiusque Auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ. Vid. præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Leopoldi* Cæſaris, v. 4, ad an. 1687; magno ſint documento, firmius eſſe Reipublicæ ſtabilimentum in Principum Regno deſtinata ſtirpe, quam ſi ſucceſſor novus ſemper quæratur.

Conf. de hac Quæſtione: *Marſilius de Menandrino, Patavinus*, in *Defenſore Pacis*, cap. 16, apud *Goldaſtum* Tom. 2 *Monarchiæ*, p. 177 &c. *Rumelinus* ad *Auream Bullam*, Diſſ. 3, *th.* 1, p. 69 &c. & ibi *Mylerus*, in Notis. *Bodinus* de *Republ.* lib. VI, cap. 5, p. 1122 &c. *Lipſius* 2 *Politic.* 4; *Arniſæus* lib. 2 *Relect. Politic.* cap. 2, Sect. 4; *Keckermannus* lib. 1 *Polit.* cap. 4, p. 114; *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* cap. 10, p. 211 &c. *Limnæus* lib. 2 *Jur. Publ.* c. 3, §. 12 &c. p. 37 & ſeqq. *Conringius*, de *Republ.* Diſſ. VIII, de *Negotiis Conventuum Imperii*, *th.* 32 &c. p. 519 & 520; aliique multi, ab iis in teſtimonium adducti. Certi quid quis definiat? ubi tempora, & Gentium mores, atque cum iis Rerumpublicarum ſalus publica, & Status ratio, ſubinde mutentur. Fieri ſane poteſt, ut hodie Statui cuidam electio magis conducat, ſucceſſione hereditaria alio tempore electioni longè præferenda.

(4) Electio Imperatoris, eſt modus, quo Electores, ab ArchiEpiſcopo (a) Moguntino, rite convocati, (b) Principem Imperii Romano-Germanici, ad Ejus faſtigium legitime evehunt, (c) ut ipſi præſit, tanquam caput.

NOTÆ:

(a) MOGUNTINO &c. Cui competit hæc poteſtas *ab antiquo*, ceu *Carolus IV* loquitur, Tit. IV A. B. §. 2; Rem claram reddunt *Lambertus Aſchaffenburgenſis*, ad an. 1073, apud *Piſtorium*, p. 199 & 200; cujus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. p. 108; inſuperque in Chronico Monachi *Herveldenſis*, ad h. a. apud *Schardium*, Tom. 1 *Script. Rer. German.* p. 402, reperiuntur; nec non *Otto Friſingenſis*, lib. 1 de *Geſtis Friderici I.* Imp. Cap. 16, p. 415; cujus verba itidem præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1125, p. 120, adduxi. Quo etiam pertinent, l. c. ad an. 1257, pag. 160, ex Epiſtola *Urbani IV* P. R. ad *Richardum* Anglum, qua Ipſum, & *Alphonſum* Hiſpanum, in ſchiſmate electos Germaniæ Reges, an. 1263, 2 Maji comparituros, Romam vocabat, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 1 *Cod. Diplom. Juris Gentium*, §. XIV *Prodromi*, p. 14, v. 4, in medium prolata; *Procuratores & Nuncii Tui ---- coram Nobis, eisdem Fratribus, proponere curaverunt quaſdam Conſuetudines circa Electionem Novi Regis Romanorum, in Imperatorem poſtea promovendum, apud Principes, vocem in hujusmodi Electione habentes, qui ſunt ſeptem numero, pro jure ſervari, & fuiſſe hactenus obſervatas, à tempore, cujus memoria non exiſtit ---- Ad ArchiEpiſcopum Moguntinum, & Comitem Palatinum Rheni, vel ipſorum alterum, altero nequeunte, vel forſitan non volente, pertinet ad Electionem ipſam celebrandam, diem præfigere, ac cæteros Electores Principes convocare &c.* Add. Electorum literæ, ad futurum Pontificem Romanum, ſub dato *Franckenford*, 10 Cal. Novemb. an. 1314, apud *Lundorpium*, Tom. IV. *Act. Publ.* lib. 3, cap. 108, p. 730, lit. B; Dn. *Leibnitium* l. c. §. 36, p. 66 &c. & præced. Tit. V, §. 11, in vita *Ludovici Bavari*, v. 4, p. 653, ubi: *Ego Petrus ArchiEpiſcopus Moguntinenſis prædictus ex officii mei debito, ipſam diem, ad Electionem hujusmodi celebrandam, præfixi, literis meis vocatoriis, ipſis ConPrincipibus & CoElectoribus meis deſtinando &c.* Eſt enim Archi-Cancellarius

Impe-

Digitized by Google

Imperii per Germaniam, Auguſtiſſimique Electoralis Collegii Decanus. Conf. *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis Imperatorum*, cap. 10, §. 7, p. 136; *Rumelinus* ad A. B. diſſert. 2, *t.* XI, p. 57; *Limn.* ad A. B. Cap. I, §. 18, Obſervat. 2, p. 230 &c. *Ditericus* ad A. B. cap. I, §. Præterea, pag. 20; *Schurtzfleiſch*, in diſſ. de *Vita Alberti III*, p. m. 151:

(b) RITE CONVOCATI &c. id eſt, juxta tenorem A. B. cap. I, §. 18 ad 22.

(c) EVEHUNT &c. Jam olim mota eſt Quæſtio: *Num Electio Imperatoris ad Electores, tanquam ad ſpeciale Collegium, pertineat? an vero tanquam ad Principes, quibus reliqui Status id muneris commiſerint?* vid. *Lupoldus de Babenberg*, de *Juribus Regni & Imperii Romani*, cap. VI, apud *Schardium*, *de Juriſd. Imper.* p. 181 & 182, Occaſione introducti Electoratus Brunſuicenſis & Luneburgenſis, hæc crambe, iterum cocta, occurrit, in *Caſſandri Thucelii, Electis Juris Publici Curioſis*, de an. 1694, cap. 2, p. 67 &c. 92, 93 &c. & cap. 7, p. 299, ad 301. Sanè, ſi ex nuda reliquorum Statuum commiſſione Electores Cæſarem eligerent, quid impedimento eſſet, quo minus ipſi Status committentes hanc ſpartam in ſe ſuſciperent pro lubitu? cum nemo ad mittendum Commiſſarium cogi queat. *Lupoldi* verba l. c: *Ipſi* (Electores) *cenſentur eligere, vice & auctoritate Univerſitatis Principum & Populi &c.* nihil involvunt contrarii; aliud enim eſt: *Eligere, vice alterius*; & aliud: *Eligere, ex alterius commiſſione*. Illud, variis modis contingere poteſt, v. g. precibus, tacito conſenſu, &c. aſt hoc, non niſi *mandato expreſſo*: jam ubi ejusmodi *mandati* formula? Quilibet Princeps, etiam abſolutiſſimus, *communi Populi conſenſu*, ſummam rerum adminiſtrat; quis autem unquam dixerit, Principem propterea eſſe Populi Commiſſarium? addas contradictionem manifeſtam! ponamus; gaudere adhuc Status omnes eligendi Jure, *actu primo*: quali jam fundamento innituntur Eorum querelæ, qui electionem *actu ſecundo* peragere volentibus, ſe opponunt?

5. In electione tria conſideramus: (*a*) Antecedentia, Electionem ipſam, & Conſequentia. Ut *primum* Archi-Epiſcopus Moguntinus, certior factus de morte Imperatoris, vel à defuncti liberis, aut agnatis, vel à Cancellario Aulæ Cæſareæ, vel alio modo, intra menſem (*b*) continuum, à die notitiæ numerandum, convocare *primò* debet (*c*) omnes Electores ſigillatim, literis patentibus, & majori ſigillo ſignatis, *A. B. c.* 1. §. 18. (*d*) quarum tenor & formula continetur *c.* 1. *A. B.* ut à die intimationis factæ, intra tres menſes continuos, Francofurti conveniant, ad eligendum Imperatorem: Quidam exiſtimant, jus convocandi olim (*e*) Palatino competiiſſe. *Cuſpin. in vita Caroli IV. p. 382.* ubi dicit: Caroli IV. electionem à nonnullis ideò fuiſſe improbatam: tum quòd Elector Palatinus Rheni tum hàbuerit convocare Electores, non Moguntinus; tum, quòd non fuerit coronatus Aquisgrani, ubi coronari debuit, juxta morem & ſtatuta Imperii: tum tandem, quòd electio, non vacante Imperio, ſed doloſè & vivente Ludovico, fuerit facta. *In vita Ruperti Imperatoris p. 391, Rupertum* (*f*) Palatinum anno 1440, hoc jus exercuiſſe, & Electores ex officio ſuo ad Comitia convocaſſe: quia A. B. Caroli IV. firmata nondum fuerit. Palatino & Moguntino conjunctim competiiſſe convocandi jus, tradunt (*g*) *Speculum Saxonicum c.* 27. *§.* 23. *So ſollen ſie ein Geſpræch gebieten zu Franckfurt, das ſoll gebieten der Biſchoff zu Mayntz bey dem Bann und der Pfaltzgraf bey Rhein ſoll es gebieten bey der Acht.* & *Speculum Suevicum lib.* 1. *c.* 27. *§.* 3. Nos huic opinioni non adſtipulamur. Si enim jus convocandi Palatino vel ſoli vel conjunctim competiiſſet ex antiquo, non ſe paſſus eſſet præteriri à Carolo IV. in Aurea Bulla, quæ, præſente ipſo, condita eſt: multò minùs permiſiſſet, ut vel adderetur à Carolo IV. hanc poteſtatem, *ab antiquo*, Moguntino competiiſſe. Et ſic diſpoſitioni Carolinæ majorem fidem, quàm *Cuſpiniano*, tribuimus. (*h*) Quod de *Ruperto* dicit, ejus tempore A. B. non fuiſſe firmatam, manifeſtò falſum eſt, fuit enim jam 50. annis ante promulgata, etiam firmata. Authoritas Speculi Saxonici dubia eſt; multas enim ineptas ſententias tum primum natas, pro antiquis legibus in Codice illo obtrudit: neque iſte Codex publicâ authoritate vel promulgatus, vel poſtea confirmatus eſt. Et licet forte eô tempore, quo ſcriptus eſt ille Codex, ſcriptus autem eſt, quantum quidem conjecturis adſequi licet: poſt *annum 1200* (*i*) hoc jus fortè conjunctim Palatino & Moguntino competierit, tamen ſine dubio aliud poſtea conſuetudine introductum eſt. Speculum Suevicum ſeculo demum 14. elaboratum eſt, & integra ſæpe capitula, ad verbum, ex ſpeculo Saxonico deſcri-

deſcribit; hinc idem etiam de eo judicium ferendum erit. Vid. *de his Conring. de Orig. juris Germanici c. 30. pag. 135. & ſeqq.* Quod ſi Elector Moguntinus nullus ſit, (k) Capitulo, Electores hoc caſu convocandi, poteſtatem haud putamus concedendam, ſed vel ſponte convenient, *A. B. c. 1. §. 21*, vel hoc in caſu Trevirenſis ea peraget, quæ Moguntino ſunt peragenda; vel collegium Electorale Capitulum admonere poterit, ut citò eligat alium Archi-Epiſcopum, ut videmus tempore Ferdinandi Primi factum, cujus electio erat dilata, propter mortem Electoris Colonienſis, *Und iſt dem Hohen Dohm-Stifft zu Cœlln durch eine anſehnliche Bottſchafft, als Grafen Georgen von Helffenſtein, alſobald zuentbothen und anbefohlen* worden, *innerhalb 14. Tagen einen neuen Ertz-Biſchoff zu erwehlen.* (l) Si Elector Moguntinus à Pontifice nondum eſt infulatus, non quidem ea poterit peragere, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, (m) ſed tamen eo non impeditur tractare, quæ illi competunt, ut Principi Imperii, & ut Electori, & hinc convocare Electores poterit. *Buxtorff. ad A.B. t. 11. lit. B.* Idem dicimus, ſi Moguntinus ab Imperatore nondum eſt inveſtitus: (n) quia per inveſtituram promittit ſaltem fidelitatem Imperio, eam autem debet Imperio, quia poſſidet Electoratum, & quia eſt Reipublicæ civis. *Limnæus ad A. B. c. 1. §. 18. obſerv. 9. & §. 19. & 20. obſ. 16.* Si Moguntinus eſt negligens, (o) ſponte ſua convenire debent, pro fidei ſuæ virtute, quà ſacrum proſequi tenentur Imperium, *A. B. c. 1. §. 19.* Moguntino tamen propter hanc negligentiam nulla dictata eſt pœna.

NOTÆ:

(a) CONSIDERAMUS &c. Vid. Locum parallelum ap. *Limnæum*, lib. 2 Jur. Publ. Cap. 3, §. 21 p. 39.

(b) INTRA MENSEM &c. Vid. A.B. cap. I, §. 21; *Rumelinus* ad A.B. Diſſert. 2, *t*. 16, p. 63; *Kulpiſius ad Monzamb.* part. 2, c. 4, §. 5, p. 60. Alii multi.

(c) OMNES, vid. ſeq. §. 6.

(d) TENOR. Literas Convocatorias ſubinde in aliam formam redigi, quoad ſubſtantiam licet ſemper eædem maneant, teſtantur formulæ, tempore *Maximiliani I* anno 1486, apud *Goldaſtum*, *Politiſche Reichs-Handel*, Tit. 2, p. 3 & 4; *Caroli V* anno 1519, ibid. p. 14; *Ferdinandi* 2, de anno 1619, apud *Lundorpium*, Tom. I *Act. Publ.* lib. 4, cap. 2, p. 573 &c. adhibitæ. Noviſſima, qua Moguntinus an. 1689, 21 Dec. Electorum Brandenburgicum, & mutatis mutandis, reliquos, convocavit, ſic ſonat:

Dem Durchlauchtigen Hochgebohrnen Fürſten, Herrn FRIDERICHEN, Marggraffen zu Brandenburg, des H. R. Reichs Ertz-Cammerern und Churfürſten, in Preuſſen, zu Magdeburg, Stettin, Pommern, der Caſſuben und Wenden, auch in Schleſien, zu Croſſen, Herzogen, Burggraffen zu Nürnberg, Fürſten zu Halberſtadt, Minden und Camin, Graffen zu Hohenzollern &c. Unſern beſondern lieben Freund, entbiethen Wir ANSELM FRANTZ, von Gottes Genaden, des H. Stuhls zu Maintz Ertz-Biſchoff, deß H. Rœm. Reichs durch Germanien Ertz-Cantzler und Churfürſt, unſere freundliche Dienſte, und was Wir mehr Liebs und Gutes vermœgen, allezeit zuvor; Und fügen Ew. Ld. hiemit zu wiſſen was maßen die Rœm. Kayſerl. Maj. Unſer allergnædigſter Herr, Uns im nechſt verwiechenen Monat Julio, ſo wohl durch eigene Abſchickung mündlich, als auch ſchrifftlich, die Ihro und dem H. R. Reiche, Unſerm geliebten Vaterlande teutſcher Nation, beedes von Orient und Occident, auf dem Halſe liegende ſchwere Kriege, und darob ſchon erfolgte grauſame Blutſtürtzung und Landes-Verwüſtungen, umſtændig vorſtellen, und wie zweyen ſo mæchtigen feindlichen Potentien, mit erfordertem Nachdruck und Beſtand, zubegegnen ſeye, auch das H. R. Reich vor weiterer Vergewaltigung, Ungemach und Schaden errettet, und deſſen Sicherheit beveſtiget werden mœchte, allergnædigſt begehren laſſen, einen Churfürſtlichen Collegial-Tag, anhero nacher Augſpurg auszuſchreiben, deme Wir, in Krafft Unſers tragenden Ertz-Canzellariat Ambts, behœrend nachkommen, und auf unſere geſchehene Einladunge, unſer Herren Mit-Churfürſten, zu Trier, Cœlln, Bayern, und Pfaltz Ld. Ld. Ld. Ld. neben Uns, in eigener Perſon, Chur-Sachſen und Ew. Ld. Ld. aber, vermittelſt Ihrer anſehnlichen Geſandſchafft, erſchienen ſind. Nachdemmahlen nun Hœchſt-gedachte I. K. Maj. Uns ſæmbtlichen, die dem H. Reich, von obbeſagten zweyen ſo mæchtigen Feinden, bevorſtehende Gefahr, aus ſonderbahrer, zu dem teutſchen Vaterlande, und zu deſſen Conſervation, *und Wohlfart, tragender væterlicher treuer Liebe, Vigilanz, und Sorgfalt, fernerweit allergnædigſt* repræſentiren, *und dabey erſuchen laſſen, in reiffer Betrachtung allerhœchſtnachdencklichen Umſtænden, und wann etwan unter ſolchen zweyen ſchweren Kriegen, eine Reichs-*Vacatur, *oder* Interregnum, *erfolgen ſolte, mehrbeſagtem H. R. Reiche, wegen der darob zu beſorgen habender beſchwerlicher, hœchſt-verderblicher* Confuſion *und Zerrüttungen, mit einem künfftigen* Succeſſore *in Zeiten zu proſpiciren, und darauf von denen geſambten hier anweſenden Herren Churfürſten, und der abweſenden gevollmæchtigten Geſandſchafften, dieſes Kayſerliche Anſuchen, für nützlich, rathſamb und gut erachtet, und der Schluß gantz ein-*

müthig

mitbig gefaſſet worden, daſs dem H. R. Reich mit einem künfftigen Succeſſore, vermittelſt einer, auf den 18 Januarii des nechſtkommenden 1690 Jahrs, neuen Calenders, allhier vornehmender ordentlichen Wahl, vorgeſehen werden ſolte.

Solchemnach erſuchen und erfordern Wir Ew. Ld. hiemit, in Krafft und nach Ausweiſung des Heil. Reichs Conſtitution der Güldenen Bull, wie auch Churfürſtlichen Verein, und unſers tragenden Ertz-Cancellariat-Ambts wegen, mit dieſem beſiegeltem offenen Brieffe, auf Mittwoch, gemeldten 18 Januarii nechſtkünfftigen 1690 Jahrs, neuen Calenders, der Sachen hohen Importanz und Wichtigkeit nach, in eigener Perſon, oder durch Ihre Botſchafft, oder Verweſer, einen, oder mehr, mit gantzem voller Gewalt, allhier in des H. Reichs Stadt Augſpurg, zu erſcheinen, ſich davon, auſſer Gottes Gewalt, nichts verhindern zu laſſen, nach Art, Form, und Geſtalt, der darüber aufgerichteten Geſetzen, zu handeln und übereinzukommen, mit andern unſern Mit-Churfürſten, von der Wahl eines Rœmſchen Kœnigs, zum künfftigen Kayſer zu machen, und allda, biſs zum Ende derſelben Wahl, zu verharren, auch zu thun, und zu bahren, wie in denen heilſamen Satzungen hievon geordnet; Dann Ew. Ld. kommen oder erſcheinen durch ſich ſelbſt, Ihre gevolmæchtigte Botſchafften, oder nicht, ſo wird nichts deſtoweniger durch andere des H. Reichs Churfürſten, auch auf den Fall der ausbleibenden Churfürſten, durch Ihre gevolmæchtigte Botſchafften, oder Geſandte, in der Wahl verfahren werden, wie ſolches die Rechten ausweiſen; Und deſſen zu Uhrkund, haben Wir Unſer groſs Inſiegel an dieſen Brieff wiſſentlich thun hencken, der geben iſt in der Stadt Augſpurg, den 21 Decembr. 1689.

Capita hujus intimationis ſi examinentur, omnia ineſſe, quæ Cap. XVIII. A. B. expreſſa ſunt, quæque Dn. Author contractè recenſet, adparet.

(e) PALATINO &c. Vid. locum parallelum, apud *Limnæum*, ad A. B. cap. 1, §. 18. Obſervat. 2, p. 230 &c.

(f) RUPERTUM &c. Conf. *Lehmann*, lib. 7 *Chron. Spir.* cap. 53, p. 825, verb. *Berufft endlich Pfaltzgraf Ruprecht Churfürſt, die andern ſeine Mit-Churfürſten, nach Franckfurt.*

(g) TRADUNT &c. Ita & *Urbanus IV*, P. R. in literis ad Richardum Anglum, præced. §. 4. l. a. p. 800.

(h) TRIBUIMUS &c. Et rectè. Add. *Limnæus* l. c. Ill. Baro de *Lyncker*, in *Obſervat. ad A. B.* cap. 1. p. 24.

(i) ANNUM 1200. Vid. *Winckelmanns Notit. Weſtphal.* lib. 4, c. 3, §. 28, pag. 546 & 547; Conf. præced. Tit. 2, §. 7, lit. a. p. 43.

(k) CAPITULO &c. Eandem quæſtionem movet *Limnæus* ad A. B. cap. 1, §. 18, Obſervat. 3, p. 233 &c. Cum Moguntinus, *tanquam Archi-Cancellarius Imperii per Germaniam*, convocandi jure gaudeat; ultro ſequitur, nihil inde Capitulum, Sede vacante, ſibi arrogare poſſe; quippe quod ArchiCancellarii munere nunquam fungitur. Fruſtra opponunt cap. un. *Ne Sede vacante*, 6 Decretal. lib. 3, Tit. VIII, ubi dicitur, ſi ad Epiſcopum, & Capitulum *communiter* collatio Præbendarum pertineat, Capitulum ſolum, mortuo Epiſcopo, Præbendas conferre poſſe. Quæ enim conſequentia: à Collatione Præbendarum, ad convocationem Electorum ad celebrandam Romanorum Regis Electionem? Quis inſuper unquam dixerit, convocationem iſtam pertinere ad Moguntinum, & Ejus Capitulum, *communiter?* Conf. *Rumelinus* ad A. B. diſſert. 2, t. 12, p. 58, & ibi *Mylerus*, in Notis, p 59; *Buxtorf.* ad A. B. Concl. 15 &c. *Hermes*, *Faſcic.* J. P. cap. 6, §. 24; *Rhetius* Inſtit. J. P. lib. 1, Tit. 4, §. 11, p. 151. Dn. *Linckius*, diſſ. de *Comitiis Electoralibus*, t. 7, *Schweder*, part. ſpec. Sect. 1, cap. 2, §. 6, p. 213.

(l) *ZU ERWEHLEN &c.* Sunt verba *Noppii*, lib. I. *Aacher Chronick*, cap. 11. Contigit hoc exemplum anno 1562, mortuo *Johanne Gebhardo*, Electore Colonienſi, cujus Capitulum *Ferdinandus I*, ad maturandam electionem novi Præſulis, (*Friderici*) dilatâ ea-propter electione Regis Romanorum (*Maximiliani II*) adhortabatur. Vid. *Du May Eſtat de l' Empire*, part. I, Dial. 2, p. 81. & 82.

(m) EPISCOPALIS &c. Quorſum ſpectat: Eccleſias ſeu Altaria conſecrare; Chriſma, oleumve Catechumenorum, conficere; Clericos ordinare &c. Vid. cap. Unnic. de *Conſecratione Eccleſiæ*, lib. 3, Tit. 21, Decretal. in 6. & cap. I, de *Supplenda negligentia Prælatorum*, lib. I, Tit. 8, Decretal. in 6. Theſin hanc clariorem reddit *Limnæus* ad A. B. Cap. 1, §. 18, Obſervat. 4, p. 234; & Tom. I, *Jur. Publ.* lib. 3, Cap. 3, §. 40, p. 36; & quos teſtes adducit.

(n) INVESTITUS. Vid. Limnæus ad A. B. cap. 1, §. 18. Obſerv. 5, p. 234.

(o) NEGLIGENS; Vid. ſeq. §. VI, lit. g.

6. (*a*) Omnes ſingillatim convocare debet: Eccleſiaſticos, licet nondum ſint infulati, (*b*) nec ab Imperatore inveſtiti: quia tanquam Principes Imperii, etiam ante inveſtituram, Imperio fide ſunt obſtricti, *d. c. §. 1. 19.* Sede tamen vacante, Capitulum non vocatur; (*c*) quia hoc privilegium perſonale eſt, eique ſoli competit, qui ad Archi-Epiſcopatum legitimè adſcitus eſt, *Arum. de Comitiis c. 14. num. 180.* & propter (*d*) Unionem Electorum, *die Churfürſtliche Vereinigung, quam exhibet Limn. Tom. 4. Jur. publ. in addit. ad lib. 3. c. 2. p. 314.* ubi, quod Moguntino incumbit, ſi ille moriatur & ſedes vacua ſit, non Capitulo; ſed Trevirenſi, expediendum datur. Electores ſeculares vocantur, etiamſi nondum ſint inveſtiti, (*e*) habent enim

 jus

Digitized by Google

jus & votum eligendi virtute Principatûs electoralis, *A. B. c. 7, §. 2. c. 20. in pr.* ſi minorennes ſunt, ipſorum (*f*) tutor vel adminiſtrator vocandus eſt. *A. B. c. 7. §. 2. in fine.* Si quidam vocatus non eſt, plus ejus contemptus (*g*) electioni obſiſtit, quàm cæterorum contradictiò prodeſt, & poteſt contemptus injuriam electionis annihilatione vindicare. *Beck. lib. 2. c. 3. §. 2. in fin.* & hinc (*h*) *Conradi III*, Electio impugnabatur à Saxonibus, & Henrico Duce Bavariæ, quod ad eam vocati non erant, *Otto Friſingenſis lib. 7. Ann. c. 22. Ludovici Bavari*, quod Archi-Epiſcopi Electores non interfuerant. *Paralipom. ad Urſperg. in Ludov. Bav. Caroli IV.* Electio dicebatur latenter facta à Palatino & aliis Principibus, quod omnes Electores legitimè, & ut oportebat, non erant vocati, *Cuſp. in Caroli IV. vita, Maximiliano I.* à Rege Bohemiæ arma intendebantur, quod ad ipſius electionem non erat vocatus. *Hartm. Maur. de coronatione Caroli V. Linnæus in not. ad Cap. Ferdinandi III. p. 746. & ſeqq.* diſtinguit, an aliquis non ſit vocatus, ex ſola Moguntini negligentia, an ex contemptu, an ex conſideratione temporis & moræ, an propter ſuum delictum. Tribus prioribus caſibus ſtrictô jure electionem irritam dicere poterit: amore tamen boni publici, & quia magna exinde in Rempublicam redundare ſolent incommoda, electionem ratam habebit: Ultimo caſu nullo jure eam irritam dicet, quia jure omiſſus eſt. Exemplum vid. *§. 50. in Capitul. Ferdin. III.* Nos verbis A. B. accuratius conſideratis *c. 1. §. 21. & c. 2. §. 4.* putamus, nullo caſu eam irritam dici poſſe; quæ enim eſt ratio, ſi quis nimis tardè advenit, ea etiam eſt ratio, ſi non vocatus planè non venit; utroque enim caſu negligentia ejus verſatur, & punitur; lex enim hic interpellat pro homine; & proprio motu advenire debet, *A. B. c. 1. §. 19.* iſto autem caſu electio firma manet: ergo & hoc caſu. Quamvis perſecutio injuriæ, quæ ex neglecta intimatione in ipſum redundat, contra Moguntinum ipſi non ſit inhibita.

NOTÆ.

(a) OMNES &c. Exceptis quibusdam caſibus v. g. Si (1) quis, juſtis de cauſis, captivitatem ſubiret; exemplo *Philippi Chriſtophori à Sotern*, Electoris Trevirenſis, anno 1635, expugnata *Trevirorum Auguſta*, intercepti; ceu præced. Tit. V. §. 11, in vita *Ferdinandi* 2 Imp. v. 4, ad an. 1636, p. 76[illegible] monitum. Spectat huc Collegii Electoralis Reſponſio, ad Cæſaream Propoſitionem, in Conventu Electorali, *Ratisbonæ*, an. 1636, 15 Sept. factam, apud *Lundorpium*, Tom. IV. *Act. Publ.* lib. 3, cap. 89, p. 581, verb. *Demnach, allen erwogenen Umbſtanden nach, darfür gehalten, daß hœchſt-ermeltes Churfürſtl.* Collegium, *ſo wohl mit den* Collegial-*Berathſchlagungen, als auch der Wahl eines Rœmiſchen Kœnigs ſelbſt, des Churfürſten von Trier unerfordert, ohne Nullitat verfahren konnen; dann obwohl die güldene Bull in dieſem Fall, die Gegenwærtigkeit der Sieben Churfürſten, oder dero genugſam Gevollmæchtigten Abgeſandten, erfordert; ſo begreifft doch auch hingegen dieſelbe unterſchiedliche Fæll in ſich, derentwegen ſich ein Churfürſt ſeiner Stimm, in der Wahl eines Rœmiſchen Kœnigs, vor daſſelbige mahl verluſtig gemacht, und die übrige, einen als den andern Weg, damit verfahren kœnnen; wie ſolches der* Textus in Titulo I Aureæ Bullæ, §. (8) Si quis autem Princeps &c. *und an mehr andern Orten, klærlich außweiſet; und nachdem allen dergleichen weitgeringern Verbrechen, die* privation *des* Suffragii, *auf ſich tragen, ſehen die hochlœbliche Herren Churfürſten, und der AbweſendenRæthe, Bottſchafften und Geſandten, nicht, warumb man eben in dieſem jetzigen Fall, da der Herr Churfürſt von Trier; nicht allein gegen etliche ſeiner Herren Mit-Churfürſten, ſondern Ihrer Kayſ. Maj. und den* Statum Imperii, *ja auch wieder die Güldene Bull, und Churfürſtliche Vereinigung, (indem des Herrn Churfürſten Gn. ſich mit ihrem* Voto, *ſo Sie, bey künfftiger* Election futuri Regis Romanorum, *auf andere Außlændiſche Potentaten zu geben, gemeinet, unzeitig, und* extra Collegium, *herauß gelaſſen, und alſo deſſelben ſich ſelbſt unfæhig gemacht,) ſo ſchwerer Verbrechen beſchuldiget, und ſo weit gravirt wird, daß Ihr Churfürſtl. Gn. zum wenigſten zu einer ordentlichen Rechtlichen* Exculpation *und* Elidirung, *ſolcher gegen die vorhandene klare, und zu Recht beſtændige indicien, verbunden;) des Außgangs des Proceß, welcher, ſeiner Weitlaufftigkeit halben, groſſe Zeit erfordern wird, erwarten, und immittelſt des H. R. Reich in gegenwærtigen Nœthen, Ihres Verbrechens halben, ſtecken, und dieſe,* pro utilitate Imperii, *erforderte Wahl eines künfftigen*

tigen Succeſſoris, *darumb aufſchieben, und es hingegen zu einem gefährlichen* Interregno *kommen laſſen ſolte. Zu welchem dann auch noch dieſes komt, daß Ihr Churfl. Gn. nach Anleitung oberwehnter* deduction, *in ſo enger Freundſchafft und* Correſpondenz *mit Franckreich begriffen, daß Sie, allem Anſehen nach, wohl gar die Rœmiſche Cron auf ſelbigen Kœnig zu transferiren, und noch darzu das* Regnum Auſtraſiæ, *der Cron Franckreich zum beſten wieder aufzurichten, und alſo* fines Galliæ *biß an den Rhein, zu des H. R. Reichs hœchſten* præjudicio, *zu erweitern ſich unterſtanden; welchem nach die übrige Herren Churfürſten ja billig Bedencken tragen, in Ihrer Churfl. Gn. Gegenwart, eben von denen Sachen zu tractiren, darinnen Sie albereit, wieder des H. Reichs Fundamental-Geſetze, und die Güldene Bull, einem Außlændiſchen Potentaten, Ihre Stimm, und alle andere mægliche Beyhülff, verſprochen zu haben, hœchlich gravirt ſeyn &c.* Anſam quidem impugnandi Electionem *Ferdinandi III*, an. 1636. inde arripuit Dn. *Stella*, Galliarum Regis *Reſidens* Miniſter Argentorati, tecto *Juſti Aſterii* nomine, in lucem edito *Examine Comitiorum Ratisbonenſium;* præcipuâ vero ejus argumentorum proſtrata vides apud *Schützium*, Vol. I *Jur. Publ.* Diſſ. 2, *§.* 23, p. 130 &c. Rationes in utramque partem, recenſet *Limnæus* ad *Capit. Ferdinandi III*, Art. 50, verb. *der güldenen Bull*, p. 745 & 746. Ne tamen res in Trevirenſis Cathedræ vergeret præjudicium, inſertum legitur Art. 50 Capitulationis Ferdinandi III: *Nachdem auch, vor dißmahl, aus erheblichen gewiſſen Urſachen, der Churfürſt zu Trier, dieſer Unſer Kœniglichen Wahl, weder in Perſohn, noch durch Geſandten, beywohnen kœnnen, ſo ſoll ſolches in künfftigen Fallen, zu keiner nachtheiligen Conſequentz gereichen, weniger zu einem Præjuditz angezogen werden, noch auch der Gülden Bull, und alten lœblichen Herkommen, in einigen Weg abbrüchig ſeyn, &c.* Aut (2) Periculum in mora eſſet. Quanquam Bohemus arma minabatur, cum *Maximilianus I*, ſe ad Comitia non vocato, Rex Romanorum eligeretur, Electoribus reliquis fruſtra ad moræ anguſtias provocantibus. Controverſia amice componenda, datæ ſunt Ei an. 1489, Reverſales, quibus cautum, ſingulos Electores quingentas auri puri marcas, pœnæ loco, Ei ſolvere teneri, ſi poſthac ad Electionem Romanorum Regis non vocaretur. Vid. *Goldaſtus* Part. 2, *der Reichs-Satzungen*, p. 178; & *Thulemarius*, *Octovirat.* Cap. 14, *§.* 19, p. m. 171 & 173, ubi formula: *Wir &c. bekennen und thun kund offentlich, mit dieſem Brieff; Nachdem, als nach unſers lieben Herren Geburth*, 1486 *Jahr, wir* (Electores) *von der Kayſerlichen Majeſtat* (Friderico III) *auf einen Tag gen Franckfurt an Main, in etlichen des Rœmiſchen Reichs Geſchæfften, und nicht von wegen der Wahl eines Rœmiſchen Kœnigs, gefordert, daſelbſt, aus zufælligen Sachen, einen Rœmiſchen Kœnig zu wehlen, gut zu ſeyn, im Rath befunden, und .... Herr Uladislaus, Kœnig in Bœheim, aus nicht Forderung zu ſolcher Wahl, Unwillen und Verdruß empfangen: Derhalben, aus Inhalt einer Verſchreibung, oder* Privilegii, *ſeinen lieben Vorfahren .... gegeben, Fünffhundert Marck Golds zu fordern, fürgenommen .... So haben wir .... den Durchlauchtigſten Fürſten, Herrn Uladislaum .... bewilliget .... ſo und ob hinfuhro, und zu ewigen Zeiten, ein Rœmiſcher Kœnig gewehlet, ... und der gemelte .... nicht gefordert würde, ... Ihme fünffhundert Marck Goldes wollen, ein jeglicher ſo viel inſonderheit für ſich, bewilliget haben &c.* Conf. *Hartmannus Maurus*, de *Coronatione Caroli V* Imp. apud *Schardium*, Tom. 2 *Rer. German.* p. 26; unde *Knichen*, de *Saxonum non provoc. Jure*, verb. *Elector.* c. 1, §. 236, & *Limnæus* lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. 8, *§.* 4, p. 83, ſua deſumſerunt. Add. *Limnæus* ad A. B. Cap. 1, §. 18, Obſervat. 6, p. 236: *Strauchius*, diſſert. Exoter. XV, de *Pontificis Romani partibus circa Electionem Imperatoris*, Cap. IV. *§.* 2, p. 465; *Daniel Otto*, J. P. cap. 10, p. m. 242 & 243; (3) Aut in Electorale Collegium nondum foret introductus. Aut (4) declaratus ſit in Bannum Imperii, exemplô *Joſephi Clementis*, Electoris Colonienſis, & *Maximiliani Emanuelis*, Electoris Bavariæ, Germanorum Fratrum, An. 1706, 29 April. ob cauſas notiſſimas, proſcriptorum, nec propterea ad Electionem *Caroli VI.* An. 1711 vocatorum, habitis ſuſque deque ipſorum, nominatim *Colonienſis*, ſub dato *Valenciennes*, 4 Julii. 1711, & Bavari, ſub dato *Luxembourg*, 7 Julii 1711, interpoſitis proteſtationibus, apud *Lunigium*, part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2. *IV. Abtheilung*, *IX. Abſaz*, §. VII. ſupplem. ulter. p. 968, & *Fabrum* Tom. XVII *der Staats-Canzeley*, Cap. XII. §. 3. p. 633 &c. & §. 4, p. 645.

(b) INFULATI &c. i. e. à Pontifice Romano confirmati. *Per ſolam* enim *Electionem* Clerici fiunt Status Imperii, gaudentque Comitiorum juribus, nec alio reſpectu qualicunque. Vid. Dn. *Schilter.* Tom. I *Inſtit. Jur. Publ.* lib. 1, Tit. XIV, *§.* 20, p. 150. Exempla ſuppeditat Dn. *Schweder Introd. Jur. Publ.* part. ſpec. Sect. 1, cap. 2, §. 9, p. 216.

(c) NON VOCATUR &c. Nec obſtat, quod, *Sede vacante*, Capitula ad Comitia vocentur, teſtibus Subſcriptionibus Receſſuum Imperii v. g. *Auguſtani* de an. 1555, ubi: *Dechant und Capitel zu Minden, Veit Krum, Probſt und* Syndicus &c. *Auguſtani* de an. 1559, ibi: *Probſt, Dechant und Capitul des Thumbſtiffts Freyſingen, vacante Sede, Chriſtoph Stenglin, Thumb-Herr, und* Marcus Tatius, *Canzler, beyde Doctor;* Ratisbonenſis de an. 1576, *des Stiffts Halberſtadt, Sede vacante, Heinrich von der Luhe, und Franciſcus Muntzeltin, Licentiat &c.* & noviſſimi *Ratisbonenſis* de an. 1645, ubi: *Geiſtlicher Fürſten Bottſchafften Von wegen Paridis, Ertz-Biſchoffs zu Saltzburg, Legaten des Stuhls zu Rohm, auf deſſen Ableiben, Thumb-Probſten, Thumb-Dechanten und Capituls daſelbſten ... Johan-*

nes Baptiſta, Graf von Lædron. It. Melchioris Ottonis, *Biſchoffs zu Bamberg ---- auf deſſen Ableiben, Thum-Dechanten, Senioris und Capituls daſelbſt ---- Cornelius Gobelius* &c. Rurſus: *Dechant und Capituls des Stiffts Wormbs*, Cornelius Gobelius *obgedacht &c.* Conf. *Petrus Friderus* Mindanus, de *Proceſſibus, in Imperiali Camera extrahendis*, lib. 1, cap. 19, §. 7, p. 76; *Bertram*, de *Comitiis*, m. 7, *t.* 37; *Arumæus*, de *Comitiis*, c. 4. §. 103 &c. *Paurmeiſter* de *Juriſdict.* lib. 2, cap. 9, §. 115; *Schütz, Colleg. Jur. Publ.* Tom. I, Exercit. 10, *t.* 9, lit. d, p. 795; *Rumelinus*, ad A. B. part. 2, diſſert. 1, §. 3, p. 328, ibique *Mylerus* in Notis, nec non ad part. 2, Diſſert. 3, §. 4, lit. b, p. 447. *Limnæus* Tom. 3 *Jur. Publ.* lib. IX, cap. 1, §. 50, p. 12, & ad A. B. cap. 1, §. 18. Obſervat. 10, p. 237: Aliique multi. Jura enim Comitiorum, Præſule mortuo, revertuntur ad Capitulum, quod inſtar tutoris eſt vacantis Principatus. Comparere vero in Collegio Electorali, exiſtentiam Archi-Epiſcopi Electoris requirit; hinc rectè Moguntinus, *in der Reiniſchen Verein*, de an. 1521, §. 15, apud *Limnæum* Tom. IV Addit. ad lib. 3, c. 2, p. 320: *Und wäre es, daß einiger unter uns obgenanten Churfürſten, von Todeswegen abgeben würde, ſo ſollen wir, Ertzbiſchoff zu Maintz, deſſelben abgegangenen Churfürſten Nachkommen oder Erben, nachdem Er zu Regirung ſeines Churfürſtenthumbs kommen iſt, dieſe Unſere Einung verkundigen, und damit ermahnen; und ſo Er dann begehret in ſolche Einung zu kommen, ſoll Er darein genommen werden ---- Wo aber der Fall an Unß, dem Ertz-Biſchoff zu Maintz, beſchehe, ſollen Wir, der Ertz-Biſchoff zu Trier, Seine Ld. des ermahnen, und vollziehen, wie obſtehet.* &c. Ecce, nulla hic Capituli mentio, ſed ubique Electorum exiſtentia opus eſt. Conf. *Limnæus* ad A. B. l. c. pag. 238.

(d) UNIONEM &c. de qua Vid. ſeq. Lib. 3, Tit. VIII, §. 30.

(e) INVESTITI &c. Eadem enim jura competunt Laicis Electoribus ex hereditaria ſucceſſione, quæ Clericis ex Electione. Conf. *Limnæus* ad A. B. cap. I, §. 18. Obſervat. 11, p. 238. *Thulemar. Octovirat.* cap. 24, §. 21, p. 433.

(f) TUTOR &c. Vid. *Limnæus* ad A. B. cap. 1, §. 18, Obſervat. 12, p. 238. Dn. *Schwederus*, Introduct. in *Jus Publ.* part. ſpec. Sect. 1, cap. 2, §. 9, p. 218, ubi Exempla. Dn. *Thulemarius* l. c. §. 22, p. 434.

(g) CONTEMPTUS &c. Multum intereſt, ſi quæramus: *Num Electio Imperatoris valeat, non convocatis omnibus Electoribus? & num valeat, Electore quodam excluſo?* illud affirmandum arbitror, modo, de celebrandæ electionis termino locoque conſtiterit. Omnes enim Electores ab ipſa Lege, ſcil. *Aurea Bulla*, cap. 1, §. 21, verb. *Quod ſi idem Archi-Epiſcopus &c.* vocantur; conſequenter nemo eorum impeditur, quo minus veniat, licet à Moguntino non vocetur; ideoque non comparens ſemetipſum ſuffragio mulctat, arg. A. B. cap. 1, §. 23, quo cautum: *Electorem, ad Electionem vocatum, ad eam vero non venientem, nec legales Nuncios, cum literis patentibus, ſigillo ſuo majori ſigillatis, plenamque & liberam, ac omnimodam, poteſtatem continentibus, ſuo nomine mittentem; vel, comparentem quidem, Electione autem nondum finita iterum diſcedentem, nullo Procuratore legitimo ad præmiſſa ſolenniter conſtituto & relicto, voto ſuo privari, quo alias in electione iſta fuiſſet gaviſus.* Jam, à Lege vocatus, eſt vocatus; ergò, ſe non ſiſtens, ſibimet ipſi jacturam ſui voti adſcribat. Conf. *Lampadius*, de *Republica Rom. Germ.* part. 3, cap. 2, §. 18, p. 39, ibique *Conringius*, in *Annotatis*, p. 133. Ad poſterius, reſpondeo: Valere Electionem, ſi Elector juſtis de cauſis excludatur, v. g. vel ob admiſſa in Imperatorem & Imperium, quo Trevirenſis exemplum referas, præced. lit. a; vel, cum quis debitum ſalvum conductum Collegæ petenti denegaverit, arg. A. B. cap. I, §. 5, &c. ſecus, ſi ſine ratione. Vid. *Conringius* l. c. Conf. *Limnæus*, ad *Capitulationem Ferdinandi III*, Art. 50, verb. *der Güldenen Bull*, p. 746 &c. ubi, contra *Reinkingium, Gailium, Arumæum*, & aſſeclas, Electionem, non convocatis omnibus Electoribus, celebratam, ſimpliciter rejicientes, diſputat, cujus diſtinctiones Dn. *Schwederus* part. ſpec. Sect. 1, cap. 2, §. 7, p. 215. repetit.

(h) CONRADI III. Eadem Exempla proferunt *Limnæus* ad A. B. cap. I, §. 18, Obſervat. 6, p. 235 & 236; & ad *Capitulationem Ferdinandi III*, Art. 50, verb. *der Güldenen Bull &c.* p. 748; & *Strauchius*, Diſſert. Exoter. XV, de *Pontificis Romani partibus, circa Electionem Imperatoris*, cap. IV, §. 2, p. 465.

7. Ita convocati EE. à Moguntino, intra terminum, à Moguntino præfixum, ſeu tres menſes continuos, *ſecundò*, comparere debent: vel ipſi, vel nuncii ipſorum, quos inſtruere debent (*a*) liberâ agendi poteſtate, literis patentibus & ſigillo majori ſignatis, quarum tenor exhibetur *A. B. c. 20.* Hi nuncii legales eſſe debent, *c. 1. §. 18.* hoc eſt, ejus conditionis, ut illis nihil poſſit opponi, quod eos ab hoc illuſtri conventu arceat, ut eſt infamia juris vel facti, vilis conditio &c. *Limn. ad A. B. c. 1. §. 18. obſ. 22.* Vel etiam uni ex Electoribus, ibi præſenti, (*b*) votum ſuum committere poſſunt. *arg. dicti c. 1. §. 18.* Sic *Wenceslaus* Bohemiæ Rex, defuncto

Rudol-

Rudolpho Cæſare, Anno 1291. (*c*) vices ſuas Electori Moguntino commiſit; Unde Moguntinus in Inſtrumento ſuper hunc actum facto, dicit: *Haben wir auch mit Willen unſerer Mit-Churfürſten, ſeine Stelle eingenommen, und ſo wol für unſere Perſon, als an ſtatt und von wegen vorgemeldten Kœnigs in Bœhmen, den Durchlauchtigſten Fürſten und Herrn* Adolphum *zu einem Rœmiſchen Kœnig erwehlet.* Votum tam nec per literas mittere, neque illud in mandato, quod nuncio ſuo dat, ad certam perſonam reſtringere poteſt: quia eſt actus collegialis; & quia debet eſſe inſtructus mandato cum libera. Non obſtant Goldaſti *Politiſche Reichs-Hændel*, ubi mandatum Electoris Alberti Saxonis de anno 1291, inter alia ita refert: *daß Hertzog Albrecht Churfürſt, dazumal bey der Wahl eines Kayſers nicht erſcheinen kœnnen, ſondern bittet, daß der Kœnig* Wenceslaus *ihme über die Summa, als nemlich über fünfſthalb tauſend Marck ſeinen Silbers, welche ein Rœmiſcher Kœnig jeglichen Wahlfürſten zu geben pfleget, eine Verſicherung geben wolle, welche ſeine Geſandten, als nemlichen zehen Ritter, zween Caplæn, und acht Hofleut, die er, der Kœnig mit Kleidung, Speiſe und Tranck und Futter verſehen wolte, empfahen ſolte; ſo woll er dagegen ſeine Stimm auf keinen andern zu geben befehlen, als auf denjenigen, welchen der Kœnig aus Bœhmen wehlen würde.* Datum Sittaviæ anno 1291. in vigilia S. Andreæ. Ita ut Waldemarus, Marchio Brandenburgenſis, non jure fecerit, quando Legatum ſuum de Friderico Auſtriaco, nomine ſuo eligendo, inſtruxit, eumque Ludovicum Bavarum, contra mandatum, eligentem in carcere fama necavit; cùm pomum in conſpectum ejus appendi curaſſet, quod tamen tangere non poſſet, omni alio præterea alimento denegato. Albert. Crantz. in Saxon. *Lib. 9. c. 8.*

NOTÆ.

(a) LIBERA AGENDI POTESTATE &c. Communis Doctorum ſententia eſt, propter verba A. B. cap. 1, §. 10: *Cum plena & omnimoda poteſtate*, Electoribus non licere, Legatos mittere, ad celebrandam Electionem, *cum Mandato hunc vel illum eligendi*; ſed eos teneri Oratoribus ſuis liberrimam agendi poteſtatem facere, ac ſi ipſimet adeſſent, citra denominationem certæ alicujus perſonæ, exemplo Procuratorii *Ludovici*, Regis Bohemiæ, an. 1519, ablegatis ſuis Miniſtris ad Electionem *Caroli V*, dati, apud *Goldaſtum*, part. 1 *der Reichs-Handel*, Tit XV, pag. 16 & 27; ita *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, lib. 1, Claſſ. 3, cap. 3, §. 10, p. 205; *Schützius*, *Colleg. Jur. Publ*, Exercit. 2, §. 13, p. m. 107, ibique *Scharſchmidius* in Notis, lit. b. *Wurmſerus*, Exercit. 2, q. 6. *Limnæus*, in Notis ad *Danielis Ottonis Jus Publ.* cap. 10, p. m. 247 & 248; *Rumelinus* ad A. B. part. 2, Diſſert. 6, §. 15, p. 640; *Mylerus ad Rumelinum* l. c. part. 1, Diſſert. 2, §. 14, p. 62, & part. 2, diſſert. 6, §. 13, p. 638; & §. 15, p. 641; *Strauchius*, *diſſert. Exot.* IV, de *Illuſtribus Controverſiis circa Electionem Caroli V*, §. 25, p. 112; Dn. *Schwederus*, *part. ſpec. Introduct. Jur. Publ.* Sect. 1, cap. 2, §. 14, p. 223 & 224, aliique multi; addentes, Electoralia vota eſſe debere Collegialia, conſequenter, prævia diligenti deliberatione, in ipſo Collegio ferenda; deinde, hoc ſi liceret, mandatum etiam per literas mitti poſſe, contra expreſſum A. B. cap. 1, §. 19, textum, qui aut Electores ipſos, aut Eorum Legatos *cum plena & omnimoda poteſtate*, expoſtulet; hinc etiam, tempore *Ferdinandi* 2, Electionis negotium ſuſpenſum hæſiſſe, donec Legatus Saxonicus, cum *limitato mandato* accedens, plena agendi poteſtate fuerit inſtructus; vid. *Mylerus ad Rumelinum* l. c. part. 2, Diſſert. 6, §. 15, p. 641; Dn. *Schweder* l. c. In contrariam tamen ſententiam ire videtur *Daniel Otto* l. c. ad vulgatiſſimum provocando Exemplum *Waldemari*, Brandenburgici, qui Legatum, *Nicolaum à Bock*, vel propterea fame necaſſe fertur, quod, an. 1314 *Ludovicum Bavarum* elegerit, cum mandato eligendi *Fridericum Auſtriacum*, miſſus; teſtibus *Cranzio*, lib. 9. *Saxon.* cap. 8, *Mutio*, lib. 24 *Chron.* p. 221; *Cuſpiniano*, in vit. *Friderici* Auſtriaci; *Pantaleone von Teutſchen Helden*, part. 2, p. 394, in vita *Ludovici Bavari*; *Sigismundo von Bircken, im Oeſterreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 3, cap. 2. p. 268 & 269; *Buxtorffio* ad A. B. Concluſ. 23, lit. C; *Rumelino* l. c. part. 2, diſſ. 6, §. 15, p. 460; Dn. *Schwedero* l. c. §. 14, p. 224; Dn. *Zwegburgio*, in *Theatro Præcedentiæ* part. 2, Tit. 3, p. 42; *Kortholto Hiſtor. Eccleſ.* part. 14. cap. 1, §. 3. p. 550; *Dobnero*, diſſ. de *Imperatore*, *Ejusque Electione*, §. 88; Aliis; quamvis ex Hiſtoria *Ludovici Bavari*, præced. Tit. V, §. 11, p. 651, id non eluceat, ſed potius auctoritate *Nicolai Burgundi*, lib. 1. *Hiſt. Bavar.* p. 10 & 12; *Jacobi de Königshoven, Chron. Alſat.* cap. 2, §. 196, pag. 125, & *Annalium Henrici Rebdorfienſis*, ad an. 1314, pag. 421, imò, ipſarummet Electoralium literarum ad futu-

rum

Digitized by Google

rum Pontificem, formula ibi prolata, firmetur, Brandenburgicum à partibus *Bavari* ſtetiſſe; inſuperque, ex *Alberto Argentinenſi*, ad an. 1313, apud *Urſtiſium* T. 2 *Rer. Germ.* p. 119, & *Nauclero*, Vol. 1, Generat. 44, p. 992, notum ſit, Legatum Brandenburgicum, *Sufficienti Mandato eligendi in genere* exſtructum, Bavaro votum dediſſe, quod ipſius Domino diſplicuiſſe nonnulli arbitrabantur, alto de pœna, quam *Bockius* ea propter ſubierit, ſilentio. Quicquid horum ſit, extra controverſiam eſt, *Mandatum plenum*, quale hic requiritur, non opponi *Mandato ſpeciali*, *hunc vel illum eligendi*, ſed ſaltem *Generali*, de quo non termo; ideoque nec adductum A. B. textum ejusmodi mandata infringere; cum & illud *plenum* ſit; quod ad *certam perſonam reſtrictam*, licet *Generale* vocari nequeat. Re vera, tenentur Electores, ex ſacramento, quo Imperio adſtricti ſunt, talem Imperatorem eligere, qualem Reipublicæ optimum judicent; quid igitur obſtet, quo minus quis, extra Conventum Electoralem, domi, inſtituta cum Miniſtris diligenti deliberatione, ejusmodi Subjectum perveſtigare, & illud, per Legatum poſtea, in Collegiali Conventu, declarare poſſit? exemplo *Friderici V* Palatini, anno 1619, qui Illuſtriſſimum Comitem *Solmenſem*, tempore electionis *Ferdinandi* 2, Francofurtum miſit, cum *mandato pleno* ſuffragii, in favorem *Maximiliani* Bavari, exponendi, teſte Manifeſto *Caroli Ludovici*, *Friderici* filii, de anno 1640, apud *Lundorpium* Tom. IV, lib. 3, cap. 109, p. 7 1, ubi: *Solches Chur-Pfaltziſches* Votum *aber iſt nit allererſt in* Conclavi Electorum, *und in* puncto *der Wahl, formirt, ſondern lang zuvor, von Ihrer Churſt. Durchl. ſelbſten, mit guten Vorbedacht, concipirt, mit eigener Hand geſchrieben, unterſchrieben, verpitſchieret, und dero Groß-Hoffmeiſtern, Herrn Johan Albrecht, Grafen zu Solms, auf den Wahl-Tag mit gegeben worden, daſſelbe bey der Ræmiſchen Wahl zu eræffnen &c.* Nonne hoc etiam rationi magis conſentaneum eſt? alias enim Legati, auro forſan corrupti, inutilem plane Imperio Principem conſtituere poſſent. Verum quidem, *non Exemplis, ſed Legibus, judicandum eſſe*, arg. l. 13, C. *de Sententiis & Interlocutionibus*; enim vero, quid obeſt Exemplis, ubi Leges non contrariantur? Conciliandi rationes inſtituunt: *Mauritius*, de *Comitiis Elector.* c. 1, §. 5; *Limnæus*, ad A. B. cap. XIX. Obſervat. 7, pag. 495; *Scharſchmidius* ad *Schützium* l. c. Vol. 1, Exercit. 2, §. 13, p. 108; & Dn. *Joachimus de Pritzbaur* Diſſ. *de Jure Præſentiæ*, *circa Negotia Imperii*, anno 1684, Præſide Ill. Dn. *Strykio*, Francofurti habita, cap. 3, §. 17, p. 42; exiſtimantes, licere Electori, Ablegato ſuo, vel verbis, vel ſcripto, mandare, ut hunc, vel illum, eligendum proponat: nequaquam vero, in *Mandato ſolenni*, quod Moguntino, tanquam Electoralis Collegii Directori & Decano, exhibendum, perſonæ, cui voto favet, nomen exprimere. Sereniſſimus Elector Brunſuicenſis & Luneburgenſis, Legationem ſuam an. 1711. ſpeciali Mandato munivit, cujus tenorem in Addendis &c. Tomo ſecundo ſubjunctis invenire licet. Add. *Kulpiſius*, de *Jure Statuum Imperii circa Legationes*, §. 20, p. 13 & 14. Exemplum Saxonici Oratoris, cujus memini, nihil involvit contrarii, cum Mandatum *minus plenum* fuerit.

(a) VOTUM SUUM COMMITTERE &c. Ceu factum in Electioni *Richardi*, anno 1257, ubi Colonienſis, votum *Moguntini* expoſuit; teſte *Urbani IV* P. R. Epiſtola ad *Richardum*, apud Dn. *Leibnitium* in *Prodromo* Tom. I *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, §. XIV, v. 5, p. 15; nec non tempore *Henrici Luzelburgici*, anno 1308, quo *Rudolphus*, Saxoniæ Dux, votum ſuum *Ottoni Brandenburgico* commiſit; arg. *Declarationis Legatorum Brandenburgicorum, circa Pacta de eligendo Romanorum Rege, Popardiæ*, 1308; cit. Tom. I, *Cod. Dipl.* §. XXX, p. 50; & apud *Lundorpium* Tom. IV *Act. Publ.* lib. 3, cap. 108, p. 729; *Otto* licet vices ſuas iterum demandaverit *Waldemaro* agnato, cui ſimul *Johannes & Ericus*, Fratres, Saxoniæ Duces, ſuas crediderant, ceu ex *Electionis iſtius decreto*, apud laudatum Dn. *Leibnitium* l. c. Tom. 2, in *Mantiſſa*, §. 49. p. 253. patet; Idem contigiſſe in electione *Ludovici* Bavari, à paucis, nomine omnium, ſolio impoſiti, ex hiſtoria Vitæ Ejus præced. Tit. 5, §. 11, p. 951 eruendum eſt.

(c) VICES SUAS &c. *Adolphum* Naſſovium à paucis duntaxat, præcipuè à *Moguntino*, nomine omnium, electum, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1298, pag. 166 &c. docui; conf. *Spangenberg*, *Chron. Manſfeld.* cap. 271, p. 318; *Becker Synopſ.* lib. 1, cap. 3. §. 6.

8. Elector legitimè vocatus, ſi neque ipſe, neque per alium *(a)* compareat, electionis voce pro illa vice privatur; nec ejus abſentia alios impedit: Si tardus, ante finitam tamen electionem, adveniat: in eo ſtatu admitti debet, in quo electio eſt adventus ſui tempore. *A. B. t. 1. §. 21. t. 2. §. 4.* Sed quid obtinere debeat, ſi brevior terminus quam in A. B. à Moguntino præſcribatur? In aurea Bulla determinatum hoc non eſt. Cum 1530, Elector Saxoniæ à Moguntino vocaretur die 28. Novembris, ad diem 29. Decembris, ad eligendum Regem Romanorum, ab Electore Saxoniæ, & reliquis Principibus, opponebatur, Citationem nec rectè, nec ordine, eſſe factam. Et cum *Ferdinandus Primus*, 1531. die 5. Januarii Rex Romanorum renunciaretur, cum Elector Saxoniæ diu pro legitimo Rege Romanorum agnoſcere non voluit

luit

luit *Sleidan. lib. VII*, p. 203, 204, & ſeqq. Electio Maximiliani, à Moguntino, in Comitiis Francofurtenſibus, intimabatur, die 13 Febr. 1486, Electoribus, ut die 16 ejusdem menſis, ad Electionem comparerent, Vid. *Protocollum Electionis*, apud *Goldaſtum, in Polit. Reichshändl.* Part. 1. §. 4. Cum *Ferdinandus IV*, in comitiis Ratisbonenſibus eſſet eligendus, idem terminus obſervatus non eſt. In Electione *Leopoldi*, Imperatoris noſtri Glorioſiſſimi, terminus trium menſium extenſus eſt. *Ferdinandus III* moriebatur, 1657, die 23 Mart. Electores vocabantur ad novam Electionem, ad 4. Auguſti, ejusdem Anni; ſed conveniebant demum Francofurti. 1658, ibique eligebant modernum noſtrum Imperatorem, die 8 Julii. Moguntinum hunc terminum pro arbitrio (*b*) mutare non poſſe, dubio caret. Attamen, ſi ſalus Reipublicæ omnino celeritatem exquirat, poterit Moguntinus Co-Electores ſuos, brevi conſtituto tempore, ad conſilium vocare, ac tunc in eodem Illis exponere, Electionem maturari debere, nec terminum trium menſium expectari poſſe. Cui certè nemo Electorum contradicet, quorum curæ in ejusmodi Collegiali Conventu ſalus Imperii commendata eſt. A. B. Cap. 12. §. 1. Capit. Caroli V, Art. 5. Limn. ad A. B. Cap. I, §. 18, Obſervat. 19.

NOTÆ.

(*a*) COMPAREAT &c. Exemplum habemus in *Johanne* Saxone, qui, ad electionem *Ferdinandi I* vocatus, non comparuit. Vid. *Limnaus* ad *Capitulationem Ferdinandi I*, Procem. voc. *mit folgender Genehmhaltung*, p. 424, de Theſi, conf. idem, ad A. B. c. I, §. 1, p. 21, Obſervat. I, p. 250; *Reinking de Regim. Secul, & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 3, cap. 3, §. 12 & 13, pag. 205; Dn. *Schwe-der, Introd. Jur. Publ.* part. ſpec. Sect. 1, cap. 2, §. 15, p. 223 & 224.

(*b*) MUTARE NON POSSE &c. *Arumaus*, ad A. B. Diſc. I, *t.* 36, putat, Moguntinum, pro lubitu, terminum convocationis extendere pariter & contrahere, poſſe, modo, *Vicarii* aſſentiantur; Eandem poteſtatem Moguntino tribuit *Daniel Otto*, cap. 10 *Jur. Publ.* p. m. 238, ſed non niſi juſta & urgente cauſa, ſi v. g. Imperio periculum inde immineret; *Beſoldus de Monarch. Roman.* §. 44; *Rumelinus* ad A. B. Diſſert. 2, *t.* 15, p. 63, Dn. *Thulemarius*, de *Octoviratu*, Cap. 24, §. 33, p. 438; & *Dietericus* ad A. B. Tit. 1, p. 21, etiam in hoc caſu, Vicariorum conſenſum requirunt. Rectius *Limnaeum* ad *Capitul. Ferdinandi I*, Procem. verb. *Mit folgender Genehmhaltung &c.* §. 54, p. 438; Dn. *Schwederum* l. c. §. 12, pag. 221, pluresque alios arbitrari cenſeo, utroque caſu, totius Electoralis Collegii, vel majoris partis minimum conſenſu opus eſſe, cum ſit res totum Collegium reſpiciens, & quidem Lege definita, quam nec Moguntinus ſolus, nec, cum Eo, Vicarii ſoli, mutare valeant. Conſ. *Lampadius* de *Republ.* part. 3, cap. 2, §. 17, p. m. 39, & ibi *Conringius* in *Notis*, p. m. 133; *Buxtorfius* ad A. B. *t.* 20.

9. Hæc convocatio quidem (*a*) Francofurtum fieri debet & comparitio: Sed hodie id præcisè (*b*) non obſervatur. Sic *Ferdinandus Primus*, Coloniæ; *Rudolphus Secundus & Ferdinandus Tertius*, Ratisbonæ; *Ferdinandus Quartus*, Auguſtæ Vindelicorum, electi ſunt.

NOTÆ.

(a) FRANCOFURTI &c. juxta A. B. Cap. I, §. 19. Imò, *antiquiſſimam Imperii Obſervantiam*, teſte *Urbani IV*. P. R. Epiſtola ad *Richardum* Anglum, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1257, pag. 160. Add. literæ Electorum ad *Clementem V*, P. R. de an. 1309, præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Henrici* VII, v. 4, ad an. 1309. verb: *In Oppido Frankenvord, loco quidem ad hoc ſolito & conſueto &c.* nec non aliæ, ad futurum Pontificem, de an. 1315, ibid. in vita *Ludovici Bavari*, v. 4, ubi rurſus: *Suburbio Oppidi Regalis Franckenfortenſium, loco ſiquidem ad hoc ſolito & conſueto &c.* Conſ. *Nicolàus Burgundus, Hiſt. Ludovici Bavari*, lib. 1. p. m. 10 & 11, *Mutius* lib. XIV *Chron.* p. 107, qui jam *Ottonem III*, hunc Electionis locum conſtituiſſe, opinatur. Hoc tamen caſu, Francofurtenſes jura ſua memoriali conſervare ſolent; quorſum ſpectant ſequentia.

(*b*) NON OBSERVATUR &c. *Hartmannus Maurus*, in *Hiſtoria Coronationis Caroli V*, apud *Schardium*, T. 2, *Rer. Germ.* pag. 18, neſcio, qua auctoritate, ſcribit: *Quanquam Carolus IV Imp. Bulla Aurea ſtatuerit: Regum Romanorum deſignationes Francofordiæ apud Moganum, celebrari debere, idem tamen Carolus, Aureæ Bullæ conditor, ea, quæ de Electionis loco, ſtatuta, contraria Sanctione, ad prætextum, quod tantam Electionem loco reſtringi, perabſurdum foret, Anno à Nativitate Domini* 1363, *palam reſcidit &c.* Quis vidit hanc Conſtitutionem contrariam? Potuitne *Carolus IV*, publicis in Comitiis deciſa, privata auctoritate abolere? Conſ. *Ru-*

melinus ad A. B. Diſſert. 2, *th.* 16, p. 64 & 65; & *Conringius* in *Additionibus ad Notas* in *Lampadium* p. m. 269 & 270; Quid inſuper opus fuerit abolitione? cum in ipſa A. B. cap. XXVIII, §. 5, cautum legatur, certis de cauſis, Electionem etiam alibi celebrari poſſe; ceu aliquoties factum, teſtibus exemplis à Dn. Auctore, nec non *Mylero* ad *Rumelinum* l. c. p. 66; Dn. *Schwedero*, part. ſpec. Sect. I, cap. 2, §. 11, p. 220, Dn. *Rhetio Inſtit. Jur. Publ.* lib. 1, Tit. IV, §. 14, p. 152, aliisque collectis; quibus noviſſimum addas, Invictiſſimi Imperatoris noſtri, *Joſephi*, ob vicinos Gallos, *Auguſtæ Vindelicorum* electi.

Memoriale *der Stadt Franckfurt an das Hœchſtlœbliche Churfürſtliche* Collegium *zu Augſpurg.*

Hochwürdigſte, Durchlauchtigſte, des H. Rœm. Reichs Hœchſtlœblichſte Herren Churfürſten; Gnædigſte Churfürſten und Herren;

So dann

Der abweſenden Herren Churfürſten Hœchſt-anſehnliche Herren Ræthe und Abgeſandte; Hoch-Wohlgebohrne, Hoch-Edelgebohrne, Geſtrenge, Veſt und Hochgelahrte, Gnædige und Hochgeehrte Herren.

Euern Churfürſtl. Gn. Gn. und Durchl. Durchl. Durchl. auch Gnaden und Excellentien, iſt von ſelbſten, ohne unſer weitlaufftiges Erinnern, gnædigſt, auch gnædig und hochgünſtig bekandt, was maſſen des H. Reichs Stadt Franckfurt, von undencklichen Jahren, der gewœhnliche Ort geweſen, da die Wahl eines Rœmiſchen Kœnigs vorgenommen und vollbracht, und daß ſolcher Ort in der güldenen Bull, weyland Kayſers Caroli IV. *hœchſtpreiſslicher Gedæchtniß, darzu* confirmiret, *und beſtetiget worden. Nachdemmahlen aber jetziger Kayſerl. Maj. Unſerm Allergnædigſten Kayſer und Herrn, ohne Zweiffel aus hœchſtbewegenden Urſachen, und mit Einwilligung eines Hoch-lœblichen Churfürſtlichen Collegii, beliebet hat, zu vorſtehender Rœmiſcher Kœniglicher Wahl, des H. Reichs Stadt Augſpurg dißmahls zu benennen, und wir der zuverlaſſigen Hoffnung, in aller Unterthænigkeit leben, es werde ſolches, zu Præjuditz und Nachtheil des H. Reichs Stadt Franckfurt wohlhergebrachter Gerechtigkeit der Wahl-Stadt, nicht angeſehen ſeyn, auch derowegen wir gar nicht gemeynet ſeyn, hierinnen eine Maß zu geben, ſondern wollen vielmehr von gantzem Hertzen wünſchen, daß ſothane Wahl dem H. R. Reich zu gantzlicher Beruhigung, und aller Wohlfahrt, gereichen mœge. Weilen jedoch unſere liebe Vorfahren jederzeit billige Sorgfalt getragen, umb, wie annoch in beygelegten* num. 1. 2. 3. *und* 4. *zu finden, Ihre diſsfals, vor andern Standen des Reichs habende* Jura *und* Privilegia *ſchrifftlich und beſter maſſen zu conſerviren; Als haben wir auch nicht unterlaſſen kœnnen, noch ſollen, dergleichen dißmahl zu thun, und derentwegen dem Wohl-Edlen, Veſt und Hochgelahrten, Herrn Jacob Ernſt Thoman von Hagelſtein, beeder Rechten Lic. Vollmacht aufgetragen, bey nunmehro vorſtehender Kœniglicher Wahl, Ewern Churfl. Gn. Gn. und Durchl. Durchl. Durchl. auch Gnaden und Excellentien, dieſe Schrifft und* Supplication, loco proteſtationis, *ſolche* ad acta imperii *zu regiſtriren, in Unterthænigkeit zu überreichen, und einzutragen; geſtalten dann derſelbe ſolches zu verrichten übernommen, und zu vollziehen ihme wird angelegen ſeyn laſſen.*

Welches Ew. Churfl. Gn. Gn. und Durchl. Durchl. Durchl. auch Gnaden und Excellentien, erheiſchender Nothdurfft nach, wir unterthænigſt, unterthænig und dienſtlich, nicht verhalten kœnnen; Dieſelbe damit Gœttlicher Allmacht, zu erwünſchter Langwüriger Geſundheit, und aller Proſperitæt; Denenſelben aber Uns und gemeine Stadt zu Churfl. Gnad, gnædigen Favor und hohen Gunſt, unterthænigſt, unterthænig und dienſtlich empfehlend

Ew. Churfl. Gn. Gn. und Durchl. Durchl. Durchl.

auch

Gnaden und Excellentien

Unterthænigſte, unterthænige und Dienſtgefliſſene

Burgermeiſter und Rath der Stadt Franckfurt.

Literæ Reverſales Cæſareæ ad Francofurtenſes, de dato Augſpurg 23. Dec. 1689. hujus ſunt tenoris:

LEOPOLD von Gottes Gnaden &c.

EHrſame, Liebe und Getreue. Demnach Unſer und des H. Reichs allhier anweſende Churfürſten, und der Abweſenden Ræthe, Botſchafften und Geſandte, auf unſere Veranlaſſung, und um allerhand wichtiger und bewegender Urſachen willen, inſonderheit aber zu mehrer Beveſtigung des H. Reichs, Unſers geliebten Vaterlands Sicherheit und Wohlfart, einhellig gut befunden und geſchloſſen haben, den 18. *nechſtkünfftigen* Januarii, *neuen Calenders, in dieſer Unſerer und des H. Reichs Stadt Augſpurg, die Wahl eines Rœmiſchen Kœnigs und künfftigen Kayſers, und in wenig Tagen darauf, deſſen Kœnigliche Krœnung vorzunehmen; Und Wir Uns nun gnædigſt erinnern, daß Ihr, von Alters her, dem* Actui *und der* Solennitæt *des neugekrœnten Rœmiſchen Kœnigs beygewohnt; Als haben Wir Euch ſothane,*

von

von denen Churfurſten geſchæpffte Reſolution, und in dieſer Stadt vorhabende Krænung gnædigſt nicht verhalten wollen, damit Ihr, um ſelbiger beyzuwohnen, einige aus eurem Raths-Mittel, hieher abordnen mæget; mit der gnædigſten Verſicherung, daß, wie Wir Uns gnædigſt wohl zu entſinnen wiſſen, was dergleichen Wahl und Krænung halber in der Güldenen Bull, euerer Statt zum Beſten verſehen, alſo auch dieſer allhier, aus erheblichen Urſachen, für dißmahl fürnehmende Actus derſelben zu keinem Abbruch, Nachtheil oder Præjuditz wider das alte Herkommen, gereichen ſolle. Und Wir verbleiben Euch mit Kayſerlichen Gnaden gewogen.

Geben in Unſerer und des H. Reichs Stadt Augſpurg, den 13. Decemb. An. 1689. Unſerer Reiche des Ræmiſchen im zwey und dreyſſigſten, des Hungariſchen im fünff und dreyſſigſten und des Bæhmiſchen im vier und dreyſſigſten.

LEOPOLD.

Vt, *Leopold Wilhelm*
Graff zu Kœnigsegg.

ad mandatum Sac. Cæſ. Maj. proprium
C. Flor. Consbrueh.

Reſponſio Civitatis Francofurtenſis ad Cæſarem, de dato 1689. 31. Dec.

Aller-Durchlauchtigſter &c.

Aus E. Kayſerl. Maj. unterm dato Auſpurg den 23ſten Decembris dieſes mit Gott jetzo zurücklegenden Jahres, an uns abgelaſſenen und den 28ſten darauf zugekommenen, allergnædigſten Schreiben, haben wir in mehrem aller-unterthænigſt vernommen, was geſtalt E. K. Maj. und auf Dero Veranlaſſung, des H. Reichs daſelbſt anweſenden Churfürſten, und deren abweſenden Ræthen, Botſchafften und Abgeſanden, um allerhand wichtiger und bewegender Urſachen willen, inſonderheit zu mehrer Beveſtigung des H. Reichs, unſers geliebten Vaterlandes, Sicherheit und Wohlfart, einhellig gut gefunden, und geſchloſſen haben, den 18. des inſtehenden Monats Januarii neuen Calenders, in des H. Reichs Stadt Augſpurg, die Wahl eines Ræmiſchen Kænigs und künfftigen Kayſers, und in wenig Tagen darauf, deſſen Kænigliche Krænung, fürzunehmen, und dahero E. K. Majeſt. an uns gnædigſt geſonnen, weil, von Alters hero, auch wir ſolchem Actui und Solennitæt des neu-gekrænten Ræmiſchen Kænigs beygewohnet, daß wir gleichergeſtalt dißmahl, jemand aus unſerm Mittel, ſolchem Actui beyzuwohnen, dahin abordnen wolten, mit der allergnædigſten Verſicherung, daß, wie Sie ſich gnædigſt wohl zu entſinnen wiſten, was, dergleichen Wahl und Krænung halber, in der güldenen Bull, hieſiger Stadt zum Beſten verſehen, alſo auch dieſer daſelbſt, aus erheblichen Urſachen, vor dißmahl vornehmende Actus, hieſiger Stadt zu keinem Abbruch, Nachtheil, oder Præjudiz, wider das alte Herkommen gereichen ſolle.

Gleichwie nun E. K. Maj. wir nicht allein wegen ſolcher allergnædigſten Notification und Einladung, ſondern auch der dabey geſchehenen Verſicherung, daß dieſe, aus vordringenden Urſachen, vorgenommene Wahl, uns und hieſiger Stadt, an ihrer Gerechtigkeit und altem Herkommen, ohn einig Præjudiz ſeyn ſoll, allerunterthænigſten Danck ſagen. Alſo thun wir den allmæchtigen gütigen Gott inniglich anruffen und bitten, daß die Kænigliche Wahl und Krænung, zuſœrderſt zu ſeines allerheiligſten Nahmens Ehre, und des H. R. Reichs, und allen deſſen zugehærigen Stænden, gedeylicher Wohlfart und Aufnehmen, und mithin zu heylſamer Wiederbringung des lieben werthen Friedens, und vælliger Tranquillirung und Verſicherung, zumalen aber zu weiterer Glorie des hœchſtlæblichen Ertz-Hauſes Oeſterreich, gedeyen und gereichen mæge,

Sonſt mœchten wir von Hertzen wündſchen, daß die Zeit und hieſiger Stadt Zuſtand alſo beſchaffen, daß wir jemand aus unſerm Mittel hætten abordnen, und unſere allerunterthænigſte Schuldigkeit ablegen kœnnen. Nachdeme aber die Entlegenheit des Orts, auch allernæchſt anruckender Terminus, und andere jetztmahls im Weg ſtehende Hinderniß, ſolches nicht zugeben, wir aber ohne das Herrn Jacob Ernſt Thoman von Hagelſtein, der Rechten Lic. bey vorſeyendem Collegial-Convent zu Augſpurg zugegen haben, um unſere Angelegenheiten vor dißmal allda zu beobachten, So haben wir, um das alte Herkommen, nach Müglichkeit, zu erhalten, nicht unterlaſſen kœnnen, demſelben aufzutragen und zu committiren, daß er, in unſerm Nahmen, bey inſtehender Kœnigl. Wahl und Krœnung, erſcheinen, unſere Stelle vertreten, und was uns dißfalls zukommt, verrichten ſolle allermaſſen auch derſelbe ſich hierzu gutwillig erklæret und beſtellen laſſen.

Solchem nach gelanget an Ew. Kœnigl. Majeſt. unſer allerunterthænigſt und gehorſamſtes Bitten, Sie, bey ſo bewandten Sachen, allergnædigſt geruhen wollen, gemeldtem unſern Gevollmæchtigten, zu obgemeldter Solennitæt, an unſerer Statt zu admittiren. Welches um Eu. K. Majeſt. allerunterthænigſt und gehorſamſt, nach unſer Mœglichkeit, zu verdienen, ſind und verbleiben wir ſo ſchuldigſt, als willigſt, und gefliſſen, Und thun damit E. K. Majeſt. dem Allerhœchſten &c. Datum den 31. Dec. 1689.

Bürgermeiſter und Rath
der Stadt Franckfurt.

10. Venientes Francofurtum, *tertiò*, omnes, qui feuda in ſacro Imperio Romano tenent, Eos, vel nuncios, eorumque Comitatum, per territoria ſua, & alias, quanto potuerint remotius, iis poſtulantibus, absque dolo *(a)* ſub pœna conducere, & victualia in *(b)* communi pretio atque curſu, pro ſuis, hominumque ſuorum neceſſitatibus, procurare debent: gratis autem hæc victualia non præſtantur, niſi ubi fortè Princeps *(c)* Jus Albergariæ, *die Atzungs-Gerechtigkeit*, acquiſitum habet. *A. B. c. 1. §. 2. & 3.*

NOTÆ.

(*a*) SUB POENA CONDUCERE. Circa Salvum conductum communiter obſervanda ſuppeditant *Georgius Becht; Petrus Meiderlinus* Stutgardenſis; *Georgius Fridericus Mohr, & Fridericus Gleſerus*, in diſſertationibus, reſpectivè Inauguralibus, de *Salvo Conductu.* Add. *Rumelinus* ad A. B. Diſſert. 2. *t.* 2. & ſeqq. p. 44. &c. ibique *Mylerus* in Notis; *Limnæus* ad A. B. Cap. 1. §. 1. Obſervat. 9. 10. 11. 12. 14. 15. p. 153. ad 156. & §. 2. Obſervat. 7. 9. &c. p. 160. &c. Ill. Dn. *Lyncker*, Obſervat. ad A. B. Cap. 1. p. 21. ad 23. *Schilter*, *Inſtit. Jur. Publ.* Tom. 2. Tit. 19. §. 13. p. 277. Dn. *Thulemarius*, Cap. 24. *Octoviratus* §. 36. & ſeqq. p. 440. &c. Hoc loco denotat *publicam ſecuritatem, quam Cives Imperii Electoribus, Eorumve Legatis, nec non Civitatum Imperii, quarum intereſt, Deputatis, non ſolùm ad locum electionis per territoria ipſorum, prævia denunciatione, migrantibus, & electione ritè peracta domum redeuntibus, ſub pœna perjurii, præſtare tenentur.* Cum hic ſermo ſit de nuda obligatione, per Cives Imperii eos pariter intelligo, qui Superioritate Territoriali gaudent, & qui ea deſtituuntur. De diverſo conducendi modo evolvatur *Strauchii* Diſſert. Exot. XI. *t.* 2. p. 299. ubi: *Nec ſemper eſt pars Superioritatis Territorialis, ſed ſæpe in alieno Territorio, vi Servitutis Juriſdictionalis, ut loquitur Bechtius de Securit. c. 12. competit; e. g. Elector Palatinus jus conducendi habet durch die Ober-Graffſchafft Catzen-Ellebogen, von der Bergſtraſſen an, biß gen Franckfurth;* Item, *in der Marggraffſchafft* Baden *biß gen Pfortzheime. Et Marchio Badenſis, per Territorium Palatinatus, usque ad Brethemum. Dux Würtembergenſis per Urbem Imperialem Gemündam. Præpoſitus Elwagenſis von der Stadt Elwangen aus, durch das Fuggeriſche Dorff Huttlingen. Die Erb-Marſchalle von Creutze, bey Weiſenburg an, bis zum Hoch-Gericht bey Mannheim. Die Stadt Schwæbiſche Hall durch das* Elwangiſche *Ambt Tannenburg &c.* Add. *Oettinger*, de *Controv. & jure limit.* l. 1. c. 9. §. 29. *Fritſchius* de *Regali Viarum publicarum jure*, Cap. 12. §. 5. ad 10. p. 546. ad 548. *Robertus Kolb, in Aquila Certante*, & quidem in *Confutatione Sigri XXV. Solmenſis*, §. 1. p. 227. &c. Conf. ad lib. 3. Tit. 2. §. 40. Petendus eſt Salvus Conductus à Domino Territorii, tempeſtivè, & exprimenda via, per quam quis ire velit; aliàs damnum ſibi ipſi imputet, quod in itinere quis patitur; Vid. A. B. Cap. I. §. 15. *Volumus autem &c.* Conf. *Gail.* 2. Obſ. 64. Ejusmodi literas exhibet *Goldaſtus in den Reichs-Handeln*, part. 1. Tit. 7. 8. 9. & 10. p. 20. ad 23. *Leopoldus* Imperator, tanquam Rex Bohemiæ, anno 1658. 14. Jul. hac formula, in literis ad Electorem Brandenburgicum, uſus eſt:

Wir Leopoldus &c. *fügen Ew. Ld. freundlich zu wiſſen, daß Wir - - - - zu dem beſtimten Wahltag eines Ræmiſchen Kænigs gewiſſe Geſandten voran zuſchicken entſchloſſen, Erſuchen demnach Ew. Ld. hiemit freundlich, Sie wollen alſo geſtalten Sachennach, die Fürſehung thun, damit Sie ſambt deren* Comitat, *durch dero Land, Gebieth und Stædte, ſo ſie mit ihrem Fortreiſen berühren werden, mit ihrem Geleit, ſo weit ſich daſſelbe erſtreckt, der Güldenen Bull Auffſetzung nach, verſehen, und vergleitet werden mæchten. &c.* Salvum Conductum de reditu quoque intelligendum eſſe, evincit textus A. B. Cap. 1. §. 1. ibi: *Et eis absque dolo præſtare Conductum, verſus Civitatem, in qua talis Electio fuerit celebranda, & ab illa etiam redeundo &c.* Nec non *de Via inſolita*, modò tranſiens eum petierit, viamque iſtam ſignificaverit, multa enim contingere poſſunt, ob quæ Elector, vel Legatus Ejus, malit *Via* uti *inſolita*, quam *Regia*, utpote quæ vel compendioſior, vel commodior, vel etiam tutior eſſe poteſt. Vid. *Rumelinus* ad A. B. Diſſert. 2, §. 8. p. 48. & 49. ibique *Mylerus*, in Notis, p. 50. & 51. Pœnam, in transgreſſores latam, referunt ſequentia A. B. l. c. verba: *ſub pœna perjurii & perditionis, pro illa duntaxat vice, ſuæ vocis, quam in electione hujusmodi fuerat habiturus. &c.* Electores hæc concernunt; De reliquis Principibus, aliisque ſubditis Imperii, aliter definitum eſt in A. B. Cap. 1. §. 2. ubi: *Omnes quidem Principes & Comites, Barones, Nobiles, Milites & Clientes, ac Univerſi contrarium facientes reatum perjurii & privationem omnium feudorum, quæ à S. R. Imperio, & à quibuscunque aliis obtinent, & etiam omnium poſſeſſionum ſuarum à quocunque habitarum, incurrant. &c.* Nec obſtat ejusdem Cap. I. §. 8. *Si quis autem &c.* qua lege & ipſi Electores Electoratibus privandi veniunt, ſi Aureæ Bullæ transgreſſores exiſtant; quo nomine meritò illi cenſeantur, qui Conductum denegaverint; Diſtinguendi enim ſunt caſus; §. 1. & 2. ſermo ſaltem eſt de pœna transgreſſionis ſpecialis, qualis eſt denegatio Conductus; aſt §. 8. innuit transgreſſionem totius

Digitized by Google

totius Aureæ Bullæ, quare & hic durior pœna. Conf. *Limn.* l. c. §. 1. Obſerv. XV. p. 156.

(*b*) COMMUNI PRETIO &c. Quod exigendum, ad deciſum boni viri, qui ad præſens tempus omnino reſpiciat; ita, ut & ob multitudinis rationem, nonnihil augeri liceat. Conf. *Limn.* ad A. B. Cap. I. §. 3. Obſervat. 1. p. 166.

vorigen Stuhl getreten &c. Conf. *Schütz.* l. c. *Carpzovius* ll. cc. *Schweder.* l. c. *Pritzbaur* l. c. §. 59, pag. 50. Brandenburgicus enim Legatus, *Adamus*, Com. *Schwartzenbergius*, Religioni Romano-Catholicæ erat addictus. An. 1653, ad informationem Theologorum, qui arbitrabantur, conſcientiæ nihil inferri damni, ſi quis Miſſæ ſpectatorem tantum agat; nec *Friſius*, Saxonis, nec *Blumenthalius*, Brandenburgici, Legati, abiiſſe leguntur; Saxonem quoque, & Legatum Brandenburgicum, Naſſovium Principem, an. 1658, tempore Electionis *Leopoldinæ*, Miſſæ interfuiſſe, res nota eſt. An. 1663, vero, cum Comitia *Ratisbonenſia* inchoarentur, Legati Saxonis (*Gerſtorfſius*) Brandenburgici (*Plato*) & Palatini (*Witgenſteinius* Comes) durantibus ſacris, iterum ſeceſſerunt; teſte *Relatione Propoſitionis Actus*, an. 1663, 10-20 Januar. *Ratisbonæ* celebrati, verb. *bey der Meß, welche der hieſige, und zugleich Saltzburgiſche Dom-Probſt, Herr Graff von Doring celebrirte, vor der Elevation, traten die drey Proteſtirende Churfürſtliche Haupt-Geſandten, Chur-Sachſen, Brandenburg und Pfaltz, ab, und giengen aus dem Chor, bey Endigung der Meſſe wiederkommend &c.* de Noviſſima Electione *Joſephi*, an. 1690, pergit *Ferrarius* in Ejus deſcriptione, part. 2, c. p. 103: *Unter wehrendem Gottesdienſt und Ampt der Meß nahmen die Churfurſten die Chur-Hüte ab, die Chur-Sachſiſche* (Nicolaus, Baro de Gersdorff) *und Chur-Brandenburgiſche* (Sylveſter Jacobus, Baro de Danckelman) *Geſandte aber, weilen Sie nicht Ræmiſch-Catholiſch blieben darbey, biß auf das Erſte Evangelium, da Sie abgetreten; unter wæhrenden Ampt wurde von denen Herrn Adminiſtranten und Aſſiſtenten, welchen zwey Kayſerliche Edelknaben, mit brennenden Fackeln vorangegangen, denen Herren Churfürſten, und dem Chur-Bæhmiſchen Herrn Abgeſandten, das Evangelium und Pacem zu küſſen, wie auch incenſum gegeben. Am Ende der Meß, ſind die beeden Churfurſtlichen Herrn Abgeſandte wieder in den Chor gekommen, und hat ſodan Hochgedachter Herr Prælat das* Veni Sancte Spiritus, *wiederumb angefangen &c.* Idem contigiſſe 12 Octobr. 1711, in Electione *Caroli VI*, modô dicta probant. Extat hanc in rem Reſponſum *Balthaſaris Bidenbachii*, Concionatoris Aulæ Würtembergicæ, an. 1562, in Comitiis Francofurtenſibus, ea de re requiſiti, *Decad.* 5 *Conſil. Theolog. Bidembachii*, Conſil. 1, ſub Rubrica: *Bedencken über die Frage: Ob die Chriſtliche Chur-und Fürſten der Auſpurgiſchen Confeſſion, mit gutem Gewiſſen, und ohne Aergerniß, mægen ſeyn bey der Meß, und andern Pabſtiſchen Ceremonien, ſo bey der Krænung der Ræmiſchen Kæniglichen Majeſtat, zu Franckfurt gebraucht werden?* Quod integrum quoque exhibet *Carpzovius* l. c. cap. XI, Sect. VII, §. 15, p. 289 &c. Summa eſt, Electores, Principesque Imperii Proteſtantes alios, illæſa conſcientia, Miſſæ cohabitare poſſe, ſi Actum nulla ratione Religioſè approbent, ſed officii cauſa duntaxat politicè celebrent, exemplo *Nahamani*, Militiæ Præfecti per Syriam, qui, verus Judæus, ſuadente inſuper Propheta *Eliſæo*, Dominum ſuum, Fanum Idoli *Rimmon* tendentem, comitatus legitur 2 *Reg.* 5, v. 18 & 19; & *Danielis*, atque ſociorum, *Sadrach*, *Maſach* & *Abed-Nego*, qui, intuitu officiorum, quibus in Aula *Nebuchodonoſoris*, Babyloniorum Regis, fungebantur, Principis latus ubique ſtipabant, etiam cum famoſam Statuam inaugurari curaret, licet idolorum cultum conſtantiſſimè deteſtarentur, vel propterea in fornacem ardentem conjecti, *Dan.* 3, tot. &c. Eidem ſententiæ nomina dant *Arumæus*, de *Comitiis* cap. 7, §. 9. *Schützius*, Vol. I, Exercit. 10, §. 12, lit. e. p. m. 810, *Mylerus*, ad *Rumelinum*, ad A. B. part. 2. Diſſert. 3, §. 15, lit. b, p. 475, *Carpzovius* l. c. *Zweyburg*, *Theatr. Præced.* part. 2, Tit. 3, p. 41; Dn. *Schwederus* l. c. Dn. *Thulemarius*, Cap. 24 *Octovirarus*, §. 72, p. 460 & 461; aliique multi; diſſentientiente tamen *Bertramo*, de *Comitiis*, §. 65, & *Limnæo* ad A. B. cap. 2, §. 1, Obſervat. 5, p. 267, rem Theologis expendendam relinquente.

(*k*) PECTORI &c. Auctor deſcriptionis Electionis *Maximiliani* 2, an. 1562, apud *Goldaſtum*, part. 1 *der Politiſchen Reichs-Handel*, §. IX, p. 70, ait: *Die Geiſtlichen haben ihre rechte Hand, weil ſie geſchworen, forn auf der Bruſt; und die Weltlichen, auf dem Evangelio Buch, gehalten &c.* idque adhuc hodie obſervatur, vigore A. B. cap. 2, §. 2, Conf. ſeq. lit. m.

(*l*) FORMULAM JURAMENTI &c. An. 1562, in laudata Electione *Maximiliani* 2 ex præſcripto A. B. cap. 2, §. 3, jurarunt Electores: *Ich N. N. ſchwære zu dem H. Evangelio, hie gegenwertiglich für mich gelegt, daß ich, durch den Glauben, oder Trew, damit ich Gott, und den H. R. Reich, verſtrickt und verbunden bin, nach aller meiner Vernunfft und Verſtændniß, mit Gottes Hülff, wehlen will, ein Weltlich Haupt, dem Chriſtlichen Volck, das iſt, einen Ræmiſchen Kænig, in künfftigen Kayſer zu erheben, der darzu geſchickt und tauglich ſey, ſo viel mich meine Sinn und Vernunfft weiſen, und nach den berührten meinen Glauben oder Trewe mein Stimm, Votum, und Wahl geben wil, ohne Geding, Sold, oder Lohn, oder Verheiß, oder welcher maſſen die genennt mæchten werden, als mir Gott helff, und das H. Evangelium.* Vid. *Goldaſtus* l. c. & Adamus & *Nicolaus Heydenii*, in deſcriptione Ejusdem Electionis, apud *Schardium*, T. 3, *Rer. Germ.* p. 89; Add. *Limnæus* ad A. B. c. 2, §. 2, Obſerv. 1, p. 274. Eadem formula uſi ſunt Electores an. 1636. in Electione *Ferdinandi III*, teſte *Lundorpio* T. IV, Act. Publ. lib. 3, c. 89, §. 7, p. 607; excepto, quod circa finem, juxta tenorem A. B. l. c. addatur: *ohn alle Geding &c.* quod additamentum in juramento quoque an. 1690, tempore *Joſephi* præſtito, conſpicitur, apud *Ferrarium*, in deſcriptione Electionis Ejus, part. 2, cap. 2, p. 104: In nupera Electione *Caroli VI*, 12 Octobr. 1711, Formula Juramenti adhuc eadem fuit, paucis duntaxat mutatis, ceu videre eſt apud *Fabrum* cit. Tom. XVIII. *der Staats-Cantzley*, c. 6. p. 459. Juramentum hoc, utpote ad Electionis formam & ſubſtantiam pertinens, Electo-

res

Digitized by Google

res ſibi invicem remittere nequaquam poſſe, rectè docent *Rumelinus* ad A. B. Diſſert. 3, §. 6, p. 75 & 76; & *Thulemarius*, cap. 24. *Octovirat*. §. 75, p. 462.

(*m*) PRIMUS &c. Ex obſervantia, primò jurat Moguntinus, in manus Trevirenſis, & deinde idem juramentum à Trevirenſi, & reliquis Collegiis, abſentiumve Legatis, exigit. *Ferrarius*, l. c. de Electione *Joſephi*, inquit: *So bald ſolches geſchehen* (i. e. decantato Hymno: Veni Sancte Spiritus) *ſind die Herren Churfürſten, und Geſandten, zum Hohen Altar, worauf das Evangelium-Buch gelegt geweſen, auf die Obern Stuffen getretten, der Herr Churfürſt von Maintz hat ſich in die Mitte des Altars geſtellet, und alda die Herren Mit-Churfürſten, und Geſandte folgender Geſtalt angeredet: Nachdem man ſich verglichen, daß auf heut, die Wahl eines Römiſchen Königs vor die Hand genommen werden ſolle, und es an deme, daß vermög der Guldenen Bull, und des alten löblichen Herkommens, nach geendigten Ampt* de Spiritu Sancto, *ein jeder Churfürſt das gewöhnliche Jurament, oder den Wahl Eyd, abzulegen ſchuldig, woran Er, Churfürſt von Mayntz, auch erbötig, hingegen aber auch von ſeinen Herrn Mit-Churfürſten, und der abweſenden Geſandten, ein gleichmäſiges gewärtig wäre . . . worauf Ihr Churfl. Gnaden die Formulam juramenti dem Ertzbiſchoffen und Churfürſten zu Trier zugeſtellet, welcher deroſelben das Jurament vorgeleſen, und ſolches von Chur-Maintz zu erſt würcklich praſtiret worden. Wie dann Ihr Churfl. Gn. reciprocè dem Churfürſten von Trier, und ſo dan denen andern, wie auch jedem Geſandten inſonderheit, dergleichen vorgeleſen, ſo haben die Geiſtlichen ihre rechte Hand auf die Bruſt, die Weltlichen aber zwen Finger auf das Evangelium gelegt, und alſo geſchworen: Ich NN. &c. &c.* In Electione *Maximiliani* 2, an. 1562, inquit Auctor deſcriptionis ejus, apud *Goldaſtum*, part. I *der Reichs-Handel*, §. IX, p. 70: *Maintz hat am erſten geſchworen; darnach hat Er den andern Churfürſten das Jurament, als erſtlich Trier, darnach Cölln, Böhmen, Pfaltz, Sachſen und Brandenburg, fürgehalten.* add. *Schardius* Tom. 3 *Rer. German.* p. 83; In Electione *Matthiæ*, an. 1612, idem factum teſtatur, *Goldaſtus* l. c. §. XII, p. 93; pariter ac an. 1636, cum *Ferdinandus III* eligeretur; Vid. *Lundorpius* Tom. IV, Act. Publ. lib. 3. cap. 89, §. 7, p. 607; & *Carpzovius* de *L. R. Germanor.* cap. XI, Sect. IX, §. 25, p. 296; nec non tempore *Ferdinandi IV*, an. 1653, Tom. VII. *Theatr. Europ.* h. a. pag. 358, & *Leopoldi* an. 1658. Tom. VIII. *Theatr. Europ.* h. a. pag. 471. Conf. de theſi *Sprenger. Inſtit. J. P.* lib. I, cap. 29; *Buxtorf.* ad A. B. Concluſ. 28; *Thulemarius*, cap. 24 *Octovir.* §. 76, p. 462 & 463. Ritum hujus Ceremoniæ in Solennibus *Caroli VI*, obſervatum, habet laudatus *Faber* l. c. pag. 457.

(*n*) ANTE LEGATOS &c. Secus ac in dando voto, ubi Legati, loco & ordine Principalium ſuorum, ſuffragia ferunt; ceu lit. p, dicam. Conf. Dn. *Thulemarius* l. c. §. 77, p. 463. Cæterum, eodem quidem modo, quo Electores, jurant Legati, ſed non eâdem formula, quandoquidem in alienam pariter & propriam animam jurant. Anno 1690, in Electione *Joſephi*, Legatus Saxonicus, tale præſtitit juramentum: *Ich Niclas, Edler Panner und Freyherr von Gerſtorff &c. als Gewalthabende Botſchafft des Durchlauchtigſten, Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Johann Georgen des III, Hertzogens zu Sachſen*, (tot. tit.) *des H. R. Reichs Ertz-Marſchalln und Churfürſten &c. ſchwöre* in Meine, und Deſſen Seele, von dem ich geſchickt und bevollmächtigt bin, *zu dem H. Evangelio, die gegenwärtiglich vor mich gelegt, daß ich, nach aller meiner Vernunfft und Verſtändniß, mit Gottes Hülff, wehlen will, ein weltlich Haupt, dem Chriſtlichen Volck, das iſt, einen Römiſchen König, in künfftigen Kayſer zu erheben, der dazu geſchickt und tauglich ſey, ſo viel mich mein Vernunfft und Sinn weiſen*, und nach dem berührten meinem gethanen Eyd, (Electores jurant: *Nach vorberührten meinem Glauben und Treu*) *mein Stimm, Votum und Wahl, geben will, ohne alle Geding, Sold, Lohn oder Verheiß, oder welcher Maſſen die genandt werden möchten, als mir Gott helff, und ſein H. Evangelium.* Simile ſacramentum dixere Legati Bohemiæ & Brandenburgici Electorum. Conf. Sternbergii Juramentum an. 1519, apud *Goldaſtum*, part. I, *der Reichs-Handel*, Tit. 25, p. 40; Anno 1636, in Electione *Ferdinandi III*, Legati Saxonis & Brandenburgici eadem formula uſi ſunt, teſte *Lundorpio*, Tom. IV. *Act. Publ.* lib. 3, Cap. 89, §. 7, p. 607; conf. *Limnæus* ad A. B. Cap. 2, §. 3, Obſervat. I. p. 294. In Electione *Caroli VI*, 12 Octobr. 1711, Legati abſentium Electorum, teſte *Fabro*, l. c. pag. 460 &c. eandem retinuêre formulam. Addendum autem, præſtito juramento, Moguntinum Notarios quoſdam Publicos requirere ſolere, ut omnia, quæ hactenus geſta, accuratè obſervent, &, cum opus fuerit, unum vel plura Inſtrumenta ſolennia inde conficiant, teſte *Ferrario*, in Electione *Joſephi*, part. 2, cap. 2, p. 104: *Dieſer Actus der Eydes-Leiſtung war kaum vollzogen, ſo hatten ſich ſämbtliche Herren Churfürſten und Geſandte alle umgewendet, und Chur-Maintz, als Director und Decanus des Churfl. Collegii, hierauf zween Kayſerl. Notarien* (*ſo zwen Secretarii von der Churfl. Maintziſ. Cantzley geweſen, und neben dem Altar, lincker Hand, geſtanden*) *erfordert, daß ſie dasjenige, ſo jetzo, und hernach, der Eydes-Leiſtung halber vorgegangen, mit allem Fleiß protocolliren, und, auf Erforderung, eines, oder mehr Inſtrumenta, darüber verfertigen ſollen. Auf welche gnädigſte Requiſition, dieſelbe ſolchem, Krafft tragenden Notariat-Ambts, in allem ſchuldigſt nachzukommen, ſich gehorſamſt erklaret &c.* Conf. Electio *Matthiæ*, an. 1612, apud *Goldaſtum*, P. I. *Reichs-Handel*, Tit. XIII, p. 97; *Ferdinandi III*, ap. *Lundorpium*, T. IV. lib. 3, Cap. 89, p. 608; *Ferdinandi IV*, an. 1653, T. VII. *Theatr. Europ.* h. a. p. 358; & *Leopoldi*, an. 1658, T. VIII. *Theatr. Europ.* p. 471; Et noviſſimè *Caroli VI*, An. 1711, apud *Fabrum* l. c. pag. 462. Hocque facto, Sacriſtiam demum ingrediuntur.

(*o*) SACRISTIAM &c. Germ. *Chur-Kammer*, vel Lieberey. Vid. *Limnæus* l. e. Obſervat. 2, p. 295. Conf. Electionis Hiſtoria *Maximiliani* 2, anno 1562, apud *Schar-*

Digitized by Google

Schardium Tom. 3. *Rer. Germ.* p. 83; & *Goldaſtum*, part. 1, *der Reichs-Handel*, Tit. IX, pag. 70; nec non *Matthiæ*, anno 1612, apud *Goldaſtum* l. c. Tit. XIII, pag. 97, ubi: *Nach geleiſteten Eyd, ſind die Churfürſten wieder in ihre Stühl getreten, und als hernacher das Antiphon: Veni Sancte Spiritus, ſambt den dazu gehœrigen Collecten, geſungen worden, haben ſie ſich, der Ordnung nach, in die Kayſerliche Capell, oder Chur-Kammer, ſo ein ſchmahl und langlet Gewœlb, ſambt einem wohlgezierten Altar darinnen, gleich neben am Chor, gegen Mittag, ſtehend, und damahl mit ſchœnen von Seiden und Gold gewürckten Tapeten behengt geweſen, zur Chur eines Rœmiſchen Kœnigs, und künfftigen Kayſers begeben &c.* Et Ferdinandi III, anno 1636, apud *Lundorpium* Tom. IV. Act. Publ. lib. 3, Cap. 89, pag. 609; & *Joſephi* anno 1690, apud *Ferrarium*, l. c. pag. 105, qui hæc ſuppeditat: *Auf dieſes, haben ſich die Herren Churfürſten, und Churfürſtl. Geſandte, ihrer Ordnung nach, nebſt denen zwen Notarien* (quorum ſub finem præced. lit. n, memini) *und eines jeden Churfurſten, auch der Herren Abgeſandten, zween Rathen, als Zeugen, in das Conclave, oder Chur-Capelle, welche mit allerhand ſchœnen Niederlendiſ. Tapezereyen bekleidet, und darinnen, zur lincken Hand des Altars, acht rothſammete Seſſel, für die Herren Churfürſten und Geſandten, zur rechten Hand aber, ein Goldgeſtickter Seſſel, vor Ihro Maj. dem Kayſer, als derſelbe, nach der Wahl in das Conclave kam, verfüget, und iſt der Reichs-Marſchall voran gegangen, welcher die Thür, worzu er den Schlüſſel gehabt, und darinn die Stadt-Thor-Schlüſſel in Verwahrung gelegen, geœffnet; und als dieſelbe ihre Seſſiones daſelbſt eingenommen, hat der Churfürſt zu Maintz abermahls vorgeſtellt, zu was Ende man allhier verſammlet, und des Vorhabens wære, die Election eines Rœmiſchen Kœnigs, zum künfftigen Kayſer, vorzunehmen, wie ſolches, Krafft der guldenen Bull, gebühret. Als fragten dieſelbe ihre Herren Mit-Churfürſten, und die Churfurſtliche Geſandten: Ob denenſelben etwas wiſſend, ſo in dieſer jetzt bevorſtehenden Wahl annoch verhinderlich ſeyn mœchte? worauf Sie ſich alleſampt, der Ordnung nach, daß Ihnen dießfals im geringſten nichts wiſſend ſey, außdrücklich erklaret; dieſem nach erinnert Chur-Maintz ferner: Was geſtalt Herkommens ſey, daß in dem Conclavi die verglichene Wahl-Capitulation nochmahlen wiederholet, und von denen Herrn Churfürſten verſprochen werden ſolle, darüber ſtæt, veſt, und unverbrüchlich, zu halten. Wie nicht weniger, da bey dieſer Wahl diſparia Vota ſich eræugnen mœchten, daß alsdan die Majora gelten, und diejenige Perſohn, auf welche die mehrere Stimmen fallen, anders nicht, als wann ſelbige einhellig erwahlet, zum Rœmiſchen Kœnig erkieſet, und dafür gehalten werden ſolle; als wolte ſich Chur-Maintz verſehen, man werde ſolches alles, an geſchworner Eydesſtatt, zuzuſagen, kein Bedencken tragen. Worein die Herrn Churfürſten und Geſandten ebenfalls gewilliget, und darauf einander die Hand gegeben. Weßwegen Ihro Churfſ. Gn. zu Maintz die zween Kayſerliche Notarien abermahls requiriret, ſolches alles ad Notam zu nehmen, und hiernæchſt, wo nœthig, in ein Inſtrumentum zu bringen; darauf dieſelben die umbſtehende Churfürſtliche Ræthe von neuen zu zeugen angeruffen. Ihro Churfſ. Gn. zu Maintz erinnerten, nach dieſem, die Churfürſtliche Ræthe, und Notarien, ſich aus dem Conclavi zu retiriren; ſo auch erfolget &c.* Hæc omnia fiunt in Conclavi, priusquam Electio peragatur. De magnitudine ejus, quod *Francofurti* eſt, ſcribit Dn. *Thulemarius*, cap. 14 *Octovirat*, §. 78, p. 464: *Francofurti, illud Conclave eſt in dextro latere chori Templi Bartholomaani, & habet in longitudine, 24, in latitudine vero, 8 paſſus, uti ipſe aliquoties dimenſus ſum &c.*

(p) IN VOTA &c. Et quidem clara & aperta voce, non ſuppreſſa. Putat equidem *Arumæus* Diſc. 3, th. 22, hoc modo votandi libertatem infringi, cum facile potentior minus potentem auctoritate ſua deterrere queat. Enimvero, tanta animi imbecillitas in Electoribus præſumenda non eſt. Vid. *Limnæus* ad A. B. Cap. IV, §. 3, Obſervat: I, p. 324 & 325; *Rumelinus* ad A. B. Diſſert. IV, th. 8, pag. 108 & 109; Dn. *Thulemarius*, l. c. §. 81, pag. 465; Dn. *Schwederus*, *Introd. J. P.* part. ſpec. Sect. I, cap. 2, §. 21; p. 232. Notandum inſuper, Legatos, ordine abſentium Dominorum ſuorum, vota ferre, licet præſentes Electores priorem locum teneant ceu rectè monet Dn. Auctor; Conf. Dn. *Thulemarius* l. c. §. 79, pag. 464; *Schweder* l. c. §. 19, pag. 230; Hinc etiam Legatus Bohemicus, anno 1519, tempore *Caroli V*, Electionis Diploma, immediatè poſt Electores Clericos ſubſcripſit. Vid. ſeq: lit. ſ.

(q) LEGATI &c. *Quid ſi Elector uno plures mittat Legatos, an omnes admittendi?* Aff: Sed non ad votandum in Conclavi, quia ſingulis Electoribus non niſi unicum votum competit; ad quod exponendum unus ſufficit, & quidem, ex Obſervantia, Legatorum Primarius, qui, hoc etiam intuitu, in Conclave intromittitur. Quorſum enim Legatorum pluralitas? Nam aut idem eſſent prolaturi, aut diverſa; illo caſu, multitudo ſuperflua cachinno exponeretur; hoc, nihil prodeſſet, cum Elector pluribus votis non gaudeat. Hinc tempore *Caroli V*, unicus *Ladislaus Sternebergius*, Bohemiæ Cancellarius, ad votum admiſſus, anno 1519, tres licet habuerit Collegas, *Chriſtophorum Schwanenbergium, Ratizlaum Benzkomenum* & *Jacobum de Wurzeſenit*. Vid: *Protocollum* Electionis ejusdem Principis, Tit. XVII, apud *Goldaſtum* part. I. *der Reichs-Handel*, p. 19 & 30, ubi: *So hat ſich, zum andern, ein Streit gehalten mit dem Böheim allein, daß ſie die geſchickten Bottſchafft alle vier in der Wahle ſitzen und ſeyn wolten, und ſagten, die Gulden Bulle vermœge, wann ein Churfürſt perſœhnlich nicht kommen kundt, daß er ſein Bottſchafften, mit vollkommen Gewalt, ſchicken ſoll, alſo, daß es nicht auf einer Perſon ſtehe, ſondern auf ihnen allen,*

Digitized by Google

wie ſie dann auch alle ſæmbtlich miteinander abgefertigt waren. Haben ſich miteinander Vertragen, und ſeynd die Bœhmen auf ihren ingebrachten Gewalt zugelaſſen, und haben aus ihnen einen zu der Wahl gegeben, nemlich Herr Vladislaum, Herrn zu Sternberg, Oberſten Cantzler der Cron, dem haben die Churfurſten Statt bey ihnen gegeben, wie die Gulden Bulle vermage &c. Conf. *Arumæus* ad A. B. Diſcurſ. 6, *t.* 25; *Strauchius*, *Diſſert. Exoter. IV*, de *Illuſtribus Controverſiis circa Electionem Caroli V*, *t.* 25, p. 113. Dn. *Thulemarius*, Cap. 24. *Octovirat.* §. 48, p. 446. *Rumelinus* ad A. B. part. 2, Diſſert. 6, *t.* 14, p. 639. Sic anno 1658, nomine licet Electoris *Brandenburgici*, adeſſent *Johannes Mauritius*, Princeps Naſſovius, *Rabanus à Canſtein*, Dn. *Portmannus*, & *Fridericus à Jena*, ſoli tamen *Naſſovio* exponendi Electoralis voti conceſſa facultas. Vid. *Sprenger* lib. I. J. P. c. 29. *Thulemarius* l. c. §. 79, p. 464; Dn. *Zweyburg*, *Theatr. Præcedent.* part. 2, Tit. 3, pag. 37; In noviſſima Electione *Joſephi*, anno 1690, idem contigit, admiſſis quidem tribus Saxoniæ Electoris Legatis: *Nicolao* L. B. *Gersdorfio*, *Ottone Henrico* L. B. de *Frieſen*, & *Georgio Ludovico*, Com. *Zinzendorfio*, ſolo autem *Gersdorfio* in Conclavi comparente. Theſin comprobant *Mylerus*, in Notis ad cit. loc. *Rumelini*, p. 640; Dn. *Schwederus*, *Introd. Jur. Publ.* part. ſpec. Sect. I, Cap. 2, §. 19, p. 230. Ill. Dn. *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. 4, §. 29, p. 157; Dn. *Joachimus à Prizbaur*, Diſſert. de *Jure Præſentiæ*, *circa Negotia Imperii*, anno 1684, Præſid. Ill. Dn. *Stryckio*, Francofurti habita, Cap. 3, §. 20. &c. p. 43, Alii. Hac ratione etiam intelligi poſſunt, quæ *Limnæus* ad A. B. Cap. I, §. 1, Obſervat. 7, v. 6, p. 152, tradit, præſertim ſi conferas, ab eo l. c. ad Cap. XIX, Obſervat. 5, p. 494, allata.

(*r*) EX MOGUNTINO &c. Et quidem, per Electorem Saxoniæ. Vid. *Limnæus* ad A. B. Cap. 4, §. 3, Obſervat. 10, p. 331, Dn. *Thulemarius*, Cap. 24. *Octovirat.* §. 81, p. 465; Dn. *Schwederus* l. c. Primam olim vocem *Moguntino* competiiſſe, monet *Guntherus* Poëta, in *Ligurino*, lib. VI, apud *Reuberum*, de *Scriptoribus Rer. Germ.* p. 375, inquiens:

> - - - - *ad Proceres Electio pertinet, in qua*
> *Præcipuam vocem Præſul, de Jure vetuſto,*
> *Moguntinus habet &c.*

Quem locum verba *Wipponis*, in vita *Conradi Salici*, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad ann. 1024, pag. 100, ut & Hiſtoria Electionis *Lotharii*, anno 1125. l. c. ad hunc annum, & *Rudolphi Habſpurgici*, l. c. ad annum 1273, multum illuſtrant. Conf. *Rumelinus* ad A. B. Diſſert. IV, *t.* VII, p. 107. perperam licet *Speculum Saxonicum* lib. 3, Art. 57, in teſtimonium adducat, corruptè legens: *In Principis Electione, Primus erit Epiſcopus Moguntinenſis*, cum contra, in antiquiſſima Editione *Lipſienſi*, anno 1488, lib. 3, Art. 50, p. m. 51, nec non *Auguſtana* anno 1516, lib. 3, Art. 57, p. m. 168, textus ſic ſe habeat: *In Principis Electione, Primus erit Epiſcopus Trevirenſis; Secundus Maguntinenſis, Tertius Colonienſis; primus inter Illuſtres, Rheni Palantzgravius, qui eſt Dapiſer; Secundus, Dux Saxoniæ, Marſcalcus; Tertius, Marchio Brandenburgenſis, Camerarius; Bohemiæ Rex Pincerna eſt, qui non eliget, quia noſtræ non eſt Nationis &c.* Fruſtra inſuper provocant ad verſus *Martini Poloni*, in vita *Ottonis III*, Imp. p. m. 368; quos Dn. Auctor ſeq. Tit. 13, §. 6, recitat;

> *Moguntinenſis, Trevirenſis, Colonienſis,*
> *Quilibet Imperii ſit Cancellarius horum &c.*

Cum ibi nomina Imperii Officialium duntaxat exprimantur, nec de ordine votandi in Conclavi ſit ſermo. Majori jure trahenda huc verba *Juris Provincialis Alemannici* c. 133: *Der Biſchoff von Mentze iſt Canzler Ze Dutſchen Landen, der hat die erſten Stimme an der Chur. Der Biſchoff von Trier iſt Canzler über das Chunigrich Arel, der hat die andern Stimme an der Chur &c.* quæ, ex MS. Codice *Ambraſiano*, Dn. *Schilterus*, in Tom. 2, Inſtit. J. P. Tit. XIX, §. 27, p. 289 & 290, tranſtulit. Theſin comprobant *Carpzovius*, de *Lege Regia Germanorum*, Cap. XI. Sect. VIII, §. 1 & ſeqq. pag. 291; *Daniel Otto*, de *Jure Publ.* Cap. 10, pag. 262 & 263; Ill. Dn. *Coccejus*, *Juriſpud. Publ.* Cap. 8, §. 9, p. 165 & 166; Dn. *Schilterus* l. c. Alii. *Num adhuc hodie Moguntinus primæ vocis jure uti poſſet, ſi vellet?* Quæſtio eſt, quam Ill. Dn. *Coccejus* l. c. pag. 166, affirmat; *Carpzovius* verò de *L. Reg. German.* Cap. XI, Sect. VIII, §. 4, p. 291, negat.

(*s*) PRIMUM VOTUM &c. *Aurea Bulla* Cap. IV, §. 4, inquit: *Horum omnium vota, præmiſſo jam ordine, dictus Archi-Epiſcopus Moguntinenſis perquiret. Quo facto, dicti Principes, ſui conſortes, ipſum vice verſa requirent, ut & ipſe intentionem ſuam exprimat, & ipſis aperiat votum ſuum &c.* Ergò Moguntinus, tanquam Decanus & Director Auguſtiſſimi Electorum Collegii, ultimum votum exponendum habet, quod & in aliis Conventibus Directoris muneri annexum eſt. Vid. *Limnæus* ad A. B. Cap. IV, §. 3, Obſervat. XI, p. 331. *Num & Caroli V. tempore, anno* 1519, *hoc factum ſit?* Quæſtio eſt, diu multumque jam agitata. *Georgius Sabinus*, in hiſtoria *Electionis* hujus Principis, apud *Schardium* Tom. 2. *Rer. Germ.* p. 12, ait: *Dies conſtituitur eundi in ſuffragium, ſolenni more. Itaque rurſus, Sacro publice facto, ingreſſi in Sacrarium interius Templi D. Bartholomæi, ſuffragia ferunt hoc ordine: Cœtus Electorum reliquus interrogat Moguntinum: Quem eligat Regem Romanorum, & futurum Imperatorem? Is reſpondet: Se eligere Carolum, Archi-Ducem Auſtriæ. Deinde, & Moguntinus reliquos interrogat.* 1 *Hoc modo, omnium conſentientibus ſuffra-*

gii,

gius, Carolus electus eſt Imperator &c. Clarè hic dicitur *Moguntinus* primum dediſſe votum, in ipſo Electionis actu, & non ſaltem in *Præconſultationibus*, ſeu *Deliberationibus*, de quibus *Sabinus* l. c. pag. 4. & ſeqq. evolvendus; *Goldaſtus* vero, part. I *der Reichs-Handel*, in hiſtoria ejusdem Electionis, Tit. 26, p. 41, ex *Protocollo*, quod præced. Tit. V, §. XI, in vita *Caroli V*, p. 237. v. 4, ad an. 1519, exhibui, contrarium docet, verb: *Und als Sie (Electores) hinein (ins Conclave) kommen, hat der Ertz-Biſchoff zu Meintz angefangen, und erſtlich, den Ertz-Biſchoff zu Trier gefragt; wem Er ſein Votum, und Stimm, zu einen Rœmiſchen Kœnig, und künfftigen Kayſer, zu erwehlen, geben wolle? Darauf der Ertz-Biſchoff zu Trier geantwortet, unter andern Worten: Er gebe ſeine Stimme, und Votum, Kœnig Carlen zu Hiſpanien, Ertz-Herzogen zu Oeſterreich .... in Hoffnung, Er ſolt dazu nütz und tüglich ſeyn. Desgleichen hat der Ertz-Biſchoff zu Meinz die andern Churfürſten, auch die Bœheimiſche Bottſchafft, jeglichen in ſeiner Ordnung gefragt; der jeglicher geantwortet, und ſeine Stimm und Votum geben, wie Trier, obgemeldt. Darnach, haben alle Churfürſten, mit ſambt der Böheimiſchen Bottſchafft, den Ertz-Biſchoff zu Meinz gefragt: In wen Er ſein Votum und Stimm dirigiren und geben wolle? Darauf Meinz, wie die andern obbeſtimpt geantwortet, und ſein Votum und Stimm auch dem vielgenannten Kœnig Carln, Ertz-Herzogen zu Oeſterreich, geben &c.* Ejusdem tenoris eſt ipſius Electionis Decretum, ibidem Tit. 31, p. 45. ubi: *Und haben nachfolgend, in der Cammer darzu geordnet, die Handlung der Wahl und Chur, im Nahmen des Allmæchtigen, mit eintræchtigen Gemüth, zu vollbringen furgenommen; Und wir, Albrecht, Cardinal, als Erz-Biſchoff zu Meinz, der andern unſerer Mit-Churfurſten, und geſchickten Bottſchafften, Stimm und Vota, nach Ordnung und Geſetze, darüber gemacht, von jedem ſonderlich gefragt, und erforſcht; und wir andere Churfürſten, und geſchickte Bottſchafften, ſæmptlich herwiedernm, des ehegemeldten Herrn Albrechten, Cardinals, als Erz-Biſchoffen zu Meinz, Stimm und Votnm, auch gefragt, und geforſchet; indem ſich erfunden, daß wir alle einmuthiglich und eintræchtiglich, keiner widerſprechend, unſer Stimm und Vota in Ew. Kœnigl. Maj. Perſon gegeben, geſtalt und dirigirt haben. Darum wir, Herman zu Cœlln, Reichard zu Trier, Erz-Biſchœffe, Ladulaus, Herr zu Sternberg, Befehlshaber des Kœnigs und der Kron zu Böheim; Ludwig, Pfalzgraf bey Rhein &c. Friederich, Herzog zu Sachſen, und Joachim, Marggraf zu Brandenburg &c. obgenannt ſæmptlich, und unſer jeder inſonderheit, Herrn Albrechten, Erz-Biſchoffen zu Meinz, vollen Gewalt und Macht geben, in ſeiner Ld. und unſer aller Nahmen, Ew. F. G. und Würde zum Rœmiſchen Kœnig, und künfftigen Kayſer, mit Hulff des Allmæchtigen, zu erheben, zu erwehlen, zu kieſen &c.* Poſteriori huic ſententiæ inhærent *Limnæus*, lib. 2. *Jur. Publ.* Cap. 3, §. 60. ad 63, pag. 46; & Tom. V, Addit. ad lib. 2. Cap. 3, §. 60, pag. 14 & 15; *Carpzovius*, de *Lege Regia Germanorum*, Cap. XI, Sect. VIII, §. 5, 6 & 7, pag. 292; & Quæſt. 4, addita Diſputatione Feudali 2. §. 11; *Schützius*, Exercit. 2, §. 14. lit. f. pag. 112 &c. *Strauchius*, Diſſ. IV, Exoter: de *Illuſtribus Controverſiis circa Electionem Caroli V*, §. 3, p. 88; *Thulemarius*. Cap. 24. *Octovirat*: §. 81, pag. 465: Aliique multi. Priorem vero poſt *Sleidanum*, de *Statu Religionis*, lib. I, p. 20, *Daniel Otto*, Cap. 10. de *Jure Publ.* p. 263, *Goldaſtus in Replica, pro Imper:* cap. 13, p. 173; ſequuntur *Arumæus* ad A. B. Diſcurſ. 3, Concl. 14, *Reinkingius* de *Regimine Seculari & Eccleſiaſt:* lib. I, Claſſ. 3, Cap. 5, §. 17. & 18, pag. 219 & 220; *Schilterus*, Inſtit. Jur. Publ. Tom. 2, Tit. 19, §. 27, pag. 290; in primis *Carpzovius*, in Diſſert. anno 1650, Lipſiæ habita, Reſpondente *Johanno Jacobo Panzero*, ſub tit. *Diſcuſſio Hiſtorico-Juridica Voti Septemviralis graviſſimi, quod, poſt obitum Maximiliani I, Imperatoris, in Comitiis Electoralibus, pro Carolo Auſtriaco, Rege Hiſpaniarum, contra Franciſcum, Galliarum Regem, dixit Albertus, Cardinalis, Archi-Epiſcopus Moguntinus, à Johanne Sleidano conſignati &c.* Sibimet contrarius, quandoquidem Dogmate 2, ait: *Nec eſt, quod rei hujus exempla altius repetamus, cum & in Electione Caroli V, votum dixerit Moguntinus primum, referente, ex Sleidano, de Statu Religionis, lib. 1. pag. 20, Dominico Arumæo, dict. Concluſ. 14,* (Diſcurſ. 3 ad A. B.) *quem tamen relationem Sleidani fefelliſſe antumat Joh. Limnæus, de Jure Publ. lib. 2, c. 3; §. 60 &c. Probat nimirum ille, ex Georgio Sabino, relationem iſtam Sleidani accipiendam eſſe de Deliberatione potius, ſuffragationi præmiſſa, quam de ipſo ſuffragio &c. atque ita Moguntinum, ceu Collegii Electoralis Decanum, Conſultationem duntaxat, de inſtanti Electionis actu, cœpiſſe, &, de quibus Subjectis, in Regem Romanorum deſignandis, deliberandum foret, Co-Electoribus intimaſſe, Actu Electionis ipſo, juxta præſcriptum A. B. poſtea ſuſcepto, & ordine votandi probè obſervato, putat Limnæus, loco allegato. Quod imprimis firmare nititur, ex Protocollo Electoris Caroli V, Tit. 31, apud Goldaſtum, in Polit. German. qui hac ſuppeditat Verba: Und wir Albrecht, Cardinal, als Ertz-Biſchoff zu Maintz .... der andern Unſern Mit-Churfürſten, und geſchickten Bottſchafften, Stimm und Vota, nach Ordnung und Geſetz darüber gemacht und jedem ſonderlich, gefraget, und erforſchet; und wir ... hinwiederumb &c. ita quidem Arumæum, à Sleidano falſum, diſſerit Limnæus; ſed vereor, ne ipſe, aſſerto ſuo, ſpecioſe ſatis propoſito, me fefellerit, ut ei aſſenſitus fuerim, in Comment. de L. R. Germ. Cap. XI, Sect. 8, §. 7, rectius poſtea edoctus à Georgio Sabino. Conceſſerim enim, deliberationem, ante ſolennem Electionis actum, fuiſſe ſuſceptam, in qua Moguntinus mentem ſuam, & cui poſtea, in Actu ſolenni, ſuffragium daturus, ſatis expoſuerit; quem ordine ſecutus*

Trevirenſis, & hunc Fridericus Saxo, prout, ex toto Hiſtoria Sleidani & Sabini contextu, ſatis perſpicuum eſt; imprimis vero, ex Præloquio Moguntini, qui Conſultationem hiſce ingreſſus verbis, apud Sabinum: Et quoniam hic Congreſſus inſtitutus eſt, non ut Suffragia feramus, ſed ut liberè colloquamur, cum de univerſa Republica, tum de Electione: dicam, quid mihi maxumè videatur é Republica eſſe &c. Attamen, & poſtea, cum alius dies in Suffragium, ſolenni more, eundi conſtitutus fuerat, Moguntinum primitus locutum, ac votum prius repetiiſſe, verbis teſtatur maniſeſtiſſimis idem Georgius Sabinus: Itaque rurſus, ait, ſacro publice facto, Electores, ingreſſi in Sacrarium interius Templi D. Bartholomæi, Suffragia ferunt, hoc ordine: Cœtus Electorum reliquus interrogat Moguntinum: Quem eligat Regem Romanorum, & futurum Imperatorem? Is reſpondet: Se eligere Carolum, Archi-Ducem Auſtriæ. Deinde & Moguntinus reliquos interrogat. Hoc modo, omnium conſentientibus Suffragiis, Carolus electus eſt Imperator &c. Quid clarius dicere potuiſſet Sabinus, quam quod primum, in Actu Electionis ſolenni, elocutus ſit Septemvir Moguntinus ſuffragium. Huic ergo, quia Dn. Limnæus pleniſſimam attribuit fidem, ab ipſo utique convictus erit, ſe abs re Arumæum erroris arguiſſe, præſidii parum ſibi promittens ex Protocollo hujus Electionis Germanico: quod quidem Moguntinum ab Electoribus interpellatum, & hoſce rurſus ab Ipſo interrogatos, probat; ſed quo ordine id factum, expreſſè non meminit &c. Cum laudata diſſertatio rara ſit, integrum locum exſcripſi, quem & *Limnæus* Tom. V *Addit. ad lib. 2, J. P.* cap. 3, §. 60, p. 12 & 13 exhibet, addita tamen verſe vice, p. 14 & 15 refutatione. *Limnæi* quoque ſententia mihi verior videtur, ob argumenta, in dictis Protocollo & Electionis Decreto, latentia; clarè enim ibi cernimus, (1) Moguntinum *inchoaſſe* in Conclavi, & primo interrogaſſe Trevirenſem, *ſimiliter* (2) & reliquos, & *poſtea* (3) viciſſim ab omnibus fuiſſe interrogatum; & (4) *ſuffragationem* factam, *juxta ordinem, & Leges, deſuper latas*; per quas, intelligenda, procul dubio, A. B. cap. IV, §. 3 & 4, quia de alia non conſtat. Quibus ſic ſe habentibus, non video, cur Electoribus, qui Regem ipſimet elegerunt, & optimè ſeriem, qua cuncta in Conclavi â ſe geſta, ſciverunt, fides non habeatur, ſed *Sabini* ſententia, qui, non niſi ex relatione aliorum, Commentarium ſuum compoſuit, prævaleat. *Num verò ordo votandi in A. B. præſcriptus, ſemper obſervatus ſit?* alia quæſtio eſt. *Sigismundum* Imp. *primam vocem*, & quidem ſibimet ipſi, dediſſe, multi arbitrantur; vid. ſeq. §. 15, lit. d, *Maximiliani* 2 Electionis hiſtoriam an. 1562, Latino idiomate donantes *Adamus & Nicolaus Heydeni*, apud *Schardium* Tom. 3, *Rer. German.* p. 89, inquiunt; *Electores interius Conclave, ubi antiquitus Electio fieri conſueverat, ingrediuntur . . . Moguntinus à reliquis Septem Virorum interrogatus: Quemnam Ipſe eligat Romanorum Regem, deinceps in Cæſarem promovendum? Reſpondit: Se eligere Maximilianum, Bohemiæ Regem. Tum hos viciſſim Moguntinus ſingillatim rogat. Atque ita, una omnium voce, Rex renunciatur Maximilianus &c.* Hic *Moguntinus* primum ſuffragium expoſuiſſe ſcribitur. Vereor autem, ne ea, quæ de *Sigismundo* circumferuntur, ſint ficta, ob dicenda ſeq. §. 15, lit. d, præter quod Latina verſio *Heidenorum* non ubique ſincera appareat; nam (1) in dedicationis libello, Trevirenſi Antiſtiti oblato, ipſimet fatentur, ſe adhuc juvenes, ſtudiorumque fœturam duntaxat Archi-Epiſcopo conſecrare voluiſſe, & publicum edere ſpecimen, quos in Latina Lingua feciſſent progreſſus; adeò, ut errores juventutis clypeo tueantur; (2) Deſcriptio Germanica ejusdem Electionis, apud *Goldaſtum*, part. 1 *der Reichs-Handel*, p. 70 & 71, nihil de *votandi ordine* continet, commemorans ſaltem, Imperatorem unanimi Electorum conſenſu fuiſſe conſtitutum, (3) Valde vero ſimile, ordinem quo Electores juramentum, ante Electionis Actum, ſibi invicem præſtiterunt, fefelliſſe *Heydenos*, exiſtimantes, pari modo expoſita ab Iisdem in Conclavi vota; vulgare namque eſt, ex obſervantia, *Moguntinum* primum jurare, & poſtea idem ſacramentum à Collegis exigere; vid. præced. lit. m. Conf. *Limnæus*, Tom. V Addit. ad lib. 2 J. P. cap. 3, §. 60, p. 15. Alia rurſus Quæſtio eſt; *Num Trevirenſis vigore A. B. primum exponat votum?* quam *Viſcherus, in Diſcurſ. hiſtor. Polit. Jurid. de Electione Regis Romanorum*, Conclnſ. 25, art. 2, Membr. 5. §. 137, affirmat; *Limnæus* contra, ad A. B. cap. IV, §. 3, Obſervat. 2, p. 325 & 326, rectius negat, ob verba A. B. cap. IV, §. 4: *Primò quidem interrogabit* (Moguntinus) *à Trevirenſi Archi-Epiſcopo, cui primam vocem competere declaramus, ſicut invenimus hactenus competiiſſe &c.* Quæ ſi fidem mereantur, conſequens omnino eſt, jam ante A. B. *Trevirenſem* primam dixiſſe ſententiam, licet annus, quo hic mos invaluit, definiri nequeat; temporibus enim antiquiſſimis præcipuam vocem *Moguntinum* habuiſſe, præced. lit. 2, oſtendi.

15. Vota collecta, aut concordantia ſunt, aut diſcordantia: illo caſu, res bene ſe habet: hoc caſu, ille erit, quem (*a*) major pars elegerit. *A. B. c. 2. §. 2.* Intelligimus hic majorem partem

tem Collegii, (*b*) non ſingulorum: & hinc, quando hodie duo alium eligerent, & iterum duo alium, electio eſſet nulla. Hanc enim eſſe ſententiam A.B. ſuadent regulæ bonæ interpretationis: praxis & obſervantia omnium temporum: & evincit omnium clariſſime *c. 2, §. fin.* ubi dicitur, quando tres aliquem elegerunt ex collegio, quod tunc ipſe aliquis poſſit facere majora, vota confirmando. *vid. Rumelin. ad A.B. diſſert.3. th.9. in fine*, licet, docente *Franciſco Zypæo lib. 3. de Jur. Pontiſ. titulo, de his, quæ fiunt à majore parte capit. p. 225.* uſu obtineat alias, ut quod major numerus, non quidem reſpectu totius, ſed minoris partis, decrevit, ratum ſit. *vid. Buxtorff, ad A. B. concl. 35.* Poſtquam in A. B. conceptis verbis deciſum eſt, aliquem ſe ipſum eligere poſſe, ſive primus rogetur votum, ſive ſecundus. *c. 2. §. 7.* fruſtra quæritur, *(c)* an aliquis ſe ipſum eligere poſſit? votum enim uniuscujusque conſideratur, ut collegiatum. Exemplum nos habere dicunt in *(d)* Sigismundo Caroli IV. filio; qui cùm ad Comitia, tanquam Elector Brandenburgenſis, vocatus eſſet, dignitatisque Regiæ gratia primus ſententiam dicere de nominando Cæſare rogaretur, ſe ipſum nominavit: Me, inquiens, ego novi, alios non itidem, an æque mecum imperio orbis digni ſint; præſertim in tanto motu, quo Italia quoque, ſchiſmate ibi durante, plurimum laborat. Mirati hanc tam liberam & apertam vocem Sigismundi cæteri Electores communi aſſenſu illam approbarunt. *Dubrav. lib. 22. hiſt. Bohem.* Exemplum hoc non tantum ſuſpectum reddit illud, quod dicitur, Sigismundum, tanquam Electorem Brandenburgenſem, primum tuliſſe votum, cum tamen ſecundum A. B. diſpoſitionem *c. 4. §. 9.* penultimus rogetur votum: ſed etiam Decretum electionis Sigismundi, quod, eum in Hungaria abſentem fuiſſe & Legatos ſuos miſiſſe, teſtatur. *Lehm. lib. 7. Chron. Spirenſ. c. 81. Goldaſt. de regno Bohem. lib. 3. c. 4.*

NOTÆ.

(*a*) MAJOR PARS &c. Nititur hoc aſſertum A. B. Tit. 2, §. 4, ubi: *Niſi prius Major Pars Ipſorum Temporale Caput Mundo elegerit &c.* & §. 5: *Niſi prius per Ipſos, vel majorem partem ipſorum, Rector, ſeu temporale Caput fidelium, electum fuerit &c.* & §. 6. &c. Hinc etiam in Præliminari, antequam in Conclavi ſuffragia ferantur, Moguntinus monere ſolet Collegas, caſu, quo diſcordes Electorum ſententiæ, Eum pro legitimo Rege iri habitum, in quem major pars eſſet conſenſura. Vid. præced. §. 14, lit. o, Conf. de Electione *Ferdinandi III*, an. 1636, *Lundorpius* Tom. IV *Act. Publ.* lib. 3, cap. 89, §. 7, pag. 609; Add. *Rumelinus* ad A. B. Diſſert. 3, *t.* 8, p. 77; Dn. *Thulemarius*, cap. 24 *Octovirat.* §. 82, p. 465 & 466; Dn. *Schwederus*, *Introd. in Jus Publ.* part. Spec. Sect. 1, cap. 2, §. 10, p. 231; idque naturali æquitati conſentaneum, veterum teſtimoniis firmat *Hugo Grotius*, lib. 2 de *Jure B. & P.* cap. 5. §. 17, p. 157; add. *Ziegler*, ibid. in Notis, pag. 284.

(*b*) COLLEGII &c. Bene. Spectat enim Electio ad Electores, tanquam ad Collegium, & non ad ſingulos. Vid. Dn. *Joachimus à Pritzbaur* diſſert. de *Jure Præſentiæ, circa Negotia Imperii*, an. 1684 Præſide Ill. Dn. *Strykio* habita, cap. 3, §. 41, p. 46. Conf. *Daniel Otto*, cap. 10, *Jur. Publ.* p. m. 255; *Schutzius*, Exercit. 2, J. P. *t.* 15, lit. c. p. 114 &c. *Buxtorf ad A. B.* Concluſ. 35, lit. E; Dn. *Thulemarius* l. c. Erronea ſententia eſt, & jam dudum in Germania proſcripta, paribus Electorum votis, ad Romani Pontificis tribunal provocandum, ceu *Innocentius III*, lib. 1 *Decretalium Gregorii IX*, Tit. VI, cap. 34 *Venerabilem*, temerè aſſeruit, verbis: *Quod autem, cum in Electione vota Principum dividuntur, poſt admonitionem & expectationem, alteri Partium favere poſſimus, maximè, poſtquam à Nobis Unctio, conſecratio, & Coronatio, poſtulantur, jure patet pariter & exemplo &c.* Quid, quæſo, Juris Pontifici in Imperio? Majora Electorum vota hic requiruntur, & non Romanæ Curiæ deciſio; conſequenter, ubi vota paria, electio de novo inchoanda, totiesque repetenda eſt, donec aut unanimia, aut majora, inde reſultent. Vid. *Rumelinus*, ad A. B. Diſſert. 3, §. XI, p. 18; *Thulemarius*, cap. 24 *Octovirat.* §. 83. p. 466 & 467; Ill. Dn. *Coccejus*, *Jurispr. Publ.* cap. 8, §. 11, p. 266.

(*c*) FRUSTRA QUÆRITUR &c. Quæſtionem hanc jam præced. Tit. V, *t.* 4, lit. e. p. 412 tetigi. *Rupertum* Palatinum ſemet ipſum elegiſſe teſtantur *Marquardus Freherus*, ad *Petrum de Andlo*, lib. 2, cap. 2, *Daniel Otto* cap. 4, *Jur. Publ.* p. m. 258, *Mylerus ad Rumelinum* ad A. B. Diſſert. 3, *t.* 14, lit. b. p. 84 aliique, ibidem teſtes nominavi; de *Maximiliano* 2, *Rudolpho* 2, & *Matthia*, idem aſſerunt *Reinkingius*, de *Regim.*

Sec. & Eccleſ. lib. 1, Claſſ. 3, cap. 5, §. 24, p. 211; *Bernegger*, in *Obſervat. hiſtor. Polit.* 2, cui titulus: *Suffragio ſe ipſos eligentium Exempla*; *Mylerus*, ad *Rumelinum* in A. B. Diſſert. 3, *th.* 14, p. 84 & 85; Dn. *Thulemarius*, l. c. §. 85, pag. 468; aliique; *Ferdinandum* 2 addunt *Bernegger* l. c. *Schützius* Vol. 1, Exercit. 2, *th.* 16, lit. c, pag. 117; *Mylerus* l. c. & *Thulemarius*, l. c. de *Ferdinando III* evolvas *Lundorpium* Tom. IV, Act. Publ. lib. 3, cap. 89, §. 7, p. 610. ubi notanda phraſis: *Einhellige Stimme.* Cui jungas *Ferdinandum IV*, in *Theatr. Europ.* Tom. VII ad an. 1653, p. 358, qui itidem Electus ſcribitur, *durch einhellige Stimme &c.* Ipſumque *Leopoldum*, vid. *Reiſendſo Heromontanus*, de *Summa Principum German. poteſtate*, c. 14; & Dn. *Thulemarius* l. c. nec non Hiſtoria Electionis Ejus, Tom. VIII, *Theatri Europæi*, ad an. 1658. pag. 471, ubi ſimiliter Regia dignitate ornatus traditur, *mit aller einmüthigen Stimm.*

(*d*) SIGISMUNDO &c. *Dubravius*, lib. XXIII *Hiſtor. Bohem.* p. m. 191. rem ſic recenſet: *Germani, jam pridem Roberto Bavaro amiſſo, quem Venceslao ſuperſtiti ſurrogaverant, rurſus ad alium, Eidem ſurrogandum, animos adjiciunt; Moguntino Comitia Electoribus indicente, ad quæ cum Sigismundus, Rex Hungariæ, tanquam Marchio Brandenburgenſis, qui unus Electorum habetur, veniſſet, Dignitatisque Regiæ gratia, primus ſententiam eſſet rogatus, de Cæſare nominando, ſe Ipſe nominavit, Me, inquiens, Ego novi, alios non itidem, an æque Mecum Imperio Orbis digni ſint, præſertim in tanto rerum motu, quo Italia quoque ſchiſmate ibi durante, plurimum laborat. Mirati hanc tam liberam & apertam Sigismundi vocem, cæteri Electores, communique conſenſu illam approbantes, Ipſum Sigismundum, Venceslai Fratrem, Cæſarem conſalutant &c.* Apud *Sigismundum von Bircken*, im *Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 4, cap. 3, p. 411, longe alia *Sigismundi* proſtat oratio, ibi: *Als hierauf die Churfürſten wieder zuſammen kommen, und Kœnig Sigismundus, als Churfürſt zu Brandenburg, auch bey der Wahl erſchiene, ward Er, als ein Kœnig, am erſten umb ſeine Stimme befragt. Weil Er ſich nun vor den mächtigſten Fürſten im Reich, auch ſeine Erfahrenheit in Regiment- und Kriegs-Sachen, erkennete und wuſte, und darbey ſahe, daß, die Spaltung beym Rœmiſchen Stuhl zu hinterlegen, ein Mann erfordert würde; gab Er Ihm ſelber die Stimme, mit dieſen, und dergleichen, Worten: Es iſt kein Fürſt im Reich, den Ich beſſer kenne, als mich ſelber. Es iſt auch keiner, der mir an Macht zu vergleichen. Ich bin ſchon 25 Jahr Kœnig, und noch länger ein Herr zweyer Fürſtenthümer. Ich bin nun bey Jahren, und Erfahrenheit, und habe dieſe Zeit über, auf Gewinn und Verluſt, mit Gemach und Ungemach, regieren gelernet. So ſiehe Ich auch gegenwärtige Kirch-Spaltung, mit ſolchen Augen an, die da Mittel ſehen, und wachſam ſeyn würden, ſolcher abzuhelffen, im Fall es mir obliegen ſolte. Ich habe zwar genug zu regieren, an den Landen, die Mir die Gnade Gottes zugewendet, und die Reichs-Würde an ſich ſelbſt, ſonderlich bey dieſem Zuſtande, iſt mehr eine Bürde, als etwas verlangbares. Jedannoch, aus getreuer Sorgfalt vor die Kirche, und das Reich, bin Ich erbœtig, dieſe Laſt auf meine Schultern zu nehmen. Demnach gibe Ich, als Churfürſt zu Brandenburg, Kœnig Sigmunden in Hungern, die Stimme, und will mich ſelber hiemit zum Rœmiſchen Keyſer erwæhlt haben. Die andere Churfürſten verwunderten ſich über dieſer freyen und Heroiſchen Rede: und weil ſie keinen Würdigern wuſten, auch ſein Vorbringen wahr befanden, als ward Er einhelliglich, den 20 Martii, im 43 Jahr ſeines Alters, zu Rœmiſchen Kayſer erwæhlt, und gekrœnet.* Factum affirmant *Arumæus* ad A. B. Diſcurſ. 2, *th.* 22; *Schutzius* Exercit. 2, *th.* 16, lit. e, pag. 117; *Daniel Otto Jur. Publ.* cap. 4, pag. 158 & 259; *Hagecius*, *Chron. Bohem.* ad an. 1414; *Buxtorfius* ad A. B. concluſ. 39, lit. C; *Freherus* ad *Petrum de Andlo* lib. 2, cap. 2; *Carpzovius* de *Lege Regia Germ.* cap. XI, Sect. 8, §. 11, & 12, p. 292; *Rumelinus ad A. B.* Diſſert. 3, *th.* 14, pag. 83 &c. *Du May, Etat de l'Empire* Dial. 2, part. 1, p. 84, & alii. Enimverò, rectè in dubium vocant aſſertum hoc, *Goldaſtus*, in *Bohemia*, lib. 3, cap. 4, §. 7; *Limnæus*, in Notis ad dictum locum *Danielis Ottonis*, pag. m. 259 & 260, & lib. 2, *Jur. Publ.* cap. 3, §. 77, pag. 48; Dn. Auctor noſter, &c. nam (1) tacent de hoc Scriptores coævi, *Æneas Sylvius*; *Compilatio Chronologica*; *Rolewinckius*: *Benevenutus de Rambaldis*, aliique. (2) Ex literis Electorum, de an. 1410, ad Senatum Spirenſem tranſmiſſis, aperte conſtat, *Sigismundum* ne quidem Electioni interfuiſſe, ſed nomine ſuo, *Fridericum* Burggravium eò miſiſſe; Vid. *Lehman. Chron. Spir.* lib. 7, cap. 81, p. 866 & 867, unde præced. Tit. V, §. 11, in vita *Sigismundi*, v. 4, ad an. 1410, p. 688. mea deſumſi; (3) Quæ ratio? *Sigismundus* fuit Rex Hungariæ; Ergò primum votum in Collegio Electorali expoſuit! cur *Ferdinandi II. III & IV*, & *Leopoldus*, tanquam Reges Bohemiæ, & Hungariæ, non eodem jure gaviſi ſunt? cjusmodi ſanè Reges non comparent in Electionis Camera, quà Principes coronati, ſed quà Electores, quibus certa ſeſſio, & votum, ſuo ordine ferendum, competunt. Quæ igitur prærogativa ſolius *Sigismundi*? (4) Diverſæ relationes, ceu modo vidimus, ſatis jam de facti incertitudine teſtantur.

Digitized by Google

16. Si intra triginta dies non conveniunt EE. inter ſe, (*a*) pane & aqua ſecundum A. B. diſpoſitionem, ſunt nutriendi. Si unus vel alter diſcedere (*b*) velit, antequam electio ſit finita, Francofurtenſes ipſum nullo modo cohibere poſſunt, reliqui tamen EE. Eum rogabunt, ut ante finitam electionem diſcedere non velit. Quod ſi ſusque deque habeat, iſte tamen Imperator erit, quem reliqui eligent. *A. B. c. 2. §. 4.*

NOTÆ.

(*a*) PANE ET AQUA &c. Conſtitutio hæc A. B. Tit. 2, §. 5, hodie forte pro *paleari* habenda eſt; Quis enim cogat Electores? De iis ipſis ſtolidum hoc putare. Civitasne Francofurtenſis? abſit! protectionem illa promittit, non vim inferendam. Ne dicam, Eos ultra tres quatuorve horas, in Conclavi non manere. Vid. Ill. Dn. *Rhetius*, *Inſtit.* J. P. lib. I, Tit. 4, §. 33 pag. 159; Conf. *Limnæus* lib. 2. *Jur. Publ.* cap. 3, §. 54, p. 44; *Ditericus*, ad A. B. Tit. 2 p. 27.

(*b*) DISCEDERE &c. Juxta tenorem A. B. Tit. 2, §§. 4 & 5, Electores à loco Electionis non diſcedant, niſi, unanimi conſenſu, aut per majora, Romanorum Regem prius elegerint. Si vero nihilominus, Electione nondum finita quis inde abeat, nec, ad præmiſſa, Procuratorem legitimum ſolenniter ſibi ſubſtituat; Eum voti jacturam, quod in Electione iſta exponere potuiſſet, pati, docet A. B. Tit. I, §. 23. Conf. *Limn.* ad A. B. Cap. I, §. 21, Obſervat. 2, pag. 251; nec intereſt, utrum major pars recedat! Reliqui enim, licet numero pauciores, legitimè eligunt; *Buxtorff*, ad A. B. *t.* 25, lit. b; *Limnæus*, ad *Danielis Ottonis* Cap. 10. *Jur. Publ.* p. 245; *Rumelinus* ad A. B. Diſſert. 3, *t.* 10, pag. 80 &c. *Reinkingius*, de *Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. I, Claſſ. 3, §. 14, pag. 205 & 206; *Schützius* Exercit. 1. J. P. *t.* 15, lit. c, pag. 115, ſuadens tamen, melius eſſe, ſi minor pars ab Electione abſtineat; ad evitandas ſcil. turbas. Dn. *Schweder*, *Introd. J. P.* part. ſpec. Sect. I, Cap. 2, §. 15, p. 224; &c.

17. Electione jam facta, illa à Moguntino in conclavi (*a*) edicitur, & notariis & teſtibus adhibitis, refertur in literas, quæ electorum ſigillis appoſitis muniuntur. Fit proclamatio (*b*) publica electionis, in Eccleſia Bartholomæi, ſi facta Francofurti, aut in majori æde ſacra ejus loci, ubi electio peracta, voce ejus, quem Moguntinus ad hoc delegit: (*c*) illa denunciatur electo ab Electoribus, addita rogatione, ut eam velit acceptare. Offertur capitulatio, in quam ſi conſentiat electus, ad ejusdem obſervationem ſe juratoria adſtringit obligatione. Si electus præſens eſt, deducitur, ex conclavi, ab Electoribus, ſolenni pompâ ad altare, ubi flexis in ſuperiore gradu genubus, ad orandum ſe componit; Electoribus ad latera utrinque conſiſtentibus; ſtatim, *adjutorium noſtrum*, pſalmusque: *in virtute tua lætabitur Rex*, cum pertinentibus ad eum precatiunculis, ſuper novo Rege dicuntur: quibus finitis, Electus in altare ab Electoribus elevatur (*d*) & collocatur, hymnusque Ambroſii & Auguſtini: *Te Deum Laudamus*, decantatur. Deinde deducitur extra chorum, & aſcendit pegma (*e*) ad hoc in Eccleſia exſtructum, tunc fit publicatio & proclamatio ad populum *Vid. Limn. in not. ad A. B. c. 2. §. 5. obſ. 1.* Olim electione publicatâ & acceptatâ, ſtatim confirmavit (*f*) privilegia Electoribus; hodie mores ſunt, ut non ſtatim poſt electionem hæc confirmatio fieri ſoleat: nam in Capitulatione, in quam poſt electionem Rex Romanorum jurat, promittit ſe confirmaturum (ergo nondum confirmata) Electoribus competentia privilegia. Reliquis Imperii Statibus, licet A. B. hoc non dicat, nihilominus tamen Imperator etiam confirmare cogitur privilegia competentia, non minus quam Electoribus.

NOTÆ.

(*a*) EDICITUR &c. Electione peracta, reſeratur Conclave, & Mareſchallus Pappenheimius, nomine Electorum, eò invitat Electorum ſingulorum quosdam Conſiliarios, ut de actis teſtentur, & Notarios Cæſareos, ut Inſtrumenta deſuper conficiant; quibus præſentibus, indicat Moguntinus electionem ritè celebratam, nominatque Electum *prima vice*, privatos tanquam inter parietes; *Thatin Ibro Churfl.*

Gn.

Statuum, nichts addirt werden ſolte; Als kan man nicht befinden, wie bey ſolcher Bewandniß, obernannter Prologus deme in einiger Weiſe contrariiren mœge, oder auch dem Churf. Collegio ein mehrers zuzumuthen ſeyn; Geſtalten daſſelbe der Zuverſicht lebt, der Lœbl. Fürſten-Rath es dabey bewenden laſſen, und hinwieder ſich dergeſtalten erklæren werde, daß dieſes nun ſo lang getriebenes Werck dermahlen ſeine Endſchafft erreichen, und in denen übrigen annoch unerœrterten Materiis progredirt werden mœge.

Subſiſtit ita res, ad Annum usque 1690, quo eligendo Joſepho, Electoribus iterum ſolis Capitulationem præſcribentibus, reliqui Status, majori ex parte, ſolenni formula deſuper proteſtati ſunt, cujus hic tenor:

Des H. R. Reichs mehrerer, Fürſten und Stande Proteſtation, und Reſervation, bey des Rœmiſchen Kœnigs, Joſephs, Wahl-Capitulation.

NAchdem die, von einem Hochlœblichen Churfürſtlichen Collegio, in der Kayſerlichen freyen Reichs-Stadt Augſpurg, den 24 Jenner, jetztlauffenden Jahrs, vorgenommene Wahl eines Rœmiſchen Kœnigs, mit dabey errichteter gewiſſer Capitulation, auf den Durchlauchtigſten, Großmæchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Joſeph, Kœnig in Ungarn, Ertz-Herzogen in Oeſterreich &c. ausgefallen; So thun des H. R. Reichs Fürſten und Stande, Unſere Gnædigſte, und gnædige Herren Principalen, Committenten und Oberen, ſich, ob dieſer Erwehlung, um ſo mehr erfreuen, ale auch ſelbſt aller dero Verlangen, und Gemüths-Meynung, auf die hœchſte Perſohn Seiner Kœnigl. Majeſt. abgezielet; Mit hertzlichen Wunſch, daß dieſe ſo glücklich ausgeſchlagene Wahl, viele erſprießliche Würckungen haben, und zu des H. R. Reichs, Teutſcher Nation, Unſers geliebten Vaterlands, Sicherheit und Wohlfahrt, auch fernern Flor, und Aufnehmen, gereichen und gedeyen mœge.

Nun iſt zwar bekandt, was einem Hochlœblichen Churfürſtlichen Collegio die Güldene Bull, das Weſtphæliſche Friedens-Inſtrument, und übrige allgemeine Reichs-Fundamental-Satzungen, zueignen, deme unſere hohe Herren Principalen, Committenten und Obern, den geringſten Eintrag zu thun, nicht gemeinet; wann aber nicht minder Reichskündig iſt, was Fürſten und Standen des Reichs, bey der Wahl eines Rœmiſchen Kœnigs, und dem Capitulations-Werck, vor ein Theil, und Gerechtſame, zukommt, und inſonderheit in gedachtem Frieden-Schluß, Art. VIII, §. Habeantur, deßhalben diſponiret, und beſtættiget worden, um deſſen willen unſere gnædigſte und gnædige Herren Principalen, Committenten und Obern, ſich deſtoweniger verſehen, daß, bey ſo klaren Fundamental-Satz, und Ordnung, ſie dergeſtalt, wie beſchehen, præterirt, und in ſo wichtigen, das geſamte Reich concernirenden Sachen, welchen nach ſothaner vorgeſchriebenen Norma, Communi Statuum Conſenſu, zu handeln, und zu ſtatuiren geweſen wæren, hindan geſetzt werden ſolten; Als kœnnen und mœgen dieſelbe in nichts, ſo bey ob hœchſtgemeldter Rœmiſcher Kœnigl. Wahl, und dabey errichteter Capitulation, vorgenommen, gethan, und gehandelt worden, welches mehrbeſagten Weſtphæliſchen Friedens-Inſtrument, und denen Juribus Principum & Statuum, directè, vel per Indirectum, ungemæß, und zuwieder ſeyn kœnte, oder mœchte, gehelen, weniger ſolches, wie es auch ohne das vigore Inſtrumenti Pacis, an ſich Krafftloß, und nicht ſtatt haben kan, pro Lege Imperii publica, achten oder erkennen. Geſtalten, von denenſelben uns gnædigſt und gemeſſen anbefohlen worden, in Dero Nahmen, gegen ſolches alles, feyerlichſt zu proteſtiren, und neben ausdruck- und Wortlicher Wiederholung, der, den 8. Aug. Anno 1658, von Fürſten und Standen, auch beſchehenen und Extradirten Reſervation- und Proteſtation-Schriffe, alle ihnen zukommende Gerechtſame, und Befugniſſen, dawider, ſowol jetzo, als vorskünfftige, beſtermaſſen zu reſerviren, und vorzubehalten. Welchen wir dann alſo hiemit ſchuldigſt nachkommen, und gegenwartiges ad Acta Imperii zu legen, und zu regiſtriren, gezimende Anſuchung thun ſollen,

Actum Regenſpurg, den 28. Auguſti 1690.

Des H. R. Reichs mehrerer Fürſten und Stande, zu fürweſendem Reichs-Tage, Gevollmæchtigte Rathe, Bottſchafften und Geſandte.

Eandem Proteſtationem exhibet Dn. Müldener, in fine Appendicis Capitulationis Harmonicæ, lit. F; p. 209, ſub 8 Aug. quem diem etiam Dn. Berndes, in Diſſ. de Negotiis, Capitulatione Cæſarea annullatis, Cap. I, §. 18, pag. 26, profert; cum vero Directorium Moguntinum proteſtationem hanc, à Salisburgenſi, acceptare recuſaret, obtulerunt eam Commiſſioni Cæſareæ, ſequenti formula:

Des H. R. Reichs mehrerer Fürſten und Stande zu fürwæhrenden Reichs-Tag Gevollmæchtigter Rathe, Bottſchafften und Geſandten

Mündlicher Vortrag an die Kayſerliche Commiſſarios.

NAchdeme derer mehreren Fürſten und Stande allhier befindliche Geſandte und Gevollmæchtigte, auf erhaltenen ſpecialen Befehl, dero gnædigſten und gnædigen Herrn Princi-

Principalen, Committenten und Obern, ſich gemüßiget befunden, wegen desjenigen, was bey neulicher Wahl des Rœmiſchen Kœnigs, und dabey errichteter neuer Wahl. Capitulation *vorgangen, welches Fürſten und Stande zu einem* Præjuditz, *gereichen kœnte, und dem Weſtphæliſchen Friedens-Schluß, und übrigen Reichs-Satzungen zuwider, bey dem hochlœbl. Churſ.* Collegio *die Nothdurfft geziemet, zu beobachten, und zu reſerviren; So haben dieſelbe Ihro Kayſerl. Majeſt. zu allerunterthænigſten Reſpect, dero hœchſtanſehnlichen* Commiſſion, *davor neben verwahrte abſchrifftliche Benachrichtungen geziemend zu ertheilen, nicht ermangeln ſollen, in der gantz geſicherten und zuverlaſſigen Hoffnung, weilen ſollen keinen andern Zweck hat, als damit der Furſten und Standen hohe* Jura, *Reichs-Satzungen-maſſig conſerviret, und gegen alles, etwan ietzt, oder hinkunfftig beſorgende* Præjuditz, *ohngekranckes erhalten werden mœgen, es werden Ihro Kayſ. Majeſt. ſolches Ihro nicht allein nicht mißfallig ſeyn laſſen, ſondern vielmehr geſammte Furſten und Stande, bey ihren im Weſtphæliſchen Friedens-Inſtrument, und ubrigen Reichs-Satzungen, fundirten* Juribus, *kraffigſt zu ſchützen, allergnædigſt geruhen, danebenſt die hœchſt-anſehnliche Kayſ.* Commiſſion *Ihro dieſes Werck, beſtens recommandirt ſeyn laſſen.*

Contra quod Inſtrumentum Electores, verſa vice, proteſtabantur:

Des Churfürſtl. Collegii *Gegen-Nothdurfft und* Reproteſtatio, *wie ſolche*

Des Kayſerl. Herrn Principal-Commiſſarii *Durchl. durch Chur-Mayntz, den* $\frac{14}{24}$ *Sept. 1690. zugeſtellet worden.*

Ein Churfürſtl. Collegium *hatte unvermuthet vernommen, was geſtalten der hœchſt-anſehnlichen Kayſerl.* Commiſſion, *die Hochfürſtl. Saltzburgiſche Geſandſchafft, unter vorgewendetem Nahmen der mehrerer Fürſten und Stande, allhier anweſenden Geſandten, und Gevollmæchtigten, eine vermeinte* Proteſtation, *und* Reſervation-*Schrifft, wegen desjenigen, ſo bey der Rœmiſchen Kœnigs-Wahl, und errichteter neuen* Capitulation *halber, vorgegangen, überreichet habe: Nun ware zwar ebenfalls jüngſthin, bey dem Chur-Mainziſchen Reichs-* Directorio, *von der Saltzburgiſchen Geſandſchafft, unter oberwehnten Vorwand, eine ſogenannte* Proteſtation- *und* Reſervation-*Schrifft, auf allhieſigen Rathhauſe, in dem Fürſtl. Neben-Zimmer produciret, und anbey angeſuchet worden, daß ſelbiges* ad Acta Imperii *geleget werden, auch darob dem Churſ.* Collegio *Nachricht und* Communication *wiederfahren mœchte: Gleichwie aber beſagtes* Directorium *ſolche Schrifft nicht anders, als mit dieſer ausdrücklichen* Condition *endlich zu ſich genommen, daß dieſelbe biß auf fernere Erklarung, nicht für exhibirt zu halten, auch ein Churfurſtl.* Collegium, *da ihme die* Apertur *des bey vorgenannten Chur-Maintziſchen Reichs-Directorio, von gedachter Saltzburgiſchen Geſandſchafft geſchehenen Vortrags, und Anſuchung gethan worden, keine Urſache gefunden, warum man ſich mit dergleichen* Scripto *zu beladen, bevor, da allhier, wegen der Wahl und* Capitulation-*Geſchæffte, nichts vorkommen, alſo hætte man nicht umgeben kœnnen, der Saltzburgiſchen Geſandſchafft, in obbeſagten Neben-Zimmer, mehr angezogene Schrifft ungeleſen wieder zurück zu geben, auch, aus erheblichen Urſachen, vor gut ermeſſen, hiervon, Ihro Kayſ. Majeſtat zu allerunterthanigſten Reſpect, der hochanſehnlichen* Commiſſion *geziemende Nachricht zu ertheilen; nicht zweiffelend, es werde ſich dieſe mit dergleichen* Scripto *eben ſo wenig zu beladen geruhen, ſondern vielmehr ſolch Beginnen obberührter Fürſten und Standen, als eine Sache von gefahrlicher* Conſequentz, *zu unterbrechen geneiget ſeyn, zumahlen Ihro Kayſ. und Kœnigl. Majeſtat Authoritat, und Intereſſe, als welches mit dem Churfürſtl. gantz genau verbunden, dabey hauptſæchlich verſire. Womit deroſelben hœchſtanſehnlichen* Commiſſion *ſich ein Churſ.* Collegium *geziemend, und beſten Fleiſſes empfehlen thate.* Conf. Dn. *Müldener*, l. c. lit. F & G, p. 210 ad 212. Quales lites inde ſurrexerint, Salisburgenſi Directorio, nomine Con-Statuum proteſtantium, graves querelas, præſertim 20. Dec. contra Moguntinum, movente, quaſi, oblatam ſibi Principum proteſtationem admittere, & ad Acta Imperii referre, denegando, Directoriali muneri minimè ſatisfeciſſet &c. exponit idem, in Præfatione laudatæ *Capitulationis Harmonita.*

Anno 1700, recruduit nonnihil hæc Controverſia, quandoquidem Principes Imperii, qui Nono Electoratui adverſabantur, in Querelarum libello, Imperatori porrecto, Gravamina ſua ſic inchoarunt:

Erſtlich iſt dem Reichs-Fürſten-Stand hœchſt beſchwerlich und nachtheilig, daß nunmehr in die 37. Jahr, bey fürwæhrenden Reichs-Tag, die Negotia *insgemein nicht nur ſehr aufgehalten, mit groſſer Verweilung, und œffters wider die* Normam *der Reichs-Grund-Geſetze, tractirt werden; ſondern auch, daß die vœllige Abhandlung einer ſtetswæhrenden* Capitulation, *gantz ins Stecken gerathen, und, wider die Verordnung des Weſtphæliſchen Frieden-Schluſſes, und letztern Reichs-Abſchiedes, bey jüngſter Kœniglichen Wahl, gar nicht attendiret, noch die zum Abbruch des denen geſammten Reichs-Fürſten zuſtehenden Rechtens, in der vorhero gehenden Kayſerlichen* Capitulation *befindlichen Verfænglichkeiten, welchen bald anfangs wiederſprochen, und feyerlichſt dargegen proteſtirt worden, wobey annoch beſtanden wird, nicht abgethan, oder gebeſſert ſeynd &c.* Vid. *Fabri Staats-Cantzley*, Tom. V, Cap. VI, §. 15, pag. 270. Anno 1709, Controverſia hæc denuo agitata, Declaratione Electoralis Collegii, quoad *Epilogum Capitulationis Perpetuæ*, Principibus tranſmiſſa, qui, 30. Octob. eam tandem votis ſuis

 fulſe-

fulſerunt, modo clauſula hæc inſeratur: *Dieſemnach, hatte das Churfurſtliche* Collegium, *auf obgeſetzte gewiſſe und beſtandige Kayſerliche Wahl*-Capitulation, *welche, ohne geſammter Standen Bewilligung, nicht zu ændern, bey allen künfftigen Wahlen, ſie geſchehen zu Lebzeiten, oder nach Abſterben des Kayſers, den* Eligendum *zu verpflichten*. Anno 1711, 4, 6 & 7 Julii coaluit tandem, conſentientibus duobus Collegiis Superioribus Imperii Ordinum, Perpetuæ Capitulationis formula, proximè ſequenti die 8 Julii, per Directorium Moguntinum ad privatam dictaturam promota, nec multò poſt typis vulgata. Extat illa apud *Fabrum*, Tom. XVII *der Staats-Cantzley*, Cap. XII. §. 14. pag. 682 ſeqq. Et Append. ejus, ibid. pag. 755. ſeq.

3. Capitulatio, (*a*) ut hodie eſt, eſt *(b)* Lex Imperii fundamentalis, ab Electoribus, (*c*) nomine Imperii, ſcripta, & ab Imperatore, ut ſecundum iſtam (*d*) Imperium adminiſtretur, juramento acceptata.

NOTÆ.

(*a*) CAPITULATIO &c. Ne unam quidem Capitulationis definitionem, quam recipere liceat, ſe vidiſſe tradit Ill. Dn. *Baro de Lincker*, in Doctrina communi de *Capitulatione Cæſarea*, pag. 5, ſive enim eam, cum *Tabore*, voces *Legem publicam*, *de Imperio rite ſuſcipiendo, nec non gerendo;* ſive cum *Hortledero*, apud *Goldaſtum* Part. 12. *Polit. Imper.* §. 2. p. 612, *Legem Regiam ſeu Imperii, qua Regimenta Populi in Imperatorem deſignatum transferuntur, certis conditionibus, ſive Capitulis &c.* quam definitionem *Mylerus* quoque in Notis ad *Rumelinum* ad *Aur. Bull.* Diſſert. 3, θ. 17, p. 92. *Speidelius*, voc: *Capitulation*, p. m. 171, *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. I, Sect. 4, §. 3, pag. 9: *Limnæus*, *Jur. Publ.* lib. 1, Cap. 12, §. 13, p. 189. Ill. Dn. *Schützius*, Exerc. IV, Jur. Publ. θ. 1, p. 222, *Gerdeſius*, in Diſſ. de *Legibus fundamentalibus Imperii Rom. Germ.* aliique probant; ſive, cum *Conringio*, Diſſert. de *Capitul. Cæſar.* θ. 10, Dn. *Schwedero*, part. general. *Introduct. in Jus Publ.* Cap. 2, §. 13, pag. 26, & Dn. *Marquardo*, part. Gen. *Introduct. Juriſpr. Rom. German.* Diſſ. 3, part. 1, §. 1, p. 42. *Pactum*, ſeu *Conventionem*, *qua Imperator, per Electorum ſuffragia deſignatus, ante Coronationis ſolennia, certas ſibi propoſitas conditiones acceptat, & de iis ſervandis jurato cavet, publica ſalutis conſervandæ cauſa &c.* Conf. Dn. *Rhetius*, *Inſtit. J. P.* lib. I, Tit. IV, §. 36, pag. 161. *Rachelius*, de *Capitul.* θ. XI, pag. 11. *Hagemeier*, Epiſt. 4, *Juris Publ. Europ.* §. 58, p. 51. *Strauchius*, Diſſert. Exoter. IV, θ. 27, p. 114 &c. Dn. *Schilter*, *Inſtit. J. P.* lib. I, Tit. 15, §. 5. p. 166 &c. Dn. *Brunneman*, *Exam. Jur. Publ.* lib. 1, Cap. 3, Quæſt. 1, p. 13, ſive, cum *Boclero*, Lib. 12, *Notit. Imp.* Cap. 3, p. 320. *Sanctionem Pragmaticam*, ſive cum *Herdeno*, part. 3. *der Grundveſte des H. R. Reichs*, cap. 3, p. m. 180. *Normam & formam Regiminis, ac Status in Imperio, worauf das rechte Band zwiſchen Haupt und Gliedern beruhet, und dadurch ein rechter unbeweglicher Grund gelegt wird, zu vermiſch- und Mäſſigung beyder der Gewalt, als auch der Freyheit &c.* aut cum *Limnæo*, in Prolegom. ad *Capitulationes*, Sect. I, §. 37, p. 5. *Ab Electoribus, electo Regi Romanorum, ſalutis publicæ cauſa, præſcriptam, & ab Eodem receptam, poteſtatis ſuæ, & adminiſtrationis Imperii, Regulam, quam, vi promiſſionis factæ, & juramenti præſtiti, exactè & inviolabiliter obſervare tenetur &c.* Ipſum habes contradicentem, utpote cui Ea, nihil aliud eſt, quam *Sponſio electi Regis Romano-Germanici, Electoribus, pro ſe, & nomine Statuum Imperii, facta, in certa Capita, ſcripto comprehenſa, de modo Imperium, pro ſtatu & communi ſalute, exercendi, juramento obſignata.* Vid. l. c. pag. 8. *Legem* eam perperam vocari, docet, quod (1) Lex non *Uni ſoli* feratur, nec (2) niſi *Subdito* & quidem à Majeſtate, (3) etiam *invitis*, ſecus ac Capitulatio, (4) Electores ſoli, ne quidem cum Cæſare, *Leges* præſcribant &c. Nec per *Sanctionem Pragmaticam*, definiri poſſe, cum (1) Sanctio Pragmatica mera Principis ſit Conſtitutio, ad preces alicujus Corporis, Collegii, Civitatis, vel Provinciæ, edita, (2) Parentibus aliquid præcipiat, vel prohibeat, (3) non tantum ſemel fiat ut Capitulatio, in Exordio Regiminis &c. Nec *Regiminis Regulæ* nomen ei convenire; quia (1) eam ideo fieri oportet, ut Capita, ſuper quibus *capitulatur*, in *Normam*, ſeu *Regulam*, abeant; phraſis argumento; *Haben uns verglichen*, (2) Capita, in quæ Rex Electus ſpondet, *Normam* demum conficiunt, ſcil. de modo habendi & exercendi Majeſtatem, ne in *infinitum* extendatur, ſed intra limites ſubſiſtat; &c. Nec eſſe *Conventionem*, quod (1) conventio, ſine obligatione, ſubſiſtere nequeat, & redacta in ſcripturam Capitulatione, nemo adhuc obligetur; (2) Accedens electi Regis ſponſio, fiat *aus freyen gnædigen Willen;* (3) Sponſio hæc effectum non pariat, qui ex *conventione* oritur, eum ſoli Deo rationem adminiſtrationis reddere teneatur; (4) Rex ſolus eam ſubſcribat, nec ſimul Electores &c. ſecus ac in conventionibus, quas contrahentes utrinque ſubſcribunt &c.

(b) LEX IMPERII FUNDAMENTALIS &c. Ita *Schützius*, Exercit. 3 *Jur. Publ.* θ. 6, lit. f. p. 156; *Carpzovius* de *Lege Regia German.* cap. 1, Sect. 4, §. 9, p. 9; Ill. Dn. *Coccejus*, *Juriſprud. Publ.* cap. 1, §. 4, pag. 20; *Speidelius*, *Notabil. Juridico-Hiſt.* voc. *Capitulation*, p. m. 172;

Digitized by Google

m. 172; *Bæclerus Notit. Imp.* lib. 12, cap. 3, §. 3, p. 200; *Hippolitus à Lapide*, part. 1, c. 11, Sect. 2, §. 55 & 56; Dn. *Schweder, part. gener. Introduct. in Jus Publ.* cap. 2, §. 12, p. 25; Dn. *Rhetius Inſtit. Jur. Publ.* lib. 1, Tit. 4, §. 36, pag. 161; *Schilter Inſtit. J. P.* lib. 1, Tit. 15, §. 5, p. 166; ipſe Dn. Baro *de Lyncker*, in Doctrina Communi, *de Capitulatione Cæſarea*, p. 26, addat licet, *Capitulationem* non aliter vocari poſſe *Legem Imperii fundamentalem, quam quatenus cum Cæſare, noviter Electo, per Electores, pro ſe & Populo Regni Germaniæ, in Capita talia, conformiter Legibus, & obſervantia Imperii, conventum ſit.* Quæ pag. 46 & 47, fusè propugnat; Dn. *Brunnemannus, Exam. Jur. Publ.* lib. 1, cap. 2, Quæſt. 7, pag. 11. *Antonius Ernſt*, diſſ. de *Salvo Jure Principis*. Præſ. de Ill. Dn. *Stryckio* an. 1676, Francofurti habita, cap. 1, §. 44, pag. 13; Quo cenſu in Imperio veniat, patet ex Voto Electoris Brandenburgici, an. 1623, in Cauſa proſcripti Palatini, in Conventu Ratisbonenſi, expoſito, apud *Lundorpium*, Tom. 2 *Act. Publ.* lib. VI, cap. 180, pag. 703, ubi: *Aber doch hatte man umb derſelben willen, von dem Lege Fundamentali Imperii, der Capitulation, nicht abweichen ſollen &c.* & paulò poſt: *Daß aber auch, wegen deſſen, daß des Pfaltzgrafen* Actiones notoriæ, *kein Proceß wieder ihm angeſtellet werden dærffte, wolte ſich ſchwerlich ſchlieſſen laſſen; dan in der* Capitulation *keine dergleichen* Diſtinction *zu finden; Dan dieſelbe ſey ja Lex fundamentalis Imperii, darnach man ſich in dergleichen Fællen, zurichten &c.* nec non ex Voto Electoris Saxoniæ ibidem lato, l. c. pag. 708: *was wegen der Acht* (Palatini) *berührt, allda ſeind Ihro Churfl. Durchl. angezogene* Rationes *in den Fundamental-Geſetzen, ſo mit einem unauflæßlichen Band beveſtiget, gegründet &c.* cum quibus conferas, quæ in Ejusdem voto l. c. pag. 701, habentur: *Und hatte billig ein anderer* modus procedendi *hierin gehalten, und die Churfürſten des Reichs, Inhalt der Capitulation, als in einer ſchwæren, wichtigen, weitausſehenden Sache . . . . hierumb befragt werden ſollen; bevorab, weil es einen Churfürſten, und* Membrum Collegii, *betroffen, und gleichwohl die* Capitulation *klærlich beſage: Daß kein Chur- oder Fürſt, ohngehært, und ohne ordentlichen Proceß, in die Acht ſolte gethan werden &c.* Conf. *Allerunterthænigſte Relation des Chur-und Fürſtlichen Raths, über den Erſten, Andern, und Dritten Puncten Kayſerlicher Propoſition, den 17 Febr. 1623*, ibid. pag. 713. verb. *Dieweil die Churfürſtliche Sæchſiſche und Brandenburgiſche Vota, wegen der Pfalziſchen Acht, deſſen Proceß und Execution; imgleichen* translation *der Chur, in denen unverænderlichen unbeweglichen Fundamental-Geſetzen . . . fundiret &c.* jam vero toties Capitulatio *fundamenti* loco adducitur, ut adeo nullum dubium, quin tacitè ea hic intelligenda ſit, præſertim ſi. l. c. pag. 714, ſequentia addas: *die* Capitulation *wære gar klar, daß, in Hochwichtigen Sachen, mit der Churfürſten Bewuſt und Einwilligung, ſolte verfahren, auch kein Stand des Reichs, ohne ordentlichen Proceß, und ungehært, in die Acht gethan werden; Und es erfordert diß Fundamental-Geſetze, und unbewegliche Grundveſte, mehrers nicht, dann würckliche Obſervantz; dahero alſo hierüber kein mehrers Stimmen zu machen, noch diß Geſetze in weitere* Conſultation *zu ſtellen &c.* Add. Dn. *Volradi de Pleſſen*, Conſiliarii Palatini, Notæ in Vota Electorum & Principum Imperii, in dicta cauſa Palatinæ proſcriptionis, ibid. pag. 712, §. 32; *Burgoldenſis, Notit. Rer. Imperii*, part. 3, Diſc. 6, pag. 50; Dn. *Berndes*, in Diſſ. de *Negotiis Capitulatione Cæſarea annullatis*, cap. 1, ʃ. 7, pag. 12 & 13.

(c) NOMINE IMPERII &c. Quo reſpiciunt Verba, Procœmio Capitulationis *Ferdinandi IV*, de an. 1653, primum inſerta: *daß wir Uns demnach, aus freyen gnædigen Willen, mit denſelben Unſern lieben Neſen, Oheimen und Churfürſten, vor Sie, und ſæmptliche Fürſten und Stænde des Heiligen Ræmiſchen Reichs, dieſer nachfolgende Artickel, Geding und Pacts-Weiſe, vereiniget, vertragen, und angenommen &c.* & rurſus, art. ult. 49: *Solches alles und jedes, wie obſtehet, haben wir, Ræmiſcher Kænig, den gedachten Churfürſten, vor ſich, und im Nahmen des Heiligen Ræmiſchen Reichs, geredet, verſprochen . . . daſſelbe ſtæt, veſt, und unverbrochen zu halten &c.* Quæ in Capitulat. *Leopoldina*, nec non *Joſephina*, in fine Procœmii, & §. 47, repetuntur; Conf. Reverſales *Joſephi* Imper. an. 1705, Electoribus datæ præced. Tit. V, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad h. a. p. 789. *Rachelius* de *Capitulat.* cap. 3, §. 5, p. 26 & 27; *Limn.* ad *Capitul. Ferdinandi IV*, Procœm. p. 803, & ad Art. 49, pag. 868, ubi contra *Stamlerum* diſputat, auctoritate horum verborum, Capitulationem *Ferdinandi IV* pro *Perpetua* habendam, exiſtimantem. Conſultiſſ. Dn. *Werlhof*, in *Juris Enucleati, quo in Foro Germani utimur*, Procœmii Capite 1, §. 8, lit. f, p. 55 &c. & lit. K, p. 59.

(d) SECUNDUM ISTAM &c. Apparet hinc differentia, inter *Germanorum Capitulationem Cæſaream*, & *Legem Regiam Romanorum*; Pior enim (1) limites ponit exercendæ Majeſtati; *Lex Regia* verò infinitam dabat *Auguſto* poteſtatem (in cujus gratiam quoque l. 14. ff. de *Manum. Lex Auguſti* vocatur) *Strabone* teſte, qui de *Cæſare* iſthoc ait: *Patria ipſi permiſit Imperii Regimen, & conſtitutus eſt ad vitam, Belli ac Pacis Dominus &c.* Sic & *Tacitus*, lib. 1, *Hiſtor.* cap. 1, §. 2: *Poſtquam bellatum apud Actium, atque omnem poteſtatem*

ſtatem ad unum (ſcil. Auguſtum) *conferri*, *pacis interfuit &c.* Conf. *Grotius*, de. J. B. & P. lib. 1, cap. 3, §. 8, v. 10, p. m. 56; *Conringius ad Lampadium*, part. 2, §. 9, p. m. 71 &c. *Rachelius*, de *Capitulat. Regni German.* cap. 1, §. 9, pag. 9; Dn. *Werlhof* l. c. lit. a, pag. 47. (2) *Illa* delato jam ab Electoribus Imperio ſaltem accedit; *Hæc* ipſum Imperium detulit. (3) *Illa* conſervat Statuum Jura; *Hæc* Populum Majeſtate, quam ipſe in Principem tranſtulit, privavit; (4) *Illa* concipitur ab Electoribus, pro ſe & reliquis Statibus; *Hæc* condebatur ab univerſo Populo Romano; (5) *Illa ſponſorem* habet electum Imperatorem; in *Hac* nihil ſpopondit Princeps Populo; (6) *Illa* fit cum ſingulis Cæſaribus; *Hæc* etiam futuro Principi rogabatur; (7) *Illa* reprobat, quicquid, contra promiſſa capita, fuerit admiſſum; *Hæc* verò rata habuit omnia, quæ à Principe procedebant &c. Vid. Ill. Baro de *Lyncker*, *in Doctrina communi*, *de Capitulatione Cæſarea*, §. 2, p. 3 & 4. *Rachelius* l. c. *Strauchius*, Diſſert. IV. *Exoter.* de *Illuſtribus Controverſiis circa Electionem Caroli V*, §. 10, p. m. 95 & 96. Dn. *Schwederus*, *Introd. Jur. Publ.* part. general. cap. 2, §. 10, pag. 23. Dn. *Schilter*, *Inſtit. Jur. Publ.* Tom. I, lib. 4, Tit. ult. §. 6, p. 403; *Limnæus*, Tom. I. *Jur. Publ.* lib. 1, cap. 12, §. 64 & ſeqq. pag. 221. &c. & in Prolegomenis ad *Capitulationes Cæſareas*, Sect. VIII, §. 3, pag. 21; *Boeclerus*, *Inſtit. Polit.* lib. 1, cap. 8, p. 192 &c. Dn. *Thomaſius*, in Comment. ad *Monzambanum*. cap. 5, §. 4, lit. p. pag. 224 & 225; Dn. *Berndes*, Diſſ. de *Negotiis*, *Capitulatione Cæſarea annullatis*, cap. I, §. 6, p. 12. Dn. *Hornius*, de *Capitul. Cæſarea*, §. 2.

4. *An Imperator ad hanc Capitulationem obſervandam obligetur per modum legis, an per modum pacti?* DD. non conveniunt. Nos eum tantum obligari, per modum pacti, (*a*) non autem per modum legis, meritò putamus. Non tantum, quia in primo capite dicitur, ipſum conveniſſe cum Electoribus, nomine Imperii: ſed quia Imperator nulla lege civili obligari poteſt; qui enim obligatur lege civili, certo reſpectu ſubditus eſt: Imperator autem noſter omnino non poteſt conſiderari ut ſubditus Imperii; Ergo etiam omnino non poteſt obligari lege civili; Mixtura enim in Republica Romano-Germanica, à parte Imperatoris, eſt per modum Monarchiæ; in qua Imperans non poteſt habere voluntatem imperandi & parendi, ſecus, quàm ubi plures ſunt, in quibus Majeſtas exiſtit, e. g. in Ariſtocratia, Democratia &c. In his enim unusquisque duplicem habere poteſt voluntatem imperandi & parendi: & hinc omnes Status Imperii, quia à parte eorum mixtura eſt per modum Ariſtocratiæ, obligantur legibus Imperii, per modum legis, quia conſiderari poſſunt ut ſubditi.

NOTÆ.

(*a*) PER MODUM PACTI &c. Vid. Capit. *Joſephi* in fine proœm. *daß Wir uns demnach, aus freyen gnädigen Willen, mit denſelben unſern lieben Neven, Oheimen und Churfürſten vor ſich, und ſämtliche Fürſten und Stände des H. R. Reichs*, Geding und Pacts-Weis, *dieſer nachfolgenden Articuln vereinigt, verglichen, angenommen und zugeſagt haben &c.* Idem docent Capitulationes præcedentes omnes. Ex quibus patet, Cæſarem invitum, ex poteſtate præſcribentium, per Capitulationem non obligari, ſed demum vi ſponſionis, & juramenti, quod, acceptando eam, præſtat; cum contrà Leges etiam invitos obligent. Accedit, neminem in imperio Legem ferre poſſe, præter Imperatorem & Status ſimul, non Cæſarem ſolum; nec Status ſolos. Nec obſtat, quod Capitulationes *Legum* nomine veniant; id enim fit, reſpectu accedentis conſenſus Cæſarei; Vid. *Conring.* ad *Lampad.* part. 3, cap. 2, §. 12, pag. 124 & 125; & diſſ. de *Capitul.* §. 20; *Friſchius* addit. ad *Limnæum* lib. I, c. 12. pag. 36. *Rachel.* diſſert. de *Capitul.* cap. 1. §. 12. 13. & c. 4. §. 3. *Strauchius*, Diſſert. Exoter. IV, §. 27, & 28, p. m. 114 ad 116; Dn. *Rhetius*, *Inſtit.* J. P. lib. 1, Tit. 4, §. 36, pag. 161; *Hagemeier*, Epiſt. 4, *Juris Publici Europ.* §. 58, pag. 51, *Monzambanus* cap. VI, §. 7, *Schilter*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. 1 Tit. 15, §. 5, pag. 166. Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* part. gener. cap. 2, §. 13, pag. 26. Dn. *Berndes*, de *Negotiis Capitulatione Cæſarea annullatis*, cap. 1, §. 6 & 7, p. 12; Alii. Notandum enim, formulam: *Wir ſollen und wollen*, hic non involvere quoddam *præceptum*, à poteſtate majori proveniens; ſed *officii* duntaxat, *ſervandæque fidei*, qua, per Capitulationem, Cæſar Imperio ſe obſtringit, *neceſſitatem & implendi promiſſa ſtudium*; promiſſa enim debite ſervanda *Legi quoque naturali* conſentaneum eſt. Vid. Ill. Baro de Lyncker, *in Doctrina Communi de Capitulatione Cæſarea*, p. 48; Dn. *Titius*, *Jur. Publ.* lib. 2. cap. 7. §. 23, p. 225.

5. (*a*) *An Capitulatio deroget Majeſtati Imperatoris?* non minus dubium eſt. Alii quæſtionem affirmant, alii eam negant. Nos, ſi derogare Majeſtati Imperatoris, eſt, quod Imperator non habeat Majeſtatem, accedimus opinioni negantium: ſi verò derogare Majeſtati Imperatoris, eſt, quod eam (*b*) ſolus non habeat, cum aliis quæſtionem affirmamus. Illis quidem accedimus, non quidem eorum rationibus commoti: quæ non ſubſiſtunt, quando comparant Capitulationes (*c*) cum laterna, quæ non tollit radios candelæ, ſed conſervat potius, ne extinguatur vento; vel etiam, quando diſtinguunt (*d*) inter ſummitatem Majeſtatis & plenitudinem, & dicunt: Capitulationes non impedire, quo minus habeat ſummam Majeſtatem, ſed facere, ut eam plenam non habeat; quia enim eſt ſumma, à nemine dependet; & quia à nemine dependet, cohiberi non poteſt, & plena eſt. Sed quia Majeſtas eſt unicum ſummum & indiviſibile jus, quod Deus, jure creationis & conſervationis, habet in hoc univerſum, & quod Deus in Imperantes, Vicarios ſuos, propter ordinem naturæ rationali convenientem, & quem in hoc univerſo obſervari voluit, tranſtulit: quodque ſaltem à variis objectis varia accipit nomina, e. g. quando Majeſtas leges fert, dicitur hoc jus, *jus ferendi leges*: quando tributa imponit, idem numero jus, dicitur *jus tributa imponendi* &c. ad exemplum radiorum ſolarium, qui, pro diverſitate objectorum, mox dicuntur indurare, mox liquefacere, vel potius ad exemplum poteſtatis divinæ, cujus vicaria eſt, quæ ſemper eſt una & indiviſibilis, & ſaltem à ſuis objectis varie denominatur. Hinc ergo, ſi ſecundum veriorem opinionem, in pluribus ſubjectis exiſtere & dividi poteſt, ita ut revera ibi ſit tota, ubi debet eſſe: per conſequens tota erit in Imperatore, & tota erit (*e*) in unoquoque Imperii Statu. Nec obſtat *primò*, quod ſic plures haberemus Majeſtates; quia Majeſtas, ubi ſunt plura ſubjecta exiſtentiæ, in iis eſt citra ſui multiplicationem: ad exemplum animæ, quæ eſt in pluribus membris corporis, citra tamen ſui multiplicationem: vel ad exemplum obligationis correalis, quæ in tribus, quatuor, vel pluribus eſſe poteſt, citra ſui multiplicationem. Nec obſtat *ſecundò*, ſi eſſet tota in Imperatore, quod omnia poſſet ubique; *Majeſtas enim eſt ſumma in civitate poteſtas ubique:* Atqui Imperator non omnia poteſt ubique; quia utique Imperator omnia poteſt ubique in Imperio, ſed non ſolus, verùm conjunctim cum aliis. Nec obſtat *tertiò*, ſi omnia poteſt ubique, ergo etiam omnia poteſt, quando eſt ſolus, & per conſequens ſolus omnia poteſt; quia aliud eſt poſſe omnia, quando aliquis eſt ſolus, & aliud eſt, ſolus poſſe: quando eſt ſolus, omnia poteſt, e. g. Viennæ, ſed ſolus non poteſt; in pluribus enim Statuum conſenſus præcedere debet. Sicut in Ariſtocratia unusquisque omnia poteſt ubique in Republica, ſed non ſolus, imò, prout pacta ſunt, etiam interdum quando ſolus eſt, h. e. extra Collegium Imperantium, ſed tamen ſolus non poteſt, quia aliàs eſſet Monarcha.

NOTÆ.

(*a*) AN CAPITULATIO DEROGET &c. *Non deſinere Summum eſſe Imperium, etiamſi is, qui imperaturus eſt, promittit aliqua ſubditis, aut Deo, etiam talia, quæ ad Imperii rationem pertineant*, docet *Grotius* de J. B. & P. lib. I, cap. 3, §. 16, pag. m. 62; & ex eo, *Limnæus*, ad *Capitulationes*, Sect. 8. Prolegomenon, §. 23, p. 24; nec non Tom. IV. *Addit.* ad lib. 1. *Jur. Publ.* cap. 12, §. 36, p. 139; *Rachelius*, in *Otio Noviomagenſi*, cap. 9, p. 46 & 47. *Dobner*, Diſſ. de *Imperatore*, Præſide *Bechmanno*, anno 1670, *Jenæ* habita, §. 106 & 107. *Henricus Georgius von Hatten*, Diſſ. de *Jure Majeſtatico Imperatoris Romano-Germanici*, anno 1671, Præſide *Gerbardo von Stakken*, ventilata, §. 57, p. 20, alii multi. Quousque hæc valeant, tradunt *Limnæus* ad *Capitulat. Ferdinandi IV*, Art. 19, §. 8, p. 839; & Dn. *Culpiſius* ad *Monzambanum*, part. 2, cap. IV, §. 4, p. 73 &c. Conf. Dn. *Bœhmer*, in *Introduct. in Jus Publ. univerſale*, part. ſpec. lib. I, cap. 2, §. 21, p. 177, & cap. 5,

§. 27.

§. 27, lit. ſ, pag. 284. &c. & §. 31, 32 & ſeqq. p. 300 &c. Quid Ill. Dn. Baro de *Lyncker* hic objiciat, exponit in *Doctrina communi de Capitulatione Cæſarea*, §. 9, p. 40. Propoſitam Quæſtionem ferè omnes negant, diverſis licet inhærentes principiis. *Reinkingium*, per Capitulationem, Cæſaris Majeſtatem non ſaltem non diminui, ſed, ad inſtar Veteris Legis Regiæ, adhuc augeri, ſubinde ingeminantem, carpit Dn. *Culpiſius*, l. c. p. 72, & Ill. Dn. *Thomaſius*, ad eundem locum, *Monzambani*, lit. p. pag. 224; eandem licet ſententiam *Herdenus, in der Grundveſte des H. R. Reichs*, part. 1, cap. 1, p. 11. amplecti videatur, verb: *Sintemahlen ihnen* (Cæſaribus) *nicht unbewuſt geweſen, daß die wohlhergebrachte Freyheit, Macht, und Würde derer Stände und Glieder des Reichs, dem Oberhaupt ſo wenig nachtheilig, als etwa die von demſelben beſchworne Wahl-Capitulation, wordurch vielmehr die Majeſtät gegeben, als benommen zu achten, verkleinerlich &c.* Verſa vice, juxta *Hippolithi à Lapide* dogmata, reddit Capitulatio Imperatorem *nudum Miniſtrum, vel Directorem.* Aliorum opiniones indicat Dn. Autor. Sic agitant homines partium ſtudia; quæ ſi vitare velis, ante omnia erit indagandum; *Quænam Jura propriè Statibus competant?* quibus cognitis, facilior erit reſponſio ad Quæſtionem: *Num Imperatoris ſponſio, de adminiſtranda Republica, juxta Capitulationis tenorem, ſalvisque per omnia ſtatuum Juribus, deroget Summæ poteſtati, ſeu Majeſtati?* de qua evolvas Dn. *Culpiſium* l. c. p. 73 &c. Dn. *Schwederum, part. gener. Introd. in Jus Publ.* c. 2, §. 19, p. 33 &c.

(*b*) SOLUS NON HABEAT &c. Ita quoque *Carpzovius* de *Lege Regia* cap. 13, Sect. 7, §. 33 & 34, p. 344. *Schwederus* l. c. *Hornius*, de *Capitulat.* c. 24. *Rachelius*, l. c. Dn. *Brunnemannus*, in *Examine Jur. Publ.* lib. 2, cap. 4. Quæſt. 6. p. 58. *Monzambano*, cap. 5 & 6, ibique Ill. Dn. *Thomaſius* & Dn. *Titius* in Notis; Dn. *Laurentius Marquard.* part. general. *Jurisprudentiæ Romano-Germ.* Diſſert. 3, part. 1, §. 7, Quæſt. I, p. 51 & 52. Alii multi. Conf. præced. Tit. 3, §. 1, lit. a. p. 290.

(*c*) CUM LATERNA &c. Ceu facit *Limnæus* lib. I, *Jur. Publ.* c. 12, §. 37, p. 214. *von Hatten*, de *Jure Majeſtatico Imperatoris*, §. 57, p. 20.

(*d*) INTER SUMMITATEM &c. Quam diſtinctionem efferunt *Strauchius*, Exercit. IV, *t.* ult. p. 116, & in *Prælectionibus Academicis ad Jus Publ.* lib. I, Tit. 4, §. 5 &c. *Sprengerus*, *Jurisprud. publ.* p. 155. Tacitè *Friſchius* ad *Limnæum* lib. I, c. 12, §. 34, p. 36; Dn. *Berndes*, de *Negotiis Capitulatione Cæſarea annullatis*, c. 1. §. 9, p. 15. Contrarii ſunt *Stamlerus*, *de Reſervatis Imp.* §. 8. *Burgoldenſis, Notit. Rer. Imp.* part. 3, Diſcurſ. 5, *n.* 2; *Rachelius* de *Capitul.* cap. 6, §. 4, p. 49. Ill. Baro *de Lyncker*, in *Doctrina Communi*, de *Capitulatione*, §. IX, p. 40 &c. Nemo cum Cæſari in Imperio, ob primas, litem moveat, fruſtra Quæſtio de *Summitate* proponitur. Conf. Dn. *Brunnemannus*, *Exam. Jur. Publ.* lib. 2, cap. 3. Quæſt. 1. 2 & 3, pag. 53 &c.

(*e*) IN UNOQUOQUE &c. Majeſtas talis eſt, qualem Deus, per Populum, Ei confert, quem ad Imperium evehit; conſequenter, pro diverſitate Rerum publicarum, diverſa. Quidni ergo in Civitate noſtra penes Imperatorem reſideat, ut tamen Imperii Status ſint Co-Imperantes, & Majeſtatis participes? Vid *Limn.* J. P. lib. 1, cap. 12, §. 38, p. 214; *von Hatten* l. c. §. 56, p. 19. Dn. *Brunnemann.* l. c. Contrarius eſt Ill. Dn. *Lyncker* l. c. pag. 41. Probationes Dn. Auctoris rejicit Dn. *Titius*, in *Vindiciis caſtigatis*, annotat. 259, p. 211 & 212.

6. An Capitulatio faciat Statum Imperii Mixtum? (*a*) Nos affirmamus; Quia, quicquid facit, ut Subjecta exiſtentiæ Majeſtatis ſint diverſa, & Mixta, illud formam Reipublicæ facit mixtam: Atqui Capitulationes faciunt, ut ſubjecta exiſtentiæ Majeſtatis ſint diverſa & mixta; Ergò ipſum Statum, ſeu formam Reipublicæ, faciunt mixtam. Formæ enim Rerumpublicarum à ſubjecto exiſtentiæ denominantur. Subjecta autem exiſtentiæ eſſe diverſa in Republica Noſtra, apparet omnium clariſſime ex Art. VIII. Inſtr. Pac. quod Inſtrumentum Pacis, ſicut & aliæ Leges Fundamentales, in Capitulationibus confirmatur. Plura de hac Quæſtione dicemus ſuo loco.

NOTÆ.

(*a*) MIXTUM &c. Vetus controverſia eſt, ubi, de *Rerum publicarum numero*, quæſtio movetur: *num detur Reſpublica mixta?* quam *Bodinus* lib. 2 de *Republ.* cap. I, pag. 276 &c. contra *Polybium*, lib. 6. de *Militia ac domeſtica Romanorum diſciplina*, *ſcribentem*: *Videmus, Regiam poteſtatem in Conſulibus; Ariſtocratiam in Senatu; Democratiam in Populi Comitiis*, *eminere diſputans*, una cum *Timplero*, lib. 5. *Polit.* cap. 2. q. 7. *Boxhornio*, *Explanat. Inſtit. Polit.* cap. 1, §. 4. *Petro Gaſſendo*, in *Philoſ. Morali*, p. 1466. *Thoma Hobbeſio*, in *Leviathan*, cap. 18 & 24, & de *Cive*, cap. 6, §. 6. *Monzambano*, cap. 6, §. 8, ibique Dn. *Thomaſio* in *Notis*,

Notis, p. m. 334. & Dn. *Bœhmero*, in *Introduct. Jur. Publ.* part. ſpec. lib. I, c. 3, §. 15 & 16, lit. o & p. pag. 218 &c. negat; *Grotius* verò de J. B. & P. lib. 1, cap. 3, §. 17, p. m. 64, lib. I, cap. IV, §. 13, p. m. 92, & lib. 3, cap. 19, §. 10, p. m. 579; *Arniſæus*, lib. 2. de *Republ.* cap. 6. *Lampadius* de *Republ. Rom. Germ.* part. 1, §. 60 & 61, p. m. 18, ibique *Conringius* in *Notis*, p. 46 & 47. *Bœclerus*, *Diſſert. Polit.* XIV, *de Formis Rerumpublicarum*, §. 2, p. m. 392. & *Notit. Imper.* lib. 22, cap. 3, p. m. 285. Dn. *Schwederus*, *Introd. Jur. Publ.* part. Gen. cap. 4, §. 50, p. 154 &c. *Kulpiſius* ad *Monzambanum* part. 2, Cap. VI, §. 7 & 8, p. 225 &c. *Cellarius* cap. 6. *Polit.* p. 159 &c. Dn. *Titius*, in *Not.* ad cap. 6. *Monzambani*, §. 8, p. 365, lit. K; aliique multi, adſtruunt. Non levis objectio eſt: Si v. g. *Jus belli* eſſet penes *Principem; jus Tributa imponendi*, penes *Senatum;* & reliqua Jura Majeſtatica, penes *Populum*, ejusmodi Rempublicam *Majeſtatis* plane expertem fore; quia nec *Princeps* eam haberet, ſolo *jure belli* gaudens; nec *Senatus*, ſolum *jus imponendorum tributorum* exercere valens; nec *Populus*, jure *belli, & exigendi tributa*, deſtitutus; nec *omnes conjunctim*, ſi inter ſe diſcordes eſſent; quandoquidem alter alterum cogere non poſſet. Diſtinctio fortè rem expedit, *inter exiſtentiam*, & *durationem*. Non quæritur: *Qualis evadat Reipublica ſtatus, ſi illi, penes quos ſumma poteſtas diviſim reſidet, invicem à ſe diſſentiant?* Tunc enim deſinit eſſe Reſpublica, minimum, *quoad formam*, quam antea habuit, ſicut enim *Unio* eſt Reipublicæ anima, ita diſſidia, ſeu diſcordiæ, ejus interitus; ſed: *Qualis ſit Reſpublica, quæ omnia Majeſtatis jura, harmonicè, & ſine diſſidiis, eo modo exercet, ut Princeps jure fruatur belli, Senatus, exigendi Tributa; & Populus, reliquis?* Nec hic verſamur in Quæſtione: *Utrum, in caſu propoſito, Majeſtas ſit penes Principem? vel Senatum? vel Populum?* reſidet enim penes omnes, *conjunctim* conſideratos, licet *diviſim;* neutra enim pars. per ſe, *Rempublicam* conſtituit, ergo, nec *niſi conjunctim* Majeſtate pollent. Sed de his in Politicis. Conf. *Arniſæus*, *Relect. Polit.* lib. 2, cap. 6, Sect. I. Si, in ſpecie, de *Forma Reipublicæ Romano-Germanicæ*, ſimus ſolicili, tot ferè offendimus ſententias diſcrepantes, quot capita. Ad rhombum *Fritſchius*, Addit. ad *Limnæum*, lib. I, cap. 10, p. 34. *Mira ſane res eſt, Germanos ipſos inter ſe non convenire: Quæ & qualis ſit Reipublica Patriæ forma? pugnant multi adhuc dum pro Statu Monarchico; alii, & quidem plures, pro Mixto, ex Monarchia & Ariſtocratia; Alii aliter ſentiunt &c.* Peculiari opera materiam hanc illuſtrarunt: Ill. *Ludolphus Hugo*, Diſſ. de *Statu Regionum Germaniæ*, Præſide *Henrico Binnio*, anno 1661, in *Julia* publico Examini ſubjecta; *Wilhelmus Witzendorffius* Diſcurſ. *de Status & Adminiſtrationis Imperii Romani forma hodierna;* Ill. Dn. Baro de *Lyncker*, Diſſ. de *Forma*, *ſive Statu S. R. Imperii*, reſpondente *Woldemaro à Kirchring*, anno 1686, Jenæ habita, annoque 1699, ibi recuſa; Dn. *Joh. Georgius Klein*, Diſſ. de *Statu Imperii Romani*, præſide *Joh. Volck. Bechmanno*, anno 1659, ibidem ventilata; Dn. *Chriſtophorus Andreas Remer*, Diſſ. *de Habitu Territorium Germanicorum, & inde veniente totius reip. forma*, Præſid. Dn. *Gotliebio Gerhardo Titio*, anno 1704, Lipſiæ defenſa. Ad Quæſtionem propoſitam: *Hortlederus von Urſachen des Teutſchen Kriegs* lib. I, cap. 18, lit. a, pag. 80. *Arumæus*, *Jur. Publ.* Tom. I, Diſcurſ. 2; *Reinkingius, de Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. I, Claſſ. 2, cap. 2, §. 52 &c. p. 59 &c. & §. 247, Concl. 5, p. 85 &c. *Schützius*, Exercit. VI, *e*. 14, p. m. 376. *Stamlerus* de *Reſervatis*, §. 5, 6, 15 &c. aliique *Reſervatorum Imperatoris Compilatores puram Monarchiam* propugnant, argum. (1) Phraſium, hinc inde, in Receſſibus Imperii occurrentium: *Von Rœmiſcher Kayſerlicher Macht und Vollkommenheit;* de qua vid. *Ordnung des Landfriedens zu Wormbs*, de anno 1521, Tit. I, *von Aufhebung aller Vehden &c.* It. Conſtitution, *oder* Mandat, *wieder die Wiedertæuffer*, Receſſui Imperii Spirenſi de anno 1529, inſertum, §. 39; R. I. Auguſtan. de anno 1530, §. 72, *und dieweil wir nun &c.* & Paſſim alibi: It. *Befehlen*, aut, *Gebiethen Wir, allen und jeden Churfürſten, Fürſten und Stænden des Reichs, bey den Pflichten, Eyden und Gehorſam, ſo Sie Uns, und dem H. Reich gethan, und zu thun ſchuldig ſind, und darzu bey einer Pœn, nemlich 2000. Marck feines Golds &c.* quam deprehendis in cit. *Ordnung des Landfriedens zu Wormbs* de anno 1521, Tit. 3, *wie der Landfried zu halten;* nec non R. I. Auguſt. anno 1530, §. 72, & centies alibi: (2) Titulorum, quibus compellatur, v. g. *Allergnædigſter Kayſer und Herr &c. Allerhœchſtes Ober-Haupt &c.* (3) Titulorum, quibus Status veniunt, ſcil. *Allerunterthænigſte, gehorſamſte Stænde &c. &c.* (4) Quia Cæſar omnes & ſingulos Imperii Status, de Terris ſuis, quas, ut tales poſſident, inveſtit; (5) Inſignia Monarchica, veluti, *Sceptrum, Corona, Pomum, Balteum Regale &c.* Imperatori tribuuntur; (6) Omnes Reges & Populi Eum *Monarcham* ſalutant &c. Ad quæ alii: (1) Turgida verba: De *Plenitudine poteſtatis*, merum eſſe fœtum Seculi, à *Curiæ ſtylo* productum, Juribus Statuum nullatenus damnoſa, pariter ac *Mandati* formulas, *annexis pœnis*, ſpectare ad *Legum promulgationem*, à toto Imperio latarum; (2) *Magnificos Cæſarum Titulos*, non plus ferè efficaciæ involvere, quam alias honorum vanitates, in quas homines ſe effundunt, quoties uncta Capita alloquuntur; (3) Submiſſas Statuum voces, quibus ad Cæſarem utuntur, innuere ſermonis comitatem, qua *Membra* ex regulis *decori*, *Capitis* ani-

mum ſibi conciliant. (4) Nudam Inveſtituram *ſubjectionem* non arguere, ſed *debitam* ſaltem *fidelitatem*, (5) Prælationem Inſignium nec contrariari, nec prodeſſe, Imperatoris Majeſtati, conſiderandæ, ut Status Co-Imperantes habeat; (6) Omnes hodie Reges *Monarchas* vocari, *Poloniarum* quoque, licet *forma* iſtius Reipublicæ perperam *Monarchica* dicatur &c. Conf. *Monzambano*, cap. 6, §. 6. Ill. Dn. *Thomaſius*, ibid. in Notis, lit. h & i, pag. 327. Fuſius *Limnæus*, lib. I. *Jur. Publ.* cap. 10, §. 14 & ſeqq. pag. 146 &c. *Bæclerus*, *Inſtit. Polit.* lib. 3, cap. 8, pag. 191 ad 198; & Dn. *Schwederus*, *Introduct. in Jus Publ.* part. gener. cap. 4. §. 49, p. 152. *Meram Ariſtocratiam* ſibi fingentes *Bodinus*, lib. 2, de *Republ.* cap. 6, *Paurmeiſterus*, lib. 2, c. 2, §. 9; *Kubachius* cap. 1. *Quæſt. Illuſtr.* Dec. I, Quæſt. ult. & aſſeclæ, proferunt, (1) Cæſarem ſolum Majeſtatis Jura exercere non poſſe, ſed Statuum conſenſu indigere; (2) Eum teneri Legibus Imperii, quas ſanctè ſe ſervaturum, etiam juramento, promittit; (3) dictum *Moguntini*, apud *Georgium Sabinum* de *Electione & Coronatione Caroli V*, Tomo 2. *Schardii Script. Germ.* p. m. 7, ubi inter alias rationes, quibus Electionem *Franciſci I*, Galliarum Regis, Imperialem coronam ambientis, impedire conabatur, & hanc prodit: *Eſt omnino Gallus excelſo animo præditus, ſed nimis cupidus Monarchiæ. Nos autem, niſi Ariſtocratiam Principum in Germania, omni Conſilio, omnibus viribus ac nervis, tuebimur, male conſulemus univerſæ poſteritati &c.* Conf. *Sleidanus* lib. I. *Comment.* pag. 16; Eodem trahunt dictum *Mauritii* El. Sax. apud *Sleidanum*, lib. 24, *Carolum V*, incuſantis, quaſi, per aliquot annos, totus in eo fuerit, ut ſuppreſſis Germaniæ Principibus, *Monarcha* evaderet; nec non Epiſtolam *Franciſci*, Galliarum Regis, ad Electores & Principes Imperii, de anno 1535, apud *Freherum*, Tom. 3. *Script. Rer. Germ.* p. 296, & *Hortlederum* lib. I. *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, cap. 18, p. 80, qua *Carolum V*, *Monarchiam* tacitè meditari aſſerit; (4) In Comitiis; majorem Suffragiorum partem prævalere &c. Ad quæ reſpondent (1) Non ſequi: Imperatorem, Statibus non conſentientibus, omnia Majeſtatis jura exercere non poſſe; Ergo Germaniam eſſe meram Ariſtocratiam; (2) nec hoc concludendum, ex eo, quod Cæſar juret, ſe Imperii Leges ſanctè ſervaturum. (3) Moguntinum, oratione ſua, Imperii Status adhortari duntaxat, ſibi ab Imperio Galli deſpotico cavendum, ne, ad inſtar Regni Ejus Procerum, libertatis diadema, cum ſervili obſequio commutatum, nimis ſerò deplorandum haberent; (4) Non valere propoſitionem: In Comitiis judicari juxta votorum pluralitatem; Ergò ſtatim adeſſe Ariſtocratiam. Æquè nec contrariam: Majora vota ubi non valent; nec ibi Ariſtocratiam. Vid. *Monzambano*, cap. 6, §. 5; Ill. Dn. *Thomaſius*, ibid. in Notis, p. 322, lit. f; & p. 325, lit. e. Dn. *Titius*, ibid. in Notis, lit. i, p. 345, & lit. r, p. 353.

Alii, *Statum, ex Monarchia & Ariſtocratia mixtum, prævalente tamen Monarchia*, defendunt, nominatim: *Rumelinus* ad A. B. Diſſert. 3, §. 18, p. m. 95; *Carpzovius*, de *Lege Regia* cap. 13, Sect. 9, §. 11, p. 351; *Bæclerus*, *Notit. Imp.* lib. 12, cap. 3, p. 288; Ill. Baro de *Lyncker*, cit: Diſſ. de *Statu Sacri Romani Imperii*, cap. 3, p. 49; *Bechmann*, Diſſ. de *Imperatore Romano-Germanico*, *c.* 18; Dn. *Schwederus*, l. c. §. 51, p. 158, &c. &c. Rationes eorum ſunt, ut verbis Dn. *Bechmanni* l. c. utar, (1) *Quod omnia Majeſtatis Jura ſint penes unum Imperatorem. Habet enim Imperator in ſolidum Reſervata, ſive aliqua Jura Majeſtatis, quæ, ex ſe ſolo, exercere poteſt, non conſultis Statibus. Reliqua habet communia cum reliquis Statibus, ita, ut ſine horum conſenſu, rigore Receſſuum Imperii, & Capitulationum Cæſarearum, exercere non poſſit. Ergò, quia habet aliqua in ſolidum, quæ cæteri Status non habent communicativè; reliqua vero, una cum Statibus communia, omnia habebit; licet non habeat omnia in ſolidum, ſed quædam communia cum aliis: ea vero, quæ habet communia cum aliis, habet tamen; Ergò, habet omnia; Status autem non habent omnia, quia nulla habent in ſolidum, & quæcunque habent vivo Imperatore, cum eo habent communia &c.* (2) Status Imperii omnes ſunt Vaſalli Imperatoris, & Inveſtituram ab Eo petere tenentur; (3) conveniri poſſunt coram Judicio Aulico, quod ad ſolum pertinet Imperatorem; (4) reddendis Imperatori rationibus aſtringuntur, arg. R. J. Spirenſ. anno 1529, §. 3, *und nachdem &c.* ibi: *wie ein jeder ſolches gegen Gott, und ſeiner Majeſtat, hofft und getraut zu verantworten &c.* (5) Imperator creat Duces, qua poteſtate, nemo Statuum pollet &c. Vid. Dn. *Klein*, cit. Diſſ. de *Statu Imperii Romani*, *c.* 8. Reponunt ad hæc: (1) Summam poteſtatem in *Republica Mixta*, eſſe penes uno plures *diviſim*; in noſtra vero, *Status nulla* Majeſtatis jura abſque Cæſaris conſenſu, exercere poſſe. Quod aſſertum tamen falſum, multa enim Status Jura Majeſtatica, inſcio, imo repugnante, Cæſare, v. g. mittendi Legatos, pangendi fœdera &c. omnino exercere poſſunt. Ne dicam, *Mixtarum Rerumpublicarum* Aſſertores eas quoque inter *Mixtas* referre, ubi ſumma poteſtas penes uno plures *indiviſim* reſidet, unus tamen præ reliquis plus poteſtatis habet: Vid. Dn. *Schweder* l. c. (2) Vaſallagium Statuum perperam hic produci, cum libertatem eorum nullatenus infringat, Vid. *Monzamban.* cap. 5, §. 28, & ibi Dn. *Titius*, in Notis, p. 324, lit. h. utpote præſtitum, ex Regulis in Imperio receptis, habito ſcil. reſpectu non

ad

ad Imperatorem ſolum, *ſed totum Imperium*, teſte Ordinatione *des Landfriedens zu Wormbs*, anno 1521, Tit. 3. *wie der Landfried zu halten*, verb: *bey dem Pflichten, Eyden und Gehorſam, ſo Sie uns, und dem H. Reich gethan &c.* Add. Reformation *guter Policey zu Augſpurg*, anno 1530, Tit. 35, *von Zigeunern &c.* ibi: *bey den Pflichten, damit Sie dem H. Reich verwandt &c.* Quæ repetuntur in Reformatione *guter Policey zu Augſpurg*, anno 1548, Tit. 27. (3) Conveniri quandoque Status coram Judicio Aulico; quia ſemel ita placuit; ſalva de cætero Eorum libertate. Vid. *Monzamban.* cap. 5, §. 28. Olim ex Pomerania & Polonia appellationes ad Judicia *Lubecenſia & Magdeburgenſia* factas iſtarum Gentium Libertati nihil obfuiſſe, rectè monet Dn. *Böhmer*, *Introd. Jur. Publ.* part. ſpec. lib. 1, cap. 4, §. 7, &c. lit. n, p. 236; (4) Formulam R. J. Spir. anno 1529, §. 3, genium Seculi redolere, nec plus Cæſari in Status tribuere, quam illa, quæ Cæſar, anno 1613, in Comitiis Ratisbonenſibus, *Correſpondentium* Legatis, intimari fecit (*Wolten ſonſt Ihr. Kayſ. Maj. dem Kayſerl. ſchweren Beruff und Authoritat, in* Adminiſtration *der Juſtitien, alſo in acht nehmen, und erzeigen, daß Ihre Maj. es gegen Gott, den Standen, und bey künfftigen Reichstag, verantworten kœnten;* vid. *Gründlicher Bericht desjenigen, ſo bey dem zu Regenſpurg vorgeweſenen Reichstag verhandelt worden*, p. 16. *Limnæus* J. P. lib. 1, cap. 10, §. 49, p. 160) Statibus in Cæſarem. Hodie alia tempora. Conf. *Monzamban.* cap. 6, §. 7. & ibi *Titius* in Not. p. 361, ex Kulpiſio. (5) Non quæri: Num Status Imperii Duces creare valeant? pari jure, in contrarium allegari poſſe, Status frui jure mittendi Legatos, pangendique fœdera &c. pro lubitu, modo ſalus Patriæ inde non turbetur; Cæſarem vero, qua talem, Statibus renitentibus, idem non poſſe &c.

Alii, Statum, ex Monarchia & Ariſtocratia, Mixtum, prævalente tamen Ariſtocratia, arbitrantur. Ita *Limnæus* J. P. lib. I, cap. 10, §. 42 &c. p. 155 & ſeqq. & Tom. V, Addit. ad lib. 2, cap. 11, §. 15, p. 109. *Armiſæus* lib. 2, cap. 6, & ſequaces, argunt. (1) Quia Cæſar potiora Jura Majeſtatica, veluti: Ferendarum Legum; Gerendi Belli; pangendorum Fœderum; concludendæ pacis; concedendorum jurium Comitiorum &c. non niſi cum conſenſu Statuum, exercere valet; (2) In Receſſibus Imperii, *Adminiſtrator* duntaxat *Imperii*, audit, teſte R. J. Auguſt. anno 1559, Proœm. verb: *Als Kayſer Carl der V unſer nachſter Vorfahr, Bruder und Herr .... die* Adminiſtration *und Verwaltung des Rœmiſchen Reichs, ferner nicht behalten, ſondern .... in gemeiner perſœnlichen Verſammlung .... des H. Reichs Churfürſten .... verlaſſen, reſignirt, und übergeben, wir auch ſolche* Ceſſion *und Ubergab, mit Ihrer Ld. Rath, Bewilligung, und auf derſelbigen Bitt, angenommen, und uns mit der Bürde der* Adminiſtration, *und Verwaltung des H. Reichs, auch anhangender* Dignit*at, Hoheit, Regierung, Titul, Scepter und Kron des Rœmiſchen Kayſerthums, im Namen des Allmachtigen, beladen &c.* Conf. *Limnæus* l. c. §. 36, p. 154; Dn. *Klein*, cit. Diſſ. de *Statu Imperii Romani*, th. 8. *Alii* diſtinguunt inter cauſas in Comitiis tractandas, & Extracomitiales, dicentes, in illis tantum juris competere Statibus, quantum Imperatori, cum habeant vota, non niſi à Deo dependentia; in his, rurſus faciendum diſcrimen, inter eas, quibus limites poſiti, v. g. per Capitulationes, & quibus nulli limites poſiti; in prioribus, potiores partes eſſe Statuum; in poſterioribus, Cæſaris. Ita Dn. *Klein* l. c.

Alii dicunt: Germaniam eſſe Irregulare Corpus Imperii, quod tamen ad ſyſtema regulare Sociorum, inæquali fœdere conjunctorum, proximè accedit; cujus irregularitas non quidem ab initio conſtituta, ſed tractu temporis, & tacitis momentis, irrepſit. Ita *Rachelius*, de *Capitulat.* cap. 6, th. 15, p. 65; & in *Otio Noviomagenſi*, cap. 18, p. m. 188 &c. Ill. *Puffendorffius* Tr. de *Republica Irregulari; Monzambano*, cap. 6, §. 9; Ill. Dn. *Thomaſius*, ibi in Notis, pag. 340 &c. Quibus contrarius eſt Ill. Baro de *Lyncker*, in Diſſ. de *Forma, ſeu Statu S. R. Imperii*, cap. 2, pag. 25 ad 30; & in *Doctrina Communi, de Capitulatione Cæſarea*, §. XI, p. 69.

Aliis, in Imperio, peculiares, Civitates & Reſpublicæ ὑπάλληλοι videntur, quæ, per ſe conſideratæ, Civitatis quandam ſpeciem præ ſe ferunt; ad univerſum autem Imperium relatæ, eam habent rationem, quam Domus ad Civitatem. Ita Ill. *Hugo*, de *Statu Regionum German.* cap. 2, §. 3, & §. 4. & cap. 3, §. 46. Dn. *Struvius Syntagm. Jur. Feud.* c. 1, aphor. 6, p. 28 & 29; Dn. *Fritſchius* Addit. ad *Limnæum*, lib. 1, cap. 10, p. 35.

Aliis, Germania eſt Sociorum Syſtema extraordinarium, quod, quoad *Eſſentialia*, cum aliis Syſtematibus convenit, in iis autem quæ *Accidentium* rationem habent, ab iis differt, & quidem (1) *ratione Originis*, dum *Syſtemata ordinaria* deliberato Conſilio iniri ſolent; ſed Germania in talem conditionem variis mutationibus eſt provoluta; (2) *Conſtitutionis*, *Syſtemata* enim expreſſo fœdere coaleſcunt; at in Germania, ſub antiquis ſchematibus Monarchicis, plura corpora libera conjunguntur, (3) *Corporum conjunctorum;* illa, ex membris non adeo multis, & fere æqualibus, conſtant; Germania longe aliter comparata. (4) *Nexus communis;* illa, nexu ſociali adæquato conjunguntur; Germaniæ vero commune vinculum, priſtinæ ſubjectionis aliquas continet reliquias, maximam partem autem ſociale quidem eſt, ſed

Digitized by Google

valde laxum & inadæquatum. Ita Dn. *Titius, Spec. Jur. Publ.* lib. 7. c. 9. §. 3 &c. & in Notis ad *Monzamban.* cap. 6, §. 9, lit. p. pag. 372.

Quis hic interponat judicium? *Formam* Rerumpublicarum diſtinguendam eſſe à *modo Regiminis*, ex Politicis notum eſt. *Germaniam* componunt variæ Provinciæ, quas Status Imperii, titulo *Superioritatis Territorialis*, Regiæ poteſtati analogæ, adminiſtrant; pactis & Conventionibus ita de cætero invicem conjunctas, ut, reſpectu totius corporis, quod conficiunt, totidem Reſpublicæ minores, majori cuidam, æterno ſocietatis fœdere inæquali, à quo reſilire non licet, devinctæ videantur; diviſo inter eas quodammodo Civili Imperio, ut in hac, Electus Imperator, & Status, conjunctim, ea, quæ ad communem omnium ſalutem; in illis vero, Status ſoli ea, quæ ad ſingularum ſalutem pertinent, gubernanda ſibi ſumant. Conf. Ill. *Hugo* l. c. c. 2, §. 8, & 9. Tutius dici poteſt, quam *formam* Imperium noſtrum *non habeat*, quam *quæ illa ſit*. Quæcunque autem ea tandem appareat, quæritur: *Num alia Ei magis conduceret, reſpectu ad Vicinos habito?* non omne, quod irregulare, ſtatim rejiciendum eſt. Imò, requirente ſitu loci, regularibus irregularia opera, præferenda eſſe, Architecturæ Militaris periti norunt.

TITULUS IIX.

DE CORONATIONE

Capitulatione juramento acceptata, ſequitur Coronatio. (*a*)

NOTÆ.

(*a*) CORONATIO. De Inaugurationibus Regiis, evolvas Diſſert. *Quintam* Syntagmatis *Dignitatum Illuſtrium*, Dn. *Becmanni*, p. m. 406 &c.

1. *Coronatio (a) eſt actus, quo legitime electus, coronæ impoſitione & inſignium traditione, ab eo, cui hoc jus competit, ſolenniter inauguratur.* Coronatio (*b*) triplex eſt. Aquisgranenſis, Lombardica & Romana *A. B. c. 22. 25. & 26.* Author Chronici Belgici quatuor Coronarum facit mentionem, quibus olim Imperator coronabatur. Sed ea quæ refert de corona, quæ ipſi dicitur facta ex variis metallis, & quæ Imperatori, ab Archi-Epiſcopo Trevirenſi, imponitur, aut ſomnium ſunt, aut ignorantiſſimi hominis delirium. *Lim. ad Cap. p. 210.*

NOTÆ.

(*a*) EST ACTUS &c. *Rumelino* ad A. B. part. 3, Diſſ. 6, §. 6, p. m. 884, & Dn. *Schwedero, Intr. Jur. Publ.* part. ſpec. Sect. 1, cap. 2, §. 27, p. 236 & 237, eſt: *Congeries actuum ſolennium, quibus Electio & Commiſſio Imperii quaſi renovatur, ad authoritatem Electo ſtabiliendam, & perſonam Ejus, omnibus & ſingulis, notam faciendam.*

(*b*) TRIPLEX &c. Vid. ſeq. §. 5. Nonnunquam, pro Regno Burgundico, *Arelatenſem* quoque *Coronam*, Imperatoribus fuiſſe impoſitam, teſtatur *Conradus* 2, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1033, p. 103, & §. 12, lit. h, v. 7, pag. 248; *Henricus* 3, præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 7. p. 240; *Fridericus I*, vid. præced. Tit. 5, §. 11, Ejus vita, v. 4 ad an. 1157, p. 578; & *Carolum IV*, vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 13, p. 354.

2. Inſtante coronatione (*a*) Aquisgrani, Inſignia Imperialia, (*b*) quæ Norimbergæ (*c*) ſunt, transmittuntur in locum coronationi præſtitutum. Transmiſſionem eorum inſignium requirunt EE. literas ad Senatum Norimbergenſem propterea dantes. Electus verò, per literas

teras, monere ſolet Marchionem Brandenburgenſem, Burggravium Norimbergenſem, ut, ad petitionem Senatus Civitatis, amictum illum, & cætera clinodia *(d)* adjuncta, conduci faciat per loca Ditionis ſuæ, ita, ut ſecurè, integra & illæſa, ad locum coronationis transferri poſſint. *Inſignia* iſta imperialia ſunt, primò *(e)* corona Imperialis *(f)* clauſa, *(g)* cum cruce *(h)* ſuperimpoſita. Secundò *(i)* gladius. Tertiò annulus. *(k)* Quartò *(l)* ſceptrum. Quintò pomum, *(m)* cruce ſuperimpoſitâ. Sextò amictus & pallium *(n)* regale. *Ante coronationem (o)* & unctionem *(p)* præſtat juramentum. *(q)* Et à Colonienſi rogatus: *an fidem Catholicam operibus juſtis ſervare, Eccleſiarum tutor & defenſor exiſtere, regnum efficaciter, ſecundum juſtitiam, defendere velit, an jura regni diſperſa congregare, viduarum, miſerabiliumque perſonarum, defenſor & judex eſſe, Romano Pontifici debitam ſubjectionem (r) exhibere velit?* reſpondet: *ſic volo, & in quantum divino fultus fuero adjutorio, precibusque Chriſtianorum fidelium adjutus valuero, omnia promiſſa fideliter adimplebo: ſic me Deus adjuvet & Sancti ejus.* *(s)* Coronatio hæc, ſecundum diſpoſitionem A. B. *(t)* fieri debet Aquisgrani: ſed à Caroli V. temporibus, ex juſtis cauſis, hoc non obſervatum: & Ferdinand. I. *(u)* & II. Maximilianus II. & Matthias *Francofurti:* Rudolphus II. Ferdinand. III. *Ratisbonæ:* Ferdinandi IV. *(x) Auguſtæ Vindelic.* coronati ſunt, ſalva tamen ſemper diſpoſitione A. B. & Aquisgranenſium. privilegiis. *In Capit. Leopold. Colonia Agrippina* coronationis locus determinabatur, ſed Francofurti ea poſtea facta eſt. Primis temporibus, ab *Ottone Primo*, usque ad tempora *Conradi Secundi*, hanc coronationem peregit Archi-Epiſcopus Moguntinus. *(y) Wittikindus lib. 2. de rebus geſt. Saxon. Otto Friſingenſ. lib. 8. c. 19.* Hoc jus poſtea Colonienſis ſibi attribuit; quia *Aquisgranum* in ipſius ditione ſitum, & per Carolum IV. in A. B. ipſi eſt confirmatum. *Matthiam I,* coronavit Moguntinus, quia Colonienſis pallium nondum redemerat. Controverſia poſtea inter hos Electores interceſſit, de coronando Imperatore. Moguntini jura ſtrenuè defendit *Dominus Conring. in Diſput. cui titulus, Aſſertio Juris Moguntini, in Coronandis Regibus Germanorum: Cui Anonymus quidam ſe oppoſuit in ſcripto, cui titulus, Anti-Conringiana defenſio.* Tandem transactione eſt finita, ita, ut ſi Imperator ſit coronandus in Ditione Colonienſis, Colonienſis hoc peragat, ſi in Ditione Moguntini, Moguntinus, ſi in neutrius, ut alternare debeant. Coronationem Leopoldi 1658. Colonienſis peregit, Cæſaremque unxit, tres EE. eccleſiaſtici ſimul Cæſareo capiti coronam impoſuerunt. Hæc coronatio, ſicut & coronatio Romana & Lombardica, nihil aliud tribuunt, quam quod ante habuit, ex ſola electione, *(z)* ut conſtat ex confirmatione privilegiorum Electorum, quam poſt electionem præſtat, *A. B. c. 2.* & ex eo, quod, poſt coronationem, æquè ut ante, ſe interdum ſcribant, *Erwehlte Ræmiſche Kayſer*, innuentes, quod ſuam poteſtatem electioni, non coronationi, adſcribant. Exempla Caroli V. & Ferdinandi Primi, ſunt illuſtria, *vid. Hieron. Balb. de Coronat. c. 20. p. 259. Goldaſt. in Polit. Imp. part. 3. diſc. 2. p. 260. Conſtitutionem Ludovici IV. Tomo* primo Conſtit. *p. 336.* Coronatione peracta, in hanc fere ſententiam juramentum præſtat: *Profiteor & promitto, coram Deo & Angelis Ejus, leges ſervare, juſtitiam facere, jura Regni conſervare debitumque honorem Romano, aliisque Pontificibus, atque Vaſallis, exhibere, donata Eccleſiis conſervare, Chriſto mihi præſtante auxilium, fortitudinem, decorem. Limn. lib. 2. c. 4.* Ubi à numero *56. & 57. & ſeqq. usque ad 89.* probat, Imperatorem non debere ſuam poteſtatem coronationi; & reſpondet contrarium ſtatuentibus pro Summo Pontifice. His omnibus abſolutis in Curiam Imperialem deducitur Imperator. Dux Saxoniæ Imperialem ſeu Regalem enſem præfert, & Imperatorem immediatè præcedit, & inter illum, & Archi-

Archi-Epiſcopum Trevirenſem, medius habetur: Hodie Elector Bavariæ, poſt inſtitutum octavum Electoratum, antecedit immediatè Saxonem cum pomo Imperiali, & poſtea Elector Trevirenſis: A latere dextro Saxonis, Elector Brandenburgicus cum ſceptro: A latere ſiniſtro, Elector Palatinus, cum corona: Ab Imperatoris latere dextro, eſt Moguntinus, cum typariis & ſigillis Imperii: A ſiniſtro, Colonienſis, cum typariis & ſigillis Regni Lombardici: Rex Bohemiæ ſequitur Imperatorem, coronam ſuam in capite geſtans. Hic omnino videnda varia ſchemata Proceſſionis ſolennis, quæ hodie (*AA*) pro diverſitate caſuum, diverſimode obſervari ſolet, apud *Limn. in A. B. c. 4. §. 1. obſ. 9. & in Sprengeri Inſtitution. Juris Publ. lib. 1. c. 29. p. 174. & ſeqq.*

NOTÆ.

(*a*) AQUISGRANI &c. Qui locus ſolemnibus his deſtinatus. Vid. ſeq. lit. t.

(*b*) INSIGNIA IMPERIALIA &c. Aliis *Clinodia*, vel *Clenodia*, dicta; de quibus III. Dn. *Obrechtus* an. 1677, reſpondente *Joh. Dieterico Storck*, Diſſertationem, *Argentorati*, habuit, quæ inter Ejus *Academica*, an. 1704 uno Volumine edita, p. 348 occurrit. Quamvis rectius *Inſignia & Clinodia* invicem diſtingui, *Arumæus* ad A. B. cap. 22, *Limnæus Jur. Publ.* lib. 1, cap. 14. §. 35, p. 264; *Obrechtus* l. c. §. 4 & 5, p. 349, aliique monent. Complectitur *Clinodia Imperii* teſtimonium *Caroli IV*, *Ludovico* Bavaro, Marchioni Brandenburgico, datum an. 1350, apud *Goldaſtum*, part. 6. *der Reichs-Handel*, §. 1, p. 204; Dn. *Wagenſeilium*, de *Republica Norimbergenſi*, cap. 26, pag. 250 & 251; & *Limnæum*, Tom. IV. Addit. ad lib. 1, cap. 14, §. 35, p. 177 & 178, ibi: *Wir Carl, von Gottes Gnaden, Ræmiſcher Kænig &c. verjehen œffentlichen, allen den, die dieſen Brieff ſehen, oder hæren leſen, daß der Hochgebohrne Ludwig, Marggraff zu Brandenburg, und zu Luſitz, des H. R. Reichs Oberſter Cæmmerer, Pfaltzgraff zu Ryne, und Hertzog zu Beyern &c. vor ſich, und alle ſeine Brüder, auf den Freytag vor* Judica, *Uns, als einem Ræmiſchen Kœnig, und ſeinem rechten Herrn, das Heiligthumb, und die Kleinodt deß Heiligen Reichs, das iſt, bey Nahmen:* (1.) *Ein gülden Creutz, geziert mit edlem Geſteine, und ſeinen Perlen, gantz und unverrückt, und in demſelben Creutz iſt das Sper; und ein Nagel unſers Herrn; auch iſt darinnen ein Stück deß Heiligen Creutzes; ein Zahn S. Johannis des Tauffers, in einem Kriſtall; und St. Annen Arm; auch ſind da* (2) *beſondere zwey Schwert, das eine S. Mauricien, und das ander S. Carls, mit vergülten Scheiden; auch iſt da* (3) *unverrückt deß ehegenanten heiligen Keyſer Carls gülden Krone, mit dem Bogen und Creutz die darauf gebæren, gewirckt von mancherley Edelgeſteine; darinne iſt beſonder geworcht ein Edelſtein den man nennt den weiſen; auch iſt da* (4) *ein weiſſer Rock S. Carls, an den Armen geworcht mit Edelgeſteine und mit Perlin; und* (5) *ein roter Mantel S. Carls, mit zweyen Lœwen, geworcht von gutem Geſteine, Perlin und Golde; auch iſt da* (6) *ein Gülden Apffel, mit einem Gülden Creutze S. Carls, und* (7) *zween ſeiner Handſchu, mit Geſteine, mit Perlin und mit Golde, und* (8) *ein Silbern* Sceptrum: *Auch iſt da* (9) *ein groß Fingerling,* (*fingerring*) *mit einem groſſen Rubin, vier groſſen Saphiren, und vier Perlin, das iſt darkommen von einem Hertzogen zu Braunſchweig; Auch iſt da* (10) *ein ander Fingerlin, mit einem Rubin, unnd* (11) *dwe gülden Sporn; Auch iſt da* (12) *ein übergülter Apffel, mit einem Creutze, und* (13) *ein übergült Sceptrum,* (14) *ein gülden Rauchfaß,* (15) *zwey ſenewel ſtück Wachs, und* (16) *ein werin Apffel; auch iſt da* (17) *ein blawer Rock, geworcht an den Armen, mit Gold, und mit Perlin; und* (18) *ein ander braun Rock, mit ſchwartzen Adelern, und* (19) *ein Gugil,* (20) *zween Handſchuch, und* (21) *zween Schuhe, derſelben Farbe; auch iſt da* (22) *ein Stole, geworcht mit Golde, gutem Geſteine, und mit Perlin und* (23) *ein ander Stole, ohne Geſteine; Auch iſt da* (24) *ein übergültes Schrinel, darinne iſt ein Monſtrantzie, und ein Kriſtall mit Heiligthum, und ein gülden lediges Creutze; gantzlich ingeantwortet hat, in ſolcher Zahl, als davor geſchrieben ſtehet ----- Geben zu München, an dem obgenannten Freytag vor Judica, nach Chriſtus Geburt, 1350. Jahr, in dem vierdten Jahr unſerer Reiche.* Traditionem hanc confirmans *Dubravius*, lib. 22. *Hiſt. Bohæm.* p. m. 181, non niſi quædam enumerat: *Gladius Magni Caroli erat, Lancea Chriſti, dextra portio S. Crucis, cum uno Clavo & Mappa, quâ ultima menſa Domini*

ſtrata

ſtrata fuit &c. *Carolum IV*, ea primum *Pragam* devexiſſe, docet *Albertus Argentin.* in Chronica, apud *Urſtiſium*, part. 2. *Rer. Germ.* pag. 156: *Marchio quoque **Lanceam, Clavos, partem Crucis Chriſti, & alia Inſignia**, quæ Imperii dicuntur, per Ludovicum, Imperatorem, Patrem ſuum, relicta, Regi præſentavit, recepta cautione, de reducendis, infra triduum, vel in Nurenberg, vel in Franckfurt, per Regem: quod non fuit impletum, ſed ea **Pragam perduxit**, de quo Bohemia nimium gratulatur &c.* Poſtea vero eadem fuiſſe recondita in Arce Bohemica *Karlſtein*, oſtendit *Crantzii Vandalia*, Lib. 10. c. 40, ubi, facta mentione obſidii, ab Huſſitis dictæ arci circumpoſiti, à *Friderico* Miſniæ & *Friderico* Brandenburgenſi Marchionibus, atque *Ludovico* Bavaro, autem ſoluti, dicitur: *Ita arx præcipua, quæ **multa ſervabat precioſa Regni Romani Inſignia, quæ illuc Carolus IV invexerat**, de manibus perſidorum eripitur. &c.* Flius Ejus *Sigismundus*, ea tandem *Norimbergam* tranſtulit, vel Bulla *Martini V*, teſte, qua translatio iſta an. 1424 approbata, apud *Obrechtum* l. c. §. 8, p. 351. & Dn. *Wagenſeilium*, l. c. p. 226 & 227: *Ex devota Chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri, Sigismundi, Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ Regis, inſinuatione, Nobis nuper innotuit, quod cum* (1) ***Magna pars, vivificæ Crucis**, in qua Salvator Noſter Jeſus Chriſtus, pro Generis Humani ſalute, pendere voluit;* (2) ***Lancea** quoque ex aliqua parte, quæ latus Ejus miles aperuit;* (3) ***Clavus unus**, quo manus Ipſius eidem cruci affixa extitit;* (4) ***Particula præſepis**, in quo Salvator Ipſe poſitus fuerat;* (5) ***Brachium S. Annæ**, &* (6) ***Particula quædam catenarum** Sanctorum **Petri & Pauli** Apoſtolorum;* (7) ***Tunica S. Johannis Evangeliſtæ;*** (8) ***Dens unus B. Johannis Baptiſtæ;*** (9) ***Gladius S. Mauricii**, nec non* (10) ***Gladius Caroli Imperatoris**, Ei Angelica, ut dicitur, manu porrectus;* (11) ***Corona** quoque;* (12) ***Sceptrum &*** (13) ***Pomum &*** (14) ***Singula indumenta Imperialia** ejusdem Magnifici **Caroli; Reliquiæ**, ſeu **Inſignia Imperialia** communiter appellata, intra Regnum Bohemiæ conſiſterent &c. . . .* Eorundem miminit *der Auszug von den Keyſerl. Kleinodien, ſo den Churfürſten zu Nürnberg*, an. 1611, *ſind gewieſen worden*, apud *Goldaſtum* l. c. §. 2, pag. 205, ita tamen, ut ſimul & aliorum fiat mentio, ibi: (1) ***Ein Stück von der Krippen**, darinnen die Jungfräuliche Kindbetterin Maria, den Neugebohrnen König, Chriſtum, eingelegt, und mütterlichen Troſt gethan:* (2) *darnach **den Arm der H. Frawen S. Annen**, der Mutter der vorgenannten Kindbetterin Mariæ.* (3) ***Ein Zahn S. Johannis des Vorlauffers**, und Tauffers, unſers Herrn und Heylands Jeſu Chriſti;* (4) ***Ein Stück von dem Kleid S. Johanſen des Evangeliſten**, des Jüngers, den Chriſtus lieb hatte;* (5) ***Etliche Glieder von dreyerley Ketten**, damit die Heiligen zwœlff Botten, S. Petr. und S. Paul, und der vorgenante S. Johan Evangeliſt, in ihren Gefængniſſen gekettet ſeind worden.* His additur: *Folgen etliche Stuck, ſo Carolus Magnus dahin ſoll geſtifftet haben;* (1) ***Seine Kayſerliche Kron**, die viel Heiligthum und Zierde in Sich hat geſchloſſen, und darunter Er viel Heyligthumb gewirckt hat;* (2) Item ***eine Braune, eine Schwartze, und ein Weiſſe geweihete Kleidung**, genant **Dalmatica, Chor-Mantel;*** (3) *deſſelben **Kayſer Carls Schwert**, das Ihm der Engel gebracht hat, damit Er, in Gœttlicher Krafft, in gar viel Streiten, zu Troſt der gantzen Chriſtenheit, mæchtigen Sieg erhalten:* (4) Idem, *des **H. Martini Schwert*** (fortè Mauritii) *der ein groſſer Ritterlicher Vorfechter, und Hauptmann, der groſſen Geſellſchafft,* Thebæorum *genant, geweſen; der mit ſeiner Ritterſchafft wol beſchuldet, und verdienet hat, daſs man diß ſein Schwert unter Kayſerl. Kleinotern, und Heiligthum, nehmen, weiſen und halten ſoll.* (5) ***Ein Stück des Tiſchtuchs**, darauf Unſer Herr Jeſus Chriſtus ſein Abend-Eſſen, mit ſeinen Jüngern, begangen hat;* (6) ***Ein Stück von einem Schurtztuch**, das Unſer Herr Jeſus Chriſtus, zu Waſchung der Füſſe ſeiner Jüngern, für ſich geſpannet hat;* (7) ***Von der Dornen-Cron, acht Dœrner**, in drey Monſtrantzen, ſo das würdige Haupt unſert Seligmachers verwündet haben;* (8) ***Ein groſſes Stück des H. Creutzes;*** (9) ***Das Heilig Eyſen des Speers**, ſo geœffnet hat die Seiten Unſers Herrn Jeſu Chriſti:* (10) *Mehr, **ein groß Heilig Creutz**, darinnen die vorgenandte Stück alle ihr Behaltnüß haben &c.* Quæ forte ex Libro MS. *variarum Benedictionum*, Bibliothecæ *Norimbergenſis*, ſub. tit. *wie das Hochwürdigſt Kayſerlich Heylthumb, in der lœblichen Statt Nürnberg, alle Jahr außgerufft und geweißt wird*, apud Dn. *Wagenſeilium*, l. c. pag. 229 &c. deſumta. *Henricus Rebdorffienſis*, in Annalibus ad an. 1361, apud *Freherum* T. 1 *Script. Rer. Germ.* p. 451 & 452 commemorans, *Carolum IV*, ad celebrandum baptiſma *Wenceslai* filii, ſolennem Curiam *Norimbergam* convocaſſe, & *Inſignia Imperialia*, ex Bohemia, eo deduci curaſſe, poſtea licet cum iisdem in Bohemiam fuerit reverſus, rurſus alia quædam producit, verbis: *Nota*, quod *Inſignia Imperialia, quæ tunc vidi, ſunt hæc:* (1) ***Ferrum Lanceæ**, quæ transfixit latus Chriſti; Item* (2) ***Clavus, cum aliquali petia S. Crucis**, quæ tranſivit manum Chriſti;*

5 S Item

Item (3) Gladius Karoli Magni, primi Imperatoris Romanorum, quem tunc Imperator tenebat in manibus, & (4) Corona, qua coronatus eſt in Imperatorem, à Leone Papa III, Item (5) Gladius Mauricii Martyris; Item (6) Petia Brachii S. Annæ, Matris Mariæ Virginis; & (7) Dens Johannis Baptiſtæ; Item (8) Petia cordæ, qua Chriſtus fuit ad columnam ligatus; (9) Spongia, qua fuit in Cruce potatus, & alia plures reliquiæ Sanctorum &c. Pauciora ab initio fuiſſe, probari poſſe videtur, auctoritate Witichindi Corbejenſis, lib. 1, Annalium, apud Meibomium Tom. I, Rer. Germ. p. 636, qui Colloquii Conradi Regis, cum fratre Eberhardo, de eligendo ſibi ſucceſſore, memor, inquit: Sumptis his Inſigniis: Lancea Sacra, Armillis aureis, cum Chlamyde, & Veterum Gladio Regum, ac Diademate, ito ad Henricum, facito pacem cum Eo, ut Eum fœderatum poſſis habere in perpetuum &c. nec non Luitprandi factum hoc comprobantis, lib. 2, c. 7, cujus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 919, pag. 89 & 90, recitavi, interque ea: Ipſo namque (Conrado) mortem. obeunte, memorati Principes Coronam, cunctaque Regalia indumenta, Henrico Duci contulerunt &c. & Ekkehardi Junioris, de Caſibus Monaſterii S. Galli, cap. 5, apud Goldaſtum Tom. I. Rer. Alaman. part. 1, p. 29, qui de eodem facto ſcribit: Sumens ergo Coronam & Sceptrum, nocte dieque accelera ad Ipſum (Henricum) Teque, & Regnum, Ei, meis verbis, in manus dato &c. clarius adhuc, relatione Henrici IV, de Exauctoratione ſua, quam præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad ann. 1106, p. 115 &c. recenſui, ibi: A filio meo (Henrico V) miſſus venit ad me quidam Princeps, Wigebertus, dicens: nullum vita mea eſſe conſilium, niſi, ſine ulla contradictione, omnia Regni Inſignia redderem ---- ſicut definitum intelligebam, Coronam, Sceptrum, Crucem, Lanceam, Gladium, miſi Moguntiam &c. Conf. Gotfridus Viterbienſis, part. 19, apud Piſtorium, p. 531, cui hæc Rubrica: De Regalibus Inſignibus, videlicet: De Sancta Cruce, de Gladio, de Lancea Sacra, de Sceptro, de Pomo Aureo, de Corona, de Diademate &c. Helmoldus, lib. I, Chron. Sclavicorum, cap. 32, §. 2, pag. 81: Miſſi ergo à Principibus venerunt ad Regem, qui tunc forte conſiſtebat in Corte Regia Hilgellisheim --- dicentes: Fac nobis reddi Coronam, Annulum & Purpuram, cæteraque ad Inveſtituram Imperialem pertinentia, Filio tuo deferenda &c. & Conradus Urſpergenſis, ad an. 1106, p. m. 188: Ipſe (Henricus IV) partis utriusque conſiliis annuens, Regalia vel Imperialia Inſignia, Crucem ſcilicet, & Lanceam, Sceptrum, Globum, atque Coronam, Filii poteſtati tradidit &c. & Rabbi David Gans, in Chronico, apud Dn. Wagenſeilium, l. c. pag. 225. Circa hæc tempora habebat Ludovicus, in poteſtate ſua (1) Gladium Caroli M. primi Germanorum Imperatoris, (2) & Lanceam, qua Meſſiæ illorum latus fuit transfoſſum, & (3) Fragmentum Crucis, in qua Nazarenus pependit; & (4) Clavum, qui manum Ejus affixam tenuit; (5) Mappam item, ſuper qua Nazarenus, ante mortem, cœnavit. Omnes iſtas res Dux Ludovicus, accepto argenti pretio, in manum dedit Cæſari. Enimvero, hæc ſtrictè accipienda, non arbitror. Veteres Auctores potiora duntaxat recenſuiſſe, ex Alberti Argentinenſis, & Dubravii, nec non Judæi, Ganſi, verbis conſtat, quibus quædam ſaltem exprimuntur, cum contra ipſe Carolus IV pleniorem eorum catalogum ſiſtat. Coronationem Caroli V depingens Hartmannus Maurus, apud Schardium, Tom. 2 Rer. Germ. pag. 23, & Goldaſtum part. 3. Polit. Imper. Diſc. 3, pag. 271, ait: Subnotatas autem Reliquas, Nurembergenſes à Carolo (Magno) geſtatas, pro vero habent &c. (1) Dalmaticam albam holoſericam, pretioſiſſimis margaritis, gemmisque, diſtinctam (2) Auream Stolam, margaritis quoque adornatam, (3) unam Cappam holoſericam, violacei coloris, cui aurum, in modum Aquilæ, intextum; (4) Alterum amiculum rubei coloris, contextum pari modo magna aurea Aquila. Inſuper (5) Coronam Caroli non ferream --- ſed ex puro puto auro fabrefactam, ſic tamen, ut in ea veterum laudabilis parcitas ſatis eluceat; (6) Pomum, & (7) Sceptrum, aurea, (8) Gladium Caroli, admodum gravem &c. Præter hæc, advecta ſunt, hac tempeſtate, (9) Duæ Dalmaticæ, una violacei, alia vero nigri coloris; (10) Duæ Chyrothecæ, unionibus, pretioſisque lapidibus, ornata: (11) Socculi duo aurei, (12) Stola, (13) Zona coriacea, retinaculumque ejus aureum, quæ omnia pretioſis lapidibus affabre picturata, redimitaque fuere &c. & Auctor Coronationis Maximiliani II, anno 1562 apud Goldaſtum, part. I. der Reichs-Hændel, pag. 73: Im Conclave bekleidet Ihro Kœnigl. Majeſtat ſich wie ein Diacon, mit Kayſer Carolus des groſſen Kleidern, und brachten Ihro Kœnigl. Majeſtæt wieder herfür, zu dem Altar, allda gab ihm der Ertz-Biſchoff von Maintz, (1) ein bloß Schwerdt in die Hand, und befahl Ihr des H. Reichs gemein Nutz und Wohlfahrt &c. (2) ſteckt Ihr der Ertz-Biſchoff von Maintz, ein kœſtlichen Ring, und legt Ihr (3) einen kœſtlichen Mantel an; darnach

nach gab er (4) *Ihro Kœnigl. Majeſt. auch den Scepter, und* (5) *Reichs-Apffel; welche Kleinod alle, zuſamt* (6) *der Kron, wayland Kayſer Carln dem groſſen zugebœrt &c.* Sic modo plura, modo pauciora, enarrantur; Dn. *Thulemarius*, cap. 25. *Octovirat.* §. 22, p. 489, numerat ſex: *Imperialia Inſignia ſunt Sex* (1) *Pomum, cum Cruce impoſita*, (2) *Gladius*, (3) *Sceptrum*, (4) *Pallium, auro gemmisque decoratum*, (5) *Annulus*, (6) *Corona, &c. Ferrarius*, in Deſcriptione Coronationis Joſephi, p. 131, habet totidem: (1) *Coronam*, (2) *Gladium Caroli Magni*, (3) *Sceptrum*, (4) *Pomum*, (5) *Pontificalia.* (6) *Sandalia.* Apud Dn. *Du May, en ſon Etat de l'Empire* pag. 201, occurrunt octo, ſcil. (1) *Corona*, (2) *Annulus* (3) *Sceptrum*, (4) *Pomum*, (5) *Sandalia*, (6) *Veſtis Dalmatica*, (7) *Cingulus &* (8) *Gladius.* Ex *Mateneſii* Deſcriptione *Coronationis Ferdinandi II*, lib. 3, pag. 88, profert *Limnæus*, Tom. 3. *Jur. Publ.* lib. 7. cap. 35, §. 12, pag. 382 &c. duodecim, nempe (1) *Coronam Regalem cum Cruce*, (2) *Dalmaticam veſtem Caroli Magni.* (3) *Cappam choralem*, mantum, ſeu mantellum, ſive paludamentum Cæſareum; (4) *Stolam auream*, (5) *Amiculum rubri coloris*, (6) *Chirothecas*, (7) *Sandalia*, ſeu calceos, aut ſocculos duos aureos, (8) *Tibialia*, ſeu Ocreas, Caroli Magni, (9) *Zonam coriaceam*, cum retinaculo ejusdem aureo, (10) *Pomum*, (11) *Sceptrum &* (12) *Gladium Caroli Magni.* Eadem offendis apud *Lindenſpurium*, ad A. B. Cap. 22, excepto quod (13) *Annulum* addat. Conſ. *Bœclerus*, de *Rebus Sec. IX & X à Chriſto nato*, in vita *Henrici I*, pag. 245 & 246, *Rautnerus, in der Stats-Kunſt*, part. 4, cap. 4. Alii. Monendum inſuper, meritò Dn. *Tolnerum*, Tom. I. *Hiſt. Palat.* cap. 4, §. 1, p. 124, obloqui *Gewoldo*, de *Septemviratu*, cap. 10, pag. 170, ſtatuenti, Clinodiorum cuſtodiam jure hereditario ad Bavariæ Duces pertinuiſſe; verum contra eſſe, quod *Dubravius* l. c. memoriæ prodidit; *Conſueverant Cæſares Inſignia Cæſarum, cum ſanctis quibusdam Reliquiis, apud Succeſſores deponere.* Documento ſunt, quæ de *Conrado I*, & *Henrico IV*, jam in medium prolata. Mortuo *Ottone III*, nactus eſt ea *Herbertus Colonienſis*, Archi-Cancellarius, *Ezoni* C. P. R. affini Cæſaris deferenda; Vid. Vit. *S. Herberti* cap. 10, apud *Surium*, 16. Mart. p. 188; *Tolner*, l. c. c. 9, p. 232. Poſt fata *Henrici S. Cunigunda*, vidua, ea tenuit, donec *Conradus* eligeretur. Vid. præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad ann. 1024, pag. 101. Mortuo *Henrico V*, *Mathildim*, Ejus viduam, eadem aſſervaſſe, in favorem *Friderici* Ducis, deſuncti ex ſorore, Nepotis, quem procul dubio, electum iri ſperabat, aſſerit *Otto Friſing.* de *Geſtis Friderici I*, cap. 15, pag. 415: conſ. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad ann. 1125, pag. 120. Ipſum *Fridericum* Ducem ea tenuiſſe, minus recte perhibet *Albertus Stadenſis*, ad eundem annum: *Fridericus, Dux Sueviæ, poſt mortem Henrici, Avunculi ſui, accepit Regalia, certiſſimus, quod à Principibus eligeretur. Sed Albertus Moguntinus conſilium concepit, quo Regalia poteſtati Friderici eripiant, & ſic ad alium eligendum roborentur &c.* A *Lothario* Saxone, eadem nactus eſt *Henricus Superbus*, Saxonum Bojorumque Dux, Ejus Gener; vid. *Otto Friſing.* lib. VII, *Chronic.* cap. 23, p. 152, *Gotfridus Viterb.* part. 17 Chron. p. 511; add. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1138, pag. 123; *Fridericus I*, abituriens in Terram Sanctam, eadem tradidit, anno 1189, Filio, *Henrico*; Vid. *Otto de S. Blaſio*, cap. 32, p. m. 213; add. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1189, pag. 143. *Henricus IV*, eadem moribundus fratri, *Philippo*, reliquit; vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad ann. 1198, p. 146 ex *Conrado Urſpergenſi*, p. 233; Add. *Arnoldus Lubec.* lib. 6, c. 2, §. 1, pag. 451: *Philippus, qui Imperialia tenebat, Fratri ſuccedere aſpirabat &c.* Deſuncto *Philippo* obvenerunt *Conrado Spirenſi*, Ejus Cancellario, poſtea *Ottoni IV*, porrecta; teſtes habeo *Cuſpinianum*, in Vita *Ottonis IV*, ubi: *Spirenſis autem Antiſtes, habens in ſua poteſtate Coronam, Crucem, & Lanceam, Inſignia Regalia, tanquam Imperialis Aulæ Cancellarius, penitus reddere recuſavit, niſi in Officio confirmaretur &c.* & *Bruſchium*, in *Catalogo Epiſcoporum Spirenſium*, & quidem in *Vita Conradi II*, verb: *Conradus II, Baro à Scharffeneck, Epiſcopus antea Metenſis, & Philippi Imperatoris Cancellarius, Vir prudentiſſimus, aſſumitur in Adminiſtratorem .... præfuit Spiræ bene & utiliter, annis 22; Erat Imperatoris etiam Ottonis IV, Cancellarius, cui dedit Inſignia Imperii, quæ Ipſe ſibi à Rege Philippo commendata, in Arce Trifels, religioſe aſſervarat &c.* De *Friderico II*, inquit *Conradus Urſperg.* ad ann. 1221, pag. m. 245: *Res Imperii in Lombardia, & in Tuſcia, cupiens diſponere, ... Inſignia Imperii, videlicet Coronam, & alia, remittit in Alemanniam, faciens ea cuſtodiri, ſub poteſtate Eberhardi de Tanne, Miniſterialis, & Dapiferi ſui in Walpurc. Filium quoque ſuum, Henricum, jam circiter octo annos habentem nutriendum, & gubernandum commiſit, Cunrado de Tanne, Pincernæ & Miniſteriali ſuo, in Caſtro Winterſteten &c. Carolum IV*, à *Ludovico* Bavaro, *Ludovici* Imperatoris filio, ea obtinuiſſe, diplomate Ejus ſupra probavi, pariter quod ab Ejus filio, *Sigismundo*, *Norimbergam* ſint translata, ubi adhuc cuſtodiuntur. Conſ. *Welſerus à Neunhof*, Tr. *De Summis Imperii Officialibus*, Præfat. Dn. *Wagenſeilius* l. c. pag. 226. Quibus ceremoniis olim ſingulis annis, feria ſexta poſt Octavas Feſtivitatis Dominicæ Reſurrectionis, *Cimelia* hæc, vel *Clinodia*, fuerint oſtenſa, tradit Dn. *Wagenſeilius* l. c. p. 228 &c.

(c) NORIMBERGÆ &c. Si Inauguratio alibi, quam Aquisgrani, celebretur, ipſi quoque *Aquisgranenſes* Cimelia ſua eò deferunt, nominatim (1) *Gladi-*

um, ut dicunt, *Caroli Magni*, Perſico acinaci non diſſimilem, cujus capulus variis gemmis diſtinctus, & ſerpentis exuviis obductus, vagina vero inſigni portione monocerotis exornata; quo regaliter Cæſar *Auratos Equites* creat; cum pendiculo. (2) *Librum Evangeliorum*, aureis ſcriptum literis, quem in ſepulchro *Caroli Magni*, lamina argentea inaurata tectum, repererunt; (3) *Sanguinem S. Stephani* Protomartyris, aurea capſa clauſum, quæ puro auro & unionibus incruſtata eſt. Vid. *Mateneſius*, de *Coronatione Ferdinandi* 2, lib. 3, c. 87; *Limnæus* lib. 7. *Jur. Publ.* cap. 2, §. 8, p. 55 & 56; *Rautnerus*, part. 4. *der Staats-Kunſt*, c. 4; Dn. *Schwederus*, *Introd. Jur. Publ.* part. Spec. Sect. I, c. 2, §. 34, p. 246 & 247; Dn. *Thulemarius*, cap. 25. *Octovirat.* §. 40. p. m. 501; Dn. *Du May. Etat de l'Empire*, Dial. XI, part. 1, pag. 102; Dn. *Ferrarius* de *Coronatione Joſephi*, part. 3, cap. 4, p. 132.

(*d*) CLINODIA &c. *Petrus Lambecius* lib. 2. *Comment. Biblioth. Vindobon*: cap. 5, Rubr. 23, pag. 110, ea dici putat, quaſi *Klein not*: *quia exiguæ neceſſitatis, & parvi uſus, ſunt.* *Du Freſne* contra voc: *Clenodium*, p. m. 1017, etymon à Græcis arceſſendum arbitratur, quibus κλεινώδιον, *rem quamvis pretioſam* denotat, hinc, κλεινὸς, *celebris*, & κλείω, *celebro*.

(*e*) PRIMO &c. De *Lancea Imperiali*, vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h. v. 6; p. 245 & 246.

(*f*) CORONA IMPERIALIS &c. Rectius *Germaniæ Regni*. Deſcribit eam *Limnæus*, Tom. 3, *Jur. Publ.* lib. 7, cap. 35, §. 12, p. 382 & 383: *Habet*, (Norimberga) *primo Coronam Regalem, intra cujus ambitum mitra Epiſcopalis, bicorni cacumine, exſurgit; ad partem anticam, ſeu frontem, Corona illa Crucem habet, quinque bene magnis adamantibus diſtinctam, quam longa ſeries unionum, ſeu margaritarum, ad formam Crucis, perficit: In parte poſtica, ſeu occipitio, duæ appendiculæ ſunt, auro tortili phrygiatæ, ac rubra byſſo, quæ fimbriolis aureis terminantur. Tota autem aurea eſt, ac per circuitum pretioſiſſimarum gemmarum divite copia, rubinorum, ſmaragdorum, adamantum, unionum, diſpuncta, quæ gratiſſimam lucem ex ſe diffundunt. Habet præterea ſemicirculum aureum, medium hiatum mitræ diſpeſcentem, ſurſum inſtar anſæ repandum, & utrinque in ſe reflexum, qui auream in apice crucem geſtat.* Quam benè autem? ex verbis Dn. *Wagenſeilii*, Comment. de *Republ. Norimberg.* cap. 26, pag. 234, judicandum eſt: *Limnæi iſta deſcriptio nullo modo ad Coronam Germanicam Noribergenſem quadrat, ut potius magis eam effingat, qua Imperatores Romæ inaugurantur, quæque proprie Imperatoria vocatur: Nam de hac tradit Haraldicæ artis peritiſſimus, Meneſtrier, in libello: Le veritable art du Blaſon, pag. 185: La Couronne de l'Empereur eſt une eſpece de Bonnet, ou de Thiare, qui a, ſur le milieu, un demy cercle d'or ſur lequel eſt porté la figure de Monde, ceintré, & ſommé d'une Croix, le bonnet entreouvert ſur les deux cotés de ce ceintre, & en bas une couronne pour cercle, d'ou ſortent deux pendans, ſemblables à ceux des Mitres des Evêques. Interim, cum ob Crucem, quam ad partem anticam, ſeu frontem, Limnæus Coronæ ineſſe aſſerit, nec Romanam Imperatoriam Coronam ejus deſcriptio referat, ſupereſt, ut dicamus, confudiſſe illum, vel Autorem, quem habuit, inter ſeſe Germanicam & Romanam Coronas, atque ex utraque concinnaſſe quandam hibridam.* Clarum hoc ut reddat, hanc ſubjicit deſcriptionem, pag. 235 &c. *Eſt vero ea*, (Corona Germanica Norimbergenſis) *confecta ex puro puto auro, quatuordecim librarum gravi pondere, - - - - ambitus diſtinguitur in areolas, ut ita loquar, (nam & Germani Felder vocamus,) octo, deſinentes ſuperne in dimidiatam rotunditatem. Harum quæque ſeparatim efficta fuit, ea propter, præter ferruminationem, etiam intus ſimplici ferreo ligamento, digitum minutum virginalem lato, quod in orbem circumductum eſt, invicem conſtringuntur - - - - ut per medium circulum Coronæ, lamina quædam parvula ex ferro ducatur. Ex octo illis areolis, quatuor numero gemmis & unionibus onerantur: quatuor emblemata, ſive figuras aliquas pictas referunt, quibus explicandis, verba, vel ſententiæ quædam adjiciuntur. Prima areola, quæ frontem Cæſarum ornare debet, ac cujus rei Crux, illi infixa, indicium facit, cæteris, ſola, quæ ei ex adverſo opponitur, excepta, paulo major, duodecim gemmas, magnitudinis inſignis, habet inſertas, quaterna ſerie, ita, ut in quaque gemmæ tres, & quidem diverſi generis, ſociatæ ſint, diſpoſitas. - - - - Gemmæ illæ duodecim palmariæ, ſicut & reliquæ omnes, rudes ſunt, prout natura eas efformaverat, minime vero in angulos, aut acumina, antiquiſſimis, quin & nuperis ſeculis recepto more, exſculptæ. Vacua inter gemmas ſpatia, ingentes pulcherrimique uniones adimplent. Principi areolæ, quantitate ſua, prout jam modo innuimus, reſpondet ea, quæ, è regione illam reſpiciens, occipiti convenit; cæteræ vero, inter has duas interjectæ, nonnihil humiliores deprehenduntur. Porrò ea, quæ, præ cunctis, notabilem frontiſpicii areolam à dextra excipit, in aurea lamina, nobis Chriſtum Salvatorem ſedentem commonſtrat, ex opere colliquato, & uſtili (von geſchmeltzter Arbeit) coloribus variegato, ad quem modum etiam figuræ reliquæ, cum ſuis inſcriptionibus, exprimuntur. Utrique Salvatoris lateri adſtat Cherubinus, quatuor alis præditus, quarum duæ in altum vergunt, è quibus caput proſpectat, duæ in ima protenduntur, ſuperne adſcriptum:*

PER ME REGES
REGNANT.

Sequitur proximè areola, gemmis ac unionibus, minoribus tamen longe, quam quibus duæ præcipuæ ſeſe efferunt, nec tanta concinnitate diſtincta, quod idem quoque de cæteris quoque gemmatis ſic tenendum. Succedit rurſus areola picta,

pičta, exhibens Ezechiam, ſive Hiskiam, Regem, ſedentem ægrumque caput dextra manu ſuſtentantem. Hujus dextro lateri ſe applicuit Eſaias Propheta, ſchedam oblongam manu tenens, in qua legitur:

ECCE ADICIĀ SUPER DIES TUOS XV ANNOS.

Amborum capitibus imminent verba:

ISAIAS EZE
PROPHETA CHIAS
REX.

Huic contigua eſt areola Occipitii majuſcula, duodecim inſignibus gemmis, cum intermediis unionibus, quamvis fere inordinatim poſitis, decorata. Quæ illam excipit, Regis, corona clauſa coronati, effigie notatur, cui ſcheda in manibus eſt, quæ inſcriptum habet:

HONOR REGIS JUDICIUM DILIGIT.

Super capite Regis, legas;

REX DAVID.

Iſti areolæ rurſus juncta eſt gemmata, & huic emblematica, in qua conſidet Rex coronatus, in ſcheda, quam utraque manu tenet, legenda exhibens verba:

TIME DOMINUM ET REGEM AMATO.

Capiti illius ſuperne additur;

REX SALOMON.

Atque dehinc jam ſe offert rurſus areola frontiſpicii primaria, cui inſuper, ex Cruce haud modica, quæ ſuperne inſigi, & demi iterum poteſt, dignitas & decus accedunt. Crucis pars anterior, & ipſa ſeptendecim gemmis lucentibus radiat: poſtica, levis eſt, Servatoris, quaſi in cruce patientis, figuram inciſam habens, citra colorum incruſtationem, manus ſanguinem exſtillant. Crux nulla ſculpta adjicitur, cum ipſa illa, quæ imaginem Chriſti ſuſtinet, ſufficiat tanquam baſis. In apice eſt epigraphe:

I H C
N A Z A R
E N V S R
E X I V DE
O R U M.

Præter Crucem inſigitur amplius huic areolæ Arcus, ſive Semicirculus ſinuoſus, mobilis is, cujus altera extremitas, oppoſitæ areolæ occipitii inſerenda. Hic margaritis ornatus eſt, quibus phrygiano opere expreſſa cernuntur verba:

CH VON RAD US DEI GR AT JA
RO MA NOR V̄ IMPERA TOR AUG.

*Talis forma, & ſpecies, eſt Coronæ, quæ Noribergæ cuſto*ditur; *eadem inſuper intus mitram, ex boloſerico rubro, inditam habet, ut commode, & citra offenſionem, ſuſtineri queat.* Hactenus Dn. *Wagenſeilius.* Eam *Carolo Magno* vindicari, cujus nomine vel Ipſe *Carolus IV*, Imp. *Martinus V*, Pont. Rom. *Henricus Rebdorffienſis*, ad an. 1361, aliique, quorum verba præced. lit. b, exhibui, quibusque *Hieronymus Balbus*, de *Coronatione*, c. 21, apud *Goldaſtum* part. 3, *Polit. Imp.* p. 268; *Ubbo Emmius*, lib. 50 *Rer. Friſic.* circa finem; *Hartmannus Maurus*, de *Coronat. Caroli V*, apud *Schardium* T. 2 *Rer. Germ.* p. 23; *Carpzovius* de *Leg. Reg. Germ.* cap. XI, Sect. 10, §. 15, p. 300, & alii, à Dn. *Thulemario*, cap. 25, *Octavir.* §. 23, p. 490, nominati, jungantur, eam compellant, in aprico eſt. *Hermannus Conringius*, in *Caſtigatione libelli*, cui Titulus: *Anti-Conringiana defenſio Juris Colonienſis*, Impreſſ. Helmſtadii 1664; & quidem *Ad Quæſtionem I*, §. 61, p. m. 8 &c. probare conatur, *Carolum Magnum* eam nunquam geſtaſſe, benè tamen *Conradum I*; quod (1) ante *Carolum IV*, nulla exſtent teſtimonia, quæ pro *Carolo Magno* loquantur, (2) inſcriptio Coronæ *Conradi* nomen diſtinctè ſatis prodat. (3) *Luitprandus*, lib. 2, cap. 7, claris verbis, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 919, p. 89, extantibus, teſtetur, *coronam*, quam *Conradus*, per fratrem, *Eberhardum*, *Henrico Aucupi* offerri curavit, *ipſius* fuiſſe *propriam*. Quam ſententiam quoque Dn. *Thulemarius* l. c. & Dn. *Adolphus Henricus de Winzingeroda*, in Diſſert. de *Ordine Equitum Georgii & Periſcelidis in Anglia*, an. 1681. Præſide laudato Dn. *Thulemario*, Heidelbergæ habita, *t.* 2, p. 5 & 6, amplectuntur. *Bœclerus*, in Comment. *de Rebus Sec. IX & X*, in Vita *Ottonis I*, p. 289 & 290, & *Joh. Henr. Eggelingius*, Exercit. V *Miſcellanearum Germaniæ Antiquitatum*, *de Statuis Ruhlandicis*, p. 23 & 24, nudè impugnant theſin, pro *Carolo Magno* conceptam, quod nullum genuinæ antiquitatis Momumentum Cæſarem hunc cum *Corona*, *Norimbergenſi* ſimili, referat; non tamen addentes, quid ſibi de Auctore videatur. *Gryphiander* de *Weichbildis*, cap. 70, §. 9 & 10, pag. 176, dubius eſt, num fortè *Conrado*, *Friderici* 2 Imp. filio, non ſit tribuenda, inter alia ornamenta Imperatoria, in Parmenſi obſidio amiſſa. Dn. *Wagenſeilius* verò l. c. pag. 243 & ſeqq. & Dn. *Gundlingius*, diſſert. *de Statu Reipublicæ Germanicæ*, *ſub Conrado I*, §. X, pag. 69 &c. in contrarium ſuſtinent, eam pro *Caroli Mani* Corona omnino habendam, quia (1) tot Romanorum Pontificum Bullæ, tot Imperatorum Reſcripta, tot graviſſimorum Scriptorum teſtimonia, fama denique late per orbem ſparſa, id aſſerunt, (2) nummus aureus apud *Stradam*, in quo *Carolum Magnum* ipſiſſima, quæ adhuc ſuperat, corona, redimitum, omnes cernunt, ſufficienti documento eſt. Nequaquam tamen inficiantur, ſub *Conrado*, (non *primo*, quippe qui *Imperatorio titulo* nunquam uſus, ſed) *Salico*, ſive *ſecundo*, incrementa acceſſiſſe, vel ſolo *Arcu* teſte,

Digitized by Google

Ejus nomen præ ſe ferente, quem ab Eo adjectum, perquam probabile. Ad *Luitprandi* verba reſpondendum, Vocabula: *propriam Coronam*, haud alio ſenſu accipienda eſſe, quam quo, paulo poſt, *Conradus omnia Regalia ornamenta ſua* vocet, cum tamen *Witichindus* lib. 1, Annal. p.m. 636, diſerte *Gladium Veterum Regum* fuiſſe teſtetur. Cur *Conradus III & IV* hic intelligi nequeant, fuſius exponit Dn. *Wagenſeilius* l. c. pag. 244. De myſtica ſignificatione *Coronæ*, evolvas *Honorium*, *Auguſtodunenſem* Presbyterum, an. 1220 clarum, in *Gemma animæ* lib. I, cap. 224, apud *Dn Freſne*, in *Gloſſ.* voc. *Corona Imperialis*, p. 1226. Add. præc. Tit. 4, §. 7, lit. a, p. 377.

(g) CLAUSA &c. Daniæ, Bohemiæque Regum coronæ *apertæ* ſunt; *Gallica* verò, *Hiſpanica* & *Anglica*, *clauſæ*; Vid. Dn. *Schwederus Introd. J. P*, part. *ſpec.* Sect. I, cap. 2, §. 29, p. 238 &c. *Limn.* lib. 2, cap. 4. *Jur. Publ.* §. 16 ad 18, p. 54, qui addit *coronam clauſam* denotare *abſolutam potentiam;* interpretationem vero hanc non ſemper quadrare, vel ipſa Norimbergenſis Corona documento eſt. Pontifici Romano *clauſa triplex* imponitur, de qua Dn. *Zieglerus* lib. I de *Epiſcopis* cap. 6, §. 88, pag. m. 148, ait: *Ideo triplex eſſe debuit, ut Majeſtas Ejus ad* Cæleſtia, Terreſtria, & Inferna, *pertinere innueretur, uti, inter alia myſteria, hoc exponit* Theophilus Raynandus, *Jeſuita, de* Coron. Aur. Supr. Mitr. Pontif. *p. 396. Ad Cæleſtia eam pertinere, non ſinit nos dubitare Bulla Clementis VI, qua Angelis in Cœlo imperavit, ut animas in itinere Romano defunctorum, à Purgatorii pœnis ſolutas, protinus in Cœlum deferrent &c. de* Inferis *fidem facit Baptiſta Platina, in Vita Sylveſtri 2, de quo ſcribit, quod Pontificatum, adjuvante diabolo, conſecutus fuerit. Idem refertur de ejus Succeſſoribus, Johanne XIX & Johanne XX. De* Terrenis *vero hactenus abundè demonſtravimus, quantum Pontifices Romani ſibi vindicaverint &c.*

(h) CUM CRUCE &c. Quis primus *hanc Crucem* adhibuerit, certò dici nequit; ex unico interim aureo apud *Stradam*, cujus ectypon Dn. *Wagenſeilius*, de *Republ. Noriberg.* cap. 26, p. 246, ſiſtit, apparet, jam *Carolum Magnum* ea uſum eſſe; cujus coronæ ſuperimpoſita conſpicitur.

(i) GLADIUS &c. Num *Gladium* hic ad tempora *Caroli Magni* referendus ſit? rurſus diſputari video. *Witichindus Corbejenſis*, lib. I, *Annal.* pag. 636 & 637, commemorando, qua ratione *Conradus I Henrico Aucupi*, viam ad Germaniæ Regnum ſtraverit, inquit, ex Ejus mandato, *Eberhardum* Ducem, ipſius fratrem, laudato Principi, inter alia Inſignia, obtuliſſe quoque *Gladium Veterum Regum &c.* Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad annum 919, pag. 89 & 90, *Carolus IV*, & reliqui, quorum præced. lit. b, facta mentio, conſtanter Eum *Carolo Magno* vindicant. *Æneas Sylvius* verò, in vita *Friderici III*, p. m. 81, ait: *Mihi, ſingula* (Clinodia) *exactius contemplanti, cum Enſem inſpexi, non Magni illius Primique Karoli, ſed Quarti, viſus eſt, qui Sigismundi Genitor fuit. Nam Leo Bohemicus ſculptus in eo viſebatur, quo Ille, tanquam Rex Bohemiæ, utebatur.* Rectè diſtinguunt Ill. *Obrechtus*, in Diſſ. de *Clenodiis* S. R. J. quæ inter *Opera Ejus Academica*, XVII, eſt §. 18, p. 358. Dn. *Wagenſeilius* de *Republ. Noriberg.* c. 26, p. 249 & 250; & Dn. *Gundlingius*, de *Statu Reipubl. German. ſub Conrado I*, §. 10, p. 71, inter *Gladium Caroli Magni*, prout comparatus erat, antequam *Carolus IV*, eum, à *Ludovico Bavaro*, fuerit nactus, & qualem poſtea eum efformari curaverit, inſculpto *Leone Bohemico*, quo prius deſtituebatur. Conf. Dn. de *Winzingeroda*, in Diſſ. de *Ordinis Periscelidis*, cujus præc. lit. f, memini, *a.* 2, lit. c. p. 6 &c. Deſcribit eum Dn. *Wagenſeilius* l. c. pag. 240: *In Gladio, qui Caroli Magni eſſe dicitur, pomum manubrii rotundum, ex uno latere Aquilam ſimplicem, ex altero Leonem, oſtentat, cum cauda biſurcata, in altum protenſa. Laminæ, ubi latiſſima eſt, ſecundum longitudinem, hinc inciſum:*

CHRISTUS VINCIT. CHRISTUS REGNAT.
CHRISTUS IMPERAT.

Inde:

CHRISTUS VINCIT. CHRISTUS REGNAT.

Ferrarius, in Deſcriptione *Electionis & Coronationis Joſephi*, part. 3, cap. 3, pag. 125, ait: *Das Schwerdt* Caroli Magni, *welches græſſer und breiter, als manches Richtſchwerdt; hat eine Silber-vergüldete, und mit kleinen Perlen, zu bezeichnung gewiſſer Figuren, eingelegte Scheide.* Num ille ipſe ſit Gladius, de quo *Albericus Monachus trium fontium*, ad an. 795, pag. m. 126: *Karolus, cum duobus millibus, qui remanſerant, evaginavit* Spatam ſuam nomine Gaudioſam, *& multos Sarracenorum ſecuit per medium;* affirmari nequit. Significationem myſticam exhibet *Gotfridus Viterbienſis*, part. 19. *Chronic.* pag. 531, ſub Rubr: *Quid ſignificat Gladius Regalis vel Imperialis?* canens:

Judicii ſignum Gladius monſtrare videatur,
Quo malefactorum feritas ceſſare jubetur;
Ut latro fruſtretur, Rex tenet arma ſecum.
Præcipitur Gladius vibratus ſemper haberi,
Puniat ut ſubitò, potuit quod culpa mereri:
Nam ſi tardus erit, pax vacuata perit.
Jura ſibi ſoli Deus edere, condere patrat,
Ut gladio, laqueoq́, ſuo mala preſſa quieſcant,
Si mala non premeret, Principis umbra foret &c.

Conf.

Conf. *Limnæus Jur. Publ.* lib. 2, cap. 4, §. 20, pag. 54 & 55; minus rectè putat *Æneas Sylvius* l.c. pag. 80, *Enſem* demonſtrare *Belli Jura.* Nec confundendus hic gladius, cum altero, quem, ſub tit. *Mauricii Martyris*, Aquisgranenſes afferre ſolent, cujus *Pomum in capulo, cordis alicujus figuram imitatur: ſuperne enim latum, fit deinde anguſtius. Hujus pomi unum latus nota caret; in altero Aquila dimidia additos habet Leones ambulantes, ſive, ut Haraldicæ artis ſcitis convenientius loquamur, Leopardos tres, ſibi invicem impoſitos. In lamina una parte ſeſe offerunt verba,*

BENEDICTUS DOS DES

In altera Iſta:

DEUS QUI DOCET MANUS.

Ita Dn. *Wagenſeilius* l. c. Eſtque hic ipſe gladius, quo Imperatores accinguntur, in Inaugurationibus. Qua de re *Ferrarius* l. c. part. 3, cap. 4, pag. 137: *Wurde ſodann, von denen Churfürſtl. Herren* Aſſiſtenten, *der von Aachen gebrachte Sabel des* Caroli Magni, *Ihro Majeſtæt bloß in die Hand gegeben, darzu der Herr* Conſecrator, *Chur-Maintz, dieſelbe mit dieſen Worten, angeredet:*

Accipe gladium, per manus Epiſcoporum, licet indignas, vice tamen & authoritate Sanctorum Apoſtolorum, conſecratas, Tibi reguleriter (rectius Regaliter) conceſſum, noſtraque Benedictionis officio, in defenſionem Sanctæ Dei Eccleſiæ, divinitus ordinatum; eſto memor, de quo Pſalmiſta prophetavit, dicens: Accingere gladio tuo, ſuper femur tuum, Potentiſſime &c: (ut in hoc vim æquitatis exerceas; per eundem, molem iniquitatis potentiſſime deſtruas; Sanctam Dei Eccleſiam, ejusque fideles, propugnes, atque protegas; nequelminus ſub fide falſos, quam Chriſtiani nominis hoſtes, exterreas, atque diſpergas; viduas, atque pupillos, clementer adjuves, atque defendas; deſolata reſtaurata conſerves; ulciſcaris injuſta; Conſerves bene diſpoſita; quatenus hoc agendo virtutum Triumphator glorioſus, Juſtitiæ cultor egregius, cum Mundi Salvatore, cujus typum geris, in nomine Ejus, ſine fine, regnare merearis, qui, cum Patre & Spiritu Sancto, vivit & regnat Deus, in Secula, Seculorum, Amen. Vid. *Ceremoniale Romanorum*, de Inauguratione Friderici 3, apud *Petrum Bertium*, lib. 2, *Rer. Germ.* p. m. 109; Sigismundus *von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 7, p. 582; *Freherus* Tom. 3 *Rer. Germ.* pag. 31, *Hartmannus Maurus*, de *Coronatione Caroli V*, apud *Schardium* Tom. 2, *Rer. Germ.* pag. 23; & *Goldaſtum* part. 3. *Polit. Imper.* Diſc. 3, p 271 & 272. *Lundorpius*, Tom. VII. *Contin. Act. Publ.* lib. 6, cap. 124, pag. 44. *Carpzovius*, de *Lege Regia Germ.* cap. 11, Sect. 10, §. 34, p. 307; Olim brevior formula erat, teſte *Witichindo*, lib. 2. Annal. apud *Meibomium*, Tom. I. *Rer. Germ.* p. 642, ubi, de *Ottone I. Accipe hunc Gladium, quo ejicias omnes Chriſti adverſarios, Barbaros & malos Chriſtianos, auctoritate divina, tibi tradita omni poteſtate totius Imperii Francorum, ad firmiſſimam pacem omnium Chriſtianorum &c.) Bey dieſen Worten, wurde beſagter Sabel in die Scheide geſtoſſen, und von denen weltlichen Herren Churfürſten, und Geſandten, ſelbiger Ihro Majeſtat umgürtet &c.* Conveniunt hæc cum Relatione Coronationis *Matthiæ*, an: 1612, apud *Goldaſtum*, Politiſch. *Reichshændel*, part. I, pag. 101. Auctor verò Deſcriptionis Inaugurationis *Maximiliani* 2, anno 1562, apud *Schardium* l. c. Tom. 3, p. 86, ſolum Saxonem hoc munere functum perhibet verbis: *Gladium igitur illum in vaginam Elector Saxoniæ recondidit, ac Regis lateri circumdedit &c. Adamus & Nicolaus Heyden* fratres, in Deſcriptione Latina ejusdem Coronationis, apud eundem l. c. pag. 91, rem iterum aliter recenſent: *Gladium, hac, qua dixi, verborum formula, traditum, ut Rex in vaginam recondidit, Saxo progrediens illius lateri accommodavit &c.* Aliter, *Hartmannus Maurus*, l. c. *Gladio in vaginam recondito, Regia Majeſtas ſeſe accinxit &c.* Aliter *Carpzovius* l. c. pag. 306, de Inauguratione *Ferdinandi* 3: *Immittelſt dieſer* Imprecation, *bey den Worten*: Accingere Gladio Tuo; *iſt ſolch Kayſer Carls Schwerdt in die Scheiden geſtochen, und Ihrer Majeſtat, durch die Churſt. Durchl. in Bayern*, adſtantibus *den Sachſiſchen und Brandenburgiſchen Geſandten, umgürtet worden.* Inaugurationis *Ferdinandi IV*, anno 1653, memor *Lundorpius* l. c. rurſus aliter: *Immittelſt dieſer* Imprecation, *bey den Worten*: Accingere gladio tuo, *iſt ſolches Kayſer Carls Schwerdt in die Scheiden geſtochen, und Ihrer Majeſtat, durch die Churfürſtl. Durchl. zu Pfalz*, Aſtantibus *Chur-Bayer-Sachs und Brandenburgiſcher Geſandten umgürtet worden.* In *Cerimoniali Romano*, apud *Bertium* l. c. legitur: *Finita oratione, Diaconus accipit Gladium, & reponit illum in vagina, quam habebat in manu, & ſimul cum Pontifice* (Conſecratore) *accingit illo Cæſarem.* Sed hæc Coronationem Romanam reſpiciunt.

(k) ANNULUS &c. Celebrata ſolennitate cum Gladio, *iſt hæchſtgedachtem Herrn* Conſecratori, *von denen Herren* Aſſiſtenten, *der Kœnigliche Ring von Diamant, (vom Altar) gereichet, welchen derſelbe Ihro Majeſtat, dem Kœnig an den Finger geſteckt, mit dieſen Worten*: Accipe Regiæ dignitatis Annulum &c. Hæc *Ferrarius* loc. cit. pag. 138. Integram Formulam legas apud *Goldaſtum* l. c. *Freherum* l. c. *Lundorpium* l. c. *Carpzovium* l. c. pag. 306. *Accipe Regiæ dignitatis annulum, &, per hunc Catholicæ fidei cognoſce ſignaculum; &, ut hodie ordinaris Caput, & Princeps Regni & Populi; ita perſeverabis Author & ſtabilitor Chriſtianitatis, & Chriſtianæ fidei, fieri, ut felix in opere, cum Rege Regum, glorieris per ævum. Cui eſt honor & gloria, per infinita Secula Seculorum, Amen.* Conf. *Hartman-*

Digitized by Google

mannus Maurus loc. cit. pag. 23 & 24. *Heydeni* fratres, de *Coronatione Maximiliani* 1, l.c. Tom. 3, p. 91; *Carpzovius* l. c. pag. 306, de *Coronatione Ferdinandi III.* Tempore *Inaugurationis Wilhelmi* Hollandi, hanc fuiſſe adhibitam: *Accipe Signaculum Monarchiæ, & Romanum Regnum in ſuo vigore conſerva, &, ab incurſione Barbarorum, invicta virtute defende, docet Magnum Chronicon Belgicum*, p. 245; addens ſimul, non Conſecratorem, ſed Marchionem Brandenburgicum, Regi annulum porrexiſſe, præfataque verba enunciaſſe. *Annulum* jam *Henrici IV*, ætate è numero *Inſignium* fuiſſe, patet ex verbis *Helmoldi*, præc. lit. b.

(*l*) SCEPTRUM. Pergit *Ferrarius* l. c. *Dieſem nach wurde von denen Herren* Aſſiſtenten, *der Kœnigliche Scepter, nebſt dem Reichs-Apffel, Chur-Maintz gereichet, und von dieſem Ihro Majeſtat, dem Kœnig, der Scepter, in die Rechte, der Reichs-Apffel aber in die lincke Hand gegeben, his verbis: Accipe virgam virtutis, atque veritatis, qua intelligas mulcere pios, & terrere reprobos, errantibus viam pandere, lapſisque manum porrigere &c.* Integra formula ſic ſonat: *Accipe virgam virtutis atque veritatis, qua intelligas mulcere pios, & terrere reprobos, errantibus viam pandere, lapſisque manum porrigere, disperdasque ſuperbos, & relevet humiles. Et aperiat Tibi Oſtium Chriſtus Dominus noſter, qui de ſe ipſo ait: Ego ſum oſtium; per me ſi quis introierit, ſalvabitur; qui eſt Clavis David, & Sceptrum Domus Iſraelis, qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit; ſitque tuus ductor, qui eduxit vinctum de domo carceris, ſedentem in tenebris, & umbra mortis; at in omnibus ſequi merearis Eum, de quo David Propheta cecinit: Sedes Tua Deus, in Seculum Seculi; Virga Directionis, Virga Regni Tui; & imitando Ipſum, diligas Juſtitiam; & odio habeas Iniquitatem; quia propterea unxit Te Deus, Deus Tuus, ad exemplum Illius, quem ante ſecula unxerat oleo exultationis, præ participibus ſuis, Jeſum Chriſtum, Dominum Noſtrum, qui cum Eo vivit, & regnat, Deus, in Secula Seculorum, Amen.* Vid. *Cerimoniale Romanum* de Inauguratione Friderici III, ap. *Bertium*, lib. 2, *Deſcript. Germ.* pag. 110, *Sigismundus von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 7, p. 583; *Freherus* Tom. 3, *Rer. Germ.* p. 31, in Deſcriptione *Maximiliani I*, Inaugurationis. *Carpzovius*, de *Leg. Reg. Germ.* cap. XI, Sect. 10, §. 34, pag. 306 & 307; *Lundorpius* Tom. VII. *Act. Publ.* lib. VI, §. 125, p. 44, perperam licet, loco verborum: *aperiat tibi oſtium*, legat: *aperiat tibi officium*: add. *Maurus*, *Coronat. Caroli V*, apud *Schardium* Tom. 2, *Rer. Germ.* pag. 24. & *Goldaſtum* part. 3. *Polit. Imper.* Diſc. 3, p. 272: *Heydeni* Fratres, de *Coronatione Maximiliani* 2, ibid. Tom. 3, p. 91; *Goldaſtus*, *Reichshandel*, part. 1, de *Coronatione Matthiæ*, pag. 101; Alii. Tempore Inaugurationis *Ottonis I*, formula hæc fuit: *His ſignis monitus paterna caſtigatione, ſubjectos corripias, primumque Dei Miniſtris viduis ac pupillis, manum miſericordiæ porrigas.* Vid. *Witichindus* l. c. p. 643; Cum *Wilhelmus Hollandus* inauguraretur, hæc dicebantur Regi: *Accipe Sceptrum Regni, & rebelles ſevera Correctione affligе, omnesque benevolos in tranquilla pace guberna.* Vid. *Magnum Chron. Belgicum*, pag. 245. Scribit de hoc *Sceptro Gotfridus Viterbienſis*, part. 19. *Chronic.* p. 532.

In manibus Regum dum Regia Sceptra tenentur,
Tunc quaſi per Virgam compeſcere cuncta videntur,
Pœnaque præſtatur, qua ratione datur.
Uſibus innumeris & Legibus undique fultus,
Inſtruit hic homines dignos prætendere cultus,
Regia Virga tamen, quo moderentur, habet
Plura ſolent homines per Climata fingere Jura,
Cæſar Sceptra tenens novit diſtinguere plura
Imperat & Virga Jura valere ſua &c.

Conf. *Gregorius IX*, P. R. in literis ad *Fridericum* 2, apud *Petrum de Vineis*, & Dn. *Wagenſeilium*, de *Republ. Noriberg.* cap. 26, p. 252: *Sceptrum Juſtitiæ portat in dextra, quæ gravis eſt ad puniendum iniquos &c.* & *Æneas Sylvius*, in *Hiſt. Friderici III*, pag. 80: *Sceptrum, quo Regia poteſtas indicatur &c. Marquardus Freherus*, ad *Petrum de Andlo*, lib. 2, cap. 8; *Carpzovius de L. R. Germ.* cap. 11, ſect. 10, §. 27, p. 301; *Limnæus Jur. Publ.* lib. 2, cap. 4, §. 21 &c. p. 55; *Loccenius*, *Antiquit. Sueo-Goth.* cap. 9, p. m. 56; aliique, quibus *Regiæ dignitatis* ſignum eſt. Deſcribit illud Dn. *Wagenſeilius* l. c. pag. 239: *Sceptrum Imperiale ingens quidem eſt, ſed argenteum tantum, & leviter inauratum; more vulgatorum ſceptrorum, ornatu cætera deſtituitur, niſi quod in ſummitate folia querna ſex habet, quorum tria, per alternationem ſurſum, totidem deorſum vergunt, deſinitque in querneam glandem &c.*

(m) POMUM. De hoc, ait Dn. *Wagenſeilius* l. c. pag. 239: *In Pomo Imperiali, nihil præcipuè mihi notavi. Modicum eſt, & quod virilis manus facile complectatur. Intus illud Terra repletum eſſe Gothofredus Viterbienſis ſcripſit in Chronico. Hanc autem, ſive materiam aliam, bractea aurea circumveſtit; ambit illud medium circulus, gemmis refertus, & talis quoque eſt crux, deſuper inſita immobilis &c.* Inaugurationis *Wilhelmi Hollandi* memor *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 245, inquit: *Tum Bavariæ Dux, Palatii comes, ſeu Dapifer, Globum Ei aureum dedit, ita dicens: Accipe Globum Sphæricum & omnes Terræ Nationes Romano Regno ſubjice, ut glorioſus Auguſtus appellari valeas &c.* Conf. *Trithemius*, *Chron. Hirſaug.* p. 244, & *Freherus Origin. Palat.* cap. 15, pag. 129; add. præced. Tit. 4, §. 7, lit. a. pag. 377. Quid denotet, exprimit *Gotfridus Viterbienſis* part. 19 *Chron.* p. 533, canendo:

Aureus

Aureus ille Globus, Pomum, vel Palla vocatur,
Unde figuratum Mundum geſtare putatur.
Quando coronatur, Palla ferenda datur.
Signigficat Mundum, formâ perhibere rotundum,
Intus habet plenum, terreſtri pondere, fundum,
Quem tenet arcanum Palla ferenda manu &c.

In Epiſtola *Gregorii IX.* P. R. ad *Fridericum* 2 Imp. ap. *Petrum* de *Vineis*, & Dn. *Wagenſeilium*, de *Republ. Norimberg.* cap. 26, pag. 251, hæc habentur: *In Siniſtra, Pomum Aureum,* (portas) *initio carens & fine: quod eſt miſericordia, cui Regnum promittitur ſempiternum, quæ extenta debet eſſe ad liberandum oppreſſos, & miſeros conſolandos. Quia judicium ſine miſericordia deſtituitur, ſi unum ſine altero teneatur &c.* Apud *Æneam Sylvium*, in Vita *Friderici III*, pag. 80, legimus: *Pomum, quod Mundi Dominium oſtendit &c.* Deſcribendo inaugurationem *Maximiliani 2, Heydeni* fratres, ap. *Schardium* T. 3 *Rer. Germ.* p. 61, ajunt: *Exin Regium Sceptrum Pomumque, Orbis Terrarum figuram repræſentans, porrigit, admonens rurſum, ut Chriſtianæ Reipublicæ Orbis juſtitiam æquabiliter adminiſtret, paci conſulat, Leges Imperii omnes pro virili tueatur &c.* De *Cruce ſuperimpoſita* pergit *Gotfridus Viterbienſis* l. c.

Crux ſuper eſt Pomo cæli ſuper inſita dono,
Suſcipe Corde bono, Rex quæ Tibi myſtica promo,
Teque ſedente Throno, proſpice: Quid ſit homo?
Crux & Palla ſimul pariter connexa tenentur,
Hæc magis, illa minus, parte reverenda videntur,
Hæc ferit, hæc ſanat, hæc perit, illa manet.
Si mundana cupis pugno concludere Regna
Significata Crucis Tbi ſint reverenter habenda,
Servulus eſto Dei, qui Tua ſceptra regit.

Conf. *Gewoldus*, cap. 10 *Septemviratus*, p. 198; *Carpzovius* de *L. R. German.* cap. 11, Sect. 10, §. 28, pag. 301; *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.* cap. 4, §. 26 & 27, &c. p. 55. & ad *Capitulationem Caroli V*, Art. 30, voc. *Empfahen*, §. 56, p. 328. Dn. *Becmannus*, Syntagm. *dignitatum Illuſtrium*, Diſſ. V, cap. 4, §. 2, pag. 489. Globum hunc ſeu Pomum, *Theodoſiano* Seculo ab Imperatoribus Chriſtianis uſurpari cœpiſſe, ex *Schefferi Upſalia* cap. 17, docet *Loccenius*, *Antiquit. Sueo-Goth.* cap. 9, p. 67. *Arumæum*, ad A. B. Diſc. 6, §. 3; *Petrum Gregorium*, lib. 6 de *Republ.* cap. 13, §. 14; *Knichenium*, de *Saxonum Jure non provoc.* verb. *Electorum*, c. 1, §. 145; *Johannem Meurſium*, in Mantiſſa ad Libr. de *Luxu Romanor.* c. 8, aliosque, Globi noſtri auctorem conſtituentes *Juſtinianum Imp.* quibus Dn. *Becmannus* l. c. p. 490 ſubſcribit, refutare conatur *Welſerus à Neuhof* in Tract. de *Sacri Imperii Summis Officialibus*, p. 192, ex *Nicolai Alemanni* Notis *ad Hiſtoriam Procopii*, p. 28; quamquam locus ille non ſine periculo. *Caroli Du Freſne*, Diſſ. de *Numiſmatibus Inferioris ævi*, ſententiam exhibet Dn. *Welſerus* l. c. *Sed poſterioris illius* (Crucis) *uſus notam, ante Valentiniani tempora, in iisdem vix reperire eſt, tametſi Crucis figura, variis in locis impreſſa poſt Conſtantinum obſervetur, niſi ad Conſtantinum, aut Conſtantium filium, referenda ſit gemma, cujus ectypon extat in Dactyliotheca MS. Ludovici Chalucii, in qua inſculptus Globus cruciger, cum A & ♎ characteribus, qui Deo adſcribi ſolent; Qui, quod de Jove dixit Orpheus, eſt ἀρχὴ πάντων πάντωντε τελευτὴ, & hiſce aliis in circuitu, SAL. GEN. HUM. CONST. id eſt, ut interpretatur idem Chalucius: SALUS GENERIS HUMANI CONSTANTIUS; quomodo in nummis indigitantur M. Lepidus, C. Cæſar, Galba, & aliquot alii, niſi hæc ad Crucem, referri debeant, quod idem cenſet, atque ſuadere videntur Characteres CONST. Globo Crucigero ſubjecti &c.* Dn. *Joh. Henr. Eggelingius*, *Miſcellanearum Germaniæ Antiquitatum* Diſſ. V. de *Statuis Rublandicis*, p. m. 23, in contrarium, de *Carolo Magno* ait: *Sintemahlen man weder dieſen, noch einen, aus ſeiner* Familie, *Ihme ſuccedirenden Kayſer*, in ullo aliquo Antiquitatis Monumento, *mit einem Creutz tragenden Reichs-Apffel - - - - ſehen wird. Jenen will zwar* Cangius in Diſſ. de Inferioris ævi Numiſmatibus, §. 19, p. 16, *dem* Carolo Calvo, *auß deſſen Bildnüß, welches* Stephanus Baluzius, *in ſeinen* Notis ad Capitularia, T. 2, p. 1278, *abzeichnen laſſen, beylegen, ſagt aber zugleich*: tametſi ſorte nec Imperator. *Wie käme Ihme aber dan der Reichs Apffel zu? So zweiffels er auch weiter, ob nicht* Benedictus III (rectius VIII) P. R. *der Erſte geweſen, welcher einen ſolchen* Globum *erfunden, oder zuſammen geſetzt, und* an. 1013, *dem Kayſer* Henrico 2 *offeriret habe. Muthmaſſe dannenhero, daß dasjenige, was dieſer in der Lincken Hand faſſet, nicht eine Kugel, ſondern eine* Orbiculata halea, *ein rundes Haupt-Tach, ſeye (wie man, nach* Marquardi Freheri *Bericht*, in Comment. ad Conſtit. Caroli III, de Expedit. Roman. p. 14, *den Helm dero Zeit genennet,) da dan, wan er aufgeſetzt worden, deſſen Creutz recht vor der Stirn zu ſehen kommen &c.* Quæ de *Benedicto* Papa VIII heic dicuntur, ſedem habent in *Glabro Rodulpho*, lib. 1, in fine, qui ſequentia prodidit memoriæ: *Anno Dominicæ Incarnationis 1013, licet Inſigne illud Imperiale diverſis ſpeciebus prius figuratum fuiſſet, Venerabili tamen Papæ, Benedicto, Sedis Apoſtolicæ, juſſum* (forte: Viſum) *eſt admodum intellectuali ſpecie. Qui idem Inſigne præcepit fabricari, quaſi Aureum Pomum, atque circumdari per quadrum pretioſiſſimis quibusque Gemmis, ac deſuper Auream Crucem inſeri. Erat autem inſtar ſpeciei hujus mundanæ molis, quæ videlicet in quadam rotunditate circumſiſtere perhibetur. Ut dum ſiquidem illud reſpiceret Princeps terreni Imperii, foret ei documentum, non aliter debere imperare, vel militare in Mundo, quam ut dignus*

 habe-

haberetur vivifica Crucis tueri vexillo - - - - cumque poſtmodum prædictus Papa Imperatori, videlicet Henrico, hujus rei gratia, (ut coronaretur) *Romam venienti, obviam, cum maxima Virorum & ſacrorum ordinum multitudine, proceſſiſſet ex more, Eique hujusmodi Inſigne, ſcil. Imperii, in conſpectu totius Romanæ plebis, tradidiſſet; ſuſcipiens illud hilariter, circumſpectoque eo, ut erat Vir ſagaciſſimus, dixit: Optime Pater (inquiens ad Papam) iſtud facere decreviſti, noſtræ portendendo juvenis Monarchiæ, qualiter ſeſe moderari debuerat, cautius perdocuiſti &c.* Conſ. *Baronius* Tom. XI *Annal.* ad an. 1013, §. 6 & 7, p. 45; *Bzovius* Tom. 2 *Hiſt. Eccleſ.* lib. 10, §. 2, p. 174; *Vignierius*, de la *Bibliotheque hiſtoriale*, part. 2, p. 658; *Limnæus* ad *Capitulat. Caroli V*, Art. 30, voc. *Empfahen*, §. 18, p. 329; *Freherus Orig. Palat.* Part. 1, cap. 15, p. 119; Idem, ad *Petrum de Andlo* p. 78; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſ. German.* lib 3, c. IX, §. 6 & 7, p. 404 ad 406. Tanta incertitudine mentem ſuam declarant Auctores. Effigiem *Conradi I*, Romanorum Regis, dextra gladium, & ſiniſtra Pomum, *ſuperimpoſita Cruce*, tenentis, exhibet *Bucelinus*, in *Hiſtoria Agilolfingica*, part. 2 *Germaniæ Stemmatographicæ*, p. 375.

(*n*) PALLIUM REGALE. Cerimonia, cum *Sceptro & Pomo*, finita, *haben Ihro Majeſtæt den Reichs-Apffel Chur-Bayern, und das Scepter dem Chur-Brandenburgiſchen; das Schwert aber dem Chur-Sæchſiſchen Abgeſandten zugeſtellt; Worauf, wie die zween Nürnbergiſche Herren Abgeordnete den Kayſerlichen Lœwen-Mantel, oder* Pluviale, *von dem nahe auf der Seiten geſtandenen Tiſch, vor den Altar gebracht, und ſolcher Ihro Majeſtæt angeleget worden; hat der Herr* Conſecrator &c. Ita *Ferrarius*, in *deſcriptione Inaugurationis Joſephi*, part. 3, p. 44; cap. IV, p. 138: Conſ. *Lundorpius* T. VII. *Act. Publ.* lib. VI. §. 125, p. 44, de *Ferdin. IV*; *Carpzovius* de *Leg. Reg. Germ.* c. XI, Sect. 10, §. 34, p. 305, de *Ferdinando III*; *Goldaſtus*, part. 1 *der Reichs. Handel*, p. 51 & 52, de *Carolo V*, & p. 101, de *Matthia. Schardius* T. 3 *Rer. Germ.* pag. 86, de *Maximiliano 2. Theatrum Europ.* Tom. VIII, p. 519, de *Leopoldo.*

(*o*) ANTE CORONATIONEM &c. Quibus ceremoniis *Otto I*, fuerit inauguratus, ex lib. 2. Annalium *Witichindi*, p. m. 642 & 643, petendum eſt. Conſecrationem *Conradi Salici*, delineat *Wippo* in Ejus vita. De coronatione *Wilhelmi Hollandi*. vid. *Magnum Chron. Belg.* p. 244 &c. *Friderici III*, Inaugurationis ſolemnitatem, deſcriptam, offendis, ex *Cerimoniali Romano*, apud *Bertium*, lib. 2, de *Germania*, cap. 9. p 104 &c. & Sigismundum *von Bircken*, *im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 7, p. 580 &c. Coronationem *Maximiliani I*, anno 1486, habes apud *Freherum* Tom. 3, *Rer. Germ.* p. 27 &c. De Coronatione *Caroli V*, legas *Hartmannum Maurum*, apud *Schardium*, Tom. 2. *Rer. Germ.* pag. 22 &c. & *Goldaſtum* part. 1, Tit. 7, p. 51 & part. 3, *der Reichs-Handel*, §. 2, p. 151 &c. & *Polit. Imper.* part. 3, Diſc. 3, pag. 270 &c. *Maximiliani 2, Thuanum*, lib. 31, p. 160. *Goldaſtum*, l. c. part. I, §. 8, 72 &c. & *Schardium* l. c. Tom. 3, p. 85 &c. evolvas. *Matthiæ*, depingit *Goldaſtus* l. c. part. 1, cap. 12, p. 99 &c. *Ferdinandi III, Theatr. Europ.* Tom. 3 ad annum 1636, p. 745 &c. & *Carpzovius*, de *Lege Regia Germ.* cap. XI, Sect. 10, §. 34, p. 302 &c. *Ferdinandi IV*, *Lundorpius* Tom. VII, *Act. Publ.* lib. 6, §. 125, p. 39 &c. *Theatr. Europ.* Tom. VII, ad annum 1653, pag. 360; *Leopoldi Theatr. Europ.* Tom. VIII, ad ann. 1658, p. 525 &c. & *Diar. Europ.* Tom. I, pag. 947 &c. & *Joſephi*, Dn. *Ferrarius*, qui l. c. pergit: *Hat der Herr* Conſecrator *nebſt ſeinenn beeden Churfürſtlichen Herrn* Aſſiſtenten, *die Kœnigliche Reichs-Krone von dem Altar genommen, und ſolche Ihro Majeſtæt, dem Kœnig Joſeph, mit einander zugleich aufgeſetzt, und gekrœnet, darzu Chur-Maintz dieſe Wort gebraucht: Accipe Coronam Regni &c.* Integra formula hæc eſt:

Accipe Coronam Regni, quæ, licet ab indignis, Epiſcoporum tamen, manibus, Capiti Tuo imponitur, quamque Sanctitatis Gloriam, & opus fortitudinis expreſſe ſignificare intelligas, & per hanc, Te participem Miniſterii noſtri non ignores, ita, ut, ſicut nos in interioribus Paſtores Rectoresque animarum intelligimur, ita & Tu in exterioribus verus Dei Cultor, ſtrenuusque, contra omnes adverſitates, Eccleſiæ Chriſti defenſor aſſiſtas, Regnique à Deo Tibi dati, &, per officium noſtræ Benedictionis, vice Apoſtolorum, omniumque Sanctorum ſuffragio, Tuo Regimini commiſſi, utilis executor, Regnatorque proficuus ſemper appareas, ut inter Athletas virtutum gemmis ornatus, & præmio æternæ felicitatis coronatus, cum Redemptore ac Salvatore, Domino noſtro Jeſu Chriſto, cujus nomen vicemque geſtare crederis, ſine fine glorieris. Qui vivit & imperat Deus, cum Deo Patre, in unitate Spiritus Sancti, per omnia Secula Seculorum, Amen. Vid. *Lundorpius* Tom. VII, *Act Publ.* lib. 6, §. 125, p. 45; & *Carpzovius* l. c. pag. 307. Conſ. *Cerimoniale Romanum*, de *Inauguratione Friderici III*, apud *Bertium* l. c. pag. 110, & Sigismundum *von Bircken*, l. c. pag. 583. Conſilia de Ritibus Coronationis *Caroli VI*, inſtituendis legi poſſunt Tom. XVIII *der Staats-Cantzley Fabri*, cap. VI. §. 17. pag. 600 ſeq.

(*p*) ET UNCTIONEM &c. Hæc peragitur ante Coronationem, & ſequitur Juramentum, de quo ſeq. lit. q. Unctionem *Joſephi* ſic deſcribit *Ferrarius* l. c. part. 3, cap. 4, p. 136. *Gleich nach dieſem* (juramento præſtito) *hat ſich der Herr* Conſecrator *zu denen Herren Churfürſten, Grafen und Herren gewendet, und mit heller Stimme gefragt:* Vultis tali Principi vos ſubjicere, Ipſiusque Regnum firmare, fide ſtabilire, atque juſſionibus Ejus obtemperare, juxta Apoſtolum: Omnis anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, ſive Regi, tanquam præcellenti? *darauf alle Umſtehende laut geruffen, und geantwortet:* Fiat, Fiat, Fiat: *Solchem nach als Ihro Kœnigliche Majeſtæt wieder zurück getreten, und vor den Altar gekniet, haben Chur-*

Maintz

Digitized by Google

Maintz über dieſelbe die Benediction *geſprochen: Benedic Domine hunc Regem Noſtrum, Joſephum, qui Regna omnia moderaris, (à Seculo, & tali Eum benedictione glorifica, ut Davidicæ teneat ſublimitatis Sceptrum, & glorificatus in Ejus protinus imperet merito. Da Ei, tuo inſpiramine, cum manſuetudine ita regere Populum, ſicut Salomonem Regnum feciſti obtinere pacificum, Tibi ſemper ſit cum honore ſubditus, tibique militet cum quiete: Sit Tuo clypeo protectus cum Proceribus, & ubique Tua Gratia victor exiſtat. Honorifica Eum præ cunctis Regibus Gentium; felix Populis dominetur, & feliciter Eum Nationes adorent. Vivat inter Gentium catervas Magnanimus; ſit in Judiciis æquitatis ſingularis; locupletes Eum Tua prædives dextera; frugiferam obtineat Patriam; præterea & prolixitatem vitæ, per tempora, & in diebus Ejus oriatur Juſtitia. A Te teneat robuſtum Regiminis Solium, & cum Juſtitia, & jucunditate, æterno glorietur in Regno. Deus ineffabilis, Autor Mundi, Conditor Generis humani, Gubernator Imperii, Confirmator Regni, qui ex utero Fidelis Amici Tui, Patriarchæ noſtri, Abrahæ, praelegiſti Reges, ſeculis profuturos. Tu præſentem hunc Regem, N. cum Exercitu ſuo, per interceſſionem omnium Sanctorum, uberi Benedictione, locupleta, & in Solium Regni, firma ſtabilitate, connecte. Viſita Eum, ſicuti Moyſen, in Mari Rubro; Joſuam, in Prælio; Gideonem, in Agro; Samuelem, in Templo; &, cum illa Benedictione ſiderea, ac ſapientiæ rore, perſunde, quam B. David, in Pſalterio, & Salomon, filius Ejus, Te remunerante, percepit à Cœlo; ſis Ei, contra acies inimicorum; lorica, in adverſis, galea; in proſperis, patientia; in protectione, clypeus ſempiternus; & præterea præſta, ut Gentes Illi teneant fidem; Proceres ſui habeant pacem; diligat charitatem; abſtineat ſe à cupiditate; loquatur juſtitiam; cuſtodiat veritatem; & ita Populus iſte, ſub Ejus Imperio, pullulet, ita alatur benedictione æternitatis, ut ſemper maneant tripudiantes, & in pace Victores, quod ipſe præſtare dignetur, qui vivit & regnat Deus, in Secula Seculorum Amen.* Vid. *Lundorpius* Tom. VII. Act. Publ. lib. 6, §. 125, p. 42 & 43. Vid. *Carpzovius* de L. R. Germ. cap. XI. Sect. 10, §. 34. p. 305. *Und da ſolches vollendet, wurden Ihro Majeſtæt, von dem Chur-Brandenburgiſchen Abgeſandten mit Beyhülff der Kœniglichen Kammerer, zur Salbung entblœſſet; indeſſen hat der Herr* Conſecrator, *Chur-Maintz, das* Oleum Catechumenorum *zur Hand genommen, und geſprochen:* Pax Tibi! *darauf geantwortet worden:* Et cum Spiritu Tuo. *Womit zur* Unction *geſchritten wurde, und geſchahe ſelbige: (1) Auf der Scheitel des Haupts, kreutzweiß; (2) dann, zwiſchen denen Schulter-Blættern, und im Nacken; (3) nachgehends, auf der Bruſt, (4) dann am rechten Arm, zwiſchen der Hand und Ellebogen, und (5) letzlichen, auf der flachen rechten Hand; dabey jedesmahl geſprochen worden:* Ungo Te in Regem, de Oleo Sanctificato, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. *Immittelſt hatte die Kayſerliche Muſic den* Antiphon: Unxerunt Salomonem, *geſungen. Und als Chur-Maintz die Salbung* (palmæ dexteræ) *verrichtet, ſprachen dieſelbe noch dazu:*

Ungantur manus iſtæ de Oleo Sanctificato, unde uncti fuerunt Reges, & Prophetæ, & ſicut unxit Samuel David, in Regem, ut ſis benedictus, & conſtitutus Rex, in Regno iſto, ſuper Populum iſtum, quem Dominus, Deus Tuus, dedit Tibi, ad regendum & gubernandum, quod Ipſe præſtare dignetur, qui vivit & regnat, Deus, in Secula Seculorum, Amen.

Dabey dann der Antiphon: Unxit Te Deus, *geſungen worden. Worauf die geſalbte Kœnigl. Majeſtæt, nachdem zuvorhero die Abwiſchung des Oels, mit rockenem Brod, und weiſſer Wolle, geſchehen, von ſæmtlichen Herren Churfürſten, (auſſer dem Herrn* Conſecratore) *und Geſandten, ſamt dem vorigen* Comitat, *in die Sacriſtey geführet würde; allwo die Nürnbergiſche Herren Abgeordnete, bey denen Kayſerlichen* Pontificalien *ſchon parat ſtunden, und aufwarteten, und ſelbige denen Herren Churfürſten zulangten, von welchen dann Ihro Majeſtæt mit der Violbraunen* Dalmatica, *wie auch der Alba, oder weiſſen Leviten-Rock, ſamt der* Stola *um den Halß, vorn über die Bruſt kreutzweiß angekleidet, die* Sandalien *aber von dem andern Nürnbergiſchen Herren* Deputirten *angethan, und alsdann in ſolchem Habit von ſæmtlichen Anweſenden wieder zu dem Altare begleitet worden &c.* Adeoque peracta *Unctione*, induebatur demum Pontificalibus & poſtea coronabatur. Conf. de Unctione *Friderici III*, præced. Tit. 5, §. 11, Ejus vita, ad annum 1452; *Bertius*, lib. 2. *Germaniæ*, Cap. 9, p. 107; & Sigismundus *von Bircken*, lib. 5, *des Oeſtreichiſchen Spiegels der Ehren*, cap. 7. p. 581; quorum tamen teſtimonio, *unctio* ſaltem in *dextro brachio*, & *ſcapulis*, facta. Auctor *Inaugurationis Maximiliani I*, anno 1486, apud *Goldaſtum* Tom. 3. *Rer. Germ.* p. 29, ſcribit: *Archi-Epiſcopus Colonienſis unxit Eum* (1) *in Capite*, (2) *in Pectore* (3) *inter ſcapulas*, (4) *& ambas juncturas brachiorum, de oleo Catechumenorum &c.* & p. 30: *Poſtea Dominus Colonienſis unxit Palmas manuum Regis, dicens: Ungantur manus iſtæ. Carolum V*, unctum fuiſſe (1) in Capite, (2) in pectore, (3) inter ſcapulas, (4) in juncturis utriusque brachii, & (5) in utraque palma, diſcimus ex *Hartmanno Mauro*, apud *Schardium* Tom. 2. *Rer. Germ.* p. 23; Conſecrationis *Maximiliani 2*, ann. 1562, memores *Heideni* Fratres, apud *Schardium* l. c. Tom. 3, p. 91, inquiunt: *In pectus, & caput, & brachiorum flexus, manuumque palmas, inungit &c.* In Deſcriptione Germanica ejusdem Inaugurationis, apud *Goldaſtum* part. I, *der Reichs-Handel*, p. 73, legitur: *Der obgemeldte Ertz-Biſchoff von Maintz ſalbet alsdann Ihro Kœnigl. Majeſt. (1) am Haupt, oben über die Scheidel, (2) darnach fornen an der Bruſt;* item (3) *hinten an den Schultern, und (4) an dem rechten Arm, auch (5) inwendig über die Flach, oder Pallen derſelben Hand.* De *Unctione Mathiæ*,

Item (3) *Gladius Karoli Magni*, *primi Imperatoris Romanorum*, *quem tunc Imperator tenebat in manibus*, & (4) *Corona*, *qua coronatus eſt in Imperatorem, à Leone Papa III*, *Item* (5) *Gladius Mauricii Martyris*; *Item* (6) *Petia Brachii S. Annæ*, *Matris Mariæ Virginis*; & (7) *Dens Johannis Baptiſtæ*; *Item* (8) *Petia cordæ*, *qua Chriſtus fuit ad columnam ligatus*; (9) *Spongia*, *qua fuit in Cruce potatus*, & *alia plures reliquiæ Sanctorum &c.* Pauciora ab initio fuiſſe, probari poſſe videtur, auctoritate *Wuichindi Corbejenſis*, lib. 1, Annalium, apud *Meibomium* Tom. I, *Rer. Germ.* p. 636, qui Colloquii *Conradi* Regis, cum fratre *Eberhardo*, de eligendo ſibi ſucceſſore, memor, inquit: *Sumptis his Inſigniis*: *Lancea Sacra*, *Armillis aureis*, *cum Chlamyde*, & *Veterum Gladio Regum*, *ac Diademate*, *ito ad Henricum*, *facito pacem cum Eo*, *ut Eum fœderatum poſſis habere in perpetuum &c.* nec non *Luitprandi* factum hoc comprobantis, lib. 2, c. 7, cujus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 919, pag. 89 & 90, recitavi, interque ea: *Ipſo namque* (Conrado) *mortem. obeunte*, *memorati Principes Coronam*, *cunctaque Regalia indumenta*, *Henrico Duci contulerunt &c.* & *Ekkehardi Junioris*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 5, apud *Goldaſtum* Tom. I, *Rer. Alaman.* part. 1, p. 29, qui de eodem facto ſcribit: *Sumens ergo Coronam & Sceptrum*, *nocte dieque accelera ad Ipſum* (Henricum) *Teque*, & *Regnum*, *Ei*, *meis verbis*, *in manus dato &c.* clarius adhuc, relatione *Henrici IV*, de *Exauctoratione ſua*, quam præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad ann. 1106, p. 115 &c. recenſui, ibi: *A filio meo* (Henrico V) *miſſus venit ad me quidam Princeps*, *Wigebertus*, *dicens*: *nullum vitæ meæ eſſe conſilium*, *niſi*, *ſine ulla contradictione*, *omnia Regni Inſignia redderem* - - - - *ſicut definitum intelligebam*, *Coronam*, *Sceptrum*, *Crucem*, *Lanceam*, *Gladium*, *miſi Moguntiam &c.* Conf. *Gotfridus Viterbienſis*, part. 19, apud *Piſtorium*, p. 531, cui hæc Rubrica: *De Regalibus Inſignibus*, *videlicet*: *De Sancta Cruce*, *de Gladio*, *de Lancea Sacra*, *de Sceptro*, *de Pomo Aureo*, *de Corona*, *de Diademate &c.* *Helmoldus*, lib. I, *Chron. Sclavicorum*, cap. 32, §. 2, pag. 81: *Miſſi ergo à Principibus venerunt ad Regem*, *qui tunc forte conſiſtebat in Corte Regia Hilgellisheim* - - - *dicentes*: *Fac nobis reddi Coronam*, *Annulum & Purpuram*, *cæteraque ad Inveſtituram Imperialem pertinentia*, *Filio tuo deferenda &c.* & *Conradus Urſpergenſis*, ad an. 1106, p. m. 188: *Ipſe* (Henricus IV) *partis utriusque conſiliis annuens*, *Regalia vel Imperialia Inſignia*, *Crucem ſcilicet*, & *Lanceam*, *Sceptrum*, *Globum*, *atque Coronam*, *Filii poteſtati tradidit &c.* & *Rabbi David Gans*, in Chronico, apud Dn. *Wagenſeilium*, l. c. pag. 215. *Circa hæc tempora habebat Ludovicus*, *in poteſtate ſua* (1) *Gladium Caroli M.* *primi Germanorum Imperatoris*, (2) & *Lanceam*, *qua Meſſiæ illorum latus fuit transfoſſum*, & (3) *Fragmentum Crucis*, *in qua Nazarenus pependit*; & (4) *Clavum*, *qui manum Ejus affixam tenuit*; (5) *Mappam item*, *ſuper qua Nazarenus*, *ante mortem*, *cœnavit*. *Omnes iſtas res Dux Ludovicus*, *accepto argenti pretio*, *in manum dedit Cæſari*. Enimvero, hæc ſtrictè accipienda, non arbitror. Veteres Auctores potiora duntaxat recenſuiſſe, ex *Alberti Argentinenſis*, & *Dubravii*, nec non Judæi, *Ganſii*, verbis conſtat, quibus quædam ſaltem exprimuntur, cum contra ipſe *Carolus IV* pleniorem eorum catalogum ſiſtat. Coronationem *Caroli V* depingens *Hartmannus Maurus*, apud *Schardium*, Tom. 2 *Rer. Germ.* pag. 23, & *Goldaſtum* part. 3. Polit. Imper. Diſc. 3, pag. 271, ait: *Subnotatas autem Reliquas*, *Nurembergenſes à Carolo* (Magno) *geſtatas*, *pro vero habent &c.* (1) *Dalmaticam albam holoſericam*, *pretioſiſſimis margaritis*, *gemmisque*, *diſtinctam* (2) *Aurcam Stolam*, *margaritis quoque adornatam*, (3) *unam Cappam holoſericam*, *violacei coloris*, *cui aurum*, *in modum Aquilæ*, *intextum*; (4) *Alterum amiculum rubei coloris*, *contextum pari modo magna aurea Aquila.* *Inſuper* (5) *Coronam Caroli non ferream* - - - *ſed ex puro puto auro fabrefactam*, *ſic tamen*, *ut in ea veterum laudabilis parcitas ſatis eluceat*; (6) *Pomum*, & (7) *Sceptrum*, *aurea*, (8) *Gladium Caroli*, *admodum gravem &c.* *Præter hæc*, *advecta ſunt*, *hac tempeſtate*, (9) *Duæ Dalmaticæ*, *una violacei*, *alia vero nigri coloris*; (10) *Duæ Chyrothecæ*, *unionibus*, *pretioſisque lapidibus*, *ornatæ*: (11) *Socculi duo aurei*, (12) *Stola*, (13) *Zona coriacea*, *retinaculumque ejus aureum*, *quæ omnia pretioſis lapidibus affabre picturata*, *redimitaque fuere &c.* & Auctor Coronationis *Maximiliani II*, anno 1562 apud *Goldaſtum*, part. I. *der Reichs-Handel*, pag. 73: *Im* Conclave *bekleidet Ihro Kœnigl. Majeſtat ſich wie ein* Diacon, *mit Kayſer* Carolus *des groſſen Kleidern*, *und brachten Ihro Kœnigl. Majeſtat wieder herfür*, *zu dem Altar*, *allda gab ihm der Ertz-Biſchoff von Mainz*, (1) *ein bloß Schwerdt in die Hand*, *und befahl Ihr des H. Reichs gemein Nutz und Wohlfahrt &c.* (2) *ſteckt Ihr der Ertz-Biſchoff von Mainz*, *ein kœſtlichen Ring*, *und legt Ihr* (3) *einen kœſtlichen Mantel an*; *darnach*

nach gab er (4) *Ihro Kænigl. Majeſt. auch den Scepter, und* (5) *Reichs-Apffel; welche Kleinod alle, zuſamt* (6) *der Kron, wayland Kayſer Carln dem groſſen zugehœrt &c.* Sic modo plura, modo pauciora, enarrantur; Dn. *Thulemarius*, cap. 25. *Octovirat.* §. 22, p. 489, numerat ſex: *Imperialia Inſignia ſunt Sex* (1) *Pomum, cum Cruce impoſita*, (2) *Gladius*, (3) *Sceptrum*, (4) *Pallium, auro gemmiſque decoratum*, (5) *Annulus*, (6) *Corona*, *&c. Ferrarius*, in Deſcriptione Coronationis Joſephi, p. 131, habet totidem: (1) *Coronam*, (2) *Gladium Caroli Magni*, (3) *Sceptrum*, (4) *Pomum*, (5) *Pontificalia*. (6) *Sandalia*. Apud Dn. *Du May, en ſon Etat de l'Empire* pag. 201, occurrunt octo, ſcil. (1) *Corona*, (2) *Annulus* (3) *Sceptrum*, (4) *Pomum*, (5) *Sandalia*, (6) *Veſtis Dalmatica*, (7) *Cingulus &* (8) *Gladius*. Ex *Mateneſii* Deſcriptione *Coronationis Ferdinandi II*, lib. 3, pag. 88, profert *Limnæus*, Tom. 3. *Jur. Publ.* lib. 7, cap. 35, §. 12, pag. 382 &c. duodecim, nempe (1) *Coronam Regalem cum Cruce*, (2) *Dalmaticam veſtem Caroli Magni*. (3) *Cappam choralem*, mantum, ſeu mantellum, ſive paludamentum Cæſareum; (4) *Stolam auream*, (5) *Amiculum rubri coloris*, (6) *Chirothecas*, (7) *Sandalia*, ſeu calceos, aut ſocculos duos aureos, (8) *Tibialia*, ſeu Ocreas, Caroli Magni, (9) *Zonam coriaceam*, cum retinaculo ejuſdem aureo, (10) *Pomum*, (11) *Sceptrum* & (12) *Gladium Caroli Magni*. Eadem offendis apud *Lindenſpurium*, ad A. B. Cap. 22, excepto quod (13) *Annulum* addat. Conſ. *Bœclerus*, de *Rebus Sec. IX & X à Chriſto nato*, in vita *Henrici I*, pag. 245 & 246, *Rautnerus*, *in der Stats-Kunſt*, part. 4, cap. 4. Alii. Monendum inſuper, meritò Dn. *Tolnerum*, Tom. I. *Hiſt. Palat.* cap. 4, §. 1, p. 124, obloqui *Gewoldo*, de *Septemviratu*, cap. 10, pag. 170, ſtatuenti, Clinodiorum cuſtodiam jure hereditario ad Bavariæ Duces pertinuiſſe; verum contra eſſe, quod *Dubravius* l. c. memoriæ prodidit; *Conſueverant Cæſares Inſignia Cæſarum, cum ſanctis quibusdam Reliquiis, apud Succeſſores deponere.* Documento ſunt, quæ de *Conrado I*, & *Henrico IV*, jam in medium prolata. Mortuo *Ottone III*, nactus eſt ea *Herbertus Colonienſis*, Archi-Cancellarius, *Ezoni* C. P. R. affini Cæſaris deferenda; Vid. Vit. *S. Herberti* cap. 10, apud *Surium*, 16. Mart. p. 188; *Tolner*, l. c. c. 9, p. 232. Poſt fata *Henrici S. Cunigunda*, vidua, ea tenuit, donec *Conradus* eligeretur. Vid. præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad ann. 1024, pag. 101. Mortuo *Henrico V*, *Mathildim*, Ejus viduam, eadem aſſervaſſe, in favorem *Friderici* Ducis, defuncti ex ſorore, Nepotis, quem procul dubio, electum iri ſperabat, aſſerit *Otto Friſing.* de *Geſtis Friderici I*, cap. 15, pag. 415: conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d; ad ann. 1125, pag. 120. Ipſum *Fridericum* Ducem ea tenuiſſe, minus rectè perhibet *Albertus Stadenſis*, ad eundem annum: *Fridericus, Dux Suevia, poſt mortem Henrici, Avunculi ſui, accepit Regalia, certiſſimus, quod à Principibus eligeretur. Sed Albertus Moguntinus conſilium concepit, quo Regalia poteſtati Friderici eripiant, & ſic ad alium eligendum roborentur &c.* A *Lothario* Saxone, eadem nactus eſt *Henricus Superbus*, Saxonum Bojorumque Dux, Ejus Gener; vid. *Otto Friſing.* lib. VII, *Chronic.* cap. 23, p. 152, *Gotfridus Viterb.* part. 17 Chron. p. 511; add. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1138, pag. 123; *Fridericus I*, abituriens in Terram Sanctam, eadem tradidit, anno 1189, Filio, *Henrico*; Vid. *Otto de S. Blaſio*, cap. 32, p. m. 213; add. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1189, pag. 143. *Henricus IV*, eadem moribundus fratri, *Philippo*, reliquit; vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad ann. 1198, p. 146 ex *Conrado Urſpergenſi*, p. 233; Add. *Arnoldus Lubec.* lib. 6, c. 2, §. 1, pag. 451: *Philippus, qui Imperialia tenebat, Fratri ſuccedere aſpirabat &c.* Defuncto *Philippo* obvenerunt *Conrado Spirenſi*, Ejus Cancellario, poſtea *Ottoni IV*, porrecta; teſtes habeo *Cuſpinianum*, in Vita *Ottonis IV*, ubi: *Spirenſis autem Antiſtes, habens in ſua poteſtate Coronam, Crucem, & Lanceam, Inſignia Regalia, tanquam Imperialis Aulæ Cancellarius, penitus reddere recuſavit, niſi in Officio confirmaretur &c.* & *Bruſchium*, in *Catalogo Epiſcoporum Spirenſium*, & quidem in *Vita Conradi II*, verb: *Conradus II, Baro à Scharffeneck, Epiſcopus antea Metenſis, & Philippi Imperatoris Cancellarius, Vir prudentiſſimus, aſſumitur in Adminiſtratorem .... præfuit Spiræ bene & utiliter, annis 22; Etat Imperatoris etiam Ottonis IV, Cancellarius, cui dedit Inſignia Imperii, quæ Ipſe ſibi à Rege Philippo commendata, in Arce Trifels, religioſe aſſervarat &c.* De *Friderico II*, inquit *Conradus Urſperg.* ad ann. 1221, pag. m. 245: *Res Imperii in Lombardia, & in Tuſcia, cupiens diſponere, ... Inſignia Imperii, videlicet Coronam, & alia, remittit in Alemanniam, faciens ea cuſtodiri, ſub poteſtate Eberhardi de Tanne, Miniſterialis, & Dapiferi ſui in Walpurc. Filium quoque ſuum, Henricum, jam circiter octo annos habentem nutriendum, & gubernandum commiſit, Cunrado de Tanne, Pincernæ & Miniſteriali ſuo, in Caſtro Winterſteten &c. Carolum IV*, à *Ludovico* Bavaro, *Ludovici* Imperatoris filio, ea obtinuiſſe, diplomate Ejus ſupra probavi, pariter quod ab Ejus filio, *Sigismundo*, *Norimbergam* ſint translata, ubi adhuc cuſtodiuntur. Conf. *Welſerus à Neunhof*, Tr. *De Summis Imperii Officialibus*, Præfat. Dn. *Wagenſeilius* l. c. pag. 226. Quibus cerimoniis olim ſingulis annis, feria ſexta poſt Octavas Feſtivitatis Dominicæ Reſurrectionis, *Cimelia* hæc, vel *Clinodia*, fuerint oſtenſa, tradit Dn. *Wagenſeilius* l. c. p. 228 &c.

(*e*) NORIMBERGÆ &c. Si Inauguratio alibi, quam Aquisgrani, celebretur, ipſi quoque *Aquisgranenſes* Cimelia ſua eò deferunt, nominatim (1) *Gladium*,

5 S 2

Digitized by Google

picta, exhibens Ezechiam, ſive Hiskiam, Regem, ſedentem ægrumque caput dextra manu ſuſtentantem. Hujus dextro lateri ſe applicuit Eſaias Propheta, ſchedam oblongam manu tenens, in qua legitur:

ECCE ADICIĀ SUPER DIES TUOS XV ANNOS.

Amborum capitibus imminent verba:

ISAIAS EZE
PROPHETA CHIAS
REX.

Huic contigua eſt areola Occipitii majuſcula, duodecim inſignibus gemmis, cum intermediis unionibus, quamvis fere inordinatim poſitis, decorata. Quæ illam excipit, Regis, corona clauſa coronati, effigie notatur, cui ſcheda in manibus eſt, quæ inſcriptum habet:

HONOR REGIS JUDICIUM DILIGIT.

Super capite Regis, legas;

REX DAVID.

Iſti areolæ rurſus juncta eſt gemmata, & huic emblematica, in qua conſidet Rex coronatus, in ſcheda, quam utraque manu tenet, legenda exhibens verba:

TIME DOMINUM ET REGEM AMATO.

Capiti illius ſuperne additur;

REX SALOMON.

Atque dehinc jam ſe offert rurſus areola frontiſpicii primaria, cui inſuper, ex Cruce haud modica, quæ ſuperne inſigi, & demi iterum poteſt, dignitas & decus accedunt. Crucis pars anterior, & ipſa ſeptendecim gemmis lucentibus radiat: poſtica, levis eſt, Servatoris, quaſi in cruce patientis, figuram inciſam habens, citra colorum incruſtationem, manus ſanguinem exſtillant. Crux nulla ſculpta adjicitur, cum ipſa illa, quæ imaginem Chriſti ſuſtinet, ſufficiat tanquam baſis. In apice eſt epigraphe:

I H C
N A Z A R
E N V S R
E X I VDE
O R U M.

Præter Crucem inſigitur amplius huic areolæ Arcus, ſive Semicirculus ſinuoſus, mobilis is, cujus altera extremitas, oppoſita areolæ occipitii inſerenda. Hic margaritis ornatus eſt, quibus phrygiano opere expreſſa cernuntur verba:

CH VON RAD US DEI GR AT JA
RO MA NOR V̄ IMPERA TOR AUG.

Talis forma, & ſpecies, eſt Corona, quæ Noribergæ cuſtoditur; eadem inſuper intus mitram, ex holoſerico rubro, inditam habet, ut commode, & citra offenſionem, ſuſtineri queat. Hactenus Dn. *Wagenſeilius.* Eam *Carolo Magno* vindicari, cujus nomine vel Ipſe *Carolus IV*, Imp. *Martinus V*, Pont. Rom. *Henricus Rebdorffienſis*, ad an. 1361, aliique, quorum verba præced. lit. b, exhibui, quibusque *Hieronymus Balbus*, de *Coronatione*, c. 21, apud *Goldaſtum* part. 3, *Polit. Imp.* p. 268; *Ubbo Emmius*, lib. 50 *Rer. Friſic.* circa finem; *Hartmannus Maurus*, de *Coronat. Caroli V*, apud *Schardium* T. 2 *Rer. Germ.* p. 23; *Carpzovius* de *Leg. Reg. Germ.* cap. XI, Sect. 10, §. 15, p. 300, & alii, à Dn. *Thulemario*, cap. 25, *Octavir.* §. 23, p. 490, nominati, jungantur, eam compellant, in aprico eſt. *Hermannus Conringius*, in *Caſtigatione libelli*, cui Titulus: *Anti-Conringiana defenſio Juris Colonienſis*, Impreſſ. Helmſtadii 1664; & quidem *Ad Quæſtionem I*, §. 61, p. m. 8 &c. probare conatur, *Carolum Magnum* eam nunquam geſtaſſe, benè tamen *Conradum I*; quod (1) ante *Carolum IV*, nulla exſtent teſtimonia, quæ pro *Carolo Magno* loquantur, (2) inſcriptio Coronæ *Conradi* nomen diſtinctè ſatis prodat. (3) *Luitprandus*, lib. 2, cap. 7, claris verbis, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 919, p. 89, extantibus, teſtetur, *coronam*, quam *Conradus*, per fratrem, *Eberhardum, Henrico Aucupi* offerri curavit, *ipſius* fuiſſe *propriam*. Quam ſententiam quoque Dn. *Thulemarius* l. c. & Dn. *Adolphus Henricus de Winzingeroda*, in Diſſert. de *Ordine Equitum Georgii & Periſcelidis in Anglia*, an. 1681. Præſide laudato Dn. *Thulemario*, Heidelbergæ habita, *c.* 2, p. 5 & 6, amplectuntur. *Bæclerus*, in Comment. *de Rebus Sec. IX & X*, in Vita *Ottonis I*, p. 289 & 290, & *Joh. Henr. Eggelingius*, Exercit. V *Miſcellanearum Germaniæ Antiquitatum, de Statuis Rublandicis*, p. 23 & 24, nudè impugnant theſin, pro *Carolo Magno* conceptam, quod nullum genuinæ antiquitatis Monumentum Cæſarem hunc cum *Corona, Norimbergenſi* ſimili, referat; non tamen addentes, quid ſibi de Auctore videatur. *Gryphiander* de *Weichbildis*, cap. 70, §. 9 & 10, pag. 176, dubius eſt, num fortè *Conrado, Friderici* 2 Imp. filio, non ſit tribuenda, inter alia ornamenta Imperatoria, in Parmenſi obſidio amiſſa. Dn. *Wagenſelius* verò l. c. pag. 243 & ſeqq. & Dn. *Gundlingius*, diſſert. *de Statu Reipublicæ Germanicæ, ſub Conrado I*, §. X, pag. 69 &c. in contrarium ſuſtinent, eam pro *Caroli Mani* Corona omnino habendam, quia (1) tot Romanorum Pontificum Bullæ, tot Imperatorum Reſcripta, tot graviſſimorum Scriptorum teſtimonia, fama denique late per orbem ſparſa, id aſſerunt, (2) numus aureus apud *Stradam*, in quo *Carolum Magnum* ipſiſſima, quæ adhuc ſuperat, corona, redimitum, omnes cernunt, ſufficienti documento eſt. Nequaquam tamen inficiantur, ſub *Conrado*, (non *primo*, quippe qui *Imperatorio titulo* nunquam uſus, ſed) *Salico*, ſive *ſecundo*, incrementa acceſſiſſe, vel ſolo *Arcu* teſte,

Ejus nomen præ ſe ferente, quem ab Eo adjectum, perquam probabile. Ad *Luitprandi* verba reſpondendum, Vocabula: *propriam Coronam*, haud alio ſenſu accipienda eſſe, quam quo, paulo poſt, *Conradus omnia Regalia ornamenta ſua* vocet, cum tamen *Witichindus* lib. 1, Annal. p.m. 636, diſerte *Gladium Veterum Regum* fuiſſe teſtetur. Cur *Conradus III & IV* hic intelligi nequeant, fuſius exponit Dn. *Wagenſeilius* l. c. pag. 244. De myſtica ſignificatione *Coronæ*, evolvas *Honorium*, *Auguſtodunenſem* Presbyterum, an. 1220 clarum, in *Gemma animæ* lib. I, cap. 224, apud *Du Freſne*, in *Gloſſ.* voc. *Corona Imperialis*, p. 1226. Add. præc. Tit. 4, §. 7, lit. a, p. 377.

(g) CLAUSA &c. Daniæ, Bohemiæque Regum coronæ *apertæ* ſunt; *Gallica* verò, *Hiſpanica* & *Anglica*, *clauſæ*; Vid. Dn. *Schwederus Introd. J. P.* part. *ſpec.* Sect. I, cap. 2, §. 29, p. 238 &c. *Limn.* lib. 2, cap. 4. *Jur. Publ.* §. 16 ad 18, p. 54, qui addit *coronam clauſam* denotare *abſolutam potentiam*; interpretationem vero hanc non ſemper quadrare, vel ipſa Norimbergenſis Corona documento eſt. Pontifici Romano *clauſa triplex* imponitur, de qua Dn. *Zieglerus* lib. I de *Epiſcopis* cap. 6, §. 88, pag. m. 148, ait: *Ideo triplex eſſe debuit, ut Majeſtas Ejus ad Cœleſtia, Terreſtria, & Inferna, pertinere innueretur, uti, inter alia myſteria, hoc exponit Theophilus Raynaudus, Jeſuita, de Coron. Aur. Supr. Mitr. Pontif.* p. 396. *Ad Cœleſtia eam pertinere, non ſinit nos dubitare Bulla Clementis VI, qua Angelis in Cœlo imperavit, ut animas in itinere Romano defunctorum, à Purgatorii pœnis ſolutas, protinus in Cœlum deferrent &c. de Inferis fidem facit Baptiſta Platina, in vita Sylveſtri 2, de quo ſcribit, quod Pontificatum, adjuvante diabolo, conſecutus fuerit. Idem refertur de ejus Succeſſoribus, Johanne XIX & Johanne XX. De Terrenis vero hactenus abundè demonſtravimus, quantum Pontifices Romani ſibi vindicaverint &c.*

(h) CUM CRUCE &c. Quis primus *hanc Crucem* adhibuerit, certò dici nequit; ex nummo interim aureo apud *Stradam*, cujus ectypon Dn. *Wagenſeilius*, de *Republ. Noriberg.* cap. 26, p. 246, ſiſtit, apparet, jam *Carolum Magnum* ea uſum eſſe; cujus coronæ ſuperimpoſita conſpicitur.

(i) GLADIUS &c. Num *Gladium* hic ad tempora *Caroli Magni* referendus ſit? rurſus diſputari video. *Witichindus Corbejenſis*, lib. I. *Annal.* pag. 635 & 637, commemorando, qua ratione *Conradus I Henrico Aucupi*, viam ad Germaniæ Regnum ſtraverit, inquit, ex Ejus mandato, *Eberhardum* Ducem, ipſius fratrem, laudato Principi, inter alia Inſignia, obtuliſſe quoque *Gladium Veterum Regum &c.* Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad annum 919, pag. 89 & 40, *Carolus IV*, & reliqui, quorum præced. lit. b, facta mentio, conſtanter Eum *Carolo Magno* vindicant. *Æneas Sylvius* verò, in vita *Friderici III*, p. m. 81, ait: *Mihi, ſingula* (Clinodia) *exactius contemplanti, cum Enſem inſpexi, non Magni illius Primique Karoli, ſed Quarti, viſus eſt, qui Sigismundi Genitor fuit. Nam Leo Bohemicus ſculptus in eo viſebatur, quo Ille, tanquam Rex Bohemiæ, utebatur.* Rectè diſtinguunt Ill. *Obrechtus*, in Diſſ. de *Clenodiis* S. R. J. quæ inter *Opera Ejus Academica*, XVII, eſt §. 18, p. 358. Dn. *Wagenſeilius* de *Republ. Noriberg.* c. 26, p. 249 & 250; & Dn. *Gundlingius*, de *Statu Reipubl. German. ſub Conrado I*, §. 10, p. 71, inter *Gladium Caroli Magni*, prout comparatus erat, antequam *Carolus IV*, eum, à *Ludovico Bavaro*, fuerit nactus, & qualem poſtea eum efformari curaverit, inſculpto *Leone Bohemico*, quo prius deſtituebatur. Conf. Dn. de *Winzingeroda*, in Diſſ. de *Ordinis Periſcelidis*, cujus præc. lit. f, memini, §. 2, lit. c. p. 6 &c. Deſcribit eum Dn. *Wagenſeilius* l. c. pag. 240: *In Gladio, qui Caroli Magni eſſe dicitur, pomum manubrii rotundum, ex uno latere Aquilam ſimplicem, ex altero Leonem, oſtentat, cum cauda bifurcata, in altum protenſa. Laminæ, ubi latiſſima eſt, ſecundum longitudinem, hinc inciſum:*

CHRISTUS VINCIT. CHRISTUS REGNAT.
CHRISTUS IMPERAT.

Inde:

CHRISTUS VINCIT. CHRISTUS REGNAT.

Ferrarius, in Deſcriptione *Electionis & Coronationis Joſephi*, part. 3, cap. 3, pag. 125, ait: *Das Schwerdt* Caroli Magni, *welches græſſer und breiter, als manches Richtſchwerdt; hat eine Silber-vergüldete, und mit kleinen Perlen, zu bezeichnung gewiſſer Figuren, eingelegte Scheide.* Num ille ipſe ſit Gladius, de quo *Albericus Monachus trium fontium*, ad an. 795, pag. m. 126: *Karolus, cum duobus millibus, qui remanſerant, evaginavit Spatam ſuam nomine Gaudioſam, & multos Sarracenorum ſecuit per medium*; affirmari nequit. Significationem myſticam exhibet *Gotfridus Viterbienſis*, part. 19. *Chronic.* pag. 531, ſub Rubr: *Quid ſignificat Gladius Regalis vel Imperialis?* canens:

Judicii ſignum Gladius monſtrare videatur,
Quo malefactorum feritas ceſſare jubetur;
Ut latro fruſtretur, Rex tenet arma ſecus.
Præcipitur Gladius vibratus ſemper haberi,
Puniat ut ſubitò, potuit quod culpa mereri:
Nam ſi tardus erit, pax vacuata perit.
Jura ſibi ſoli Deus edere, condere patrat,
Ut gladio, laqueoq; ſuo mala preſſa quieſcant,
Si mala non premeret, Principis umbra foret &c.

Conf.

Conf. *Limnæus Jur. Publ.* lib. 2, cap. 4, §. 10, pag. 54 & 55; minus rectè putat *Æneas Sylvius* l.c. pag. 80, *Enſem* demonſtrare *Belli Jura*. Nec confundendus hic gladius, cum altero, quem, ſub tit. *Mauricii Martyris*, Aquisgranenſes afferre ſolent, cujus *Pomum in capulo, cordis alicujus figuram imitatur: ſuperne enim latum, fit deinde anguſtius. Hujus pomi unum latus nota caret; in altero Aquila dimidia additos habet Leones ambulantes, ſive, ut Haraldicæ artis ſcitis convenientius loquamur, Leopardos tres, ſibi invicem impoſitos. In lamina una parte ſeſe offerunt verba.*

BENEDICTUS DOS DES

In altera Iſta:

DEUS QUI DOCET MANUS.

Ita Dn. *Wagenſeilius* l. c. Eſtque hic ipſe gladius, quo Imperatores accinguntur, in Inaugurationibus. Qua de re *Ferrarius* l. c. part. 3, cap. 4, pag. 137: *Wurde ſodann, von denen Churfürſtl. Herren* Aſſiſtenten, *der von Aachen gebrachte Sabel des* Caroli Magni, *Ihro Majeſtat bloß in die Hand gegeben, darzu der Herr* Conſecrator, *Chur-Maintz, dieſelbe mit dieſen Worten, angeredet:*

Accipe gladium, per manus Epiſcoporum, licet indignas, vice tamen & authoritate Sanctorum Apoſtolorum, conſecratas, Tibi regulariter (rectius Regaliter) conceſſum, noſtraque Benedictionis officio, in defenſionem Sanctæ Dei Eccleſiæ, divinitus ordinatum; eſto memor, de quo Pſalmiſta prophetavit, dicens: Accingere gladio tuo, ſuper femur tuum, Potentiſſime &c: (ut in hoc vim æquitatis exerceas; per eundem, molem iniquitatis potentiſſime deſtruas; Sanctam Dei Eccleſiam, ejusque fideles, propugnes, atque protegas; nequel minus ſub fide falſos, quam Chriſtiani nominis hoſtes, exterreas, atque diſpergas; viduas, atque pupillos, elementer adjuves, atque defendas; deſolata reſtaurata conſerves; ulciſcaris injuſta; Conſerves bene diſpoſita; quatenus hoc agendo virtutum Triumphator glorioſus, Juſtitiæ cultor egregius, cum Mundi Salvatore, cujus typum geris, in nomine Ejus, ſine fine, regnare merearis, qui, cum Patre & Spiritu Sancto, vivit & regnat Deus, in Secula, Seculorum, Amen. Vid. *Ceremoniale Romanorum*, de Inauguratione Friderici 3, apud *Petrum Bertium*, lib. 2. *Rer. Germ.* p. m. 109; Sigismundus *von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 7, p. 582; *Freherus* Tom. 3 *Rer. Germ.* pag. 31, *Hartmannus Maurus*, de *Coronatione Caroli V*, apud *Schardium* Tom. 2, *Rer. Germ.* pag. 23; & *Goldaſtum* part. 3. *Polit. Imper.* Diſc. 3, p. 271 & 272. *Lundorpius*, Tom. VII. *Contin. Act. Publ.* lib. 6, cap. 124, pag. 44. *Carpzovius*, de *Lege Regia Germ.* cap. 11, Sect. 10, §. 34, p. 307; Olim brevior formula erat, teſte *Witichindo*, lib. 2, Annal. apud *Meibomium*, Tom. I. *Rer. Germ.* p. 642, ubi, de *Ottone I. Accipe hunc Gladium, quo ejicias omnes Chriſti adverſarios, Barbaros & malos Chriſtianos, auctoritate divina, tibi tradita omni poteſtate totius Imperii Francorum, ad firmiſſimam pacem omnium Chriſtianorum &c.) Bey dieſen Worten, wurde beſagter Sabel in die Scheide geſtoſſen, und von denen weltlichen Herren Churfürſten, und Geſandten, ſelbiger Ihro Majeſtat umgürtet &c.* Conveniunt hæc cum Relatione Coronationis *Matthiæ*, an: 1612, apud *Goldaſtum*, Politiſch. *Reichshændel*, part. I, pag. 101. Auctor verò Deſcriptionis Inaugurationis *Maximiliani* 2, anno 1562, apud *Schardium* l. c. Tom. 3, p. 86, ſolum Saxonem hoc munere functum perhibet verbis: *Gladium igitur illum in vaginam Elector Saxoniæ recondidit, ac Regis lateri circumdedit &c. Adamus & Nicolaus Heydem* fratres, in Deſcriptione Latina ejusdem Coronationis, apud eundem l. c. pag. 91, rem iterum aliter recenſent: *Gladium, hac, qua dixi, verborum formula, traditum, ut Rex in vaginam recondidit, Saxo progrediens illius lateri accommodavit &c.* Aliter, *Hartmannus Maurus*, l. c. *Gladio in vaginam recondito, Regia Majeſtas ſeſe accinxit &c.* Aliter *Carpzovius* l. c. pag. 306, de Inauguratione *Ferdinandi* 3: *Immittelſt dieſer* Imprecation, *bey den Worten*: Accingere Gladio Tuo; *iſt ſolch Kayſer Carls Schwerdt in die Scheiden geſtochen, und Ihrer Majeſtat, durch die Churfl. Durchl. in Bayern*, adſtantibus *den Sachſiſchen und Brandenburgiſchen Geſandten, umgürtet worden.* Inaugurationis *Ferdinandi IV*, anno 1653, memor *Lundorpius* l. e. rurſus aliter: *Immittelſt dieſer* Imprecation, *bey den Worten*: Accingere gladio tuo, *iſt ſolches Kayſer Carls Schwerdt in die Scheiden geſtochen, und Ihrer Majeſtæt, durch die Churfürſtl. Durchl. zu Pfalz*, Aſtantibus *Chur-Bayer-Sachs und Brandenburgiſcher Geſandten umgürtet worden.* In *Cerimoniali Romano*, apud *Bertium* l. c. legitur: *Finita oratione, Diaconus accipit Gladium, & reponit illum in vagina, quam habebat in manu, & ſimul cum Pontifice* (Conſecratore) *accingit illo Cæſarem.* Sed hæc Coronationem Romanam reſpiciunt.

(k) ANNULUS &c. Celebrata ſolennitate cum Gladio, *iſt hæchſtgedachtem Herrn* Conſecratori, *von denen Herren* Aſſiſtenten, *der Kænigliche Ring von Diamant, (vom Altar) gereichet, welchen derſelbe Ihro Majeſtat, dem Kænig an den Finger geſteckt, mit dieſen Worten*: Accipe Regiæ dignitatis Annulum &c. Hæc *Ferrarius* loc. cit. pag. 138. Integram Formulam legas apud *Goldaſtum* l. e. *Freherum* l. e. *Lundorpium* l. e. *Carpzovium* l. c. pag. 306. *Accipe Regiæ dignitatis annulum, &, per hunc Catholicæ fidei cognoſce ſignaculum; &, ut hodie ordinaris Caput, & Princeps Regni & Populi; ita perſeverabis Author & ſtabilitor Chriſtianitatis, & Chriſtianæ fidei, fieri, ut felix in opere, cum Rege Regum, glorieris p.r ævum. Cui eſt honor & gloria, per infinita Secula Seculorum, Amen.* Conf. *Hartman-*

Digitized by Google

mannus Maurus loc. cit. pag. 23 & 24. *Heydeni* fratres, de *Coronatione Maximiliani* 1, l.c. Tom. 3, p. 91; *Carpzovius* l. c. pag. 306, de *Coronatione Ferdinandi III.* Tempore *Inaugurationis Wilhelmi* Hollandi, hanc fuiſſe adhibitam: *Accipe Signaculum Monarchiæ, & Romanum Regnum in ſuo vigore conſerva, &, ab incurſione Barbarorum, invicta virtute defende, docet Magnum Chronicon Belgicum*, p. 245; addens ſimul, non Conſecratorem, ſed Marchionem Brandenburgicum, Regi annulum porrexiſſe, præfataque verba enunciaſſe. *Annulum* jam *Henrici IV*, ætate è numero *Inſignium* fuiſſe, patet ex verbis *Helmoldi*, præc. lit. b.

(*l*) SCEPTRUM. Pergit *Ferrarius* l. c. *Dieſem nach wurde von denen Herren* Aſſiſtenten, *der Kœnigliche Scepter, nebſt dem Reichs-Apffel, Chur-Maintz gereichet, und von dieſem Ihro Majeſtat, dem Kœnig, der Scepter, in die Rechte, der Reichs-Apffel aber in die lincke Hand gegeben, his verbis: Accipe virgam virtutis, atque veritatis, qua intelligas mulcere pios, & terrere reprobos, errantibus viam pandere, lapſiſque manum porrigere &c.* Integra formula ſic ſonat: *Accipe virgam virtutis atque veritatis, qua intelligas mulcere pios, & terrere reprobos, errantibus viam pandere, lapſiſque manum porrigere, diſperdaſque ſuperbos, & releves humiles. Et aperiat Tibi Oſtium Chriſtus Dominus noſter, qui de ſe ipſo ait: Ego ſum oſtium; per me ſi quis introierit, ſalvabitur; qui eſt Clavis David, & Sceptrum Domus Iſraelis, qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit; ſitque tuus ductor, qui eduxit vinctum de domo carceris, ſedentem in tenebris, & umbra mortis; at in omnibus ſequi merearis Eum, de quo David Propheta cecinit: Sedes Tua Deus, in Seculum Seculi; Virga Directionis, Virga Regni Tui; & imitando Ipſum, diligas Juſtitiam; & odio habeas Iniquitatem; quia propterea unxit Te Deus, Deus Tuus, ad exemplum Illius, quem ante ſecula unxerat oleo exultationis, præ participibus ſuis, Jeſum Chriſtum, Dominum Noſtrum, qui cum Eo vivit, & regnat, Deus, in Secula Seculorum, Amen.* Vid. *Cerimoniale Romanum* de Inauguratione Friderici III, ap. *Bertium*, lib. 2. *Deſcript. Germ.* pag. 110, *Sigismundus von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 7, p. 583; *Frekerus* Tom. 3, *Rer. Germ.* p. 31, in Deſcriptione *Maximiliani I*, Inaugurationis. *Carpzovius*, de *Leg. Reg. Germ.* cap. XI, Sect. 10, §. 34, pag. 306 & 307; *Lundorpius* Tom. VII. *Act. Publ.* lib. VI, §. 125, p. 44, perperam licet, loco verborum: *aperiat tibi oſtium*, legat: *aperiat tibi officium:* add. *Maurus, Coronat. Caroli V*, apud *Schardium* Tom. 2, *Rer. Germ.* pag. 24. & *Goldaſtum* part. 3. *Polit. Imper.* Diſc. 3, p. 272: *Heydeni* Fratres, de *Coronatione Maximiliani* 2, ibid. Tom. 3, p. 91; *Goldaſtus, Reichshandel*, part. 1, de *Coronatione Matthiæ*, pag. 101; Alii. Tempore Inaugurationis *Ottonis I*, formula hæc fuit: *His ſignis monitus paterna caſtigatione, ſubjectos corripias, primumque Dei Miniſtris viduis ac pupillis, manum miſericordiæ porrigas.* Vid. *Witichindus* l. c. p. 643; Cum *Wilhelmus Hollandus* inaugurareretur, hæc dicebantur Regi: *Accipe Sceptrum Regni, & rebelles ſevera Correctione affige, omneſque benevolos in tranquilla pace guberna.* Vid. *Magnum Chron. Belgicum*, pag. 245. Scribit de hoc *Sceptro Gotfridus Viterbienſis*, part. 19. *Chronic.* p. 532.

In manibus Regum dum Regia Sceptra tenentur,
Tunc quaſi per Virgam compeſcere cuncta videntur,
Pœnaque præſtatur, quæ ratione datur.
Uſibus innumeris & Legibus undique fultus,
Inſtruit hic homines dignos prætendere cultus,
Regia Virga tamen, quo moderentur, habet
Plura ſolent homines per Climata fingere Jura.
Cæſar Sceptra tenens novit diſtinguere plura
Imperat & Virga Jura valere ſua &c.

Conf. *Gregorius IX*, P. R. in literis ad *Fridericum* 2, apud *Petrum de Vineis*, & Dn. *Wagenſeilium*, de *Republ. Noriberg.* cap. 26, p. 252: *Sceptrum Juſtitiæ portas in dextra, quæ gravis eſt ad puniendum iniquos &c.* & *Æneas Sylvius*, in *Hiſt. Friderici III*, pag. 80; *Sceptrum, quo Regia poteſtas indicatur &c. Marquardus Freherus*, ad *Petrum de Andlo*, lib. 2, cap. 8; *Carpzovius de L. R. Germ.* cap. 11, ſect. 10, §. 27, p. 301; *Limnæus Jur. Publ.* lib. 2, cap. 4, §. 21 &c. p. 55; *Loccenius, Antiquit. Sueo-Goth.* cap. 9, p. m. 56; aliique, quibus *Regiæ dignitatis* ſignum eſt. Deſcribit illud Dn. *Wagenſeilius* l. c. pag. 239: *Sceptrum Imperiale ingens quidem eſt, ſed argenteum tantum, & leviter inauratum; more vulgatorum ſceptrorum, ornatu cætera deſtituitur, niſi quod in ſummitate ſolia querna ſex habet, quorum tria, per alternationem ſurſum, totidem deorſum vergunt, deſinitque in querneam glandem &c.*

(m) POMUM. De hoc, ait Dn. *Wagenſeilius* l. c. pag. 239: *In Pomo Imperiali, nihil præcipuè mihi notavi. Modicum eſt, & quod virilis manus facile complectatur. Intus illud Terra repletum eſſe Gothofredus Viterbienſis ſcripſit in Chronico. Hanc autem, ſive materiam aliam, bractea aurea circumveſtit; ambit illud medium circulus, gemmis refertus, & talis quoque eſt crux, deſuper inſita immobilis &c.* Inaugurationis *Wilhelmi Hollandi* memor *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 245, inquit: *Tum Bavariæ Dux, Palatii comes, ſeu Dapifer, Globum Ei aureum dedit, ita dicens: Accipe Globum Sphæricum & omnes Terræ Nationes Romano Regno ſubjice, ut glorioſus Auguſtus appellari valeas &c.* Conf. *Trithemius, Chron. Hirſang.* p. 244, & *Freherus Origin. Palat.* cap. 15, pag. 119; add. præced. Tit. 4, §. 7, lit. a. pag. 377. Quid denotet, exprimit *Gotfridus Viterbienſis* part. 19 *Chron.* p. 533, canendo:

Aureus

Aureus ille Globus, Pomum, vel Palla vocatur,
Unde figuratum Mundum geſtare putatur.
Quando coronatur, Palla ſerenda datur.
Signigficat Mundum, formâ perhibere rotundum,
Intus habet plenum, terreſtri pondere, fundum,
Quem tenet arcanum Palla ferenda manu &c.

In Epiſtola *Gregorii IX.* P. R. ad *Fridericum* 2 Imp. ap. *Petrum* de *Vineis*, & Dn. *Wagenſeilium*, de *Republ. Norimberg.* cap. 26, pag. 252, hæc habentur: *In Siniſtra, Pomum Aureum,* (portas) *initio carens & fine: quod eſt miſericordia, cui Regnum promittitur ſempiternum, quæ extenta debet eſſe ad liberandum oppreſſos, & miſeros conſolandos. Quia judicium ſine miſericordia deſtituitur, ſi unum ſine altero teneatur &c.* Apud *Æneam Sylvium*, in Vita *Friderici III*, pag. 80, legimus: *Pomum, quod Mundi Dominium oſtendit &c.* Deſcribendo inaugurationem *Maximiliani* 2, *Heydeni* fratres, ap. *Schardium* T. 3 *Rer. Germ.* p. 61, ajunt: *Exin Regium Sceptrum Pomumque, Orbis Terrarum figuram repræſentans, porrigit, admonens rurſum, ut Chriſtiana Republica Orbis juſtitiam æquabiliter adminiſtret, paci conſulat, Leges Imperii omnes pro virili tueatur &c.* De *Cruce ſuperimpoſita* pergit *Gotfridus Viterbienſis* l. c.

Crux ſuper eſt Pomo cœli ſuper inſita dono,
Suſcipe Corde bono, Rex quæ Tibi myſtica promo,
Teque ſedente Throno, proſpice: Quid ſit homo?
Crux & Palla ſimul pariter connexa tenentur,
Hæc magis, illa minus, parte reverenda videntur,
Hæc ferit, hæc ſanat, hæc perit, illa manet.
Si mundana cupis pugno concludere Regna
Significata Crucis Tibi ſint reverenter habenda,
Servulus eſto Dei, qui Tua ſceptra regit.

Conf. *Gewoldus*, cap. 10 *Septemviratus*, p. 198; *Carpzovius* de *L. R. German.* cap. 11, Sect. 10, §. 28, pag. 301; *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.* cap. 4, §. 26 & 27, &c. p. 55. & ad *Capitulationem Caroli V*, Art. 30, voc. *Empfahen*, §. 56, p. 328. Dn. *Becmannus*, Syntagm. *dignitatum Illuſtrium*, Diſſ. V, cap. 4, §. 1, pag. 489. Globum hunc ſeu Pomum, *Theodoſiano* Seculo ab Imperatoribus Chriſtianis uſurpari cœpiſſe, ex *Schefferi Upſalia* cap. 17, docet *Loccenius*, *Antiquit. Sueo-Goth.* cap. 9, p. 67. *Arumæum*, ad A. B. Diſc. 6, §. 3; *Petrum Gregorium*, lib. 6 de *Republ.* cap. 13, §. 14; *Knichenium*, de *Saxonum Jure non provoc.* verb. *Electorum*, c. 1, §. 145; *Johannem Meurſium*, in Mantiſſa ad Libr. de *Luxu Romanor.* c. 8, aliosque, Globi noſtri auctorem conſtituentes *Juſtinianum Imp.* quibus Dn. *Becmannus* l. c. p. 490 ſubſcribit, refutare conatur *Welſerus à Neuhoſ* in Tract. de *Sacri Imperii Summis Officialibus*, p. 192, ex *Nicolai Alemanni* Notis *ad Hiſtoriam Procopii*, p. 28; quamquam locus ille non ſine periculo. *Caroli Du Freſne*, Diſſ. de *Numismatibus Inferioris ævi*, ſententiam exhibet Dn. *Welſerus* l. c. *Sed poſterioris illius* (Crucis) *uſus notam, ante Valentiniani tempora, in iisdem vix reperire eſt, tametſi Crucis figura, variis in locis impreſſa poſt Conſtantinum obſervetur, niſi ad Conſtantinum, aut Conſtantium filium, referenda ſit gemma, cujus ectypon extat in Dactyliotheca MS. Ludovici Chalucii, in qua inſculptus Globus cruciger, cum A & Ω characteribus, qui Deo adſcribi ſolent; Qui, quod de Jove dixit Orpheus, eſt ἀρχὴ πάντων πάντωντε τελευτὴ, & hiſce aliis in circuitu, SAL. GEN. HUM. CONST. id eſt, ut interpretatur idem Chalucius: SALUS GENERIS HUMANI CONSTANTIUS; quomodo in nummis indigitantur M. Lepidus, C. Cæſar, Galba, & aliquot alii, niſi hæc ad Crucem, referri debeant, quod idem cenſet, atque ſuadere videntur Characteres CONST. Globo Crucigero ſubjecti &c.* Dn. *Joh. Henr. Eggelingius*, *Miſcellanearum Germaniæ Antiquitatum* Diſſ. V. de *Statuis Ruhlandicis*, p. m. 23, in contrarium, de *Carolo Magno* ait: *Sintemahlen man weder dieſen, noch einen, aus ſeiner* Familie, *Ihme ſuccedirenden Kayſer*, in ullo aliquo Antiquitatis Monumento, *mit einem Creutz tragenden Reichs-Apffel - - - - ſehen wird. Jenen will zwar* Cangius in Diſſ. de Inferioris ævi Numismatibus, §. 19, p. 16. *dem* Carolo Calvo, *auß deſſen Bildnüß, welches* Stephanus Baluzius, *in ſeinen* Notis ad Capitularia, T. 2, p. 1278, *abzeichnen laſſen, beylegen, ſagt aber zugleich:* tametſi forte nec Imperator. *Wie kæme Ihme aber dan der Reichs Apffel zu? So zweiffelt er auch weiter, ob nicht* Benedictus III (rectius VIII) P. R. *der Erſte geweſen, welcher einen ſolchen* Globum *erfunden, oder zuſammen geſetzt, und* an. 1013, *dem Kayſer* Henrico 2 *offeriret habe. Muthmaſſe dannenhero, daß dasjenige, was dieſer in der Lincken Hand faſſet, nicht eine Kugel, ſondern eine* Orbiculata halea, *ein rundes Haupt-Tach, ſeye (wie man, nach* Marquardi Freheri *Bericht*, in Comment. ad Conſtit. Caroli III, de Expedit. Roman. p. 14, *den Helm dero Zeit genennet,) da dan, wan er aufgeſetzt worden, deſſen Creutz recht vor der Stirn zu ſehen kommen &c.* Quæ de *Benedicto* Papa VIII heic dicuntur, ſedem habent in *Glabro Rodulpho*, lib. 1, in fine, qui ſequentia prodidit memoriæ: *Anno Dominicæ Incarnationis* 1013, *licet Inſigne illud Imperiale diverſis ſpeciebus prius figuratum fuiſſet, Venerabili tamen Papæ, Benedicto, Sedis Apoſtolicæ, juſſum* (forte: Viſum) *eſt admodum intellectuali ſpecie. Qui idem Inſigne præcepit fabricari, quaſi Aureum Pomum, atque circumdari per quadrum pretioſiſſimis quibusque Gemmis, ac deſuper Auream Crucem inſeri. Erat autem inſtar ſpeciei hujus mundanæ molis, quæ videlicet in quadam rotunditate circumſiſtere perhibetur. Ut dum ſiquidem illud reſpiceret Princeps terreni Imperii, foret ei documentum, non aliter debere imperare, vel militare in Mundo, quam ut dignus habe-*

Digitized by Google

habereτur vivifica Crucis tueri vexillo - - - - cumque poſtmodum prædictus Papa Imperatori, videlicet Henrico, hujus rei gratia, (ut coronaretur) *Romam venienti, obviam, cum maxima Virorum & ſacrorum ordinum multitudine, proceſſiſſet ex more, Eique hujusmodi Inſigne, ſcil. Imperii, in conſpectu totius Romanæ plebis, tradidiſſet; ſuſcipiens illud hilariter, circumſpectoque eo, ut erat Vir ſagaciſſimus, dixit: Optime Pater (inquiens ad Papam) iſtud facere decreviſti, noſtræ portendendo juvenis Monarchiæ, qualiter ſeſe moderari debuerat, cautius perdocuiſti &c.* Conf. *Baronius* Tom. XI *Annal.* ad an. 1013, §. 6 & 7, p. 45; *Bzovius* Tom. 2 *Hiſt. Eccleſ.* lib. 10, §. 2, p. 174; *Vignierius*, de la *Bibliotheque hiſtoriale*, part. 2, p. 658; *Limnæus* ad *Capitulat. Caroli V*, Art. 30, voc. *Empfahen*, §. 58, p. 329; *Freherus Orig. Palat.* Part. 1, cap. 15, p. 119; Idem, ad *Petrum de Andlo* p. 78; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſ. German.* lib 3, c. IX, §. 6 & 7, p. 404 ad 406. Tanta incertitudine mentem ſuam declarant Auctores. Effigiem *Conradi I*, Romanorum Regis, dextra gladium, & ſiniſtra Pomum, *ſuperimpoſita Cruce*, tenentis, exhibet *Bucelinus*, in *Hiſtoria Agilolfingica*, part. 2 *Germaniæ Stemmatographicæ*, p. 375.

(*n*) PALLIUM REGALE. Cerimonia, cum *Sceptro & Pomo*, finita, *haben Ihro Majeſtæt den Reichs-Apffel Chur-Bayern, und das Scepter dem Chur-Brandenburgiſchen; das Schwert aber dem Chur-Sachſiſchen Abgeſandten zugeſtellt; Worauf, wie die zween Nürnbergiſche Herren Abgeordnete den Kayſerlichen Lœwen-Mantel, oder* Pluviale, *von dem nahe auf der Seiten geſtandenen Tiſch, vor den Altar gebracht, und ſolcher Ihro Majeſtæt angeleget worden; hat der Herr* Conſecrator &c. Ita *Ferrarius*, in *deſcriptione Inaugurationis Joſephi*, part. 3, p. 44; cap. IV, p. 138; Conf. *Lundorpius* T. VII. *Act. Publ.* lib. VI. §. 125, p. 44, de *Ferdin. IV*; *Carpzovius* de *Leg. Reg. Germ.* c. XI, Sect. 10, §. 34, p. 305, de *Ferdinando III*; *Goldaſtus*, part. 1 *der Reichs-Handel*, p. 51 & 52, de *Carolo V*, & p. 101, de *Matthia*. *Schardius* T. 3 *Rer. Germ.* pag. 86, de *Maximiliano 2*. *Theatrum Europ.* Tom. VIII, p. 529, de *Leopoldo*.

(*o*) ANTE CORONATIONEM &c. Quibus cerimoniis *Otto I*, fuerit inauguratus, ex lib. 2. Annalium *Witikindi*, p. m. 642 & 643, petendum eſt. Conſecrationem *Conradi Salici*, delineat *Wippo* in Ejus vita. De coronatione *Wilhelmi Hollandi*. vid. *Magnum Chron. Belg.* p. 244 &c. *Friderici III*, Inaugurationis ſolemnitatem, deſcriptam, offendis, ex *Cerimoniali Romano*, apud *Bertium*, lib. 2, de *Germania*, cap. 9. p. 104 &c. & Sigismundum *von Bircken*, *im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 7, p. 580 &c. Coronationem *Maximiliani I*, anno 1486, habes apud *Freherum* Tom. 3, *Rer. Germ.* p. 27 &c. De Coronatione *Caroli V*, legas *Hartmannum Maurum*, apud *Schardium*, Tom. 2. *Rer. Germ.* pag. 22 &c. & *Goldaſtum* part. 1, Tit. 7, p. 51 & part. 3, *der Reichs-Handel*, §. 2, p. 151 &c. & *Polit. Imper.* part. 3, Diſc. 3, pag. 270 &c. *Maximiliani 2*, *Thuanum*, lib. 32, p. 160. *Goldaſtum*, l. c. part. I, §. 8, 72 &c. & *Schardium* l. c. Tom. 3, p. 85 &c. evolvas. *Matthiæ*, depingit *Goldaſtus* l. c. part. 1, cap. 12, p. 99 &c. *Ferdinandi III*, *Theatr. Europ.* Tom. 3 ad annum 1636, p. 745 &c. & *Carpzovius*, de *Lege Regia Germ.* cap. XI, Sect. 10, §. 34, p. 302 &c. *Ferdinandi IV*, *Lundorpius* Tom. VII, *Act. Publ.* lib. 6, §. 125, p. 39 &c. *Theatr. Europ.* Tom. VII, ad annum 1653, pag. 360; *Leopoldi Theatr. Europ.* Tom. VIII, ad ann. 1658, p. 525 &c. & *Diar. Europ.* Tom. I, pag. 947 &c. & *Joſephi*, Dn. *Ferrarius*, qui l. c. pergit: *Hat der Herr* Conſecrator *nebſt ſeinen beeden Churfurſtlichen Herrn* Aſſiſtenten, *die Kœnigliche Reichs-Krone von dem Altar genommen, und ſolche Ihro Majeſtæt, dem Kœnig Joſeph, mit einander zugleich aufgeſetzt, und gekrœnet, darzu Chur-Maintz dieſe Wort gebraucht: Accipe Coronam Regni &c.* Integra formula hæc eſt:

Accipe Coronam Regni, quæ, licet ab indignis, Epiſcoporum tamen, manibus, Capiti Tuo imponitur, quamque Sanctitatis Gloriam, & opus fortitudinis expreſſe ſignificare intelligas, & per hanc, Te participem Miniſterii noſtri non ignores, ita, ut, ſicut nos in interioribus Paſtores Rectoresque animarum intelligimur, ita & Tu in exterioribus verus Dei Cultor, ſtrenuusque, contra omnes adverſitates, Eccleſiæ Chriſti defenſor aſſiſtas, Regnique à Deo Tibi dati, &, per officium noſtra Benedictionis, vice Apoſtolorum, omniumque Sanctorum ſuffragio, Tuo Regimini commiſſi, utilis executor, Regnatorque proficuus ſemper appareas, ut inter Athletas virtutum gemmis ornatus, & præmio æternæ felicitatis coronatus, cum Redemptore ac Salvatore, Domino noſtro Jeſu Chriſto, cujus nomen vicemque geſtare crederis, ſine fine glorieris. Qui vivit & imperat Deus, cum Deo Patre, in unitate Spiritus Sancti, per omnia Secula Seculorum, Amen. Vid. *Lundorpius* Tom. VII, *Act Publ.* lib. 6, §. 125, p. 45; & *Carpzovius* l. c. pag. 307. Conf. *Cerimoniale Romanum*, de *Inauguratione Friderici III*, apud *Bertium* l. c. pag. 110, & Sigismundum *von Bircken*, l. c. pag. 583. Conſilia de Ritibus Coronationis *Caroli VI*, inſtituendis legi poſſunt Tom. XVIII *der Staats-Cantzley Fabri*, cap. VI. §. 17. pag. 600 ſeq.

(*p*) ET UNCTIONEM &c. Hæc peragitur ante Coronationem, & ſequitur Juramentum, de quo ſeq. lit. q. Unctionem *Joſephi* ſic deſcribit *Ferrarius* l. c. part. 3, cap. 4, p. 236. *Gleich nach dieſem* (juramento præſtito) *hat ſich der Herr* Conſecrator *zu denen Herren Churfürſten, Grafen und Herren gewendet, und mit heller Stimme gefragt:* Vultis tali Principi vos ſubjicere, Ipſiusque Regnum firmare, fide ſtabilire, atque juſſionibus Ejus obtemperare, juxta Apoſtolum: Omnis anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, ſive Regi, tanquam præcellenti? *darauf alle Umſtehende laut geruffen, und geantwortet:* Fiat, Fiat, Fiat: *Solchem nach als Ihro Kœnigliche Majeſtæt wieder zurück getreten, und vor den Altar gekniet, haben Chur-*

Maintz

by Google

Maintz über dieſelbe die Benediction *geſprochen: Benedic Domine hunc Regem Noſtrum, Joſephum, qui Regna omnia moderaris, (à Seculo, & tali Eum benedictione glorifica, ut Davidica teneat ſublimitatis Sceptrum, & glorificatus in Ejus protinus imperet merito. Da Ei, tuo inſpiramine, cum manſuetudine ita regere Populum, ſicut Salomonem Regnum feciſti obtinere pacificum, Tibi ſemper ſit cum honore ſubditus, tibique militet cum quiete: Sit Tuo clypeo protectus cum Proceribus, & ubique Tua Gratia victor exiſtat. Honorifica Eum præ cunctis Regibus Gentium; felix Populis dominetur, & feliciter Eum Nationes adorent. Vivat inter Gentium catervas Magnanimus; ſit in Judiciis æquitatis ſingularis; locupletet Eum Tua prædives dextera; frugiferam obtineat Patriam; præterea & prolixitatem vitæ, per tempora, & in diebus Ejus oriatur Juſtitia. A Te teneat robuſtum Regiminis Solium, & cum Juſtitia, & jucunditate, æterno glorietur in Regno. Deus ineffabilis, Autor Mundi, Conditor Generis humani, Gubernator Imperii, Confirmator Regni, qui ex utero Fidelis Amici Tui, Patriarchæ noſtri, Abrahæ, præelegiſti Reges, ſeculis profuturos. Tu præſentem hunc Regem, N. cum Exercitu ſuo, per interceſſionem omnium Sanctorum, uberi Benedictione, locupleta, & in Solium Regni, firma ſtabilitate, connecte. Viſita Eum, ſicuti Moyſen, in Mari Rubro; Joſuam, in Prælio; Gideonem, in Agro; Samuelem, in Templo; &, cum illa Benedictione ſiderea, ac ſapientiæ rore, perfunde, quam B. Dabid, in Pſalterio, & Salomon, filius Ejus, Te remunerante, percepit à Cœlo; ſis Ei, contra acies inimicorum; lorica, in adverſis, galea; in proſperis, patientia; in protectione, clypeus ſempiternus; & præterea præſta, ut Gentes Illi teneant fidem; Proceres ſui habeant pacem; diligat charitatem; abſtineat ſe à cupiditate; loquatur juſtitiam; cuſtodiat veritatem; & ita Populus iſte, ſub Ejus Imperio, pullulet, ita alatur benedictione æternitatis, ut ſemper maneant tripudiantes, & in pace Victores, quod ipſe præſtare dignetur, qui vivit & regnat Deus, in Secula Seculorum Amen.* Vid. *Lundorpius* Tom. VII. Act. Publ. lib. 6, §. 125, p. 42 & 43. Vid. *Carpzovius* de L. R. Germ. cap. XI. Sect. 10, §. 34. p. 305. *Und da ſolches vollendet, wurden Ihro Majeſtæt, von dem Chur-Brandenburgiſchen Abgeſandten mit Beyhülff der Kœniglichen Kæmmerer, zur Salbung entblæſſet; indeſſen hat der Herr* Conſecrator, *Chur-Maintz, das* Oleum Catechumenorum *zur Hand genommen, und geſprochen:* Pax Tibi! *darauf geantwortet worden:* Et cum Spiritu Tuo. *Womit zur* Unction *geſchritten wurde, und geſchahe ſelbige: (1) Auf der Scheitel des Haupts, kreutzweiß; (2) dann, zwiſchen denen Schulter-Blættern, und im Nacken; (3) nachgehends, auf der Bruſt, (4) dann am rechten Arm, zwiſchen der Hand und Ellebogen, und (5) letzlichen, auf der flachen rechten Hand; dabey jedesmahl geſprochen worden:* Ungo Te in Regem, de Oleo Sanctificato, in Nomine Pa✝tris, & Fi✝lii, & Spi✝ritus Sancti, Amen. *Immittelſt hatte die Kayſerliche* Muſic *den* Antiphon: Unxerunt Salomonem, *geſungen. Und als Chur-Maintz die Salbung* (palmæ dexteræ) *verrichtet, ſprachen dieſelbe noch dazu:*

Ungantur manus iſtæ de Oleo Sanctificato, unde uncti fuerunt Reges, & Prophetæ, & ſicut unxit Samuel David, in Regem, ut ſis benedictus, & conſtitutus Rex, in Regno iſto, ſuper Populum iſtum, quem Dominus, Deus Tuus, dedit Tibi, ad regendum & gubernandum, quod Ipſe præſtare dignetur, qui vivit & regnat, Deus, in Secula Seculorum, Amen.

Dabey dann der Antiphon: Unxit Te Deus, *geſungen worden. Worauf die geſalbte Kœnigl. Majeſtæt, nachdem zuvorhero die Abwiſchung des Oels, mit rockenem Brod, und weiſſer Wolle, geſchehen, von ſæmtlichen Herren Churfürſten, (auſſer dem Herrn* Conſecratore) *und Geſandten, ſamt dem vorigen* Comitat, *in die Sacriſtey geführet würde; allwo die Nürnbergiſche Herren Abgeordnete, bey denen Kayſerlichen* Pontificalien *ſchon parat ſtunden, und aufwarteten, und ſelbige denen Herren Churfürſten zulangten, von welchen dann Ihro Majeſtæt mit der Violbraunen* Dalmatica, *wie auch der Alba, oder weiſſen Leviten-Rock, ſamt der* Stola *um den Halß, vorn über die Bruſt kreutzweiß angekleidet, die* Sandalien *aber von dem andern Nürnbergiſchen Herren* Deputirten *angethan, und alsdann in ſolchem Habit von ſæmtlichen Anweſenden wieder zu dem Altare begleitet worden &c.* Adeoque peracta *Unctione*, induebatur demum Pontificalibus & poſtea coronabatur. Conf. de Unctione *Friderici III*, præced. Tit. 5, §. 11, Ejus vita, ad annum 1452; *Bertius*, lib. 2. *Germaniæ*, Cap. 9, p. 107; & Sigismundus *von Bircken*, lib. 5, *des Oeſtreichiſchen Spiegels der Ehren*, cap. 7. p. 581; quorum tamen teſtimonio, *unctio* ſaltem in *dextro brachio*, & *ſcapulis*, facta. Auctor *Inaugurationis Maximiliani I*, anno 1486, apud *Goldaſtum* Tom. 3. *Rer. Germ.* p. 29, ſcribit: *Archi-Epiſcopus Colonienſis unxit Eum* (1) *in Capite*, (2) *in Pectore* (3) *inter ſcapulas*, (4) *& ambas juncturas brachiorum, de oleo Catechumenorum &c.* & p. 30: *Poſtea Dominus Colonienſis unxit Palmas manuum Regis, dicens: Ungantur manus iſtæ. Carolum V*, unctum fuiſſe (1) in Capite, (2) in pectore, (3) inter ſcapulas, (4) in juncturis utriusque brachii, & (5) in utraque palma, diſcimus ex *Hartmanno Mauro*, apud *Schardium* Tom. 2. *Rer. Germ.* p. 23; Conſecrationis *Maximiliani* 2, ann. 1562, memores *Heideni* Fratres, apud *Schardium* l. c. Tom. 3, p. 91, inquiunt: *In pectus, & caput, & brachiorum flexus, manuumque palmas, inungit &c.* In Deſcriptione Germanica ejusdem Inaugurationis, apud *Goldaſtum* part. I, *der Reichs-Handel*, p. 73, legitur: *Der obgemeldte Ertz-Biſchoff von Maintz ſalbet alsdann Ihro Kœnigl. Majeſt. (1) am Haupt, oben über die Scheidel, (2) darnach fornen an der Bruſt;* item (3) *hinten an den Schultern, und (4) an dem rechten Arm, auch (5) inwendig über die Flach, oder Pallen derſelben Hand.* De *Unctione Matthiæ*, ann.

ann. 1612, ait *Goldaſtus* l. c. pag. 101: *Nach ſolchem hat der Herr* Conſecrator ... *Ihro Majeſtat*, (1) *mit dem Zeichen des H. Creutz, auf dem Hauptſchedel, nachmalen* (2) *zwiſchen den Schuldern, im Nacken, alsdann* (3) *fornen an der Bruſt, und* (4) *endlichen an dem rechten Arm, zwiſchen der Hand und Ellebogen, geſalbet;* idem de Unctione *Ferdinandi IV*, anno 1653, teſtatur *Lundorpius* l. c. pag. 43; Hinc cernimus, non ſemper Imperatoris easdem Corporis partes inungi. *Rogerus de Hoveden*, part. I. *Annal. Angl.* in Vita *Henrici 2*, Regis, pag. 497, hæc ſuppeditat: *inunguntur Reges, in tribus locis, in Capite, in pectore & Brachiis, quod ſignificat Gloriam, Scientiam & Fortitudinem.* Potentiſſimus Boruſſiæ Rex *Fridericus*, ann. 1701, 18 Januar. à Reverendiſſimo Præſule, Dn. *Benjamino Urſino*, inunctus eſt in *Fronte & arteria* utriusque brachii. Vid. Reglement, *welcher Geſtalt die Kœnigliche Salbung, den* 18. Januarii *des* 1701. *Jahrs, zu Kœnigsberg in Preuſſen, in der Kirchen verrichtet werden ſoll*, ibi: *Der Herr* Conſecrator *hat alſo das Geſæß mit dem Salb-Oehl genommen, ſich etwas auf die zwey forderſte Finger ſeiner rechten Hand gegoſſen, Seine Majeſtat den Kœnig* (1) *auf die Stirn, hernach* (2) *auf den Puls deſo rechten und lincken Hand, geſalbet. und das Geſæß mit dem Salb-Oel wieder auf den güldenen Teller gelegt &c.* Dn. Auctor *des Europaiſchen Herolds*, Tom. 2, part. 2, cap. 10, p. 469, eandem Inaugurationem depingens, meminit ſaltem *arteria ſiniſtra*, ibi: *ſalbete Seine Majeſtat den Kœnig, erſtlich auf die Stirne, hernach auf den Puls der lincken Hand.* Cur non *Chriſmate*, ut Epiſcopi, de quibus lib. I. *Decretalium Gregorii IX*, Tit. XV. de *Sacra Unctione*, cap. I. *cum veniſſet &c.* evolvatur, ſed *Oleo* duntaxat, Auguſti inungantur, docet *Antonius de Roſellis* ICT. Aretinus, Cæſari & Pontifici à Conſiliis, in Tract. de *Poteſtate Imperatoris & Papæ*, part. 1, cap. 57, apud *Goldaſtum*, Tom. I. *Monarchiæ*, p. 284: *Tantum igitur Cæſaris eſt dignitas, ſed non ordo: & ideò Princeps non conſecratur Criſmate, ſed tantum Oleo delinitur. Quia Ejus non eſt propriè Conſecratio, ſed inunctio.* Unctionis ritum à vetuſtate Hebræorum petitum, niſi, quod alia etiam membra, quam Caput, inungi apud Chriſtianos ſoleant, tradit *Limnæus, ad Capitul. Caroli V*, Art. 30, voc: *Empfahen*, §. 30, p. 323. Jam à *Pipini*, Francorum Regis, ætate, *ungendi* morem *Reges*, apud Francos invaluiſſe; ex *Chronico Brevi*, Tom. 3. *Franciſci Du Cheſne*, filii, ad ann. 751, ubi: *Pipinus in Regem unctus eſt, apud Sueſſiones*; affirmat *Bœclerus de Rebus Sec. I & X*, in vita *Caroli Magni*, p. 12 & 23; conſ. *Marianus Scotus* ad ann. 750, & præced. Tit. 2. §. 10. lit. d, ad ann 751. pag. 75; ut adeo Commentario egeant, quæ *Auctor Fragmenti Hiſtorici, Alberti Argentinenſi* præfixus, apud *Urſtiſium*, Tom. 2. *Rer. Germ.* p. 77, diſſerit: *Sciendum eſt, quod primus omnium Regum, vel Imperatorum, poſt Chriſti Nativitatem, Carolus* (Magnus) *unctus eſt: bis equidem, primò, in Francia, cum Fratre ſuo, Carolomanno, adhuc Puer in Regem: Deinde, Romæ, in Imperatorem. Ex eo Reges, & Imperatores, more antiqui Dei Populi, ungi cœperunt &c.* Ad *unctionem Caroli Magni* provocat *Ludovicus 2*, Imp. in Epiſtola ad *Baſilium*, Imper. Conſtant. ann. 871, apud *Baronium*, Tom. X, Annal. h. a. §. 66. p. m. 475: & ad *propriam* l. c. §. 61 & 63, pag. 474. De *Ludovico 3, & Carolo Craſſo* vid. eorum Vitæ, præced. Tit. V. p. 462 & 466. *Henricum Aucupem* noluiſſe ungi, auctoritate *Witichindi* præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 919, p. 89 probavi; *Otto Magnus* vero inunctus fuit, teſte *Witichindo*, lib. 2. Annal. pag. m. 643, ubi: *Perfuſus itaque oleo Sancto &c.* Add. *Rothgerus*, in vita *Brunonis Colonienſis*, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 936, pag. 91; Pariter & *Otto II*; Vid. l. c. ad ann. 961, p. 92; & *Otto III*, l. c. ad an. 983, p. 94; & *Henricus* S. Vid. *Ditmarus Merſeburgicus* præced. Tit. V, §. 11. in Ejus vita, ad an. 1014, p. 514; & *Chronogr. Saxo*, an. eod. p. 226; & *Conradus Salicus*, teſte *Wippone*, p. m. 417. *Henricus IV*, idem, de ſemet ipſo, teſtatur, in Sententia, contra *Gregorium VII*, in Comitiis *Brixienſibus*, lata, apud *Goldaſtum* Tom. I. *Conſtitut. Imper.* p. 241, §. 3, ubi: *Me quoque (licet indignus inter Chriſtianos ſim ad Regnum Unctus) tetigiſti &c.* De *Friderico I*, vid. præced. Tit. V, §. 11, Ejus vita, ad an. 1157, p. 579. De *Henrico VI* idem manifeſtum eſt; vid. *Rogerus* de *Hoveden*, præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, ad an. 1191, p. 550. *Henricus VII*, ſemet Ipſum *Unctum* vocat, in Edicto, cujus l. c. in Ejus vita, ad ann. 1312, memini. De ſequentibus Imperatoribus, minus dubii. Ruſticè errant, qui cum *Thoma Bozio*, Cap. 3. De *Statu Italiæ contra Machiavellum*, §. 30, p. 306, Dignitatem Regiam, ex *Unctione* pendere, arbitrantur; cujus ſtolidum aſſertum, tale eſt: *Notiſſimum namque eſt, in creandis Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæque Regibus maximis, primas eſſe Epiſcoporum. Notiſſimum, Reges Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Daniæ, Sueciæ, niſi Ungerentur ab Epiſcopis, non pro Regibus habitos fuiſſe. Et Galliarum Rex, cum Ungitur à Remenſi, is accipit baculum, diſſeritque, per illum, ſe dare Galliæ Principatum Regi, propter jus, quod Ei Papa dedit.* Quæ ſane refutationem non merentur; abſurdiſſimum enim eſt, nefandiſſimumque crimen, Reges *non unctos*, quales per Secula olim erant, cenſu Regum non habuiſſe; cum *unctio* mera ſit Cerimonia, ad eſſentiam dignitatis Regiæ nullatenus pertinens. Vid. Dn. *Ludovicus*, de *Auſpicio Regum*, cap. 4, §. 4, p. 154 &c. & *Pabſtlicher Unfug* Clementis XI, *wieder die Krone Preuſſen*, de ann. 1703, cap. 3, §. 5, pag. 64 &c.

(q) PRÆSTAT JURAMENTUM &c. Prinsquam diadema Imperatori imponatur, ad interroga-

ta,

ta, Conſecratori reſpondere tenetur, promiſſaque ſolenni corroborare juramento. *Ferrarius* in deſcriptione *Coronationis Joſephi*, part. 3, cap. 4, p. 135, ait: *Als ... man dem Herrn Ertz-Biſchoffen zu Maintz, als* Conſecratori, *die Inſul aufgeſetzt, den Biſchoffs-Stab in die Hand gegeben, wurden Ihro Kœnigl. Majeſt von denſelben deutlich angeredet, und befraget, mit dieſen Worten:*

(1) *Vis Sanctam Fidem Catholicam, & Apoſtolicam, tenere, & operibus juſtis ſervare?*

(2) *Vis Sanctis Eccleſiis, Eccleſiarumque Miniſtris, fidelis eſſe Tutor & Defenſor?*

(3) *Vis Regnum, Tibi à Deo commiſſum, ſecundum juſtitiam Prædeceſſorum Tuorum, regere, & efficaciter defendere?*

(4) *Vis Jura Regni & Imperii, bona ejusdem injuſtè diſperſa, recuperare & conſervare, & fideliter in uſus Regni & Imperii diſpenſare?*

(5) *Vis pauperum & divitum, viduarum & orphanorum, apertus eſſe Judex, & pius defenſor?*

(6) *Vis Sanctiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, Romano Pontifici, & Sanctæ Eccleſiæ, debitam fidem reverenter exhibere?*

Welche alle und jede Fragen Ihro Kœnigl. Majeſtæt mit einem deutlichen Volo, *Ich will, beantwortet, und bejahet. Hierauf ſind dieſelbe naher zum Altar getretten, und haben ſolche vorgehaltene Puncten, mit einem leiblichen Eyd, gleich dero Vorfahren, beſtættiget, alſo:*

Omnia promiſſa, in quantum divino fultus fuero adjutorio, fideliter adimplebo, ſic me Deus adjuvet, & Sancta Dei Evangelia.

Conf. Inauguratio *Maximiliani I.* an. 1486, apud *Freherum*, Tom. 3 *Rer. German.* p. 29, ubi eædem quæſtiones, excepta ultima, rudiori ſtylo expreſſa, nim. *Vis Sanctiſſimo in Chriſto Patri & Domino, Romano Pontifici, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Subjectionem debitam, & fidem, reverenter exhibere?* quibus terminis conceptam adhuc an. 1653, offendis apud *Lundorpium*, Tom. VII *Act. Publ.* lib. 6, §. 125, p. 48.

Non confundendum eſt juramentum hoc, cum altero, *quod jam unctus & coronatus* præſtat, tali ſub formula:

Profiteor & promitto, coram Deo, & Angelis Ejus, à modo & deinceps, Legem & Juſtitiam, Pacemque Sanctæ Dei Eccleſiæ ſervare, Populoque mihi ſubjecto prodeſſe, & juſtitiam facere, & conſervare Jura Regni, ſalvo condigno Divinæ miſericordiæ reſpectu, ſicut, cum conſilio Principum & Fidelium Regni atque meorum, melius invenire potero. Sanctiſſimo Romano Pontifici, & Eccleſiæ Romanæ, cæteriſque Pontificibus, & Eccleſiis Dei, condignum & canonicum honorem volo exhibere; ea etiam, quæ, ab Imperatoribus & Regibus, Eccleſiæ, ſeu Eccleſiaſticis Viris, collata ſunt, & erogata, inviolabiliter ipſis conſervabo, & faciam conſervari; Abbatibus, & Ordinibus, & Vaſallis Regni, honorem volo congruum præſtare & exhibere, Domino Noſtro Jeſu Chriſto mihi præſtante auxilium, fortitudinem, & decorum. Vid. *Hartmannus Maurus*, de *Coronat. Caroli V*, apud *Schardium* Tom. 2 *Rer. German.* p. 245. Inauguratio *Caroli V*, apud *Goldaſtum*, part. 1 *der Reichs Hændel*, Tit. 8, p. 52; *Heydeni* Fratres, de *Coronatione Maximiliani* 2, ibidem, Tom. 3, p. 91; *Lundorpius* Tom. VII *Contin. Act. Publ.* lib. 6, §. 125, p. 45.

Nec cum altero, quod olim, *Ottonis Magni* exemplo, Italiam ingreſſi, Romanamque ſuſcepturi Coronam, Pontifici exhibebant Reges hujusmodi tenoris:

Sanctiſſimo Domino Noſtro, Domino N. Divina Providentia Papæ, Ego N. Rex Romanorum, promitto & juro, per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & per lignum vivificæ Crucis, & per has Reliquias Sanctorum, quod ſi, permittente Domino, Romam venero, Sanctam Romanam Eccleſiam, & Sanctitatem ſuam, Rectorem ipſius exaltabo, ſecundum meum poſſe. Et neque vitam, neque membrum, neque honorem, quem habet, mea voluntate, meo conſilio, meo conſenſu, aut mea exhortatione, perdet, & in Roma nullum placitum, aut ordinationem, faciam, de omnibus, quæ ad Sanctitatem ſuam, aut ad Romanos, pertinent, ſine veſtro Conſilio. Et quicquid de Terra S. Petri ad noſtram poteſtatem provenerit, ſuæ ſanctitati reddam. Et cuicunque Italicum Regnum commiſero, jurare faciam illum, ut adjutor ſuæ ſanctitatis ſit, ad defendendam Terram S. Petri, ſecundum ſuum poſſe. Sic Me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Vid. *Gratianus*, Diſt. 63, C. 33, *Tibi Domino &c.* *Sigonius*, de *Regno Ital.* lib. 6, ad an. 960, p. m. 272; *Cerimoniale Romanum* ſub *Friderico III*, apud *P. Bertium*, lib. 2 *German.* cap. 9, p. 101; & *Sigismundum von Bircken*, lib. 5, *des Oſtreichiſchen Spiegels der Ehren*, cap. 7, pag. 575 & 580; quamvis interpolatum illud credat *Schilterus* de *Libert. Eccleſ. German.* lib. 3, cap. 5. §. 9, p. 315 & 316; add. Dn. *Brunnemannus*, *Introd. in Jus Publ.* lib. 2, cap. 3, Quæſt. 6, p. 55; & Dn. *Strauchius*, Diſſert. Exoter. IV, de *Illuſtribus Controverſiis circa Electionem Caroli V.* §. 13, p. 101: & *Carpzovius* de *L. R. Germ.* cap. 2, Sect. 7, §. 22, pag. 45, perſonale ſaltem arbitrentur.

Veterem Principum morem Eccleſias ſibi ſubditas, in tutelam ſuſcipiendi, obſervavit Ampl. Dn. *Werlhof* cap. 2 *Juris Publici Enucleati*, §. 8, p. 33 &c. *Carolum Magnum* licet, jam ſuo tempore juraſſe, probari nequeat: *In nomine Chriſti ſpondeo, atque polliceor, coram Deo & B. Petro Apoſtolo, Me Protectorem, ac defenſorem fore hujus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, prout ſciero, poteroque;* ut vult *Sigonius* l. c. lib. IV, ad an. 801, p. 161; unde ſua *Limnæus* lib. 2, *Jur. Publ.* cap. 4, §. 95, p. 69, & forte *Goldaſtus*, part. 12 *Politic. Imper.* §. 2, p. 612.

p. 613. ob rationes, præced. Tit. IV, §. 5, lit. a, v. 39, p. 363 & 364, allatas. Eò tamen reſpicit Epiſtola *Ludovici* 2 Imp. ad *Baſilium*, Imperatorem Græcum, de an. 871, apud *Baronium*, Tom. X Annal. h. a. §. 66, p. m. 474 & 475: *Mirari ſe dilecta Fraternitas Tua ſignificat, quod non Francorum, ſed Romanorum Imperator, appellemur. Sed ſcire Te convenit, quia niſi Romanorum Imperator eſſemus, utique nec Francorum. A Romanis enim hoc nomen & dignitatem aſſumpſimus, apud quos profecto primò tantæ culmen ſublimitatis & appellationis effulſit, quorumque Gentem, & Urbem divinitus gubernandam, & Matrem omnium Eccleſiarum Dei, defendendam, atque ſublimandam, ſuſcepimus, ex qua & regnandi prius, & poſtmodum imperandi, auctoritatem Proſapia noſtræ ſeminarium ſumpſit &c.* Conf. Dn. *Werlhof* l. c. §. 11, p. 45. In Synodo *Metenſi*, an. 869, Indict. 2, habita, cum *Adventius*, ejusdem Urbis Epiſcopus, multa in laudem *Caroli Calvi* proferret, Ipſe viciſſim repoſuit: *Vos acclamaſtis, Me, Dei Electione, ad veſtram ſalvationem, & profectum, atque Regimen, & gubernationem, huc adveniſſe; ſciatis, Me honorem, & cultum Dei, atque Sanctarum Eccleſiarum Domino conſervare adjuvante, & unumquemque Veſtrûm, ſecundum ſui ordinis dignitatem, & perſonam, juxta meum ſcire, & poſſe, honorare, & ſalvare, & honorabiliter ſalvatum tenere velle; & unicuique in ſuo ordine, ſecundum ſibi competentes tam Eccleſiaſticas quam mundanas, Legem & Juſtitiam, conſervare: en hoc, ut honor Regius, & poteſtas, ac debita obedientia, atque adjutorium, ad Regnum, mihi à Deo datum, continendum & defendendum, ab unoquoque veſtrum, ſecundum ſuum ordinem, & dignitatem, atque poſſibilitatem, mihi exhibeatur, ſicut Anteceſſores Veſtri, juſte, fideliter, rationabiliter, meis Anteceſſoribus exhibuerunt &c.* Vid. Vita *Ludovici Pii*, cap. 21, ad an. 868, apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Franc.* p. 478. Quid *Otto Magnus*, jurejurando in Eccleſiarum defenſionem, promiſerit, auctoritate *Gratiani*, modo docui. *Henricum Sanctum*, ante Inaugurationem, à Pontifice interrogatum: *Num fidelis vellet Romanæ Patronus eſſe & Defenſor Eccleſiæ, Sibi autem, ſuisque Succeſſoribus, per omnia fidelis?* devota profeſſione reſpondiſſe, poſtea *inunctum*, & coronatum, ex *Ditmaro* præced. Tit. V, §. 11, in Ejus vita, ad an. 1014, pag. 514, diſcimus; cujus verba *Chronographus Saxo* ad an. 1014, p. m. 226, repetit. Juramentum *Lotharii* Saxonis, exhibui, in Ejus vita, præced. Tit. V, §. 11, ad an. 1133, pag. 564. De *Henrico VI* inquit *Rogerus de Hoveden*, in *Annal. Angl.* in vita *Richardi I*, pag. 689: *Dominus Papa ante oſtium Eccleſiæ B. Petri ſupra gradus, recepit Sacramentum à prædicto Alemannorum Rege,* (Henrico) *quod Ipſe Eccleſiam Dei, & Jura Eccleſiaſtica, fideliter ſervaret illibata, & quod rectam juſtitiam teneret, & quod Patrimonium B. Petri, ſi quid inde ablatum eſſet, in integrum reſtitueret, & quod Tuſculanum ei redderet. Deinde, introduxit Eos Dn. Papa in Eccleſiam, & unxit Eum in Imperatorem, & Uxorem Ejus in Imperatricem &c.* Procuratores *Henrici VII*, *Sigfridus*, ſcil. Curienſis Epiſcopus, *Amadeus*, Comes Sabaudiæ, reliquique, *Clementi* Pontifici ſacramentum prolixius præſtiterunt, an. 1309; de quo vid. præced. Tit. V, §. 11, in Ejus vita, ad an. 1309, pag. 646; & Ill. Dn. *Leibnitius*, Tom. 2 *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, in *Mantiſſa*, §. 49, p. 257. Eadem fere formula uſus eſt *Fridericus III*, apud *Bertium*, lib. 2 *German.* cap. 9, p. 101; Conf. *Æneas Sylvius*, *Hiſt. Friderici III*, p. m. 80; *Sigismundus von Bircken* l. c. lib. 5, cap. 7. p. 575 & 580; *Spondanus* Tom. 2 *Contin. Annal. Baron.* ad an. 1452, § 2, p. 21; *Maximilianus I*, an. 1486; teſte *Frebero*, Tom. 3, *Rer. Germ.* p. 29, ad ſupra dictas ſex Quæſtiones, jam uſu receptas, præſtito juramento, reſpondit. Idem feciſſe *Carolum V*, deſcriptio Coronationis Ejus, apud *Goldaſtum*, part. 1 *der Reichs-Handel*, Tit. 7, p. 51, documento eſt. De *Maximiliano* 2, idem aſſirmat *Goldaſtus*, l. c. part. 1, p. 72 in fine, & 73; nec non de *Matthia*, an. 1612, l. c. pag. 101; de *Ferdinando III*, an. 1636, *Carpzovius* de *L. R. Germ.* cap. XI, Sect. 10, §. 34, p. 304; de *Ferdinando IV* an. 1653, *Lundorpius* T. VII *Act. Publ.* cap. 6, §. 115, p. 42; Ne quem tamen offendat, quod Imperator, *ſe Papæ, & Succeſſoribus Ejus, fidelem fore*, juret; notandum, *fidelitatem* neutiquam hic *Vaſallagium* denotare, ceu ipſe Pontifex. *Friderici I* ætate, ſatis ſuperque declaravit, præced. Tit. V, §. 11, in Ejus vita, ad an. 1157, p. 579 &c. ſed *fidelem duntaxat protectionem*, quam quilibet Princeps Chriſtianus Eccleſiis, ſibi ſubditis, earumque Rectoribus, præſtare tenetur. Vid. *Lupoldus de Bavenberg*, de *Jure Regni & Imperii Romano-Germanici*, cap. 9, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 187 &c. *Strauchius*, Diſſ. IV *Exoter. de Illuſtribus Controverſiis circa Electionem Caroli V*, §. 12, pag. 99; &c. *Limnæus* lib. 2 *Jur. Publ.* cap. 4, §. 95 &c. pag. 69 & 70; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſ. German.* lib. 2, cap. 9, §. 10 & 11, p. 408 &c. Quum vero, ſeculis Barbaris, Romani Antiſtites (vel *Clemente V* teſte, in cauſa *Roberti*, Siculorum Regis, cum quo de pace tractanda, *ſub juramento fidelitatis*, ſibi præſtito, Cæſarem, per Cardinales, requiſiverat; cap. Un. de *Jurejurando*, lib. 2 *Clement.* Tit. IX,) Imperium, Papalis Feudi inſtar, intueri viderentur, *Henricus VII* Imp. meritò exclamavit: *Novi exempli res eſt, nec uſurpata Anteceſſorum meorum temporibus, Principem Principum, ac Orbis Terrarum Dominum, Servo Servorum Fidelitatis juramento obſtringi.* Vid. *Goldaſtus* Tom. 3 *Conſtit. Imp.* p. 407; *Schilterus* l. c. lib. 6, cap. 1, §. 3, p. 741 & 742. Efferbuit autem, his non obſtantibus, elato *Henrici* Cæſaris funere, *Clementis* audacia, in tantum, ut non erubeſceret, in *Viennenſi* Concilio, Imperium Romano-Germanicum, denuò pro Ro-

mano

Digitized by Google

manæ Eccleſiæ venditare Feudo; Vid. cit. cap. Un. de *Jurejurando*, lib. 2 *Clement.* Tit. IX, ubi: *Cardinalibus exiſtentibus tunc in Urbe, pro reformanda pace, & ſolidanda Concordia, inter Reges eosdem* (Henricum Cæſ. & Robertum Siculum) *literas noſtras ſub certa forma duximus deſtinandas, inter alia inſerentes in eis, quod cum ipſi Regis, ejusdem Eccleſiæ ſpecialiſſimi Filii ſibi juramento fidelitatis, & alias multipliciter eſſent adſtricti, ipſius Eccleſiæ debeant eſſe promptiſſimi defenſores. Dictis autem literis in notitiam dicti Henrici, ad Imperium jam promoti, ſic deductis, idem Henricus, ab eisdem Cardinalibus requiſitus, ut ſuper contentis in illis ſuum propoſitum reſponderet: quaſi moleſte tuliſſet, quod de juramento fidelitatis hujusmodi, per Eum præſtito, in dictis literis mentio haberetur ---- reſpondit: Se non fore cuiquam ad juramentum Fidelitatis, adſtrictum, & quod nunquam fecerit juramentum, propter quod foret ad juramentum fidelitatis alicui obligatus, & quod Ipſe neſciebat, quod Anteceſſores ſui, Romani Imperatores, unquam juramentum hujusmodi præſtitiſſent; ſimulans, ſe immemorem juramentorum, quæ nobis, ante Coronationem ſuam, præſtiterat, & poſt Coronationem etiam innovarat. Nos itaque attendentes, quod hujusmodi reſponſio, ſi ſub diſſimulatione pertranſeat, vel ſilentio palliretur, poſſet in magnum & evidens præjudicium Romanæ Eccleſiæ redundare, dignum admodum & opportunum fore perſpeximus, ut de Juramentis hujusmodi, Conſtitutioni præſenti aliqua breviter annectamus ---- Nos præmiſſis, & aliis rationibus, ne quis in Romanum aſſumptus Principem, vel in poſterum aſſumendus: An juramenta hujusmodi per dictum Henricum, Imperatorem, præſtita, & per Succeſſores Ipſius, in futurum præſtanda, Fidelitatis exiſtant? In dubitationem deducere audeat, vel ſuper his contrarium aſtruere veritati, auctoritate Apoſtolica, de Fratrum Noſtrorum Conſilio, declaramus, illa Juramenta prædicta Fidelitatis exiſtere, & cenſeri debere &c.* Quæ Doctrina, è Schola *Hildebrandina*, ſeu *Gregorii VII*, omnino exiens, quippe qui, hanc Imperatoribus formulam præſcribere haud verecundabatur: *Ab hac hora, & deinceps, fidelis ero, per rectam Fidem, Petro Apoſtolo, Ejusque Vicario, B. Gregorio, qui nunc in carne vivit; & quodcunque Ipſe mihi præceperit, ſub his videlicet verbis: Per veram obedientiam, fideliter, ſicut oportet Chriſtianum, obſervabo &c.* Vid. *Gregorii VII, Regeſt* lib. 8, Ep. 3; cum habuit effectum, ut ultima Quæſtionum, quæ adhuc hodie coronandis Imperatoribus proponuntur, & ad quas, ſub jurejurando, reſpondere tenentur, hisce terminis conciperetur: *Vis Sanctiſſimo in Chriſto Patri, & Domino, Romano Pontifici, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Subjectionem debitam & fidem, reverenter exhibere?* Vid. Inauguratio *Maximiliani I*, an. 1486, apud *Freherum* Tom. 3. *Rer. Germ.* p. 29; *Caroli V*, an. 1520, apud *Goldaſtum* part. I. *der Reichs-Händel*, Tit. 7, p. 51; *Ferdinandi III*, an. 1636, apud *Carpzovium*, de *Lege Regia*, Cap. XI, Sect. 10, §. 3.., p. 304; *Ferdinandi IV*, an. 1653, apud *Lundorpium*, Tom. VII, *Act. Publ.* lib. 6, §. 125, p. 42; quamvis nec negandum ſit, ſubinde Imperatores ejusmodi Romanæ Curiæ conatibus reſtitiſſe; quo titulo *Maximilianus* 2, innoteſcit, quem, Juramentum *de Obedientia*, præſtare recuſaſſe, præced. Tit. V, §. 11, in Ejus vita, ad an. 1561, p. 745. notavi. *Ferdinandum* inſuper *Secundum*, per Legatum, *Urbano VIII, obedientiam* promittere noluiſſe, ſed obſervantiam duntaxat, ex *Conringio*, cap. 13. de *Germanorum Imperio Romano*, §. 26, p. m. 144, diſcimus; quomodo res fuerit compoſita, tradit *Beckeri Synopſis, Jur. Publ.* lib. 2, c. 4. §. 2. In præſentiarum vocabulum *Subjectionis*, omitti vulgare eſt. Quo etiam pertinet, inſerta Capitulationis *Maximiliani* 2, Articulo 2. Clauſula, de non adſtricto, ex parte Electorum Secularium, qui tunc omnes, *Bohemo* excepto, Proteſtantium Religioni addicti erant, Imperatore, ad ſpecialem Romanæ Eccleſiæ & Pontifici præſtandam protectionem; quin potius, per Capitul: *Ferdinandi IV*, Art. I, *Pax Religioſa & Profana*, & per Capitul: *Leopoldi* atque *Joſephi*, Art. I, *Inſtrumentum* quoque *Pacis Weſtphalicæ*, eo trahenda dicantur. Vid. præced. Tit. V, §. 4, lit. d. pag. 412. Nec male Auctor Diſcurſus: *Ob die Röm. Kayſerl. Majeſt. mit guter* Conſcientz, *den Evangeliſchen insgemein, die Religion frey öffentlich im H. Reich zu verſtatten, und darüber* Confirmation *zu ertheilen, von GOtt Gewalt und Macht habe?* apud *Lundorpium* Tom. III. Act. Publ. lib. 8, cap. 24, pag. 784. *Da ſchon weyland die Kayſer und Könige, bey dero Krönung, einen leiblichen Eyd, die Catholiſche Religion zu handhaben, und zu ſchützen, geſchworen, ſo iſt doch hierum nicht zu erzwingen, daß hiedurch die Evangeliſche Religion ausgeſchloſſen worden, ſondern ſie vielmehr, in Krafft ſelbigen Eyds, frey zu laſſen, zu beſtättigen, und zu ſchützen ſey &c.* & paulo poſt: *zu dem, geſchworen haben: Die Catholiſche Religion zu handhaben, und zu ſchützen, iſt noch nicht, daß eben andere im Reich übliche ausgeſchloſſen, oder nicht mehr geſtattet werden müſſen. Ein König ſchwöret ſeine Unterthanen zu ſchützen, folgt darum nicht, daß er andere in ſeinem Königreich, die ihre Zuflucht dahin genommen, nicht auch ſchützen dörffe &c.*

(*r*) SUBJECTIONEM &c. Vocabulum hoc, in Coronatione *Joſephi* fuiſſe omiſſum, conſtat ex præced. lit. q, pag. 884.

(*s*) SANCTI EJUS &c. Dudum Romano-Catholi-

tholicos, in locum *Sanctorum*, per quos jurarunt, *Evangelia* ſurrogaſſe, tralatitium eſt. In *Rec. Imp. Spirenſi*, an. 1544, §. 92. *So viel das Recht belangt*, prima vice cautum legitur, integrum eſſe Cameræ Aſſeſſoribus, aliiſque perſonis Cameralibus, *den Eyd, nach dem alten Gebrauch, zu GOtt und den Heiligen, oder, zu GOtt und auf das Evangelium, zu thun.* Quæ confirmata ſunt, per *Tranſactionem Paſſavienſem*, an. 1552, §. 10, *was dann auf ſolchem Reichstag &c.* In Ordinatione Camerali Auguſtana, de an. 1555, part. I, Art. 57, nulla mentio fit Sanctorum, ſed dicitur ſaltem: *Es ſollen auch Cammer-Richter, und Beyſitzer, ein jeder zuvor und ehe er aufgenommen wird, einen Eyd zu GOtt, und auf das H. Evangelium, ſchweren &c.* quæ formula Articulis ſequentibus, ad 85 usque, incluſivè, repetitur, inſerta deinceps Capitulationi *Maximiliani* 2, Art. 17, & retenta in Capit. *Rudolphi* 2, Art. 36, *Matthiæ*, Art. 42, *Ferdinandi* 2, Art. 43; *Ferdinandi III*, Art. 52; *Ferdinandi IV*, Art. 49; *Leopoldi*, Art. ult. & *Joſephi*, Art. ult. Conf. *Limn.* ad *Capitul. Caroli V*, Art. 31, voc. *zu GOtt und den Heiligen geſchworen*, pag. 357 & 358. Negandum interim nec eſt, Romano-Catholicos quandoque & ante Reformationem, phraſi hac uſos eſſe, vel juramento teſte, à *Friderico III* præſtito, apud P. *Bertium* lib. 2, cap. 9, p. 101. *Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.* Nonnunquam, per *Sanctas Reliquias*, factam olim fidem, teſtantur Inſtrumenta publica apud *Schilterum, Inſtit. Jur. Publ.* part. 2, lib. 2, Tit. 6, p. 47 & Tit. 9, p. 77; Conf. *Gratianus* Diſt. 63, C. 33, præced. lit. q, p. 884. Proteſtantes varias adhibent formulas, v. g. Vaſalli Marchiæ jurant: *So war ihnen GOtt helffe um Chriſti Willen*; Vid. Ill. Dn. *Stryck*, in *Append. Examinis Jur. Feudal.* §. 6, p. 393 pariter & Subditi Marchiæ, l. c. §. 7, pag. 397; Vaſalli Saxoniæ, *So war ihnen GOtt helffe, durch JEſum Chriſtum ſeinen Sohn, unſern Herren*, l. c. §. 9, p. 401; pariter & ſubditi Saxoniæ l. c. §. 10, p. 412. Vaſalli Pomeraniæ Ulterioris: *Als Ihnen GOtt helffe, durch JEſum Chriſtum &c.* l. c. §. 9, p. 408; Vaſalli Brunſuicenſes & Luneburgenſes: *So wahr ihnen GOtt helfe und ſein H. Wort*, l. c. §. 11, p. 414, & §. 12, p. 417; Vaſalli Sileſiæ: *So wahr ihnen GOtt helffe, und ſein H. Evangelium*, l. c. §. 13, p. 419; ita & Electores Eccleſiaſtici, l. c. §. 14, p. 422; & Seculares, l. c. §. 15, pag. 424; & Legati Principum Imperii l. c. §. 16, p. 426; & Principes Sileſiæ Imperatoris Vaſalli, l. c. §. 17, p. 428, &c. Singulare erat juramentum *Solymanni*, Imp. Turcici, an. 1530, quo inito fœdere cum *Johanne*, Hungarorum Rege, ſe conſtrinxit, apud *Speidelium*, voc. *Bündniß*, p. m. 152. *Juro, ad Omnipotentiam Dei Altiſſimi Omnipotentis, Sanctitatem, ſplendorem & bonitatem Divinitatis ſuæ, ad firmamentum Cœli, Solem, Lunam, Stellas, Terram, & Superficiem Terræ, ac ad Regnum & Sanctiſſimum Muhametem, Proavum, Avum, Patrem, Matrem, & lac maternum, ac panem meum, gladium, animam, & vitam meam, ac omnium Bozermannorum circumciſorum ſalutem, quod Te, fratrem meum juratum, Johannem, videlicet Regem, quaque neceſſitate, non derelinquam &c.*

(t) DISPOSITIONEM &c. Nimirum Cap. 28, §. 5; additur tamen; *Niſi præmiſſis omnibus, ſeu eorum alicui, impedimentum legitimum obviaret.* Conſtat hinc urgente neceſſitate, Inaugurationem & alibi, quam *Aquisgrani*, fieri poſſe, quo caſu, *Aquisgranenſibus*, Reverſales, de non præjudicando, dantur. Provocat ad hanc Legem vel Ipſe Imperator *Carolus V*, in prooemio *Ordinationis Regimenti Wormatienſis* de an. 1521, verbis: *deßhalben wir ---- aufs baldeſt Uns mœglich geweſen, heraus in das H. Reich gethan, Unſer Krœnung zu fœrderſt in der Stadt Aach, wie ſich, Inhalt der Gülden Bull, und der Heiligen Geſetz, gebührt, empfangen haben &c.* Commemorat inſuper *Hartmannus Maurus*, in deſcriptione *Inaugurationis* hujus Principis, apud *Schardium*, Tom. 2 *Rer. German.* p. 18, & *Goldaſtum*, part. 3 *Polit. Imper.* diſcurſ. 3, pag. 266, Eum, Electorum Legatis, ne ſe periculo peſtis, *Aquisgrani* graſſantis, exponeret; efflagitantibus, per *Georgium Lamperterum*, reſpondiſſe; *Imperatoriam Majeſtatem antiqui moris reſpectum habere, conſtanter decreviſſe, mentique ſedere nullibi niſi in antiqua Carolorum Sede, Regni diadema aſſumere; non conſultum eſſe, ob levem, momentaneamque cauſam, ritum coronandi priſcum, adverſum præſcripta Bullæ Aureæ Caroli, novari. Et quia Majeſtati ſuæ compertum, morbi vim non tam late vagari ſicut falſo rumore ad Principum aures delatum, ideo, ob expertam Principum erga Suam Majeſtatem benevolentiam, ſe non dubitare, quin Principes Electores eo convenirent, quo Majeſtatem ſuam tendere viderint &c.* magno argumento, tuendas Imperii obſervantiam Legesque, Summopere Ei fuiſſe cordi. Conf. *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.* cap. 4, §. 7, p. 52; *Mylerus* ad *Rumelinum* ad A. B. part. 3, Diſſert. 6, §. 5, lit. b, pag. 883. Extat apud *Goldaſtum* Tom. 2 *Conſtit. Imp.* p. 7, Conſtitutio ſub *Caroli Magni* nomine, qua *Aquisgranum* jam tunc Regia Tranſalpini Imperii conſtituta fertur, & quidem annexo jure, ut Germaniæ Reges ibidem initiarentur; verba ſunt: *Ut in Templo eodem* (D. Mariæ Virginis, cujus conſecrationis feſtum tunc celebratum) *Sedes Regia locaretur & locus Regalis, & Caput Galliæ trans Alpes haberetur: ac in ipſa Sede Reges Succeſſores & hæredes Regni initiarentur, & ſic initiati jure dehinc Imperatoriam Majeſtatem, Romæ, ſine ulla interdictione, planius exequerentur. Confirmatum & ſanctum eſt hoc à Domino Apoſtolico Leone, Romanorum Pontifice, & à Me Carolo, Romanorum Imperatore Auguſto, primo Auctore hujus templi & loci, quatenus ratum & inconvulſum hoc ſtatutum & decretum Noſtrum maneat, &*

hic

Digitized by Google

hic Sedes Regni trans Alpes habeatur, *ſicque Caput omnium Civitatum & Provinciarum Galliæ &c.* ad quam etiam provocat Auctor *Fragmenti Hiſtorici*, Chronico *Alberti Argentinenſis* præfixi, apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. Germ.* p. 78; *Guicciardinus*, in *deſcript. Belgii* pag. 312, & *Limnæus*, Tom. 3 *Jur. Publ.* lib. 7, cap. 2, §. 6, p. 55. Enimvero, jam præced. Tit. 2 §. 7, lit. a, pag. 43, monui, inſuetas loquendi formulas Documentum hoc dubiæ admodum reddere fidei; in quonam, quæſo, genuino Diplomate ita loqui deprehenditur *Carolus*: *Fui in medio Veſtrûm, quaſi unus de quærentibus & petentibus æquitatem Legis, nulli contradicens ac renitens dignæ & rectæ petitioni. Ego veſtri Decreti & petitionis voluntarius extiti, vos, quaſi Patres & Fratres, audivi; nunc quæſo, ut meæ petitionis & intentionis, non ſolum auditores, ſed & benevoli factores fieri velitis, nec, quod indecens aut intolerabile ſit, quæro, ſed quod tota Gallia & univerſi Principes, potius concedere, quam negare debent &c.* Quid Juris in Germania habuit *Leo* Papa, quod *Sanctio* ejus requireretur, ad Conſtituendam *Germaniæ Sedem Regiam?* Quis unquam dixerit, jam *Caroli Magni* ætate, *Germanos* facultate fuiſſe præditos, ut ipſorum Rex, *ſine ulla contradictione, Majeſtatem Imperatoriam, Romæ, exequeretur.* Quis adfuit teſtis? ubi dies & Conſul? &c. &c. Negari tamen nequit, *Carolum Magnum* magni ſemper *Aquisgranum* feciſſe, nec *Baſilicam* tantum (quam teſte *Adelmo*, ad an. 828, in fine, apud *Freherum*, pag. 432, *Capellam* vocant, hinc vocabulum *Aix la Chapelle*) Sanctæ Dei Genitricis, *opere mirabili*, ut *Eginhartus*, in Ejus vita, apud *Freherum*, p. 438, loquitur, ibi extruxiſſe, ſed &, intuitu aquarum ſalubrium, aliquandiu, vitam tranſegiſſe, eodem teſte, l. c. pag. 440: *Delectabatur etiam vaporibus aquarum naturaliter calentium, frequenti natatu corpus exercens - - - - ob hoc etiam Aquisgrani Regiam exſtruxit, ubique, extremis vitæ annis, usque ad obitum, perpetim habitavit;* conf. *Mabillon*, *de Re. Diplomat.* lib. 4, §. 4, 146, ubi plura; interque ea, ex hymno, *Caroli* memoriæ ſacro:

Urbs Aquenſis, Urbs Regalis:
Sedes Regni principalis:
Prima Regum Curia.

Add. *Du Freſne*, voc. *Palatia*, p. 94. Poëta *Saxo*, apud Dn. *Leibnitium*, de *Script. Rer. Brunſ.* ad an. 788, pag. 138. an. 800, p. 150, an. 804, p. 154. &c. *Germaniæque* hinc Regibus utplurimum ibidem *Coronari* placuiſſe, documento ſunt: *Otto Magnus*, an. 936, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 936, pag. 91; & Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad eundem annum pag. 496; *Otto* 2, an. 961, præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 92; *Otto* 3, an. 983, ibid. ad h. a. pag. 94; *Henricus III*, an. 1028, ibid. h. a. pag. 102; *Henricus IV*, an. 1053, ibid. h. a. pag. 105; *Lotharius* Saxo, an. 1125, ibid. h. a. p. 120; *Conradus III*, an. 1138, ibid. h. a. p. 123; *Otto IV*, an. 1198, præced. Tit. V, §. 11, in Ejus vita, ad h. a. p. 598. *Philippus* an. 1204, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 148: *Fridericus* 2, an. 1215, præced. Tit. V, §. 11, in Ejus vita, ad h. a. pag. 608; *Wilhelmus Hollandus*, an. 1248, ibid. in Ejus vita ad h. a. p. 623; *Richardus*, an. 1257, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. p. 159; *Rudolphus Habſpurgicus*, an. 1273, ibid. l. c. pag. 161, *Adolphus Naſſovius*, an. 1292, præced. Tit. V, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad h. a. pag. 634; *Albertus I*, an. 1298, ibid. in Ejus Vita, v. 4, ad h. a. pag. 639; *Henricus VII*, an. 1309, ibid. in Ejus vita, v. 4, ad h. a. p. 645; *Ludovicus Bavarus*, an. 1314, ibid. in Ejus vita, v. 4, ad h. a. p. 649; *Wenceslaus*, an. 1378, ibid. in Ejus Vita, v. 4, ad h. a. p. 680. *Rupertus Palatinus* an. 1400, ibid. ad h. a. p. 685. *Sigismundus*, an. 1414, ibid. in Ejus vita, v. 4, ad h. a. p. 690. *Albertus* 2, an. 1438, ibid. in Ejus vita, v. 4, ad. h. a. p. 698. *Fridericus III*, an. 1442, ibid. Ejus vita, v. 4, ad h. a. p. 702. *Maximilianus I*, an. 1486, ibidem, ad h. a. p. 713. *Carolus V*, an. 1520, ibid. in Ejus vita, v. 4, ad h. a. p. 724. *Ferdinandus I*, an. 1531 ibid. in Ejus vita, v. 4, ad h. a. pag. 740. Celebratiſſima igitur ſemper fuit *Aquiſgranenſis* Civitas, quicquid, etiam *Carolinum* valeat diploma; minimum, teſtis *Wippo*, in Vita *Conradi Salici*, ad an. 1025. p. m. 429. *Ubi* (Aquisgrani) *publicus Thronus Regalis, ab antiquis Regibus, & à Carolo præcipuè, locatus, totius Regni Archiſolium habetur.* Et *Otto Friſing.* lib. 5 *Chron.* cap. 35, apud *Urſtiſium*, p. 117, qui memor diviſionis Imperii inter *Lotharium*, *Ludovicum Germanicum*, & *Carolum Calvum*, de qua præc. Tit. 2, §. 8, lit. a. pag. 56, ad an. 843, evolvas, ait, *ex hinc diviſo Regno, Regna modo duo, Orientale ac Occidentale, quorum alterum, partem Ludovici ac Lotharii, Sedemque Regni Francorum, Palatium Aquisgrani, ac Imperium Urbis Romæ habet &c.* Et Epiſtola *Innocentii III*, ad *Principes Germaniæ*, de an. 1200, apud *Odericum Rinaldum*; Annal. ad h. a. §. 23: ubi, facta mentione ſchiſmatis inter *Philippum*, à Tarentaſienſi Archi-Epiſcopo, *Moguntinæ* coronatum, & *Ottonem IV*, à Colonienſi, *Aquisgrani*, inauguratum, dicitur: *Philippus, nec ab Eo, qui potuit, nec Ubi debuit, fuit coronatus: cum Tarentaſienſis Archi-Epiſcopus, tanquam extraneus, & ad quem id minimè pertinet, evocatus, Ei Regni præſumpſerit imponere diadema &c.* & in alia, ad *Zaringiæ* Ducem, an. 1205, data, ibid: *Dux Philippus nec ubi debuit, nec à quo debuit, Coronam & Unctionem accepit. Rex verò Otto, & ubi debuit, videlicet Aquisgrani, & à quo debuit, ſcil. à Venerabili Fratre noſtro, Colonienſe Archi-Epiſcopo, utrumque recepit &c.* & *Rogerus* de *Hoveden*, *Annal. Angl.* in Vita *Richardi I* ad an. 1198, pag. 776, cujus verba preced. Tit. 2, §. 10, lit. d. ad an. 1198, p.

146, exhibui. Et Epiſtola *Urbani IV*, ad *Richardum* Anglum, an. 1263 Romam evocatum, ibid. ad an. 1257, p. 160; & *Albericus*, *Monachus trium fontium* ad an. 1215, in *Acceſſionib. Hiſtoricis* Ill. Dn. *Leibnitii* p. m. 487: *A tempore, quo Franci, vel Teutonici, obtinuerunt Dynaſtiam Imperii, hæc ſemper apud eos Conſuetudo, quaſi Lex, inviolabiliter obſervatur, quod Imperator Electus nunquam coronatur, vel conſecratur, à Papa Romanorum, prius* (quam) *Rex fuerit coronatus Aquisgrani, & poſtquam ſemel ibi tulerit Coronam, nihil reſtat, niſi ut in Imperatorem Romanum, à Summo Pontifice, coronetur & conſecretur; & hoc fit propter reverentiam & Majeſtatem Caroli Magni, cujus corpus requieſcit ibidem.* Nihilominus vero, Inaugurationes Germaniæ Regum nonnunquam & alibi fuiſſe celebratas, exemplo ſunt: *Henricus Sanctus*, *Moguntiæ*, an. 1002, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 95; *Conradus Salicus* ibidem, Vid. *Wippo* in Ipſius vita, p. 427, & præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4. ad h. a. p. 518; *Rudolphus*, ibidem, an. 1073 præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 108. *Fridericus Auſtriacus*, *Bonnæ*, an. 1314 (l. c. in Vita, *Ludovici Bavari*, v. 4, ad h. a. p. 655) *Carolus IV*, ibidem. 1346, (l. c. ad h. a. pag. 673) coronati. Ne de iis dicam, quorum Dn. Auctor meminit, excepto *Ferdinando I*, quem *Aquisgrani* diademate redimitum, Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad an. 1531, p. 740, probavi.

(*u*) FERDINANDUS I; Alii quoque, quorum nomina, præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad an. 1531, pag. 740 conſignavi, Principem hunc *Francofurti* inauguratum perhibent; ſed minus accuratè; utpote cui *Aquisgrani* impoſitum diadema, ibidem dictum.

(*x*) FERDINANDUS IV, &c. Hunc *Ratisbonæ* coronatum, patet ex præced. Tit. 5, §. 11, Vita *Ferdinandi III*, v. 3, pag. 761. Sacratiſſimo autem *Joſepho* diadema *Auguſtæ* impoſitum.

(*y*) MOGUNTINUS &c. Acerrima olim diſputatio erat: *A quonam Epiſcopo Germanorum Reges inaugurandi eſſent?* Coronationes & in aliis Regnis ab Epiſcopis peragi diſcimus es Catalogo, quem hunc in finem Dn. *Schwederus*, *Introd. Jur. Publ.* part. ſpec. Sect. I, cap. 2, §. 32, p. 242, exhibet. In *Germania*, *Moguntinus* Antiſtes id ſui eſſe muneris, ob Sedis Primatum, conſtanter Jactabat; Vid. *Lambertus Aſchaffenburgenſis*, ad an. 1054 & 1073, cujus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an 1053, pag. 105, & an. 1073, p. 109, retuli. Hinc *Marianus Scotus*, ad an. 750: *Pipinus, in Civitate Sueſſionum, à S. Bonifacio Archi-Epiſcopo, in Regem unctus, Regni honore ſublimatus eſt: & deinde, ob id, poſt Papam, Secundus habetur Moguntinus Archi-Epiſcopus, usque in hodiernum diem &c.* *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis Imperii* cap. 7, p. m. 118: *Arnolphus, Ejus filius, Ludovicus IV, & Chunradus I, Reges coronati ſunt, & conſecrati, ab Archi-Epiſcopo Moguntino, à quo etiam Pipinus, Rex Francorum, & Pater Caroli Magni, primò; deinde Ludovici Pii Imp. filii, Ludovicus, & Carolus III, Reges Germaniæ, vel Francorum Orientalium, coronati fuerant - - - Henricus vero, Rex, primus Unctionem & Conſecrationem ab Archi-Epiſcopo Moguntino, Hildeberto, ſibi oblatam, renuit. Hos autem Reges, ideo hoc tempore, à Moguntino Archi-Epiſcopo coronatos fuiſſe crediderim, quod Ipſe totius Regni Germaniæ Metropolitanus eſſet &c.* & *Joachimus Vadianus*, lib. 1 de *Collegiis Monaſteriisque Germaniæ veteribus*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Antiquitatum Alamannicarum* pag. 4, & *Meibomium* in Notis ad lib. 1 *Witichindi*, Tom. 1 *Rer. German.* p. 677: *Non ſolum Epiſcopi & Archi-Epiſcopi, ſed etiam Pontifices, ac Summi quidem, vocati ſunt, cum hodie Romano Epiſcopo prope ſoli id nomen* κατ᾽ ἐξοχὴν *tribuatur, vulgatiſſimum ante Præſulibus omnibus, præcipuè autem Magonciacenſi, cui Summus ſemper inter Germaniæ Epiſcopos, honos habitus eſt, ac, poſt Eum, Trevirenſi & Colonienſi &c.* Re vera etiam, *Otto I*, an. 936, ab *Hilberto*; *Otto 3* an. 983, à *Willigiſo*; *Henricus Sanctus*, an. 1002, ab eod. & *Conradus Salicus*, an. 1024, ab *Aribone*, Moguntinis Præſulibus, coronati noſcuntur, ceu præc. Tit. II, §. 10, lit. d. ad hos an. & Tit. V, §. 11, in ipſorum Vitis, ad hos annos, clarius pateſcit. Quid litis vero inter *Moguntinum* & *Colonienſem*, occaſione Coronationis *Ferdinandi IV*, ſuperiori ſeculo, deſuper ortum ſit, peti poteſt ex Brevi Informatione, *Warumb Ihrer Churfürſtl. Durchl. zu Cœlln, den* Actum Coronationis Regis Romanorum, *vor Ihrer Churfürſtl. Gn. zu Mayntz, zu verrichten gebühret*; de an. 1653 apud *Lundorpium*, Tom. VII *Act. Publ.* lib. 6, §. 127, pag. 48 &c. & *der Churfſtl. Maintziſchen Antwort, auf die Chur-Cœllniſche* Information; an. eod. ap. *Lundorpium* l. c. §. 142, p. 61, nec non ex *Limnæo* Tom. V, *Jur. Publ.* Add. ad lib. 3, c. 6, §. 3, p. 154 &c. & Diſſertatione Conſiliarii cujusdam *Moguntini*, *de Jure coronandi pro Electore Moguntino*, an. 1655, Moguntiæ vulgata; Cui an. 1656, Colonienſium partium Patronus, *Iteratas Vindicias Juris Coronandi Reges Romanorum, pro Archi-Diœceſi Colonienſi*, Bonnæ, oppoſuit; quas multis flagitationibus pulſus, Ill. *Conringius*, viciſſim ſub cenſuram vocavit, an. 1664 vice altera, ſequenti titulo, publicatam: *Iteratarum Vindiciarum Juris coronandi pro Archi-Diœceſi Colonienſi, Examen, quo, ad Colonienſium Advocatorum argumenta in anteceſſum breviter reſpondetur*; Helmſtadii 1664; *Examen* hoc, paulo poſt, excepit: *Anti-Conringiana Defenſio Juris Colonienſis, in coronandis Romanorum Regibus*; ad quam, *Conringius* reſpondit, edita *Caſtigatione Libelli*, *cui Titulus: Anti-Conringiana Defenſio Juris Colonienſis, in coronandis Romanorum Regibus*: Helmſtad. an. 1664. quibus tractatibus Controverſia hæc penitus exhauſta. Faciunt pro *Colonienſi*, quod (1) *Aquisgranum* ſit de Ejus diœceſi, (2) A. B. cap. 4, §. 4, expreſſis verbis

Digitized by Google

bis dicat: *Colonienſi Archi-Epiſcopo competit dignitas, nec non officium, Romanorum Regi primum diadema Regium imponendi*, (3) ab antiquo, communis fama id juris Ei tribuerit, vid. Epiſtola Germaniæ Præſulum ad *Hadrianum IV*, P. R. apud *Radevicum*, lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. 16, p. m. 487; *Electionis primam vocem Moguntino Archi-Epiſcopo, deinde, quod ſupereſt, cæteris, ſecundum ordinem Principibus, recognoſcimus, Regalem Unctionem Colonienſi, ſupremam vero, quæ Imperialis eſt, Summo Pontifici, quicquid præter hæc eſt, ex abundanti eſt, à malo eſt &c.* Add. quæ de *Conradi III*, ex *Ottone Friſingenſi*, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1138, pag. 123, & præced. lit. t, p. 888, ex *Innocentii III*, Epiſtolis, ad Germaniæ Proceres, & Zæringiæ Ducem, adduxi. Conf. *Urbani IV*, Epiſt. ad *Richardum* Anglum, an. 1263 *Romam* evocatum, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1257, pag. 160, verb: *Per Colonienſem Archi-Epiſcopum, ad quem id, ex officio ſuo*, (Rex electus) *inungitur, conſecratur & etiam coronatur &c.* Codex membranaceus Viennenſis, cujus *Lambecius*, in *Bibliotheca Vindobonenſi*, lib. 2, cap. 8, p. 949, §. 298, meminit, de *Conſecratione Imperatoris Romanorum*, cujus principium hoc eſt: *Ad conſecrandum, ſeu coronandum Regem Alemanniæ, hoc modo procedatur. Primo, in Eccleſia Aquenſi ſit indutus plenis Pontificalibus, Dn. Archi-Epiſcopus Colonienſis, ex Jure Regni debitus Conſecrator* (4) Exempla *Ottonis* 2, an. 961, à *Brunone* (Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d. ad h. a. pag. 92) *Henrici III*, an. 1028, à *Piligrino*, Vid. l. c. ad h. a. pag. 102; *Henrici IV*, an. 1053, ab *Hermanno*, (Vid. ibid. ad h. a. p. 105) *Philippi*, an. 1204, ab *Adolfo*, (ibid. ad h. a. pag. 148, licet jam antea, *Moguntiæ*, à *Tarentaſienſi* Præſule, fuerit inauguratus, nominatis modo *Innocentii III*, Epiſtolis, & *Arnoldo Lubecenſi*, lib. 6 *Chron. Sclav.* cap. 2, p. 451, teſtibus, vid. ibid. ad an. 1198, p. 145 &c.) *Rudolphi*, an. 1273, à *Sigfrido*, (Vid. præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad h. a. pag. 629.) *Adolphi Naſſovii*, an. 1292, itidem à *Sigfrido*, (Vid. l. c. in Ejus vita, v. 4, ad h. a. pag. 634.) *Alberti I*, an. 1298, à *Wichboldo*, (Vid. l. c. in Ejus vita, v. 4, ad h. a. p. 638) *Henrici VII*, ab *Henrico*, an. 1309, (Vid. l. c. in Ejus vita, v. 4, ad h. a. p. 649) *Friderici Auſtriaci*, an. 1314, ab *Henrico* (Vid. l. c. in vita *Ludovici Bavari*, v. 4, ad h. a. pag. 653) *Caroli IV*, an. 1346, à *Walramo* (Vid. l. c. ad h. a. p. 673) *Wenceslai* an. 1378, à *Friderico*, (Vid. l. c. in Ejus vita, v. 4 ad h. a. pag. 673) *Sigismundi*, an. 1414, à *Theodorico*, (Vid. l. c. Ejus vita, v. 4, ad h. a. pag. 690) & *Friderici III*, an. 1442, à *Theodorico* (l. c. in Ejus vita, v. 4, ad h. a. p. 702) *Colonienſibus* Archi-Epiſcopis coronatorum. Quamvis & verum ſit, *Lotharium* Saxonem, an. 1125, ab *Adelberto, Moguntino*, (Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. p. 120) *Fridericum* 2, an. 1215, à *Sigfrido, Moguntino* (vid. Ejus vita præced. Tit. 5, §. 11, v. 4, ad h. a. pag. 608,) & *Ludovicum Bavarum* à *Petro, Moguntino*, an. 1314 (Vid. ibid. in Ejus vita, v. 4, ad h. a. pag. 655) diadema ſuſcepiſſe. De *Trevirenſi*, loquitur *Witichindus Monachus*, lib. 2, apud *Meibomium* T. 1 *Rer. German.* p. 642: *Cum quæſtio eſſet Pontificum, in conſecrando Rege*, (Ottone I) *Trevirenſis videlicet, & Coloniæ Agrippinæ: Illius, quia antiquior Sedis eſſet, & tanquam à B. Petro Apoſtolo fundata: Iſtius vero, quia Ejus ad Diœceſin pertineret locus; &, ob id, ſibi convenire arbitrati ſunt hujus conſecrationis honorem. Ceſſit tamen uterque Eorum Hildiberti*, (Moguntini) *cunctis notæ Almitati.* Quem locum etiam producunt *Onuphrius* loc. cit. pag. 119; Auctor *Reſponſionis* ad *Colonienſium* argumenta, apud *Lundorpium*, Tom. VII, *Act. Publ.* lib. 6, §. 142, pag. 62, & *Limnæus Jur. Publ.* lib. 1, cap. 11, §. 85, p. 175. Stantibus ita rebus, an. 1486, placuit, *Maximiliano I*, ab Electoribus Clericis omnibus imponi coronam, ſolo licet Colonienſi *Conſecratoris* munere functo; vid. Acta Coronationis Ejus apud *Freherum*, Tom. 3 *Rer. Germ.* pag. 31: *Dominus Colonienſis tradidit Sibi ſceptrum, & Pomum Regale, dicens: Accipe Virgam &c. His finitis, Colonienſis, Moguntinenſis, & Trevirenſis, Archi-Epiſcopi, omnes tres ſimul, impoſuerint Regi Coronam S. Caroli, ſuper caput Ejus, pariter dicentes: Accipe coronam Regiam &c.* Idem contigiſſe, tempore *Caroli V*, an. 1520, eodem Conſecratore, diſcimus ex *Hartmanno Mauro*, qui Coronationi ipſe interfuit, apud *Schardium* Tom. 2, *Rer. Germ.* p. 24, & *Goldaſtum* part. 3 *Polit. Imper.* Diſcurſ. 3, p. 272, ubi: *Coronam autem, atque Regni Diadema, tres Archi-Epiſcopi, Colonienſis, Trevirenſis, atque Moguntinus, Regi ſimul imponentes, dicebant: Accipe coronam Regiam &c.* Conf. *Goldaſtus Politiſcher Reichchandel*, part. 1, p. 52, Tit. 7; ut adeò *Georgius Sabinus*, in deſcriptione ejusdem Inaugurationis, apud *Schardium* l. c. pag. 15, minus rectè ſcribat: *Corona à Moguntino & Colonienſi impoſita;* merito propterea à *Mamerano* vapulans, *Trevirenſem* ſine cauſa omiſſum docente, l. c. pag. 2. De *Maximiliano* 2 an. 1562, idem conſtat, Conſecratore Moguntino; vid. præced. Tit. 5, §. 11. in Ejus vita, v. 4, ad h. a p. 745; nec non, de *Rudolpho* 2, an. 1575; Vid. *Carpzovius, de L. R. Germ.* cap. 3, Sect. 3, §. 15, p. 54; & *Matthia*, an. 1612, Conſecratore *Johanne Suicardo* Moguntino; vid. præced. Tit. 5, §. 1, Ejus vita, v. 3, h. a. pag. 749; & *Ferdinando* 2, an. 1619, teſte *Carpzovio* l. c. & *Ferdinando III*, an. 1636; præced. Tit. 5, §. 11, Ejus vita, v. 4, h. a. pag. 762. *Ferdinandus IV*, à ſolis Moguntino, *Johanne Philippo à Schœnborn, Conſecratore*, & Trevirenſi, *Carolo Caſparo, à Leyen*, an. 1653, coronatus fuit, *Colonienſi* proteſtationem, de qua dictum, interponente; vid. *Lundorpius* Tom. VII, *Act. Publ.* lib. 6, c. 125, pag. 44: *Als hat der Herr* Conſecrator, *Ertz-Biſchoff zu Maintz, auch Ihro*

Digitized by Google

Churfürſtl. Gn. zu Trier, die Kœnigliche Cron genommen, und ſamtlich Ihrer Majeſtat aufgeſetzt, darzn Maintz geſprochen, als Conſecrator: Accipe coronam Regni &c. An. 1657, hæc lis tandem, amica Transactione, compoſita legitur, apud *Lundorpium* Tom. VIII *Act. Publ.* lib. 8, cap. 64, p. 121, & 122; *Diarium Europ.* Tom. 1, ad an. 1658 pag. 948; *Sprengerum Jurispr. Publ.* pag. 181 &c. *Limnæum* ad A. B. cap. IV, §. 3, Obſervat. 4, v. 9, pag. 918 &c. *Gaſtelium*, de *Statn Publico Europa Noviſſ.* cap. 9, §. 44, pag. 404; *Sigismundum Ferrarium*, deſcript. *Coronat. Joſephi*, part. 3, cap. 2, p. 122 & 123; *Scharſchmidium*, ad *Schitzium*, Vol. I, Exercit. 2, *t.* 20, Lit. B. C. p. 123, Dn. *Thulemarium*, cap. 25 *Octoviratus*, §. 30, p. 494 &c. quamvis hi duo poſteriores, loco 25 Junii, ponant 16 ejusdem menſis. Dn. *Zweyburg*, *Theatr. Præcedent.* part. 2, Tit. 1, pag. 6, alibique, hac formula:

Demnach zwiſchen Chur-Maintz und Cœlln, eine Zeithero, ſich um des willen Irrung und Streit enthalten, daß Seine Churfürſtl. Durchl. zu Cœlln, die Krœnung eines erwehlten Rœmiſchen Kœnigs, Ihr, nud dero Nachkommenden am Ertz-Stifft Cœlln, allein, und zwar nicht nur zu Aachen, und in dero Ertz-Biſchœfflichen Diœceſi, *ſondern auch durchgehends im gantzen H. Reich Teutſcher Nation, ohne Unterſcheid, Krafft, zu ſolchen Ende angezogener, Güldenen Bull, zueignen; Hergegen aber Seine Churfürſtl. Gnaden zu Maintz, der Güldenen Bull nach, die Stadt Aachen, zwar Seiner Churfürſtl. Durchl. und dem Ertz-Stifft Cœlln, geſtehen, Ihro doch, und dero Nachkommenden am Ertz-Stifft Maintz, alle übrige Orte des H. Reichs, Teutſcher* Nation, *Krafft für ſich angezogenen alten Herkommens, und Gebrauchs, Beſitzung zuſchreiben wolte; Als haben beyderſeits, Ihro Churfürſtl. Gn. und Durchl. zu Maintz und Cœlln, für ſich, und ihre Nachkommende an dero Ertz-Stifftern, zuſœrderſt GOtt zu Ehren, dann dem Vaterland, und dero Ertz-Stifftern Land nnd Leuten zum beſten, nach reiſſem der Sachen Bedacht, ſich in der Güte einmüthig, und Freund-Brüderlich verglichen, wie folgt;*

(1) *Wollen Ihro Churfürſtl. Gn. zu Maintz, und dero Nachkommen am Ertz-Stifft Maintz, zu Fortpflantzung beſtændigen Wohlvernehmens, guter Vertraulichkeit, und Freundſchafft, wann die Frage: Ob die Krœnung an einem andern, als in der Güldenen Bull beſtimmten Ort, verrichtet werden ſolle; vorkommt, Sich nicht allein mit Ihrer Churfürſtl. Durchl. zu Cœlln, und dero Nachkommen am Ertz-Stifft Cœlln, einſtimmig erklæren, ſondern auch dahin bemühen, und vermitteln helffen, damit die beſagte Frage im Churfürſtl. Rath, bey Uberlegung des Kayſerlichen Wahl-Eydes, und vor der Wahl, jedesmal vorgenommen nnd erœrtert, und die Krœnung zu Aachen werckſtellig gemacht werde,* niſi impedimentum legitimum obvenerit, *wie die Gülden Bull ſelbſt redet, unter dem 25 und 28. Titul, in dem Abſatz, ſo ſich anfangt:* Invenimus etiam &c.

(2) *Daß beeden Ihren Churfürſtl. Gn. und Durchl. zu Maintz, und Cœlln, die Würde, nnd das Amt, zu krœnen, in ihren Ertz-Biſtümen,* undiſputirlich, *und zwar jedem in ſeinem Ertz-Biſtum, und ſeinen Bezirck, allezeit allein und fürnemlich zukommen ſoll.*

(3) *Da aber auſſerhalb dieſen beeden obgedachten Ertz-Biſtumen, Maintz und Cœlln, die Krœnung in einigen deren unterhabenden Bey-Biſtümern, oder in andern, auſſer der Ertz-Biſchœfflichen Maintz- und Cœllniſchen Landſchafft, gelegenen Ertz- und Biſtümern geſchehen würde, alsdann ſoll dieſelbe unwechſelicht, von beeden Herren Churfürſten, Maintz und Cœlln, verrichtet, und alſo auſſer Aachen, und dann von beyden Herren Churfürſten ſich vorbehaltenen, ihren eigenen Bezircks und Ertz-Biſtumen, im gantzen H. Reich, zwiſchen ihnen, der Krœnung halber, nur durchgehende Gleichheit, ins künfftig gehalten werden.*

(4) *Dafern die Krœnung auſſer denen Maintz- und Cœlln Ertz-Biſtumen, es ſeye in- oder auſſerhalb beederſeits Landſchafften, vorgenommen werden ſolte, alsdann ſolle es bey obiger Umwechslung verbleiben, nnd haben Ihre Churfürſtl. Gn. zu Maintz, zu mehrer Bezeugung ihrer treuen Freund- und Brüderlichen Wohlgewogenheit, nicht allein ſich freywillig erklært, ſondern ſind dabenebenſt auch des Erbiethens, bey nachſter Wahl, und deren Beeydigung, beſtmœglichſt ſich dahin zu bemühen, damit die jetzt bevorſtehende Krœnung in der Stadt Cœlln, weilen etwan, wegen des kurtz hiebevorn zu Aachen vorgangenen Brandſchadens, der Bewirthung halber, daſelbſten es unbequem fallen dürffte, verrichtet werden mœge.*

(5) *Solle dieſer Vergleich nicht allein von beeden Herrn Churfürſten unterſchrieben, ſondern auch von beeden Thum-Capitulen, zu Maintz und Cœlln, mit bewilliget, und zu ewigen Tagen hierauf einmüthiglich, feſt und unverbrüchlich gehalten, auch andere Ausleg- und Ausdehnungen, oder Einflicknngen darinn keines weges zugelaſſen; vielweniger das geringſte ſonſten dargegen vorgenommen werden. Deſſen allen zur Urkund, haben beede hochgedachte Ihre Churfürſtl. Gn. und Durchl. Maintz, und Cœlln, für ſich, und ihre beyderſeits Nachkommen an dero Ertz-Stifftern, fünff dieſer verglichener Vertræge unterſchrieben und verſiegelt, welche auch beede Hochwürdige Thum-Capitul zu Maintz und Cœlln, mit bewilliget, und zugleich vollenzogen haben, darob eine recht gründliche Abſchrifft Ihrer Churfürſtl. Gn. zu Maintz, eine Ihro Churfürſtl. Durchl. zu Cœlln, zu dero* Archive, *auch jeden Thum-Capitul eine, und dann mir zur Reichs-Cantzley, ausgeantwortet, und verwahrlich aufbehalten werden ſolle. Geſchehen den 25. Junii 1657.*

Johann Philipp.	Maximilian Heinrich,
L. S.	L. S.
Elector Mogunt:	Elect. Colonienſ.
L. S.	L. S.
Capit. Mogunt:	Capitul. Colon.

Anno

Digitized by Google

Anno 1658, coronando *Leopoldo*, Colonienſis munere Conſecratoris fungebantur, tribus Electoribus Clericis rurſus ſimul coronam imponentibus, teſte *Theatro Europæo*, Tom. VIII, ad ann. 1658, pag. 529: *Und war jetzt nichts mehr übrig, als die Ræmiſche Kron, welche aber die drey Herren Geiſtliche Churfürſten, Cœlln, Maintz und Trier, zugleich erfaßten, und dem Neugeſalbten Ræmiſchen Kœnig auf ſein Haupt ſetzten, und ihn damit zu einem Ræmiſchen Kayſer beſtættigten.* Nec tamen factum hoc ſupradictam Transactionem infringit, quia Art. 37. Capit. Leopoldi cautum: *Was zwiſchen beeden Churfürſten zu Maintz und Cœlln, wegen der unter ihnen, der Krœnung halber, entſtandener Irrungen, ohnlangſt gütlich beygelegt und verglichen worden, hiemit* confirmirt *und beſtættiget haben; vor dißmahl aber, den Krœnungs-*Actum *in der Stadt Cœlln, zumahln die Stadt Aachen, wegen dero unlangſt erlittener Feuers-Brunſt, darzu der Zeit unbequem iſt,* celebriren *und verrichten laſſen &c.* licet poſtea, certas ob cauſas, ne quidem *Coloniæ*, ſed *Francofurti*, adeoque in *Diœceſi Moguntina*, ſolennia ſint peracta, ſalvo per omnia *Moguntini* Electoris jure. Vid. *Limnæus* l. c. pag. 330; Dn. *Thulemarius* l. c. pag. 497 & 498; *Pacificus à Lapide*, ad *Monzambanum*, cap. 4, §. 5; an. 1690, Art. 36, Capitul. Joſephi, rurſus inſertum: *Was zwiſchen beeden Churfürſten zu Maintz und Cœlln, wegen der unter ihnen der Krœnung halber, entſtandener Irrungen, bey leztern Wahltag* ann. 1657, *gütlich beygelegt und verglichen worden, (wollen wir) ebenfalls* confirmirt *und beſtættiget haben; vor dißmahl aber den Krœnungs-*Actum *in der Stadt Augſpurg, zumahlen die Stadt Aachen, wegen jetziger Kriegs-Zeiten, darzu der Zeit ohnbequem iſt,* celebriren *und verrichten laſſen &c.* Ipſius Coronationis memor *Ferrarius*, l. c. part. 3, cap. 4, pag. 138, inquit: *Wie die zween Nürnbergiſche Herren Abgeordnete den Kayſerlichen Lœwen-Mantel, oder* Pluviale, *von dem nahe auf der Seiten geſtandenen Tiſch, vor den Altar gebracht, und ſolcher Ihro Majeſtæt angelegt worden, hat der Herr* Conſecrator (Moguntinus) *nebſt ſeinen beeden Churfürſtlichen Herrn* Aſſiſtenten, *die Kœnigliche Reichs-Krone, von dem Altar genommen, und ſolche Ihro Majeſtæt, dem Kœnig Joſeph, mit einander zugleich aufgeſetzt und gekrœnt, darzu Chur-Maintz*, (tanquam Conſecrator) *dieſe Wort gebrauchet: Accipe Coronam Regni &c.* Diploma igitur, *Ludovici Bavari* Imp. quo an. 1339, 19. Mart. *Reinoldum* 2, ex Comite *Gelriæ*, Ducem creavit, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. I. *Cod. Diplom. Juris. Gentium*, §. 78, p. 151, §. 2, inquiens: *Quando Succeſſores Noſtri, Romanorum Reges, Aquisgrani, Mediolani & Romæ*, coronabantur, *tunc Ipſe, aut Ejus hæredes Coronam Regiam, dictis Regibus, ſuper Caput imponent, deponent, portabunt, & in manibus geſtabunt &c.* nunquam in obſervantiam veniſſe videtur.

(2) EX SOLA ELECTIONE &c. Nunquam non quæſitum fuit: *Num Coronatio ſit de Eſſentia Imperatoris Romano-Germanici? Carolum Calvum* primum extitiſſe, qui rebus ſuis minus conſultum arbitratus eſt, *Imperatorio* uti *titulo*, priusquam à Romano Pontifice coronaretur, præced. Tit. IV, §. 2, lit. b. pag. 296, innui. Quo minus vero corruptela hæc Regibus damno eſſet, ſubinde *Otto Magnus Imperatorem* ſe ſcripſiſſe legitur, dudum ante Coronationem. Teſtis Conſtitutio an. 947, apud *Goldaſtum* Tom. I. *Conſtit. Imp.* p. 215; ibi: *Otto Romanorum Imperator, Semper Auguſtus &c.* nec non Privilegium, *Cœnobio Poeldenſi* datum an. 952, ſic inchoatum: *Otto divina favente Clementia Imperator Auguſtus, &c. & in fine: Signum Domini Ottonis Invictiſſimi Imperatoris Auguſti &c.* apud *Leuckfeldium*, in *Antiq: Pœldenſib.* cap. 5, pag. 18 & 20; add. Diploma *Hattonis* Moguntini de an. 953, ibid. cap. 7, §. 3, pag. 26. Creſcentibus autem Romani Præſulis potentia, & Laicorum ſuperſtitione, contigit, ut Romana Curia præter nefarias uſurpationes alias, quibus ſe contaminaverat, docere cœperit, ſui Juris eſſe, non ſolum *ritè conſtitutos Reges ſub cenſuram vocare*, ſive, *cognoſcere de Electione*, ſed & *Electo à Principibus Coronam vel impertire, vel denegare;* id quod *Imperium conferre*, Præſules interpretabantur; imò, *impoſitam, quoties æquum judicaverint, iterum auferre. Mortuo inſuper Imperatore, donec novus eligatur, Reipublicæ adminiſtrationem moderari &c.* Cujus deteſtandæ hæreſeos originem in Proœmio, §. 16, lit. d, p. 17 &c. detexi. *Hildebrandus* ſeu *Gregorius VII*, ut aliis animoſior, ita & petulantior, in *Dictatibus*, ibidem nominatis, deprehenditur. *Hadriano IV*, Germaniæ Epiſcopis, apud *Strauchium Diſſ. Exoter. XV*, cap. 2. §. 21, p. 457, reſcribenti: *Romanum Imperium à Græcis translatum eſt ad Alemannos, ut Rex Teutonicorum non ante, quam ab Apoſtolico coronaretur, Imperator vocaretur: Ante Conſecrationem, Rex; poſt, Imperator. Unde igitur habet Imperium, niſi à Nobis? ex Electione Principum ſuorum, habet Regis nomen: ex Conſecratione noſtra, habet nomen Imperatoris, Auguſti & Cæſaris. Ergò per Nos imperat &c.* inſuperque *Friderico I*, Imp. ingratitudinis vitium vel propterea exprobranti, quod immemor eſſet, *quantum Dignitatis plenitudinem ipſi contulerit, qualiterque Imperialis Inſigne Coronæ libentiſſimè conferens, ſublimitatis Ejus apicem ſtuduerit confovere*, addendo, nec ipſum pœnitere, *ſi majora etiam Beneficia de ſua manu ſuſcepiſſet*, ſatisfecit laudatus Cæſar, *Radevico* teſte, (unde mea hauſi præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1157, pag. 130, & Tit. 5, §. 11, in Vita *Friderici I*, v. 4, an: eod: pag. 597, animoſè reponens: *à Solo Deo, per Principum Electionem, Regnum ſe & Imperium tenere; nullatenus à Romano Papa.* Prudentior inde factus *Gregorius VIII*, Epiſtolam, an. 1187, ad *Henricum VI*, Romanorum Re-

gem, Parmæ datam, hoc modo exorſus eſt: *Gregorius Epiſcopus, Serbus Serborum Dei, Cariſſimo in Chriſto Filio, Henrico, Illuſtri Regi, Electo Romanorum Imperatori, ſalutem &c.* Quæ integra extat apud Ill. Dn. *Leibnitium*, in Prodromo Tom. I. *Codicis Diplomat. Jur. Gent.* §. 5, p. 4; notabili documento, ipſum Papam, Imperium, non *ex coronatione Romana*, utpote quam *à Cæleſtino III*, anno demum 1191, ceu præced. Tit. V, §. 11, in Vita Ejus, v. 4, ad h. a. pag. 590, dixi, fuerat conſecutus; ſed *Electione Principum Germaniæ*, pendere, jam tunc agnoviſſe. Quod & Dn. *Engelbrecht* Diſſ. Inaugur. de *Jure Diplomatum*, an. 1703, in Academia Julia, habita, cap. 4, 64, contra *Conringii* ſententiam ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 2, p. 103, titulum *Electi Romanorum Imperatoris* longè ſerius cœpiſſe, exiſtimantis, obſervavit. Antiquius exemplum offendimus, *in Vita S. Guiberti*, Fundatoris Monaſterii *Gemblacenſis*, apud *Surium*, 23 Maji, §. XI, p. m. 295, ubi, in fine Diplomatis: *Hoc ſcriptum, per manum Bonifacii Notarii Regionarii atque Scriniarii S. Romanæ Eccleſiæ, datum eſt 8 Calend. April. per manus Stephani Epiſcopi, ac Bibliothecarii S. Sedis Apoſtolicæ, Anno Pontificatus Domini Benedicti VII, Papa nono, Imperante Ottone, à Deo coronato Magno & Pacifico Imperatore, anno decimo ſexto, qui eſt Annus Domini nongenteſimus quinquageſimus tertius &c.* Enimvero, licet Dn. *Schilterus*, lib. 3. de *Libertate Germaniæ*, c. 5, §. 9, p. 316, pro genuino illud venditet, menda tamen hic ſubeſſe, *Baronio* Tom. X Annal. Eccleſ. ad an. 946, §. 6, p. m. 723, facile conceſſerim, quandoquidem an. 953, non *Benedictus VII*, ſed *Agapetus* 2, Romanam rexerat Eccleſiam, inſuperque *Ottoni* anno demum 962, impoſitum diadema, ut præced. Tit. IV, §. 3, lit. m, v. 8. pag. 315, pluribus oſtendi. Id interim verum, *Henricum III*, à *Clemente* 2, an. 1046. Romæ coronatum, (ceu præced. Tit. V, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad h. a. pag. 256, patet,) jam an. 1044, *Imperatorem* ſe vocaſſe; Diplomate teſtè, h. a. apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. Germ.* p. 429, cui tale initium: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Amen. Henricus, divina favente gratia, Romanorum Imperator &c.* vice verſa, Eundem Inauguratione peracta, non niſi *Regis* titulum adhibuiſſe, ex alia diſcimus charta, de h. a. apud eundem l. c. pag. 430, ibi: *Henricus, divina favente Clementia Rex &c.* Sic & *Conradus III*, coronationem Romanam non adeptus, *Romanorum Regem* ſe ſcripſit; Vid. Præced. Tit. 2, §. 12, lit. h. v. 8, pag. 250. Tit. 5, §. 11, in vita *Conradi I*, v. 4, pag. 479. nec non in Ipſius vita, v. 4, ad an. 1138, pag. 569. Ipſe Pontifex, *Innocentius III*, in literis ad *Primislaum* 2, vulgò, *Ottocarum III*, Bohemiæ Regem, de an. 1204, apud *Angelum Mariam Cherubinum*, Tom. I. *Magni Bullarii Romani*, in Ejus vita, Conſtit. VI, §. 2, p. 84 & 85, inquit: *Cum ad communicationem Apoſtolicæ Sedis & Noſtram, relicto Duce Sueviæ,* (Philippo) *ad Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum, Illuſtriſſimum Regem Othonem, in Romanorum Imperatorem Electum, te converteris, uſus conſilio ſaniori, & Ipſe habeat Te pro Rege, tam intuitu precum Ejus, quam tuæ devotionis obtentu, Regem te de cætero reputare volumus, & vocare &c.* Tempore vero *Friderici* 2, orto ſchiſmate, *Hildebrandinas* theſes reſtaurans idem Pontifex hanc formulam literis ſuis, ad *Zeringiæ* Ducem, inſervit: *Principes* (Germaniæ) *recognoſcere debent, & utique recognoſcunt, ſicut iidem in noſtra recognovere præſentia, quod Jus & auctoritas examinandi Perſonam electam in Regem, & promovendam ad Imperium, ad Nos ſpectat, qui Eum inungimus, conſecramus & coronamus &c.* & paulo poſt: *Quod autem, cum in Electione, Vota Principum dividuntur, poſt admonitionem, & expectationem, alteri partium favere poſſimus, maximè, poſtquam à Nobis Unctio, Conſecratio, & Coronatio poſtulantur, Jure patet pariter & exemplo &c.* Vid. *Decretal. Gregorii IX*, lib. I, Tit. VI, cap. 34, *Venerabilem &c.* In odium laudati Imperatoris *Friderici* 2, *Innocentius IV*, Electum paulo ante *Wilhelmum*, nec dum Romano diademate redimitum, conſtanter, pro *Romanorum Rege* habuit; vid. Diplomata duo, quibus an. 1249, Cœnobio *Goslarienſi* proſpexit, apud Dn. *Leuckfeldium*, in Append. IV. *Antiquitatum Pœldenſium*, §. 19 & 20, p. 290 & 291, ubi: *Obtentu cariſſimi in Chriſto filii noſtri, Wilhelmi Regis Romanorum Illuſtris &c.* Relegendo veſtigia Ejus, *Urbanus IV*, quamvis cognitionem cauſæ; inter *Richardum* Anglum, & *Alphonſum* Hiſpanum, in ſchiſmate electos, ad ſe rapuerit; ceu præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1257, p. 160, monui, nihilominus tamen *Richardo* titulum *Romanorum Regis* libens impertit; vid. Ill. Dn. *Leibnitius*, Prodrom. Tom. I. *Codicis Dipl. Jur. Gent.* §. 14. pag. 12. ubi literarum tenor, ad *Richardum*, prævia hac ſalutatione: *Urbanus IV &c. Richardo, in Romanorum Regem Electo &c.* *Rudolphum Halſpurgicum*, Romam, ad accipiendam Imperialem Coronam, ſolenniter etiam evocatum, comparere noluiſſe, publicè novas ſemper occupationes cauſando, privatim vero, inter eos, quibuſcum familiariter agebat, non diſſimulando, ideo ab hoc itinere ſe deterreri, quod Cæſarum, in Italiam tendentium, veſtigia læta, & bonæ ſpei plena, inde redeuntium contra, triſtia, miſera, & luctuoſa, deprehenderentur; nihilominus tamen reperiri Numos, memorabilem hanc inſcriptionem præ ſe ferentes: IMP. CÆS. RUDOLPHUS REX GERM. COM. HAB. LAN. ALS. pariterque Se-

pulchra

Digitized by Google

pulchro Ejus, *Spiræ*, inſcriptum fuiſſe: *Anno Domini 1291, pridie Calendas Octobris, obiit Rudolphus ROMANORUM REX*; Dn. *Wagenſeilius* in Commentario ſuo de *Republica Norimbergenſi*, c. 26, p. 246 & 247, annotavit. Conf. *Daniel Otto, Jur. Publ.* cap. 5, p. m. 284. *Goldaſtus*, Tom. I. *Conſt. Imp.* pag. 311, ad an. 1274; *Carpzovius* de L. R. *Germ.* cap. 2, Sect. 9, §. 25, p. 50 Et præc. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 5. p. 633. Facit etiam hanc in rem Diploma laudati Principis, quo, ſub dato *Erfordiæ*, an. 1290, 5 Non. Martii, *Paldenſi* Cœnobio privilegia, ab *Ottone Magno*, an. 952, ei conceſſa confirmat, ſic inchoatum: *Rudolphus, D. G. Romanorum Rex, Semper Auguſtus*; in ſubſcriptione legitur: *Signum Domini Rudolphi, ROMANORUM IMPERATORIS Invictiſſimi*: Vid. Dn. *Leuckfeldi Antiquitates Paldenſes*, cap. 12, p. 46. ſusque deque Romano diademate habito. Electo *Henrico VII*, an. 1309, Romanique Legatos, de Inauguratione, eum Papa locuturos, mittente, *Clemens V*, faſtu plenum deſuper ſcriptum vulgavit, cujus copia apud Ill. Dn. *Leibnitium* l. c. Tom. 2, in *Mantiſſa*, §. 49, pag. 255, inter alia, Legatorum Electi Regis memor, inquiens: *Coram Nobis frequenter propoſuerunt, petierunt & ſupplicaverunt --- oblato etiam Nobis ipſius Electionis Decreto; & ipſo, per Nos, & Fratres noſtros, examinato, & etiam examinatione, ſimiliter in præſentia eorundem Fratrum, per Nos, facta, de Conditionibus Ipſius Electi, in quantum Ipſo abſente, fieri potuit, quæ requirantur in Illo, qui eſt ad tam excellentis Dignitatis culmen aſſumendus, quia Ipſum ſufficientem, & virtuoſum, invenimus, ad Imperium obtinendum, & omnia in Electione prædicta, de Ipſo celebrata, rite proceſſiſſe, Ipſum Chariſſimum Filium Noſtrum, Henricum, Electum, reputamus, nominamus, denunciamus & declaramus, Regem Romanorum, de ipſorum Fratrum conſilio, juſtitia exigente; & Perſonam Ipſius approbantes, pronunciamus & declaramus eſſe ſufficientem, habilem & idoneum ad promovendum in Imperatorem &c.* Conf. præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad an. 1309, pag. 646. Petulantior adhuc fuit *Johannes XXII*, de cujus nefaria Bulla, an. Sedis octavo edita, legas, præced. Tit. V, §. 11, vitam *Ludovici Bavari*, v. 4, ad an. 1323, pag. 659. Aliter longe viſum eſt congregatis, ſub *Ludovico Bavaro*, Imperii Statibus *Renſii*, an. 1338, quorum Decretum, una cum *Francofurtenſi*, ejusdem tenoris, præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Ludovici Bavari*, v. 4, ad h. a. pag. 667, exhibui; add. literæ ſpeciales Electorum, ad *Benedictum XII*, eadem de cauſa, an. 1339, transmiſſæ, ibid. ad h. a. pag. 668, quibus vanæ *Coronationis* pompæ claſſicum canunt, *Electionis* contra valorem reſtituunt in integrum. *Carolus IV* tamen veterum ſuperſtitione iterum abreptus, vel exaltando domus ſuæ ſplendori ſerviliter intentus, *Gregorii XI* gratiam, abjecto ſtylo, quo Electionem *Wenceslai* in Romanorum Regem, Ei notam fecit, mendicata ſimul geſtorum ratihabitione, demerere ſtuduit, turgide reſcribente Papa: *Ut ad hujusmodi Electionis celebrationem, Te vivente, procedi poſſet, Nobis, ſupplicaſti reverenter --- Nos igitur ſuper præmiſſis ſæpius cogitavimus, & cum Fratribus noſtris collationem habuimus diligentem, &, licet Electio hujusmodi, Te vivente, minime de jure poſſit aut debeat celebrari, ſperantes tamen publicam utilitatem ex hujusmodi Electione, & ejus effectu, dante Deo, proventuram, ut Electio prædicta, modo præmiſſo, hac vice duntaxat, valeat celebrari, noſtrum beneplacitum, aſſenſum ac favorem, & gratiam, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, impertimur. Per hoc autem non intendimus eiidem Electoribus, vel eorum Succeſſoribus, aliquod jus acquiri, nec Romanæ Eccleſiæ juri, & auctoritati, præjudicium generari &c.* Vid. Ill. Dn. *Leibnitius* Tom. 2. *Cod. Diplom. Jur. Gent.* in *Mantiſſa* §. 50, e. pag. 262. Quid igitur mirum, quod Orator *Friderici III*, Imp. in Oratione ad *Nicolaum V*, anno 1451, pro impetranda Coronatione habita, hisce verbis utatur, apud *Freherum*, Tom. 2. *Rer. Germ.* pag. 23: *Cum Germana Nobilitas, ex Apoſtolicæ Sedis beneficentia, ſuaque diligentia & humilitate, Imperatoriam dignitatem obtinuerit, quam Græci ſuperbia, & ignavia, ac forſitan hæreſi, perdiderunt; non ſolum debitum, ſed neceſſarium eſſe videtur, à Romano Pontifice Coronam expetere, ut illi perpetua reddatur reverentia, à quo præcipua recepta eſt Eminentia. Cum nihil ex tota Philoſophia ſit debitum, quam Gratitudo, Ex quo fit, ut non ſolum devotione, ſed conſuetudine, ac Jure debito, Majeſtas Imperatoria Coronam depoſcat &c.* Quæ miſerationem merentur. Rectius longe judicans *Maximilianus primus*, errorem hunc emendando, ſolennibus literis Titulum *Electi Imperatoris Romani* admiſit; vid. præced. Tit. V, §. 11. in Ejus vita, ad an. 1508, pag. 716, quem Succeſſores Ejus, ad modernum usque, ſartum tectum conſervarunt, probè notantes, Imperatoriam Majeſtatem Romana Corona plane non indigere; de qua theſi, evolvas, mecum ſentientes, *Gloſſam*, ad *Diſtinct.* 93, cap. 24, *Legimus*, ubi: *Ex ſola Electione Principum, dico, Eum verum Imperatorem, antequam, à Papa confirmetur &c.* *Georgium Sigismundum Seldium*, *Ferdinandi I*, Vice-Cancellarium, in Reſponſo: *Wie weit ſich der Kayſer und Pabſte Gewalt voneinander erſtrecke?* Punct. 2, apud *Goldaſtum*, part. 5. *der Politiſchen Reichshandel*, p. 186, §. *zum zehenden &c.* *Strauchium*, Diſſert. XV *Exoter*: De *Pontificis Romani partibus, circa Electionem Imperatoris Germanici*, cap. 2, §. 20 &c. pag. 456, & ſeqq. *Reinkingium*, *de Regimine Seculari & Eccleſ.*

cleſ. lib. I, Claſſ. 3, cap. 8, §. 19 & ſeqq. pag. 216 & 227; *Rumelinum* in A. B. Diſſ. 3, §. 15. pag. 85, & ibi *Mylerum* in Additionibus, pag. 87, ut & part 3, Diſſ. 6, §. 6, pag. 885; *Limnæum* ad Art. 30. *Capitulationis Caroli V*, verb. *wohl ziemt*, §. 1. p. 312. *Carpzovium* de *Lege Regia German.* cap. XI, Sect. 10, §. 12, pag. 300; *Conringium*, de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 10, §. 33, pag. 97. cap. 13, §. 15 & ſeqq. pag. 137 ad 139; Dn. *Thulemarium*, *Octovirat.* cap. 25, §. 10, pag. 483 &c. *Schilterum*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. 14, §. 23, pag. 153; Ill. Dn. *Coccejum*, *Jurispr. publ.* cap. 8, §. 21, pag. 170. Ill. *Baronem Lyncker*, in Comment. ad *Capitulat. Joſephi*, Art. 36, p. 85; aliosque bene multos, quandoquidem (1) dubio caret, *Electionem*, idem Jus tribuere Electo, quod *Succeſſio*, Succeſſori hæreditario jam Rex natus, eo ipſo, quo ſuccedit, verus Rex eſt, omniaque jura Majeſtatica exercet, ante coronationem, quæ, ea peracta; Ergo & Imperator ritè Electus, verè Imperator eſt, licet à Papa non coronetur. Vid. *Lupoldus de Babenberg*, *de Jure Regni & Imperii*, cap. 5, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali* p. m. 179. *Guilielmus Occamus*, de *Poteſtate Summi Pontificis*, Quæſt. VI, cap. 2, apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Monarchiæ*, pag. 374. & Quæſt. VIII, cap. 2, pag. 380 &c. (2) Nemo unquam dixerit: Reges *Galliæ*, à *Rhemenſi*, *Hiſpaniæ*, à *Toletano*; *Portugalliæ*, à *Bracarenſi*, *Angliæ*, à *Cantuarienſi*; *Daniæ*, à *Lundenſi* vel *Selandenſi*; *Sueciæ*, ab *Upſalienſi*, *Hungariæ* à *Strigonienſi*, *Poloniæ*, à *Gneſnenſi*, *Bohemiæ*, à *Pragenſi*, *Moſcoviæ*, à *Moſcovienſi* nuperque *Boruſſiæ*, à Dn. *Urſino*, Præſulibus, inauguratos, Majeſtatis jura conſequi. Rectius longè *Lupoldus* de *Babenberg* l. c. pag. 178: *Electus in Regem, ſeu Imperatorem Romanorum, à Principibus Electoribus Regni & Imperii, in concordia, poteſt ſtatim, ex ipſa Electione, licitè, nomen Regis aſſumere, ac Jura & Bona Regni & Imperii in Italia, & in aliis Provinciis ejusdem Regni & Imperii, adminiſtrare &c.* & cap. VII, pag. 181, cui hunc præfixit titulum: *Quod Rex Romanorum poſt Electionem concordem, vel à majori parte Principum, de ſe factam, habet eandem poteſtatem in Italia, & in cæteris Provinciis, Regno & Imperio ſubjectis, quam Imperator &c.* & *Nicolaus Cuſanus* de *Concordia Catholica*, lib. 3, cap. 4, apud eundem, pag. 361: *Unctio autem & Coronatio, quas etiam legimus aliis Regibus tribui, nec arguunt in Papa majoritatem ſupra ipſam Electionem, confirmandam, vel infirmandam, vel ſuper ipſum etiam Imperium quoad Temporalia, ſicut nec Unctio, quæ fit Regi Franciæ, Remis - - - Ex quibus patet, Unctionem & diadema nihil præſtare Imperiali poteſtati. Inſignia enim illa, quaſi ad Majeſtatem Sacram, quæ Imperio ineſt, oſtendendam, materiali viſibili ſubjecto Imperii, cum cerimoniis impenduntur, ut ſint ſigna, prædicantia admirandam illam potentiam; ſicut ſimilia in Romano Pontifice videmus fieri, tamen, ante omnia talia, Papa eſt poſt Electionem &c.* nec non *Philotheus Achillinus*, in *Somnio Viridarii*, lib. 1, cap. 179, apud *Goldaſtum* Tom. I. *Monarchiæ*, pag. 135. *Rex Romanorum, ante Unctionem & Coronationem Imperialem, habet eandem poteſtatem in omnibus Terris & Provinciis quam habet Imperator, poſt Unctionem & Coronationem Imperialem; quia ante Unctionem & Coronationem Imperialem, habet, ex Electione Principum, eandem poteſtatem, quam habet Imperator in Italia & aliis Provinciis, & Terris ſubjectis Imperio &c.* & *Guilielmus de Ockam*, de *Poteſtate Summi Pontificis*, Quæſt. 1, cap. 13, apud eundem, Tom. 2. *Monarchiæ*, pag. 310 & 311: *Cum Imperator coronetur à ſupremo Pontifice, non ideo recipiens enſem in vagina eximit, & vibrat eum, ut oſtendat, ſe in temporalibus Inferiorem Papæ; cum non teneatur, niſi ſponte voluerit, enſem in vagina à Papa recipere, ſicut nec ab Ipſo, niſi voluerit, coronari tenetur. Nam & multi fuerunt veri Imperatores, qui à Summo Pontifice minime coronati fuerunt &c.* & Quæſt. VI, cap. 2, pag. 374. *Rex coronatori ſuo in nullo eſt ſubjectus. Item, coronari non eſt magis ſubjectionis, quam ungi, conſecrari & ordinarè, quæ non ſunt ſubjectionis probatio - - - Imperatores multi ſunt coronati à ſuis Inferioribus, quibus non erant ſubjecti &c.* & Quæſt. VIII, cap. 2, pag. 380 &c. cap. 3, pag. 382 &c. cap. 4, pag. 385, & paſſim alibi. & *Antonius de Roſellis*, de *Poteſtate Imperatoris & Papæ*, part. 1, cap. 48, apud *Goldaſtum* Tom. I. *Monarch.* pag. 278: *Poteſtas adminiſtrandi, in Principem tranſit in ipſum, ex ſola Electione. Nam in primævo jure, ex ſola Electione Romanus Populus Juriſdictionem tranſtulit in Principem. Unde ex ſola Electione etiam hodie illam habet &c.* & *Seldius* l. c. *darzu, ſo weiß ich mich nicht zu berichten, daß, durch ſolche Pæbſtliche Krænung, einem Erwehlten Ræmiſchen Kayſer, einige weitere Gerechtigkeit, weder er zuvor hat, zuwachſe, oder gegeben würde &c.* & *Crantzius* lib. IX, *Saxon.* cap. 15, aliique multi. (3) Coronatio nudum Symbolum eſt tranſlati Regni, vel Imperii, & non cauſa efficiens; conſequenter, Imperatorem non facit, ſed factum ſaltem publicè declarat. (4) *Carolus Magnus*, poſt Coronationem, non plus Juris in Papam, Romam, Patrimonium Petri, Regnumque Italiæ, & Germaniæ Provincias, nactus eſt, quam antea habuit; vid. *Conringius* l. c. Cur ergo Succeſſores Ejus, præſertim poſtquam *Ottones*, *Magnus*, ſive *Primus* & *Tertius*, id Germaniæ acquiſiverint, ut Ejus Rex, eo ipſo Rex quoque Italiæ ſit, in Imperatorem coronandus, ceu ex dictis præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 62 & 63, & Tit. 4, §. 3, lit. m, pag. 315 &c. conſtat, deterioris ſint conditionis? (5) Peracta Electione, Imperator, vigore A. B. cap. 2, §. 8. Et *quia* & *Capit. Caroli V*, art. 4, ut & reliquorum, Impp. ſtatim confirmat Statuum Privilegia. (6) Nemo Imperatorum, ab *Auguſto*, ad *Aurelianum* usque, qui primus, apud Romanos, Diademate uſus fertur, *coronam* geſtavit; vid. *Æneas Sylvius*, *Hiſt. Friderici III*, Edit. Schilter. an. 1702, p. 79. (7) Nemo Pontificum Romanorum Imperatores Eth-

nicos

-nicos, nec Byzantinos, nec ullum alium, ante *Carolum Magnum*, coronavit, qui tamen veri Imperatores erant. (8) Nemo Imperatorum, ab ætate *Caroli V*, Coronam Romanam amplius petiit; (9) *Carolus V*, corona Imperiali jam redimitus, ſe ſaltem vocavit, *Erwehlten Römiſchen Kayſer*, teſte Procem. R. J. Auguſtani, de an. 1530. & paſſim alibi; (10) Ipſe Romanus Pontifex adhuc hodie titulum *Electi Imperatoris Romani*, Imperatori impertit; vel literis teſtibus *Clementis XI*, ad Auguſtiſſimum *Joſephum*, Controverſiæ intuitu, circa *Juriſdictionem Cæſaream in Ducatibus Parmæ & Placentiæ*, an. 1708, 2 Junii, exaratis, apud *Fabrum*, Tom. 13 *der Staats-Canzley*, Cap. 16, p. 612; quibus hæc præfatio: *Chariſſimo in Chriſto Filio Noſtro, Joſepho, Hungariæ & Bohemiæ Regi Induſtrioſiſſimo*, *in Romanorum Regem Electo*, *Clemens XI &c.* & in contextu, p. 62: *Vides Cæſar &c.* paulo poſt: *Titulo Defenſoris Eccleſiæ, quo maxime gloriati ſunt Imperatores Inclyti, Majores Tui.* Inſcriptio l. c. p. 625, ſic ſe habet: *Chariſſimo in Chriſto Filio Noſtro, Joſepho, Hungariæ & Bohemiæ Regi, in Romanorum Imperatorem Electo.* Conf. Tom. III, *des Neubeſtellten Agenten von Hauß aus*, *Fünffte* Depeche, pag. 386 &c. Add. literæ Collegii Cardinalium, ad laudatum Auguſtum, Romæ, 12 Aug. 1708, in eadem cauſa, datæ, cit. Tom. III *des Neubeſtellten Agenten* l. c. pag. 404 &c. hac cum inſcriptione: *Sereniſſimo Principi Joſepho, Romanorum Regi, in Imperatorem Electo, ſemper Auguſto &c.* Junge Monumentum lapideum, juſſu invictiſſimi noſtri Cæſaris, *Terragoſſæ*, haud procul *Comachio* erectum:

ROMANORUM IMPERATORE
SEMPER AUGUSTO
AD PRIMÆVA REDEUNTE JURA
ALEXANDER DE BONNEVAL
CÆSARIS ARMORUM DUCTOR
PONI MANDAVIT
AO. DOMINI M D CC VIII.

Vid. *Neubeſtellter Agent*, Tom. III, *Sechſte* Depeche, pag. 513.

(*aa*) HODIE &c. Præſertim Electore Palatino, poſt Bavari proſcriptionem, in priſtina Archidapiferatus Jura reſtituto.

3. Imperatore in curiam Imperialem deducto, & in ſede regia collocato, E E. ſua deſervire & exercere debent (*a*) officia. (*b*) Primo Elector Saxoniæ, ex acervo avenæ, ante ædificium ſeſſionis Imperialis, menſuram argenteam implet. Secundò ingreſſo Imperatore ad menſam, Principes EE. Eccleſiaſtici, ante menſam ſtantes, benedicent (*c*) eidem: & poſtea apportabunt ſigilla & typaria Imperialia ex baculo argenteo ſuſpenſa, inque menſa reverenter deponent, quæ Imperator accepta mox ipſis reſtituet. Tertiò Marchio (*d*) Brandenburgenſis aquam dabit Imperatori, lavandis manibus. Quartò, olim Comes Palatinus, hodie Elector Bavariæ, (*e*) quatuor ſcutellas argenteas, bove (*f*) aſſato impletas, ponet in menſa ante Imperatorem. Quintò Rex (*g*) Bohemiæ porriget Imperatori ſcyphum, vino, aqua mixto, impletum, bibendum. Sextò (*h*) Elector Palatinus nummos ſparget inter populum. Omnes Electores ante menſam ſtabunt, usque dum hæc officia (*i*) ſunt peracta.

NOTÆ.

(*a*) OFFICIA &c. De officiis, in Aula Cæſarea, tempore ejusmodi ſolemnitatum, præſtitis ab antiquo, vid. ſeq. Tit. XIII, Procem. lit. b.

(*b*) ELECTOR SAXONIÆ &c. Juxta diſpoſitionem A. B. cap. 27, §. 1. *primò enim &c.* Tempore inaugurationis *Maximiliani I*, an. 1486, idem obſervatum, teſtatur Auctor deſcriptionis Ejus, apud *Freherum Tom.* 3, *Rer. Germ.* p. 33; & *Goldaſtum*, part. 1 *der Reichshandel*, Tit. 8, p. 11. Ætate *Caroli V*, an. 1520, idem munus obiit *Ulricus Pappenheimius*, teſte *Hermanno Mauro*, apud *Schardium* Tom. 2, *Rer. Germ.* p. 25. & *Goldaſtum*, part. 1 *der Politiſchen Reichs-Handel*, Tit. IX, pag. 53; & part. 3, Tit. 2, pag. 154; & part. 3, *Polit. Imper.* Diſc. 3, p. 273; Tempore *Maximiliani* 2, an. 1562, ipſe Elector huic officio ſatisfecit. Vid. *Goldaſtum*, part. 1 *der Politiſchen Reichs-Handel*, pag. 74, & *Schardium* l. c. Tom. 3, pag. 87; ut & *Matthiæ*, an. 1612; Vid. *Goldaſtus* l. c. pag. 103; In Coronatione *Ferdinandi III* vero an. 1636, Mareſchallus Pappenheimius, vice Electoris Saxoniæ, abſentis, hoc munere iterum functus legitur; Vid. *Theatr. Europ.* Tom. 3, ad h. a. pag. 745, & *Carpzovius*, de *Lege Reg. Germ.* cap. XI, Sect.

Digitized by Google

Sect. 10, §. 34, p. 310; nec non *Ferdinandi IV*, an. 1653; Vid. *Lundorpius* Tom. VII, *Act. Publ.* lib. 6, §. 125, pag. 47. Cum *Leopoldus* inauguraretur, an. 1658, ipſe Elector ſpartam hanc in ſe ſuſcepit, Vid. *Diar. Europ.* Tom. 8, h. a. pag. 531, & *Diar. Europ.* Tom. 1, p. 947 &c. *Joſephi* Inaugurationis memor *Ferrarius*, in deſcriptione Ejus, part. 3, cap. 4, pag. 142, ait: *Wegen Chur-Sachſen, der Herr Graf von Pappenheim, als Reichs Erb-Marſchall, in Begleitung etlicher von Kayſerlicher Garde, und Trompetern, wie auch ſeiner beeden Trabanten, ſetzte ſich zu erſt zu Pferd, und ritte in den, unweit vom Rath-Hauß, bey den Perlbrunnen geſchutteten Haber, welcher auf 70. Schaff geweſen ſein ſoll, biß an des Pferdes Bruſt, nahm daſelbſten ein ſilbern Miß voll, ſtreichete es mit einem neuem ſilbern Stab abe, gab er ſeinem Diener, und wurde ſodann der Haber dem Volck preiß gegeben.* Idem contigit in Inauguratione *Caroli VI*, 1711, 22 Decembr. teſte Fabro, l. c. p. 634.

(*c*) BENEDICENT &c. Vigore A. B. cap. 27, §. 2. Ex quo enim *Archi-Capellani*, officio *Archi-Cancellariorum* fungi cœperunt, in cætera munia ſpectabat etiam ad *Archi-Cancellarios* Regiæ menſæ benedictio. Teſtis *Theodulfus Aurelian.* lib. 3 *Carm.* de *Hildeboldo* Archi-Capellano, p. 155:

Adſit Præſul ovans animo vultuque benignus,
Ora beata ferens, & pia corda gerens.
Quem ſincera fides, quem tantus culminis ordo,
Pectus & innocuum Rex Tibi, Chriſte, dicat.
Stet, benedicturus Regis potumque cibumque
Sumere quin etiam Rex velit, ille volet.

Conf. *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Benedictio Menſæ*, p. 525, & voc. *Capellani*, p. 786. In Coronationibus *Maximiliani I*, & ſequentium Imperatorum, idem obtinuiſſe, laudati lit. b. Auctores teſtantur. Notandum inſuper, Moguntinum oblata Romanorum Regi ſigilla & typaria Imperialia, ſibique paulo poſt reddita, ex collo ſuo ſuſpendere ſolere, ſicque ſuſpenſa geſtare, donec, finitis Convivio & cerimoniis, domum revertatur. Vid. *Goldaſtus* part, 1. *der Reichshændel*, pag. 12, 13, & 53 Tit. 9, & pag. 74; *Carpzovius* de *Lege Regia* cap. XI, Sect. 12, §. 34, pag. 310; *Lundorpius* Tom. VII, *Act. Publ.* lib. 6, §. 125, pag. 48; *Theatr. Europ.* Tom. VIII, ad an. 1653, p. 532.

(*d*) BRANDENBURGENSIS &c. Ex diſpoſitione A. B. cap. 27, §. 3, ubi *Marchio Brandenburgenſis, Archi-Camerarius, accedat ſuper equo, habens argenteas pelves, cum aqua in manibus, ponderis duodecim marcarum argenti, & pulchrum manutergium,* & *deſcendens ab equo, dabit aquam Dn. Imperatori, vel Regi Romanorum manibus abluendis.* De Coronatione *Maximiliani I*, an. 1486. legitur apud *Freherum*, Tom. 3 *Rer. Germ.* pag. 31: *Cum Imperator, & Rex Romanorum, ad prandium irent, verit Electus Epiſcopus Auguſtenſis, de Hohenzorn* (Hohenzollern) *dictus, locum Marchionis Brandenburgenſis ſupplevit, cum cæteris Comitibus, Erneſto, Duce Saxoniæ, præcedente cum baculo, aquam porrexit, & manutergium: aqua in pelvibus argenteis erat.* Apud Goldaſtum vero, part. 1, *der Reichshandel*, pag. 12: *Ehe der Kayſer und Kœnig über Tiſch ſaſſen, gab der von Weinſperg, ... in abweſen des Marggrafen von Brandenburg, Ihnen beyden Waſſer, in einem groſſen Silbern Becken, dabey ſtunde der Pfaltzgraf, und Hertzog Ernſt, griffen an das Becken, und Handqueelen, und hat Hertzog Ernſt, als ein Ertz-Marſchalck, einen ſchwartzen Staab in ſeiner Hand.* Inaugurationem *Caroli V*, an. 1520. depingens *Hartmannus Maurus*, apud *Sthardium* T. 2. *Rer. Germ.* pag. 25, & *Goldaſtum*, part. 3, *Polit. Imper.* Diſc. 3, p. 273, inquit: *Aqua deinde, aurea pelvi, Regiis manibus, à Marchione Johanne de Brandenburg, & Minori Imperii Pincerna,* (forte, Camerario) *dabatur, tenuitque Comes Palatinus, & alii aſtantes Principes, mappam, qua aſpergebantur* (abſtergebantur) *manus Regiæ.* Relatio vero alia, apud *Goldaſtum*, part. 1 *der Reichshandel.* Tit, 9, pag. 53, hæc tradit: *Ehe der Kœnig über Tiſch ſaß, gab, in Abweſen der Marggraffen von Brandenburg, Schenck Chriſtoff von Lüneburg* (Limburg) *Ihr Majeſtæt das Waſſer, in einem groſſen vergüldten Becken, dabey ſtund der Pfaltzgraff, und andere grieffen an das Becken, und Handzwelen.* Rectè hic pelvis argentea, auro ſaltem obducta dicitur; Conf. *Limnæus* ad A. B. cap. 27, §. 3, Obſervat. 2, p. 586; & Obſervat. 5. p. 587. *Schützius*, Vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. 7, θ. 24, lit. E, p. 574; *Spangenſperg Adelſpiegel*, Vol. 1, lib. 10, cap. 7: Tempore *Maximiliani Secundi* An. 1562. *Da ſich Ihr Kayſ. und Kœnigl. Maj. zu Ihrem Tiſch, der über ſieben Staffeln hœher dan andere geweſen, machen wolten, gieng der von Brandenburg über die Stiege hinab, ſaß vor dem Rathhauß auf einen ſchœnen Hengſt, und ritt einer Taffel zu, ſo ungefehrlich mitten auf dem Platz bey der Küchen, und darauf ſein Handbeck, mit dem Salvetlein geſtanden, nahm dieſelbigen zu ſich, ritt wieder dem Rathhauß zu; und alß der Graff von Zollern den Hengſt (als des H. Reichs Erbkammerer) als ſeine Gerechtigkeit, zu ſeinen Handen genommen, trug Seine Churfürſtl. Gn. ſolch Handbecken und Salvettlein hinauf mit freuden, Trummetern und Heerpauckern, für Ihr Kayſ. und Kœnigl. Maj. gab Ihren Majeſtæten das Waſſer, und als Sie Sich gewaſchen und getrücknet, gedachten Graffen von Zollern, wie zuvor das Roß, auch alſo berührt Becken und Salvetle überantwortet, der ſie dan auch, alß ſeine alte Gerechtigkeit, behalten &c.* Hæc Acta apud *Goldaſtum*, part. 1, *der Reichshændel*, pag. 74; Conf. *Schardius* l. c. Tom. 3, pag. 87. & *Thuanus*, lib. 32 *Hiſt.* pag. m. 163; In conſecratione *Matthiæ*, an. 1612, Hohenzolleranus, vice abſentis Brandenburgici, hoc munus obiit; Vid. *Goldaſtus* l. c. pag. 103; pariter & *Ferdinandi III*, an. 1636, vid. *Theatr. Europ.* Tom. 3, ad h. a. pag. 745, & *Carpzovius*

zobius l. c. nec non *Ferdinandi IV*, an. 1653; Vid. *Lundorpius* Tom. VII *Act. Publ.* lib. 6, §. 125, p. 47; & *Leopoldi*, an. 1658, vid. *Diar. Europ.* T. 1, ad h. a. pag. 947; & *Theatr. Europ.* Tom. VIII h. a. pag. 532. De Coronatione *Joſephi*, an. 1690, pergit *Ferrarius* l. c. pag. 143: *Darauf der Chur-Brandenburgiſche Abgeſandte* (Vice-Camerarius, Hohenzolleranus) *ſich ebenfals in dergleichen Begleitung, zu Pferd geſetzt, und von dem auf dem Küchenplatz ſtehenden bedeckten Tiſch, das Silberne Gießbecken, und Kanne mit Waſſer abgeholet, und auf die Kœnigliche Credentz-Taffel gebracht &c.* Tempore inaugurationis Caroli VI. an. 1711. 22 Dec. *hatte ſich der Chur-Brandenburgiſche Geſandte Herr Chriſtoph Burggraf von Dohna, zu Pferde geſetzet, und unter Begleitung der Kayſerlichen Hattſchierer, wie auch Trompeten und Paucken-Schall, das ſilberne Gieſſ-Becken und Kanne mit Waſſer, auf die Kayſerliche Credenz-Tafel gebracht:* Ita Faber l. c. pag. 635.

(*e*) BAVARIÆ &c. A. B. cap. 27, §. 4, ait: *Comes Palatinus Rheni intrabit ſimiliter ſuper equo, habens in manibus quatuor ſcutellas argenteas, cibis impletas, quarum qualibet tres marcas habeat in ſtatera, & deſcendens ab equo, portabit, & ponet ante Imperatorem, vel Regem, in menſa &c.* Sic Auctor Deſcriptæ Coronationis *Maximiliani Primi*, an. 1486, apud *Freherum* Tom. 3. *Rer. Germ.* p. 33: *Ipſis* (Cæſare & Rege) *ſic ſedentibus, & Electoribus Romani Imperii menſa aſtantibus, Erneſtus, Dux Saxoniæ, Princeps Elector, tanquam Archimarſchalcus, cum baculo nigro in manu, & Comes Palatinus, Princeps Elector, ac Dapifer Romani Imperii, poſt ipſum, acceſſerunt, ad coquinam Regis. Ibi Comes Palatinus equitando de coquina Regis, quatuor ſcutellas argenteas in manibus produxit, deſcendens ante domum Civitatis de equo aſcendit domum Civitatis; Erneſto, Duce Saxoniæ, præcedente cum baculo, portavit ſcutellas argenteas, cum ferculis, in manibus, & ad menſam Regis collocavit.* De Inauguratione *Caroli V*, an. 1520, legitur apud *Goldaſtum*, part. 3, *der Reichshandel*, §. 2, p. 154. *Als nun Ihro Majeſtat zu Tiſch geſeſſen war ... ſaß Er* (Elect. Palatinus) *auf ſein Roß, und reit in das ander Hauß, da die Kuchen war. Nahm zwey Eſſen aufeinander, und ſetzt ſich wieder auf das Pferd, in ſeinen Churfürſten-Kleidern, und führet das Eſſen alſo auf den Pferden, biß zu der Stiegen des Rathhauſes, gieng auf jeder Seiten einer nach ihm, das Roß zu zamen, und der Reichs Marſchalk vor dem Pferd; Vor demſelben viel Fürſten, Grafen und Herren, auch der Kœnigl. Maj. Drummeter, Teutſch und Welſch. Als er zu der Stiegen kam, ſaß er ab, und trug die Eſſen hinauf mit groſſem Triumph, und ſetzt die auf der Kœnigl. Majeſt. Tafel. Marggraf Caſimirus von Brandenburg ſchnitt der Kœnigl. Majeſt. für, der gab dem Pfaltzgrafen die Eſſen zu* credenzen &c. Conf. *Hartmannus Maurus*, apud *Schardium* Tom. 2 *Rer. Germ.* p. 25 & 26, & *Goldaſtum* part. 3. *Polit. Imper.* Diſc. 3, p. 273; *Mylerus ad Rumelinum* ad A. B. part. 3, Diſſert. 6, §. 4, p. 882. Tempore Coronationis *Maximiliani 2*, an. 1562, accumbente Imperatore, *è cœnaculo deſcendit Elector Palatinus, ad obeundas officii ſui, quod in Imperio gerit, partes &c. qui cum & ipſe, in phalerato equo, ad coquinam Cæſaream veniſſet, ac tria fercula, ſeu Catinos deauratos, cibo repletos, in tripode poſitos, veniſſet, eos, utraque manu aſſumptos, ad cœnaculum portat; præcedit Ipſum Elector Saxoniæ, cum nigro bacillo, tanquam Architriclinus, ſeu Aulæ Cæſareæ Marſchalcus. Cum itaque Palatinus, ad cœnaculum veniens, equo deſcendiſſet, tradidiſſetque hunc, pro more officii, Comiti à Seldeneck, qui eſt Romani Imperii Vice-Dapifer: Ipſe fercula illa, præcedente Eum Electore Saxoniæ, cum bacillo, menſæ Cæſaris appoſuit; catinos vero illos poſtea idem Comes reſervavit.* Hæc *Schardius* l. c. Tom. 3, p. 87. Conf. *Goldaſtus*, Part. I. *der Reichshandel*, p. 74. An. 1612, coronato *Matthia*, *iſt hierauf geritten kommen Ihr. Fürſtl. Gn. der Adminiſtrator der Chur-Pfaltz, in Churfürſtlichen Habit, und etliche ſilberne Platten mit Eſſenſpeiß, ſo gleichfalls auf den vorgemeldten, bey der Küchen geſetzten Tiſch, geſtellt worden, abgeholt, deren Fürſtl. Gn. noch andere mehr Trachten und Schau-Eſſen nachgetragen &c.* Ita apud *Goldaſtum* l. c. pag. 103. Cum *Ferdinandus III*, inaugurаretur, an. 1636, *hat ſich Chur-Bayern, ſamt dem Erb-Marſchall ... auch hinab zur Kuchen, welche auf dem Platz aufgeſchlagen, begeben, ... von dem gebratenen Ochſen geſchnitten, darmit zwey ſilberne Schüſſel füllen, und mit zwey andern bedecken laſſen, ſolche mit einer ſchmalen weiſſen Quelen umſchlagen, in Henden geführet, nach dem Rathhauß geritten. Als Ihr. Durchl. vor das Rathhauß kommen, abgeſtiegen, und auf Ihro Kayſ. und Kœnigl. Majeſtat Tiſch getragen. Vor ſolchen Eſſen gemeldter Erb-Marſchall mit einem ſchwartzen Stabe hergangen. So ſind auch ... die Silber, ſamt dem Roß, dem Erb-Truchſeſſen überlaſſen worden.* Vid. Relatio apud *Carpzovium*, cap. 11 de L. R. G. Sect. 10, §. 34, p. 310. & *Theatr. Europ.* Tom. 3, h. a. pag. 745; *Limnæus* ad A. B. cap. 27, §. 4. Obſerv. 4, pag. 589. Tempore *Ferdinandi IV*, an. 1653, inquit *Lundorpius* Tom. VII. *Act. Publ.* lib. 6, §. 125, p. 47: *Setzt ſich* (Archidapifer) *vor dem Rathhauß auf ein Pferd, ritt hinab zu der auf dem Platz aufgeſchlagenen Kuchen, darinnen ein gantzer Ochs, mit allerhand wild und zahmen Thieren, und Feder-Viehe geſpickt, an einem groſſen hœltzernen Spieß, vor zween Tagen vorhero, Tag und Nacht gebraten worden, nahm darinnen ein verdeckt ſilbern Eſſen, ritt damit wieder zum Rathhauß, und trug ſelbige hinauf*

auf Ihro Kayſ. und Kœnigl. Majeſtat Tafel. Idem obſervatum in Coronatione *Leopoldi*, an. 1658, teſte *Theatro Europæo* Tom. VIII, h. a. pag. 531: *Chur-Bayern war nicht ſelbſt zugegen, derhalben begab ſich ſein Erb-Amt, der Herr Graf Truchſeſs von Zeil, zu Pferd in die Küche, holte ein* Specialichen *von dem gebratenen Ochſen zur Kayſerl. Tafel, in einer ſilbernen Schüſſel, worüber eine andere dergleichen gedeckt war, und begab ſich damit gleichfalls auf den Ræmer-Saal.* Conſ. *Diar. Europ.* Tom. I, h. a. pag. 947. In Coronatione *Joſephi*, an. 1690, *begaben ſich der Churfürſt von Bayern, aus deſſen Gemach, ſamt dem Churfurſtlichen Erb-Marſchall, und Bedienten, unter Trompeten und Paucken-Schall, vor das Rathhauß, und ritten, als Ertz-Truchſeß, zur Küche, hinter dem Perl-Brunnen, darinnen der Ochs gebraten, nahmen daſelbſt in zwo doppelt verdeckten Schüſſeln, die Speiſen von dem gebratenen Ochſen, und trugen dieſelbe auf die Kayſerl. und Kœnigl. Tafel, in voriger Begleitung, worbey der Reichs-Erb-Marſchall mit dem Stab vorangegangen &c.* Ita *Sigismundus Ferrarius*, in deſcriptione Ejus, part. 3, cap. 4, p. 143. Cum *Carolus VI.* an. 1711, 22 Dec. inauguraretur, Elector Palatinus, proſcriptô tunc Bavaro, munere hoc functus eſt; de quo Faber l. c. pag. 634. Cernimus hinc, numerum ſcutellarum non ſemper religioſè fuiſſe adhibitum, inſuperque Bavarum, à tempore, quo Palatini proſcripti dignitas Electoralis in ipſum collata noſcitur, Archidapiferi munere functum; quamvis in præſentiarum hæc iterum ſint mutata, proſcripto Bavaro, & Palatino an. 1708, in priſtina Jura reſtituto.

(*f*) DE BOVE ASSATO &c. Repetunt moris hujus originem, à Romanorum Triumphis, qui, ante Capitolium, Taurum immolarunt. Vid. *Sigonius* lib. 1. *Antiquit. Civ. Rom.* p. 81; *Höpping de Jur. Inſign.* p. 149; *Lampadius* verò, *in den Politiſchen Reichshandeln*, p. 32. memor Coronationis *Rudolphi I*, ſcribit: *Die Krœnung iſt folgends auf dem Tag Aller Heiligen, in Aachen fürgenommen, und mit groſſem Jubiliren aller Furſten und Reichs-Stande vollenzogen worden, worbey* Hoſmannus, *von Wahl-und Crœnungs-Tagen, der Meynung, daß damahlen der erſte Landfried, mit Bratung eines gantzen Ochſen, auch Füllung Rebhüner und anderer Vœgel, vorgenommen worden.* De Coronatione *Maximiliani I*, an. 1486, legitur apud *Goldaſtum*, part. 1, *der Reichshandel*, Tit. 4. p. 14: Item, *ſo ward auf dem andern Platz, gegen des Kœnigs Hof über, ein gantzer Ochs, mit Hœrner, Klauen, und der Haut biß an die Knie, ſonſt war er geſchnitten, offentlich gebraten, war darein gefüllt ein gantz Lamm, ein Sau, und ein Ganß; und als der Ochs gebraten, ward er von dem Volck zu Stücken zuriſſen &c.* paulo aliter *im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 33: *Auf dem Marck lieffe ein Brunn mit Wein, und ward gegen über ein gantzer Ochs gebraten, in welchem ein Schwein, in dieſem eine Ganß, in der Ganß ein Hun, und in dieſem ein Vogel ſteckte.* Tempore Inaugurationis *Caroli V*, an. 1520: *Neben des Kœnigs Hofe, ward ein gantzer Ochs gebraten, darinn eine Sau, ein Kalb, ein Lamm, und andere Thier gefüllet, den allen die Kœpff durch die Rippen und Bauch des Ochſens heraus gethan waren, und als der gebraten, war er von dem Volck zuriſſen, und weggetragen &c.* Vid. *Goldaſtus* part. 1, *der Reichshandel*, Tit. X, pag. 55. Auctor deſcriptionis *Maximiliani 2* Coronationis, an. 1562, apud *Goldaſtum* l. c. pag. 75, inquit: *Es iſt auch ein Ochs, dem Alten Herkommen nach, gebraten worden, nemlich und nachfolgender Maſſen: Vor dem Ræmer, nicht fern vom Rœrbrunnen, welcher zu einem Weinbrunnen zugerichtet worden, hat man eine groſſe hohe Küchen aufgeſchlagen, darinn ein geſchlachter Ochs, an einem hültzernen Bratſpieß, gantz und unzerhauen, mit dem Kopff und Fuſſen, geſteckt, welcher auch geſpickt und ausgefüllt geweſen, mit allerhand Thieren, als einem Schwein, Hammel, Rehe, etlichen Spanfercklein, Antvœgeln, Rebhünern, Pfawen, Kramats-Vœgel, Ganß, Enten, Hünern, Hanen, und Bratwürſten &c. Solchen Ochſen hat man am Sonntag vor der Krœnung, angefangen zu braten, und hat gewahrt biß auf den Montag, nach gehaltenem Hof und Pancket. Als es nun ungefehrlich um drey Uhr Nachmittag geweſen, hat man den gebratenen Ochſen œffentlich Preiß gemacht &c.* Coronationis *Ferdinandi III* tempore, idem obſervatum teſtatur *Carpzovius*, de L. R. Germ. cap. 11, Sect. 10, §. 34, pag. 311; nec non *Ferdinandi IV*, vid. *Lundorpius* Tom. VII. *Act. Publ.* lib. 6, §. 125, pag. 47. Quid an. 1658, coronato *Leopoldo*, contigerit, docet *Diarium Europæum* Tom. I, ad h. a. pag. 919: *Dieſen Tag, ward zu Franckfurt, der auf die Kayſerl. Krœnung zu braten gewiedmete Ochſe, mit vergüldeten Hœrnern, und mit gelben, weiſſen und ſchwartzen Tuch bedecket, von etlichen Fleiſcherknechten, durch die fürnehmſten Gaſſen der Stadt herum gefuhrt, ſelbige Nacht noch geſchlachtet, und des folgenden Tags, altem Brauch nach, alſo gantz, ohne Eingeweide, an einem hœltzern Balcken, den zwey Perſonen, vermittelſt zwey Rader, herum kehren kœnnen, angeſteckt und feſt gemacht, da er dann, in der, auf dem Ræmer Platz, von Brettern hierzu zubereiteten Küchen, biß auf den beſtimmten 22 Tag Julii, bey langſamen Feuer gebraten, auch mit allerhand Feder-Vich geſpickt worden &c.*

(*g*) REX BOHEMIÆ &c. Vigore A. B. cap. 27, §. 5. Reges hos jam dudum antea, *Imperii* fuiſſe *Pincernas*, ex Diplomate *Rudolphi I*, an. 1290, apud *Goldaſtum* Tom. 2. *Conſtit. Imp.* p. 85 & 86. & *Limnæum* lib. 3. *Jur. Publ.* cap. 8, §. 3, pag. 83 &c. diſcimus. *Wen-*

Digitized by Google

Wenceslaum quoque Regem, tempore Inaugurationis *Alberti I*, Imp. Conjugis, hoc munus An. 1299, & quidem *coronatum*, obiiſſe, patet ex dictis præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 168. an. 1520, cum *Carolus V*, coronaretur, Pincerna *Limburgius* officio huic ſatisfecit. Vid. *Goldaſtus*, part. I. *der Reichshandel*, pag. 54, pariter & tempore *Maximiliani* 2. an. 1562, teſte eodem, l. c. pag. 74, nec non reliquorum Imperatorum, quippe qui ſimul Bohemiæ erant Reges. Vid. *Carpzovius* de L. R. G. cap. 11, Sect. 10, §. 34, pag. 311. *Theatr. Europ.*, Tom. VIII, ad an. 1658, pag. 532. Coronationis *Joſephi*, an. 1690, memor, *Ferrarius* in Ejus deſcriptione, part. 3, cap. 4, pag. 144, ait: *Immittelſt trat der Herr Landgraf von Heſſen-Darmſtadt ſeine* Function *an, mit dem Vorſchneiden bey der Kayſerlichen und Kœniglichen Tafel. Der Herr Marggraf Carl Guſtav von Baaden reichete Ihrer Kayſerlichen Majeſt. den Trunck, und dergleichen* Credentz *verrichtete bey dem neu gekrœnten Kœnig, der Herr Graf Vollrath von Limburg-Speckfeld, als Reichs-Erbſchenk, welcher hierbey auch deroſelben anfangs nicht allein den Seſſel gerückt, und die Kœnigliche Kron, bey der Tafel, allein abgehoben, ſondern nachgehends auch allein Ihrer Majeſtæt wieder aufgeſetzt. Worauf derſelbe das koſtbare Glaß, daraus der Kœnig den erſten Trunck gethan, und zum* Credentzen *gebraucht worden, an ſtatt des güldenen Pocals, dem alten Herkommen gemæß, zum gnædigſten Andencken empfangen.* Faber l. c. pag. 537 refert. An. 1711, 22 Decembr. *Herr Ludewig Graff von Harrach Kayſerl. Geb. Rath, habe Carolo VI den Trunck gereichet.*

(*b*) ELECTOR PALATINUS &c. Ejusmodi emiſſiones monetarum, jam diu ante introductum *Archi-theſaurarii* officium, fuiſſe in uſu, exemplo *Rudolphi I*, probat Dn. *Welſerus à Neuhoff, de Summis S. R. J. Officialibus*, p. 256, ex *Lampadii Politiſchen Reichshandeln*, p. 32, ubi: *Es ſeynd auch ſchœne ſilberne Müntzen unter das Volck, wohl für 2000. Gülden ausgeſtreuet: da auf einer Seiten das Kayſerliche Bildniß, welcher des Reichs Adler, mit einer Kron, in Handen, auf der andern Seiten, die Juſtitia gekrœnet, und mit bloſſem Schwerdt, geſtanden, mit dieſer Uberſchrifft*: Rudolphus, *Uberwinder der Bœſen, und Beſchützer der Frommen.* Conf. *Ahasveri Fritſchii ſyllogen variorum Tractatuum*, part. 2. Tit. de *Sparſione Miſſilium*, cap. 3, §. 6, pag. m. 467. Apud *Goldaſtum*, part. 1, *der Reichshandel*, p. 69, ubi de Electione *Maximiliani* 2 agitur, extat: *Als aber die Kayſerliche und Kœnigliche Majeſtat ſamt Chur- und Furſten, aus der Kirchen gezogen, ſind ihr drey hinten nachgeritten, welchen zweene jeder ein Sack von ſilberner Müntz, und der dritte ein Sack guldener Müntz gehabt, und unter das Volck geworffen; man ſagt, biß in die 3000. Floren werth.* Conf. *Schardius* Tom. 3. *Rer. Germ.* pag. 86 & 91. Inaugurationis *Matthiæ*, an. 1612, memor *Goldaſtus*, part. I, *der Reichshandel*, p. 102, ait: *Endlich aber ſeynd geritten etliche* Archibuſier-*Reuter, und vor ihnen einer, welcher die neugeſchlagene Kœnigliche Müntzen, von Gold und Silber, von der Kirchen an, biß auf den Platz vor dem Rœmer, oder Rathhauß, unter das Volck, zu beyden Seiten, ausgeworffen.* Introducto vero, in favorem Palatini Electoris, *Archi-theſaurarii* munere, cum *Ferdinandus IV*, an. 1653, inaugurraretur, *gieng Chur-Pfaltz, ſamt Ihrer Churfürſtl. Durchl. beyden Erb-Schatzmeiſtern, von Sintzendorff, und Hoffgeſind, auch hinab, ſetzten ſich zu Pferd, ritten auf dem Platz herum, und thaten zween Wurff unter das Volck, aus einem anhangenden Seckel, mit güldenen und ſilbernen Müntzen, verfügten ſich darauf wieder aufs Rathhauß, ermeldte beede von Sintzendorff aber ritten fürters gegen dem Kayſerl. Hoff zu, in den Straſſen herum, und wurffen die übrige Muntzen unter das Volck aus.* Ita *Lundorpius* Tom. VII. *Act. Publ.* lib. VI, §. 115, p. 47. Add. Dn. *Chriſtianus Carolus Schwengsfeuer*, Diſſ. de *Singularibus Juribus Sereniſſimorum Comitum Palatinorum Rheni*, Tubingæ, an. 1705, Præſide Conſultiſſ. Dn. *Schwedero*, habita, §. 14, p. 30 & 31, annectens: *Und iſt merckwürdig geweſen, daß, als der Churfürſt damahls das Geld unter das Volck warff, ſein Pferd ſcheu wurde, und warff ihn bald zu tode, ſo für ein bœſes Omen der unglücklichen Regierung des neuen Kœnigs gehalten wurde, welcher noch bey Lebzeiten des Herrn Vaters, wenig Jahre hernach, geſtorben.* Inaugurato *Leopoldo*, an. 1658, inquit *Theatr. Europ.* Tom. VIII, h. a. pag. 531, *ritte Chur-Pfaltz, ohngefehr 10 oder 12 Schritte, von der Rœmer Thür, unter das Volck, und fieng an, das erſte Geld, meiſtens in Goldſtücken beſtehend, auszuwerffen, begab ſich aber auch bald, weil das Gedrange allzugroß, wieder auf den Rœmer Saal, gleich hernach* præſentirten *ſich beyde Herren Grafen von Sintzendorff, als Erb-Schatzmeiſtere, und wurffen das übrige Geld, an ſilberner Muntz, in den Schrancken, vollends unter das Volck aus, biß wieder zum Rœmer &c.* Conf. *Diar. Europ.* Tom. I. an. eod. p. 947. *Schwengsfeuer*, l. c. pag. 31. Tempore *Joſephi*, an. 1690, *verrichtete Chur-Pfaltz, als des Reichs Ertz-Schatzmeiſter, ſeine* Function, *von dem Rathhauß, mit dreymahliger Auswerffung der güldenen Krœnungs-Müntze, auf welcher eine Sonne, darunter ein Schwerdt mit einem grünen Lorbeer-Zweig umwunden, nebſt dem Kœniglichen* Symbolo: AMORE ET TIMORE; *und war auf der andern Seiten die Rœmiſche Reichs-Krone, mit der Umſchrifft:* JOSEPHUS REX UNGARIÆ, CORONATUS IN REGEM ROMANORUM, AUGUSTÆ, DIE XXVI JAN. 1690. *Die übrige ſilberne Müntze hat der Erb-Schatzmeiſter, Herr Graf Theodor von Sintzendorff, zu Pferd, unter das Volck, ausgeworffen, welcher gleichfalls von der Kayſerl.* Guarde *begleitet, und, wie bey den vorigen* Actibus, *die Kayſerlichen Trompeten und Paucken, tapffer gehœrt worden &c.* Hæc in præſentiarum mutationem ſubibunt, reſtituto Electori Palatino Archidapiferatu. Quid in ſæpè fata Inauguratione *Caroli VI*, contigerit, docet

Faber l. c. p. 635. Conf. *Schwengsfeuer* l. c. Elegans, cæterum, Ill. Dn. *Fritſchii* Diſſertatio eſt, de *Sparſione Miſſilium* cujus jam memini, utpote qua perſpicuè docet, eam à Romanis Imperatoribus, ad Byzantinos, indeque ad Germanos, tranſiiſſe, vid. ibi cap. 3, pag. 464 &c. Conf. *Limnæus* J. P. lib. 2, cap. 5, §. 5 & 6, pag. 77. celebris inſuper locus hac de re, apud *Gregorium Turonenſem* lib. 2, *Hiſt.* cap. 38, p. m. 49.

(i) HÆC OFFICIA &c. Apud *Ferrarium*, in Deſcriptione Coronationis *Joſephi*, an. 1690, part. 3, cap. 4, p. 143, legimus: *Nachdem nun dieſe* Functiones *ſich geendiget, wurden nicht allein durch die Herren Reichs-Grafen, welchen der Reichs Erb-Marſchall mit dem Stab voran gieng, die Speiſen aufgetragen, und der mit allerhand grünem Laubwerck augezierte Brunnen, auf welchem ein gedoppelter Adler war, mit roth- und weiſſen Wein lauffend, frey gelaſſen; Ihro Majeſtät der Römiſche Kayſer, ſamt dem Römiſchen König, begleiteten die Herren Churfürſten zur Tafel, und reicheten Ihro Kayſerl. Majeſt. das Waſſer der Herr Hertzog Ludwig von Würtenberg, und das Serviet Herr Hertzog Auguſtus von Hannover; Ihro Königl. Majeſtät wurde beydes von dem Reichs Erb-Kammer-Amt gegeben, und wie beede Majeſtäten zur Tafel ſich wolten niederlaſſen, ſprach Chur-Maintz, als* Conſecrator *und Ertz-Biſchoff, das* BENEDICITE, *darauf die andere Geiſtliche Chur- und Fürſten antworteten, worbey alle Stücke auf den Wällen rings um die Stadt gelöſet, und von der gantzen löblichen Bürgerſchafft die dritte Salve gegeben worden; hernach traten dieſelben vor den Chur-Maintziſchen Tiſch, und nahmen den Churfürſtlichen ſilbern Stab, daran die Königliche Siegel waren, brachten ſelbigen vor den König, und nahm Chur-Maintz beſagte Siegel, und legte ſolche auf die Tafel, welche Ihro Majeſt. nach gethanem Verſprechen, ihre* Privilegien *in gnädigſter Obacht zu halten, an Chur-Maintz wieder zurück gegeben. Immittelſt trat der Herr Landgraf von Heſſen-Darmſtadt ſeine* Function *an, mit dem Vorſchneiden bey der Kayſerl. und Königl. Tafel ... die Herren Churfürſten, in ihrem Chur-Habit und Chur-Hüten, verfügten ſich auch, und zwar jeder an ſeine eigene Tafel, welche durchgehends, ſo wohl der An- als Abweſenden Ihre, unter beſondern ſchönen* Baldachinen, *ſo ſehr koſtbar, theils von Gold, theils von Silber geſtickt, theils von rothen Sammet, mit breiten güldenen Porten, und ſchönen güldenen Frantzen, eingefaßt waren, ſich befanden: und ſtunde bey jedem Churfürſten, nicht allein ſein Erb-Marſchall, mit dem Chur-Schwerdt, und die Spitz unterwärts, ſondern wurde auch von ſeinen Miniſtris, Cavallıren, und Truchſeſſen, bedienet, die Churfürſtl. Böhmiſche, Sächſiſche, und Brandenburgiſche Abgeſandten fuhren nacher Hauß, und ſtunden auf jeder ihrer Herren Principalen Tafel mehr nicht als drey verdeckte Schüſſeln &c.* Circumſtantias ſolennium in Inaugurat. Caroli VI. refert Faber l. c. p. 636. Notandum, hac occaſione, (1) Electores, non niſi finitis officiis, accumbere, & quidem ſingulos menſæ propriæ. Sic factum, tempore *Maximiliani I*, an. 1484, apud *Goldaſtum*, part. I, *der Reichshändel*, p. 12, & *Freherum* Tom. 3. *Rer. Germ.* pag. 33. *Caroli V*, an. 1520. vid. *Schardius* Tom. 2. *Rer. Germ.* pag. 26, & *Goldaſtus* Part. I. *der Reichshändel*, Tit. 9, pag. 53. *Maximiliani 2*, an. 1562. vid. *Goldaſtus* l. c. pag. 74, *Matthiæ*, an. 1612, *Goldaſt.* l. c. pag. 103. *Ferdinandi III*, an. 1636, vid. *Carpzov.* de *L. R. Germ.* cap. XI. Sect. 10, §. 34, pag. 309. *Ferdinandi IV*, an. 1653. *Lundorp.* Tom. VII. lib VI, §. 125, p. 47. & *Leopoldi*, an. 1658, *Theatr. Europ.* Tom. VIII. h. a. pag. 533. (2) Conſecratorem regulariter *benedicere*, finitoque convivio *agere gratias*, quod munus *Moguntinus* obiit an. 1653 & 1658, *Ferdinandis III & IV*, inauguratis, vid. *Carpzov.* l. c. pag. 311, & *Lundorpius* l. c. pag. 48. Tempore *Maximiliani I*, omnes tres Archi-Epiſcopos Electores Deo grates retuliſſe, diſcimus ex *Frebero* l. c. pag. 34; Cum *Carolus V*, coronaretur, utrumque pergit *Trevirenſis*. Vid. *Goldaſtus* part. I, *der Reichshändel*, p. 54. (3) Abſentium Electorum tabulis non niſi vacuas imponi ſcutellas. Teſtes *Bohemus & Brandenburgicus*, an. 1486, inaugurato *Maximiliano I*, vid. *Freherus* l. c. pag. 34, & *Goldaſtus* l. c. pag. 12. *Bohemus, Saxo & Brandenburgicus*, tempore *Caroli V*, Vid. *Schardius* l. c. & *Goldaſtus*, l. c. pag. 54. *Bohemus & Brandenburgicus* tempore *Matthiæ*, vid. *Goldaſtus* l. c. pag. 103. *Bohemus, Palatinus, Saxo & Brandenburgicus*, tempore *Ferdinandi 2*, vid. *Joſias Nolden*, de *Stat. Nobil.* c. 9, §. 345. *Trevirenſis*, cujus menſa Baldachino quoque carebat; *Bohemus, Saxo & Brandenburgicus*, tempore *Ferdinandi III*, Vid. *Carpzovius* l. c. pag. 309 & 310. *Bohemus, Saxo & Brandenburgicus*, tempore *Ferdinandi IV*, vid. *Lundorpius*, Tom. VII, lib. 6, §. 125, p. 47. *Bohemus, Bavarus, & Brandenburgicus*, tempore *Leopoldi*, *Theatr. Europ.* Tom. VIII, pag. 533, ubi additur: *Obwohl von dieſen dreyen letztern Herren Gäſten keiner zugegen war, ſo ſtunden doch nichts deſtoweniger die zugedeckte Schüſſeln auf, und die Vorſchneider, ſamt andern Aufwärtern, vor den Tiſchen.* (4) Addendum, Inauguratione finita, creari à novo Rege *Equites Imperii*, de quibus ſeq. Tit. XXI plura.


4. Præter menſam Imperatoris quæ eſt (*a*) ſex gradibus altior, ſunt adhuc hodie octo aliæ tabulæ pro Electoribus; à latere dextro, quatuor: prima illius Electoris, qui coronavit,

navit, ſecunda Regis Bohemiæ, tertia Saxonis, quarta Bradenburgici: à latere ſiniſtro, tres, prima Electoris Colonienſis, aut Moguntini, ſecunda Bavari, tertia Palatini: Trevirenſis diametraliter adverſus faciem Imperatoris poſita eſt. Ad has menſas nullus àlius, præter ipſos Electores (*b*) accumbit. Si Imperatrix adeſt, ſecundûm A. B. diſpoſitionem, ſeparatam habet menſam, tribus gradibus depreſſiorem menſa Imperatoris. In coronatione Matthiæ accubuit cum ipſo Imperatore ad Menſam. *Vid. hic omnia latus in A. B. c. 22. 25. & 26.*

NOTÆ.

(*a*) SEX GRADIBUS &c. Ut tempore *Maximiliani I*, an. 1486, apud *Freherum* T. 3 *Rer. Germ.* p. 34, ubi: *In capite & in medio Aulæ, vel Palatii, ſedebat Imperialis Majeſtas, & Rex Romanorum, filius ſuus, Maximilianus, in menſa ipſius parata, & ornata, Sex graduum alta &c.* apud *Goldaſtum* vero, part. 1 *der Reichshandel*, pag. 12. legitur: *So weit der Churfürſten Tiſche ſtünden, ſo ferne war eine bretterne Briſch, eines Trits hoch, gemacht, und ſtunde der Tiſch, da der Kayſer und Kænig über ſaſſen, oben an, mitten im Rathhauß, alſo, daß Sie beyde ihre Rücken an die Mauer lehneten, ſtunde derſelbige Tiſch umb ſieben oder acht Staffen, hæher dan der Churfürſten &c. Caroli V* tabula erat *ſeptem* graduum altitudinis; Vid. *Schardius* T. 2. *Rer. Germ.* p. 16, & *Goldaſtus*, part. 1 *der Reichshandel*, Tit. 10, p. 53, ubi: *des Kænigs Tiſch ſtund in der Mitte, oben an, Sieben Staffel hæher dan der Churfürſten Tiſch &c. Maximiliani 2* menſa erat *über Sieben Staffeln haber dan andere;* ita *Goldaſtus* l. c. pag. 74. Tempore *Ferdinandi III*, an. 1636. *ward vor Kayſerl. und Kænigl. Majeſt. ein Tiſch, ſo drey Staffel haher als der Churfürſten Tiſche, geſtanden, bereitet und gedecket;* Vid. *Carpzovius*, de L. R. G. cap. XI, Sect. X, §. 34, p. 309; idem obſervatum. in Coronatione *Ferdinandi IV*, an. 1653, vid. *Lundorpius*, Tom. VII *Act. Publ.* lib. VI, §. 125, p. 47; ut & *Leopoldi*, an. 1658; teſte *Theatro Europæo* T. VIII, p. 533. In nupera coronatione *Joſephi*, menſa Imperatoris & Romanorum Regis, erat quatuor graduum altitudinis; Electorales unius duntaxat. Vid. *Ferrarius* de Corouat. *Joſephi* part. 3. cap. 4, p. 145. ubi ſequens ſchema:

Menſa



(*b*) PRÆTER IPSOS ELECTORES &c. Adeò ut Abſentium Legati domum redire cogantur, tribus ſolummodo patinis vacuis eorum menſis impoſitis; ceu præced. §. 3, lit. i, monitum. Præter has menſas vero, pro aliis Principibus, à Romanorum Rege ad epulas invitatis, adhuc aliæ ſterni ſolent, absque ullo tamen altitudinis gradu; tempore *Maximiliani I*, an. 1486, ſeparatæ menſæ accumbebant Oratores Aſtriaci; aliam occupabant Epiſcopi Leodienſis, Wormatienſis, Cameracenſis, Sibinicenſis & Miſſenſis, aliamque *Albertus*, D. Saxon. *Caſparus* D. Bavariæ; Dux Cliviæ; Dux Juliaci, & Oratores Würtembergici. Vid. *Freberus* T. 3 *Rer. Germ.* p. 34. In feſto Coronationis *Caroli V*, an. 1520, totidem ſtratæ ſunt: una, pro Epiſcopis Wormatienſi & Ratisbonenſi, *Ottone Henrico* D. Bavariæ &c. alia, pro Ducibus Brunſuic. & Julia-

Luneburg. & Juliacenſi; & alia pro Conſiliariis Regiis. Vid. *Goldaſtus* P. 1 *der Reichshandel*, pag. 54, & *Schardius* T. 2 *Rer. Germ.* pag. 26: aſt *Maximiliani 2*, an. 1562, duabus Tabulis aſſidebant: Magnus Magiſter Ordinis Teutonici; Epiſcopi Herbipolenſis & Spirenſis; D. Bavariæ, Comites Palatini Rheni, Duces Juliacenſis, Megapolitanus, Würtembergicus &c. Vid. *Goldaſtus* l. c. pag. 74 & *Schardius* l. c. Tom. 3, p. 92. In ſolemnibus *Matthiæ*, an. 1612, viginti duo Principes, diverſas menſas tenentes, convivio Cæſareo excipiebantur. Vid. *Goldaſtus* l. c. pag. 103. Tempore *Ferdinandi III*, an. 193 , *una* ſaltem parabatur, pro Epiſcopis Ratisbonenſi & Oſnabrugenſi, & Brixienſi, Marchione Onoldino, Duce Lauenburgico & Principe Eggenbergico. Vid. *Carpzovius* de L. R. Germ. cap. 11, Sect. 10, §. 34, pag. 309. Cum *Ferdinandus IV*, an. 16;3, inauguraretur, etiam *uni* duntaxat Principes aſſidebant. Vid. *Lundorpius*, Tom. VII, lib. VI, §. 125, pag. 47; pariter & an. 1658, Coronato *Leopoldo*, pro Epiſcopo Wormatienſi, & Principibus *Lobkowitzio*, atque *Auerſpergio*, Vid. *Theatr. Europ.* T. 8, h. a. pag. 533, nec plures aderant tempore *Joſephi*, an. 1690, teſte *Ferrario*, in deſcriptione Ejus Coronationis, part. 3, cap. 4, p. 144, ubi: *Die Fürſtliche Taffel iſt faſt in der mitte des Saals, wo ſich die Churfürſtlichen endigten geweſen: worüber mehr nicht als der Herr Abt von* Fulda, *der Biſchoff von* Brixen, *der Abt von Kempten, auf der einen Seiten; auf der andern aber der Kayſerliche Obriſt-Hofmeiſter, Fürſt von Dieterichſtein; der Fürſt von Salm, als des Kænigs Obriſt-Hofmeiſter, und der Fürſt von Schwartzenberg, als Kayſerl. Ober-Hofmarſchall geſeſſen &c.* De Electoribus monendum, quod Colonienſis à dextris Imperatoris menſæ accumbat, ſi ipſe conſecrator exiſtit. Differentia alias inter Electorales & Principum menſas, hæc eſt: (1) ſinguli Electores ſuas habent menſas ſtratas, non verò ſinguli Principes; (2) Singuli Electores accumbunt ſub tegumêntis, ſeu Baldachinis, non æquè Principes; (3) Cuilibet ex illis eſt abacus; non vero ſingulis Principibus; (4) Illi tecto capite; hi detecto, accumbunt &c. (5) Hi prius ſurgunt, & quidem quamprimum Tabulæ Cæſareæ bellaria imponuntur; Electores ſerius, &c. Addendum, quod in alio Conclavi, aliæ menſæ, pro Deputatis Civitatum Imperialium, quæ ejusmodi ſolemnibus, ab antiquo, intereſſe ſolent, ſternantur, nominatim, *una*, pro *Aquisgranenſi*, quippe quæ Inſignia & Clinodia affert; *alia* pro *Norimbergenſi*, eandem ob cauſam; *alia* pro *Francofurtenſi*, utpote Cæſareæ Electioni deſtinata; Et alia, pro *Colonienſi*, ubi Rex novus in numerum Canonicorum cooptatur. Hocque obſervatum eſt in præfatorum Imperatorum coronationibus, teſtibus iisdem, quos de Tabulis Principum modò adduxi, excepto, quod tempore *Caroli V*, nomine Civitatis *Francofurtenſis*, nemo adfuerit, & tempore *Matthiæ*, menſa *Aquisgranenſis*, vacua manſerit, ob lites inter Magiſtratum, & Cives, tunc agitatas. Inauguratis inſuper *Ferdinandis III*, & IV, *quinta* menſa exſtructa erat pro Civitate *Ratisbonenſi*, tanquam loco coronationis ipſorum. Quo etiam intuitu, tempore *Joſephi*, *Auguſta Vindelicorum*, comparuit. Vid. *Ferrarius* l. c. p. 146 & 147. ſimul docens, Imperatricem cum Electorum Bavari & Palatini Conjugibus, & tribus ſororibus, ſeparatam tabulam ornaſſe. &c. Conf. Dn. *Schweder*, Intr. I. P. part. ſpec. Sect. I. c. 2. §. 45. pag. 261 &c.

Notandum:

Cum poſt præmaturum & inopinatum obitum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis JOSEPHI I. glorioſiſſimæ recordationis, die 17. Aprilis anni currentis 1711. pie defuncti, nondum conſtare queat, cui in locum laudatiſſimi Imperatoris Imperii faſces conferendi ſint; Ideoque ea, quæ de electione, capitulatione & coronatione futuri ſucceſſoris enarranda eſſent, poſt finem hujus libri primi in peculiaribus addendis ſeu appendice expoſita comparebunt.

5. (*a*) Reliquæ duæ Coronæ, Lombardica nimirum & Romana, (*b*) jam diu ſusceptæ non ſunt: Imperator tamen in Capitulationibus jurare cogitur, quod Romanam accipere velit, quamprimum hoc fieri poſſit: & hinc non pendet hoc ex ipſius arbitrio, ſed neceſſitatis eſt, non quidem abſolutæ, (*c*) ſed conditionatæ, ſi nimirum legitima impedimenta non obſtent. *Limn. ad Cap. Caroli V. art. 30. p. 343.* Imperator noſter, Leopoldus, in Cap. non adſtringitur ad accipiendam *die Kayſerliche Cron*, h. e. coronam Romanam: ſed tantùm *die Kænigliche Cron*, i. e. coronam Aquisgranenſem, ſeu (*d*) Germanicam, *Capit. Leop. art. 37.*

Coronatio hæc fiebat *Romæ* (*e*) ab ipſo Pontifice. Interim tamen & alibi locorum facta, notante Limnæo: exemplo Caroli V. qui (*f*) *Bononiæ* eam accepit. Lombardica olim fiebat *Modetiæ*, (*g*) ſede Regni Italici, in Baſilica S. Johannis. Quandoque (*h*) *Mediolani*, in Eccleſia S. Ambroſii: Fridericus III. eam (*i*) Romæ ſuſcepiſſe dicitur. Autor hujus coronæ cenſetur eſſe (*k*) *Theodoricus*, Oſtgothorum Rex: cujus regno per Juſtinianum everſo, Longobardi ſucceſſerunt eamque continuarunt; quibus ejectis *Carolus Magnus* ad poſteros eam transmiſit. Sed tamen ab Imperatoribus noſtris diu non eſt ſuſcepta; & in nulla Capitulatione ejus fit mentio, neque ad eam accipiendam Imperatores adſtringuntur.

NOTÆ.

(*a*) RELIQUÆ DUÆ CORONÆ &c. Tres hæ Coronæ indicio ſunt, Imperium Romanum, Regnum Germaniæ, atque Regnum Italiæ, ſeu Longobardicum, licet in *Ottone Magno*, æterno fœderis nexu, coaluerint, in unam tamen Rempublicam non coiiſſe; ex pacto vero, juſtitiæque regulis aliis, Germaniæ Regem omnium eſſe Caput, Rectoremque perpetuum. Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 62, & Tit. 4, §. ·, lit. m, v. 8, p. 315 &c. & §. 4, lit. a, pag. 325. Conf. *Conring.* de *Republ.* Diſſ. 2, ſ. 40, 41 & 41, p. 56 ad 59. & de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 12, §. 14, 15 &c. pag. 111 & ſeqq. Dn. *Schweder Introd. Jur. Publ.* part. ſpec. Sect. I, cap. 2, §. 27, pag. 137. Dn. *Schurtzfleiſch* de *Diviſione Imperii Carolini* §. 78, p. 83 &c. *Limnæus* ad A. B. cap. 26, ſ. 4. Obſerv. 3, p. 555 &c. Meminit harum trium Coronarum, *Gregorius IX*, P. R. in literis ad *Fridericum* 2, Imp. apud *Petrum de Vineis*, unde ſua hauſit Dn. *Wagenſeilius*, in Commentario de *Republica Norinbergenſi*, cap. 26, p. 251 & 252, inquiens: *Corona triplici coronaris, ſicut & Chriſtus extitit triplici diademate coronatus, à Matre ſcil. à Noverca, & Patre. A Matre, ſcil.* Corona Gratiæ, *per quam, infirmitatem noſtræ mortalitatis aſſumſit. A Noverca,* Corona Juſtitia, *per quam Genus Humanum, ſanguinis ſui pretio, redemit. A Patre,* Corona Gloriæ, *quia ad dextram ſuam Ipſum, in Regno Gloriæ ſuæ, collocavit. Tu autem ſimiliter* in Germania, *coronaris à Matre, cujus lacte nutritus es, & feliciter educatus,* Corona Gratiæ, *quam, non ex debito Juſtitiæ, ſed ex libera Electione Principum Noſtrorum es aſſecutus. A Noverca coronatus es* in Liguria, *quæ ſolet aliquando Imperio novercari,* Corona Juſtitiæ, *quæ debetur juris neceſſitate. Tertio coronaris à Patre, ſcil. à Summo Pontifice,* Corona Imperii, *quæ eſt* Gloria, *quæ Te omnibus mundi Poteſtatibus anteponit, ut Gloria & honore ſuper omnes Mundi Principes ſublimeris &c.* De ſyncriſi hac, & toto themate, ipſemet judicabis, ex hactenus dictis.

(*b*) JAM DIU &c. Et quidem à tempore *Caroli V*, an. 1530, 22. Febr. *Bononiæ*, Corona *Longobardica*, &, biduo poſt, *Imperiali*, redimiti. Vid. præced. Tit. V, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad h. a. pag. 725. Propterea tamen cum *Carpzovio* de *L. R. Germ.* c. 11, Sect. 10, §. 11, p. 300; *Sprengero Jur. Publ.* lib. 1, cap. 29; *Limnæo* ad A. B. cap. 26, ſ. 4, Obſerv. 9, pag. 558, & aſſeclis, ſtatuendum non eſt, eas in deſuetudinem abiiſſe, præſertim cum Imperatores omnes, à *Carolo V*, ad modernum usque, *Joſephum*, juramento ſe obſtrinxerint, quamprimum id fieri queat, *Imperialem coronam* ſe conſecuturos. Ita enim *Carolus V*, Art. 30. Capitul. ſuæ: *Wir ſollen und wollen uns auch, zum baldeſten es mœglich, und füglich, heraus in das Reich Teutſcher Nation perſœhnlich fügen, die Rœmiſche Kœnigliche Cron, wie uns, als Erwehlten Rœmiſchen Kœnig, wohl geziemt, empfahen ... und nachfolgend, ſo wir die Kœnigliche Kron, wie obſtehet, empfangen haben, uns zum beſten befleiſſigen, die Kayſerliche Kron auch, in ziemlicher gelegener Zeit, zum ſchierſten erlangen &c.* quæ repetita ſunt, in Capitulationibus *Ferdinandi I*, Art. 27; *Rudolphi* 2, Art. 31; *Matthiæ*, Art. 38; *Ferdinandi* 2, Art. 37; *Ferdinandi* 3, Art. 39; *Ferdinandi IV*, Art. 37, & *Joſephi*, Art. 36, ſola *Maximiliani* 2, Capitulatio, nec de *Regia*, nec de *Imperiali*, loquitur; & *Leopoldus* juravit ſaltem, Art. 37. *Capit.* ſuæ, *wir wollen auch die Rœmiſche Kœnigliche Cron færderlichſt empfangen*, nulla *Imperialis* facta mentione; id quod *Limnæo* anſam dedit, in Notis ad dictum Art. 37 *Capit. Leopoldi*, p. 947, ſuſpinandi, mendo quodam tunc fuiſſe omiſſa, quæ anteriores Capitulationes, de *Imperiali* diademate, complectuntur; cui merito Ill. Baro de *Lyncker*, in Commentario *ad Capitulationem Joſephi*, Art. 36, p. 85, contradicit; add. *Kipping. Inſtit. Polit.* lib. 1, cap. 16, §. 17.

(*c*) ABSOLUTÆ &c. Imperator enim, legitime Electus, verè talis eſt, licet non coronetur, juxta præced. §. 2, lit. z, p. 893. quod fieri non poſſet, ſi coronatio neceſſitatis eſſet abſolutæ.

(*d*) GERMANICAM &c. Recte corona illa, quam *Rex Germaniæ*, adeoque & *Romanorum*, & *Imperator Electus, der Erwehlte Rœmiſche Kayſer*, jam omni Maje-

Majeſtate prædictus, vel *Aquiſgrani*, vel, urgente neceſſitate, locorum alibi Germaniæ, ſibi imponi patitur, *Regia Romana* vocatur; non, quod minus tribuat illâ, quam *Imperatoriam* nuncupamus, quandoquidem neutra Imperatoriæ poteſtati, ex ſola Electione fluenti, quid affert; ſed ad denotandum duntaxat diſcrimen inter eam, quam Archi-Epiſcopi Electores Imperii Imperatori, qua *Germaniæ Regi*, in Germania, imponere ſolent, & eam, qua olim, ab ipſis Pontificibus Romanis, eorumve Commiſſario, *Romæ* ut plurimum, Germaniæ Reges, *in Imperatores*, ſunt coronati. Vid. Ill. Dn. Baro de *Lyncker* l. c.

(*e*) AB IPSO PONTIFICE &c. Quandoque & ab aliis, quibus Pontifices id commiſerant; exemplo ſunt: ***Fridericus 2***, an. 1220, ab Hoſtienſi Epiſcopo, *Hugolino*, ex Commiſſione *Honorii* P. R. (vid. præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad h. a. p. 608, *Henricus VII*, an. 1312, committente Papa *Clemente V*, ab *Arnoldo* Legato, *Leonhardo* Albanenſi, & *Nicolao* Hoſtienſi ac Veltrenſi Epiſcopis, Cardinalibus, (vid. l. c. in Ejus vita, v. 4. ad h. a. pag. 648.) ***Carolus IV***, an. 1355, à *Petro Bertrandi*, Cardinali Oſtienſi, ex poteſtate *Innocentii VI*, P. R. (vid. l. c. in Ejus vita, v. 4, ad h. a. pag. 676.) coronati. Conf. *Limnæus Jur. Pub.* lib. 2, cap. 4, §. 55 & 56, p. 61, & ad *Capitul. Caroli V*, Art. 30, voc. *Erlangen*, §. 1 & 2, p. 353.

(*f*) BONONIÆ &c. Vid. præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad an. 1530, pag. 728. mentio hujus rei fit, in Prœmio R. J. Auguſtani, de an. 1530, ubi ipſe Cæſar: *Und Unſer Kayſerliche Crœnung, welche wir, ohn alle Geſahr und Beſchwarung, wohl zu Rom, hatten holen, und da von dannen alsbald fürter in das berührte Kœnigreich Neapolis kommen mœgen, zu Bononien empfangen.* Conf. *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis Imper.* cap. XI, §. 10, p. 144.

(*g*) MODETIÆ &c. Quam propterea *Guntherus*, in *Ligurino*, lib. 8, apud *Reuberum*, de *Scriptoribus Rerum Germ.* pag. 401, *Otto Friſingenſis*, lib. 7. *Chronic.* c. 17, apud *Urſtiſium*, Tom. I. *Rer. Germ.* p. 149; *Radevicus*, lib. I, de *Geſtis Friderici I*, c. 44, p. 504. & lib. 2, cap. 8, p. 511. *Albericus Monachus trium fontium*, ad an. 1128 apud Ill. Dn. *Leibnitium*, part. 2. *Acceſſ. Hiſtor.* p. 257, aliique, ***Sedem Regni Italici*** vocant. *Caroli Magni* memor *Sigonius*, lib. 4, de *Regno Italiæ*, ad an. 774, pag. 145, ait: *Victo captoque Rege Deſiderio, & Longobardis omnibus in fidem ac deditionem acceptis, Carolus Regnum Italicum ſibi, jure victoriæ, vindicavit - - - quippe Modætiæ, ſe, per Archi-Epiſcopum Mediolanenſem, Corona redimiri Ferrea voluit, atque, ut ita apud Poſteros obſervaretur, inſtituit &c.* Provocaſſe ad hunc locum, *Conradum Salicum* an. 1026, cum jam ſemel *Mediolani* coronatus, denuo *Modætiæ*, Longobardorum diademate, ornari cuperet, *veteri renovata conſuetudine, Carolique Magni, & Poſterorum Ejus, exemplo*, idem teſtatur l. c. lib. 8, ad an. 1026, pag. 317, addens, pleroſque inde Succeſſorum Ejus ibidem eſſe inauguratos, (verba præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad h. a. pag. 519 habentur) inaugurationibus licet ut plurimum *Mediolani* celebratis excepta *Conradi*, *Lothario* oppoſiti, cui diadema an. 1128, *Modætiæ* impoſitum, præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Lotharii*, v. 4, ad an. 1125, pag. 563, dictum, & *Friderici I.* de quo *Radevicus* l. c. lib. 1, cap. 44, p. 504: *Princeps Romanus, à Mediolano caſtra movens, apud Modoicum, Sedem Regni Italici, coronatur &c.* & *Guntherus* l. c:

Tunc demum victa Fridericus ab Urbe receſſit,
Modionumque petens, priſco dignatus honore
Illuſtrare locum, ſacro diademate crines
Induit, & dextra geſtavit ſceptra potenti.
Hanc Fortuna diu, Ligurumque potentia dives
Eximiam Regni, Proavorum tempore, Sedem,
Preſſerat &c.

Licet, Eum & *Papiæ* inauguratum, præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad an. 1155, pag. 577, pateat. Minimum inde conſtat, Sedem aliquando Longobardici Regni *Modætiam* conſtituiſſe; nec exempla Regum, ibi coronatorum, deeſſe. Quorſum ſpectant ex *Libro Cerimoniarum* verba P. *Bertii*, lib. 2, de *Germania* p. m. 104: *Corona Regni Longobardici, ſive Italici, quam Superiores Imperatores Modætiæ ſuſcipere conſueverunt, quum Fridericus* (Tertius) *peſtis timore, illuc accedere non potuiſſet, Pontificis Nicolai manibus, coronatus eſt, in Baſilica Petri apud altare majus, quæ Corona Ferrea, licet aurea ſit, nuncupatur &c.* Nec non illa Chronici *Simonis*, Comitis *Montis fortis*, apud *Fr. Du Chêne*, Tom. V. *Script. Rer. Franc.* p. 790: *Mediolani recepit* (Henricus VII) *Coronam Ferream, quam tamen accipere debebat in Modæcia, ex more antiquo, ſed ex cauſa hoc fecit in Mediolano &c.* Conf. *Antonius de Roſellis, de Poteſtate Imperatoris & Papæ*, part. 1, cap. 48, apud *Goldaſtum* Tom. I. *Monarchiæ*, pag. 278; *Jacobus Spigelius*, in Scholiis ad dictum locum *Guntheri*, *Joh. Azorius* part. 2. *Inſtitutionum Moralium*, lib. 10, cap. 5, p. 1035; *Limnæus*, ad *Capitul. Caroli V.* Art. 30. voc: *Die Rœmiſche Kœnigliche Cron*, §. 12 &c. p. 311, & lib. 2. *Jur. Publ.* cap. 4, §. 40, p. 58. *Schilter* Inſt. J. P. lib. 1, Tit. 14, §. 24, p. 154 add. ſeq. §. 6, lit. c.

(*h*) MEDIOLANI &c. Ceu factum, tempore *Conradi Salici*, an. 1026, vid. præced. Tit. V, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad h. a. pag. 519. *Henrici III*, an. 1046, ibid.

Digitized by Google

ibid. in Ejus vita, v. 4, ad h. a. p. 526. *Henricis VII* an. 1311, ibid. in Ejus vita, v. 4, h. a. pag. 647. *Ludovici Bavari*, an. 1327, ibid. in Ejus vita, v. 4, h. a. pag. 662; *Caroli IV*, an. 1355, ibid. in Ejus vita, v. 4, h. a. pag. 676; & *Sigumundi*, an. 1431, vel 1431, ibid. in Ejus vita, v. 4, h. a. pag. 695. Judicandum hine de aſſerto *Onuphrii Panvinii*, lib. XI de *Comitiis*, cap. 1, pag. 142: *Coronam ſecundam, quam Ferream vocant, Mediolani, à poſterioribus Imperatoribus aſſumi ſolitam, ante Friderici 2 tempora, in uſu nequaquam fuiſſe, crediderim. Poſt cujus obitum, uſus hic, ut exiſtimo, inolevit, ut Imperator deſignatus, antequam Imperii Romani Diadema, à Pontifice Maximo, ſuſcipiat Mediolanum primo proficiſcatur, ubi, in Baſilica S. Ambroſii, vel Modœcia, in Baſilica S. Johannis Baptiſtæ, iterum conſecretur & coronetur aliâ Corona, quam Ferream vocant, ab Archi-Epiſcopo Mediolanenſi, in Regem Longobardorum, vel Italiæ, quod ante Henrici VII, Lucemburgenſis, tempora, nunquam, quod ſciam, factum fuiſſe legi. Ipſum enim Henricum VII, primum fuiſſe exiſtimo, qui Mediolani, ea ratione, coronatus ſit &c.* Gloſſator in *Clement. I*, de *Jurejurando*, ait: *Quamvis, ex veteri inſtituto, ſecunda Corona ſit exbibenda in Oppido Modœcienſi, tamen ſæpe tradita eſt Mediolani, in æde D. Ambroſii, nec eam ob cauſam Coronatio fuit irrita &c.* Quare & *Sigismundus* Imp. in Reſcripto ad *Concilium Baſileenſe*, an. 1431, vel 1432, 11 Dec. *Mediolani* dato, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Conſtit. Imp.* p. 437, §. 8: *Ipſo Feſto S. Catharinæ Virginis, proximè præterito, hic, Mediolani, in Domicilio S. Ambroſii, Majorum Noſtrorum imitando veſtigia, Regium Diadema aſſumpſimus, Authore Domino Noſtro JEſu Chriſto, cum ſolennitate, & celebritate, ſemper digna memoria &c.* Conf. *Spigelius*, ad *Güntheri Ligurinum*, l. c. *Chaſſanæus*, in *Catalogo Gloriæ Mundi*, part. 5, *Conſider.* 27, pag. 141; *Limnæus* ad *Capit. Caroli V*, Art. 30, voc. *Die Rœmiſche Kœnigliche Cron*, §. 11, pag. 311, & lib. 2. *Jur. Publ.* cap. 4. §. 40, p. 58; *Carpzovius de L. R. Germ.* cap. XI, Sect. 10, §. 4. p. 300; *Reinkingius*, de *Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 3, cap. 8, §. 16, p. 226; *Thulemarius*, *Octovirat.* cap. 25, §. 7, pag. 482; *Schwederus Introd. in Jus Publ.* part. ſpec. Sect. I, cap. 2, §. 27, p. 237. *Schilter.* l. c. exiſtimans, coronandi morem *Mediolani*, ex inſtituto *Ottonis Magni* invaluiſſe; *Brunnemann. Exam. J. P.* lib. 2, cap. 1, Quæſt. 13, p. 41.

(*i*) ROMÆ &c. A Papa *Nicolao V*. Vid. præced Tit. V, §. 11 in vita *Friderici III* v. 4, ad an. 1451, pag. 703 *Ludovicum 2*, Imp. eam ibidem, *à Sergio* P. R. ſuſcepiſſe, docet *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis*, cap. 11, §. 3. p. 143. Addas *Papiam*, ſive *Ticinum*, ubi *Fridericus I*, Rex Longobardorum coronatus eſt, teſte Ejus vita, præced. Tit. 5, §. 11, v. 4, ad an. 1155, p. 577, pariter & *Henricus Sanctus*, an. 1005, utut prius *Veronæ* jam inauguratus; Vid. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 98. Unde ſimul conſtat, nonnunquam Reges duplici Diademate redimitos, exemplo *Conradi Salici*, *Mediolani* & *Modœtiæ*, an. 1026, coronati; Vid. præced. lit. g. & h. Nec non *Friderici I*, quem *Ticini* & *Modoetiæ*, an. 1155, diademate Longobardico ornatum legimus; Vid. præced. lit. g. pag. 807. Conf. *Dobner*, Diſſ. de *Imperatore Romano-Germanico*, an. 1670, Præſide Dn. *Bechmanno*, Jenæ habita, c. 113. *Carolo V* illud *Clementem VII* P. R. *Bononiæ*, impoſuiſſe, Tit. 5, §. 11, v. 4, in Ejus vita, ad an. 1530, pag. 278 commemoravi.

(*k*) THEODORICUS &c. *Nicolaus Burgundus*, in *Hiſtoria Ludovici Bavari* lib. 2, p. m. 99, de hac re ſic judicat: *Priſca conſuetudine invaluerat, ut inaugurandus Romæ Imperator, Ferream Coronam, Mediolani, praciperet, quam olim Longobardorum Regina, Theodolinda, loco Diadematis, eſſe voluerat, nunc Italici Regni Inſigne &c.* Nec aliter *Sigonius* lib. I. de *Regno Italiæ*, ad an. 591, p. m. 31: *Agilulfus, cum Longobardi Mediolani frequentes, menſe Majo, advocato Concilio, conveniſſent, Rex, de integro concordibus omnium animis, declaratur. Scriptores Mediolanenſes, Patrios ſecuti Annales, aſſerunt, Coronam Ei impoſitam fuiſſe, à Theodelinda Regina inſtitutam, auream illam quidem, verum circulo ferreo interiore intextam; Unde poſt Ferreæ Coronæ nomen Italico Longobardorum in Regno enituit &c.* & ad an. 601, p. 42: *Theodelinda, domi ſtudiis pacis intenta, Oppidum, olim Moguntiacum, tum vero Modœtiam, appellatum, quod duodecim millibus paſſuum aberat à Mediolano, nobilitavit; nam & Regiam ibi Magnificam condidit, & Regiæ Baſilicam Nobiliſſimam addidit. Baſilica inde D. Joannis Baptiſtæ nomini conſecrata - - - Loco inde acceſſit dignitas, poſtquam Corona Ferrea ibi cuſtodiri, atque ea ibi coronari Reges ſunt cœpti. Sic enim Mediolanenſes produnt Annales, Mediolanenſem Archi-Epiſcopum, eo jure à Gregorio Pontifice decoratum, ut, vacante Italiæ Regno, ipſe poſt quatuor decim dies, Suffraganeorum ſuorum Concilium advocaret, atque, ex eorum ſententia, Regem conſtitueret, Eumque Corona Ferrea, à Theodelinda inſtituta, Modoëtiæ redimeret. Quod jus à Rege ullo Longobardorum uſurpatum, Paulus* (Diaconus) *nusquam oſtendit, imò, morem eis fuiſſe, ait, ut haſtam Regi declarato porrigerent. Verum, ne auctoritatem prorſus Mediolanenſibus abrogem, illud facit, quod Coronam hanc Ferream poſt Carolum Magnum, omnibus Italiæ Regibus video deinceps fuiſſe ſolennem, & quod hoc muneris Gregorium Theodelinda petenti tribuiſſe, non ſit abſonum, vel, ut gratiam Reginæ referret, cui plurimum ſe debere, ipſe in Epiſtolis confitetur; vel, ut Archi-Epiſcopo acceſſionem*

Digitized by Google

nem dignitatis adjungeret, quam ſuperioribus annis, Longobardorum immanitate, afflictam proſtratamque fuiſſe ſentiet &c. Conf. *Limnæus Jur. Publ.* lib. 2, cap. 4, §. 51, pag. 60, & ad A. B. cap. 26, ſ. 4, Obſervat. 5, pag. 556.

6. (*a*) Omnes tres coronæ ſunt aureæ, & fabula eſt, (*b*) quod Germanica ſit ferrea, Lombardica argentea, (*c*) & Romana tantum aurea, *Hieron. Balb. d. loc.* Lombardicam quidam ex paleis (*d*) contextam putabant, decepti, quod Mediolanenſes, *Conradi I*, (*e*) qui eam alibi accepit, quàm Mediolani, in contemptum vocarunt *palcarem*, quaſi nullius momenti. (*f*)

NOTÆ:

(*a*) OMNES TRES &c. Rectè *Æneas Sylvius*, in *Hiſtoria Friderici III* Imp. p. m. 79, dictarum Coronarum memor, ait: *Has autem Coronas omnes aureas eſſe, compertum habeo, quamvis per medium circulum Coronæ Mediolanenſis, lamina quædam parvula ex ferro ducatur, quæ ſtultæ interpretationi efficit locum &c.* Conf. *Sigonius*, lib. 1 de *Regno Italiæ*, ad an. 591, p. 31, cujus verba præced. §. 5, lit. K, pag. 908 habentur; Ill. Dn. *Coccejus*, *Prudent. Jur. publ.* cap. 8, §. 20, pag. 170; Dn. *Schurtzfleiſch*, *de Diviſione Imperii Carolini*, ſ. 78, pag. 83.

(*b*) FABULA EST &c. Gloſſa vetuſtiſſimi Codicis *Speculi Saxonum*, an. 1488, die Sabbati, penultima Auguſti, *Lipſiæ* impreſſi, lib. 3, Art. 50, qui, in Editione, *Auguſtæ Vindelicorum*, an. 1516 excuſa, eſt 57, inquit: *Dyt is dorch der dryer Kronynghe wyllen, dar he mede drye Kronet werd. De Erſte is to Aken, dat is de Snodeſte, dar Kronet me En mit der Yſerne Krone. So is he Koningk over alle Dudſche Rycke. De ander Krone entfenget he to Meylan, dat is eyne Guldene Krone; So is he ein Here der Walen. Thum drudden, Kronet me En tho Rome; ſo is he Kayſer aver alle de Werld.* In poſteriori vero Editione, l. c. pag. 169, correctius legitur: *Dat is dorch der drier Kroninge willen, dar dem Konige mede werde drierleie Ryke. Dy Irſte is tho Aken, dat is de Snodeſte; dar Kronet men met der Yſeren Krone, ſo is he Konig over alle Dudeſche Ryke. Dy andere to Meylan, de is Sulvern, ſo is he Here der Walen. Dy drüdde tho Rome, dy is Guldin, ſo is he Keyſer over alle dy Werlt &c.* Ap. Auctorem *Magni Chronici Belgici*, p. 286 & 287, hæc ita reperiuntur expreſſa: *Notandum, quod omnis Imperator Romanorum futurus coronatur quadruplici Corona, primo Ferrea, quam dare debet Archi-Epiſcopus Moguntinenſis; qua ſignificatur, ferro, vel per ferrum, debere Imperatorem omnes rebelles, & adverſarios devincere; Secunda Corona debet eſſe ex diverſis, quæ inveniri poſſunt, metallis compoſita; ad innuendum, Dominum eſſe Imperatorem, & eſſe debere, item, incumbere Illi, ut peritos totius Mundi in temporalibus diverſarum linguarum ſecum ſemper habeat; quam Coronam ab Archi-Epiſcopo Trevirenſi recipit. Tertio debet coronari Corona Argentea, clara, munda, lucida & immaculata; ad ſignificandum, juſtum ac fortem eſſe debere, & potentem, & in Juſtitia firmum, item, largum, probum, & generoſum, in reddendo unicuique quod ſuum eſt; quam Coronam Archi-Epiſcopus Colonienſis confert. Quarto debet coronari Corona, de Auro puriſſimo fabricata, ad figurandum, ſicut aurum precioſiſſimum aliorum metallorum eſt, ita Imperatorem eſſe debere de mundo meliorem cæteris, & obedire Eccleſiæ Dei, nec aliter, quam ſi talis inventus fuerit, ad illam recipiendam coronam, judicari dignum; quam ultimam Coronam in Urbe Romana recipit, ubi Papa, ad quem id pertinet, coronam talem in capite Imperatoris imponit, & ipſum confirmat &c.* Benè ad hæc *Limnæus* ad *Capitulat. Caroli V*, Art. 30, voc. *die Ræmiſche Kænigl. Cron*, §. 6, p. 311: *aut ſomnium hoc eſt, aut ignorantiſſimi hominis delirium, adeo inſipidum, ut guſtari haud mereatur &c.* Verum interim eſt, à multis *Germaniæ Coronam*, ſive *Aquiſgranenſem*, pro *Ferrea* fuiſſe habitam; teſtibus *Speculi Saxonici* Gloſſatore l. c. & *Magno Chronico Belgico* l. c. Conf. *Antoninus de Roſellis* de *Poteſtate Imperatoris & Papæ*, Part. I, cap. 48, apud *Goldaſtum*, T. 1, *Monarchiæ*, p. 278; *Joh. Sambucus*, in Oratione in obitum *Ferdinandi I* habita, in appendice *Antonii Bonfinii Hiſtoriæ Rerum Hungaricarum*, p. 569; *Chaſſanæus*, in *Catalogo Gloriæ Mundi*, part. 5, Conſiderat. 17, p. 121; *Schneidewinus* ad proœmium *Inſtitut. Juſtin.* ſ. 6; *Schœnbornius* lib. 5 *Politicor.* cap. 9, p. 420; *Reinkingius* de *Regim. Secul. & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 3, cap. 8, §. 14 & 15, p. 126; *Spangenberg. Adel Spiegel*, lib. 20, Cap. 2; *Joh. Palatius*, lib. 1 *Aquila inter Lilia*, cap. 5, ſ. 32, & alii; licet nec deſint, quibus *Argentea* videtur, v. g. *Cruſio*, lib. 5 *Annal. Suevic.* part. 2, c. 7; *Spondano*, *Contin. Annal. Baron.* ad an. 1355, ſ. 1, p. 529; aliiſque multis, quorum Dn. *Adolphus Henricus de Winzingeroda* in diſſ. de *Ordine Equitum Periſcelidis*, an. 1681 habita Heidelbergæ, ſ. 2,

pag. 5 meminit. Sed *Auream* eam eſſe, poſt *Æneam Sylvium*, cujus verba præced. lit. a, retuli, rectè docent: *Hartmannus Maurus*, Archi-Epiſcopo Colonienſi à Conſiliis, in *deſcriptione Coronationis Caroli V*, apud *Schardium* Tom. 2 *Rer. German.* p. 23, & *Goldaſtum*, part. 3 *Polit. Imper.* Diſc. 3, p. 271 &c. *Carpzovius* de *L. R. Germ.* cap. XI, Sect. 10, §. 13, 14 & 15, p. 300; *Buxtorffius*, ad A. B. Concluſ. 46, lit. F. *Limnæus* ad A. B. cap. 26, ſ. 4, Obſervat. 4, pag. 556; & lib. 2 *Jur. Publ*, cap. 4, ſ. 36 & 37, p. 57; *Bertius*, lib. 2 de *Germania*, pag. 104, vid. præced. ſ. 5, lit. g, p. 907. *Rautnerus*, part. 4 *der Staats-Kunſt*, c. 4; Ill. Dn. *Coccejus* l. c. Dn. *Schurtfleiſch* l. c. Dn. *Ferrarius* in deſcriptione *Coronationis Joſephi*, part. 3, cap. 4, pag. 131, ubi: *Als von Nürnberg des* Caroli Magni *Güldene Cron, welche einer kleinen halben Ehlen hoch, und 14 Pfund ſchwer iſt &c.* Dn. de *Winzingeroda* l. c.

(c) *ARGENTEA &c.* Ita *Stero*, in *Annalibus Altahenſibus*, ad an. 1329, apud *Freherum*, Tom. 1 *Rer. Germ.* pag. 410: *Ludovicus Rex venit Mediolanum, ubi Corona Argentea coronatur &c.* & *Henricus Rebdorfenſis*, in Annal. ad an. 1329, ibid. pag. 423: *Venit Mediolanum, ubi honorifice ſuſceptus eſt, & coronatus ſecunda Corona Argentea &c.* & rurſus ad an. 1355, p. 448: *Coronatur* (Carolus IV) *ſecunda Corona Argentea, in Eccleſia S. Ambroſii in Mediolano &c.* Conf. *Gloſſ. Spec. Saxon.* præced. lit. b. *Antonius de Roſellis*, *de Poteſtate Imperatoris & Papæ*, part. 1, cap. 48, apud *Goldaſtum* Tom. I, *Monarchiæ*, p. 278; *Reinking.* de *Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 3, cap. 8, ſ. 16, pag. 226; *Du Freſne*, voc. *Corona Imperialis*, p. 1226, *Schneidewinus* l. c. *Reſtaur. Caſtald.* de *Imperat.* q. 33. ſ. 7; *Narciſſus Schwelin*, *in der Würtembergiſchen Chronick*, p. 523. Alii. Pluribus vero *Ferrea* dicitur; Sic ipſe *Henricus VII* Imp. in diplomate an. 1310, Canonicis Modoëtienſibus dato, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imp.* pag. 310: *Committimus vobis & mandamus, ut Archi-Presbyter, cum tribus aliis Senioribus, qui ſciunt, quid opus ſit ad collationem Coronæ Ferreæ, ſine ulla dilatione, veniant ad Nos, portantes omnia Privilegia & Inſtrumenta, quæ apud Vos, Modoëtiæ, aſſervantur &c.* Ejusdem ſententiæ eſt, *Lewoldus à Northoſ*, in *Chronico Marcano*, ad an. 1310, nec non *Magnum Chronicon Belgicum* p. 286; quorum verba præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Henrici VII*, v. 4, ad an. 1311, pag. 647. exhibui; *Albertus Argentinenſis*, ad an. 1327, apud *Urſtiſium*, T. 2, *Rer. Germ.* p. 124; & *Nicolaus Burgundus*, *Hiſt. Ludovici Bavari*, lib. 2, p. m. 99. quorum alterius verba l. c. in vita *Ludovici Bavari*, v. 4, ad an. 1327, pag. 663. & alterius præced. §. 5, lit. K, pag. 908. extant; *Simon* Com. *Montis Fortis*, in *Chronico*, de quo evolvas præced. §. 5, lit. g, pag. 907. *Marlevoltius*, lib. 3 *Hiſtor. Senenſ.* part. 1; *Villanius*, lib. 10 *Hiſt. Inſubr.* cap. 19; *Platina*, in Vita *Johannis XXIII.* P. R. p. 228; *Mutius*, lib. 24 *Chron. Germ.* p. 228, & lib. 25, pag. 248; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 45, ad an. 1327, p. 997; *Paralipomena Urſpergenſis*, pag. 266; *Sigismundus von Bircken im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 7, in vita *Friderici III*, pag. 578; *Sigonius*, lib. 1 de *Regno Italiæ*, ad an. 591, p. 31, & an. 601, pag. 42; & lib. 4, ad an. 774, p. 145; vid. præced. §. 5, lit. K, pag. 908. *Pantaleon*, *von den Teutſchen Helden*, part. 3, in vita *Caroli V*, Imp. p. 168; *Spondanus Contin. Annal. Baron.* ad an. 1327, §. 3, p. 421, & 1355, §. 1, p. 529, & 1431, §. 21, p. 809; *Palatius*, *de Geſtis Pontificum Roman.* Tom. 3, in vita *Eugenii IV*, ad an. 1431, p. 502; *Anthæus*, *Jur. Publ.* lib. 2, c. 2, §. 7. *Du Freſne*, voc. *Corona Imperialis*, p. 1126; *Carpzovius* de L. R. *German.* cap. 11, Sect. 10, §. 2. 3. & 6, p. 300; permulti alii. Cauſam appellationis, *laminam* ſcil. *ferream*, vel *circulum ferreum*, qui intus conſpicitur, depromunt *Sigonius*, l. c. ad an. 591, pag. 31, vid. præced. ſ. 5, lit. K; *Mylerus* ad *Rumelinum* in A. B. part. 3, Diſſ. 6, ſ. 7, pag. 887; *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.* c. 4, ſ. 48, p. 59; Dn. *Schwederus Introd. J. P.* part. ſpec. Sect. 1, cap. 2, ſ. 30, p. 241; Dn. *Schilter*, *Inſtit. J. P.* lib. 1, Tit. 14, §. 24, pag. 154; Cætera, totam eſſe *auream*, conſtanter affirmant præced. lit. a, adducti teſtes; quibus *Ferrarium* addas, in deſcriptione *Coronationis Joſephi*, part. 3, cap. 2, p. 119, ubi: *Die Andere Cron iſt die Lombardiſche, welche ſonſt deſswegen die Maylandiſche heiſſt, weil viele Kayſer dieſelbe zu Mayland, von dem Ertz-Biſchoff daſelbſt, empfangen. Sie iſt ſo wohl von Gold, als die Ræmiſche, und Teutſche, Cronen; dieweil ſie aber ein eiſern Reifgen hat, iſt daher die Fabel entſtanden, daß ſie eiſern wære &c.*

(d) *EX PALEIS &c.* Veniunt hoc titulo, *Antonius Panormitanus*, *Alphonſi*, Arragoniæ Regis, Orator, in Oratione, ad *Fridericum III*, *Romæ* habita, apud *Freherum*, T. 3 *Scriptorum Rer. Germ.* p. 3, inquiens: *Pervulgatum eſt, palearem Majores noſtros decreviſſe Coronam, quod aliquando receptum, nunc vero, ut pleraque manſuetudinis officia, obſolevit &c.* & *Wintermonat* part. 2, *der Ræmiſchen Kirchen-Hiſtoriæ*, p. 26.

(e) *CONRADI I &c.* Non *Conradi I*, Regis Germaniæ, quem *Henricus Auceps* excepit, ſed *Conradi Salici*, quem *primum* Imperatorem hujus nominis vocant, ceu in vita *Conradi I*, Regis, præced. Tit. 5, §. 11, v. 4, p. 478 &c. dictum. Nititur alias aſſertum Dn. Auctoris teſtimonio *Sigonii*, lib. 8 *Rer. Ital.* ad an. 1026, p. 317, cujus verba l. c. in vita *Conradi Salici*, v. 4, ad h. a. p. 519, exhibui. Conf. *Limn.* ad *Capit. Caroli V*, Art. 30, p. 312, §. 21.

(*f*) Quandoque Cæſares de *Regno* quoque *Arelatenſi* fuiſſe coronatos, documento eſt *Conradus Salicus*, an. 1033, præced. Tit. 2, ſ. 12, lit h. v. 7, p. 248; *Henricus III.* an. 1038, ibid. pag. 249. *Fridericus I*, an. 1157, vid. præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad h. a. pag.

Digitized by Google

pag. 578, *Carolus IV*, an. 1365; præced. Tit. 2, §. 12, lit. b, v. 13. p. 255. Conf. *Limnæum* ad A. B. cap. 26, §. 4, Obſervat. 6, p. 557; Dn. *Schweder. Introd. J. P.* part. ſpec. Sect. I, cap. 1, §. 28, p. 237 & 238; Dn. *Thulema. rius*, cap. 25 *Octovirat.* §. 6, p. m. 481; Dn. *Schilter. Inſtit.* J. P. lib. 1, Tit. 14, §. 24. p. 155. Moderni Imperatores Coronis *Bohemica* & *Hungarica* ornari ſolent. Hæ vero omnes huc non trahendæ.

7. Poteſtas Imperatoris, quam diximus Eum habere, etiam ante coronationem, eſt ſumma poteſtas, in Imperio Romano-Germanico, ipſi competens ubique, vel ſoli, vel conjunctim cum Statibus Imperii. De hac poteſtate Imperatoris plura dicemus *lib. 3.*

TITULUS IX.

DE MODIS, QUIBUS IMPERATOR DESINIT ESSE IMPERATOR.

Deſinit Imperator eſſe, primò (*a*) morte, ſecundò reſignatione: tertiò addunt alii depoſitionem.

NOTÆ.

(*a*) MORTE &c. Mors cum omnia ſolvat, arg. Auth. de *Nuptiis*, §. *Deinceps*, ergò & Dignitatem Imperatoriam. Ubi vero Imperium non *certæ perſonæ*, ſed toti Familiæ primi Imperantis, collatum eſt, *morte* regentis non *vacat*, ſed *ſucceſſioni* locus eſt, donec ultimus Familiæ moriatur, tunc demum enim ad priſtinam libertatem conferendi alii Imperium revertitur populus. Vid. Dn. *Bœhmeri Introd. in Jus Publ.* part. ſpec. lib. 3, cap. 4. §. 17, pag. 636. Addas hiſce modis, *Derelictionem*, modo de animo ſatis conſtet; nequaquam vero *deſertionem*, metu mortis, vel imminentis periculi capitalis ſuſceptam; ob ceſſantem derelinquendi animum. Vid. *Bœhmer.* l. c. §. 31, pag. 654, lit. 2.

1. Reſignatione deſinit eſſe Imperator. Quamvis enim legibus atque ſtatutis introduci poſſit, ut reſignare officio non liceat, ut hæc ex variis textibus Juris Canonici & Civilis, quos *Limnæus citat ad Cap. Ferd. I. p. 451*, patet. Imperatoribus tamen prohibitum non eſt, (*a*) neque in dubio id unquam præſumendum. Hiſtoria antiqua exempla (*b*) habet in *Diocletiano*, qui poſt adminiſtratum, virtute ſumma, ac prudentia, totos 20. annos, Imperium, *Nicomediæ*, eo ſe abdicavit, anno 308, & *Salonæ*, in Dalmatia, vitam, hortorum cultu, oblectavit, privatusque tranſegit. *Anaſtaſio & Theodoſio* Chriſtianis, qui, Imperio depoſito, in Monaſterium ſe receperunt. Noſtra hiſtoria exhibet nobis *Carolum V*, Licet, ob quaſcunque & leviuſculas cauſas, Imperatores hoc non faciant: exemplo *Henrici II*, qui, præmatura devotione commotus, Monaſterium ingreſſurus erat, ſed à Principibus Imperii, rogatus, (*c*) à propoſito deſtitit.

NOTÆ.

(*a*) *PROHIBITUM NON EST &c.* Toties agitata Quæſtio; *Non integrum ſit Imperatori, Imperii faſces, pro lubitu, deponere*, ſive *reſignare?* Adſunt, in utramque partem, rationes non ſpernendæ. *Affirman-*

firmantibus præſto eſt, quod (1) Nulla Lege, ſit prohibitum; (2) invito beneficium non detur, (3) *Auguſtus*, *Suetonio*, teſte in Ejus vita, c. 28, Principatu decedere voluerit; & *Tiberius*, eodem Auctore, in Ejus vita, cap. 24, utrum Imperium retineret, dubitaverit; (4) Seculo IV, *Diocletianus* & *Maximianus Herculius*, ambo Auguſti, Imperio ſe abdicaviſſe legantur; ceu dictum ſupra. *Theodoſius III*, depoſita purpura, religioſè vixerit; *Lotharius*, an. 855, translatis Imperii faſcibus in filium, *Ludovicum*, Monaſterio ſe incluſerit; vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 855, p. 84, & Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, h. a. pag. 455. *Güntherus* Schwartzburgicus, an. 1349, *Carolo IV* Imperio ceſſerit: vid. l. c. in Vita *Caroli IV*, v. 4, h. a, pag. 674; pariter ac *Carolus V*, an. 1558; vid. l. c. in Ejus vita, v. 4. ad an. 1556 & 1558, pag. 737 (5) *Wenceslaus*, Romanorum Rex, in literis, quibus certos Procuratores & Nuncios, ad Papam, *Gregorium*, ratione Electionis ſuæ, conſtituit, de an. 1376, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 2. *Cod. Diplom. Jur. Gent.* in Mantiſſa, §. 50, h, pag. 268, ſcribat: *Nec non, poſt obitum Sereniſſimi Principis, Domini & Genitoris noſtri cariſſimi, Domini Karoli, Romanorum Imperatoris Semper Auguſti, quem omnipotens Deus conſervare felici longævitate dignetur, vel, Eo Romanorum renunciante Imperio, inunctionem & conſecrationem, per Apoſtolicas manus impendi; Nosque Imperiali Diademate coronari, loco & tempore oportunis &c.* (6) Proſtent aliorum Regnorum Exempla, veluti: *Sueciæ*, cui an. 1654. *Chriſtina* valedixit: *Theatr. Europ.* Tom. VII, h. a. pag. 638; *Puffendorff*, lib. 26. *Rer. Suec.* §. 18, p. 1039 &c. De *Prade* Hiſt. *de Charles Guſtave, Roi de Suede*, p. 279 &c. *Poloniæ*, cujus ſceptrum *Johannes Caſimirus*, a. 1668, depoſuit: *Lundorp.* Tom. IX. *Act. Publ.* cap. 172 ad 174, pag. 644 &c. *Theatr. Europ.* Tom. X, p. 819; *Diar. Europ.* Contin. XVII, append. & XIX, pag. 85; *Galeazzo Gualdo*, in Hiſt. di Leopoldo Ceſare Tom. 3, pag. 545 &c. *Nic. Chwalkowski, Jur. Publ. Polon.* lib. 1, c. 3, §. 4, fol. 7 &c. Unde ſua hauſit Dn. *Becmannus*, Diſſ. IX, Syntagmatis *Dignitatum Illuſtrium*, qua de *Abdicatione Regia*, agit cap. 1, §. 6, p. 834 &c. De antiquioribus legas Dn. *Becmannum* l. c. p. 827, &c. (7) Viri graves ab his ſtent partibus v. g. *P. Gregor. Tholoſanus*, lib. 26, de *Republ.* cap. 3, §. 10; *Thuanus*, lib. XVI. *Hiſtor.* ad an. 1555, pag. m. 466 & 467, quorum verba *Limnæus*, ad Capitulat. *Ferdinandi I.* Proœm. verb. *Obangeregt Rœmiſch Kayſerthum*, §. 6 & 8, pag. 452, recitat. *Georgius Sigismundus Seldius* Vice-Cancellarius *Ferdinandi I*, in Reſponſo Juris, de Quæſtione: *Ob ein Rœmiſcher Kayſer, ſo ſich des Reichs Würde, und Bürde, entladen will, nothwendig die* Reſignation *in der Pæbſtlichen Heiligkeit Hand thun müſte?* ap. *Goldaſtum*, part. 5, *der Reichshændel*, p. 187 & 188; *Grotius* de Jure Belli & Pacis lib. 2, cap. 7, §. 26, p. 188; Multi alii. *Negantes*, juvat: (1) Quod nulla Lege ejusmodi abdicatio permittatur, (2) Imperator, per modum *Pacti*, mediante ſcilicet Capitulatione, Imperium in ſe ſuſceperit, ideoque, invita altera parte, cujus intereſt, illud non temere deponi, inde reſilire nequeat; quod argumentum *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 7, p. 117, & §. 9, pag. 118; Ill. *Obrechtus*, Diſſert. de *Abdicatione Caroli V* Imp. quæ, inter Academicas Ejus Diſſertationes, an. 1704, uno volumine, *Argentorati* editas, undecimum locum occupat, cap. 1, pag. 234, 235 & 236, &, poſt utrumque, Dn. *Schilterus*, *Inſtit. J. P.* lib. 1, Tit. XV, §. 10 ad 15, p. 171 & 172, atque Dn. *Ludolphus Burchardus Becker*, Diſſ. de *Electione & Succeſſione in Regnis* an. 1687, Helmſtadii, Præſide Ampliſſ. Dn. *Werlhofio* habita, *c.* 19, urgent. (3) Status Imperii *Henrici Sancti*, ſacros Ordines ſuſcepturi, conatibus ſe oppoſuerint; præc. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad an. 1019, p. 514 &c. Enimverò, ſicuti allata abdicantium ſe Imperio, *Diocletiani*, *Maximiniani Herculii*, *Theodoſii III*, & *Lotharii*, *Exempla Affirmantibus* nullatenus ſuffragantur, utpote facta, vel tempore, quo Status Romani Imperii purè erat Monarchicus, vel, quo Ordinum poteſtas nulla ratione comparari potuit cum moderna eorum Majeſtate; inſuperque auctoritates auctoritatibus opponi queant; ita, nihil prodeſſe videtur *Negantibus*, Imperatorem Capitulatione Imperio obſtringi; quandoquidem obgligatio ultra promiſſum non extendenda. Jam Cæſar nunquam promittit: Se Imperium, ad obitum usque, retenturum; cur ergo naturali libertate deponendi faſces non fruatur? Vid. Dn. *Bœhmer*, *Introd. Jur. Publ.* part. ſpec. lib. 3, cap. 4, §. 28, lit. m, pag. 651 & 652. Nec vulgare *Henrici Sancti* deſtinatæ Abdicationis documentum, ob ſilentium Scriptorum coævorum, dubiæ admodum fidei, huc trahendum. Arbitror ego, abdicationem Imperatori diſputari non poſſe; modò non evidens appareat inde naſciturum Reipublicæ detrimentum; v. g. ſi Cæſar eo tempore, quo Imperium turbis agitaretur, nec eſſet Rex Romanorum, inſuperque vicina Potentia libertati ejus immineret vel irretire compedibus eam moliretur; tali ſanè caſu, ad meliora usque Fata, licitæ alias facultati naturali injiciendum frænum, penitus conſilo. Interim & caſu priori, perquam periculoſum eſſe, tanti momenti rem, invitis Statibus, minimum inconſultis Electoribus, peragi; ob ruptum ſcilicet communionis vinculum, quo Status Regiminis ſunt participes, ſicque Imperatoris Socii quaſi; renunciantem enim Societati, tempore quo ſocii interfuit, ſocietatem non dirimi, peccare in Sociorum jura, ex L. 65, §. 5, ff. *Pro Socio*, diſcimus. Quare & *Carolus V*, in commiſſionis diplomate Legatis ſuis, an. 1558, nomine ſuo, Francofurti ad Mœnum, Imperii dignitatem ejura-

ejuraturis, ac in Fratrem, *Ferdinandum*, Romanorum Regem, tranſlaturis, dato, interprete *Wilhelmo Godelevao*, de *Abdicatione Caroli V*, apud *Schardium* Tom. 2. *Rer. Germ.* p. 651, facta abdicationis mentione, inquit: *Cum vero hoc negotium Electorum munus atque dignitatem præcipuè concernat, Se, citra ipſorum ſcientiam*, (Dn. *Obrechtus* l. c. pag. 237, legit: *Conſenſum & approbationem*) *nihil in hoc voluiſſe agere, vel propoſitum ſuæ voluntatis, ac ſtatutum animi in actum perducere prius, quam ipſi de hoc certiores redditi eſſent. Petere ſe igitur clementer, atque amicè, ut, quod, graviſſimis de cauſis, ſecum conſtituiſſet, non ſolum ipſi firmum ratumque habere, ſed huic actioni, Reſignationi, Ceſſioni ac Traditioni, prædicto Romanorum Regi, fratri ſuo chariſſimo, per Legatos, ac Conſiliarios, nomine ſuo, ad hoc ſpecialiter, cum Cæſareo ac ſufficienti Mandato, ablegatos, facienda, pro majori ſolennitate, autoritate, & pompa, & Conſervatione propria Dignitatis, ac Juris, quod minimè infringere, per hoc, intendat, coram præſentes adeſſe velint, In hoc Dilectiones ipſorum, præterquam quod Imperii neceſſitas id exigat, facere Sibi rem cumprimis gratam, tum ergà ipſas omni amicitia grata, ac bono, remunerandam &c. Et Wilhelmus Zenocarus*, lib. 5, de *Vita & Geſtis Caroli V*: *Carolus Cæſar, veteribus innixus conſiliis ſummo ſtudio à Germanicis Principibus Septemviris, frequenter, etiam atque etiam petebat, ut ſeſe Imperii faſces deponere paterentur; & quamvis jam antea graviſſime conſtantiſſimeque, pluribus variisque Comitiis, ea de re habitis, renuiſſent ſe facturos, tandem ſeptennio elapſo, aſſenſerunt &c.* Roborant hæc, procemii verba *Capitulationis Ferdinandi I*, præced. Tit. 5, §. 11, in *Vita Caroli V*, v. 4, ad an: 1558. p. 737. Ejusdem meminit *R. J. Auguſtinus*, de an: 1559, in Procem. verbis l. c. extantibus; quia verò nihil de Electorum *conſenſu ſpecifico, & prærequiſito*, ſed Eorum *præſcitu* duntaxat, ibi occurrit; nec Abdicationis hujus hiſtoria nudè inde petenda eſt. Conf. *Daniel Otto*, cap. X. *Jur. Publ.* p. 299, ibique *Limnæus* in Notis; *Matth. Stephani* de *Juriſdict.* lib. I, cap. 15, §. 22, & lib. 2, cap. I, §. 145; *Limnæus*, lib. 2. *Jur. Publ.* cap. 11, §. 15 &c. p. 140 & 141, & ibi in Additionibus, Tom. V, p. 109, & ad *Capit. Ferdinandi I*, Procem. verb: *Obangeregt Ræmiſch Kayſerthum*, §. 10 & ſeqq. pag. 453; Ill. Dn. *Coccejus*, J. P. cap. 8, §. 5. p. 161. Dn. *Rachelius*, de *Capitulat. Regni Germanici*, cap. 7, §. 5. p. 70 & 71; *Bœcklerus*, lib. IV, *Not. Procer.* cap. 1, p. 88; *Schrader.* de *Feudis*, part. X, Sect. 3, §. 177 &c. p. 118; *Fritſchius* de *Reſignationibus*, cap. 2. p. 17. Dn. *Schwederus Introd. Jur. Publ.* part. ſpec. Sect. I, cap. 32, §. 4, pag. 693. Dn. *Schurtzfleiſchius*, Diſſ. *de Eo, quod intereſt abdicationis Principum*, habita an. 1671, §. V, VI & VII, p. 6 ad 12 Dn. *Tenzelius*, in *Vindiciis Conringianis, pro Cenſura Diplomatis Ludoviciani Fundationis Cœnobii ad D. Virginem Lindavienſis*, cap. 8, §. 1, pag. 163. Alii.

(*b*) EXEMPLA &c. Locum parallelum ſuppeditant *Thuanus* l. c. & *Limnæus* ad *Capit. Ferdinandi I*, Procem. verb: *Ob angeregt Ræmiſch Kayſerthum*, §. 8, pag. 452.

(*c*) ROGATUS &c. Vid. præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, ad an. 1019, pag. 514.

2. Juſtæ reſignationis cauſæ legibus definitæ non ſunt. Ex hiſtoria reſignationis, quæ à Corolo V. facta eſt, inter eas referri videmus, ingraveſcentem ætatem, & ſenectutem, (*a*) *Limnæus ad Cap. Ferdinandi I. p. 453.* Aliorum, de hujus Imperatoris reſignatione, judicia varia fuiſſe teſtatur *Famianus Strada* lib. 1. de Bello Belgico p. 10. ſc. ipſum felicitate (*b*) Henrici Regis Galliarum fuiſſe deterritum: vel cupidinem inuſitatæ gloriæ; vel neceſſitatem placandæ iræ Dei offenſi ob fœdus *Henrico* Anglo contra fidem Pontifici datam: ob *Interim* in Religione permiſſum, fuiſſe cauſam.

NOTÆ.

(*a*) SENECTUTEM &c. Vid. præced. Tit. V. §. 11, Ejus vita, v. 4. ad an. 1558. p. 737.

(*b*) FELICITATE &c. Sunt qui hoc verſu cauſas abdicationis Ejus comprehendunt:

Ni Metz; ni Mauritz; ni Mauritania; ni Mors.

Alii apud *Scharſchmidium* ad *Schützium* J. P. Vol. 1. Diſſ. 3. §. XI. ad lit. D. p. 175. ita ludunt:

Ni Metz; ni Mauritz; ni Mauritania; ni Magd;
Ni Mors; quid multis? fuerim per ſingula felix.

Alii l. c. ita:

Die Maur, die Metz, die ſchœne Magd,
Die haben dem Kayſer den Tantz verſagt.

 Sen-

Digitized by Google

Senſus eſt, Eum nec *Metenſem* urbem à Gallis recuperare; nec *Mauritium*, Electorem Saxoniæ, in ordinem redigere; nec *Mauritanis* pro lubitu leges præſcribere; nec *Magdeburgo* potiri; nec etiam ad plures abire potuiſſe.

3. Reſignatio debet fieri (*a*) Electoribus, & reliquis Imperii Statibus, (*b*) *non Pontifici;* quia jus, quod Pontifex in Imperatorem prætendit, nullum eſt: & Electores, nomine Statuum, Imperatorem deſignarunt, ut præeſſet Imperio. *Vid. Lamp. p. 3. c. 2. §. 7. & ibi Conring.*

NOTÆ.

(*a*) ELECTORIBUS &c. Fortè rectius quæritur: *Quis de Reſignationis cauſis, in medium prolatis, cognoſcat?* Fatendum, tutius longè eſſe, in re tanti momenti omnium Statuum expeti conſenſum, utpote quibus Summæ Poteſtatis Jura cum abdicaturo in genere communicata ſunt; quam ſi ſolius Electoralis Collegii Sententia rogetur, ob majus periculum, quod ex reliquorum Statuum excluſione facile generari poſſet. Vid. *Rachelius*, de *Capitulatione Regni Germanici*, cap. 7, §. 6, p. 71; add. præc. §. 1, lit. a, p. 911.

(*b*) NON PONTIFICI &c. ut *Paulus IV*, tempore Abdicationis *Caroli V*, an. 1558. ſtolidè prætenderat; cui propterea, ceu præc. Tit. V, §. 11. in vita *Ferdinandi I*, v. 4, ad an. 1558, p. 741, dictum, Procancellarius Imperii Dn. *Seldius*, acre Reſponſum oppoſuit; quo ſimul *Gregorii Tholoſani*, cap. 2. de *Republ.* §. 10; *Lancellotti in Templo omn. Judic.* lib. 1, cap. 1, c. 2, Quæſt. 6, §. 12; *Azorii* part. 2 *Inſtit. Moral.* lib. 10, c. 9, p. 1056, aliorumque Pontificiæ cauſæ Patronorum argumenta proſternuntur. Quid, quæſo, Juris Pontifici in Imperio? Conf. *Lampadius*, de *Republ. Rom. Germ.* part. 3, cap. 2, §. 9, pag. 35 & 36; & reliqui, præced. Tit. 5, §. 11, in vita laudati *Ferdinandi*, v. 4, ad an. 1558, pag. 741 adducti teſtes.

4. (*a*) Depoſitione etiam Eum deſinire eſſe Imperatorem, plures affirmant. Antiquis enim Romanorum Imperatorum temporibus, quam plurimi occiſi ſunt: aut in privatam conditionem redacti, non duntaxat militari licentia, verum etiam interdum ex Senatus Populique Romani conſultis. Imò, & Francorum Reges complures ſolio deturbati ſunt, exemplo *Ludovici Pii, Caroli Craſſi.* Germani etiam poſtea horum exempla ſecuti ſunt, in *Henrico IV. Adolpho Naſſovio & Wenceslao.* Veruntamen iſta hypotheſis hic fieri non debet, quod exempla pro lege valere debeant; cum ea primò ſint diſſimilia; tum ſecundò, ſine diſcrimine juſti atque injuſti; non enim ſemper quod fit, jure fit. Inter omnia forte exempla, illud (*b*) Wenceslai, jure factum eſſe, defendi poſſet; qui ſæpius officii ſui admonitus, hoc facere recuſavit, quo in caſu Imperatorem deponi poſſe, etiam moderatiores exiſtimant. *Dietericus in A.B. p. 44.* hanc quæſtionem ita concludit: *Quod ſi verò caſus adeò funeſtus & inſpiratus eveniret, ut Imperator nulla admonitione corrigi, aut à contraveniendi ſcopo averti queat, ſed injuſtis bellis, ac perſecutionibus, Ordines infeſtare pergat, cauſaque ſit deſperata, nec ſaluti Reipubl. aliud, niſi mutata Imperatoris perſona, remedium applicare, utile ac neceſſarium ſit, hoc extremo caſu, Electoribus, adhibito, propter negotii gravitatem, Statuum Imperii conſilio, jus turbandi de ſolio Regem competere, nullus dubitavi.* An propter alias etiam cauſas deponi poſſit, omnino dubium eſt; neque id, quod alii putant, ita facile exemplis colligi poteſt: Imo, ſi conjungantur ea, quæ *Grotius* habet *lib. 1. de I. B. & P. c. 3. §. 12. & c. 4. & Commentatores ad hæc capita;* nec ea, quæ ex Dieterico attulimus, firma ſunt; nulla enim lex commiſſoria Capitulationibus eſt adjecta; Imperator ſuam Majeſtatem à ſolo Deo recognoſcit: Ergo ſolus Deus (*c*) eum deponere poteſt: non quidem mediantibus ſuis ſubditis; quia dubium eſt, án hæc ſit voluntas Dei, & ex conſcientia dubia nihil agendum, ſed aliis mediis, Deo notis. Bœclerus in Grotium *lib. 1. c. 4, §. 9. in fin.* graviter loquitur: *Fateor interim*, inquit: *Wenceslaum talem fuiſſe.*

Digitized by Google

fuiſſe, qui, in quovis Regno, ſuis flagitiis & ſceleribus potuerit patientiam excutere civium ac Ordinum animis, & ſolio excidere, ſed facta, quibus ignoſcendum eſſe, magna ratio dictat, jus nec conſtituunt, nec probant. Qui enim accuratiſſime velit quæſtionem juris excutere, deſiderabit legem in Rep. mixta, qua definiatur, quid tali caſu faciendum ſit. Quod ſi deficiente tali lege, ex uſu & conſuetudine Reip. aliquid conſilii eliciendum eſt, cautiſſimus quisque maxime ſapere videbitur. Putat equidem *Tholoſanus*, melius fuiſſe facturos Electores, ſi Wenceslao Coadjutorem potius dediſſent, quàm Imperium abrogaſſent. Propius ad rationem conſtitutæ Reip. diceremus: melius eſſe tali in caſu, Regem Romanorum eligere, (*c*) & vivo Cæſari adjungere.

NOTÆ.

(*a*) DEPOSITIONE &c. Dura Quæſtio: *Num Imperator deponi*, id eſt, *licitè Imperio exui, queat?* Affirmant eam: *Ruthardus*, Archi-Epiſcopus Moguntinus, hæſitantes Germaniæ Epiſcopos: *Num Henricus IV, Solio eſſet dejiciendus?* ita allocutus: *Quousque trepidamus, ô Socii? Nonne officii noſtri eſt, Regem conſecrare? Conſecratum inveſtire? quod ergo Principum decreto impendere licet, eorundem authoritate tollere non licet? Quem meritum inveſtivimus, immeritum quare non diveſtiamus?* Vid. *Helmoldus* lib. 1 *Chron. Sclav.* cap. 32, §. 3, p. m. 82 & 83. *Gebbardus*, Baro de *Eppenſtein*, Archi-Ep. Moguntinus, *Albertus* Saxo, & *Otto* Brandenburgicus, cum Aſſeclis, exauctorando an. 1298, *Adolphum* Naſſovium; Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad hunc annum, pag. 166. Non minus *Johannes* Moguntinus, *Fridericus* Colonienſis, *Wernerus* Trevirenſis, & *Rupertus* Palatinus, an. 1400, *Wenceslao* Imperium abrogantes; Vid. præced. Tit. 5, §. 11, v. 4, ad h. a. p. 681, *Cuſpinianus*, in Vitis *Adolphi* & *Wencesiai*; *Arumæus*, ad A. B. Diſcurſ. 3, *t.* 55; *Buxtorfius* ad A. B. cap. 5, Concluſ. 11 &c. *Arniſæus*, de *Poteſtate Principum ſemper inviolabili*, cap. 1, *Lampadius* de *Republica*, part. 3, cap. 2, §. 10 & 11, pag. 37. *Reinkingius*, de *Regim. Secul. & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 1, cap. 5, §. 87 & ſeqq. p. 38 &c. *Carpzovius* de *Lege Regia Germ.* cap. XIV, Sect. 6, §. 22 & ſeqq. pag. 369; *Beſoldus* lib. 2. *Politic.* c. 9, §. 50; *Schützius*, Exerc. 3, *t.* 30, p. m. 215; *Grotius*, de J. B & P. lib. 1, cap. 4, §. 11, p. m. 92; *Rachelius*, de *Capitulatione Regni Germaniæ*, cap. 7, §. 9, p. 76; *Limnæus* lib. 2. *Jur. Publ.* cap. 11, §. 22 ad 24, p. 142, & Tom. V, *Addit.* ad lib. 2, cap. 11, §. 17, p. 113 &c. *Conringius*, de *Republica*, Exercit. VIII de *Negotiis Conventuum Imperii*, *t.* 45 ad 54, p. 427 ad 432; & ad *Lampadium*, part. 1, §. 13. p. 19, & part. 3, cap. 2, §. 10 & 11, p. 119 &c. *Bertramus* de *Comitiis*, *t.* 11; *Stamlerus*, de *Reſervatis Imperatoris*, §. 17, n. 11 &c. *Rumelinus* ad A. B. part. 1, Diſſ. 5, *t.* 7, p. 144 & 145, ibique *Mylerus* in *Additionibus*, p. 145 & 146; Ill. *Coccejus Jurisprud. publ.* cap. 8, §. 5, p. 161. Dn. *Schwederus Introd. J. P.* part. ſpec. Sect. 1, cap. 32, §. 5, & 6, p. m. 695 &c. Dn. *Hornius*, de *Capitulatione Cæſarea*, *t.* 28. Dn. *Brunnemannus*, *Exam. Jur. Publ.* lib. 2, cap. 4, Quæſt. 5, p. 58 & 59. Dn. *Berndes*, Diſſ. de *Negotiis Capitulatione Cæſarea annullatis*, Præſide Ill. Dn. *Strykio*, an. 1703, habita, cap. 1, §. 14, p. 21; aliique multi; quia (1) alias Imperator impunè Tyrannus evadere poſſet, Rempublicamque evertere; (2) juxta Capitulationem, præſcripto modo Imperium adminiſtrare tenetur; jam autem ea eſt ſimilis *Legi Commiſſoria*, & *conditionalis quaſi ſtipulatio*, quæ *committi* dicatur, conditione non adimpleta, arg. §. 4. J. de V. O. (3) Sicut Patri in eo non parendum, quo efficitur, ne Pater ſit, ceu, ex *Seneca*, *Grotius* l. c. §. 10, p. 92; ita nec Imperatori, in eo, quo efficitur, ne Imperator ſit; (4) profanum, arbitrari, in contumeliam Juſtitiæ, *Henricum IV*, *Adolphum* Naſſovium, & *Wenceslaum*, Imperio privatos; cum potius conſtet, rem omnem ſecundum Juris regulas peractam &c. (5) Nulla extat Lex prohibitoria &c. *Contrariarum partium* ſunt: Ill. Dn. *Rhetius*, lib. 1, Tit. 4. *Inſtit. Jur. Publ.* §. 65, p. 183; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. 3, cap. 8, §. 28 & 29, p. 392 &c. *Schurtzfleiſchius*, Diſſ. *de Eo*, *quod intereſt Abdicationis Principum*, *t.* 8, p. 14 & 16; *Dobner*, Nob. Hung. Diſſ. de *Imperatore Romano-Germanico*, an. 1670, Præſide Dn. *Bechmanno*, *Jenæ* habita, *t.* 117. Dn. *Bœhmer*, *Jurispr. Publ.* part. ſpec. lib. 3, cap. 4, §. 33 p. 656. Alii, ex rationibus, quod (1) Nulla Lege Fundamentali, hac de re, aliquid cautum ſit, (2) Imperator Majeſtatem ſoli Deo, mediante licet Electione legitima, ferat acceptam, hinc nemini mortalium integrum, ſolio Eum dejicere, utpote ſoli Deo Adminiſtrationis rationes redditurum, *Sap.* VI, v. 4. (3) Æternæ divini Juris Regulæ, *Rom. XIII*, v. 1 ad 5, 1. *Petr. II.* v. 13, 14, 17 & 18 & *Tit.* 2, v. 9, omnibus Imperiis humanis, injuſtis etiam atque infeſtis, obedientiam præſtari velint; (4) Jus abrogandi conſiſtat in facultate ſolvendi obligationem, qua Status Imperii, omnes & ſinguli, ad fidem & obedientiam ſubjectionis & homagii præſtiti, tenentur; quæ facultas autem nequeat eſſe penes ſolos Status obligatos, conſequenter, ſine expreſſo Ejus conſenſu cui obligati ſunt,

ſunt, nec extante Lege quadam Fundamentali, qua ſancitum, ut, quoties Imperator Capitulationi ſuæ contravenerit, Statuum obligatio ipſo Jure ſit ſoluta; non exercenda. (5) Non conſtet de Judice: Num Pontifex Romanus? Num Elector Palatinus? An totum Electorale Collegium? Num vero univerſi Status Imperii, de cauſis cognoſcant, propter quas Cæſar ſit deponendus? (6) Nullibi reperiatur, ob quæ crimina Imperio ſpoliari valeat &c. His ita ſe habentibus, licet parum præſidii allata deturbatorum ſolio Auguſtorum exempla *affirmantibus* præbeant, quandoquidem non exemplis, ſed rationibus, certandum, inſuperque turbido publicarum rerum ſtatu, ex malitia Cleri, Romani præſertim, Status pariter & ſubditos in Principes excitantis, tumultuariè contigerunt, ſpreta omni æquitatis Jurisque regula; vid. *Bœclerus Notit. Imp.* lib. 4, cap. 1, §. 5, p. 90 & 91; *Fritſchius* ad *Limnæum* lib. 2, cap. XI, §. 27, p. 98 & 99; *Kulpiſius* ad *Monzambanum* part. 2, cap. 4, §. 6, p. 62, Illuſtriſſ. *Joh. Guilielmus* Com. de *Wurmbrand*, Diſſ. de *Foro S. R. J. Principum*, an. 1692, Trajecti ad Rhenum ventilata, cap. 1, §. 5, p. 11 &c. & fundamentum depoſitionis perperam ex violata Capitulatione petatur, cum *Clauſula annullatoria*, (Capitulationi *Caroli V*, Art. 33, primum inſerta, verb: *Ob aber dieſem, oder andern vorgemeldten Articuln, und Puncten einigs zu wieder erlangt, oder ausgehen wird, daſs alles ſoll krafftloſs, todt und ab ſeyn, inmaſſen wir es auch alsdann, und dann als jetzund, hiemit* caſſiren, *tœden und abthun, und, wo Noth, der begehrenden Parthey derhalben nothdürfftig Uhrkund, und briefflichen Schein zu geben, die wir ihnen auch zu geben und wiederfahren zu laſſen ſchuldig ſeyn ſollen &c.* in Capit *Ferdinandi I*, Art. 30; *Maximiliani* 2, Art. 14; *Rudolphi* 1, Art. 35; *Matthiæ*, Art. 39; *Ferdinandi* 2, Art. 38; *Ferdinandi III*, Art. 41; *Ferdinandi IV*, Art. 39; *Leopoldi I*, Art. 38, & *Joſephi*, Art. 37.) nihil aliud involvens, quam ipſo Jure non valere, quicquid à Cæſare, contra, factum fuerit, ceu ex *Celſ. Hugonis* Tract. *Clauſular.* §. 117, & in Conſil. 46, §. 15, *Klockius* de *Contributionibus*, cap. 16, Sect. 1, §. 176, pag. m. 345 & 346, & *Limnæus*, ad Capitul. *Caroli V*, Art. 33, pag. m. 363, deducunt, toto cœlo à *Lege Commiſſoria* differat, cujus auctoritate Statibus permiſſum eſſet, in caſu contraventionis, Imperatorem contravenientem rejicere, & alium in Ejus locum ſurrogare; nihilominus tamen æquior mihi eorum videtur ſententia, quia, ſi nunquam Summæ poteſtati, præſertim ad certa capita adſtrictæ, reluctari liceret, omnis Tyrannis foret ferenda, Civesque in extremam detrudi poſſent ſervitutem, ſicque tota Civitas reddi infeliciſſima; quod Rerumpublicarum Auctori, Deo, earumque fini, utilitatem publicam præ ſe ferenti, & naturæ, contrariatur. Opinor ergò, poſſe quidem Imperatori Imperium auferri, non vero ob quaslibet contraventiones; quia perjurium obligationis nexum non tollit, licet vindicem habeat Deum; ſed ſummo duntaxat neceſſitatis caſu, quo totis viribus Rempublicam evertere moliatur; nec ſanioribus conſiliis, nec minis, det locum; nec Romanorum Regem, ſibi adjunctum, curet, unicè ad ſtabiliendam intentus Tyrannidem. Rationi enim magis conſentaneum eſt, unum redigi in ordinem, quam totam Rempublicam in nihilum; præter quod voluntas imperandi, & voluntas perdendi, ſimul conſiſtere nequeant. Ita *Grotius*, de J. B. & P. lib. I, cap. 4, §. 11, p. 92; *Conringius* de *Republ.* Exerc. 8, §. 45 ad 54, p. 427 ad 431. Ill. *Coccejus*, l. c. *Ditericus* ad A. B. p. 44. Dn. *Schwederus* l. c. Ill. Dn. *Thomaſius* ad *Monzambanum*, cap. 4, §. 6, p. 204. Dn. *Hornius* l. c. Dn. *Brunnemannus* l. c. Alii multi. Ad oppoſita Argumenta reſpondeo, & quidem ad (1) Sufficere, non reperiri Legem prohibitoriam, inſuper ſe, ſuaque tueri, eſſe legis naturalis; ad (2) Verum id eſſe, quamdiu Ipſemet Majeſtate ſe non reddat indignum; ad (3) ſermonem eſſe, de obedientia, etiam iſtis legitimis Magiſtratibus præſtanda, qui non ſemper juſtitiæ clementiæque regulis vivunt, nequaquam vero de Tyrannis, Civitatem evertentibus; ad (4) Ipſe Cæſar, Tyrannus factus, ſolvit obligationis nexum, quo antea Status ſibi habuit devinctos, quia ex legitimo Magiſtratu, cui obligatio debebatur, evaſit publicus hoſtis; ad (5) & (6) Quæſtiones, de Judice, & cauſis, ob quas depoſitio decerni queat, eſſe alienas, nec huc pertinere. Jam nova Quæſtio: *Quis judicet, num cauſæ ita comparatæ ſint, ut earum intuitu Cæſar deponi mereatur? Arumæus* ad A. B. Diſcurſ. 3, §. 55, *Schützius* Vol. 1, Exerc. 3, §. 30, pag. 215; *Beſoldus* lib. 2, *Polit.* cap. 9, §. 50: *Limnæus* lib. 2, J. P. cap. 11, §. 22 ad 24, p. 142, & Tom. V. *Addit.* ad lib. 2, c. 11, §. 17, p. 113; *Bertramus*, de *Comitiis*, §. 11. *Carpzovius* de L. R. G. cap. 14, Sect. 6, §. 22 &c. pag. 369; *Mylerus* l. c. *Conringius*, l. c. §. 56, p. 434, & Aſſeclæ, exiſtimant, id eſſe totius Electoralis Collegii, Præſide tamen Comite Palatino Rheni, veluti Imperatoris Judice; *Stamler* vero, de *Reſervatis Imp.* §. 17, n. 11 &c. *Buxtorfius* ad A. B. cap. 5, Concluſ. 11, *Fritſchius*, in *Manuali Juris Publ.* voc. *Imperatoris Depoſitio*, p. m. 232. Dn. *Schweder*, part. ſpec. Sect. I, cap. 32, §. 11, p. 702 & 703; *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 11, p. 123 & 124, & qui eos ſequuntur, tantam rem ad totum ſpectare dicunt Imperium, argum. Inſtr. Pac. Art. VIII, §. 2, Gaudeant &c. quæ ſententia, minimum, in Quæſtione *Conſilii*, palmam præripit, cum minus turbarum & periculi inde metuendum ſit, quam ſi deſtruendi Auguſti facultas ſoli Collegio Electorali adſcribatur. *Si enim Electoribus ſolis competeret poteſtas deponendi, etiam pluralitas votorum Collegii Electoralis videretur habere locum, quod tamen pro abſurdo habeo;* ſunt verba Ill. Dn. *Thomaſii* l. c.

Qua-

Quadrat huc Oratio *Ottonis IV*, in Comitiis *Norimbergenſibus*, an. 1212, ad Status Imperii habita Oratio, apud *Nauclerum*, Vol. 2, Generat. 41, pag. 910: *Anno Domini* 1212, *Otho, licet abrogatus à Papa*, (Innocentio IV) *nihilominus tamen pro Imperatore ſe gerens, cum ad partes Germaniæ, dimiſſa Italia, declinaſſet, circa Feſtum Pentecoſtes, Conventum Norimbergæ Principum, ſuæ partis celebravit, in quo multiplices Romani Pontificis contra Se oſtenſas calliditates exponens, quam injuſtè ab Illo inſectaretur, declaravit: Adeſte, inquiens, animis Principes, quibus cura ſit de Regno, deque in eodem rebus gubernandis, nempe ad Vos reſpicit Teutonici Regni quævis diſpoſitio, Veſtra intererit eminus cuncta proſpicere. Veſtri etenim Juris eſſe fatemur, non Romani Pontificis, IMPERATOREM CREARE SIMUL, ET DESTITUERE: Veſtrum, ſi quid* (quis) *in Imperio tumultus inſurrexerit, quo viritim extirpetur, curare. Igitur ô Principes, & Regni Cordati Proceres, Jus Veſtrum defendite, pro Patris & Imperii Legibus, vires exercete, ne, ſi minus, & Imperium & Patrimonium dimittatis &c.* Quæ & in Tractatione Hiſtorico-Juridica, de *Palatio Regio*, ſeu *Scabinatu Hallenſi*, Ampliſſ. Dn. *Ockslii*, *t.* 7, p. 7, reperiuntur. Ejusmodi Quæſtiones re verâ privatorum judicia non ſubeunt.

(*b*) WENCESLAI &c. Vid. præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad an. 1400, pag. 681.

(*c*) ELIGERE &c. Quid autem, ſi electo quoque Romanorum Rege, hoſtili nihilominus animo in totius Populi feratur exitium?

Otioſa Quæſtio eſt: *Annon Pontifex Romanus Imperatorem deponere queat?* Dogma hoc fuiſſe Reverendiſſimi *Hildebrandi*, ſeu *Gregorii VII*, ad Procem. §. 16, lit. d, p. 21, monui; Imitatores ibidem producuntur, clientes miſeros nominant *Buxtorfius* ad A. B. cap. 5. Concluſ. 11, lit. g, & *Mylerus* ad *Rumelinum* ad A. B. part. 1, Diſſert. 5, §. 5, lit. a, pag. 143, ſed meritò illis illudunt *Limnæus* J. P. lib. 2, c. 11, §. 18, p. 141; *Conringius ad Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 11, p. 123, &, de *Republica*, Exercit. VIII, de *Negotiis Conventuum Imperii*, *t.* 54 p. 432 & 433, &, per totum Tractatum: de *Germanorum Imperio Romano; Rumelinus* ad A. B. l. c. pag. 142 & 143; *Schilterus*; de *Libertate Eccleſiar. Germ.* lib. 3, cap. 8, §. 22, p. 389, & lib. 5, cap. 10, §. 2, p. 726, cordatiores omnes. Poteſtne Papa eligere Imperatorem? quo jure ergo Eum valeat deponere? Rectius longè de his *Fridericus* 2, in Epiſtola ad Gallos, de an. 1245, apud *Goldaſtum* Tom. 1, *Conſtit. Imp.* p. 306, cujus verba præced. Tit. 5, §. 8, lit. f, Quæſt. 2, pag. 428 recitavi.

TITULUS X.

DE REGE ROMANORUM.

Rex Romanorum (*a*) in A. B. dicitur, qui poſt mortem Imperatoris, vel quando aliàs Imperator eſſe deſiit, eligitur, in Imperatorem promovendus.

NOTÆ.

(*a*) REX ROMANORUM &c. Evolvas de *Rege Romanorum: Carpzovium*, de *L. R. Germ.* cap. XI, Sect. 1 ad 5, pag. 272 ad 286; *Reinkingium*, de *Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. 1. Claſſ. 3, cap. 14, pag. 312 &c. *Limnæum*, lib. 2 *Jur. Publ.* cap. 15, p. 159 & ſeqq. ibique Additiones; *Schützium*, Vol. 1, Exercit. 5, *t.* 1 ad 5, p. 300 &c. *Bæclerum*, *Not. Imp.* lib. 4, cap. 2, pag. 96 &c. Ill. Bar. de *Lyncker* Diſſ. de *Rege Romanorum*, an. 1686, Jenæ ventilatam; *Schilterum Inſtit.* J. P. lib. 1, Tit. 17, p. 178 &c. *Europ. Herold*, Tom. 1, part. 3, cap. 2, p. 150 &c. Dn. *Schwederum*, *Introd.* J. P. part. ſpec. Sect. 1, cap. 3, p. 263 &c. reliquos Juris Publici Scriptores omnes.

1. Hodie, *Rex Romanorum eſt* (*a*) *Princeps Imperii, qui* (*b*) *vivo Imperatore, & rerum potiente, eo vel conſentiente, vel invito,* (*c*) *eligitur ab Electoribus, ut ſit perpetuus Imperii Vicarius, & Imperatore eſſe deſinente, citra ulteriorem electionem in Imperatorem promoveatur.*

NOTÆ.

(*a*) PRINCEPS IMPERII &c. Ita vocari poteſt ſenſu quodam ſublimiori, in ſimilitudinem aliorum Regnorum, in quibus Principes proximam ſuccedendi ſpem habentes, ſpecialia ſortiuntur nomina v. g. in Gallia, *Delphini;* In Hiſpania, *Infantis*, ſeu Principis *Aſturiæ;* in Anglia, Principis *Cornubiæ*, moxque ſolenni diplomate, declarati *Walliæ;* In Suecia, Principis *Fioniæ;* In Dania. *Hæredis Norvagiæ* κατ' ἐξοχὴν &c. Vid. *Sprengeri Inſt.* J. P. lib. I. c. 29. p. 174. *Goldaſtus* de *Majorat.* lib. I. c. 16. n. 10. &c. *Mylerus*, ad *Rumelinum* ad A. B. part. 1, Diſſert. 2, *t.* 10, p. 56; *Limnæus* J. P. lib. 2, cap. 15. §. 3 & 4. & *Bœclerus Not. Imp.* lib. 4. c. 2. p. 96. & 97.

(*b*) VIVO IMPERATORE &c. Dudum jam viventibus Imperatoribus certos Succeſſores datos eſſe, *Romanorum Reges* nuncupatos, indicat *Onuphrius Panvinius*, cap. 5 de *Comitiis*, §. 23, p. m. 69. verbis: *Electio vero non adeo libera, ſed quaſi coacta eſt, quum Imperator, Se Vivo, more veterum Principum Romanorum, Imperii Succeſſorem deſignare facit - - - - hac ratione tres Othones priores, quatuor Henrici II, III, IV, & VI, Fridericus II, Wenceslaus, Maximilianus, & noviſſimè Ferdinandus Cæſar, creati ſunt, qui, viventibus Prædeceſſoribus ſuis, Imperii Succeſſores deſignati fuerunt, & in Germania Reges inuncti &c.* Idem docent *Carpzovius*, de L. R. G. cap. XI, Sect. 3. p. 279; *Reinkingius* l. c. lib. 1, Claſſ. 3, cap. 14, §. 25, 26 & 27, p. 315; *Schwederus*, l. c. Sect. 1. cap. 3, §. 4, p. 266; *Rumelinus* ad A. B. part. 1, Diſſ. 2, §. 9, pag. 53. conf. *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 6, pag. 115, & 116; Alii. De *Ottone* 2, res clara eſt, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 961, p. 92. ut & de *Henrico IV*, ibid. ad an. 1053, p. 105. & *Henrico V*, ibid. ad an. 1099, pag. 114. *Henrico, Conradi III* filio, ibid. ad an. 1147, pag. 125. *Henrico VI, Friderici I* filio, ibid. ad an. 1169, p. 136; *Henrico*, *Friderici* 2, filio, ibid. ad an. 1220, p. 153. *Conrado IV*, ejusdem filio, l. c. ad an. 1136, p. 157. *Wenceslao, Caroli IV* filio, præced. Tit. 2, §. 12, lit. g. pag. 230; & Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad. an. 1376, p. 679. *Maximiliano I*, præced. Tit. 5. §. 11, in vita *Friderici III*, v. 4, ad an. 1486, p. 707. *Ferdinando I*, l. c. in Ejus vita, v. 4, ad an. 1531, p. 740. *Maximiliano* 2, l. c. in Ejus vita, v. 4, ad an. 1562, p. 745. *Rudolpho* 2, l. c. in Ejus vita, v. 3, ad an. 1575, pag. 749. *Ferdinando III*, l. c. in Ejus vita, v. 4, ad an. 1636, pag. 719. *Ferdinando IV*, l. c. v. 3, an. 1653, pag. 765, & *Joſepho*, l. c. in Ejus vita, v. 4, ad an. 1690, pag. 789. In cauſas non inquiram; quas circa pleroſque, ut, ſe vivis, filios, fratres, proximoſve agnatos, faciliori negotio, ad Imperium proveherent, fuiſſe, ſatis libere arbitratur *Severinus* de *Monzambano* cap. 4. in fin. Carpit Eum propterea Dn. *Thomaſius* in Comment. ad hunc locum pag. 212. rectius fundamentum exiſtimans in evitandis Interregni periculis, contumeliaque depoſitionis, quærendum. Noviſſimè argumentum hoc tractavit Author *des Rathlichen Bedenckens, worzu, bey fürgegangener Wahl des Ræmiſchen Kænigs* Joſephi, *geſammte Reichs-Stænde berechtigt, und wie ſie ſich dabey zu bezeugen haben;* edit. 1690. pag. 11. & 12. docens, anno 1671, conveniſſe inter Electores, reliquosque Imperii Ordines, de concipiendo hoc modo Articulo 3. Perpetuæ Capitulationis: *Es ſoll und will der Regierende Ræmiſche Kayſer die Churfurſten, Ihre Nachkommen und Erben, bey ihrer freyen Wahl-Gerechtigkeit, nach Inhals der Güldenen Bull, verbleiben laſſen, und auch bey ſeinen Lebzeiten, die Wahl eines Ræmiſchen Kænigs, wie es in dem Reichs-Abſchied*, Art. *Demnach, abſonderlich verglichen und ſtatuirt worden, vorzunehmen geſtatten;* Articulum autem futuri Receſſus eſſe talem: *Demnach auch Churfurſten, Furſten und Stænde, nach Anleiſung* Art. VIII. Inſtr. Pac. *nicht unterlaſſen, von der Wahl eines Ræmiſchen Kænigs, bey Lebzeiten eines Erwehlten und Regierenden Kayſers, zu handeln und zu ſtatuiren; als haben ſich dieſelbe*, communi conſenſu, *mit einander dahin verglichen, und geſchloſſen, daß die Churfürſten nicht leichtlich zur Wahl eines Ræmiſchen Kænigs*, vivente Imperatore, *zu ſchreiten, es wære denn, daß entweder der Erwehlte und Regierende Ræmiſche Kayſer ſich aus dem Reich begeben, und beſtændig, oder allzulang aufhalten wolte; oder derſelbe, wegen ſeines hohen Alters, oder beharrlichen Unpæßlichkeit, der Regierung nicht mehr furſtehen kænte, oder ſonſten eine anderwærtige hohe Nothdurfft, daran des H. R. Reichs* Conſervation *und Wohlfahrt gelegen, erforderse, einen Ræmiſchen Kænig, noch bey Lebzeiten des Regierenden Kayſers zu erwehlen; auf ſolchen ein und andern angeregten, wie auch erſtgedachten Nothfall, ſoll die Wahl eines Ræmiſchen Kænigs, durch die Churfürſten, mit, oder ohne, des Regierenden Ræmiſchen Kayſers* Conſens, *wann derſelbe, auf angelegte Bitt, ohne erhebliche Urſachen, verweigers werden ſolte, vorgenommen, und darmit der Güldenen Bull, auch Ihrem dem H. Reich tragenden Ampt und Pflichten nach, von Ihnen allerdings frey und ungehinders verfahren werden, &c.* Circa hæc licet ſucceſſu temporis varia iterum in controverſiam duci cœperint, tamen de quæſtione *An*, ſemper affirmativè reſponſum. Magnis motibus Quæſtio hæc agitata noſcitur, cum an. 1531, vivo Cæſare *Carolo V*, *Ferdinandus I*, Rex Romanorum eligeretur, Saxonum Electore, cum ſociis, valde deſuper conqueſto; cujus rei Acta pariter & diſquiſitionem Politicam, ſuppeditant *Goldaſtus*, Part. 2 *Polit. Imp.* & part. 2 *der Reichs Handel*, *Hortlederus*, lib. 3, c. 13, & lib. 4, c. 9. *Paurmeiſterus* lib. 2, de *Juriſdict.* c. 2, n. 45, & alii, quorum præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Ferdinandi I*, v. 4, ad an. 1531, pag. 740 facta mentio. Apud *Limnæum* lib. 2, J. P.

Digitized by Google

J. P. cap. 15, §. 15 &c. p. 162 &c. *Carpzovium*, de L. R. G. cap. 11, Sect. 3, §. 12 &c. p. 279 & 280; *Reinkingium*, de *Regim. Sec. Eccl.* lib. 1, Claſſ. 3, cap. 14, §. 16 &c. p. 314 & ſeqq. & alios, collecta in utramque partem offendis argumenta. Add. *Du May Etat de l' Empire* part. 1. Dial. 2. pag. 80. inquiens: *Illy en a qui croient que non, parceque c' eſt donner ſujet à l' un de deſirer la mort de l' autre &c.* & pag. 81: *Quelques uns diſent, que quand on crée un Roy de Romains, pendant la Vie de l' Empereur, on donne deux Chefs à l' Empire, & deux Maitres aux Allemands, qui ont bien de la peine d' en ſouffrir un &c.* hæc autem non magni ponderis ſunt, nec irritant eos, queis conſtat, ejusmodi facinora in Coronatis non præſumenda; aliàs idem de Principibus, in aliis Regnis, & Electoribus, certam ſuccedendi ſpem habentibus, dicendum foret; deinde, nec levem differentiam eſſe, inter Majeſtatem vivi Imperatoris, & Regis Romanorum: de quibus ad ſeq. §. 6. lit. C. & §. 7. lot.

(c) VEL INVITO &c. Superioribus temporibus interrogandus erat Imperator, priusquam Electores, Eo vivo, Regem Romanorum eligere poſſent, ſique juſta ſine cauſa conſenſum dare recuſaverit, procedebant demum ad electionem, vel Eo invito; Vid. *Arumaus, Jur. Publ.* Diſc. 5; *Reinkingius* de *Reg. Sec. & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 3, cap. 14, §. 28, p. 116 &c. & alii, quos nominat *Mylerus*, ad *Rumelinum* ad A. B. part. 1, Diſſert. 2, §. IX, p. 55; quibus jungatur Dn. *Rhetius* Inſt. I. P. lib. 1. Tit. 4. §. 7. p. 149 & 150. In Capitulationis *Matthiæ* Artic. 35. ita legitur: *Inſonderheit ſetzen und wollen Wir .... die gemeldte Churfürſten, Ihre Nachkommen und Erben, zu iederzeit, bey ihrer freyen Wahl eines Ræmiſchen Kænigs, dieſelbe, ſo offt ſie es einem Kayſer zu Behülff, oder ſonſt, ſo offt Sie es dem H. R. Reich nothwendig oder nützlich befinden, auch bey Lebzeiten eines Ræmiſchen Kayſers, mit, oder (wann derſelbe auf angelegte Bitt der Churfurſten, ohne genugſame erhebliche Urſachen, verweigert werden ſolte,) ohne eines Regierenden Kayſers* Conſens *vorzunehmen &c.* Eadem habentur Capit. *Ferdinandi II.* art. 34. *Ferdinandi III.* art. 38. & *Ferdinandi IV.* art. 36. In Capitulatione *Leopoldi*, art. 36. primum omiſſa parentheſis: *Wann derſelbe auf angelegte Bitte der Churfürſten ohne genugſame erhebliche Urſachen, verweigert werden ſolte*; & ſimpliciter cautum: *Und inſonderheit ſollen und wollen Wir .... die Churfurſten, Ihre Nachkommen und Erben, zu jeglicher Zeit, bey Ihrer freyen Wahl eines Ræmiſchen Kænigs, nach Inhalt der Güldenen Bull, und dieſelbe jedesmahl, und auf alle Fælle, wann ſie es vor nœthig, und zu Erhaltung der Grundgeſetze, und dieſer* Capitulation, *oder ſonſten dem H. Reich nothwendig und nützlich befinden, auch bey Lebzeiten eines Ræmiſchen Kayſers, mit, oder ohne deſſelben* Conſens, *vorzunehmen &c.* Quæ repetuntur in Capitul. *Joſephi* art. 35. Ut adeò, juxta has poſteriores Capitulationes, non amplius Electores neceſſe habeant Imperatoris conſenſum efflagitare. Vid. *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 14, p. 130. Conf. *Limnaus*, lib. 2. J. P. cap. 15. §. 28 &c. p. 164 &c. Ill. Dn. *Coccejus*, *Jurisprud. Publ.* cap. 8, §. 6, p. 162. Dn. *Schwederus*, part. ſpec. Sect. 1, cap. 3, §. 4. p. 270 &c.

2. Quidam (*a*) putant, de hoc Rege Romanorum agi in A. B. primò, quia dicitur, Regem Romanorum eſſe eligendum, quoties neceſſitas Imperii exigit. Secundò, quia ipſe Carolus Quartus, ſe vivo, eligi curavit Filium Wenceslaum. Sed *Limnaus* meritò ab ipſorum recedit opinione, *lib. 2, I. P. c. 15. n. 26. & ſeqq. ut & in notis ad Capit. Ferd. I. n. 15. & ſeqq.* nam A. B. ſemper loquitur de neceſſitate, quæ eſt vacante (*b*) Imperio. *c. 2. & 4.* Nec ſequitur, Carolus IV. ſe vivo curavit eligi ab Electoribus filium Wenceslaum: Ergo, de eo egit in A. B, quia filius ejus aliquot annis poſt Auream Bullam demum natus eſt.

NOTÆ:

(*a*) QUIDAM &c. Veniunt hoc nomine *Arumaus* ad A. B. Diſc. 2, Concl. 13, & de *Comitiis Imp.* cap. 2, §. 27, & *Carpzovius*, de *Lege Reg. Germ.* cap. XI, Sect. 3, §. 19 ad 21, pag. 280. Contrariam ſententiam tuentur *Limnaus*, lib. 2, J. P. cap. 15, §. 23, &c. p. 163 &c. & Tom. V, Adddit. ad h. l. pag. 77, & ad *Capitul. Ferdinandi I*, Procem. verb: *mit folgender Genehmhaltung*, §. 14 &c. p. 429 & ſeqq. *Dieterich* ad A. B. cap. 1, verb: *In Imperatorem promovendum*, p. 15. *Conringius*, ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 6, p. 115 &c. *Schwederus*, part. ſpec. Sect. 1, cap. 3, §. 4, p. 270 & 271.

(*b*) VACANTE IMPERIO &c. i. e. aut mortuo Imperatore; aut reſignante; aut depoſito; Vid. princip. præced. Tit. IX.

3. (*a*) Utile autem eſt Imperio, & Cæſareo honori & Reipublicæ tranquillitati optimè conſultum, electione Regis Romanorum; quia ſic evitantur interregna, ex quibus quocun-

cunque tempore maxima in Rempublicam reddundant incommoda, licet evenire poſſit *(b)* interdum, ut magis expediat, expectare, quàm habere ſucceſſorem; nammulti inventi ſunt, qui, ſpretis, quæ tarda cum ſecuritate adventura erant, præmatura, vel cum exitio, præpararunt, cujus exemplum crudele refert *Cominaeus lib. 4. c. 1. hiſtor.* Hinc *(c) Eliſabetha* Angliæ Regina, cum à Regni Statibus de novo Succeſſore eligendo ſolicitaretur, ſub pœna capitis vetuit, ne quis de novo Succeſſore, ſe viva, disquireret: *Sibi*, inquiens, *in vita ſtruendum non eſſe ſepulchrum.* Tales enim caſus funeſti, & talia nefanda ſcelera, nec ſperanda nec præſumenda ſunt de eo, qui, ut ſtudeat tanquillitati Reipublicæ, quæ, iſtiusmodi ſceleribus, in manifeſta adducitur diſcrimina, juramento obſtringitur.

NOTÆ.

(a) UTILE &c. Utilitati huic, de qua legas *Conringium* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2. §. 14, p. 129 &c. Dn. *Schwederum*, part. ſpec. Sect. 1. cap. 3, §. 5, p. 269 & 270; ante utrumque, *Limnæum*, ad Procem. *Capitul. Maximiliani 2*, voc. *Nutzen*, §. 1 &c. p. 488. opponunt nonnulli (1) quod Electo Romanorum Rege, priventur libertate Electores eligendi Cæſaris; (2) Imperium hoc modo facile reddi queat hæreditarium; (3) Effatum *Eliſabethæ*, Angliæ Reginæ, cujus hic Dn. Author meminit; (4) quod ſic duo capita Imperio præficiantur. Verum, (1) quid detrimenti capiant Electores, eligendo Eum, vivo Cæſare, quem elegiſſent Eo mortuo, non video. Res eodem recidit, libertasque eligendi manet eadem. Objicis fortè, quod ſi verò Rex Romanorum ita ſe gerat interea, ut Electores Eum nunquam in Solium evexiſſent, re adhuc integra; tali caſu adjungi poterit novus Rex, ſi alter Cæſar evadat; ſique pergat nocere Imperio, nec Capitulationem curet; relinquantur novo Regi liberiores manus, donec Imperator ad ſaniora conſilia revertatur. (2) Res ita ſe haberet, ſi Electores ſemper filium Cæſaris eligere tenerentur. Hoc autem non exiſtente, fruſtra inde fingitur metus. Ad (3) reſpondet Dn. Auctor, de (4) Vid. ſeq. §. 6, lit. c. & *Limnæus* ad *Capitul. Ferdinandi I*, Procem. voc. *mit folgender Genehmhaltung*, §. 37, p. 434.

(b) EVENIRE POSSIT &c. Hoc eſt, quod maxume reliqui Ordines Imperii Electoribus objiciunt, dicentes, non ad Eos ſolos ſpectare examen & præconſultationes, num utile ſit Imperio, hoc vel illo tempore, Romanorum Regem eligi? negotio totum Imperium concernente, quæſtionem hanc præjudicialem prius in Comitiis ventilandam, & conſueto more decidendam, eaque definita, jus demum actu eligendi Regis integrum Illis relinquendum. Cum publica deciſione hæc egeant, privata judicia ſuſpendantur. Conf. ad ſeq. §. 6. & lit. b. & præced. §. 1. lit. b. p. 918.

(c) ELISABETHA &c. Contigit hoc an. 1565, menſ. Octob. Vid. *Bodinus*, lib. 6 de *Republ.* cap. 5, §. 723, pag. 1131 & 1132; *Reinking.* de *Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 3, cap. 14, §. 17, p. 314.

4. Et ſi EE. tempore conditæ A. B. perinde publico bono ſtuduiſſent, quàm augendæ ſuæ libertati & dignitati, quæ in gratiam, & propter auctoritatem viventium Imperatorum, ſolet aliquando reſtrictior eſſe, ſine dubio Regis Romanorum, vivo Imperatore, eligendi, mentionem feciſſent, & electionem *Wenceslai* filii, ſe vivo, *Carolus IV.* immani pretio *centenorum millium (a)* ducatorum ſingulis Electoribus promiſſo, & hinc oppignoratis vectigalibus publicis, & Imperii urbibus liberis, *(b)* amplius ſedecim, *(c)* æterno Imperii damno pariter, & eligentium dedecore, emere coactus non fuiſſet.

NOTÆ.

(a) CENTENORUM MILLIUM &c. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. g, p. 230, & Bodinus de Republ. lib. 6, cap. 5, §. 710, p. 1126.

(b) URBIBUS LIBERIS &c. Huc faciunt verba *Lehmann.* lib. 7 *Chron. Spir.* cap. 40, p. 785. *Boppart und Weſel, beyde Reichs-Stätte, hat Er dem Churfürſten zu Trier verpfändt; Der Chur-Pfaltz vier Statt zum Reich gehœrig, Kayſerslautern, Oppenheim, Odernheim und Ingelheim.*

(c) SEDECIM &c. De his ait *Lehmannus* l. c.

Münſte-

Münſterus *unter Kayſer* Carolo *meldet, daß Er daneben* 16. *Stætte, die ohne Mittel ans Reich gehærig geweſen, verſetzt, daraus ſich* 14. *zuſammen verbunden, und den Hertzog zu Oeſtreich, doch mit Vorbehalt ihrer Freyheit, zum Schirm-Herrn angenommen*; De multis aliis Imperii bonis, quæ alienaſſe fertur, legas, *Lehmannum* per tot. Cap. 40. lib. 7.

5. Hinc *Caroli V.* tempore, Elector Saxoniæ & ſocii, Dux Luneburgicus & Landgravius, Anhaltinus & Mansfeldici, vehementer electioni Regis Romanorum *Ferdinandi I.* ſe oppoſuerunt, eamque, & electionis libertati & A. B. contrariam eſſe, exiſtimarunt, & *Ferdinandum I.* Elector Saxoniæ, poſtquam 1531. ab aliis Electoribus electus eſſet, pro Rege Romanorum agnoſcere noluit, usque dum hæc res transactione *(a) Cadamenſi* in Bohemia 1534. confecta fuit: ubi Elector Saxoniæ promiſit, ſe agniturum *Ferdinandum Primum* pro Rege Romanorum, ſicut alii Principes: *Ferdinandus* promiſit, ſe apud Imperatorem, & EE. reliquos effecturum, ut ſequentes articuli confirmarentur. *Primò*, ut impoſterum, vivo Imperatore, nullus in Regem Romanorum eligeretur, niſi prius omnes Electores conveniſſent, &, cognita cauſa, hoc Imperio utile judicaſſent. *Secundò*, ſi utile hoc judicaſſent, ut electio ſuſciperetur ſecundum A. B. diſpoſitionem. *Tertiò*, ſi contra A. B. quicquam fieret, quod hoc ex ſe nullum eſſe deberet. *Quartò*, ſi hi articuli ad interceſſionem Ferdinandi I. ab Imperatore, & reliquis, non rati haberentur, quod ipſe, & ſocii ejus, jus ſuum integrum ſibi reſervarent. Cum huic transactioni omni ex parte non fuiſſet à *Ferdinando* ſatisfactum, Elector Saxoniæ titulum Regis Romanorum ipſi denegare perrexit, usque ad annum 1544. quo, menſe Majo in Comitiis Spirenſibus hoc diſſidium penitus compoſitum eſt. *Sleid. lib. 15. Limn. ad Cap. Ferd. I. p. 428. & ſeqq.*

NOTÆ:

(a) CADAMENSI &c. Vid. præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 11, p. 269. Verba Transactionis recitat *Hortlederus* lib. 3. de *Cauſis belli Germ.* cap. 13, p. 688. ibi: *Daß künfftiglich, wann bey Lebzeiten eines Ræmiſchen Kayſers, oder Kænigs, ein Ræmiſcher Kænig ſoll erwehlt werden, alle Churfürſten zuvor zuſammen beſcheiden werden, darvon zu reden, ob Urſach genug vorhanden, und dem Reich fürtræglich ſey, einen Ræmiſchen Kænig bey Leben eines Ræmiſchen Kayſers, oder Kænigs, zu erwehlen? und wann ſie ſich vereinigt, daß alsdann, und nich ehe, die Churfürſten, vermæge der Güldenen Bull, ſollen zur Kæniglichen Wahl erfodert, und zur Wahl geſchritten, und derſelben Gülden Bull unverrücklich in allen nachgegangen werden: Und wann in dem Fall was anders fürgnommen würde und ergienge daß daſſelbe nichtig, und durch ein* Decretum irritans *des Kayſers caſſirt ſeyn ſoll.* &c. *Wie es aber der Perſohn halben die zum Ræmiſchen Kænig zu erwehlen, und nicht Teutſcher Sprach oder Zungen were, auch, ob zwey, oder drey, oder mehr Ræmiſche Kænige aus einem Haus nacheinander erwehlt werden ſollen? darum ſollen ſich die Churfürſten, inwendig vorbeſtimter Zeit, vergleichen, und vereinigen, und ſolches in ihrer Vereinigung geordnet werden.* Conf. *Limnæi* I. P. lib. 2, cap. 15. §. 33. pag. 167; & ad Capitulat. Ferdinandi I, Proœm. voc. *mit folgender Genehmhaltung*, §. 8, pag. 426, & 427; *Goldaſtus*, part. 1 *der Reichs-Satzungen*, pag. 270.

6. Præterea *Rudolphi II.* tempore quæſitum eſt: an *(a) Imperatore invito, Rex Romanorum eligi poſſet?* quod, quamvis Rudolphus II. ſe vehementer opponebat, tunc factum eſt: & ut inpoſterum omnis difficultas tolleretur, in Capitulatione Matthiæ *art. 35.* ſancitum, *daß auch bey Lebzeiten eines Ræmiſchen Kayſers, mit oder, wann derſelbige,* ſcil. *Ræmiſche Kayſer, auf angelegte Bitte der Chur-Fürſten ohne gnugſame erhebliche Urſachen, verweigert werden ſolte, ohne eines regierenden Kayſers Conſens, kœnnc erwehlet werden.* Id quod in ſequentium Imperatorum Capitulationibus ſemper repetitum. Et cum omnium Statuum intereſſet, ut circa electionem Regis Romanorum certi quid conſtitueretur, in Inſtrum. Pacis *art. 8. §. 3.* delibe-

pag. 5 meminit. Sed *Auream* eam eſſe, poſt *Æneam Sylvium*, cujus verba præced. lit. a, retuli, rectè docent: *Hartmannus Maurus*, Archi-Epiſcopo Colonienſi à Conſiliis, in *deſcriptione Coronationis Caroli V*, apud *Schardium* Tom. 2 *Rer. German.* p. 23, & *Goldaſtum*, part. 3 *Polit. Imper.* Diſc. 3, p. 271 &c. *Carpzovius* de *L. R. Germ.* cap. XI, Sect. 10, §. 13, 14 & 15, p. 300; *Buxtorffius*, ad A. B. Concluſ. 46, lit. F. *Limnæus* ad A. B. cap. 26, §. 4, Obſervat. 4, pag. 556; & lib. 2 *Jur. Publ*, cap. 4, §. 36 & 37, p. 57; *Bertius*, lib. 2 de *Germania*, pag. 104, vid. præced. §. 5, lit. g, p. 907. *Rautnerus*, part. 4 *der Staats-Kunſt*, c. 4; Ill. Dn. *Coccejus* l. c. Dn. *Schurtfleiſch* l. c. Dn. *Ferrarius* in deſcriptione *Coronationis Joſephi*, part. 3, cap. 4, pag. 131, ubi: *Als von Nürnberg des* Caroli Magni *Güldene Cron, welche einer kleinen halben Ehlen hoch, und 14 Pfund ſchwer iſt &c.* Dn. de *Winzingeroda* l. c.

(c) *ARGENTEA &c.* Ita *Stero*, in *Annalibus Altahenſibus*, ad an. 1329, apud *Freherum*, Tom. 1 *Rer. Germ.* pag. 410: *Ludovicus Rex venit Mediolanum, ubi Corona Argentea coronatur &c.* & *Henricus Rebdorfienſis*, in Annal. ad an. 1329, ibid. pag. 423: *Venit Mediolanum, ubi honorifice ſuſceptus eſt, & coronatus ſecunda Corona Argentea &c.* & rurſus ad an. 1355, p. 448: *Coronatur* (Carolus IV) *ſecunda Corona Argentea, in Eccleſia S. Ambroſii in Mediolano &c.* Conf. *Gloſſ. Spec. Saxon.* præced. lit. b. *Antonius de Roſellis*, *de Poteſtate Imperatoris & Papæ*, part. 1, cap. 48, apud *Goldaſtum* Tom. I, *Monarchiæ*, p. 278; *Reinking.* de *Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 3, cap. 8, §. 16, pag. 226; *Du Freſne*, voc. *Corona Imperialis*, p. 1226, *Schneidewinus* l. c. *Reſtaur. Caſtald.* de *Imperat.* q. 33, §. 7; *Narciſſus Schwelin*, *in der Würtembergiſchen Chronick*, p. 523. Alii. Pluribus vero *Ferrea* dicitur; Sic ipſe *Henricus VII* Imp. in diplomate an. 1310, Canonicis Modoëtienſibus dato, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Conſtit. Imp.* pag. 310: *Committimus vobis & mandamus, ut Archi-Presbyter, cum tribus aliis Senioribus, qui ſciunt, quid opus ſit ad collationem Coronæ Ferreæ, ſine ulla dilatione, veniant ad Nos, portantes omnia Privilegia & Inſtrumenta, quæ apud Vos, Modoëtiæ, aſſervantur &c.* Ejusdem ſententiæ eſt, *Lewoldus à Northof*, in *Chronico Marcano*, ad an. 1310, nec non *Magnum Chronicon Belgicum* p. 286; quorum verba præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Henrici VII*, v. 4, ad an. 1311, pag. 647. exhibui; *Albertus Argentinenſis*, ad an. 1327, apud *Urſtiſium*, T. 2, *Rer. Germ.* p. 124; & *Nicolaus Burgundus*, *Hiſt. Ludovici Bavari*, lib. 2, p. m. 99. quorum alterius verba l. c. in vita *Ludovici Bavari*, v. 4, ad an. 1327, pag. 663. & alterius præced. §. 5, lit. K, pag. 908. extant; *Simon* Com. *Montis Fortis*, in *Chronico*, de quo evolvas præced. §. 5, lit. g, pag. 907. *Marlevoltius*, lib. 3 *Hiſtor. Senenſ.* part. 1; *Villanius*, lib. 10 *Hiſt. Inſubr.* cap. 19; *Platina*, in Vita *Johannis XXIII.* P. R. p. 228; *Mutius*, lib. 24 *Chron. Germ.* p. 228, & lib. 25, pag. 248; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 45, ad an. 1327, p. 997; *Paraleipomena Urſpergenſis*, pag. 266; *Sigismundus von Bircken im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 5, cap. 7, in vita *Friderici III*, pag. 578; *Sigonius*, lib. 1 de *Regno Italiæ*, ad an. 591, p. 31, & an. 601, pag. 42; & lib. 4, ad an. 774, p. 145; vid. præced. §. 5, lit. K, pag. 908. *Pantaleon*, *von den Teutſchen Helden*, part. 3, in vita *Caroli V*, Imp. p. 168; *Spondanus Contin. Annal. Baron.* ad an. 1327, §. 3, p. 421, & 1355, §. 1, p. 529, & 1431, §. 21, p. 809; *Palatius*, *de Geſtis Pontificum Roman.* Tom. 3, in vita *Eugenii IV*, ad an. 1431, p. 502; *Authaus*, *Jur. Publ.* lib. 2, c. 2, § 7. *Du Freſne*, voc. *Corona Imperialis*, p. 1126; *Carpzovius* de L. R. *German.* cap. 11, Sect. 10, §. 1. 3. & 6, p. 300; permulti alii. Cauſam appellationis, *laminam* ſcil. *ferream*, vel *circulum ferreum*, qui intus conſpicitur, depromunt *Sigonius*, l. c. ad an. 591, pag. 31, vid. præced. §. 5, lit. K; *Mylerus* ad *Rumelinum* in A. B. part. 3, Diſſ. 6, §. 7, pag. 887; *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.* c. 4, §. 48, p. 59; Dn. *Schwederus Introd. J. P.* part. ſpec. Sect. 1, cap. 2, §. 30, p. 241; Dn. *Schilter*, *Inſtit. J. P.* lib. 1, Tit. 14, §. 24, pag. 154; Cætera, totam eſſe *auream*, conſtanter affirmant præced. lit. a, adducti teſtes; quibus *Ferrarium* addas, in deſcriptione *Coronationis Joſephi*, part. 3, cap. 2, p. 119, ubi: *Die Andere Cron iſt die Lombardiſche, welche ſonſt deſswegen die Maylandiſche heiſst, weil viele Kayſer dieſelbe zu Mayland, von dem Ertz-Biſchoff daſelbſt, empfangen. Sie iſt ſo wohl von Gold, als die Rœmiſche, und Teutſche, Cronen; dieweil ſie aber ein eiſern Reifgen hat, iſt daher die Fabel entſtanden, daß ſie eiſern wære &c.*

(d) *EX PALEIS &c.* Veniunt hoc titulo, *Antonius Panormitanus*, *Alphonſi*, Arragoniæ Regis, Orator, in Oratione, ad *Fridericum III*, *Romæ* habita, apud *Freherum*, T. 3 *Scriptorum Rer. Germ.* p. 3, inquiens: *Pervulgatum eſt, palearem Majores noſtros decreviſſe Coronam, quod aliquando receptum, nunc vero, ut pleraque manſuetudinis officia, obſolevit &c.* & *Wintermonat* part. 2, *der Rœmiſchen Kirchen-Hiſtoriæ*, p. 26.

(e) *CONRADI I &c.* Non *Conradi I*, Regis Germaniæ, quem *Henricus Auceps* excepit, ſed *Conradi Salici*, quem *primum* Imperatorem hujus nominis vocant, ceu in vita *Conradi I*, Regis, præced. Tit. 5, §. 11, v. 4, p. 478 &c. dictum. Nititur alias aſſertum Dn. Anctoris teſtimonio *Sigonii*, lib. 8 *Rer. Ital.* ad an. 1026, p. 317, cujus verba l. c. in vita *Conradi Salici*, v. 4, ad h. a. p. 519, exhibui. Conf. *Limn.* ad *Capit. Caroli V*, Art. 30, p. 312, §. 21.

(f) Quandoque Cæſares de *Regno* quoque *Arelatenſi* fuiſſe coronatos, documento eſt *Conradus Salicus*, an. 1033, præced. Tit. 2, §. 12, lit. h. v. 7, p. 248; *Henricus III*, an. 1038, ibid. pag. 249. *Fridericus I*, an. 1157, vid. præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad h. a. pag.

pag. 578, *Carolus IV*, an. 1365; præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 13. p. 255. Conf. *Limnæus* ad A. B. cap. 26, §. 4, Obſervat. 6, p. 557; Dn. *Schweder. Introd. J. P.* part. ſpec. Sect. I, cap. 1, §. 28, p. 137 & 138; Dn. *Thulema*-*rius*, cap. 25 *Octovirat.* §. 6, p. m. 481; Dn. *Schilter. Inſtit.* J. P. lib. 1, Tit. 14, §. 24. p. 155. Moderni Imperatores Coronis *Bohemica* & *Hungarica* ornari ſolent. Hæ vero omnes huc non trahendæ.

7. Poteſtas Imperatoris, quam diximus Eum habere, etiam ante coronationem, eſt ſumma poteſtas, in Imperio Romano-Germanico, ipſi competens ubique, vel ſoli, vel conjunctim cum Statibus Imperii. De hac poteſtate Imperatoris plura dicemus *lib. 3.*

TITULUS IX.

DE MODIS, QUIBUS IMPERATOR DESINIT ESSE IMPERATOR.

DEſinit Imperator eſſe, primò (*a*) morte, ſecundò reſignatione: tertiò addunt alii depoſitionem.

NOTÆ.

(*a*) MORTE &c. Mors cum omnia ſolvat, arg. Auth. de *Nuptiis*, §. *Deinceps*, ergò & Dignitatem Imperatoriam. Ubi vero Imperium non *certæ perſonæ*, ſed toti Familiæ primi Imperantis, collatum eſt, *morte* regentis non *vacat*, ſed *ſucceſſioni* locus eſt, donec ultimus Familiæ moriatur, tunc demum enim ad priſtinam libertatem conferendi alii Imperium revertitur populus. Vid. Dn. *Bœhmeri Introd. in Jus Publ.* part. ſpec. lib. 3, cap. 4. §. 17, pag. 636. Addas hiſce modis, *Derelictionem*, modo de animo ſatis conſtet; nequaquam vero *deſertionem*, metu mortis, vel imminentis periculi capitalis ſuſceptam; ob ceſſantem derelinquendi animum. Vid. *Bœhmer.* l. c. §. 31, pag. 654. lit. 2.

1. Reſignatione deſinit eſſe Imperator. Quamvis enim legibus atque ſtatutis introduci poſſit, ut reſignare officio non liceat, ut hæc ex variis textibus Juris Canonici & Civilis, quos *Limnæus citat ad Cap. Ferd. I. p. 451*, patet. Imperatoribus tamen prohibitum non eſt, (*a*) neque in dubio id unquam præſumendum. Hiſtoria antiqua exempla (*b*) habet in *Diocletiano*, qui poſt adminiſtratum, virtute ſumma, ac prudentia, totos 20. annos, Imperium, *Nicomediæ*, eo ſe abdicavit, anno 308, & *Salonæ*, in Dalmatia, vitam, hortorum cultu, oblectavit, privatusque transegit. *Anaſtaſio & Theodoſio* Chriſtianis, qui, Imperio depoſito, in Monaſterium ſe receperunt. Noſtra hiſtoria exhibet nobis *Carolum V*, Licet, ob quascunque & leviusculas cauſas, Imperatores hoc non faciant: exemplo *Henrici II*, qui, præmatura devotione commotus, Monaſterium ingreſſurus erat, ſed à Principibus Imperii, rogatus, (*c*) à propoſito deſtitit.

NOTÆ.

(*a*) *PROHIBITUM NON EST &c.* Toties agitata Quæſtio: *Non integrum ſit Imperatori, Imperii faſces, pro lubitu, deponere*, ſive *reſignare?* Adſunt, in utramque partem, rationes non ſpernendæ. *Affirman-*

firmantibus præſto eſt, quod (1) Nulla Lege, ſit prohibitum; (2) invito beneficinm non detur, (3) *Auguſtus*, *Suetonio*, teſte in Ejus vita, c. 28, Principatu decedere voluerit; & *Tiberius*, eodem Auctore, in Ejus vita, cap. 24, utrum Imperium retineret, dubitaverit; (4) Seculo IV, *Diocletianus* & *Maximianus Herculius*, ambo Auguſti, Imperio ſe abdicaviſſe leguntur; ceu dictum ſupra. *Theodoſius III*, depoſita purpura, religioſè vixerit; *Lotharius*, an. 855, translatis Imperii faſcibus in filium, *Ludovicum*, Monaſterio ſe incluſerit; vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 855, p. 84, & Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, h. a. pag. 455. *Güntherus* Schwartzburgicus, an. 1349, *Carolo IV* Imperio ceſſerit: vid. l. c. in Vita *Caroli IV*, v. 4, h. a, pag. 674; pariter ac *Carolus V*, an. 1558; vid. l. c. in Ejus vita, v. 4. ad an. 1556 & 1558, pag. 737 (5) *Wenceslaus*, Romanorum Rex, in literis, quibus certos Procuratores & Nuncios, ad Papam, *Gregorium*, ratione Electionis ſuæ, conſtituit, de an. 1376, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 2. *Cod. Diplom. Jur. Gent.* in Mantiſſa, §. 50, h, pag. 268, ſcribat: *Nec non, poſt obitum Sereniſſimi Principis, Domini & Genitoris noſtri cariſſimi, Domini Karoli, Romanorum Imperatoris Semper Auguſti, quem omnipotens Deus conſervare felici longævitate dignetur, vel, Eo Romanorum renunciante Imperio, inunctionem & conſecrationem, per Apoſtolicas manus impendi; Nosque Imperiali Diademate coronari, loco & tempore oportunis &c.* (6) Proſtent aliorum Regnorum Exempla, veluti: *Sueciæ*, cui an. 1654. *Chriſtina* valedixit: *Theatr. Europ.* Tom. VII, h. a. pag. 638; *Puffendorff*, lib. 26, *Rer. Suec.* §. 18, p. 1039 &c. De *Prade* Hiſt. *de Charles Guſtave, Roi de Suede*, p. 279 &c. *Poloniæ*, cujus ſceptrum *Johannes Caſimirus*, a. 1668, depoſuit: *Lundorp.* Tom. IX. *Act. Publ.* cap. 172 ad 174, pag. 644 &c. *Theatr. Europ.* Tom. X, p. 819; *Diar. Europ.* Contin. XVII, append. & XIX, pag. 85; *Galeazzo Gualdo*, in Hiſt. di Leopoldo Ceſare Tom. 3, pag. 545 &c. *Nic. Chwalkowski, Jur. Publ. Polon.* lib. 1, c. 3, §. 4, fol. 7 &c. Unde ſua hauſit Dn. *Becmannus*, Diſſ. IX, Syntagmatis *Dignitatum Illuſtrium*, qua de *Abdicatione Regia*, agit cap. 1, §. 6, p. 834 &c. De antiquioribus legas Dn. *Becmannum* l. c. p. 827, &c. (7) Viri graves ab his ſtent partibus v. g. *P. Gregor. Tholoſanus*, lib. 26, de *Republ.* cap. 1, §. 10; *Thuanus*, lib. XVI. *Hiſtor.* ad an. 1555, pag. m. 466 & 467, quorum verba *Limnæus*, ad Capitulat. *Ferdinandi I*, Procem. verb. *Obangeregt Rœmiſch Kayſerthum*, §. 6 & 8, pag. 452, recitat. *Georgius Sigismundus Seldius* Vice-Cancellarius *Ferdinandi I*, in Reſponſo Juris, de Quæſtione: *Ob ein Rœmiſcher Kayſer, ſo ſich des Reichs Würde, und Bürde, entladen will, nothwendig die* Reſignation *in der Pæbſtlichen Heiligkeit Hand thun müſte?* ap. *Goldaſtum*, part. 5, *der Reichshændel*, p. 187 & 188; *Grotius* de Jure Belli & Pacis lib. 2, cap. 7, §. 26, p. 188; Multi alii. *Negantes*, juvat: (1) Quod nulla Lege ejusmodi abdicatio permittatur, (2) Imperator, per modum *Pacti*, mediante ſcilicet Capitulatione, Imperium in ſe ſuſceperit, ideoque, invita altera parte, cujus intereſt, illud non temere deponi, inde reſilire nequeat; quod argumentum *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 7, p. 117, & §. 9, pag. 118; Ill. *Obrechtus*, Diſſert. de *Abdicatione Caroli V* Imp. quæ, inter Academicas Ejus Diſſertationes, an. 1704, uno volumine, *Argentorati* editas, undecimum locum occupat, cap. 1, pag. 234, 135 & 236, &, poſt utrumque, Dn. *Schilterus*, *Inſtit. J. P.* lib. 1, Tit. XV, §. 10 ad 15, p. 171 & 172, atque Dn. *Ludolphus Burchardus Becker*, Diſſ. de *Electione & Succeſſione in Regnis* an. 1687, Helmſtadii, Præſide Ampliſſ. Dn. *Werlhofio* habita, *t.* 19, urgent. (3) Status Imperii *Henrici Sancti*, ſacros Ordines ſuſcepturi, conatibus ſe oppoſuerint; præc. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad an. 1019, p. 514 &c. Enimverò, ſicuti allata abdicantium ſe Imperio, *Diocletiani*, *Maximiniani Herculii*, *Theodoſii III*, & *Lotharii*, *Exempla Affirmantibus* nullatenus ſuffragantur, utpote facta, vel tempore, quo Status Romani Imperii purè erat Monarchicus, vel, quo Ordinum poteſtas nulla ratione comparari potuit cum moderna eorum Majeſtate; inſuperque auctoritates auctoritatibus opponi queant; ita, nihil prodeſſe videtur *Negantibus*, Imperatorem Capitulatione Imperio obſtringi; quandoquidem obgligatio ultra promiſſum non extendenda. Jam Cæſar nunquam promittit: Se Imperium, ad obitum usque, retenturum; cur ergo naturali libertate deponendi faſces non fruatur? Vid. Dn. *Bœhmer*, *Introd. Jur. Publ.* part. ſpec. lib. 3, cap. 4, §. 28, lit. m, pag. 651 & 652. Nec vulgare *Henrici Sancti* deſtinatæ Abdicationis documentum, ob ſilentium Scriptorum coævorum, dubiæ admodum fidei, huc trahendum. Arbitror ego, abdicationem Imperatori diſputari non poſſe; modò non evidens appareat inde naſciturum Reipublicæ detrimentum; v. g. ſi Cæſar eo tempore, quo Imperium turbis agitaretur, nec eſſet Rex Romanorum, inſuperque vicina Potentia libertati ejus immineret vel irretire compedibus eam moliretur; tali ſanè caſu, ad meliora usque Fata, licitæ alias facultati naturali injiciendum frænum, penitus conſido. Interim & caſu priori, perquam periculoſum eſſe, tanti momenti rem, invitis Statibus, minimum inconſultis Electoribus, peragi; ob ruptum ſcilicet communionis vinculum, quo Status Regiminis ſunt participes, ſicque Imperatoris Socii quaſi; renunciantem enim Societati, tempore quo ſocii interſuit, ſocietatem non dirimi, peccare in Sociorum jura, ex L. 65, §. 5, ff. *Pro Socio*, diſcimus. Quare & *Carolus V*, in commiſſionis diplomate Legatis ſuis, an. 1558, nomine ſuo, Francofurti ad Mœnum, Imperii dignitatem ejura-

ejuraturis, ac in Fratrem, *Ferdinandum*, Romanorum Regem, translaturis, dato, interprete *Wilhelmo Godelevao*, de *Abdicatione Caroli V*, apud *Schardium* Tom. 2. *Rer. Germ.* p. 651, ſacta abdicationis mentione, inquit: *Cum vero hoc negotium Electorum munus atque dignitatem præcipuè concernat, Se, citra ipſorum ſcientiam*, (Dn. *Obrechtus* l. c. pag. 237, legit: *Conſenſum & approbationem*) *nihil in hoc voluiſſe agere. vel propoſitum ſuæ voluntatis, ac ſtatutum animi in actum perducere prius, quam ipſi de hoc certiores redditi eſſent. Petere ſe igitur clementer, atque amicè, ut, quod, graviſſimis de cauſis, ſecum conſtituiſſet, non ſolum ipſi firmum ratumque habere, ſed huic actioni, Reſignationi, Ceſſioni ac Traditioni, prædicto Romanorum Regi, fratri ſuo chariſſimo, per Legatos, ac Conſiliarios, nomine ſuo, ad hoc ſpecialiter, cum Cæſareo ac ſufficienti Mandato, ablegatos, facienda, pro majori ſolennitate, autoritate, & pompa, & Conſervatione propriæ Dignitatis, ac Juris, quod minimè infringere, per hoc, intendat, coram præſentes adeſſe velint, In hoc Dilectiones ipſorum, præterquam quod Imperii neceſſitas id exigat, facere Sibi rem cumprimis gratam, tum ergà ipſas omni amicitia grata, ac bono, remunerandam &c. Et Wilhelmus Zenocarus*, lib. 5, de *Vita & Geſtis Caroli V: Carolus Cæſar, veteribus innixus conſiliis ſummo ſtudio à Germanicis Principibus Septemviris, frequenter, etiam atque etiam petebat, ut ſeſe Imperii faſces deponere paterentur; & quamvis jam antea graviſſime conſtantiſſimeque, pluribus variisque Comitiis, ea de re habitis, renuiſſent ſe facturos, tandem ſeptennio elapſo, aſſenſerunt &c.* Roborant hæc, procemii verba *Capitulationis Ferdinandi I*, præced. Tit. 5, §. 11, in *Vita Caroli V*, v. 4, ad an: 1558. p. 737. Ejusdem meminit *R. J. Auguſtinus*, de an: 1559, in Procem. verbis l. c. extantibus; quia verò nihil de Electorum *conſenſu ſpecifico, & prærequiſito*, ſed Eorum *præſcitu* duntaxat, ibi occurrit; nec Abdicationis hujus hiſtoria nudè inde petenda eſt. Conf. *Daniel Otto*, cap. X. *Jur. Publ.* p. 299, ibique *Limnæus* in Notis; *Matth. Stephani* de *Juriſdict.* lib. I, cap. 15, §. 22, & lib. 2, cap. I, §. 145; *Limnæus*, lib. 2. *Jur. Publ.* cap. 11, §. 15 &c. p. 140 & 141, & ibi in Additionibus, Tom. V, p. 109, & ad *Capit. Ferdinandi I*, Procem. verb: *Obangeregt Ræmiſch Kayſerthum*, §. 10 & ſeqq. pag. 453; Ill. Dn. *Coccejus*, J. P. cap. 8, §. 5. p. 161. Dn. *Rachelius*, de *Capitulat. Regni Germanici*, cap. 7, §. 5. p. 70 & 71; *Bæcklerus*, lib. IV, *Not. Procer.* cap. 1, p. 88; *Schrader.* de *Feudis*, part. X, Sect. 3, §. 177 &c. p. 118; *Fritſchius* de *Reſignationibus*, cap. 2. p. 17. Dn. *Schwederus Introd. Jur. Publ.* part. ſpec. Sect. I, cap. 32, §. 4, pag. 693. Dn. *Schurtzfleiſchius*, Diſſ. *de Eo, quod intereſt abdicationis Principum*, habita an. 1671, §. V, VI & VII, p. 6 ad 12. Dn. *Tenzelius*, in *Vindiciis Conringianis, pro Cenſura Diplomatis Ludoviciani Fundationis Cænobii ad D. Virginem Lindavienſis*, cap. 8, §. 1, pag. 163. Alii.

(*b*) EXEMPLA &c. Locum parallelum ſuppeditant *Thuanus* l. c. & *Limnæus* ad *Capit. Ferdinandi I*, Procem. verb: *Ob angeregt Ræmiſch Kayſerthum*, §. 8, pag. 452.

(*c*) ROGATUS &c. Vid. præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, ad an. 1019, pag. 514.

2. Juſtæ reſignationis cauſæ legibus definitæ non ſunt. Ex hiſtoria reſignationis, quæ à Corolo V. facta eſt, inter eas referri videmus, ingraveſcentem ætatem, & ſenectutem, (*a*) *Limnæus ad Cap. Ferdinandi I. p. 453.* Aliorum, de hujus Imperatoris reſignatione, judicia varia fuiſſe teſtatur *Famianus Strada* lib. 1. de Bello Belgico p. 10. ſc. ipſum felicitate (*b*) Henrici Regis Galliarum fuiſſe deterritum: vel cupidinem inuſitatæ gloriæ; vel neceſſitatem placandæ iræ Dei offenſi ob fœdus *Henrico* Anglo contra fidem Pontifici datam: ob *Interim* in Religione permiſſum, fuiſſe cauſam.

NOTÆ.

(*a*) SENECTUTEM &c. Vid. præced. Tit. V. §. 11, Ejus vita, v. 4. ad an. 1558. p. 737.

(*b*) FELICITATE &c. Sunt qui hoc verſu cauſas abdicationis Ejus comprehendunt:

Ni Metz; ni Mauritz; ni Mauritania; ni Mors.

Alii apud *Scharſchmidium* ad *Schützium* J. P. Vol. 1. Diſſ. 3. §. XI. ad lit. D. p. 175. ita ludunt:

Ni Metz; ni Mauritz; ni Mauritania; ni Magd;
Ni Mors; quid multis? fuerim per ſingula felix.

Alii l. c. ita:

Die Maur, die Metz, die ſchœne Magd,
Die haben dem Kayſer den Tantz verſagt.

Senſus eſt, Eum nec *Metenſem* urbem à Gallis recuperare; nec *Mauritium*, Electorem Saxoniæ, in ordinem redigere; nec *Mauritaniæ* pro lubitu leges præſcribere; nec *Magdeburgo* potiri; nec etiam ad plures abire potuiſſe.

3. Reſignatio debet fieri (*a*) Electoribus, & reliquis Imperii Statibus, (*b*) *non Pontifici;* quia jus, quod Pontifex in Imperatorem prætendit, nullum eſt: & Electores, nomine Statuum, Imperatorem deſignarunt, ut præeſſet Imperio. *Vid. Lamp. p. 3. c. 2. §. 7. & ibi Conring.*

NOTÆ.

(*a*) ELECTORIBUS &c. Fortè rectius quæritur: *Quis de Reſignationis cauſis, in medium prolatis, cognoſcat?* Fatendum, tutius longè eſſe, in re tanti momenti omnium Statuum expeti conſenſum, utpote quibus Summæ Poteſtatis Jura cum abdicaturo in genere communicata ſunt; quam ſi ſolius Electoralis Collegii Sententia rogetur, ob majus periculum, quod ex reliquorum Statuum excluſione facile generari poſſet. Vid. *Rachelius*, de *Capitulatione Regni Germanici*, cap. 7, §. 6, p. 71; add. præc. §. 1, lit. a, p. 911.

(*b*) NON PONTIFICI &c. ut *Paulus IV*, tempore Abdicationis *Caroli V*, an. 1558, ſtolidè prætenderat; cui propterea, ceu præc. Tit. V, §. 11, in vita *Ferdinandi I*, v. 4, ad an. 1558, p. 741, dictum, Procancellarius Imperii Dn. *Seldius*, acre Reſponſum oppoſuit; quo ſimul *Gregorii Tholoſani*, cap. 2. de *Republ.* §. 10; *Lancellotti in Templo omn. Judic.* lib. 1, cap. 1, c. 2, Quæſt. 6, §. 12; *Azorii* part. 2 *Inſtit. Moral.* lib. 10, c. 9, p. 1056, aliorumque Pontificiæ cauſæ Patronorum argumenta proſternuntur. Quid, quæſo, Juris Pontifici in Imperio? Conf. *Lampadius*, de *Republ. Rom. Germ.* part. 3, cap. 2, §. 9, pag. 35 & 36; & reliqui, præced. Tit. 5, §. 11, in vita laudati *Ferdinandi*, v. 4, ad an. 1558, pag. 741 adducti teſtes.

4. (*a*) Depoſitione etiam Eum deſinire eſſe Imperatorem, plures affirmant. Antiquis enim Romanorum Imperatorum temporibus, quam plurimi occiſi ſunt: aut in privatam conditionem redacti, non duntaxat militari licentia, verum etiam interdum ex Senatus Populique Romani conſultis. Imò, & Francorum Reges complures ſolio deturbati ſunt, exemplo *Ludovici Pii, Caroli Craſſi.* Germani etiam poſtea horum exempla ſecuti ſunt, in *Henrico IV. Adolpho Naſſovio & Wenceslao.* Veruntamen iſta hypotheſis hic fieri non debet, quod exempla pro lege valere debeant; cum ea primò ſint diſſimilia; tum ſecundò, ſine diſcrimine juſti atque injuſti; non enim ſemper quod fit, jure fit. Inter omnia forte exempla, illud (*b*) Wenceslai, jure factum eſſe, defendi poſſet; qui ſæpius officii ſui admonitus, hoc facere recuſavit, quo in caſu Imperatorem deponi poſſe, etiam moderatiores exiſtimant. *Dietericus in A.B.p. 44.* hanc quæſtionem ita concludit: *Quod ſi verò caſus adeò funeſtus & inſpiratus eveniret, ut Imperator nulla admonitione corrigi, aut à contraveniendi ſcopo averti queat, ſed injuſtis bellis, ac perſecutionibus, Ordines infeſtare pergat, cauſaque ſit deſperata, nec ſaluti Reipubl. aliud, niſi mutata Imperatoris perſona, remedium applicare, utile ac neceſſarium ſit, hoc extremo caſu, Electoribus, adhibito, propter negotii gravitatem, Statuum Imperii conſilio, jus turbandi de ſolio Regem competere, nullus dubitavi.* An propter alias etiam cauſas deponi poſſit, omnino dubium eſt; neque id, quod alii putant, ita facile exemplis colligi poteſt: Imo, ſi conjungantur ea, quæ *Grotius* habet *lib. 1. de I. B. & P. c. 3. §. 12. & c. 4. & Commentatores ad hæc capita;* nec ea, quæ ex Dieterico attulimus, firma ſunt; nulla enim lex commiſſoria Capitulationibus eſt adjecta; Imperator ſuam Majeſtatem à ſolo Deo recognoſcit: Ergo ſolus Deus (*c*) eum deponere poteſt: non quidem mediantibus ſuis ſubditis; quia dubium eſt, an hæc ſit voluntas Dei, & ex conſcientia dubia nihil agendum, ſed aliis mediis, Deo notis. Bœclerus in Grotium *lib. 1. c. 4, §. 9. in fin.* graviter loquitur: *Fateor interim*, inquit: *Wenceslaum talem*

fuiſſe.

Digitized by Google

fuiſſe, qui, in quovis Regno, ſuis flagitiis & ſceleribus potuerit patientiam excutere civium ac Ordinum animis, & ſolio excidere, ſed facta, quibus ignoſcendum eſſe, magna ratio dictat, jus nec conſtituunt, nec probant. Qui enim accuratiſſime velit quæſtionem juris excutere, deſiderabit legem in Rep. mixta, qua definiatur, quid tali caſu faciendum ſit. Quod ſi deficiente tali lege, ex uſu & conſuetudine Reip. aliquid conſilii eliciendum eſt, cautiſſimus quisque maxime ſapere videbitur. Putat equidem *Tholoſanus*, melius fuiſſe facturos Electores, ſi Wenceslao Coadjutorem potius dediſſent, quàm Imperium abrogaſſent. Propius ad rationem conſtitutæ Reip. diceremus: melius eſſe tali in caſu, Regem Romanorum eligere, (*c*) & vivo Cæſari adjungere.

NOTÆ.

(*a*) DEPOSITIONE &c. Dura Quæſtio: *Num Imperator deponi*, id eſt, *licitè Imperio exui, queat?* Affirmant eam: *Ruthardus*, Archi-Epiſcopus Moguntinus, hæſitantes Germaniæ Epiſcopos: *Num Henricus IV, Solio eſſet dejiciendus?* ita allocutus: *Quousque trepidamus, ô Socii? Nonne officii noſtri eſt, Regem conſecrare? Conſecratum inveſtire? quod ergo Principum decreto impendere licet, eorundem authoritate tollere non licet? Quem meritum inveſtivimus, immeritum quare non diveſtiamus?* Vid. *Helmoldus* lib. 1 *Chron. Sclav.* cap. 32, §. 3, p. m. 82 & 83. *Gebhardus*, Baro de *Eppenſtein*, Archi-Ep. Moguntinus, *Albertus* Saxo, & *Otto* Brandenburgicus, cum Aſſeclis, exauctorando an. 1298, *Adolphum* Naſſovium; Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad hunc annum, pag. 166. Non minus *Johannes* Moguntinus, *Fridericus* Colonienſis, *Wernerus* Trevirenſis, & *Rupertus* Palatinus, an. 1400, *Wenceslao* Imperium abrogantes; Vid. præced. Tit. 5, §. 11, v. 4, ad h. a. p. 681, *Cuſpinianus*, in Vitis *Adolphi* & *Wenceslai*; *Arumæus*, ad A. B. Diſcurſ. 3, §. 55; *Buxtorfius* ad A. B. cap. 5, Concluſ. 11 &c. *Arniſæus*, de *Poteſtate Principum ſemper inviolabili*, cap. 1, *Lampadius* de *Republica*, part. 3, cap. 2, §. 10 & 11, pag. 37. *Reinkingius*, de *Regim. Secul. & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 1, cap. 5, §. 87 & ſeqq. p. 38 &c. *Carpzovius* de *Lege Regia Germ.* cap. XIV, Sect. 6, §. 22 & ſeqq. pag. 369; *Beſoldus* lib. 2. *Politic.* c. 9, §. 50; *Schützius*, Exerc. 3, §. 30, p. m. 215; *Grotius*, de J. B & P. lib. 1, cap. 4, §. 11, p. m. 92; *Rachelius*, de *Capitulatione Regni Germaniæ*, cap. 7, §. 9, p. 76; *Limnæus* lib. 2. *Jur. Publ.* cap. 11, §. 22 ad 24, p. 142, & Tom. V, *Addit.* ad lib. 2, cap. 11, §. 17, p. 113 &c. *Conringius*, de *Republica*, Exercit. VIII de *Negotiis Conventuum Imperii*, §. 45 ad 54, p. 427 ad 432; & ad *Lampadium*, part. 1, §. 13. p. 19, & part. 3, cap. 2, §. 10 & 11, p. 119 &c. *Bertramus* de *Comitiis*, §. 11; *Stamlerus*, de *Reſervatis Imperatoris*, §. 17, n. 11 &c. *Rumelinus* ad A. B. part. 1, Diſſ. 5, §. 7, p. 144 & 145, ibique *Mylerus* in *Additionibus*, p. 145 & 146; Ill. *Coccejus Juriſprud. publ.* cap. 8, §. 5, p. 161. Dn. *Schwederus Introd. J. P.* part. ſpec. Sect. 1, cap. 32, §. 5, & 6, p. m. 695 &c. Dn. *Hornius*, de *Capitulatione Cæſarea*, §. 28. Dn. *Brunnemannus*, *Exam. Jur. Publ.* lib. 2, cap. 4, Quæſt. 5, p. 58 & 59. Dn. *Berndes*, Diſſ. de *Negotiis Capitulatione Cæſarea annullatis*, Præſide Ill. Dn. *Strykio*, an. 1703, habita, cap. 1, §. 14, p. 21; aliique multi; quia (1) alias Imperator impunè Tyrannus evadere poſſet, Rempublicamque evertere; (2) juxta Capitulationem, præſcripto modo Imperium adminiſtrare tenetur; jam autem ea eſt ſimilis *Legi Commiſſoria*, & *conditionalis quaſi ſtipulatio*, quæ *committi* dicatur, conditione non adimpleta, arg. §. 4. J. de V. O. (3) Sicut Patri in eo non parendum, quo efficitur, ne Pater ſit, ceu, ex *Seneca*, *Grotius* l. c. §. 10, p. 92; ita nec Imperatori, in eo, quo efficitur, ne Imperator ſit; (4) profanum, arbitrari, in contumeliam Juſtitiæ, *Henricum IV*, *Adolphum* Naſſovium, & *Wenceslaum*, Imperio privatos; cum potius conſtet, rem omnem ſecundum Juris regulas peractam &c. (5) Nulla extat Lex prohibitoria &c. *Contrariarum partium* ſunt: Ill. Dn. *Rhetius*, lib. 1, Tit. 4. *Inſtit. Jur. Publ.* §. 65, p. 183; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. 3, cap. 8, §. 28 & 29, p. 392 &c. *Schurtzfleiſchius*, Diſſ. *de Eo, quod intereſt Abdicationis Principum*, §. 8, p. 14 & 16; *Dobner*, Nob. Hung. Diſſ. de *Imperatore Romano-Germanico*, an. 1670, Præſide Dn. *Bechmanno*, *Jenæ* habita, §. 117. Dn. *Bœhmer*, *Juriſpr. Publ.* part. ſpec. lib. 3, cap. 4, §. 33 p. 656. Alii, ex rationibus, quod (1) Nulla Lege Fundamentali, hac de re, aliquid cautum ſit, (2) Imperator Majeſtatem ſoli Deo, mediante licet Electione legitima, ferat acceptam, hinc nemini mortalium integrum, ſolio Eum dejicere, utpote ſoli Deo Adminiſtrationis rationes redditurum, *Sap.* VI, v. 4. (3) Æternæ divini Juris Regulæ, *Rom. XIII*, v. 1 ad 5, 1. *Petr. II.* v. 13, 14, 17 & 18 & *Tit.* 2, v. 9, omnibus Imperiis humanis, injuſtis etiam atque infeſtis, obedientiam præſtari velint; (4) Jus abrogandi conſiſtat in facultate ſolvendi obligationem, qua Status Imperii, omnes & ſinguli, ad fidem & obedientiam ſubjectionis & homagii præſtiti, tenentur; quæ facultas autem nequeat eſſe penes ſolos Status obligatos, conſequenter, ſine expreſſo Ejus conſenſu cui obligati ſunt,

ſunt, nec extante Lege quadam Fundamentali, qua ſancitum, ut, quoties Imperator Capitulationi ſuæ contravenerit, Statuum obligatio ipſo Jure ſit ſoluta; non exercenda. (5) Non conſtet de Judice: Num Pontifex Romanus? Num Elector Palatinus? An totum Electorale Collegium? Num vero univerſi Status Imperii, de cauſis cognoſcant, propter quas Cæſar ſit deponendus? (6) Nullibi reperiatur, ob quæ crimina Imperio ſpoliari valeat &c. His ita ſe habentibus, licet parum præſidii allata deturbatorum ſolio Auguſtorum exempla *affirmantibus* præbeant, quandoquidem non exemplis, ſed rationibus, certandum, inſuperque turbido publicarum rerum ſtatu, ex malitia Cleri, Romani præſertim, Status pariter & ſubditos in Principes excitantis, tumultuariè contigerunt, ſpreta omni æquitatis Jurisque regula; vid. *Bœclerus Notit. Imp.* lib. 4, cap. 1, §. 5, p. 90 & 91; *Fritſchius* ad *Limnæum* lib. 2, cap. XI, §. 17, p. 98 & 99; *Kulpiſius* ad *Monzambanum* part. 2, cap. 4, §. 6, p. 62, Illuſtriſſ. *Joh. Guilielmus* Com. de *Wurmbrand*, Diſſ. de *Foro S. R. J. Principum*, an. 1692, Trajecti ad Rhenum ventilata. cap. 1, t. 5, p. 11 &c. & fundamentum depoſitionis perperam ex violata Capitulatione petatur, cum *Clauſula annullatoria*, (Capitulationi *Caroli V*, Art. 33, primum inſerta, verb: *Ob aber dieſem, oder andern vorgemeldten Articuln, und Puncten einigs zu wieder erlangt, oder ausgehen wird, daß alles ſoll krafftloß, todt und ab ſeyn, inmaſſen wir es auch alsdann, und dann als jetzund, hiemit* caſſiren, *tœden und abthun, und, wo Noth, der begehrenden Parthey derhalben nothdürfftig Uhrkund, und brieflichen Schein zu geben, die wir ihnen auch zu geben und wiederfahren zu laſſen ſchuldig ſeyn ſollen &c.* in Capit *Ferdinandi I*, Art. 30; *Maximiliani* 2, Art. 14; *Rudolphi* 1, Art. 35; *Matthiæ*, Art. 39; *Ferdinandi* 2, Art. 38; *Ferdinandi III*, Art. 41; *Ferdinandi IV*, Art. 39; *Leopoldi I*, Art. 38, & *Joſephi*, Art. 37.) nihil aliud involvens, quam ipſo Jure non valere, quicquid à Cæſare, contra, factum fuerit, ceu ex *Celſ. Hugonis* Tract. *Clauſular.* §. 127, & in Conſil. 46, §. 15, *Klockius* de *Contributionibus*, cap. 16, Sect. 1, §. 176, pag. m. 345 & 346, & *Limnæus*, ad Capitul. *Caroli V*, Art. 33, pag. m. 363, deducunt, toto cœlo à *Lege Commiſſoria* differat, cujus auctoritate Statibus permiſſum eſſet, in caſu contraventionis, Imperatorem contravenientem rejicere, & alium in Ejus locum ſurrogare; nihilominus tamen æquior mihi eorum videtur ſententia, quia, ſi nunquam Summæ poteſtati, præſertim ad certa capita adſtrictæ, reluctari liceret, omnis Tyrannis foret ferenda, Civesque in extremam detrudi poſſent ſervitutem, ſicque tota Civitas reddi infeliciſſima; quod Rerumpublicarum Auctori, Deo, earumque ſini, utilitatem publicam præ ſe ferenti, & naturæ, contrariatur. Opinor ergò, poſſe quidem Imperatori Imperium auferri, non vero ob quaslibet contraventiones; quia perjurium obligationis nexum non tollit, licet vindicem habeat Deum; ſed ſummo duntaxat neceſſitatis caſu, quo totis viribus Rempublicam evertere moliatur; nec ſanioribus conſiliis, nec minis, det locum; nec Romanorum Regem, ſibi adjunctum, curet, unicè ad ſtabiliendam intentus Tyrannidem. Rationi enim magis conſentaneum eſt, unum redigi in ordinem, quam totam Rempublicam in nihilum; præter quod voluntas imperandi, & voluntas perdendi, ſimul conſiſtere nequeant. Ita *Grotius*, de J. B. & P. lib. I, cap. 4, §. 11, p. 92; *Conringius* de *Republ.* Exerc. 8, t. 45 ad 54, p. 427 ad 432. Ill. *Coccejus*, l. c. *Ditericus* ad A. B. p. 44. Dn. *Schwederus* l. c. Ill. Dn. *Thomaſius* ad *Monzambanum*, cap. 4, §. 6, p. 204. Dn. *Hornius* l. c. Dn. *Brunnemannus* l. c. Alii multi. Ad oppoſita Argumenta reſpondeo, & quidem ad (1) Sufficere, non reperiri Legem prohibitoriam, inſuper ſe, ſuaque tueri, eſſe legis naturalis; ad (2) Verum id eſſe, quamdiu Ipſemet Majeſtate ſe non reddat indignum; ad (3) ſermonem eſſe, de obedientia, etiam iſtis legitimis Magiſtratibus præſtanda, qui non ſemper juſtitiæ clementiæque regulis vivunt, nequaquam vero de Tyrannis, Civitatem evertentibus; ad (4) Ipſe Cæſar, Tyrannus factus, ſolvit obligationis nexum, quo antea Status ſibi habuit devinctos, quia ex legitimo Magiſtratu, cui obligatio debebatur, evaſit publicus hoſtis; ad (5) & (6) Quæſtiones, de Judice, & cauſis, ob quas depoſitio decerni queat, eſſe alienas, nec huc pertinere. Jam nova Quæſtio: *Quis judicet, num cauſæ ita comparatæ ſint, ut earum intuitu Cæſar deponi mereatur? Arumæus* ad A. B. Diſcurſ. 3, t. 55, *Schützius* Vol. 1, Exerc. 3, t. 30, pag. 215; *Beſoldus* lib. 2, *Polit.* cap. 9, §. 50: *Limnæus* lib. 2, J. P. cap. 11, §. 22 ad 24, p. 142, & Tom. V. *Addit.* ad lib. 2, c. 11, §. 17, p. 113; *Bertramus*, de *Comitiis*, t. 11. *Carpzovius* de L. R. G. cap. 14, Sect. 6, §. 22 &c. pag. 369; *Mylerus* l. c. *Conringius*, l. c. t. 56, p. 434, & Aſſecke, exiſtimant, id eſſe totius Electoralis Collegii, Præſide tamen Comite Palatino Rheni, veluti Imperatoris Judice; *Stamler* vero, de *Reſervatis Imp.* §. 17, n. 11 &c. *Buxtorfius* ad A. B. cap. 5, Concluſ. 11, *Fritſchius*, in *Manuali Juris Publ.* voc. *Imperatoris Depoſitio*, p. m. 232. Dn. *Schweder*, part. ſpec. Sect. I, cap. 32, §. 11, p. 702 & 703; *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 1, §. 11, p. 123 & 124, & qui eos ſequuntur, tantam rem ad totum ſpectare dicunt Imperium, argum. Inſtr. Pac. Art. VIII, §. 2, Gaudeant &c. quæ ſententia, minimum, in Quæſtione *Conſilii*, palmam præripit, cum minus turbarum & periculi inde metuendum ſit, quam ſi deſtruendi Auguſti facultas ſoli Collegio Electorali adſcribatur. *Si enim Electoribus ſolis competeret poteſtas deponendi, etiam pluralitas votorum Collegii Electoralis videretur habere locum, quod tamen pro abſurdo habeo;* ſunt verba Ill. Dn. *Thomaſii* l. c.

Qua-

Digitized by Google

Quadrat huc Oratio *Ottonis IV*, in Comitiis *Norimbergenſibus*, an. 1212, ad Status Imperii habita Oratio, apud *Nauclerum*, Vol. 2. Generat. 41, pag. 910: *Anno Domini* 1212, *Otho, licet abrogatus à Papa*, (Innocentio IV) *nihilominus tamen pro Imperatore ſe gerens, cum ad partes Germaniæ, dimiſſa Italia, deſlinaſſet, circa Feſtum Pentecoſtes, Conventum Norimbergæ Principum, ſuæ partis celebravit, in quo multiplices Romani Pontificis contra Se oſtenſas calliditates exponens, quam injuſtè ab Illo inſectaretur, declaravit: Adeſte, inquiens, animis Principes, quibus cura ſit de Regno, deque in eodem rebus gubernandis, nempe ad Vos reſpicit Teutonici Regni quavis diſpoſitio, Veſtra intererit eminus cuncta proſpicere. Veſtri etenim Juris eſſe fatemur, non Romani Pontificis, IMPERATOREM CREARE SIMUL, ET DESTITUERE: Veſtrum, ſi quid* (quis) *in Imperio tumultus inſurrexerit, quo viritim extirpetur, curare. Igitur ô Principes, & Regni Cordati Proceres, Jus Veſtrum defendite, pro Patris & Imperii Legibus, vires exercete, ne, ſi minus, & Imperium & Patrimonium dimittatis &c.* Quæ & in Tractatione Hiſtorico-Juridica, de *Palatio Regio*, ſeu *Scabinatu Hallenſi*, Ampliſſ. Dn. *Ockelii*, *θ*. 7, p. 7, reperiuntur. Ejusmodi Quæſtiones re vera privatorum judicia non ſubeunt.

(*b*) WENCESLAI &c. Vid. præced. Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad an. 1400, pag. 681.

(*c*) ELIGERE &c. Quid autem, ſi electo quoque Romanorum Rege, hoſtili nihilominus animo in totius Populi feratur exitium?

Otioſa Quæſtio eſt; *Annon Pontifex Romanus Imperatorem deponere queat?* Dogma hoc fuiſſe Reverendiſſimi *Hildebrandi*, ſeu *Gregorii VII*. ad Proœm. §. 16, lit. d, p. 21, monui; Imitatores ibidem producuntur, clientes miſeros nominant *Buxtorfius* ad A. B. cap. 5. Concluſ. 11, lit. g, & *Mylerus* ad *Rumelinum* ad A. B. part. 1, Diſſert. 5, §. 5, lit. a, pag. 143, ſed meritò illis illudunt *Limnæus* J. P. lib. 2, c. 11, §. 18, p. 141; *Conringius ad Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 11, p. 123, &, de *Republica*, Exercit. VIII, de *Negotiis Conventuum Imperii*, *θ*. 54 p. 432 & 433, &, per totum Tractatum: de *Germanorum Imperio Romano*; *Rumelinus* ad A. B. l. c. pag. 142 & 143; *Schilterus*; de *Libertate Eccleſiar. Germ.* lib. 3, cap. 8, §. 22, p. 389, & lib. 5, cap. 10, §. 2, p. 726, cordatiores omnes. Poteſtne Papa eligere Imperatorem? quo jure ergo Eum valeat deponere? Rectius longè de his *Fridericus* 2, in Epiſtola ad Gallos, de an. 1245, apud *Goldaſtum* Tom. 1, *Conſtit. Imp.* p. 306, cujus verba præced. Tit. 5, §. 8, lit. f, Quæſt. 2, pag. 428 recitavi.

TITULUS X.
DE REGE ROMANORUM.

REx Romanorum (*a*) in A. B. dicitur, qui poſt mortem Imperatoris, vel quando aliàs Imperator eſſe deſiit, eligitur, in Imperatorem promovendus.

NOTÆ.

(*a*) REX ROMANORUM &c. Evolvas de *Rege Romanorum: Carpzovium*, de *L. R. Germ.* cap. XI, Sect. 1 ad 5, pag. 272 ad 286; *Reinkingium*, de *Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. 1. Claſſ. 3, cap. 14, pag. 312 &c. *Limnæum*, lib. 2 *Jur. Publ.* cap. 15, p. 159 & ſeqq. ibique Additiones; *Schützium*, Vol. 1, Exercit. 5, *θ*. 1 ad 5, p. 300 &c. *Baclerum*, *Not. Imp.* lib. 4, cap. 2, pag. 96 &c. Ill. Bar. de *Lyncker* Diſſ. de *Rege Romanorum*, an. 1686, Jenæ ventilatam; *Schilterum Inſtit.* J. P. lib. 1, Tit. 17, p. 178 &c. *Europ. Herold*, Tom. 1, part. 3, cap. 2, p. 150 &c. Dn. *Schwederum*, *Introd.* J. P. part. ſpec. Sect. 1, cap. 3, p. 263 &c. reliquos Juris Publici Scriptores omnes.

1. Hodie, *Rex Romanorum eſt* (*a*) *Princeps Imperii, qui* (*b*) *vivo Imperatore, & rerum potiente, eo vel conſentiente, vel invito,* (*c*) *eligitur ab Electoribus, ut ſit perpetuus Imperii Vicarius, & Imperatore eſſe deſinente, citra ulteriorem electionem in Imperatorem promoveatur.*

Digitized by Google

NOTÆ.

(*a*) PRINCEPS IMPERII &c. Ita vocari poteſt ſenſu quodam ſublimiori, in ſimilitudinem aliorum Regnorum, in quibus Principes proximam ſuccedendi ſpem habentes, ſpecialia ſortiuntur nomina v. g. in Gallia, *Delphini;* In Hiſpania, *Infantis*, ſeu Principis *Aſturiæ;* in Anglia, Principis *Cornubiæ*, moxque ſolenni diplomate, declarati *Walliæ;* In Suecia, Principis *Fioniæ;* In Dania. *Hæredis Norvagiæ* κατ᾽ ἐξοχὴν &c. Vid. *Sprengeri Inſt.* J. P. lib. I. c. 29. p. 174. *Goldaſtus* de *Majorat.* lib. I. c. 16. n. 10. &c. *Mylerus*, ad *Rumelinum* ad A. B. part. 1, Diſſert. 2, *th.* 10, p. 56; *Limnæus* J. P. lib. 1, cap. 15. §. 3 & 4. & *Bœclerus Not. Imp.* lib. 4. c. 2. p. 96. & 97.

(*b*) VIVO IMPERATORE &c. Dudum jam viventibus Imperatoribus certos Succeſſores datos eſſe, *Romanorum Reges* nuncupatos, indicat *Onuphrius Panvinius*, cap. 5 de *Comitiis*, §. 23, p. m. 69, verbis: *Electio vero non adeo libera, ſed quaſi coacta eſt, quum Imperator, Se Vivo, more veterum Principum Romanorum, Imperii Succeſſorem deſignare facit - - - - hac ratione tres Othones priores, quatuor Henrici II, III, IV, & VI, Fridericus II, Wenceslaus, Maximilianus, & noviſſimè Ferdinandus Cæſar, creati ſunt, qui, viventibus Prædeceſſoribus ſuis, Imperii Succeſſores deſignati fuerunt, & in Germania Reges inuncti &c.* Idem docent *Carpzovius*, de L. R. G. cap. XI, Sect. 3. p. 279; *Reinkingius* l. c. lib. 1, Claſſ. 3, cap. 14, §. 25, 26 & 27, p. 315; *Schwederus*, l. c. Sect. 1, cap. 3, §. 4, p. 266; *Rumelinus* ad A. B. part. 1, Diſſ. 2, §. 9, pag. 53. conf. *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 6, pag. 115, & 116; Alii. De *Ottone* 2, res clara eſt, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 961, p. 92. ut & de *Henrico IV*, ibid. ad an. 1053, p. 105. & *Henrico V*, ibid. ad an. 1099, pag. 114. *Henrico, Conradi III* filio, ibid. ad an. 1147, pag. 125. *Henrico VI, Friderici I* filio, ibid. ad an. 1169, p. 136; *Henrico, Friderici* 2, filio, ibid. ad an. 1220, p. 153. *Conrado IV*, ejusdem filio, l. c. ad an. 1236, p. 157. *Wenceslao, Caroli IV* filio, præced. Tit. 2, §. 12, lit. g. pag. 230; & Tit. 5, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad. an. 1376, p. 679. *Maximiliano I*, præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Friderici III*, v. 4. ad an. 1486, p. 707. *Ferdinando I*, l. c. in Ejus vita, v. 4, ad an. 1531, p. 740. *Maximiliano* 2, l. c. in Ejus vita, v. 4, ad an. 1562, p. 745. *Rudolpho* 2, l. c. in Ejus vita, v. 3, ad an. 1575, pag. 749. *Ferdinando III*, l. c. in Ejus vita, v. 4, ad an. 1636, pag. 719. *Ferdinando IV*, l. c. v. 3, an. 1653, pag. 765, & *Joſepho*, l. c. in Ejus vita, v. 4, ad an. 1690, pag. 789. In cauſas non inquiram; quas circa pleroſque, ut, ſe vivis, filios, fratres, proximosve agnatos, faciliori negotio, ad Imperium proveherent, fuiſſe, ſatis libere arbitratur *Severinus* de *Monzambano* cap. 4. in fin. Carpit Eum propterea Dn. *Thomaſius* in Comment. ad hunc locum pag. 212. rectius fundamentum exiſtimans in evitandis Interregni periculis, contumeliaque depoſitionis, quærendum. Noviſſimè argumentum hoc tractavit Author *des Rathlichen Bedenckens, worzu, bey fürgegangener Wahl des Ræmiſchen Kænigs* Joſephi, *geſammte Reichs-Stænde berechtigt, und wie ſie ſich dabey zu bezeugen haben;* edit. 1690. pag. 11. & 12. docens, anno 1671, conveniſſe inter Electores, reliquosque Imperii Ordines, de concipiendo hoc modo Articulo 3. Perpetuæ Capitulationis: *Es ſoll und will der Regierende Ræmiſche Kayſer die Churfürſten, Ihre Nachkommen und Erben, bey ihrer freyen Wahl-Gerechtigkeit, nach Inhalt der Güldenen Bull, verbleiben laſſen, und auch bey ſeinen Lebzeiten, die Wahl eines Ræmiſchen Kænigs, wie es in dem Reichs-Abſchied*, Art. *Demnach, abſonderlich verglichen und ſtatuirt worden, vorzunehmen geſtatten;* Articulum autem futuri Receſſus eſſe talem: *Demnach auch Churfürſten, Furſten und Stænde, nach Anleitung* Art. VIII. Inſtr. Pac. *nicht unterlaſſen, von der Wahl eines Ræmiſchen Kænigs, bey Lebzeiten eines Erwehlten und Regierenden Kayſers, zu handeln und zu ſtatuiren; als haben ſich dieſelbe*, communi conſenſu, *mit einander dahin verglichen, und geſchloſſen, daß die Churfürſten nicht leichtlich zur Wahl eines Ræmiſchen Kænigs*, vivente Imperatore, *zu ſchreiten, es wære denn, daß entweder der Erwehlte und Regierende Ræmiſche Kayſer ſich aus dem Reich begeben, und beſtændig, oder allzulang aufhalten wolte; oder derſelbe, wegen ſeines hohen Alters, oder beharrlichen Unpaßlichkeit, der Regierung nicht mehr furſtehen kænte, oder ſonſten eine anderwærtige hohe Nothdurfft, daran des H. R. Reichs* Conſervation *und Wohlfahrt gelegen, erforderte, einen Ræmiſchen Kænig, noch bey Lebzeiten des Regierenden Kayſers zu erwehlen; auf ſolchen ein und andern angeregten, wie auch erſtgedachten Nothfall, ſoll die Wahl eines Ræmiſchen Kænigs, durch die Churfürſten, mit, oder ohne, des Regierenden Ræmiſchen Kayſers* Conſens, *wann derſelbe, auf angelegte Bitt, ohne erhebliche Urſachen, verweigert werden ſolte, vorgenommen, und darmit der Güldenen Bull, auch Ihrem dem H. Reich tragenden Ampt und Pflichten nach, von Ihnen allerdings frey und ungehindert verfahren werden, &c.* Circa hæc licet ſucceſſu temporis varia iterum in controverſiam duci cœperint, tamen de quæſtione *An*, ſemper affirmativè reſponſum. Magnis motibus Quæſtio hæc agitata noſcitur, cum an. 1531, vivo Cæſare *Carolo V*, *Ferdinandus I*, Rex Romanorum eligeretur, Saxonum Electore, cum ſociis, valde deſuper conqueſto; cujus rei Acta pariter & diſquiſitionem Politicam, ſuppeditant *Goldaſtus*, Part. 2 *Polit. Imp.* & part. 2 *der Reichs Hændel*, *Hortlederus*, lib. 3, c. 13, & lib. 4, c. 9. *Paurmeiſterns* lib. 2, de *Juriſdict.* c. 2, n. 45, & alii, quorum præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Ferdinandi I*, v. 4, ad an. 1531, pag. 740 facta mentio. Apud *Limnæum* lib. 1,

J. P.

J. P. cap. 15, §. 15 &c. p. 162 &c. *Carpzovium*, de L. R. G. cap. 11, Sect. 3, §. 12 &c. p. 279 & 280; *Reinkingium*, de *Regim. Sec. Eccl.* lib. 1, Claſſ. 3, cap. 14, §. 16 &c. p. 314 & ſeqq. & alios, collecta in utramque partem oſtendis argumenta. Add. *Du May Etat de l' Empire* part. 1. Dial. 2. pag. 80. inquiens: *Illy en a qui eroient que non, parceque c' eſt donner ſujet à l' un de deſirer la mort de l' autre &c.* & pag. 81: *Quelques uns diſent, que quand on crée un Roy de Romains, pendant la vie de l' Empereur, on donne deux Chefs à l' Empire, & deux Maitres aux Allemands, qui ont bien de la peine d' en ſouffrir un &c.* hæc autem non magni ponderis ſunt, nec irritant eos, queis conſtat, ejusmodi facinora in Coronatis non præſumenda; aliàs idem de Principibus, in aliis Regnis, & Electoribus, certam ſuccedendi ſpem habentibus, dicendum foret; deinde, nec levem differentiam eſſe, inter Majeſtatem vivi Imperatoris, & Regis Romanorum: de quibus ad ſeq. §. 6. lit. C. & §. 7. tot.

(*c*) VEL INVITO &c. Superioribus temporibus interrogandus erat Imperator, priusquam Electores, Eo vivo, Regem Romanorum eligere poſſent, ſique juſta ſine cauſa conſenſum dare recuſaverit, procedebant demum ad electionem, vel Eo invito; Vid. *Arumæus, Jur. Publ.* Diſc. 5; *Reinkingius* de *Reg. Sec. & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 3, cap. 14, §. 28, p. 116 &c. & alii, quos nominat *Mylerus*, ad *Rumelinum* ad A. B. part. 1, Diſſert. 2, §. IX, p. 55; quibus jungatur Dn. *Rhetius* Inſt. I. P. lib. 1. Tit. 4. §. 7. p. 149 & 150. In Capitulationis *Matthiæ* Artic. 35. ita legitur: *Inſonderheit ſetzen und wollen Wir .... die gemeldte Churfürſten, Ihre Nachkommen und Erben, zu iederzeit, bey ihrer freyen Wahl eines Ræmiſchen Kœnigs, dieſelbe, ſo offt ſie es einem Kayſer zu Behülff, oder ſonſt, ſo offt Sie es dem H. R. Reich nothwendig oder nutzlich befinden, auch bey Lebzeiten eines Ræmiſchen Kayſers, mit, oder (wann derſelbe auf angelegte Bitt der Churfurſten, ohne gnugſame erhebliche Urſachen, verweigert werden ſolte,) ohne eines Regierenden Kayſers* Conſens *vorzunehmen &c.* Eadem habentur Capit. *Ferdinandi II.* art. 34. *Ferdinandi III.* art. 38. & *Ferdinandi IV.* art. 36. In Capitulatione *Leopoldi*, art. 36. primum omiſſa parentheſis: *Wann derſelbe auf angelegte Bitte der Churfürſten ohne genugſame erhebliche Urſachen, verweigert werden ſolte*; & ſimpliciter cautum: *Und inſonderheit ſollen und wollen Wir .... die Churfürſten, Ihre Nachkommen und Erben, zu jeglicher Zeit, bey Ihrer freyen Wahl eines Ræmiſchen Kœnigs, nach Inhalt der Güldenen Bull, und dieſelbe jedesmahl, und auf alle Fælle, wann ſie es vor nœthig, und zu Erhaltung der Grundgeſetze, und dieſer* Capitulation, *oder ſonſten dem H. Reich nothwendig und nützlich befinden, auch bey Lebzeiten eines Ræmiſchen Kayſers, mit, oder ohne deſſelben* Conſens, *vorzunehmen &c.* Quæ repetuntur in Capitul. *Joſephi* art. 35. Ut adeò, juxta has poſteriores Capitulationes, non amplius Electores neceſſe habeant Imperatoris conſenſum efflagitare. Vid. *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 14, p. 130. Conf. *Limnæus*, lib. 2. J. P. cap. 15. §. 28 &c. p. 164 &c. Ill. Dn. *Coccejus, Jurisprud. Publ.* cap. 8, §. 6, p. 162. Dn. *Schwederus*, part. ſpec. Sect. 1, cap. 3, §. 4. p. 270 &c.

2. Quidam (*a*) putant, de hoc Rege Romanorum agi in A. B. primò, quia dicitur, Regem Romanorum eſſe eligendum, quoties neceſſitas Imperii exigit. Secundò, quia ipſe Carolus Quartus, ſe vivo, eligi curavit Filium Wenceslaum. Sed *Limnæus* meritò ab ipſorum recedit opinione, *lib. 2, I. P. c. 15. n. 26. & ſeqq. ut & in notis ad Capit. Ferd. I. n. 15. & ſeqq.* nam A. B. ſemper loquitur de neceſſitate, quæ eſt vacante (*b*) Imperio. *c. 2. & 4.* Nec ſequitur, Carolus IV. ſe vivo curavit eligi ab Electoribus filium Wenceslaum: Ergo, de eo egit in A. B. quia filius ejus aliquot annis poſt Auream Bullam demum natus eſt.

NOTÆ:

(*a*) QUIDAM &c. Veniunt hoc nomine *Arumæus* ad A. B. Diſc. 2, Concl. 13, & de *Comitiis Imp.* cap. 1, §. 27, & *Carpzovius*, de *Lege Reg. Germ.* cap. XI, Sect. 3, §. 19 ad 21, pag. 280. Contrariam ſententiam tuentur *Limnæus*, lib. 2. J. P. cap. 15, §. 23, &c. p. 163 &c. & Tom. V, Adddit. ad h. l. pag. 77, & ad *Capitul. Ferdinandi I*, Proœm. verb: *mit folgender Genehmhaltung*, §. 14 &c. p. 429 & ſeqq. *Dieterich* ad A. B. cap. 1, verb: *In Imperatorem promovendum*, p. 15. *Conringius*, ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 6, p. 115 &c. *Schwederus*, part. ſpec. Sect. 1, cap. 3, §. 4, p. 270 & 271.

(*b*) VACANTE IMPERIO &c. i. e. aut mortuo Imperatore; aut reſignante; aut depoſito; Vid. princip. præced. Tit. IX.

3. (*a*) Utile autem eſt Imperio, & Cæſareo honori & Reipublicæ tranquillitati optimè conſultum, electione Regis Romanorum; quia ſic evitantur interregna, ex quibus quo-

cum-

Digitized by Google

Münſterus *unter Kayſer* Carolo *meldet, daß Er danebeu 16. Stätte, die ohne Mittel ans Reich gehærig geweſen, verſetzt, daraus ſich 14. zuſammen verbunden, und den Hertzog zu Oeſtreich, doch mit Vorbehalt ihrer Freyheit, zum Schirm-Herrn angenommen*; De multis aliis Imperii bonis, quæ alienaſſe fertur, legas, *Lehmannum* per tot. Cap. 40. lib. 7.

5. Hinc *Caroli V.* tempore, Elector Saxoniæ & ſocii, Dux Luneburgicus & Landgravius, Anhaltinus & Mansfeldici, vehementer electioni Regis Romanorum *Ferdinandi I.* ſe oppoſuerunt, eamque, & electionis libertati & A. B. contrariam eſſe, exiſtimarunt, & *Ferdinandum I.* Elector Saxoniæ, poſtquam 1531. ab aliis Electoribus electus eſſet, pro Rege Romanorum agnoſcere noluit, usque dum hæc res transactione *(a) Cadamenſi* in Bohemia 1534. confecta fuit: ubi Elector Saxoniæ promiſit, ſe agniturum *Ferdinandum Primum* pro Rege Romanorum, ſicut alii Principes: *Ferdinandus* promiſit, ſe apud Imperatorem, & EE. reliquos effecturum, ut ſequentes articuli confirmarentur. *Primò*, ut impoſterum, vivo Imperatore, nullus in Regem Romanorum eligeretur, niſi prius omnes Electores conveniſſent, &, cognita cauſa, hoc Imperio utile judicaſſent. *Secundò*, ſi utile hoc judicaſſent, ut electio ſuſciperetur ſecundum A. B. diſpoſitionem. *Tertiò*, ſi contra A. B. quicquam fieret, quod hoc ex ſe nullum eſſe deberet. *Quartò*, ſi hi articuli ad interceſſionem Ferdinandi I. ab Imperatore, & reliquis, non rati haberentur, quod ipſe, & ſocii ejus, jus ſuum integrum ſibi reſervarent. Cum huic transactioni omni ex parte non fuiſſet à *Ferdinando* ſatisfactum, Elector Saxoniæ titulum Regis Romanorum ipſi denegare perrexit, usque ad annum 1544. quo, menſe Majo in Comitiis Spirenſibus hoc diſſidium penitus compoſitum eſt. *Sleid. lib. 15. Limn. ad Cap. Ferd. I. p. 428. & ſeqq.*

NOTÆ:

(a) CADAMENSI &c. Vid. præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 11, p. 269. Verba Transactionis recitat *Hortlederus* lib. 3. de *Cauſis belli Germ.* cap. 13, p. 688. ibi: *Daß künfftiglich, wann bey Lebzeiten eines Kæmiſchen Kayſers, oder Kænigs, ein Ræmiſcher Kænig ſoll erwehlt werden, alle Churfürſten zuvor zuſammen beſcheiden werden, darvon zu reden, ob Urſach genug vorhanden, und dem Reich fürträglich ſey, einen Ræmiſchen Kænig bey Leben eines Ræmiſchen Kayſers, oder Kænigs, zu erwehlen? und wann ſie ſich vereinigt, daß alsdann, und nicht ehe, die Churfürſten, vermæge der Güldenen Bull, ſollen zur Kæniglichen Wahl erfodert, und zur Wahl geſchritten, und derſelben Gülden Bull unverrücklich in allen nachgegangen werden: Und wann in dem Fall was anders fürgnommen würde und ergienge daß daſſelbe nichtig, und durch ein* Decretum irritans *des Kayſers caſſirt ſeyn ſoll, &c. Wie es aber der Perſohn halben die zum Ræmiſchen Kænig zu erwehlen, und nicht Teutſcher Sprach oder Zungen were, auch, ob zwey, oder drey, oder mehr Ræmiſche Kænige aus einem Haus nacheinander erwehlt werden ſollen? darum ſollen ſich die Churfürſten, inwendig vorbeſtimter Zeit, vergleichen, und vereinigen, und ſolches in Ihrer Vereinigung geordnet werden.* Conf. *Limnæi* I. P. lib. 2, cap. 15. §. 33. pag. 167; & ad Capitulat. Ferdinandi I, Proœm. voc. *mit folgender Genehmhaltung*, §. 8, pag. 426, & 427; *Goldaſtus*, part. 1 *der Reichs-Satzungen*, pag. 270.

6. Præterea *Rudolphi II.* tempore quæſitum eſt: an *(a) Imperatore invito, Rex Romanorum eligi poſſet?* quod, quamvis Rudolphus II. ſe vehementer opponebat, tunc factum eſt: & ut inpoſterum omnis difficultas tolleretur, in Capitulatione Matthiæ *art. 35.* ſancitum, *daß auch bey Lebzeiten eines Ræmiſchen Kayſers, mit oder, wann derſelbige, ſcil. Ræmiſche Kayſer, auf angelegte Bitte der Chur-Fürſten ohne gnugſame erhebliche Urſachen, verweigert werden ſolte, ohne eines regierenden Kayſers Conſens, kænne erwehlet werden.* Id quod in ſequentium Imperatorum Capitulationibus ſemper repetitum. Et cum omnium Statuum intereſſet, ut circa electionem Regis Romanorum certi quid conſtitueretur, in Inſtrum. Pacis *art. 8. §. 3.*

deliberatio circa electionem Regis Romanorum, in proxima Comitia tranſmiſſa eſt: & Ordines Circuli inferioris Saxoniæ, *(b)* in Comitiis de 1652, in προβουλία ſua, Status Imperii hujus Conſtitutionis admonendos eſſe, judicarunt. *Continuat. Theatr. Europ. ad an. 1652. pag. 306.* Hunc Regem Romanorum *(c)* propriam habere poteſtatem, & non vicariam tantum, quidam exiſtimant: quia dicunt, qualis quæſo Rex eſſet, ſi nulla regia poteſtas ei competeret, præſertim abſente Imperatore? infirmo partim, partim abſurdo argumento: à nomine enim ad rem ipſam, argumentum infirmum eſt; &, ſi abſente Imperatore haberet Majeſtatem, aut Imperator, extra Imperium abiens eam deponeret, & nullam haberet; aut duæ in Imperio eſſet Majeſtates, à parte Imperatoris: utrumque eſt abſurdum, & contra Imperii leges. Alii, Eum propriam poteſtatem habere, arbitrantur; quia à lege, ſeu univerſitate, conſtitutus eſt: Verùm, nec hæc ratio ſufficit, quia Legatus Proconſulis etiam à lege, ſeu univerſitate, conſtitutus eſt, & tamen proprii nihil habet. *l. 13. ff. de offic. Proconſ. & leg.* Nos Eum habere poteſtatem vicariam, & delegatam, putamus; quia vices Imperatoris abſentis ſubit. *R. I. de Anno 1555. §. und im fall Kayſerl. Majeſtæt &c. ubi expreſſe caput Imperii vicarium appellatur.* Nec obſtat R. I. 1548. in pr. verſ. So haben wir (Ferd. *Ræmiſ. Rænig*) *in Krafft hochgedachter Ræmiſcher Kayſerlichen Majeſtæt unſers lieben Bruders und Herrn, uns gegebener Vollmacht und Heimſtellung, auch für uns ſelbſt, als Ræmiſcher Kænig.* Ita enim non loquitur, quia jam actu habet poteſtatem propriam, (mandatarius enim non propriam, ſed alienam exercet poteſtatem) ſed, quia certa ſpe nititur, perveniendi ad Imperium: ad exemplum filiorum, qui, propter ſpem ſucceſſionis certiſſimam, etiam vivis parentibus, dicuntur Domini rerum paternarum. *l. 11. d. liberis & poſth. hered. inſtit. Conſer. literas Caroli V. in Belgium diſcedentis, ad Electores & ordines Imperii, ap. Goldaſt.* & hinc etiam dicitur Rex Romanorum, non, quia Imperator Imperium Romanum ipſo actu non habet, ſed quia aliquando hoc Imperium ſe habiturum ſperat, æquè certò, ac in Gallia Delphinus, in Anglia Walliæ Princeps, in Hiſpania Infans. *Goldaſt. de Majorat. lib. 1. cap. 16. n. 10. Conſer. Spreng. Inſtit. jur. Publ. l. 1. cap. 29. p. 174.*

NOTÆ.

(*a*) IMPERATORE INVITO &c. Vid. ad præc. §. 1. lit. c.

(*b*) IN COMITIIS &c. Luneburgi celebratis; Verba *Theatr. Europæi*, Tom. VII, ad an. 1652, pag. 306, quæ etiam apud *Lundorpium*, Tom. VI, Contin. *Act. Publ* lib. 4, cap. 188, §. *die Erwehlung*, pag. 687, & lib. 5, pag. 881 & 882, habentur, hæc ſunt: *Dieweil an Erwehlung eines Ræmiſchen Kænigs den ſæmtlichen Standen hoch angelegen, damit das Ræmiſche Reich, in ſeiner Form, und* Legibus fundamentalibus, *unverrückt bleibe, ſo iſt nicht unbillig, wann bey Lebzeiten eines Ræmiſchen Kayſers, ein Ræmiſcher Kænig zu erwehlen, daß deſſen Urſach ſæmtlichen Stænden eræffnet, und mit ihnen zu Rathgeſtellet werde, &c.* Vid. ad præced. §. 1. lit. b. & §. 3. lit. b. Dn. *Schilter, Inſtit. I. P.* lib. 1, Tit. 17, §. 2. 3 & 4, p. 180 &c.

(*c*) PROPRIAM HABERE POTESTATEM &c. Tribuunt ejusmodi Poteſtatem Romanorum Regi, vivo nec ſuſpenſo Imperatore, electo, *Reinkingius*, de *Regimine Sec. & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 3, cap. 14, §. 47 &c. pag. 318 &c. *Schützius*, Exercit. IV, *t.* 3, p. 305 &c. *Sixtinus*, de *Regalibus*, lib. 1, cap. 4, §. 9, &c. *Limnæus*, ad *Capit. Ferdinandi I*, Art. 2, voc. *Auch für Uns ſelbſt*, pag. 471 &c. & ad Capitul. *Rudolphi* 2, Art. 32, voc. *Von Kayſ. Maj.* p. 528 &c. & lib. 2 J. P. cap. 15, §. 34, pag. 167 &c. Ill. Baro de *Lyncker*, Diſſ. de *Rege Romanorum*, ad locum *Bœcleri* lib. 4, *Not. Imp.* cap 2, pag. 96, verb. *Nihil poteſt Imperatorium, aut Regium, facere &c.* Alii multi; quod.

(1) Titulo *Majeſtatis* gaudeat, Eique, paſſim in Imperii Receſſibus, *Majeſtas* tribuatur, arg. *R. J. Wormat.* an. 1535, cujus Præfatio hæc habet: *demnach wir, der Kæniglichen Majeſtæt, vorgemeldt verordnete Rathe, von Ihrer Kæniglichen Majeſtæt, zu ſolchem Tag abgefertigt &c.* Quæ aliquoties in ſequentibus repetuntur; R. J. *Auguſtan.* an. 1548, in ſubſcriptione: *Von wegen des Hauß Oeſterreichs, Johann Gaudentz, Freyherrn zu Madrutz, Afy und Brintoni, Ræmiſcher Kænigl. Majeſtæt Cammerer &c.* Conſ. R. J.

R. J. *Auguſtani* de an. 1555, Inſcriptio: *Abſchied der Ræmiſchen Kæniglichen Majeſtæt &c.* & in ſubſcriptione: *Des Hauß Oeſterreichs*, Wilhelmen *der Junger, deß H. R. Reichs Ertztrüchſes (Erbtrüchſes) und Freyherr zu Walpurg; Georg Ilſing von Tratzberg, Landvogt in Obern- und Nieder-Schwaben, und Johan Ulrich Zaſius, der Rechten* Doctorn, *alle drey der Ræmiſ. Kænigl. Majeſtæt Ræthe &c.* R. J. *Spirenſis*, de an. 1557, Inſcriptio: *Abſchied der Ræmiſ. Kænigl. Majeſt. &c.* & Subſcriptio: *Und ſeynd dieſe hernach geſchriebene, wir, der Kæniglichen Majeſtæt Commiſſarien &c.*

(2) In Receſſibus Imperii, vocetur *Caput Imperii*, arg. R. J. *Wormat.* an. 1535, in Præfat. *daß auch ſolches der Ræmiſchen Kayſerl. und Kænigl. Majeſtæt, Unſern Allergnædigſten Herren, als den Hæuptern, dem Ræmiſchen Reich Teutſcher* Nation &c. & paulo poſt: *Ihr Kayſerl. und Kænigliche Majeſtæt, als den Hæuptern, auch Churfürſten* &c. Rurſus R. J. *Auguſt.* an. 1555, §. 66, *Und im Fall &c.* ibi: *Da die Kayſerl. Maj. Ihre, oder wir Unſere, Commiſſarien, auch dahin, zu Berathſchlagung und Handlung, ſchicken, alßdan ſollen die Churfürſten, Deputirte Fürſten und Stænde, ihre rathliche Bedencken jederzeit an dieſelbe Ihre Ld. und Kayſerl. Maj. oder Unſere Commiſſarien, gelangen laſſen. und darüber Sich Ihr Ld. und Sie mit ihnen, an ſtatt Kayſ. Maj. oder Unſer, als der Hæupter, wie gebræuchlich, und herkommen, vergleichen und vereinigen &c.* Conf. R. J. *Wormat.* an. 1564, §. 5, *So unterſtunden ſich &c.* verb. *Als der Hæupter.*

(3) Utatur *plenitudine Poteſtatis*, arg. R. J. *Spirenſ.* an. 1542, §. 102, *würde ſich aber jemand &c.* ibi: *Setzen und ordnen auch darauf, aus rechtem Wiſſen, von Ræmiſcher Kayſerlichen, und Kæniglichen, Macht und Vollkommenheit &c.* & §. 124, *hierum, und dieweil &c.* verb: *So gebieten wir, von Ræmiſcher Kayſ. und Kæniglichen Macht und Vollkommenheit, allen und jeden Churfürſten &c.* Conf. R. J. *Norimberg.* ejusdem anni, §. 24, *Und damit aber &c.* R. J. *Auguſt.* an. 1555, §. 43, *wir ſetzen, ordnen &c.*

(4) Majeſtatem exerceat *ſuo nomine, für ſich ſelbſt*; Arg. R. J. *Spir.* an. 1542, §. 3. *So hat dem allem nach &c.* ibi: *Im Nahmen Ihrer Kayſerl. Majeſtæt, und für Uns ſelbſt &c.* repetita phraſi, ibid. §. 18, *Und damit ſolchs alles &c.* §. 69, *damit auch ſolcher Ordnung &c.* §. 102, *würde ſich aber jemand &c.* §. 117, *und zu diſto ſtattlicher &c.* §. 122, *und das auch*; §. 124, *hierumb und dieweil &c.* It. R. J. *Auguſt.* an. 1555, §. 65, *So ſich den abermals &c.* paſſim alibi.

(5) Officium ſuum Cæſareo æquiparet; arg. R. J. *Auguſt.* an. 1555, §. 67, *Und ſo abermahls &c.* ubi: *Das mit Ihr. Ld. und Kayſerl. Maj. auch wir als Ræmiſcher Kænig, in ſolchen Beſchwærlichkeiten, Unſern hohen tragenden Aemptern nach, Uns den Stænden des Reichs berathlich und behülfflich haben zu erweiſen &c.*

(6) Status Imperii, univerſos & ſingulos, appellet *ſuos*, qui parem ac Cæſari *obedientiam* ſibi debeant; arg. R. J. *Spirenſ.* an. 1542, §. 24, *Alſo haben wir &c.* ubi: *Alſo haben wir - - - - den Hochgebohrnen Joachim, Marggraffen zu Brandenburg - - - zum Oberſten Feldhauptmann erwehlt, und benennt, welcher ſich auch, auf Unſer, und gemeiner Stænde, Erſuchen und Bitte, der Kayſerl. Maj. und Uns, zu gehorſamen, und freundlichen Gefallen - - - der Oberſten Hauptmanſchafft - - - unternommen &c.* §. 124; *So gebieten wir, von Ræmiſcher Kayſerl. und Kæniglicher Macht und Vollkommenheit, allen und jeden Churfürſten, Furſten, Geiſtlichen und Weltlichen, Prælaten, Grafen, Freyen - - - und ſonſt allen andern, Unſern, und des H. Reichs, Unterthanen und getreuen &c.* It. R. J. *Auguſt.* an. 1555, §. 65, verb. *deſſen* (Electoris Moguntini) Ld. *wie auch, an ſtatt der Kayſerl. Majeſt. und für uns ſelbſt, als Ræmiſcher Kænig, ſolches hiemit befehlen &c.* & §. 141: *Und wiewohl etlicher, Unſer und deß H. Reichs Churfürſten &c.* paulo poſt *In Unſer und des H. Reichs Statt Regenſpurg; Capitulat. Joſephi*, Art. 45: *des H. Reichs Churfürſten, als Unſere Innerſte Glieder, und Hauptſæulen des Reichs &c.* ſicque paſſim.

(7) Comitia *indicat*; arg. R. J. *Spir.* an. 1542, §. 3, R. J. *Ratisbon.* an. 1557, §. 1; &c.

(8) Majus Imperii Vexillum expeditionem molienti, æquè ac Cæſari, præferatur; arg. R. J. *Spir.* an. 1542, §. 39, *wann nun auch &c.* verb. *Ob dan gleichwohl ſich zutrüge, daß die Kayſerl. Maj. oder Wir,* (Ferdinandus Rex Roman.) *perſœhnlich, im Feld wæren, und des H. Reichs Fahnen fliegen lieſſen &c.* & §. 40: *Sonſt aber, in der Kayſerl. Maj. und Unſerm abweſen, ſoll des Reichs Fahnen nicht fliegen &c.*

(9) Ei competat Titulus *Semper Auguſti*, pariter ac Cæſari. Vid. præced. Tit. IV, §. 3, lit. c. v. 9, pag. 301.

(10) Electoribus, reliquisque Imperii Statibus, protinus ab Electione, priſtina confirmet Privilegia & Jura, arg. *Capit. Ferdinandi I*, Art. 3; *Rudolphi 2*, Art. 3; *Ferdinandi IV*, Art. 3; & *Joſephi*, Art. 3. Etiam *Academias*; arg. *Ordin. Camer. Auguſt.* an. 1555, part. 1, Tit. 3, §. 2, *deßgleichen ſollen &c.* ibi: *Ehe ſie zu Beyſitzer genommen, in Univerſitæten, welche zum wenigſten von Unſern Vorfahren, Ræmiſchen Kayſern, und Kænigen,* die

die jetzige Kayſerl. Majeſt. oder Wir confirmirt, *geleſen &c.*

(11) Statuum Imperii Privilegiorum Juriumque conceſſionem & vigorem ſibi vindicet, arg. R. J. *Auguſt.* an. 1555, §. 43, verb. *Prüfung und Entſetzung aller Regalien, Leben, Freyheiten, Privilegien, Gnaden, Schutz und Schirm, ſo viel ein jeder deſſ, von der Kayſ. Majeſt. Uns, dem H. Reich, und ſeiner Obrigkeit, hat &c.*

(12) Privilegia, Regalia, Beneficia &c. de novo conferat; Vid. Diploma *Henrici*, Romanorum Regis, quo an. 1233, Cives Spirenſes liberos pronunciat à telonio Oppenheimenſi, apud *Lehman. Chron. Spir.* lib. 5, cap. 86, pag. 595, nec non aliud, quo an. 1228, *Leopoldo*, Duci Auſtriæ, & poſteris Ejus, id dedit juris, ut equis inſidentes inveſtituram ſuſcipere queant, inſuperque in Ducali pileo Regalis Coronæ diademate uti &c. Vid. *Cuſpinianus*, in *Auſtria*, pag. 27, & *Limnæus*, lib. V, *Jur. Publ.* cap. 1, §. 29. pag. 27 & 28; de aliis ne dicam, quorum præced. Tit. 4, §. 3, lit. c. v. 9, p. 301, memini. Conf. *Sixtinus* l. c. cap. 4, §. 10, *Reinking* l. c. §. 61, p. 319; alii.

(13) Inveſtiat de *Feudis Majoribus*; teſtibus Inveſtiturarum literis *Henrici*, Rom. Regis, an. 1224, *Hermanno*, Dorpatenſium, & an. 1226, *Alberto*, Livoniæ, Præſulibus, datis; præced. Tit. 4, §. 3. lit. c. v. 9. Conf. *Reinking*, l. c. §. 60, pag. 319; Ill. Baro *de Lyncker*, l. c.

(14) Co-adminiſtratio Imperii ei committatur, teſte *Lundorpio* Tom. IV *Act. Publ.* lib. 3, cap. 89, pag. 611, ubi Moguntinus ad *Ferdinandum* 2 Imp. an. 1636, electo *Ferdinando III*, Roman. Rege: Electores, abſentiumque Legati, *hætten ſich endlichen entſchloſſen, des Reichs Wohlfahrt ſeye, Ihre Kayſerl. Majeſt. einen Gehülffen, zuzuordnen, welcher, bey dero Leben, als Ræmiſcher Kœnig, Ihr die Bürde des Reichs-Adminiſtration tragen helffe, und, nach derſelben tœdlichen Abgang, zu dem Kayſerthumb erhœhet werden mœchte &c.* Ad quæ Cæſar. l. c. pag. 612: *Ihr Kayſ. Maj. bedanckten ſich gegen die Herren Mit-Churfürſten, gantz freundlich und gnædiglichen, daſſ dieſelbe ſich belieben laſſen - - - die Mittel zu ergreiffen, wodurch deroſelben, bey Ihro noch übrigen Regierungs-Zeiten, einige angenehme Beyhülff wiederfahren mœchte, und die Wahl eines Ræmiſchen Kœnigs, in künfftigen Kayſer zu erheben, vor nœthig erachtet &c.* Conf. Literas Electorum, quibus Cæſari electionem Novi Romanorum Regis notam fecere, l. c. pag. 616: *das H. Ræmiſche Reich, noch bey Ew. Kayſerl. Maj. Lebzeiten, mit einem Anſehnlichen, und der Sachen allenthalben tauglichen* Succeſſore, *verſehen werde, der nun inskünfftig Ew. Kayſerl Maj. Bürde, und Sorgfaltigkeit des H. Reichs tragen helffen, und deſſelben* Adminiſtration *künfftiglich, nach Ew. Kayſ. Maj. tœdtlichen Abgang, ſtattlich und Lobwürdig, verſehen kœnte &c.* & pag. 617; ubi, de rationibus perſuaſoriis factæ electionis ſermo: *In dem Ihr Kœnigl. Maj. - - - nicht allein in denen, weyland Kayſer Carls des IV hochlœblichſten Gedæchtnüſſ, verfaſſter Güldenen Bull erforderten, ſondern auch mehrere, in der Chriſtenheit gebræuchlichen Sprachen, kündig, alſo, daſſ Ew. Kayſ. Maj. Ihro Kœnigl Maj. in deroſelben Kayſerl. Regierung, zu Verrichtung des H. Reichs fürfallenden Obliegen, und Geſchæfften, nicht allein einen anſehnlichen guten Beyſtand und Gehülffen geben, ſondern auch alles das, ſo jetzt, und künfftiglich, mit fremden Auslændiſchen Potentaten, zu handeln ſich zutragen mœchte, verſehen, auch ſelbſt reden, und* expediren *werden kœnnen &c.*

(15) Creet Comites & Barones, arg. R. J. *Auguſt.* an. 1548, §. 66, *wiewohl auch &c.* verb. *daſſ die Graffen und Herren, ſo kürtzlich ihre Dignitæten erlangt, ſollen,* in recognitionem præeminentiæ, *ſo Sie von Uns, und Unſerm freundlichen lieben Bruder, dem Ræmiſchen Kœnig, empfangen auch in die Anſchlage des Reichs gezogen werden &c.* Imò & Principes, arg. *Capitul. Ferdinandi III*, Art. 47: *wollen wir, bey unſerer Kœniglichen, und künfftigen Kayſerlichen, Regierung, bey* Collation, *Fürſtlicher, und Græfflicher Dignitæten, vornehmlich dahin ſehen &c.* Conf. *Capitul. Ferdinandi IV*, Art. 45; *Joſephi*, Art. 43.

(16) Banno Imperiali noxios ſubjiciat, arg. *Kayſerl. Landfrieden zu Augſpurg, aufgerichtet*, an. 1548, Tit. 6, *von aufgerichten Landfrieden*; §. 3, *und ob jemand &c.* ubi: *von Uns, und, Unſers Abweſens aus dem H. Reich, unſerm Freundlichen lieben Bruder, dem Ræmiſchen Kœnig, oder, Unſerm Cammergericht, in die Acht - - -* denuncirt *worden wæren &c.* Illudque ſuſpendat, arg. R. I. *Spir.* an. 1544, §. 97, *Und ſollen die Goslariſche und Mindiſche* Acta, *laut Unſer, Und Unſers lieben Bruders, des Ræmiſchen Kœnigs, Bewilligung,* ſuſpendirt *ſeyn und bleiben &c.* & ab eodem abſolvat, arg. R. I. *Spir.* an. 1542, §. 130; *die Kayſerl. Majeſt. Und Wir, ſollen und wollen - - - von der Acht nicht abſolviren &c.*

(17) Annos Regiminis ab Electione ſua numeret Exemplis ubique obviis; inter recentiora locum habet, *der durch Ihro Ræmiſche Kayſerl. Maj.* Joſephum I, *wiederlegte Apoſtoliſche Pabſtliche Bann-Brieff, welchen Seine Heyl. Clemens XI, wieder die von Kayſerl. Maj. in denen Herzogthümern Parma und Placenza, genommene Winter-Quartiere, ergehen laſſen*; ubi, in fine: *Gegeben in unſerer Stat Wien den 26 Tag des Monats* Junii, *im Jahr*

Digitized by Google

Jahr 1708, *Unſerer Reiche*, *des Ræmiſchen in XIX &c.* electus enim eſt Rex Romanorum an. 1690.

(18) Crimen L. M. in Eum committitur, æque ac in Cæſarem. *Reinking.* l. c. §. 68, pag. 320, & qui teſtes alii ab eo producuntur; Dn. *Lyncker* l. c.

(19) Vacua alias eſſet Electio; qua ſola tamen Jus Romanorum Regis nititur. &c. &c.

Contrariam ſententiam ſectantes: *Jacobus Gothofredus*, in Diatriba, de *Jure Præcedentiæ*, cap. 1, *t.* 4. *Carpzovius*, de *Lege Regia Germ.* cap. XI, Sect. III & IV, p. 279 &c. *Rumelinus* ad A. B. part. 3, Diſſert. 2, §. 6, pag. 700, ibique *Mülerus*, in Addit. p. 701 &c. *Bæclerus*, *Not. Imp.* lib. 4, cap. 2, pag. 96, & Aſſeclæ, reſpondent:

Ad (1) Titulos Iuriſdictionem non parere. Regi Romanorum *Majeſtatem* tribui, habito reſpectu ad Ejus *Dignitatem*, tanquam certi & indubitati Succeſſoris Imperatoris, qui actu *Majeſtatem* exercet, nequaquam vero quoad *Poteſtatem*, utpote qua, vivo Imperatore, Summamque rerum adminiſtrante, careat. Vid. *Myler*, l. c. p. 705.

Ad (2) Regem Romanorum conſtituere quidem *Imperii Caput*, reſpectu ſcil. Statuum, & Subditorum, quoad reverentiam & honores, Ei, ut futuro Imperatori, debitos; non vero intuitu Imperatoris; niſi de *Secundario Capite* loquamur; ceu ipſe *Carolus V*, in literis ad Commiſſarios ſuos, ad Auguſtana Comitia, an. 1555, die IX Junii, tranſmiſſis, Romanorum Regem *das Oberſte Haupt im Reich*, *nach ſich*, *als dem Keyſer*, vocat. Vid. *Limnæus* ad *Capitulat. Maximil.* 2, art. 18, verb. *In Unſer und des H. Reichs Statt*, §. 29, pag. 499, & §. 65, pag. 503, ubi ipſæ literæ habentur; inde huc ſpectant: *dieweil wir derſelben allen Vollkommenen Gewalt*, *und Macht*, *endlich abzuhandeln und zu ſchlieſſen gegeben haben*, *als einem Ræmiſchen Kænig*, *und*, *nach Uns*, *im H. Reich*, *das Oberſte Haupt &c.* & *Jur. Publ.* lib. 2, cap. 15, §. 36, pag. 167.

Ad (3) Eum uti *plenitudine poteſtatis*, ſed non niſi ex mandato, vel conceſſione, Imperatoris, arg. R. I. *Spir.* an. 1542, §. 1: *So hat dem allen nach, die Kayſerl. Maj. für eine hohe groſſe Nothdurfft bedacht einen gemeinen Reichs-Tag auſſchreiben zu laſſen, wie dann Wir* (Rex Roman.) *aus Ihrer Kayſerl Maj. Befehl*, *ſolchen gemeinen Reichstag, auf den obbeſtimmten* 14 *Januar. alhier, im Unſer und des H. Reichſtatt Speyer, ausgeſchrieben*, & § 4: *Auf bemelter Kayſ. Maj. freundlich begehren, und Befehl*, *an Uns beſchehen &c.* Quo pertinet Capit. *Maximiliani* 2, Art. 15; *Rudolphi* 2, Art. 32; *Ferdinandi III*, Art. 49; *Ferdinandi IV*, & *Joſephi*, Art. 47; Vel, Eo rogante, arg. R. J. *Auguſt.* an. 1555, §. 4; *damit aber derſelbig*; ibi: *So haben Ihr. Ld. und Kayſerl. Maj.* (uns) *als Ræmiſchen Kænig*, *Freundlich und Brüderlich erſucht*, *daß wir*, *in Ihrer Maj. Abſeyn*, *Ihr Ld. und Kayſ. Maj. verweſen*, *und dieſem Reichstag beywohnen wolten &c.* Aut, Eo abſente, aliisve titulis impedito. arg. dicti R. J. *Auguſt.* an. 1555, §. 64, *Und ſollen in oberzehlten Fallen &c.*, ibi: *die Kayſerl. Maj. oder*, *in Deren Abweſen auß dem Reich*, *Uns*, (Regem. Roman.) *Ihres Vorhabens - - - verſtandigen &c.* & §. 65, *So ſich dan &c.* verb: *von wegen der Kayſ. Maj. und*, *wo Die auſſerhalb des Reichs wære*, *Unſert wegen*, *und an Unſer Statt &c.* & §. 133, *und wiewohl wir Uns &c. die ſie an die Kayſerl. Maj. oder Ihrer Ld. und Kayſerl. Majeſt. Abweſen aus dem Reich*, *an Uns*, *gelangen lieſſen &c.* Add. *Ordin. Camer. Auguſt.* ejusdem Anni, Tit. I. §. 3, ubi: *wollen die Ræmiſ. Kayſerl. Maj. Unſer lieber Bruder*, *und Herr*, *als Ræmiſcher Kayſer*, *oder*, *im Fall daß Ihr Ld. und Kayſerl. Maj. nicht im Reich*, *oder in der Nahe wæren*, *Wir*, *als Ræmiſcher Kænig*, *jederzeit den Cammer-Richter &c.* Vid. *Limn.* J. P. lib. 2, cap. 15, §. 37, pag. 167; & ad *Capitul. Ferdinandi I.* Art. 2, voc. *Auch fur Uns ſelbſt &c.* §. 13 &c. p. 473 & 474. *Mulerus* l. c. p. 703 & 704.

Ad (4) Eum Majeſtatem *ſuo nomine* exercere poſſe, ſed, ut modo dictum, tunc demum, cum, vel mandante, vel permittente, vel abſente vel alia ratione impedito, Cæſare, Adminiſtrationem in ſe ſuſcipiat. Vid. *Limn.* ad *Capitul. Ferdinandi I*, l. c. §. 14 &c. p. 474 & 475.

Ad (5) Verba illa reſpicere Commiſſionem, à Fratre Imperatore, Ei demandatam.

Ad. (6) Id fieri, intuitu reverentiæ, Ei debitæ, tanquam futuro Imperatori.

Ad. (7) Comitia ab Eo indici non poſſe, niſi ex mandato, vel conceſſione Imperatoris; aut, Eo abſente, vel ſuſpenſo; teſtibus ipſis Receſſibus allegatis, *Spirenſ.* an. 1542, §. 1, verb: *wie dann wir*, *aus Ihrer Kayſerl. Majeſt. Befehl*, *ſolchen gemeinen Reichs Tag - - - ausgeſchrieben &c.* & *Ratisbonenſi*, an. 1557, §. 1, voc: *Haben wir*, *im Nahmen*, *und an Statt der Ræmiſ. Kayſ Maj. einen andern Reichstag - - - angeſetzt &c.* Add. *Auguſt.* an. 1555, §. 4, verb: *Uns*, *als Ræmiſchen Kænig*, *freundlich und brüderlich erſucht*, *daß wir*, *in Ihrer Maj. Abſeyn*, *Ihr Ld. und Kayſ. Maj. verweſen*, *und dieſem Reichstag beywohnen wolten*, *und auch Vollmæchtige*, abſolute, *und ohne hinterſich bringen*, *Gewalt gegeben*, *mit Churfürſten &c.*

Ad (8) Vexillum illud non arguere propriam Poteſtatem Regiam, ſed ſaltem præeminentiam præ Statibus Imperii.

Ad (9) Titulum *Semper Auguſti* quandoque Ei dari, habito ſcil. reſpectu ad futuram ſucceſſionem; adeoque honoris gratia duntaxat.

Ad (10) Confirmationem hanc ad eandem ſucceſſionem reſtringendam eſſe, mortuoque Imperatore, vigorem demum conſequi.

Ad (11) 12 & 13, Ea omnia de caſu abſentiæ, vel commiſſionis Cæſareæ, intelligenda. Vid. ipſe *Limn.* lib. 2, *Jur. Publ.* cap. 15, §. 40, p. 168 & 169.

Ad (14) Coadjutores poteſtate ejus, cui adjunguntur, regulariter non gaudere.

Ad (15) Archiduces idem poſſe, quoad Comites, & Barones, arg. Diplomatis *Caroli V*, apud *Limnæum*, lib. 5. *Jur. Publ.* cap. 2, p. 400.

Ad (16) Manifeſtam fieri abſentiæ Imperatoris mentionem; hincque Imperii Bannum vocari ſaltem: *der Kayſerl. Majeſt. und des H. Reichs Bann*; arg. R. I. *Spir.* an. 1542, §. 69, *damit auch ſolcher Ordnung &c.* ibi: *Bey Pœn. und Straff der Kayſerl. Maj. und des H. Reichs Acht &c.* & §. 102; *Würde ſich aber* & R. I. *Norimb.* an. eod. §. 24, & R. I. *Norimb.* an. 1543, §. 28; paſſimque alibi.

Ad (17) Morem hunc innuere ſaltem validitatem Electionis, à qua, ob eminentiſſimam Dignitatem, certamque obtinendi Imperii ſpem, quæ, per Eam, Electo conferuntur, anni numerari mereantur.

Ad (18) L. M. crimen etiam in Vicarios Imperii. & Electores, committi poſſe, per A. B. Tit. 23. Conf. *Mylerus* l. c. pag. 705, & qui ibi producuntur teſtes.

Ad (19) Hoc inde non ſequi; bene vero, Electores ſic in Regem Romanorum collaturos eſſe, jam ſemel in Imperatorem collata, Majeſtatem ſcilicet Imperatoris, cum tamen ea nulli alii communicari valeat, niſi, contra omnium Politicorum principia, Summam Majeſtatem agnoſcere ſibi æqualem, ſtatuamus; aut dividi poſſe inter duos; aut conſiſtere in imperio, penes duos, *indiviſim.* Vid. *Mylerus* l. c. p. 704, & *Limn.* ad *Capit. Rudolphi* 2, Art. 32, verb. *von Kayſerl. Maj.* pag. 528.

Negari cum nequeat magnum, Imperatorem inter & Regem Romanorum, diſcrimen, de quo ſeq. §. 7 agendum; juſtitiæ quoque regulis, & æquitati, conſentaneum arbitror, poteſtatem Imperatoris, cum poteſtate Regis Romanorum, non confundendam. Ille enim re vera, & propriè, talis eſt, Auguſto ex Electione, juxta Imperii Leges, celebrata, competens; hæc vero, non niſi impropriè; involvens certam duntaxat & indubitatam ſuccedendi ſpem Cæſari defuncto, indeque pendentes prærogativas; alias duo ſummi ſimul exiſterent, ſummamque rerum moderarentur, quod, ne fiat, in Capitulatione *Maximiliani* 2, Art. 15, primitus cautum: *Wir ſollen, und wollen auch, Uns keiner Regierung, noch* Adminiſtration, *im Reich, weiters, oder anders, unterziehen, dann ſo viel deſſen Kayſerliche Majeſtat vergœnnet; daß wir auch Ihro Maj. die Zeit Ihres Lebens, an Ihrer Hoheit, und Würde des Kayſerthums, keinen Eintrag thun ſollen &c.* Quæ in Capitul. *Rudolphi* 2, Art. 32, addito licet, poſt verbum: *vergœnnet; und zugelaſſen wird; Ferdinandi III* Art. 49, *Ferdinandi IV* & *Joſephi*, Art. 47, repetita ſunt; Conf. *Gaſtelius*, de *Statu Publ. Europ. Noviſſ.* cap. 6, §. 15, p. 108; Diſtinctio *Limnæi*, ll. cc. aliorumque contra ſentientium: inter *Majeſtatem propriam*, & *Ejus Exercitium*, rem non conficit; quia contradictio in adjecto eſt habere Majeſtatem propriam, ſed non ejus uſum; cum Majeſtas nihil aliud ſit, quam Summa poteſtas in Civitate ubique; quæ quæſo, poteſtas, ſine exercitio? & cui acceptam ferat Majeſtatem ſuam Romanorum Rex? Electoribus? illi jam ſemel in Imperatorem eam transtulerunt, adeoque in alium eandem numero, vel ſimilem, transferre ulterius non valent; utpote multiplicandæ Majeſtatis facultate deſtituti. Id vero juris penes Eos reſidet, ut, terminis habilibus præſuppoſitis, in anteceſſum, Principem eligere queant, qui, ſtatim ab Imperatoris obitu, ea polleat Majeſtate, quam Imperator morte deponit, nempe in quam, per Electionem, Ei jus quæſitum; cujus etiam reſpectu, *Majeſtas* pariter & *Caput Imperii*, audit; ita tamen, ut Imperatori titulum *Clementiſſimi Domini* propterea non deneget, nec Ejus *mandatis* ſe ſubducat; vid. R. J. *Spir.* an. 1542, §. 3, verb. *Kayſerl. Majeſt. Befehl &c.* & §. 4: *Auf bemelter Kayſerl. Maj. freundlich Begehren, und Befehl, an Uns beſchehen &c.* & ſeq. §. 7, lit. b. Tutius privati ejusmodi Quæſtionibus plane abſtinent, tanquam ad eorum forum nullatenus ſpectantibus; Profanique hominis eſt, Regum potentiam partium ſtudii decempeda metiri. Conf. *Mylerus* l. c. pag. 705 & 706. Contrarii ſunt Dn. *Schwederus*, part. ſpec. Sect. I, cap. 3, §. 9, p. 276 & 277; Dn. *Schilter* lib. 1 Inſt. J. P. Tit. 17, §. 5, p. 183; Per Ill. Dn. Baro de *Bibran*, diſſ. de *Jure Baronum*, Præſide Ill. Dn. *Stryckio*, an. 1696, Hallæ habita, cap. 3, §. 71 & 72; Dn. *Keſtner*, diſſ. de *Summis in Imperio Romano-Germanico Perſonis*, an. 1702, Rinthelii ventilata, c. 5, p. 6, Alii multi.

7. Eſſentialis differentia inter Imperatorem, & Regem Romanorum, hinc deſumenda eſt, (*a*) & propterea Rex Romanorum appellat Imperatorem Dominum ſuum: (*b*) Imperatoriam Majeſtatem; (*c*) Poteſt committere crimen L. M. in Imperatorem; (*d*) In Inſigniis

Digitized by Google

ſigniis ſuis adhibet Aquilam Simplicem; *(e)* &c. *Limnæus lib. 2, cap. 15, §. 46. De Juribus Regis Romanorum, infra lib. 3, plura dicemus.*

NOTÆ.

(a) DESUMENDA EST &c. De differentia inter Imperatorem, & Regem Romanorum, luculenter differunt: Ill. Dn. *Schützius*, Exerc. V, *t.* 4, lit. h. pag. 312 &c. *Carpzovius*, de *L. R. Germ.* cap. XI, Sect. IV, pag. 281 &c. *Limnæus*, lib. 2, J. P. cap. 15, §. 46 &c. pag. 170, &c. ad *Capitulat. Maximiliani* 2, Art. 18, voc. *In Unſer und des H. Reichs Statt*, §. 51 &c. pag. 501 &c. Dn. *Schweder*, part. ſpec. Sect. 1, cap. 3, §. 9, pag. 275 &c. Dn. *Dobner*, Eq. Hung. Diſſ. de *Imperatore Romano-Germanico*, Præſide Dn. *Bechmanno*, an. 1670, Jenæ habita, *t.* 31; reliqui Juris Publici Scriptores omnes. Præcipua eſt, quod Imperator rerum ſumma moderetur; Rex Romanorum vero, non niſi Eo mandante vel abſente, vel committente, vel ſuſpenſo. Vid. præced. §. 6, lit. c. pag. 921.

(b) DOMINUM SUUM &c. Arg. R. J. *Spir.* an. 1542, Procem. ubi Ferdinandus I, Rex Romanorum: *Nachdem die Römiſche Kayſerl. Majeſtat, Unſer lieber Bruder und Herr;* quæ phraſis etiam occurrit l. c. §. 142; *Solches alles und jedes &c.* Conf. R. I. *Norimberg.* ejusdem anni, Procem. & §. 32; *wie wohl wir auch &c.* §. 43, *Solches alles und jedes &c.* R. J. *Norimberg.* an. 1543, Procem. *Pacificat. Paſſav.* an. 1552, Procem. *R. J. Auguſtan.* an. 1555, Procem. & §. 143, *Solches alles und jedes &c. Ferdinandi III*, an. 1636, electi Romanorum Regis, reſponſio, ad Declarationem Auguſtiſſimi Parentis, *Ferdinandi* 2 Imp. Electoribus, ut in dictam Electionem conſentiat, Eum efflagitantibus, factam, apud *Lundorpium* Tom. IV. *Act. Publ.* lib. 3, cap. 89, pag. 612, §. *Auf ſothane &c.* verb. *Allergnædigſter Kayſer und Herr, daß Ew. Kayſerl. Maj. auf dero Herren Churfürſten, deroſelben beſchehenes unterthænigſtes Anbringen, wegen Vorgangener, und auf meine, zwar wenige Perſohn, dirigirten Wahl eines Ræmiſchen Kænigs, Sich allergnædigſt gefallen laſſen - - - deſſen thue ich mich gantz unterthænigſt bedancken - - - dieweil ich jedoch nicht allein Ew. Kayſerl. Majeſt. allergnædigſten Conſens - - in acht zu nehmen, mich ſchuldig erkenne; ſo thue ich mich, dem willen Gottes, und Ew. Majeſt. gnadigſtem Befehl, wie auch der Herren Churfürſten Begehren, hiemit gebührend* ſubmittiren &c. nec non *Joſephi*, Romanorum Regis, literæ, ad Cardinalem *Lambergium*, Principalem Commiſſarium Cæſareum, in Comitiis Ratisbonenſibus, ſub dato, *Cron-Weiſſenburg*, 21 Sept. 1702, apud *Fabrum*, Tom. VII *der Staats-Cantzley*, cap. 13, §. 7, pag. 653; ibi: *Meines Allergnædigſt-Hochgeehrteſten Herrn Vatters, Kayſerl. Majeſt.* & in aliis, ad eundem, ſub dato Heidelberg, 7 Oct. 1702, ibid. §. 10, p. 664: *Ihrer Kayſ. Maj. und Ld. meines Allergnædigſten Hochgeehrteſten Herrn Vatters, allergnædigſten* approbation &c. Rurſus, in aliis, ſub dato Aſchaffenburg, 15 Oct. 1702, ad eundem, l. c. §. 15, pag. 729: *Ihro Kayſerl. Maj. und Ld. mein Allergnædigſt- und Hochgeehrteſter Herr Vatter &c.* Ut & in Diplomate, an. 1705, 17 Nov. in favorem Ducis Marlboroughenſis, ut recens creati Principis Mindelheimenſis, Viennæ vulgato, *im Neubeſtellten Agenten von Hauſſ aus; zweyte* Fonction, *Erſte* Depeche, §. 275, pag. 559 & 560: *Herr Leopold, erwehlter Ræmiſcher Kayſer - - - Unſer gnadiger, und geliebteſter Herr, und Vatter &c.*

(c) MAJESTATEM &c. Teſtibus Imperii Receſſibus: *Spirenſi*, an. 1542; *Norimbergenſibus*, an. 1542 & 1543 *Auguſtano*, an. 1555; paſſim; Conf. ad præced. §. 6, lit. c. pag. 922.

(d) IN IMPERATOREM &c. *Becker*, *Synopſ.* J. P. pag. 92, docet, in genere omnes hoc crimen in Imperatorem committere poſſe, qui ſuperiorem Eum & Dominum agnoſcant. Hinc argumentum ad Regem Romanorum.

(e) AQVILAM SIMPLICEM. Ita *Schützius*, Exerc. V, *t.* 4, lit. h. pag. 312; *Limnæus*, ad *Capit. Ferdinandi I*, Procem. verb. *Wappens*, §. 1, pag. 441; & ad *Capit. Maximil.* 2. Art. 18, Verb. *In unſer und des H. Reichs Statt*, §. 58, pag. 502; & *J. P.* lib. 2, cap. 15, §. 46, p. 170; *Freherum*, ad *Petrum ab Andlo* lib. 2, cap. 5; *Carpzovius*, de *L. R. G.* cap. 11, Sect. 4, §. 14. pag. 282; Dn. *Schweder*, part. ſpec. Sect. 1, cap. 3, §. 9, pag. 275.

TITU-

TITULUS XI.
DE VICARIIS.

V*Icarius*, in genere, *eſt perſona*, *nomine alterius*, *munus exercens*. Vicarius vel eſt perſona privata, & mox (*a*) Procurator, mox Mandatarius &c. dicitur: vel perſona publica, & variis nominibus venit: quamvis certum ſit, etiam perſonas publicas Procuratorum & Mandatariorum nomine venire.

NOTÆ.

(*a*) PROCURATOR, &c. Huc ſpectant, quæ de ambiguitate vocis *Vicarii*, in Lexico *Calvini*, & Speculo *Speidelii*, occurrunt. Apud *Goldaſtum* lib. I. *Polit. Imp.* p. 126. audiunt *Proviſores;* & in verſione Germanica A. B. cap. 5. §. 1. *Fürmünder;* in Exemplari Moguntino: *Verweſer und Pfleger &c.* Apud. *Schützium* J. P. Vol. 1. Exerc. V. *t.* 7. pag. 316. *Stathalter. Amptsverweſer &c.* Introducti ſunt, evitandi Interregni gratia. Vid. Dn. *Rhetius Inſtit.* J. P. lib. 1. T. V. §. 1. p. 184. Peculiarem Diſſertationem de *Vicariis Imperii*, conſcripſit *Limnæus*, lib. 3, I. P. cap. 12, pag. 160 &c. Add. *Cujacii Paratit.* Cod. de *Officio Vicarii; Beſoldi*, *Theſaur. Pract.* voc. *Vicarii des Reichs*, p. m. 964 &c. *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Vicarii Imperii*, p. m. 1311.

1. Vicarii Regum Romanorum antiquorum, dicebantur *Præfecti Urbi.* Antiquorum Imperatorum, *Præfecti prætorio.* Apud Francos, (*a*) *Majores domus*, item *Comites Palatini* (*b*) apud quos per conſuetudinem, Imperatore mortuo, hoc munus poſtea manſit; qui enim digni erant, ut adminiſtrarent negotia Imperii, vivo Imperatore, non minus digni hoc munere videbantur eſſe poſt mortem ejus. Et hinc eſt, ut in Germania hæc munera annexa videamus (*c*) Palatijs imperii, *den Reichs-Pfaltzen.*

NOTÆ.

(*a*) MAJORES DOMUS &c. Quibus, laxiori ſenſu, titulus hic olim competierit, docet *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, in Chronico, ad an. 696, Tom. 2 *Acceſſionum Hiſtor. Ill.* Dn. *Leibnitzii*, pag. 67, verbis: *Reges Francorum negotia Regni, per Majores Aulæ Regiæ, adminiſtrabant; id eſt, per Dapiferum, Coneſtabulum, ac Camerarium &c.* Hoc loco vero, *Majores domus*, nihil aliud denotant, quam *Palatii Præfectos*, de quibus *Fragmentum* ſupereſt, apud *Pithœum*, de *Script. Franc.* p. m. 226. Nonnunquam *Magiſtri Equitum* nuncupati ſunt; Vid. Vita *S. Audoeni*, Rothomagenſis, cap. 29, ſeq. v. 4, voc. *Warathonem;* ut & Vita *S. Boniti*, ſeq. v. 5; *Paulus Æmilius*, ſub *Clothario IV*; Potentia eorum maxima ſemper fuit, ab obitu *Clodovæi 2*, *in Principatum*, quoque ſeu *tyrannidem*, verſa; vid. *Lupoldus de Babenberg*, de *Jure Regni & Imperii Romani*, cap. 12, apud *Schardium*, *de Juriſdictione Imperiali*, pag. 196: *Hildericus*, (Francorum Rex) *ſicut & alii plures ſui Prædeceſſores fecerant, ſolo nomine regnabat; ſed opes, potentia, & adminiſtratio ipſius Regni, penes Præfectos Ipſius Palatii erat, qui Majores Domus dicebantur &c.* Antiquior longe, & *Majoribus domus* coævus, *Paulus Warnefridus*, Diaconus, lib. 6, de *Geſtis Longobardorum*, cap. 5, p. m. 431, ait: *Hoc tempore, apud Gallias, Francorum Regibus, à ſolita fortitudine, & ſcientia, degenerantibus, ii, qui Majores Domus Regalis eſſe videbantur, adminiſtrare Regis potentiam, & quicquid Regibus agere mos eſt, cœperunt &c.* Idem profitentur *Marianus Scotus*, ad an. 750, & *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 662, cujus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 74, recenſui; nec non *Egilwardus*, Monachus Cœnobii *S. Burchardi*, prope *Herbipolim*, in vita *S. Burchardi*, Herbipolenſis Epiſcopi, lib. 2, cap. 1, apud *Surium*, de *Vitis Sanctorum*, die 14 Octob. p. m. 217, ubi: *Licet in illo* (Childerico,) *finita poſſet videri*, (Regem Francorum ſtirps) *jam dudum tamen nullius vigoris erat, nec quicquam clarum in ſe, præter inane Regis vocabulum, præferebat. Nam*

&

& opes, & potentia Regni, penes Palatii Præfectos, qui Majores Domus dicebantur, & ad quos Summa Imperii pertinebat, tenebant; nec aliud quicquam permittebatur Regi, quam, ut Regio tantum nomine contentus, crine profuſo, barba ſubmiſſa, in Solio reſideret, ac ſpeciem Dominantis effingeret, Legatos, undecunque venientes, audiret, eisque abeuntibus Reſponſa, qua doctus erat, aut juſſus, ex ſua velut poteſtate, redderet: cum, præter inutile Regis nomen, & precarium vitæ ſtipendium, quod Ei Præfectus Aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud poſſideret, quam unam, & eam parvi reditus, villam, in qua domum, & ex qua Familiam, neceſſaria ſibi miniſtrantes, atque obſequium exhibentes, paucæ numeroſitatis haberet. Quocunque eundum erat, carpento ibat, quod, junctis bubus, & bubulco, more ruſtico, agente, trahebatur. Sic ad Palatium, ſic ad publicum Conventum, qui Calendis Maji, ob Regni utilitatem, annuatim celebrabatur, ire ſolebat, & coram tota Gente præſidens, omnesque ſalutans, & ab eis ſalutatus, debitisque obſequiis honoratus, ſic domum redibat, ſicque ſecum, usque ad alium Majum, domi reſidebat, ac Regni adminiſtrationem, & omnia, quæ, vel domi, vel foris, agenda erant, ac diſponenda, Præfectus Aulæ procurabat &c. Quæ, totidem verbis, apud Eginhartum, in Vita Caroli Magni, ſub initium ſtatim, reperiuntur; unde ſua hauſerunt Hieronymus Gebvilerus, de Libertate Germaniæ, cap. 4, apud Schardium, Tom. 1, Rer. German. p. 221; & Nauclerus, in Chonographia, Vol. 2, Generat. 26, f. 110; Add. Chronicon Hildenſienſe, ad an. 750, apud Dn. Obrechtum, Prodrom. Rer. Alſat. cap. 9, pag. 195. Anno 750 Incarnationis Dominicæ, mittit Pipinus Legatos Romam, ad Zachariam Papam, ut interrogarent de Regibus Francorum, qui ex ſtirpe Regia erant, & Reges appellabantur, nullamque poteſtatem in Regno habebant, niſi tantum, quod chartæ, & privilegia, in nomine eorum, conſcribebantur: poteſtatem vero Regiam penitus nullam habebant, ſed, quod Major Domus Francorum volebat, hoc faciebant &c. & Paulus Æmilius, ſub Clotbario IV: Regum jam nomenclatura tantum eſt, omni vi dominandi in Magiſtris Equitum ſita. Ad id faſtigium conſcenderunt, Regibus ſocordiæ luxuriæque ſe mancipantibus, ac illa magna Clodovæi indole exoleſcente. Quantoque magis illi ſummam rerum abs ſe, ut gravem, moleſtamque, rejiciebant; tanto magis hi jus ſuum, incrementaque virium authoritatisque ampliora faciebant, ac, ut animus mortalium inexplebilis eſt, præſentis fortunæ muneribus, novas ſemper ſibi vires parientes, ad Summam paulatim enitebantur &c.

(2) Majores Domus, & Palatini Comites Synonyma videntur Frehero ad A. B. cujus verba repetit Dn. Solnerus, cap. 5 Hiſtor. Palat. p. 143, addens: Quos Franci & Hiſpani Majores Domus, ſeu Palatii Comites, hos Romani: Prætorio Præfectos; Græci: Curopalates; Longobardi: Palatii Rectores; Germani noſtri: Pfalentzgraffen & Sahlgraffen, à Sala, ſeu Palatio - - - - dixere &c. Ill. Dn. Coccejo, J. P. cap. 3, Sect. 6, §. 91, 93 & 94, p. 85 & 85; Dn. Schiltero, Inſt. J. P. lib. 1, Tit. 15, §. 4, p. 166; Beſoldo, Theſaur. Pract. voc. Pfaltzgraven, p. m. 735; Spelmanno, in Gloſſario, voc. Pfaltzgravii, p. m. 458; Dn. Thulemario, cap. 18, Octoviratus, §. 7, p. m. 239; Dn. D. W. Gabrieli Pachelbl, à Gehag, in diſſ. de Originibus Electorum, an. 1705 Halæ habita, §. 4, p. 7 & 8; Aliis; Pithœus vero, in Obſervatione de Comitibus Palatinis, Freheri Originibus Palatinis præfixa, p. 7 & 8; Ill. Spanhemius, lib. de Vicariatu Palatino, p. 64; Schilterus de Libertate Eccleſ. German. lib. 2, cap. 7, §. 1 & 3, p. 171 & 172, & quos nominat Dn. Tolnerus l. c. pag. 142, Paræus, Hiſt. Palat. Fauchetus & Blondellus, diſtincta officia fuiſſe arbitrantur. Quam poſteriorem ſententiam juvat (1) Quod Palatii Comites nunquam abſoluta illa poteſtate ſint gaviſi, qua Majores Domus, cujus modo facta mentio; Vid. Dn. Tolnerus l. c. cap. 4, p. 110; (2) Unicus duntaxat fuerit Major Domus; Comites Palatini vero plures ſimul, diverſi licet ordinis; vid. ſeq. lit. b, v. 2; (3) Illi in Comitiis eligerentur, vid. ſeq. v. 3 & 4, & Eginhartus, ſub initium Vitæ Caroli Magni: Qui honor non aliis à Populo dari conſueverat, quam iis, qui & claritate Generis, & opum amplitudine, cæteris eminebant &c. Dn. Tolner l. c. & cap. 5, p. 144: Hi ab ipſis Regibus; (4) Teſtimoniis, omni exceptione majoribus, id probari queat, v. g. Gregorii Turonenſis, libro IX Hiſtoriarum, cap. 30, apud Freherum Tom. 1. Script. Rer. Franc. pag. 206, ubi, Childebertus vero Rex deſcriptores in Pictavos, invitante Maroveo Epiſcopo, juſſit abire, id eſt, Florentianum, Majorem Domus Regiæ, & Romulfum, Palatii ſui Comitem, ut ſcilicet Populus cenſum, quem tempore Patris reddiderat, facta ratione, innovata re reddere deberet &c. Add. Diploma Hildeberti Regis, an. 697, apud Dn. Mabillon de Re Diplomat. lib. 6, pag. 479. Childebertus, Rex Francorum, Vir Inluſter. Cum Nos, in Dei nomine, Compendio, in Palatio noſtro, una cum Apoſtolicis Viris, in Chriſto Patribus Noſtris, Anſoaldo, Savarico, Turnochaldo, Ebarcio, Grimone, Conſtantino, Urſiniano, Epiſcopis; nec non & Inluſtri Viro, Pippino, Majorum Domus Noſtro; Agnerico, Antenero, Magnechario, Grimoaldo, Optematis; Ermentheo, Adalrico, Jonathan, Comitibus; Vulfolacco, Arghilo, Madlulfo, Domeſticis; Benedicto, Ermedramno, Seniſcalcis: Seo & Hociobercto, Comite Palatii Noſtro, vel cunctis fidelibus &c. Et aliud de an. 703, quo Coenobium Lemauſum Monaſterio S. Germani Pariſienſi vindicatur, l. c. p. 480. Childebertus, Rex Francorum, Vir Inluſter. Cum Nos, in Dei nomine, Carraciaco Villa,

Grimoaldo, Majorem Domus Noſtri, una cum noſtris Fedelibus, reſederimus - - - ut dum Inluſter Vir, Chislemarus, Comes Palatii Noſter, teſtimoniavit &c. Ut & Placitum *de Mercato S. Dionyſii* an. 710 ejusden Regis, l. c. pag. 482. *Aleſerebant adverſus agentes Inluſtri Viro, Grimoaldo, Majorem Domus Noſtra - - - - Sed dum ac cauſa taliter acta, vel definita, ſeu inquiſita, vel judicata, in quantum Inluſter Vir, Sigofridus, Comis Palatii Noſtri, teſtimoniavit &c.* In alio Placito, ejusdem anni, l. c. legitur: *Sed poſtea Ipſe Vir Grimoaldus, Majorem Domus Noſter, una cum Noſtris Fidelibus - - - proinde Nos taliter, una cum noſtris Proceribus, conſtetit dierevisse, in quantum Iuluſter Vir, Bero, Comis Palatie Noſtre, vi ad vice itemque Iuluſtri Viro, Grimberchto, Comite Palatii Noſtro, adſtare videbatur, teſtimoniavit &c.* In alio, quo, an. 748, manſus quidam apud *Marolium*, Dionyſiano Cœnobio traditur l. c. pag. 489, ita: *Cum reſediſſet Inluſter Vir, Pippinus, Major Domus, vernoin Palatio Publico, ad univerſorum cauſas audiendas - - - - proinde Nos* (Childericus Rex) *taliter, una cum Fidelibus Noſtris, id eſt, Haginone, Theudeberto, Remedio, Garehardo, Fulcario, Bovilone, Walcherio, Rauchingo, & Ermenaldo, Comite Palatii Noſtro, vel reliquit quam pluribus, viſi fuimus judicaſſe - - - - Datum, menſe Februario, die XI, Anno V, Childerici Regis. Willecharius juſſus recognovit &c.* In alio, quo, an. 751, Vicum *Curborium, Fulrado,* Abbati S. Dionyſiano, contra *Raganauam,* Abbatiſſam *Septemolæ*, addixit, l. c. pag. 490. *Cum reſediſſet Inluſter Vir, Pippinus, Majorem Domus, Attiniaco in Palatio Publico, ad univerſorum cauſas audiendum, vel recta judicia terminaudum - - - - proinde Nos taliter, una cum Fidelibus noſtris, id ſunt: Nebulfo, Dadone, Diddone, Chagnerio, Raſone, Wineram, qui in vice Comete Palatii Noſtro, adſtare videbantur - - - Wineramuus recognovit, & ſubſcripſit. Datum quod fecit menſis Junius, dies 20, annum nono Childerico Rege &c.* (5) Sublato *Domus Majoratu*, dignitas Palatini Comitis fuerit conſervata. De aliis ne dicam, clare docentibus diverſum, & quidem excellentius longe, *Majoris Domus*, officium fuiſſe, officio *Comitis Palatini*, de quo ſeq. lit. b. v. 2.

(3) Quo tempore cœperint, certo dici nequit. Conſtat autem, *Badechiſilum* quendam, Epiſcopum poſtea Cenomanenſem, jam *Clotharii I*, Francorum Monarchæ, Aulam direxiſſe, vid. *Gregor. Turon.* lib. 6, cap. 9, p. m. 128. *Non multum poſt tempus, mutata ſententia, in Badechiſilum, Domus Regia Majorem. transfertur Electio &c.* Poſt Eum, *Major Domus* fuit *Gundolandus*; Vid. *Erchanbertus*, & *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Majores Domus*, p. 354.

Mortuo *Chlotario*, an. 562 vel 563, diviſa, inter Filios Ejus, Monarchia, plures inde ſurrexere *Majoratus Domus.* Sic in AUSTRASIA, ſub *Sigeberto I*, Ejus filio,

Chrodinum eminentiſſima hac dignitate decoratum, teſtatur *Aimoinus*, lib. 3, de *Geſt. Franc.* cap. 4, p. m. 299. *Hæc* (Brunichildis, Sigeberti Conjux) *ut in Regnum confirmata eſt, Gogonem, qui ſe ab Hiſpaniis abduxerat, inviſum Regi, Sigeberto, fecit. Huic denique Gogoni, cum in Iuſantia Sigeberti, omnes Franci de Regno Ejus, Chrodinum, Majorem Domus elegiſſent, Virum probum, ac timoris Dei pleuum, ille oblato ceſſit honore - - - - - ad domum Gogonis, cum quibusdam Palatii Primatibus, properat; & brachium ejus collo ſuperponens ſuo, ſignum futuræ dominationis dedit, eique dixit: Dominus Noſter, Rex Sigebertus, cœtusque Reipublicæ noſtræ, Comitem me deſtinaverant fore Domus Regiæ: hoc ego nunc Tibi cedo munere; utere felix meo privilegio, quo me ſponte carere profiteor. Hujus exemplum cæteri, qui aderant, Proceres ſecuti, Gogonem Majorem Domus acclamaverunt &c.* Conf. de hoc *Chrodino*, & Ejus Succeſſore *Gogone*, *Geſta Francorum Epitomata*, cap. 58 & 59, apud *Freherum*, T. 1, *Rer. Franc*, p. 107.

Rado, poſt *Gogonem*, eandem rexit Aulam. Vid. *Fredegarius*, cap. 42, apud *Freherum* l. c. pag. 133; *Aimoinus*, lib. 4, cap. 6, *Du Freſne*, Gloſſar. voc. *Majores Domus*, pag. 355; Dn. *Tolnerus* l. c. pag. 144. Poſt hunc,

Florentianus, idem munus obiit, in Aula *Childeberti 2, Sigeberti* filii. Vid. *Gregor. Turon.* lib. 9, cap. 30, præced. v. 2. *Du Freſne* l. c. Dn. *Tolnerus* l. c. Excepit Eum

Vulfoadus, ſub eodem Rege. Vid. *Geſta Franc. Epitom.* cap. 45, apud *Freherum*, pag. 81; Fragment. de *Majoribus Domus*, apud *Pithœum*, p. 226; *Du Freſne* l. c. *Tolnerus* l. c.

Warnacharius, ſub *Theodorico 2*; Vid. *Fredegarius*, cap. 18, p. 123; *Du Freſne* l. c.

Pipinus Senior, ſub *Clothario 2, Dagoberto Magno, & Sigeberto 3*; Vid. Vita *Pipini*, apud *Surium*, 21 Febr. p. 182; Vita *S. Virgilii* Salisburg. cap 2 & ſeqq. apud eundem 27 Nov. p. 614; Vita *S. Wirouis*, Epiſcopi Scotiæ, cap. 4 & 5, apud eundem, 8. Maji, p. 69; *Stephanus* Leodienſis, in vita *S. Modoaldi* Trevirenſis, cap. 2 & 3, apud eundem, 11 Maji, p. 167; *Geſta Francor. Epitom.* cap. 41, pag. 80, & cap. 42, & 43, pag. 81; Chronicon *Egoliſmenſe S. Eparchii*, apud *Schilterum*, de

Script.

Digitized by Google

Script. Rer. Germ. haud procul ab initio; *Regino* ad an. 605; *Hermannus Contract.* ad an. 631 & 646; *Wilhelmus Malmesbur.* Annal. Angl. lib. 1, pag. 25; *Sigebertus Gemblac.* ad an. 647, quo Eum defunctum docet; & in Vita S. *Sigeberti*, Francorum Regis, cap. 1, & 2, apud *Surium* 1. Febr. p. 30.

Grimoaldus, Ejus filius, ſub *Sigeberto III, & Dagoberto III;* Vid. *Geſta Franc. Epitom.* cap. 43, pag. 81: *Sigebertus, Rex Auſtraſiorum, Pipino defuncto, Grimoaldum, Filium Ejus, in Majorem Domatus ſtatuit &c.* Quibus mox annectuntur: *Decedente vero tempore, defuncto Sighiberto Rege, Grimoaldus, Major Domus, filium Ejus parvulum, nomine Dagobertum totondit; Didonemque, Pictavenſis Urbis Epiſcopum, in Scotia, ad peregrinandum Eum dirigens, filium ſuum in Regno conſtituens. Franci itaque commoti, atque vehementer indignati, Grimoaldo inſidias præparant; Eumque eximentes ad condemnandum Regi Francorum Chlodoveo defertur.* (deferunt) *Cum Pariſius Civitate in carcere mancipatus, vinculorum cruciatu conſtrictus, ut erat morte dignus, quod in Domino ſuo exercuit, ipſius mors valde cruciatus finivit &c.* Conf. *Aimoinus* lib. 4, cap. 42, & 49; *Fredegarius*, cap. 85, p. 149; Vita *S. Modoaldi* cit. cap. 3 & 4; *Notgerus*, in Vita S. *Remacli* Trajectenſis, cap. 14, 20, & 21, apud *Surium*, 3 Sept. p. 26 & 28; Vita S. *Pipini* l. c. cap. 18, p. 32; *Hermannus Contract.* an. 644; *Sigebertus Gembl.* ad an. 647, 657 & 658.

Verſa vice, in Aula FRANCICA, *Chilperici*, Sueſſionenſium Regis, *Sigeberti* Auſtraſiorum, Germani, *Majoratui Domus* præfuit:

Landericus, *Fredegundis* Reginæ, turpiſſimæ libidinis mancipium; teſte *Aimoino* lib. 3, cap. 57, p. 337; Conf. *Geſta Franc. Epitom.* cap. 35 & 36, pag. 76 & 77; *Fredegarius* cap. 25, p. 125; *Ado Viennenſis*, ad an. 564; *Regino* ad an. 517; *Hermannus Contract.* an. 585; Poſt Eum floruit:

Gundoaldus, ſub *Clothario* 2; Vid. *Geſta Franc. Epitom.* cap. 41, pag. 79: *Erat, poſt Landericum, Gundoaldus, Nobilis Major Domus, in Aula Regis, vir Egregius atque induſtrius &c.* Du *Freſne* l. c. Hinc

Erconaldus, ſub *Dagoberto*, & *Chlodoveo* 2; Vid. *Geſta Franc. Epitom.* cap. 42, p. 80: *Defuncto Gundoaldo, Majore Domus inclito Dagobertus Rex Erconaldo, Viro Inluſtri, in Majorem Domatus ſtatuit &c.* In Chronico *Fredegarii*, cap. 79, 80 & 83, p. 147 & 148, rectius vocatur *Gundoaldi* ſucceſſor, *Æga*; *Reginoni* ad an. 612, *Ega*, aliis *Æganes &c.* Conf. *Aimoinus*, lib 4, cap. 27, 35 & 36; *Geſta Dagoberti*, cap. 24, 43, 46, 47; Chron. S. *Maxentii*, ſeu *Malleacenſe*, lib. 1, apud *Labbeum* T. 2. *Biblioth. M. S.* pag. 191; *Bucelinus*, *Hiſtor. Agilolfingica*, part. 2. *Germaniæ Stemmatographica*, p. 356; *Du Freſne*, l. c. pag. 354. Quem ſecutus.

Erchinoaldus, ſub laudatis Regibus. Vid. *Fredegarius*, cap. 84, pag. 148: *Poſt diſceſſum Æganæ, Erchinoaldus, Major Domus, qui Conſanguineus fuerat de Genere Dagoberto, Major Domus Palatii Chlodovei efficitur &c.* Conf. cap. 89 ad 92, p. 150 ad 152; *Geſta Dagoberti*, cap. 48; *Sigebertus Gembl.* ad an. 645 & 662; *Albericus, Monachus trium Fontium*, ad an. 661, p. 54, quo Eum defunctum tradit. Chronicon *S. Maxentii* vulgo *Malleacenſe*, lib. 1, apud *Labbeum* T. 2. *Biblioth. MS.* p. 193; Chronicon MS. *Eberſheimenſe*, apud *Schilterum*, Diſſ. de *Curiis Dominicalibus*, Commentario in *Codicem Jur. Feud. Alaman:* annexa, pag. 574; *Du Freſne* l. c. *Mabillon de Re Diplom.* lib. 4, pag. 311; *Bucelinus* l. c.

(4) Ultima Fata trahente *Clodoveo* 2, an. 660, pauloque poſt, ut modo dictum, *Erchinoaldo*, Majore Domus, Filii Ejus & hæredes: *Clotharius* 3, *Childericus* 2, & *Theodoricus* 3 ſeparatos iterum *Majores Domus* conſtituerunt. Quam Præfecturam, in FRANCIA, ſub *Clothario III*, &, ab ejus obitu, *Theodorico* 3, geſſit

Ebroinus, de quo hæc in *Geſtis Francor. Epitom.* cap. 45, p. 81: *Defuncto Erquinaldo, Franci, in incertum vacillantes, præfinito conſilio, Ebruino, hujus honoris altitudine, Majorem Domo in Aula Regis ſtatuunt &c.* Conf. *Urſinus*, in Vita *S. Leodegarii* Auguſtodunenſis, cap. 4 & ſeqq: apud *Surium* 2. Octob. p. 12 ad 14; *Fulbertus*, in Vita *Aichardi*, *Gimeſienſis* Abbatis, cap. 7 & 8, apud eundem, 15. Sept. pag. 154; Homo turbulentus erat, cujus cauſa vel ipſum *Theodoricum* Regem, ſolio deturbatum, teſtatur *Sigebertus Gembl.* ad an. 667: *Theodoricus Rex, propter inſolentiam Ebroini, à Francis repudiatur, & frater Ejus, Hildericus, qui in Auſtria regnabat, à cunctis, ad regnandum, evocatur. Porrò, Theodoricus & Ebroinus tonſorantur; & Theodericus Pariſiis, in Cœnobio S. Dionyſii, Ebroinus, in Luxovio, relegantur. Hildrici, Major Domus erat Vulfradus &c.* Nituntur hæc auctoritate *Geſtorum Frantorum Epitomatorum* cap. 45, p. 81: & Chronico *Fredegarii*, cap. 94, p. 152; Non multo poſt, interfecto *Childerico* inſidiis *Bodilonis*, (*Bodileni, Bodolerni*) ad ſtipitem cæſi, Nobilis Franci, in integrum reſtitutus *Theodoricus*, *Leudeſio*, *Erchinoaldi* filio, *Majoratum Domus* credidit; Vid. *Geſta Franc. Epitom.* l. c. pag. 82: *Childericus, levis nimis, omnia incaute peragebat, donec inter eos odium maximum & ſcandalum crevit, Francos valde opprimens, è quibus unum Francum, nomine Bodolernum, ad ſtipitem tenſum, cædi valde, ſine Lege, præcepit. Hæc videntes Franci, in ira magna commoti, Ingobertus videlicet, & Amalbertus,*

& reliqui Majores natu Francorum, ſeditionem contra ipſum Childericum concitantes. Bodolernus ſuper Eum, cum reliquis ſurrexit inſidiatoribus, Regem interfecit, una cum Regina Ejus prægnante, quod dici dolor eſt. Vulfoaldus quoque per ſugam vix evaſit, in Auſter reverſus. Franci vero Leudeſium, Filium Erchinaldi Nobilem, in Majorem Domus Palatii, eligunt &c. *Fredegarius* cap. 95, pag. 153; *Sigebertus*, ad an. 679; Chronicon *Ebersheimenſe*, apud *Schilterum* l. c. Chron. *Malleacenſe*, apud *Labbeum* l. c. pag. 193; *Albericus Monachus trium Fontium*, an. 678, p. 58; Enimvero, *Ebruinus, audiens hæ diſſenſiones, conſilio accepto, Francos invicem diſcordantes, convocatis in auxilium ſociis, perſonis quamplurimis, cum multo comitatu exercituum, à Luxovio Cœnobio egreſſus, in Franciam regreditur ---- Leudeſium occidit, Regem Theodoricum in Regnum reſtitutum,* (reſtituit) *ipſe ſuum Principatum ſagaciter reſtauravit &c.* Ita *Fredegarius*, cap. 96, pag. 253; Conf. *Geſta Franc. Epit.* cap. 45, pag. 82; *Sigebertus* ad an. 680; *Albericus* ad an. 679, p. 58. Hac rerum facie, rediit in gratiam *Theodorici*, *Ebroinus*: vid. *Sigebertus* ad an. 685, & *Albericus* ad an. 684, qui an. 687, *Pipinum*, Majorem Domus in *Auſtraſia*, ducemque *Martinum*, debellavit; Vid. *Geſta Francorum Epitom.* cap. 46, p. 82; *Fredegarius*, cap. 97, p. 153; *Sigebertus* ad h. a. *Marianus Scotus*, an. eod. *Albericus*, ad an. 686, p. 62; Tandem vero, an. 688, occiſus. Vid. *Geſta Francorum Epitom.* cap. 47, p. 82; *Ebroinus itaq; magis ac magis Francos crudeliter opprimebat, donec tandem Ermenfredas Francas inſidias parare deſimulat. Ille quoque, per noctem, clam ſuper Eum conſurgens, atrociter præfatum Ebroinum interfecit, atque ad Pippinum, in Auſter fugiens evaſit.* Conf. *Aimoinus* lib. 4, cap. 46; *Fredegarius*, cap. 98, p. 154; *Marianus Scotus*, an. 688; *Sigebertus*, an. eod. *Albericus*, an. eod. p. 64; Excepiſſe Eum,

Warathonem, ſub *Theodorico III* Rege, documento ſunt *Geſta Franc. Epitom.* l. c. pag. 83, ubi, *Ebroino* occiſo, additur: *Franci vero, conſilio accepto, Waratonem, Virum Inluſtrem, in loco ejus, cum juſſione Regis, Majorem Domum Palatio conſtituunt.* Conf. Fragment. de *Majoribus Domus*, apud *Pithæum* p. 227; *Fredegarius* l. c. *Aimoinus* l. c. *Fridegodus*, in Vita S. *Audœni*, Rothomagenſis Epiſcopi, cap. 26 & 29, quo poſteriori loco, *Major Domus, ſive Magiſter Equitum*, vocatur, apud *Surium* 24 Aug. p. 261; *Angradus*, in Vita S. *Ansberti*, Rothomagenſis, cap. 22, apud *Surium*, 9 Febr. p. 49; *Sigebertus* l. c. *Albericus* l. c. Ejusdem, ut & *Ebroini*, mentio ſit in Diplomate ipſius *Theodorici* Regis, an. 660 (forſan 690) Monaſterio S. *Dionyſi* dato, apud *Mabillonium*, de *Re Diplom.* lib. 6, p. 471: *Qui fuit Inluſtribus Viris, Ebroino, Warattune, & Ghislemaro, quondam Majoris Domos Noſtros*; &c. Huic ſucceſſit

Berchàrius, ſeu *Bertharius*, Ejus Gener, ſub eodem Rege; Vid. modo dictum Diploma *Theodorici* Regis l. c: *Nos ipſa Villa de Fiſco noſtro, ad ſugeſtionem præcelſa Regina Noſtra, Chrodechilde, ſeo & Inluſtri Viro Berchario, Majorem Domos Noſtra &c.* In ordinem redactum à *Pipino* an. 691, & ab adulatoribus jugulatum, ſiſtunt *Geſta Francor. Epitom.* cap. 48, p. 83: *Waratus defunctus eſt. Fuitque Ei Matrona Nobilis ac ingenioſa, nomine Anſefledis. Franci namque in diverſa tendentes, vacillabant: interdum Bertharium quendam, ſtatura puſillum, ſapientiæ ignobilem, conſilio inutilem, in Majorem Domatus oberrantes ſtatuunt. Franci invicem diviſi, Pippinus in Auſter conſurgens, commoto hoſte quamplurimo, contra Theudericum Regem, & Bertharium, aciem dirigit, convenientesque ad prælium, in loco nuncupante Textricio, illisque inter ſe belligerantibus, Teudericus Rex cum Berthario, Majore Domo, terga verterunt. Pippinus quoque Victor exſtitit. Procedente itaque tempore, ipſe Bertharius, ab adulatoribus ſuis occiſus eſt, inſtigante Ansflede. Poſthac Pippinus, Teuderico Rege, cœpit eſſe Princeps Regiminis, ac Major Domus. Theſauris acceptis, Nortbertum, quendam de ſuis, cum Rege relictum, ipſe in Auſtriam remeavit &c.* Conf. *Fredegarius*, cap. 100, p. 154; *Aimoinus* lib. 4, cap. 47; *Ado Viennenſis*, p. 203; *Sigebertus Gemblac.* ad an. 689 & 691; *Erchanbertus*; *Albericus* ad an. 690 & 691, pag. 64 & 65; *Wilhelmus Malmesburienſis*, de *Geſtis Regum Angl.* lib. 1, p. 25, ad an. 687.

Nortbertus, ſub *Clodoveo III* & *Childeberto III.* Vid. Fragment. de *Majoribus Domus*, p. 227; *Geſta Franc. Epitom.* cap. 48 & 49. p. 83; *Aimoinus*, lib. 4, c. 47. *Du Freſne* l. c. pag. 355.

(5) In Aula vero *Childerici* 2, AUSTRASIÆ Regis, laudati *Clotharis III*, cujus *Major Domus Ebroinus* erat, Germani fratris, *Palatii Præfecturam* moderatus eſt

Vulfoadus ſeu *Vulfradus*, &, eo mortuo, an. 687, vel 688,

Pipinus, filius *Anſechiſi* Com. Palat. & *Begga*, *Pipini* ſenioris filiæ, ſub eodem *Childerico*, Ejusque nepote, *Childeberto* 3. Vid. *Sigebertus*, ad an. 687: *Vulfrado, Majore Domus, mortuo, Pipinus, filius Anſegiſi, principatur in Auſtria, cum Duce Martino &c.* Conf. *Geſta Francor. Epitom.* cap. 46, p. 82: *Decedente Vulfoaldo de Auſter, Martinus & Pippinus Junior, filius Anſegiſeli, quondam decedentibus Regibus, Dominabantur in Auſter &c.* *Fredegarius* cap. 97,

Digitized by Google

97, p. 153; *Aimoinus*, lib. 4, cap. 45. Auctor Vitæ S. *Boniti*, Avernorum Epiſcopi, cap. 1, apud *Surium*, 15 Januar. p. 245, ubi: *Pipinus, Magiſter Equitum, curam Palatii & Regni gerens, cuncta fere pro ſuo moderabatur arbitratu &c.* *Hildebertus* Rex, in Diplom. an. 697, præced. v. 2; *Paulus Diaconus*, de *Geſtis Longobardorum*, lib. 6, cap. 12, p. m. 436, & cap. 13, p. 437; *Angradus, Vit. S. Ansberti*, cap. 12, apud eundem, 19. Febr. p. 92. Vita *S. Evermari* Martyris, cap. 1, apud eundem, 1 Maji, p. 10; *Arnoldus* in Vita *S. Godehardi*, Hildeſienſis, lib. 1, cap. 1, apud eundem 4 Maji, p. 56, & Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.* pag. 483; *Marcellinus*, in Vita *S. Swiberti* Verdenſis, cap. 15, apud *Surium* 1 Mart. p. 13; *Stephanus*, Abbas Leodienſis, in Vita *S. Modoaldi* Trevirenſ. Archi-Ep lib. 1, cap. 2 & ſeqq. apud eundem, 12 Maji, p. 167 ad 169; *Hermannus Contractus*, ad an. 688; *Marianus Scotus*, eod. anno; *Sigebertus Gemblac.* in Vita *S. Sigeberti*, Francorum Regis, cap. 7. apud *Surium*, 1 Febr. pag. 32; *Annales Hildenesheimenſ.* ſub initium, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 710; *Chronographus Saxo* ad an. 688, apud eundem, Tom. I. *Acceſſionum Hiſtor.* p. 105; *Chronicon Lemovicenſe*, ad an. 687, apud *Labbeum*, Tom. I. *Biblioth. MS.* p. 332; *Chron. Andegavenſe*, ad an. 678 (688) ibid. p. 283; *Chron. Leodienſe*, ad an. 687, ibid. p. 335; *Chron. Metenſe*, ad an. 688, ibid. pag. 344; *Albericus, Monachus trium Fontium*, ad an. 686, p. 62; Infauſtum prælium cum *Ebroino* commiſit, ceu præced. v. 4. pag. 932 monui; verſa vice, *Bertharium, Majorem Domus Theodorici III*, Francorum Regis, in ordinem redigens, & iſtum Principatum obtinuit ſponte iterum *Nortberto* cuidam creditum, ut l. c. teſtimoniis firmavi. Quantæ fuerit auctoritatis, vel inde judicandum, quod *Childeberto III*, ceu mox dicam, *Grimoaldum*, filium ſuum, motu proprio, *Majorem Domus* præfecerit; Ejusque ex fratre, *Drogone, nepotem, Teudoaldum, Dagoberto III, Childeberti III,* filio, non niſi Regum nomina præ ſe ferentibus, poteſtate omni penes ipſum reſidente. Ad plures tandem abiit Princeps grandævus, an. 714, Vid. Annales *Francici, Fuldenſes*, vel *Laureshamenſes*, apud *Lambecium*, lib. 2, *Comment. Bibliothecæ Cæſareæ*, cap. 5, p. 366: *Pippinus, Dux Francorum, filius Anſchiſi, poſt mortem Wolfuhaldi Ducis, partem Auſtriæ regebat, obtinuitque Regnum Francorum, per annos viginti ſeptem, cum Regibus ſibi ſubjectis, Hluduwigo, Hildiberto & Dagoberto: moritur Anno ſecundo Anaſtaſii Imperatoris, qui eſt, ab Incarnatione Domini, Annus DCCXIIII.* Ecce! mentio ſit Ejus Regni, id eſt Præfecturæ Palatii, more Regio geſtæ. Eadem occurrunt in Codice *Pithœano*, p. m. 1, addito duntaxat, poſt an. 714: *in menſe Decembri.* Conf. *Herman. Contract.* ad an. 714. *Cod. Nov. Urſtiſ.* pag. 294; *Hepidannus*, apud *Goldaſtum*, Tom. I. *Rer. Alaman.* part. 1, ad h. a. *Sigebertus*, an. eod. *Lambertus Aſchaffenburg.* an. eod. *Chronicon Andegavenſe*, an. eod. apud *Labbeum* l. c. p. 283. *Lemovicenſe*, an. eod. ibid. p. 333; *Leodienſe*, an. eod. l. c. pag. 335; *Metenſe*, an. eod. l. c. pag. 344; ſolus *Albericus, Monachus trium Fontium*, p. 73, id rejicit in an. 715. Filius Ejus

Grimoaldus, *Childeberto III*, ab ipſo Parente, *Major Domus* datus eſt, in locum defuncti *Nortberti*, cujus ſub finem v. 4. memini; ita enim Fragmentum de *Majoribus Domus*, apud *Pithœum*, p. 227; *Norberto mortuo, Grimoldus, Pippini filius, Major Domus effectus eſt.* Et, immediatè poſt: *Childebertus vero Rex mox ut migravit ad Dominum, Regnum Ejus ſuſcepit Dagobertus, filius Ejus, adhuc puer. Quo tempore Major Domus Grimaldus, Theuſindam, filiam Ratbodi Ducis* (Friſonum) *in conjugem duxit, qui à Rangario Friſone, in Baſilica S. Lamberti peremptus eſt, Pro quo, Pater ejus, Pippinus, Teudoaldum, filium ipſius, quem ex alia conjuge habuerat, in honore Patris conſtituit &c.* Conf. Placitum *Childeberti* Regis ann. 703, & aliud an. 710, præced. v. 2; *Geſta Franc. Epitom.* cap. 49 & 50, pag. 83 & 84; *Fredegarius*, cap. 101, 102 & 104, p. 155; *Aimoinus* lib. 4, cap. 48, 49 & 50; *Sigebertus Gemblac.* ad an. 699, ubi: *Grimoaldus - - - a Patre Pipino, in Aula Hildeberti Regis, Major Domus ſtatuitur &c.* *Marianus Scotus*, an. 711, de obitu ejus, pergit *Sigebertus*, ad an. 713; *Grimoaldus, Major Domus, Leodii, ante Altare S. Lamberti, orans, à Ranigario, Satellite Rabodi, Ducis Friſonum, perimitur, & Theodoaldus, filius Drogonis, ab Avo ſuo, Pipino, Major Domus ſtatuitur &c.* Conf. *Albericus*, eod. an. p. 72; Annales *Pithœani* vero p. 1, id referunt in an. 714. Minimum, depoſuit mortales exuvias, vivo adhuc Patre, utpote qui, eo mortuo, *Majoratum Domus* demandavit nepoti.

Theodoaldo, de quo modo dicta teſtantur; Conf. *Erchanbertus*, & *Du Freſne* l. c. pag. 355. Extincto an. 714, *Pipino*, *Majoratum Domus* ſortitus eſt, alter filiorum Ejus, ex *Alpaide* natus:

Carolus Martellus, ſub *Dagoberto III, Lothario IV, Chilperico & Theodorico IV, Dagoberti III*, filio; quamvis noverca ejus, *Plectrudis*, cuſtodia eum detineret, laudatamque non ſolum Præfecturam, *Theodoaldo* abrogatam, *Raginfredo* cuidam offerri, ſed & poſt *Dagoberti III*, fata, *Chilpericum*, ejus fratrem, excluſo filio, *Theodorico*, in ſolium evehi curaret. Quæ tamen cuncta poſtmodum immutabantur; nam juxta Annales *Pithœanos* pag. 1 & ſeqq. an. 715, recuperans Carolus libertatem, *Raginfredo* & *Chilperico* arma intulit, Eosque, an. 717, in *Vinciaco*, gravi prælio caſtigavit, Pariſios usque fugatos, an. 718, adacta *Plectrudide* ad reddendos ſibi Patris, *Pippini*, theſauros,

ros, *Lotharium* in *Chilperici*, ad *Eudonem*, Aquitaniæ Ducem, confugientis, locum, Regem conſtituit, anno licet 719 fato functum. Sequenti 720, relinquente etiam has res *Chilperico*, per Legatos, in Regnum revocato, tradidit Princeps noſter *Theodorico IV*, ſceptra, indeque ann. 721, *Raginfredum* denuo in fugam conjecit, potitusque *Andegavo*, de *Saxonibus* triumphavit, an. 722. *Alamannos* & *Bavaros* armis ſubegit; ann. 724, 725 & 726, *Eudonem*, ferentemque ei auxilia Saracenorum Regem, *Abdiramam*, in ordinem redegit; an. 727, *Lugdunum*, reliquasque Burgundiæ Civitates, occupavit; an. 728, mortuo, *Eudone*, *Aquitaniam* legibus ſuis ſubdidit; an. 729, victo Duce *Poppone*, *Friſiam* victor ingreſſus eſt; ann. 730 & ſequentibus, dictos Sarracenos, una cum eorum Rege, *Albirua*, *Occitania*, ſeu *Languedocia* pepulit; an. 737. Saxones tributarios ſibi fecit; an. 738, & 739, *Provinciam* à Mauris purgavit, ſicque Pacem & quietem in Franciam reduxit. Tandem, ut ipſis Annalium verbis utar, *Anno 741, Carlus, anno Ducatus ſui 28, moritur Pariſiis, & apud S. Dionyſium ſepelitur. Cujus filii Carlmannus, & Pipinus, ſub obtentu Major Domatus totius Franciæ Regnum ſuſcipiunt, & inter ſe dividunt &c.* Conf. de his *Annales Fuldenſes Freberiani*, ad ann. 714 ad 741; *Annales Fuldenſes* apud *Lambecium* lib. 2. *Biblioth. Cæſar.* cap. 5, p. 366, ad 368; *Paulus Diaconus*, de *Geſtis Longobard.* lib. 6, cap. 13, p. 437; *Fredegarius*, cap. 104, ad 110, p. 155 ad 159; *Hincmarus*, in vita S. *Remigii*, Remorum Epiſcopi, apud *Surium*, 13 Januar. p. 185; Chronicon *Egolumenſe S. Eparchii*, apud *Schilterum*, de *Scriptorib. Rer. Germ.* p. m. 46; *Fragmentum Pithœanum*, de *Majoribus Domus*, p. 227 & 228; *Hermannus Contractus* ad an. 714 ad 741; *Marianus Scotus*, ad eosdem; *Sigebertus Gemblac.* ſub iisdem; *Lambertus Aſchaffenburg.* ſub iisdem; Vita S. *Prudentii*, apud *Labbeum*, Tom. 2. *Biblioth. MS.* p. 6:8; *Paſſio S. Theofredi* Martyris, ibid. pag. 685; *Chronicon Lemovicenſe*, ad ann. 716, 718 & 741, ibid. Tom. 1, pag. 333; *Wezeliacenſe*, ad ann. 716, 717, 732, 735, & 741, ibid. p. 394; *Aquitanicum*, ibid. Tom. 2, p. 735; *Chronographus Saxo*, ad an. 715, p. 109; & an. 716, 727, 728, 729, 732, 733, 735, 736, 737, 738, 739 & 740, p. 111 & 112; referens tamen perperam p. 113, ejus obitum, in an. 742. *Albericus*, ad an. 714, ad 741, p. 73 ad 83. Annum deceſſus ejus inſuper probant *Annales Reuberiani*, ad ann. 741, pag. 15; *Regino*, an. eod. aliique, quorum præced. Tit. 2, §. 10, lit. q, v. 8 & 9, pag. 212 & 213, & Tit. 4, §. 5, lit. a, v. 22, pag. 343 &c. facta mentio.

Carolomannus & Pipinus igitur, *Caroli Martelli* filii, titulo *Majorum Domus*, totius Franciæ adminiſtrationem inter ſe diviſerunt, ut præced. Tit. 2, §. 10, lit. q, v. 8 & 9, pag. 212 & 213, monitum; Anno 747 vero, ut *Pithœani Annales*, pag. 5. loquuntur: *Carlmannus, relicta, quam tenebat, poteſtate, Romam vadit, ibique, mutato habitu, Religioſe victurus, in Caſſinum ad S. Benedictum ſecedit, & Monachus efficitur &c.* Quæ *Annales Fuldenſes Freberiani* h. a. & *Reuberiani* ad ann. 746; *Regino*, ad eundem; *Hermannus Contract.* apud *Urſtiſium*, p. 297, ad an. 747; *Lambertus Aſchaffenburg.* an. eod. *Marianus Scotus*, an. eod. *Sigebertus* ad ann. 746; *Chronographus Saxo*, ad ann. 747, p. 114; *Albericus*, an. eod. p. 84; aliique multi, comprobant, ſicque *Pipinus* ſolus rerum ſummam, pro arbitratu ſuo, moderatus eſt, donec, ann. 751, *Childerico* Rege in Cœnobium detruſo, ſolium ipſum conſcenderet; de qua re, ſupra l. c.

(6) De *Majoribus Domus*, Aulæ *Burgundica*, ſub *Theodorico* 2, *Childeberti* 2, Auſtraſiæ Regis filio: *Warnachario, Berthoaldo, Protadio* & *Claudio*: nec non *Flaocato*, *Majore Domus*, ſub *Clodoveo* 2, evolvas Auctores, a *Du Freſne*, voc: *Mojores Domus*, p. 355 & 356, hanc in rem adductos.

(*b*) COMITES PALATINI &c. De Etymologia horum Comitum, legitur in antiquiſſimo Codice *Speculi Saxonici*, ann. 1488, Lipſiæ impreſſo, lib. 3, Artic. 47, (qui in recentioribus Editionibus eſt Art. 35,) & quidem in Gloſſa: *Deſſe Name Palantz Greve, is toſamende geſettet, van Walſchem und van Dudeſchem; ein Palantz bedudet ſik ein bedwungen Ryke; und eyn Greve, bedudet ſik ein Richter, na olden Saſſeſchen. Darumme heyten etlyeke: Gogreven, dat ſint Ge Richtere; und Dink-Greven, dat ſint Burmeſtere; und Borch-Greven, dat ſint Borch-Richtere; und Mark-Greven, dat ſint Mark-Richter; und Palantz-Greven, dat ſint Richter eines bedwungen Rykes. Unde in Dudſchen Lande is ein de Hertege to Saſſen; de ander is de Palantzgreve by deme Ryne, das is, de Hertege van Beyeren; unde de Biſſcop von Mentz, de het Palantz von Vranken; unde de Biſſcop van Trere, de het de Palantz van Schwaven; unde de Biſſeop van Colne, het de Palantz van Grone &c.* Idem Etymon, profert *Paurmeiſterus*, lib. 2 de *Juriſdict.* cap. 10. n. 6; eodemque reſpicere videtur *Keineccius*, *von des Adels Herkommen*, p. 38; Aſt riſu hæc digniora, quam refutatione bene monuit *Conringius* de *Republ.* Exercit. VI, de *Judiciis Reipublica German.* t. 90, p. 307; Ubi enim Italis vox *Palantz* ſubactum denotat Regnum? de reliquis, ſomnio ſimilibus, ne dicam; Conf. Ill. Dn. *Thomaſius*, Diſſ. de *Juriſdictionis & Magiſtratuum differentia, ſecundum mores Germanorum*, ann. 1703, Halæ ventilata, pro Licentia diſputante, Dn. *Guilielmo Tobia Stempelio* t. 86, p. 59; *Boxhornium*, qui in *Hiſtoria Univerſ.* ad ann. 988, Eos à *limitanea Imperii ditione*, cui olim præfecti fuerint, appellatos, cen-

ſet.

Digitized by Google

ſet, quandoqnidem *Pfal*, vel *Pael*, nihil aliud quam *limitem* denotat, corrigit Dn. *Thulemarius* cap. 18. *Octobirat.* §. 9, p. 240; *Petro ab Andlo*, lib. 1, cap. 13 & 16, à *Palatio Pipini*, quod *Treviris* exſtruxerit, eos dictos arbitranti, ſe opponit *Strauchius*, Diſſ. Exoter. III, de *Trium Secularium Electorum controverſiis, circa Electionem Imperatoris*, c. 1, p. 63 &c. Qui hoc nomine eos vacari exiſtimant vel à loco *Palas*, haud procul *Moguntia*, ubi Cæſar, *Ammiano Marcellino* teſte, lib. 18, p. 126, *Edit. Lindenbrog.* anno 1609, Rhenum ſuperaverit; vel ab Oppidulo & Arce *Pfaltz*, ad medium fere milliare à *Treveris* ſecundo flumine Moſellæ navigantibus; vel à caſtello, in ipſo Rheni alveo, è regione *Cubæ*, quod *ſpecula* jam vice eſt, & adhuc *die Pfaltz* audit; &c. &c. contrariantur *Frebero*, de *Originibus Palatinis*, lib 1, cap. 2, p. 35 &c. & *Huberto Thomæ Leodio*, de *Origine Palatinorum*, ſub initium. Rectius longe *Spangenbergius*, lib. 10. *des Adelſpiegels*, cap. 16, fol. 305: *Pfaltzgraven haben den Nahmen* à Palatio, *vom Pallaſt; dann* Palatium *heiſſt des Kayſers Hof in den* Provinzien, *oder unterſchiedenen Landen des Ræmiſchen Reichs, da ein Kayſer, wenn er derer Orte war, ſeinen Hof, Sitz, Reichs-Tag, und Gericht hielte &c.* Fundatur hæc ſententia Lib. XI Cod. Tit. 76, de *Palatiis & Domibus Dominicis*, ubi *Theodoſius & Valentinianus* Imperatores: *Conſecratas Nobis ædes, id eſt, inclyta Palatia, ab omni privatorum uſu, & communi habitatione, excipimus &c.* Hinc adhuc hodie Curia *Argentoratenſis*, dulciſſimæ Patriæ meæ, *Pfaltz* nuncupatur. Conf. *Freberus* l. c. pag. 38; *Du Freſne*, Gloſſar. voc. *Palanigravius* p. m. 91, & voc. *Palatia*, p. 93; *Wehnerus*, *Obſervat. Pract.* voc. *Pfalentz*, p. m. 394; *Speidelius*, in *Notabilibus*, voc. *Pfaltzgraſen*, p. m. 712: *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. *Pfalentz*, *Pfaltz*, p. m. 735; *Draco*, de *Origine & Jure Patriciorum*, lib. 3, cap. 1, §. 12. pag. 209 & 210; *Becker* J. P. pag. 168; *Limnæus*, J. P. lib. 4, cap. 4, §. 28, p. 17; Ill. Dn. *Cocejus* J. P. cap. 3, §. 88, p. 82, & §. 92. p. 85; Dn. *Strauchius* l. c. Dn. *Conradus ab Einſiedel*, Tr. de *Regalibus*, c. 2. §. 260, p. m. 266 & 267; Dn. *Thulemarius*, l. c. §. 11 & 12, p. 241, &c. Dn. *Fritſchius*, *Syllog. variorum Tractatuum*, Diſſ. 2, de *Palatiis Principum* cap. 13, §. 9, pag. m. 211; Dn. *Schwederus Introd.* J. P. part. ſpec. Sect 2, cap. 5, §. 15, pag. 793; Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* cap. 5, pag. m. 140, Alii. Unde autem ipſius vocis *Palatii* origo, num ut vero ſimile videtur, à *Monte Palatino* Romæ, à *Romulo*, Ejusque Succeſſoribus, inhabitato? num vero ab Agro Rheatino, *Palatium* appellato? aut à *Pallante*, *Evandri*, qui ex *Arcadia*, factionibus in Patria agitatus, duabus navibus, in Latium, circa Annum Mundi 2710, appuliſſe traditur, Proavo? num à *Pallanteo*, Arcadiæ Oppido? num à *Palentia*, Itali filia? aut aliunde, ſit repetenda? fuſius disquirunt *Fritſchius* l. c. cap. 1, p. 134 &c. *Pithœus*, in Obſervatione de *Comitibus Palatinis*, *Freberi Originibus Palatinis* præfixa, p. 11 &c. *Freberus*, l. c. lib. 1, cap. 2, p. 34 &c. *Thulemarius* l. c. §. 9 & 10, p. 240 & 241; Dn. *Tolnerus* l. c. pag. 137 &c. & *Gothofredus Stockmann*, in Diſſ. de *Juribus Palatii Principalis*, an. 1689, Præſide Ill. *Georgio Adamo Struvio*, Jenæ habita, cap. 1, §. 2 & 3, p. 2 & 3.

(2) Non confundendos eſſe *Palatinos Comites*, cum *Majoribus Domus*, ſub prima ſtirpe Franciæ Regum, poteſtatem Regiæ ſimilem exercentibus, ad præced. lit. a, v. 3, p. 930. inter alia, & hoc argumento, probavi, quod *Palatini Comites* plures ſimul extiterint; *Major Domus* vero parem non tulerit; Scio quidem Ill. *Conringium*, in *Cenſura Diplomatis, quod Lindavienſe Cænobium Ludovico Imperatori acceptum fert*, cap. 8, pag. 127, ſententiam hanc, cum Celeberrimo *Hieronymo Bignonio*, in Doctiſſimo ad *Marcolphi Formulas*, lib. 1, p. 574, Editionis primæ Commentario, eam propugnante, deſuper diſputantem, rejeciſſe; attamen nec me latent, quæ *Mabillonius*, in *Bignonii* defenſionem, lib. 2, de *Re Diplomatica*, cap. 12, §. 14, p. 217, collegit, ſcribens: *Probare non poſſum, quod in eodem libro* (de Cenſura Diplomatis Ludoviciani) *aſſerit idem Auctor* (Conringius) *contra Bignonium, ſcilicet, ſub prima & ſecunda Francica ſtirpe, unum fuiſſe Palatii Comitem, qui, teſte Hincmaro, de omnibus ſecularibus cauſis, vel judiciis, ſententiam ferebat, uti de Eccleſiaſticis Capellanus. Nam, ſub prima ſtirpe, plures fuiſſe Palatii Comites, liquet ex variis Regum Placitis, hic editis. Nam in uno Chlodovei III anno primo, Anſoaldus; & in alio, quod datum eſt Anno Regni Ejus ſecundo, die quinta Maji, nominatur, Warno, Comes Palatii Noſtri; tum in alio, dato Kal. Novembris ejusdem anni, Marſo, Comes Palatii Noſtri; & ſequenti anno, pridie Nonas Martias, in alio Placito, Audramnus, Comes Palatii Noſtri, Childeberti anno Regni XV, nominatur Bertoaldus; Anno XVI, Sigefridus; eodemque Anno, in una Charta, Bero & Grimberthus. Plures item erant regnantibus Carlovingis. Argumento eſt, primo, Aldrici, Epiſcopi Cenomanneſis, precaria, à Clariſſ. Baluzio, Miſcellan. Tom. 3, p. 171, edita, cui ſubſcribunt duo Palatii Comites, Ragenarius & Ramnulfus, ſub Ludovico Pio. Idem probat judicium Caroli Calvi, apud eundem* (Conringium l. c. p. 130) *quod ſubſignant Fulco, Vaſſus Dominicus & Comes Palatii, item Ragenarius, Vaſus Dominicus & Comes Palatii &c.* Conf. *Schilterus*, de *Libertate Eccleſiar. German.* lib. 2, cap. 7, §. 3, pag. 172; Quicquid horum ſit, fatendum eſt, non unius ejusdemque auctori-

ctoritatis fuiſſe Comites Palatinos; alii enim *Comites Palatii*, & alii *Comites Palatini* ſimplices erant; illi *primum*, ut ita loquar, hi *ſecundum* ordinem conſtituebant. Illi, Aulam ſemper ſequebantur; hi, in Provincias miſſi juſtitiam faciebant; Illi, de cauſis majoris momenti judicabant: hi, de minoribus; Illi, chartas publicas teſtimonio ſuo roborabant; hi, non æquè. Exempla præced. lit. a, v. 2, pag. 929 produxi, quibus addas Placitum *Theodorici* Regis, an. 680, de Villa *Bactitione*, apud *Mabillon.* l. c. lib. 6, §. XI, p. 470, ubi: *In quantum Inluſter Vir, Droctoaldus Comes Palatii Noſter, teſtimoniavit &c.* Conf. Placitum *Chlodovæi III*, an. 692, de Lite *Chainonis*, Dionyſiani Abbatis, contra *Ermenoaldum* Abbatem, l. c. §. XV, p. 473. *Pro hac cauſa, Placitum habuerunt initum, & Inluſter Vir, Warno, Comes Palatii Noſtri, teſtimoniavit &c.* Aliud, ejusdem Placitum, ejusdemque anni, de *Hildulfo Villa, Buxito, Bacio ſuperiore & ſubteriore*, ibid. §. XVII, p. 474: *à Proceribus Noſtris, ſicut Inluſter Vir, Anſoaldus Comes Palacii Noſter, teſtimoniavit, fuit judecatum &c.* In alio Placito, ſub eodem, ejusdemque anni, de *Notido*, ſuper fluvium *Iſeræ*, in Pago *Camliacenſi*, l. c. §. 18, p. 474, legitur: *Cum Nos, in Dei nomine, Luſarca, in Palatio Noſtro - - - - Marſone, Comite Palatii Noſtro, ad univerſorum cauſas audiendum, vel recto judicio terminandum, reſiderimus &c.* & p. 475. *dum Inluſter Vir, Marſo Comes Palatii Noſtri, teſtimoniavit &c.* ut adeo officium eorum, à modernorum *Cancellariorum* munere, parum habuerit diſcriminis. Conſcendente vero an. 751. Solium *Pipino*, ejusque poſteritate Summam Reipublicæ moderante, mutationem hæc ſubibant; quandoquidem, ſuppreſſo *Majoris Domus* officio, *Palatii Comitis* autoritati inſignia acceſſere incrementa; Sicuti enim *ſolus* eminentiſſima hac dignitate, ad inſtar *Majoris Domus*, ſplendeſcere cœpit, ita & Ejus aucta poteſtas, de qua *Hincmarus*, Epiſt. 3, ad *Ludovicum Balbum*, Edit. Mogunt. cap 21, lib. 5 Capitul. c. 151. *Comitis Palatii, inter cætera pene innumerabilia, in hoc maxime ſollicitudo erat, ut omnes contentiones legales, quæ, alibi ortæ, propter æquitatis judicium, Palatium ingrediebantur, juſtè ac rationabiliter determinaret, ſeu perverſe judicata ad æquitatis tramitem reduceret; ut, & coram Deo, propter Juſtitiam, &, coram hominibus, propter Legum obſervationem, cunctis placeret. Si quid vero eſſet tale, quod Leges mundanæ hoc in ſuis definitionibus ſtatutum non haberent, aut, ſecundum Gentilium conſuetudinem, crudelius ſancitum eſſet, quam Chriſtianitatis rectitudo, vel ſancta authoritas, merito non conſentiret, hoc ad Regis moderationem perduceretur: ut ipſe, cum his, qui utramque Legem noſſent, & Dei magis quam humanarum Legum ſtatuta metuerent, ita decerneret, itaque ſtatueret, ut, ubi utrumque ſervari poſſet, utrumque ſervaretur; ſin autem, Lex ſeculi merito comprimeretur, Juſtitia Dei conſervaretur &c.* Unde ſua hauſere, *Lehmannus*, *Chron. Spirenſ.* lib. 2, cap. 9, p. 71: *Conringius* de *Republica*, Exercit. VI, de *Judiciis Reipublicæ Germanicæ*, §. 39, p. m. 248 & 249; *Freherus*, lib. 2 *Origin. Palat.* cap. 1, p. 2 & 3; Dn. *Ockelius*, Tract. de *Palatio Regio*, §. 86, p. 79; B. *Tentzelius*, in *Vindiciis Conringianis*, pro *Cenſura Diplomatis Ludoviciani Lindavienſis*, cap. VIII, §. 11, p. 178. Duo autem cauſarum genera ad *Palatii Comitem* delata videntur, ſcilicet, illæ, quæ alibi decidi non poterant, & ſic, per viam provocationis partium litigantium, ad Regem devolvebantur; & illæ, quæ vel circa Palatium Regium, aut in ipſa Aula, enatæ; ſic enim *Hincmarus*, l. c. c. 19. *Comes Palatii de omnibus ſecularibus cauſis, vel judiciis ſuſcipiendis, curam inſtanter habebat, ut nec Seculares prius Dominum Regem, absque ejus conſultu, inquietare neceſſe haberent, quousque ille prævideret, ſi neceſſitas eſſet, ut cauſa ante Regem meritò venire deberet &c.* &, ante ipſum, *Eginhartus* in vita *Caroli Magni*, apud *Freherum*, de *Scriptoribus rerum Franc.* pag. 441. *Cum calciaretur, aut amiciretur, non tantum amicos admittebat, verum etiam, ſi Comes Palatii litem aliquam diceret, quæ ſine Ejus juſſu definiri non poſſet, ſtatim litigantes introduci juſſit, &, velut pro tribunali ſederet, lite cognita, ſententiam dixit &c.* Add. *Lehmannus* l. c. pag. 70 & 71; *Hubertus Thomas Leodius*, de *Origine Palatinorum*, haut procul ab initio; *Petrus Pithoeus*, obſerv. de *Comitibus Palatinis*, *Freheri Originibus Palatinis* præfixa, pag. 9 &c. *Conringius* l. c. *Thulemarius*, cap. 18, *Octovirat.* §. 8, pag. 239. De ſecundi ordinis Comitibus Palatinis, ad Juſtitiam, in cauſis minoris momenti, exercendam; in Provincias miſſis, ſermo eſt lib. 3 *Capitularium*, cap. 77, ap. *Baluzium*, Tom. 1 *Capitular.* pag. 768. *Ut Epiſcopi, Abbates, Comites & Potentiores quique, ſi cauſam inter ſe habuerint, ac ſe pacificare noluerint, ad Noſtram jubeantur venire præſentiam; neque illorum contentio alicubi dijudicetur, ne propter hoc pauperum & minus potentium Juſtitiæ remaneant. Neque ullus Comes Palatii Noſtri potentiorum cauſas, ſine Noſtra juſſione, finire præſumat, ſed tantum ad pauperum & minus potentium juſtitias faciendas, ſibi ſciat eſſe vocandum &c.* Nec dubium eſt, quin de iisdem loquatur Charta, lib. 1 *Antiquitatum Fuldenſium*, apud *Piſtorium* p. m. 474. *Anno Dominicæ Incarnationis 838, Indict. I, Menſe Junio, 18 Cal. Julii, facta eſt contentio Gozboldi & Hrabani Abbatis, coram Imperatore Ludovico, & filiis Ejus, Ludovico & Carolo, nec non & Principibus Ejus, in Palatio apud Niomagum Oppidum conſtituto, de captura, quam Folco, & fratres ejus, Buirgo Hroo tradiderunt ad S. Bonifacium, ubi & Gosbertus convictus - - - coram his teſtibus: Trugone Archi-Epiſcopo - - - - Adelberto Comite,*

mite, Helphrico Comite, Albrico Comite, item alio Albrico Comite, Popone Comite, Gebawino Comite Palatii, Ruadbarto ſimiliter Comite Palatii, Hattone Comite &c. Conf. *Du Frêne* voc. *Miſſi*, p. 584; *Lehmannus* l. c. cap. 10, pag. 71 &c. *Tenzelius* l. c. & p. 179 ad 181.

(3) Succeſſu temporis hæc iterum immutabantur; erectis enim *Ducatibus* per Germaniam, ſingulis quoque Provinciis certus erat *Comes Palatinus*, cujus auctoritas, poſt Ducem, nec majorem nec parem habuit. Hinc *Spec. Saxon.* lib. 3, Art. 47, Edit. Lipſ. an. 1488, *Jewelck Dudeſch Land heft ſinen Palantzgraven; Saſſen, Beyeren, Francken; Deſſe weren alle Koninkryke. ſeder vorwandelde me en den Namen, und nomede ſe Hertogen &c.* In Editione Auguſtana, an. 1519, & recentioribus, proferuntur hæc lib. 3, Art. 53, & quidem addita *Suevia*, hac ſub formula: *Jewelck Dudeſch Lant hebet ſynen Palantzgreben, Saſſen, Bayeren, Francken, und Schwaven. Die waren alle Konigrike. Seder wandelede men en de Namen, und het ſe Hertogen &c.* Ita & Codex Latinus, apud *Freberum*, de *Conſuetudinibus Imperialibus*, pag. 160; & *Speculum Suevicum*, lib. 1, Art. 19, Rubr. *Von den vier Landen &c.* ibi: *In Teutſchen Landen, hat jedes Land ſeinen Pfaltzgraffen: Sachſen hat einen; Bayern hat einen; Francken hat einen; Schwaben hat einen &c.* Add. *Pithœus*, de *Comitibus Palatinis* l. c. pag. 10; Ill. Dn. *Coccejus* J. P. cap. 15, §. 8, 9 & 10, pag. 257 & 258; Dn. *Conringius* l. c. *t.* 88, p. 305; Dn. *Tolnerus Hiſt. Palat.* cap. 5, pag. 143, ex *Freheri* Notis ad A. B. & cap 7, pag. 173 & 174; Dn. *Schilterus*, Diſſ. de *Inveſtitura Principum Imperii Simultanea* cap. IV. §. 4, annexa Commentario *in Codicem Juris Alemannici Feudalis*, pag. 536; Dn. *Zwcyburg, Theatr. Præcedentiæ*, part. 2, Tit. 2, pag. 10; Ill. Dn. *Thomaſius*, diſſert. de *Differentia Juriſdictionis & Magiſtratuum*, *t.* 86 & 87, pag. 59 & 60, alii.

(4) De *Comitibus Palatinis Saxoniæ*, ait Clar. Dn. *Chriſtianus Franciſcus Paullini, in Hiſt. Iſenac.* §. 33, p. 24: *Ortus* (eorum) *fere ad Carolingica tempora referendus, ſub Imperio vero Henrici Aucupis, & Ottonum, floruere. Dignitas ſemper maxima, &, pro lubitu Imperatorum, ambulatoria, iſto ævo fiebat hereditaria, primumque forte Athalberoni, S. Bernwardi, Antiſtis Hildeſienſis, Avo materno, collata fuerit; quam conjecturam mihi fecit Tangmarus. In his Familiis, queis adſcripta fuit, prima traditur Gozecenſis, niſi forte Comites Sommerſenburgici hanc dignitatem Palatinam ad Gozecenſes transtulerint &c. Tangmarum* hunc, Hiſtoriæ *S. Bernwardi*, Hildesheimenſis, Auctorem, ſiſtunt *Surius*, 20. Nov. pag. 444 &c. & Ill. Dn. *Leibnitzius*, de *Scriptorib. Brunſuic.* §. 31, pag. 441 &c. cap. I, dicentem; *Ortus eſt igitur egregiæ indolis puer, Bernwardus, claro Noſtræ Gentis ſanguine, ex filia Athelberonis, Palatini Comitis &c.* Addit. Dn. *Leibnitius*, in Notis: *Interpres Saxo, poſt hæc verba, interponit: Syn Vader was eyn Edel Grave to Sommerſchenborch, in Saſſen, Didrich genomt &c.* In *Compendio Vitæ* MS. ejusdem Epiſcopi, ibid. §. 33, pag. 481, legitur: *Hildenſem, Civitate Saxoniæ, natali S. Bernwardi, Epiſcopi & Confeſſoris, hic Sanctus claris ortus natalibus fuit, ex filia A.* (Adelberonis) *Palentini Comitis Saxoniæ &c.* Liberalitate *Henrici III*, Imp. *Wettinenſes* & *Merſeburgici* Comites *Palatinatum* hunc conſecuti ſunt, nominatim *Fridericus 2*, (*Friderici I* filius, & *Dedonis I*, nepos,) an. 1088 defunctus, cujus frater, *Dedo*, jam an. 1056 ad plures abiit; Vid. *Lambertus Aſchaffenb.* h. a. pag. 163, & *Monachus Herveldenſis*, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.* p. 379; utriusque frequens mentio, in Libello *Fundationis Monaſterii Gozecenſis*, à *Madero*, *Montis Sereni* Chronico annexo, p. 210, 212, 215 &c. Erat quidem *Friderico 2*, ejusdem nominis filius, aſt eo, jam an. 1085. cæſo, inde natus *Fridericus IV*, poſthumus, avo ſucceſſit. Hic eſt *Palatinus* ille, qui in Diplomate *Henrici IV*, de an. 1103, teſtis adducitur, apud Dn. *Tolnerum*, in *Codice Diplomatico Palatino*, §. 39, p. 35; & de quo *Annales Hildesheimenſes*, ad an. 1115, apud Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 738: *Imperator Natalem Domini Goslariæ celebrat. Duci Liutgero, Epiſcopo Halverſtadenſi, Palatino Comiti Fritherico, Marchioni Rodolfo, ut Curiæ huic interſint, edicit. Non veniunt &c.* & pag. 739, ad an. 1120: *Dux Liutgerus; Fridericus, Palatinus Comes; Rodolfus, & plures alii, Imperatori reconciliantur Goslariæ &c.* Quemque eodem adhuc anno mortuum offendimus, in Libro *Fundationis Cœnobii Bigaugienſis*, apud *Maderum* l. c. pag. 255, ubi: *Anno Domini* 1120 - - - *Fridericus, Palatinus de Saxonia, obiit* &c. Filios habuit duos: *Henricum*, qui juvenis mortem oppetiit, & *Fridericum V*, Canonicum Magdeburgicum, ab obitu fratris hereditatem paternam occupantem, à *Northerto* autem, Magdeburgico Præſule, & conjugem & *Palatinatum* dimittere, atque ad Sacerdotium redire, compulſum, relicta filia *Sophia Hermanno*, Thuringiæ Landgravio, nupta. Integrum *Palatinorum* horum ſtemma reperitur apud *Maderum*, dicto Chronico *Montis Sereni*, præfixum, pag. 47; *Henningeſium*, *ſecundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, part. 2, pag. 24; *Meibomium*, in *Chronico Marienthalenſi*, Tom. 3 *Rer. German.* p. 253; & *Paullinum* l. c. pag. 25. Dn. *Luca*, *Uhralten Fürſten-Saal*, part. 3, cap. 4, pag. 652 &c. Notandum ſimul, vocabulum *Saxoniæ*, raro in antiquis documentis apponi, *Comitesque Palatinos*, tam *Wettinenſis*, quam

6C *Sommer-*

Sommerſeburgicæ ſtirpis, plerumque nuda appellatione hac venire, ſine additamento *Saxoniæ*. Stantibus ita rebus, transferebatur *Palatinatus*, ab *Henrico V*, Imp. in *Fridericum I*, Comitem *Sommerſeburgicum*, anno 1115, in prælio, ad ſaltum *Welphonis*, commiſſo, occumbentem, cujus filius, *Fridericus* 2, *Com. Palat. Saxoniæ & Sommerſeburgi*, (teſtis in Diplomate *Lotharii* Imp. an. 1129, apud *Maderum*, *Antiquit. Brun'.* p. 229; & an. 1135, apud Dn. *Tolnerum* l. c. §. 47, pag. 42, & in alio, an. 1137, apud *Meibomium*, in Notis ad *Chronic. Schawenburg.* l. c. Tom. 1, pag. 524; nec non in alio, *Conradi III*, Imp. an. 1145, apud Dn. *Tolnerum* l. c. §. 50, pag. 44; in aliis, *Henrici Leonis* D. Sax. & Bav. an. 1162, apud *Hundium* T. 3 *Metrop. Salib.* pag. 114 & 116) juxta *Chronicon Stederburgenſe* apud *Meibomium* l. c. pag. 545. an. 1162, exuvias mortales depoſuit, Pater *Alberti*, ſeu *Adelberti*, Gentis ultimi, qui, an. 1178, vivendi finem fecit. Vid. *Genealogia veterum Saxoniæ Palatinorum*, apud *Maderum* l. c. *Meibomius* l. c. p. 254; *Paullini*, l. c. pag. 26. Ab hoc tempore, *Henricus Leo*, Saxonum Bojorumque Dux, *Sommerſeburgicum* Comitatum ſibi vindicando, uſus ſimul *Palatini Saxoniæ* titulo; Eoque poſtmodum, an. 1180 proſcripto, *Palatinatum*, beneficiali lege, ab Imperatore, *Friderico I*, obtinebat præfatus Thuringiæ Landgravius, *Hermannus*, ante dicti *Friderici V*, Palatini, Gener, cum quo, ejusque fratre, *Ludovico V*, grave bellum geſſit dictus Dux; *Arnoldo Lubecenſi* teſte, lib. 2 *Chron. Sclavor.* cap. 30, §. 1, pag. 288, & cap. 36, §. 3, pag. 297. Conf. *Fundatio Cœnobii Bigaugienſis*, l. c. pag. 264. ad an. 1180; *Theodoricus Engelhuſius*, in Chron. apud *Maderum*, p. m. 236; *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 22, & 25, apud *Piſtorium* p. 918 & 919; *Albinus*, *Chron. Miſn.* Tit. 15, p. 388 &c. *Bangertus*, ad lib. 2 *Arnoldi*, cap. 30, lit. a, pag. 289; *Schurtzfleiſchius*, in Notis ad *Michaelis Bojemi Vitam Alberti III, Animoſi Ducis Saxoniæ*, pag. 111; & Diſſ. de *Vitricis Eccleſiæ*, §. 10, pag. 22. Excepit, in *Palatinatu*, *Hermannum*, *filius Henricus Raſpo*, qui propterea Donationem an. 1231, Cœnobio *Reinhardsbornenſi* factam, apud Dn. *Paullini* l. c. §. 53, p. 45, ita orditur: *Henricus D. G. Thuringiæ Landgravius, & Saxoniæ Comes Palatinus &c.* Hinc & à *Friderico* 2, Imp. in Diplomate an. 1242 apud *Weckenium*, in *Chronico Dresdenſi*, pag. 152 &c. *Palatinus Saxoniæ, & Procurator* (i. e. Vicarius) *Germaniæ*, vocatur. Vid. *Schubartus de Comitib. Palat.* n. 189 &c. Dn. *Paullini* l. c. §. 50, pag. 43, *Zweyburg, Theatr. Præced. Part. 2, Tit. 2, pag.* 11, Quarto abhinc anno, impellente *Innocentio IV*, P. R. adverſus laudatum Principem, *Schilter*, de *Libert. Eccleſ. German.* lib 5, cap. 7, §. 8, p. 696. electus Cæſar, proxime ſequenti, 1247, eſt extinctus. Poſt cujus fata eundem lucrabatur *Henricus Illuſtris*, Miſniæ Marchio, *Raſponis*; ex ſorore *Jutta*, ſeu *Juditta*, nepos, vigore Diplomatis *Friderici* 2, Imp. an. 1242, cujus Dn. *Paullini* l. c. §. 56. pag. 48, & Dn. *Schurtzfleiſchius*, in Notis ad Vitam *Alberti*, meminerunt, ibi: *Tibi poſt mortem avunculi tui*, (adhuc vivi) *Henrici, Landgravii Thuringiæ, duos Principatus ſuos, videlicet, Landgraviam Thuringiæ, & Comitiam Palatii Saxoniæ, & omnia alia Feuda, quæ à Nobis & imperio tenentur, cum ipſorum pertinentiis, jure contulimus feudali &c.* Hinc diplomati an. 1253, apud Dn. *Leuckfeldum*, cap. XI *Antiquit. Walckenredenſium*, §. 9, lit. m, pag. 151, hunc titulum præfixit: *Nos Henricus, D. G. Miſnenſis & Orientalis Marchio, Thuringiæ Landgravius, Saxoniæ Comes Palatinus &c.* Ejusque filius, *Albertus Degener*, Diplomа an. 1272, apud Dn. *Leuckfeldum*, l. c. cap. 19, §. 19, lit. b. p. 1272, ita inchoavit: *Albertus, D. G. Thuringorum Landgravius, & Saxoniæ Comes Palatinus &c.* Impetraverat quidem ſæpe dictum *Palatinatum Albertus* 2, Dux Saxo-Aſcanius, an. 1288, à ſocero Imperatore, Rudolfo; verum, nec titulum inde auxit, nec Miſnenſes jure ſuo ceſſere. Vid. Præced. Tit. V, §. 11, Vit. *Rudolfi*, v. 3, & 4, ad an. 1288, & ſeq. Tit. XI. §. 4. lit. a. Add. *Schurtzfleiſch* l. c. *Paullini* l. c. §. 33, pag. 17, & §. 61, pag. 51. Abnepotem *Alberti* Degeneris, *Fridericum Bellicoſum*, an. 1423, *Sigismundi* Imperatoris gratia, addidiſſe Ducatum & Electoratum cognominis; præced. Tit. V. §. 11, in vita dicti Cæſaris, v. 4 ad an. 1423, p. 694. recenſui. Commemorat de hoc *Palatinatu Spangenbergius*, lib. 10 *des Adel-Spiegels*, cap. 17, p. 306: *Sonderlichen aber war die Pfaltz Sachſen auf das Hertzogthum Schartaw geſtifftet, welches nicht weit von der Statt Burck gelegen, bey Magdeburg, wie noch etlichs altes Mauerwerck auweiſſt. Aber das Ober-Pfaltz-Gericht iſt etwa zu Magdeburg, für dem Thumm, auf Kayſer Otten des II Pfaltz, gehalten worden &c.* & Dn. *Schilter* Tom. 2, J. P. Tit. 19, §. 41, p. 302: *Obſervandum, Ducatum Electoralem eſſe Circulum Wittebergenſem, der Chur-Kreys, & Palatinatum Saxonicum radicari in Alſtet, Caſtro, Oppido & Præfectura &c.* Plura Dn. *Spener*, in *Prolegomenis Op. Herald.* §. 13, 14 & 15, pag. 11 ad 14. & Dn. *Schurtzfleiſch* Diſſ. de *Antiqua Saxonum dignitate*, de an. 1698, §. IX, p. 14 &c.

(5) *Comites Palatini Bavarici* erant Dynaſtæ *Schirenſes & Wittelſpachii*, deſcendentes ab *Arnolpho Malo*, Bojorum Duce, *Leopoldi*, ſeu *Luitbaldi*, ejusdem Gentis Ducis, (non *Arnolphi* Imperatoris,) filius, quibus ortum debet *Otto* Ille, qui, proſcripto *Henrico Leone*, Saxonum Bojorumque Duce, an. 1180, ab Imperatore *Friderico I*, Bavariæ Ducatu auctus fuit, cujusque Nepos, *Otto Illuſtris*, nuptias celebrando cum *Agnete*, natu majori filiarum *Henrici* Ducis Saxonum, Comitisque Palatini Rheni, accedente *Friderici* 2, Imp. conſenſu, Palatinatum Rheni legitur conſecutus. Vid. *Aventinus* lib. IV *Annal. Boicor.* f. 294 &c.

Digitized by Google

&c. *Spangenberg*, *Adelſpiegel*, lib. 10, cap. 17, fol. 306 & 307; *Henningeſius*, *ſecundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, part. I, pag. 191 & ſeqq. ubi integra Genealogia. Hic quoque monendum, *Palatinos* hoſce *Comites* rariſſime in antiquis chartis, cum additamento *Bavariæ*, occurrere; ſed, vel nude *Comites Palatinos* ſcribi, vel *Comites Palatinos Schirenſes*, aut *Wittelſpacenſes*; ſic in Diplomate *Lotharii* Imp. an. 1135, apud Dn. *Tolnerum*, in *Codice Diplomatico Palatino*, §. 47, pag. 42, teſtes producuntur: *Wilhelmus Palatinus*, (Rheni) *Fridericus Palatinus*, (Saxoniæ) & *Otto Palatinus* (Bavariæ.) In diplomate *Conradi III*, de an. 1141, apud *Gewoldum*, Addit. ad Tom. 2 *Metrop. Salisb. Hundii*, pag. 521, teſtes eſt: *Otto*, *Palatinus*; in alio Diplomate *Friderici I*, Imp. an. 1156, apud Dn. *Tolnerum* l. c. §. 56, p. 50, teſtes adhibentur: *Hermannus Comes Palatinus Rheni*: *Otto, Palatinus Comes de Wietelinesbach &c.* In alia ejuſdem Cæſaris Charta, de an. 1156, l. c. §. 57, p. 51: *Hermannus, Comes Palatinus de Rheno*; *Otto, Comes Palatinus, & frater Ejus, Fridericus, de Schiern & Wittelsbach &c.* Rurſus in alia laudati Cæſaris, de an. 1158, l. c. §. 55, pag. 49: *Otto, Palatinus de Wittelmbach &c.* Et in alia *Henrici Leonis*, Ducis Bavariæ & Saxoniæ, an. 1162, apud *Hundium* l. c. Tom. 3, p. 115: *Fridericus, & Otto Palatinus, de Witelinespach &c.* In alia præfati Cæſaris, an. 1174, apud Dn. *Tolnerum*, l. c. §. 64, pag. 57: *Conradus, Comes Palatinus Rheni, Otto, Palatinus Comes de Withelmgesboch &c.* In alia *Ottonis*, D. Bavariæ, an. 1183, apud *Gewoldum* l. c. p. 297: *Otto Palatinus de Wittelinspach &c.* Apud *Bertoldum Conſtantienſem* vero in *Appendice ad Hermannum Contractum*, ad an. 1099, p. m. 377, Edit. Urſtiſ. legitur: *Rapoto, Palatinus Comes de Bajoaria, pertinaciſſimus Fautor, imo Caput, eorum, qui Apoſtolicæ Sedi, & Catholicæ unitati, hactenus adverſati ſunt, diem clauſit extremum &c.* Ejuſdem meminit *Chronographus Saxo*, ad an. 1100, pag. 278; nec non *Annales Hildesheimenſes*, ad an. 1099, apud Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Brunſuic.* pag. 733. Sic *Otto Morena*, de *Rebus Laudenſibus*, memor Concilii Papienſis, an. 1160, in favorem *Victoris* P. R. celebrati, apud eundem, p. 827: *Imperator Electionem Dn. Victoris comprobavit, &, poſt Eum, omnes Ejus Principes, videlicet: Dux Henricus de Saxonia; Dux Bertaldus de Arvigia; Dux Fredericus de Rotemburgo; Comes Palatinus de Rheno, Frater Imperatoris; Comes Palatinus de Saxonia; Comes Palatinus de Baveria, & alii &c.* Conf. *Chron. Auguſtenſ.* apud *Freherum* T. 1. *Rer. Germ.* ad an. 1226, pag. 368; & an. 1231, pag. 371; Dn. *Coccejus*, J. P. cap. 15. §. 9, pag. 258; Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* cap. 1, §. 2, pag. 10 & 11.

(6) *Atque etiam hoc de Sueviæ Palatinis obſervari licet, ubi Suevia vocabulum rariſſime adjectum vidimus, cum non, niſi ſimpliciter quoque Palatini, & Palatini Comites, interdum Comites Palatini de Tübingen, ubi ſedem poſuere, appellentur.* Sic de *Hugone, Comite Palatino de Tübingen, de Gothofredo, Comite Palatino, ſcilicet Sueviæ, Monacho facto Hirſaugienſi*, lege *Trithemium, in Chron. Hirſaug. de an.* 1148, 1215; *Chronicon de Guelphis, apud Caniſium, in Lect. antiq. Nauclerum; adde Diplomata Imperatorum, de an.* 1114, 1116, 1117, *apud Guillimannum, de Rebus Habſpurgicis, Stumphium de Helvetiis; Interdum iidem Comites Palatini de Calve appellantur; Vid. Dipl. Henrici V Imp. dat.* 1123, *Argentinæ, apud Cruſium, in Annal. Suev. part.* 2, *lib.* 9, *p.* 332 *&c.* Hæc Dn. *Tolnerus* l. c. §. 4, p. 11. Integram *Tubingenſium Palatinorum* Genealogiam, ab *Adelberto*, qui circa annum 1000 floruit, usque ad *Rudolphum Scherer*, an. 1356, extinctum, ſubminiſtrat *Henningeſius*, part. I. *Secundi & Tertii Regni, in Quarta Monarchia*, pag. 304 & 305. Totam Gentem an. 1631, in *Georgio Eberhardo*, exaruiſſe, ortamque de hæreditate, inter *Carolum Salmenſem*, & *Fridericum Ludovicum Lœwenſteinium*, Comites, litem, teſtatur Dn. *ImHoff*, in Introduct. ad lib. VII. *Notit. Procer. Imperii*, §. 1, pag. 349. De *Hugone* præfato, legas Chronicon *Weingartenſe* de *Guelfis Principibus*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.* pag. 791, §. 14; ut & *Conſtantienſe*, apud *Piſtorium*, pag. 647. *Gotfridi*, Comitis *Calvenſis*, & *Palatini Sueviæ*, ann. 1186, in *Hirsgavienſi* Cœnobio defuncti, meminit idem Monachus *Weingartenſis*, l. c. §. 12, pag. 787: *Gwelfo, ſub annis adoleſcentiæ ſuæ, mediante Fratre ſuo, Heinrico Duce, filiam Gotefridi, ditiſſimi Palatini de Caluve, Outam nomine, accepit uxorem &c.* Stemma exhibent *Henningeſius* l. c. pag. 363, & *Bucelinus*, in *Germania, Topo-Chrono-Stemmatographica*, part. alter. p. 405. In Diplomate *Henrici VI*, Regis Romanorum, an. 1189, *Spiræ* dato, 8 Sept. apud *Hundium*, Tom. 3. *Metrop. Salisburg* p. 359, inter teſtes, occurrit: *Rudolphus, Comes Palatinus de Tuwingen &c.* Conf. de his Ill. Dn. *Coccejus* l. c.

(7) *Palatini Comites Franconici*, iidem eſſe videntur, quos vel adhuc *Rhenanos* appellamus; notum enim (1) eſt, nullibi veſtigium reperiri Familiæ, in qua ſpecialis *Franconiæ Palatinatus* hæſerit; (2) *Ducatus Franconicus*, tempore *Ludovici IV*, erectus, & latiſſimè ſe extendens, totam *Terram Franconicam, Salicam* dictam, id eſt, *Provinciam Rhenenſem, ad utramque Rheni ripam*, complectebatur, quæ *Provincia* bona ex parte, ſine dubio, in *Auſtraſia*, ſeu *Lotharin-*

giæ Regno, ſita fuit; (1) *Eberhardus*, *Conradi I*, Germaniæ Regis, frater, *Luitprando*, lib. 2, cap. 7, apud *Reuberum*, p. 105, *Comes potentiſſimus in Francia*, dictus, &, ab obitu Fratris, *Franconiæ Dux*; per totam *Lotharingiam*, maxima polluit poteſtate, & quidem, per *Ducatum Rhenanum*, ſumma, poſt Regem; per *Lotharingicum* vero, proxima à *Ducali*; hinc, inter Laicos Proceres, qui Transactioni Rhenanæ apud *Bonnam*, inter *Henricum Aucupem*, & *Carolum*, Occidentalis Franciæ, Regem, quoad *Lotharingiam* ann. 921, intererant, primo loco venit. Vid. præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Henrici Aucupis*, v. 4, ad an. 921, p. 488. *Lotharingis* etiam an. 925, cunctis ſe *Henrico* committentibus (*Frodoardus*, ad h. a. pag. 126.) *Ebrardus Transrhenenſis in Regnum Lotharii mittitur, ab Heinrico juſtitiam faciendi cauſa, & Lotharienſes inter ſe pace conſociat &c.* quod Palatini Comitis officii; Ita *Frodoardus* ad an. 926, p. 128. Durante inſuper Bello Burgundico, cum *Rudolfus* Rex, & *Hugo Magnus*, Pariſiorum Comes, *Caſtellum Theodorici* Viromanduorum Comitis, *Heriberti* oppugnaſſent, *Heinricus* (Anceps, cujus auxilium Heribertus imploraverat) *Giſlebertum* (Lotharingiæ Ducem) *& Eubrardum*, (Comitem Palatinum noſtrum) *cum Epiſcopis Regni Lotharienſis, ad Rodulfum Regem, pro Heriberto, dirigit, redditoque Regi Caſtello Theoderici, Hammus atque Perrona Heriberto conceduntur, usque Kal. Octobris &c.* Hæc idem, ad an. 934, p. m. 140; meritò hinc Auctor *Vitæ Johannis Gorziæ* Abbatia, apud *Labbeum*, Tom. 1 *Biblioth. MS.* p. 768: *Otho Maximus poſt rerum Auguſtus, poſt Genitorem ſtrenuum per omnia Regem Henricum, prima Regni tunc auſpicia cœperat, ſub quo Giſlebertus Ducatum Regni Lotharii; Everardus Franciæ, Auſtraſiæ, & quorundam trans Rhenum tenebat locorum &c.* Conf. *Mabillon*, in *Actis Sanctor. Ordinis S. Benedict.* Sect. V. pag. 410; Dn. *Tolnerus* l. c. cap. 7, pag. 178. 4) *Hermannus Puſillus*, *Arnolphi Mali*, Bajorum Ducis, filius, ab *Ottone I*, Imperatore, ampliſſima *Palatinatus* parte, ad utramque *Rheni* ripam, *Moſam* & *Moſellam*, proſcripto an. 939, ob rebellionem, dicto *Eberhardo*, auctus, *Aquisgranenſe Palatium*, *Lotharienſis* veluti *Regni*, ſeu *Auſtraſiæ*, imò totius *Regni Francici*, ſedem, incoluit, cujus etiam filius, dignitatisque Palatinæ, & bonorum inde pendentium, heres, *Ezo*, de Conjugis, *Mathildis*, obitu, ibi nuncium admiſit, vel *Monacho Brunwillerenſi*, in vita *Ezonis*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.* pag. 318, teſte, ubi: *Cujus tranſitum, in Aquisgrani Palatio, propere cognito, nam ibi tunc Comes Palatinus erat, occupatus cum totius Lotharingiæ Majorum Colloquio . . . . velocius pervenit ad contoralis ſuæ corporis examini pignus venerabile &c.* (5) Perquam vero ſimile, *Henricum Aucupem*, recuperando, an. 925, *Lotharii* Regnum, præter *Giſelbertum* Ducem, cui an. 929, filiam, *Gerbergam*, nuptum dederat, *Comitem* quoque *Palatii* vel conſtituiſſe, vel à *Lotharingiæ* Regibus jam conſtitutum, confirmaſſe, qui, Rege *Aquisgrani*, aliave in Regali Villa, commorante, veterum Francorum more, *Palatio* præeſſet; Munere hoc ipſum *Giſelbertum* Ducem functum eſſe, cum, an. 936, *Otto Magnus*, Aquisgrani inaugurareur, innuit *Witichindus*, cujus verba ſeq. Tit. 13, prooem. lit. b. proferam. (6) *Comes Palatinus Rheni*, & *Lotharingiæ*, Scriptoribus Veteribus, ſunt ſynonyma; exemplo *Henrici*, C. P. R. *Ludolphi* filii, de quo *Lambertus Aſchaffenb.* ad an. 1057: *Henricus, Comes Palatinus Luthariorum &c.* & ad an. 1061: *Henricus, Palatinus Comes Luthariorum, uxorem ſuam, manu propria interficit &c.* dubio licet careat, *Comitem Palatinum Rheni* fuiſſe; cujus Monachus *Brunwillerenſis* l. c. pag. 316, exiſtit memor. (7) Viri Clariſſimi ſententiæ huic litant, nim. Ill. Dn. *Courringius*, de *Republ.* Exercit. VI, de *Judiciis Reipublicæ German.* t. 89, p. m. 306: *Franconiæ Palatinus videtur eſſe is, qui alias Palatinus Rheni hodieque nuncupatur: utraque enim Rheni ripa ad Franciam pertinet Orientalem &c.* Ill. Dn. *Coccejus* J. P. cap. 15, §. 10, pag. 259; Ill. Dn. *Leibnitius*, Introduct. in *Collectionem Scriptorum Brunſuicenſium*, Tit. 27, de *Venerabilibus Palatinis Rheni, Erenfrido, ſeu Ezone, & Mathilde*; Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* cap. 1, pag. 5, cap. 2, pag. 21 &c. cap. 3, pag. 85 &c. in primis cap. 7, pag. 174, ubi: *Francia quoque ſuos habuit Palatinos; vid. Spec. Saxon. & Suev. lib. 1, Art. 19, qua & Lotharingia, & Francia proprie ſic dicta, ſeu Terra Salica, Palatina, id eſt, Provincia Rhenenſis, quæ, in poſteris temporibus, Palatinatus Rheni dicebatur, complectebatur. In ipſa autem Lotharingia, ampliſſima olim, quæ etiam quondam ſub ſe bonam Provinciæ Rhenenſis partem comprehendebat, Aquisgranum, Regni Francici Sedes, & Palatium, ſitum erat, cujus perpetui Præſides, & Comites, fuere Præfecti Prætorio, ſeu Comites Palatii, qui Franciam, ſeu Terram Salicam, id eſt, Provinciam Rhenenſem, poſſidebant, & quales non fuere Lotharingi, ut Giſelbertus Dux; ſed Franci, Salici inde dicti, id eſt, Palatini, ſub Henrico I, & Ottone I, ut Eberhardus Francus, ſeu Salicus, Frater Conradi I Imperatoris, Franciæ Ducis &c.* Conf. idem l. c. pag. 178, & cap. 8, pag. 197 &c. Agmen horum *Comitum Palatinorum* ducit laudatus:

(1) EBER-

Digitized by Google

(1) EBERHARDUS.

Princeps hic, *Conradi Senioris*, Franconiæ, Haſſiæ & Wetteraviæ Comitis, ab *Adelberto* Babenbergico, An. 905, ut ex præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. p. 88, patet, occiſi, atque *Grimmundæ*, *Grabenſpurgicis* Comitibus oriundæ, filius, *Conradi I*, Germanorum Regis, frater fuit, contra quem aliquando rebellaſſe, *Luitprandus* præced. Tit. 5, §. 11, in Vita *Conradi I*, v. 4, pag. 479, affirmat. Mortuo fratre an. 919, apud Ejus ſucceſſorem, *Henricum Aucupem*, cui commendata ſibi Inſignia Imperii tradiderat, *Franconiæ quoque Ducatum* Eum meruiſſe, res nota eſt. Quid in *Lotharingia* peregerit, modo dixi. Poſt fata *Henrici Aucupis*, an. 936, cum *Otto Magnus Aquisgrani* Germaniæ diadema conſequeretur, *Eberhardum* noſtrum *Archidapiferatus* officio functum fuiſſe, diſcimus ex *Witichindo*, lib. 2, *Annal.* apud *Meibomium*, Tom. 1 *Rer. Germ.* pag. 643; vid. ſeq. Tit. 13; proœm. lit. b. Non multo poſt vero, Saxonibus juſto altius, ex Regia dignitate, erigentibus criſtas, graves, Eos inter Francosque, ſimultates ortæ ſunt, *nam*, (ut *Witichindi* verbis utar, l. c. pag. 644,) *Saxones Imperio Regis facti glorioſi*, *dedignabantur aliis ſervire Nationibus*, *quaſturasque*, *quas habuere*, *ullius alius*, *niſi ſolius Regis*, *gratia*, *habere contemſerunt*. *Unde iratus Eberhardus*, *contra Bruningum*, (potentem per Thuringiam virum) *collecta manu*, *ſuccendio tradidit Civitatem illius*, *vocabulo Elveri*, *interfectis omnibus ejusdem Civitatis habitatoribus*. *Qua præſumptione*, *Rex*, *audita*, *condemnavit Everhardum centum talentis æſtimatione equorum*, *omnesque Principes Militum*, *qui Eum ad hoc facinus adjuvabant*, *dedecore canum*, *quos portabant*, *usque ad Urbem Regiam*, *quam vocitamus Magadaburg* - - - *Ipſe autem Rex*, *ut erat Clementiſſimus*, *dum turbatores pacis merita caſtigatione afflixit*, *ilicò cum pietate ſuſcepit*, *& unumquemque eorum Regio munere honorans*, *dimiſit in pace*. *At illi nihilominus Duci ſuo hærebant ad omne nefas*; *qui ille quidem erat jocundus animo*, *affabilis*, *mediocris in rebus*, *largus in dando &c.* Conf. *Albertus Cranzius* lib. 3 *Saxon.* cap. 15; *Georgius Fabricius*, *Orig. Saxon.* ad an. 937, & *Memorabil. Saxon.* lib. 1, an. eod. *Lehmannus*, *Chron. Spir.* lib. 5. cap. 4, pag. 389; *Bangertus*, ad *Arnoldum Lubecenſem*, lib. 7 *Chron.* cap 2, lit. a, pag. 502 & 503. Rediit quidem in gratiam Regis; attamen, priſtinis inhærens principiis, Germano Ejus fratri, *Henrico*, Bojorum Duci, an. 937, intulit arma qua de diſcordia *Regino* ad an. 937: *Graves*, *& inteſtina diſcordiæ*, *inter Heinricum*, *fratrem Regis*, *& Eberhardum*, *Ducem Francorum*, *naſcuntur*, *ob exortas inter Waſſallos eorum inimicitias &c.* Opportunæ erant ejus conatibus lites, inter laudatum Regem, & *Tancmarum* fratrem, ob collatum in *Geronem*, *Stadenſem* Comitem, *Marchionatum Brandenburgicum*, quem *Tancmarus* ambiverat; copiis enim *Tancmari*, hoc ipſo anno & in fratrem, *Henricum*, inſurgentis, ſe jungens, *Henricum* Ducem in Caſtro *Bellick*, ad *Ruram*, gravi obſidione non ſolum cinxit, ſed & captivum ductum vinculis conſtrinxit; vid. *Regino* ad an. 938. *Frater Regis*, *Henricus*, *ab Eberhardo comprehenditur*, *in Caſtello Badalikki &c.* & longiori carmine, bellum hoc depingens *Hroſwitha* Monialis, apud. *Meibomium* l. c. p. 714:

Mox ad Caſtellum Badulini capiendum,
Ex improviſo, mittens, ſub nocte nigella,
Duxit captivum Fratrem Regis Generoſum,
Henricum, vinclis palmas ſtringendo cruentis
Ejus candidulas, ornamentis magis aptas.
Atque ſuas gazas diſperdens quam numeroſas &c.

Add. *Luithprandus*, lib. 4, *Hiſt.* cap. 9, apud *Reuberum*, p. m. 133; *Ditmarus Merſeburg.* lib. 2, p. m. 23; Monachus *Hamerslebienſis*, de *Rebus præclare geſtis Imperatorum ab Henrico Aucupe*, *ad Henricum V*; apud Dn. de *Leibnitz* de *Scriptorib. Brunſvic.* §. XLIV, p. 707; *Chronographus Saxo*, ad an. 939, p. 157; *Lambertus Aſchaffenb.* ad an. 937; *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Ottonis Magni*, p. m. 156. Non multo poſt, occiſo, *Eresburgi*, *Tancmaro*, (Witichind. l. c. pag. 645, & *Conrad. Urſperg.* l. c.) dedecus in fratre *Henrico* commiſſum vindicaturus, *Otto* Rex, cum in *Eberhardum* moveret, transfegit Princeps noſter, ſuadente *Giſelberto*, Lotharingiæ Duce, quem prius in partes ſuas traxerat, cum captivo *Henrico*, libertatem & obſequium ei ſpondens, ſi Fratrem ſolio, à ſe occupando, deturbare polliceretur. Quo promiſſo, *Henricus* priſtinam libertatem recuperabat. Vid. *Luithprandus* l. c: *Rex tantum Fratris*, *imo ſuum*, *cupiens dedecus vindicare*, *præfatum Eberhardum*, *ſibique conniventes*, *toto cepit conamine perſequi*: *Eberhardus ſane Giſlibertum*, *Lotharingorum Ducem*, *à Regis fidelitate ſejunxerat*, *cujus adjutorio Regi non modice reſiſtebat*. *Quanquam idem Gilibertus Regis ſororem haberet uxorem*, *maluit tamen*, *ſuſcipiendi Regni ſpe animatus*, *Regi obſiſtere*, *quam enim*, *ut debuerat*, *contra ſuos æmulos*, *adjuvare*. *Sed*, *quum ſe Regi nec ſic conſpicerent poſſe reſiſtere*, *non incallido ſecundum hominem*, *ſed fatuo ſecundum Deum*, *accepto conſilio*, *hujusmodi verbis*, *Henricum conveniunt*: *Si conſiliis noſtris Te parere nobis juramento promittis*, *non ſolum quia captus es*, *te dimittimus*; *ſed*, *quod majus eſt*, *ſi tamen Rex velis fieri*, *noſtrum Te Dominum conſtituimus*. Mox addens: *Hoc autem non eo dicebant*, *ut facerent*, *ſed*, *ut Ejus auxilio*, *Regem debellarent &c.* Idem docet *Witichindus* l. c. annectendo: *Fœdus itaque invicem percuſſum*. *Inde liberaliter Henricus ad Regem reverſus*, *puriori fide ac caritate ab Eo eſt ſuſceptus*, *quam ingreſſus*.

Digitized by Google

Suaſione quoque optimi in primis, & omni Religione probatiſſimi Viri Frithurici, ſucceſſoris Hildiberti Archi-Epiſcopi (Moguntini) *Everhardus adiit Regem, ſupplex veniam depoſcit, ſe ſuaque omnia, ipſius arbitrio tradens. Ne igitur ingens ſcelus inemendatum maneret, quaſi in exilium, in Hildenenſem Urbem, à Rege dirigitur. Sed, non poſt multum temporis, in gratiam clementer recipitur, & honori priſtino redditur &c.* Conf. *Regino* l. c. Enim vero his non obſtantibus, protractum bellum; nam, ut *Luithprandus* cap. 10, pag. 154, pergit: *Henricus, præmiſſa jam promiſſione deceptus, propriis mox collectis copiis, totis viribus ipſos adjuvare, Regemque cœperat debellare. Verum, quia ſcriptum eſt: Mentita eſt iniquitas ſibi; libet paululum immorari, &, quemadmodum tunc mentita ſit iniquitas ſibi, explicare. Everhardus haud prius Gillebertum à Regis fidelitate ſejungere voluit, donec Regem Eum ſe facturum eſſe promiſit. Gilebertus autem arte hac Henricum decipere voluit, ut, dum ſuo adjutorio Regem devinceret, ipſum deponeret, ſibi Regni ſolium obtineret. Verum, Everhardus longe aliter diſpoſuerat. Voluit enim Regem poſſe devincere, Regnoque privare utroſque, ſibique uſurpare; quemadmodum ex verbis ipſius, quæ, paulo antequam moreretur, uxori ſuæ dixit, conjicere poſſumus; quam dum foveret in ſinu, jocundare, inquit, in gremio Comitis, brevi lætatura in amplexibus Regis &c.* Tandem vero cunctas has machinationes abiiſſe in fumum, eventus docuit. Vario Marte pugnatum cum eſſet. an. 939, *Everhardus atque Gilebertus, audito Rege in Alſatia eſſe, quoniam neminem, qui eis reſiſteret, verebantur, permagno collecto exercitu, Rheni alveum, ad Audernacum, pertranſeunt, Regisque fideles circumquaque demoliri procedunt. Udo ſane, Hermanni, Ducis Suevorum, frater, nec non & Conradus, cognomento Sapiens, quos ſuperius Regi diximus eſſe fideles, Ipſius in partibus erant, ſed quia eorum copiæ iſtorum copiis impares extiterant, his occurrere trepidabant. Verum, jubente Deo, non locutionis, ſed inſpirationis modo, hos, cum multis ſpoliis redeuntes, pene ſequuntur. Cumque paululum proceſſiſſent, quidam eis flens & ejulans obviam venit Sacerdos. Qui, rogatus ab eis quo iret? cur fleret? ab iſtis, inquit, prædonibus ego venio, qui paupertatis meæ ærumnam, uno, quod ſolum poſſederam, jumento ablato, dilatarunt. Quod quum præfatus Udo, ac Conradus, audirent, an Gilbertum atque Everhardum viderit? examuſſim ſunt ſciſcitati; quo reſpondente: quoniam cum præda, cunctis pene trans Rhenum miſſis, ipſi ſoli, cum eorum electis militibus, capiunt cibum; tanta celeritate ſuper eos irruunt, ut ſi videres, non eos currere, ſed diceres transvolare. Quid plura? Everhardus gladiis occiditur; Gilebertus Rheni undis ſubmergitur &c.* Hæc *Luitprandus* lib. 4, c. 16, p. 138; Sic & *Hroswitha*, loc. cit. p. 716:

Et improviſo præſes proruperat Udo,
Adducendo quidem multam ſecum Legionem,
Ac ſubiit varium forti luctamine bellum.
Nec mora: percuſſus periit gladiis Eberhardus;
Gilbertus ſævis fugiens quoque mergitur undis &c.

Witichindus vero l. c. pag. 648, *Hermanno*, euidam, victoriam vindicat: *Ad coercendam*, inquiens, *Ducum præſumtionem, miſſus Hermannus cum exercitu, invenit eos ſuper litus Rheni, magnamque partem exercitus abeſſe, eo quod jam Rhenum cum præda tranſiſſent. Circumfuſus itaque Dux ipſe Everhardus militum armis, multis vulneribus acceptis, ac viriliter redditis, perfoſſus tandem telis corruit. Giſelbertus autem fugiens, navem cum pluribus aſcendit, quæ, onere prægravata, ſuccumbens mergitur; ipſeque Dux, cum cæteris merſis, nunquam eſt inventus &c.* Add. *Frodoardus*, ad an. 939, p. m. 148; *Ekkehardus Junior*, de *Caſibus S. Galli*, cap. 5. apud *Goldaſtum*, Tom. I. *Rer. Alamannicarum* part. 1, pag. 29, tradendo, *Eberhardum* & *Giſelbertum* alea luſiſſe, cum à *Chunone*, cognom. *Churzibolt*, viginti armatorum millibus ſtipato, obruerentur, *Hepidannus*, Annal. ad an. 939; *Ditmarus*, lib. 2, p. 23; *Conradus Urſpergenſ.* in vita *Ottonis I*, p. m. 157; *Monachus Hamerslebienſis* l. c. *Reginonis Continuator*, ad an. 939; *Marianus Scotus*, eod. an. *Lambertus Aſchaffenburg.* perperam id refert ad an. 938, quem Auctor *Chronici Leodienſis*, h. a. apud *Labbeum*, Tom. I. *Biblioth. MS.* pag. 336, & *Monachus Herveldenſis*, h. a. apud *Schardium* T. I. *Rer. Germ.* p. 374, malè ſequuntur. *Trithemius*, in *Chron. Hirſaug.* in contrarium habet an. 940; *Chronographo Saxoni* pag. 158, arridet annus 941; *Sigebertus Gemblacenſis*, ponit an. 943, & *Albericus Monachus trium fontium*, p. m. 280, excurrit planè in ſequentem 944. Factum comprobant *Gobelinus Perſona*, Ætat. 6. *Coſmodromii*, cap. 48. p. m. 248 & 249; *Baronius*, Tom. X. *Annal.* ad an. 939, p. 705, lit. E; *Meibomius* in Lib 2. *Witichindi*, Tom. I. *Rer. Germ.* p. 690 & 691; Dn. *Tolnerus*. *Hiſt. Palat.* cap. 7, pag. 195, qui ſimul, pag. 196, de Poſteritate Ejus, hæc commemorat: *Ex Uxore autem N. quam hucusque ignoramus, liberos, quantum conſtat, reliquit* (1) *Conradum, caſum an. 951, in rebellione quadam Lotharingenſium, contra Conradum Sapientem, Lotharingiæ Ducem, cujus partes tutatus eſt, Fundatorem Monaſterii S. Georgii Limburgenſis ad Lanam, ubi & ſepultus eſt;* (2) *Mathildem, quam alii Gertrudem vocant, uxorem, ut volunt, Regimiri, Ducis Moſellanici; Vid. Roſieres Stemm: Lothar. &, ex eo, Freherus, in Orig. Palat. cap. 13, p. 56, & Diploma Regimeri, Ducis Lothar. Moſellan. de an. 946, 9 Kal. Febr. vid. apud Roſerium, lib cit. n. 35, in quo Gertrudis hac, Duciſſa Franconiæ & Wormatiæ vocatur, ex qua procreavit*

Gotho-

Digitized by Google

Gothoſredum, *Ottonem*, *Falconem*, *Rigmirum*, *Bonam*, *Hiltegardem*, & *Alidam &c.* Apud *Continuatorem Reginonis*, ad an. 948, legitur: *Cunradus Comes*, *qui Curcipoldus dicebatur*, *filius Eberhardi*, *vir ſapiens & prudens*, *obiit &c.* Alius autem ſine dubio eſt *Conradus Curcipoldus*, cujus *Ekkehardus Junior* l.c. meminit, niſi filium violentas manus Parenti intuliſſe ſtatuamus. Excepit Principem noſtrum, in Palatinatu, *Ottonis I*, Imp. gratia, an. 939.

(2) HERMANNUS I.

Cognomine *Puſillus*, *Arnolphi Mali*, Bojorum Ducis, filius, de quo, paulo ante, dixi, quod ampliſſimam *Palatinatus* partem, ad utramque *Rheni* ripam, *Moſam*, *Moſellamque*, *Ottonis I*, Imp. beneficio, *hereditario jure* ad Poſteros tranſmittendam, obtinuerit, hacque ratione originarius veteris Palatinatus Rhenani fundator vocari mereatur. Sæpè laudatus *Monachus Brunwillerenſis*, in *Narratione de Ezone C. P. R. & Mathilde*, *Ejus Conjuge*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſ.* §. XXVII, p. 313, hæc, de eo, in Prologo: *Erat in diebus Hermanni Comitis Palatini*, *Patris memorabilis ſcilicet Herenfridi*, *qui*, *velut Abraham Patriarcha*, *nomine mutato*, *EZO appellatus eſt; Vir quidam &c.* Quam Hiſtoriam Interpolator hujus Narrationis, in MS. Braunwilerenſi, teſte Dn. *Leibnitio*, l. c. ſic orditur: *Generoſiſſimus Heros*, *Hermannus*, *Comes Palatinus*, *cognomento Puſillus*, *non mediocris reputationis inter Magnates Illuſtriſſimi Imperatoris*, *Primi Ottonis*, *cui in negotiis Regni*, *ac præliorum periculis*, *tam auxilio*, *quam conſilio*, *fideliſſime adſtitit: & præſertim in Prælio*, *contra efferam Ungarorum Gentem*, (955) *commiſſo*, *ubi hoſtilem pugnando aciem fortiſſime attrivit. Hic & diverſis in locis plura Dominia*, *cum amplis poſſeſſionibus*, *habuit*, *& Brunweilerenſem locum primum hominibus habitabilem*, *fieri procuravit. Duos autem filios*, *ex Helywyga Uxore*, *genuit*, *videlicet Erenfridum & Ezelinum &c.* Conf. *Papebrochius*, *Act. Sanct.* ad 21 diem Maji. Quantum Terrarum ſpacii, non ſolum *trans Rhenum*, (veluti ſpatioſiſſimum *Nemoris* Comitatum, in Juliacenſi agro, in quo *Tolpiacum*, hodiè *Zulch*, ſitum, quemque filii Ejus, *Ezo & Hezelo*, inter ſe diviſerant, aliaque Bona multa;) ſed & *cis Rhenum*, (v. g. *Sigburgum*, vel *Sigebergam*, in Montenſi Ducatu, cum vicina Regione, ſucceſſu temporis, ab Ejus pronepote, *Henrico Furioſo*, *Annoni*, Archi-Epiſcopo Colonienſi, à quo banni vinculis erat conſtrictus, teſte *Monacho Sigebergenſi*, in Vita *S. Annonis*, lib. 1, cap. 18 & 19, apud *Surium*, 4 Decemb. pag. 134, donatum, & in Cœnobium commutatum; magnumque Terrarum tractum circa Abbatiam *Werdenenſem*, & fluvium *Ruram*, de quo inſpiciendum Diploma *Conradi III.* Imp. an. 1147, 16 Kal. Nov. *Lamberto*, Abbati *Werdenenſi*, datum, apud *Bucelinum*, *in Germania Topo-Chrono-Stemmatographia Sacra & Profana*, part. 2, p. 315 & 316, & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Dipl. Palatin.* §. 53, p. 47, quo perſpicuè habetur, præfatum diſtrictum ad *Comitatum Hermanni* pertinuiſſe; &c. &c.) jure pleniſſimo, poſſederit, contra *Ægidium Gelenium* in auctuario *Hiſtoria S. Engelberti*, Archi-Epiſcopi Colonienſis, p. 302, & aſſeclas, *Hermannum* noſtrum, nihil terrarum *cis Rhenum* tenuiſſe, exiſtimantes, pluribus demonſtrat Dn. *Tolnerus* l. c. in Not. lit. e, & in *Hiſt. Palat.* cap. 8, pag. 202. Meminit Ejusdem *Ditmarus*, apud Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Brunſuic.* pag. 360; *Cæſaris* (Ottonis III) *ſoror*, *Mathild nomine*, *Hermanni*, *Comitis Palatini*, *filio*, *Ezoni*, *nupſit &c.* nec non *Frodoardus* ad an. 944, p. m. 158, tanquam *Ducis*, cujus opera *Otto I*, Rex, ab obitu *Ottonis*, *Lotharingiæ* Ducis, in ordinanda hac Provincia, fuerit uſus. Vid. ſeq. Tit. XVI, Catalog. *Ducum Lotharingia*, in vita *Ottonis I*, ubi ſimul, quo titulo *Dux Lotharingiæ* vocari mereatur. an. 953, in Parentem, *Ottonem* Regem, inſurgenti *Ludolfo* Alemannorum Duci, cum fratribus *Eberhardo*, & *Arnolfo*, Bavariæ Palatino, auxilia tulit, opportuna veluti occaſione recuperandi Bavariæ Ducatus, quo exciderant, in *Henricum*, Regis fratrem, collato. Vid. *Witichindus*, lib. 3. Annal. apud *Meibomium*, Tom. I. *Rer. Germ.* p. 653: *Bajoarii*, (modo dicti tres fratres, Arnolfi Mali filii,) *Comites Fratris Regis*, (Henrici D. Bavariæ) *relicto eo*, *conjuncti ſunt Liudolfo: qui pergens cum eis*, *cepit Urbem Regiam*, *qua dicitur Reinesburg*, (Ratisbonam) *cum cæteris in ea Regione munitiſſimis*, *omnemque pecuniam Ducis ſuis militibus diviſit*, *conjugem*, *cum filiis Patrui*, *& amicis*, *non ſolum urbe*, *ſed & Regione excedere cogit*, & paucis interjectis: *Erat autem junior Arnulfus*, *cum fratribus*, (Eberhardo, & Hermanno noſtro) *qui tale conſilium machinatus eſt contra Henricum*, *eò quod paterno Regno ſubrogaretur*, *ipſe autem honore patrio privatus eſſet &c.* Non multo poſt, *Hermannus* noſter, arma in *Udalricum* Epiſcopum, Civesque *Auguſtanos*, partium Cæſarearum, vertens, captivitatem ſubiit, libertati tamen, mediante *Cinnenſi* pace, de qua *Witichindus*, l. c. reſtitutus, Conf. Dn. *Tolnerus* l. c. in Ejus vita, p. 214 & 215, ad an. 954, ubi addit, eadem occaſione, *Heilwigem*, ei nuptum datam. An. 959, eundem, (*Henricum* aliis vocatum,) è vivis exceſſiſſe, & quidem ab *Erneſto*, *Ottonis* Imp. privigno, quem *Adelheida*, cum priori marito, *Lothario*, Italiæ Rege, genuerat, occiſum, conjecturis conſequitur idem l. c. pag. 219 &c. quarum præcipuæ ſunt, (1) quod *Thrubemius*, in Chronico *Comitum Palatinorum Rheni; Andreas*, Presbyter *Ratisbonenſis*, in Chronico *Ducum Bavaria*, in vita *Erneſti* Ducis pag 20, Edit. Schilter. & *Lehmannus* lib. 5. *Chron. Spir.* cap. 8, pag.

392 &

392 & 393, tradant, *Comitem Palatinum Rheni*, circa annum 959, ab *Erneſto* Duce, fuiſſe jugulatum; nec probari queat, iſto tempore alium, quam *Hermannum* noſtrum, Præfectum Prætorio vixiſſe; vel *Monacho Brunwillerenſi* teſte, l. c. Cap. 1, p. 314, diſertis verbis affirmante, *Ezonem Hermanni* noſtri filium, *Regalis Palatii apicem, jure paterni ſanguinis, ſtrenuiſſime gubernaſſe &c.* (2) Interfectus ille Comes Palatinus, *Conſanguineus Ottonis* Imp. appelletur; & palam ſit, Cæſaris fratrem, *Henricum Hermanni* noſtri ſororem, *Judittam*, in matrimonio habuiſſe; vid. *Hroſwitha*, apud *Meibomium* l. c. Tom. I, pag. 714; (3) nec non *Dux*; jam conſtet, *Hermannum* noſtrum *Lotharingiæ* Ducatus partem adminiſtrandam ab *Ottone* Imp. fuiſſe conſecutum &c. &c. Qua ſtirpe Uxor ejus, *Helwiwigis*, oriunda ſit, non ſatis liquet; ſunt tamen, qui originem ejus à perantiquis Comitibus de *Dillingen* & *Kyburg*, repetunt; Vid. Dn. *Tolnerus* l. c. pag. 223; Extra dubii aleam vero ponendum, duos eam in lucem edidiſſe filios, *Ezonem* nimirum, de quo mox; & *Hezilonem* ſeu *Henricum*, circa annum 957 natum; qui in judicio ercîſcundæ Familiæ, dimidiam partem *Comitatus Nemoris*, in Juliacenſi agro, cum prædio *Berchem*, ſortitus eſt; vid. Dn. *Tolnerus* l. c. cap. 2, pag. 25; Cap. 3, p. 85, & 96, cap. 8, pag. 201, & 223; Pater *Henrici* C. P. R. & *Domini de Lacu*, Cœnobii ad *Lacum* Fundatoris, de quo infra; & *Hildegardis*, *Friderico*, *Theodorici*, Lotharingiæ Ducis, filio, nuptæ. Vid. Dn. *Tolnerus* l. c. cap. 8, p. 225.

(3) EZO, ſeu ERENFRIDUS.

Hic eſt Princeps, ille laudati *Hermanni* C. P. R. filiorum natu major, cujus vitam Monachus *Brunwillerenſis*, ap. *Papebrochium*, in *Actis Sanctorum*, d. 5 Maji & Ill. Dn. *Leibnitium*, de Script. Brunſuic. p. 313 &c. deſcripſit. Ehrenfridi loco, maluiſſe *Ezonem* ſe vocari, in vita *Hermanni*, modo dictum eſt. Animi ejus corporisque & Fortunæ dotes hiſce delineat *Brunwillerenſis* Monachus, cap. 1, pag. 314: *Fuit præclariſſimi Generis Ezo, Comes Palatinus, qui, tum propria virtutum actione, tum etiam Glorioſiſſimæ Conjugis ſuæ, Mathildis* (Ottonis 2, Imp. filiæ,) *pia, ac Deo devota Religione, venerandus, ſemperque prædicandus, manifeſta ſuorum reliquit indicia geſtorum, &c. Denique, totius Galliæ* (Franciæ) *Principum, cum eſſet corporis elegantia venuſtiſſimus, mentis induſtria prudentiſſimus, animi magnanimitate fortiſſimus; ad diſponenda negotia, tam privata, quam publica, diſcretiſſimus, Regalis Palatii apicem, jure paterni ſanguinis, ſtrenuiſſime gubernando, eo profecit honoris, ut ſuam ſemper gloriam pluris, quam accepiſſet, efficeret decoris &c.* Apud *Ditmarum*, lib. 4, p. m. 47, hæc, de eo: *Cæſaris ejuſdem* (Ottonis III) *ſoror, Mathild nomine, Hermanni, Comitis Palatini, Filio, Ezoni, nupſit, & hoc multis diſplicuit &c.* Lucem aſpexit an. 954, ut *Gelenius*, de *Magnitudine Coloniæ*, p. 388, arbitratur, vel 955, ut *Papenbrochio*, in Notis ad MS. *Browilleranum*, *Act. Sanct.* 5 Maji, & Dn. *Tolnero* l. c. cap. 8, p. 223, videtur, & quidem, vel *Thonaburgi*, hodie *Thomberg*, in Juliacenſi Ducatu ubi poſtea Sedem fixerat, vel in *Browilre*, quem locum Parens ejus primum habitabilem fecit. *Ottone III*, an. 985, Paſcha Quedlinburgi celebrante, Eum *ad Cellariam miniſtraſſe*, docet *Ditmarus* lib. 4; cujus verba ſeq. Tit. 13, procem. lit. b. producam. De litibus ejus, cum *Henrico Sancto* Imp. qui deferenda ſibi, ex mandato mortui, in Italia, Imperatoris *Ottonis III*, ab *Herberto* Colonienſi, Inſignia Imperii ſurripuerat, pace tandem in has leges pacta, ut *Henricus*, *Ezoni*, Inſula *S. Suiberti*, cum Oppido *Augia Cæſarea*, vulgò *Kayſerswerth*, *Duysburgo* ad Rhenum, (quæ poſtea *Otto*, Ejus filius, *Henricus III*, Imp. reſtituit) & *Salfeldia* Thuringiæ, cederet, ex MS. *Browillerenſi*, de *Geſtis Abbatum*; *Trithemii Chronico Hirſaugienſi*, aliisque, legas Dn. *Tolnerum* l. c. cap. IX, pag. 233 &c. an. 1014, *Henricum Sanctum* Romam comitatus eſt; teſte Diplomate hujus Imperatoris, eodem anno, *Benedicto* P. R. conceſſo, apud *Goldaſtum* T. 1 *Conſtit. Imp.* pag. 227 &c. *Baronium*, Tom. XI Annal. ad an. 1014, pag. 47 &c. & Dn. *Tolnerum*, *Codic. Diplom. Palat.* §. 28, pag. 24 & 25, cui appenſum quoque ſigillum: *Ezonis, Comitis Palatini &c.* Ejusdem mentio fit, in Diplomate Cæſareo, 1023, apud Dn. *Tolnerum* l. c. §. 27, pag. 22; Conjugem Ejus, *Mathildam*, an. 1025, ad plures abiiſſe, dixi præced. Tit. V, in vita *Ottonis* 2 Imp. v. 3, p. 502; Ipſe obiit an. 1034, ut *Annales Hildesheimenſes*, ad h. a. apud Ill. Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Brunſuic.* pag. 727, produnt: *Hezo, Palatinus Comes, à ſua concubina, nomine Tietburga, veneni poculo, ut fertur, periit, flebiliter mortuus, & ad Auguſtam transportatus, & in Eccleſia S. Udalrici eſt ſepultus, 16 Kal. Junii &c.* cum quibus convenire videtur *Chronicon Hildesheimenſe* apud *Andream Du Cheſne*, de *Script. Franc.* ubi: *An.* 1034, 16 Kal. *Junii, Hizzo, Comes Palatinus, obiit, veneno, à concubina ſua, Theutberga, propinato, ſepultus Auguſtæ Vindelicorum, ad S. Udalricum &c.* nec non aliud Chronicon apud *Cruſium*, lib. 6, *Annal. Suev.* part. 2, cap. 8. an. 1034: *Hizzo, Comes Palatinus, à concubina ſua, nomine Thietburga, veneni poculo, ut fertur, ſublatus eſt, Auguſtamque deportatus, ibique, in Eccleſia S. Udalrici, ſepultus, 16 Kal. Junii &c.* Add. *Gelenius*, in *Annal. Colonienſ.* ad eundem annum. Locum obitus deſignat *Monachus Brunwillerenſis*, in Ejus vita, cap. 2, p. m. 319: *Poſt obitum Religioſiſſimæ Conjugis ſuæ, cum jam decimus annus inſtaret, maximo ſuorum, ut ſemper, comitatu ſtipatus, ad ſuam Provinciam Salaveldt, profectus, & prolixiore ibidem tempore commoratus eſt, & infirmatus, octoginta prope annos ætatis ſuæ habens, congruo ſuæ fidei, ſpei, & operationi, fine defunctus.*

& vero

& Vere beatus, qui in Domino moriuntur, in illa, qua nemo moritur, Vita, ſpiritu conjunctus eſt. Corpus vero ejus, ad dilectum ſibi locum, quem ut verus Abraham Patriarcha, non ab indigenis Terræ, ſed à Chriſto, & Sanctis Ejus, datis rebus ſuis in ſepulturam, emerat, delatum, & ab Archi-Epiſcopo ſupradicto, Hermanno Colonienſi, ejus filio) *juxta corpus Conſortis ſuæ, devotiſſimæ Deo, Mathildis, ſepultum eſt. Et hoc Epitaphium ſuper ipſum deſcriptum eſt:*

Nomen Erenfridi tribuat ſuper æthera ſcribi,
Nomine pro cujus ſtructa ſtat iſta domus.
Ad quod eum factum Conjux Clariſſima tractum
Flexit, & hac obiit: liquit, & hic ſubijt.
Cujus fœcundi dederint cum pignora lumbi,
Subtraxit Natis, quod daret hic Monachis.
Quem ſibi bis ſenis Gemini miſere Calendis,
Qua fovet ille domo, qui Deus eſt & Homo.

Patet hinc, non penitus dubio carere, ex Chronicis allata, de *Ezone* noſtro intelligenda eſſe, niſi forte dicamus, juxta morem, vel adhuc conſuetum, cor ejus, cum viſceribus, *Brunwillerenſi* in Cœnobio, ad latus defunctæ Conjugis, fuiſſe reconditum, & oſſa, *Auguſtæ Vindelicorum* Terræ mandata, vel vice verſa; vel etiam, aliquamdiu requieviſſe Eum *Brunwilleræ*, poſtea *Auguſtam* tranſlatum. De Prole, inquit *Brunwillerenſis*, cap. 1, p. 316. *Legitimo humanæ procreationis tempore exacto, nati ſunt Ei filii tres; Hermannus, Otto, Ludolphus; Filiæ ſeptem: Richza, Adelheid, Idæ, Mathild, Theophanu, Heileweig, Sophia &c.* Fata, quæ ſubierint, tradit l. c. ſequentibus: *Ludolphus, major natu, quod erat animo acerrimus, & corpore robuſtiſſimus, militarique prorſus virtuti aptiſſimus, præter Parentum glorias & divitias, Comitatum, ſeu Præfecturam, adeptus eſt: ſcilicet, ut, ingruente bellicoſi diſcriminis articulo, Colonienſis Archi-Epiſcopi Legionis Signifer, id eſt, Primipilarius, eſſet. Hic filiam Ottonis, Comitis de Sudveno,* (Zutphaniæ) *nomine Mathildem, in Conjugem accipiens, duos æque per omnia ſibi ſimillimos, ex ea generavit Filios: Henricum videlicet, & Cunonem, quorum alter, ſuam poſt mortem, Ejus Comitatum, alter vero Bavariæ meruit Ducatum. Verum, à vita exceſſit uterque ſine ſtirpis ſucceſſione &c.* De *Cunone* hoc, ſeu *Conrado*, ſeq. Tit. XVI, in *Catalogo Ducum Bavariæ*, plura dicam. Frater Ejus, *HENRICUS*, eſt ille ipſe Princeps, cujus *Monachus Sigebergenſis* in *Vita S. Annonis, Colonienſis*, lib. 1, c. 19, apud *Surium*, 4 Dec. p. m. 134, meminit: *Palatinus Comes Henricus, Vir potentiæ ſecularis,* (forte: ſingularis) *& gloriæ, tunc temporis, inimicitias, adverſus innocentiam Deo dilecti Pontificis, exercens, cædibus, rapinis, & incendiis, per omne ferebatur Epiſcopium, ad devaſtationem Patriæ, præſidio fretus in prædicti Montis vertice. Hunc, juſtis exigentibus cauſis, anathematis ſententia feriens Archi-Epiſcopus, tandem ad ſatisfactionem coactum captivumque traxit. Qui Coloniam veniens, ad ejus veſtigia ruit ſupplex, & pœnitens, &, accepto communionis & indulgentiæ loco, pro gratia ſe reconciliantis Epiſcopi, B. Petro Montem Sigebergenſem dono contradidit &c.* Ab irregulari & perverſo vitæ genere, *Furioſus* dictus eſt, nec non *Monachus*; reconciliatus enim *Annoni* Colonienſi, mundo valedicens, relicta Uxore, cum Liberis, *Gorziam, illuſtre quondam Monaſterium Lotharingiæ, ſpecie Religionis, inierat, atque ibi, baltheo poſito, priſtini honoris ac cultus Inſignia, vili Monaſtica toga mutarat, admirante vicina Germania, quæ ſpiritus Viri ac tyrannidem experta norat;* ſunt verba *Broweri*, lib. XI. *Annal. Trevir.* cap. 136, ad an. 1061, p. m. 537. Tempus indicat *Lambertus Aſchaffenburgenſis*, ad an. 1057. *Henricus, Palatinus Comes Luthariorum, inſtinctu dæmonis, Monaſticam vitam profeſſus eſt, in Gorzia &c.* Enim vero, ut *Lambertus* pergit, *per paucos dies, vulgante ſe dæmonio, quo illuſus fuerat, ſanctæ converſationis habitum, quo ſe Angelus Satanæ in angelum lucis transfiguraverat, abjecit, Uxoremque ſuam, & poſſeſſiones, deſertor Dei & transfuga recepit &c.* Quid porro? *Henricus, Palatinus Comes Lutbariorum, uxorem ſuam, manu propria, interfecit, & ſic tandem publicata evidentius inſeſtatione dæmonis, quam diu diſſimulaverat, miſſus eſt in Monaſterium Eſdernachenſe, ibique diuturna vexatione conſumptus interiit &c.* Hæc iterum *Lambertus*, ad an. 1061, cuncta comprobante *Monacho Sigebergenſi*, l. c. cap. 32, p. 137 & 138, qui Conjugem, *Adelheidam* vocat: *In amentiam verſus eſt, ac mox dependentem arripiens bipennem, dilectæ Conjugis, Adelheidis, caput feriens amputavit, curſuque fores egreſſus, plauſu manuum, & cachinno, quid egiſſet, inſanientis, ut erat, more, expoſuit ---- captus, vinculisque à ſuis injectis, quamdiu ſupervixit, furioſus & impos ſui manſit &c.* Add. *Browerus* l. c. ad an. 1061. *Henricus Palatinus in Epternacenſe Monaſterium deportatus, jam tum parum ſui compos, ærumnoſam ibi vitam exegit &c. Aventinus*, lib. 5. *Annal. Bav.* p. 543. Dn. *Tolnerus* l. c. pag. 251. Quæ reperiuntur apud Continuatorem *Hermanni Contracti*, ad an. 1061. *Henricus, Palatinus Comes, in amentiam, verſus, cum, ſub ſpecie Religionis, quaſi ſeculum derelinquens, in Monaſterium Ephtirnacha ſe contuliſſet, inde abſtractus, conjugem ſuam occidit &c.* ex hactenus dictis emendanda ſunt. Liberos ejus, adhuc ante ipſum, exuvias mortales depoſuiſſe, innuunt præfata *Brunwillerenſis Monachi* verba: *A vita exceſſit uterque,* (ipſe, & Ejus frater, Conradus) *ſine ſtirpis ſucceſſione.*

Hermannus, Ludolphi frater, Archi-Epiſcopus *Colonienſis* evaſit, mortuo *Piligrino*. Vid. *Hermannus*

Contractus, ad an. 1036. *Piligrinus*, *Agrippinenſis Archi-Epiſcopus*, *obiit*, *pro quo Hermannus &c.* Conf. *Marianus Scotus*, an. eod. De Genere, teſtatur ipſius Diploma reſtaurationis Collegii *Severiani*, de an. 1043, Indict. XI, Præſulatus ſui *Octavo*, apud *Gelenium*, de *Magnitudine Coloniæ*, lib. 3, p. 273, & Dn. *Tolnerum* l. c. pag. 155, quod ſic orditur: *Ego Hermannus Secundi Ottonis Imperatoris filiæ*, *Dominæ Mathildis*, *beatæ memoriæ*, *filius &c.* conſtat autem, ex ſupradictis, *Mathildem* hanc nuptam fuiſſe *Ezoni* C. P. R. *Hermanni* Noſtri Parenti. Hinc recte *Monachus Brunwillerenſis* l. c. cap. 2. p. 319. *Hermannus Archi-Epiſcopus*, *Venerandi Patris ejusdem* (Ezonis) *filius*, *in ſancta Colonienſi Eccleſia S. Confeſſoris Chriſti*, *ſolennizare inſtituit feſto &c.* & cap. 3, pag. 320. *Frater Ejus* (Ludolphi, C. P. R.) *Hermannus*, *Pilgrino*, *Archi-Epiſcopo transmigrante*, *Conrado adhuc imperante*, *S. Coloniæ Archi-Pontificatum*, *gratia Dei*, *& electione totius Cleri*, *atque favore univerſi Populi*, *adeptus eſt &c.* Conf. Diploma *Henrici III.* Imp. Cœnobio Brunwilerenſi datum, apud Dn. *Tolnerum*, *Cod. Dipl. Palat.* §. XXX. p. 27: *Erenfridus*, *b. m. Comes Palatinus*, *una cum Conjuge ſua*, *Domina Mathilde*, *Abbatiam*, *in loco*, *qui vocatur Bruwillre*, *conſtruxerunt* ---- *defunctis ſupradictis Principibus*, *filii eorum*: *Hermannus ſcil. Chariſſimus noſter S. Colonienſis Eccleſiæ Venerabilis ac pius Archi-Epiſcopus*, *nec non ſorores Ejus*, *Domina Richeza*, *Poloniæ quondam Regina*, *ac Theophania*, *Asnydenſis Monaſterii Abbatiſſa &c.* nec non aliud, ibidem, §. XXXI. pag. 28. Add. *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 1037, p. 68, cujus verba præced. Tit. 5, in vit. *Ottonis* 2, Imp. v. 3. p. 502, recitavi. Ab Eo inauguratum *Henricum IV*, Romanorum Regem teſtatur *Lambertus Aſchaffenb.* ad an. 1054, vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1053, p. 105. Obiit tandem, an. 1056, 4 Id. Febr. ſucceſſorem nactus *S. Annonem*. Vid. Dn. *Tolnerus* l. c. p. 156.

Otto, tertius filiorum *Ezonis*, de quo mox.

Adelheit, *in Nivella Monaſterio*; *Theophanu*, *in Aſinde*: *Heilweig*, *in Nuſſiat Mathild*, *in Didinkirica*, *atque Vylica*, *Ida*, *in Monaſterio S. Mariæ Moguntiæ*, *atque Gandersheim*, *Sanctimonialibus Feminis ſunt prælatæ loco Regiminis &c.* Hæc *Monachus Brunwillerenſis* l. c. cap. 1, p. 316. Dn. *Tolnerus* vero l. c. pag. 258, docet, *Idam* hanc præfuiſſe Abbatiæ *Eccleſiæ Capitolinæ S. Mariæ Colonienſis*; *Sophiam autem*, Ejus ſororem, electam eſſe Abbatiſſam *S. Mariæ Moguntinenſis*, *& in Gandersheim*, natu minima harum ſororum, *Richeza*, nupta erat *Micslao* 2, ſeu, ut *Wipponi*, in vita *Conradi Salici*, p. m. 431, & p. 438, ad an. 1032, vocatur, *Miſiconi*, Poloniarum Regi, a laudato *Conrado* Imp. bis in ordinem redacto, an. ſcil. 1032, & 1036, de quibus expeditionibus legas vitam *Conradi Salici*, præced. Tit. 5, v. 4, ad hos annos, pag. 520 & 521. Teſtamentum ejus occurrit in *Codice Diplomatico Palatino*, Dn. *Tolneri*, §. XXXII, pag. 29; Plura de ea recenſet Dn. *Tolnerus*, cap. 9. Hiſt. Palat. pag. 259 ad 264, ubi, *Papebrochium*, obitum ejus, circa an. 1063, 12 Kal. Mart. *Salfeldiæ*, contigiſſe, exiſtimantem, *plumbeæ tabellæ*, ipſius capiti ſuppoſitæ, eamque an. 1057, 19. Kal. April. defunctam teſtanti apud ipſum *Papebrochium*, *Act. Sanct.* menſ. Mart. p. 3, opponit. Ab ejus obitu, Præfecturam Prætorii adminiſtravit;

(4) OTTO,

Tertius Filiorum *Ezonis* C. P. R. & *Mathildis*, *Ottonis* 2, Imperatoris filiæ, cujus, in vita *Ezonis*, modo facta mentio. Sanguinis vinculum, inter alia, probatur quoque Diplomate, ipſius ſororis *Richezæ* Poloniarum Reginæ, de an. 1054, apud *Gelenium in Vindiciis B. Richezæ*, & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Dipl. Palat.* §. XXXIV, p. 30, ubi: *Ego Richeza*, *Regina*, *poſtquam Frater meus*, *b. m. Otto Dux*, *medietatem Browillerenſis prædii*, *quæ annuente Fratre noſtro Hermanno*, *Archi-Epiſcopo*, (Colonienſi) *jam in uſus noſtros transferat*, *pro anima ſua*, *& pro Parentum ſuorum*, *ibidem pauſantium*, *æternæ memoriæ*, *Deo*, *Sanctoque Nicolao*, *reconſignavit &c.* Cum quo conferas laudatæ Reginæ Teſtamentum de an. 1051, l. c. §. XXXII, pag. 29, nominatim verba: *Ego Richeza*, *Poloniæ quondam Regina*, *poſt deceſſum Patris mei*, *Dn. Erenfridi*, *Illuſtriſſimi Comitis Palatini*, *& Matris meæ*, *Deo devotiſſimæ*, *Mathildis*, *Brauwillrenſi Cœnobio*, *ab ipſis primum fundato &c.* *Brunwillerenſis Monachus*, in *vita ejusdem Ezonis*, cap. 3, apud Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Brunſvic.* p. 320, ſequentia de eo ſuppeditat: *Otto igitur*, *Filius ejus*, *qui erat aſpectu venuſtus*, *ſtatura procerus*, *affatu jucundus*, *patriis rebus & honore dignus hæres ſubſtitutus eſt &c.* &, paucis interjectis: *Qui* (Henricus III, Imp.) *cum regnare cœpiſſet*, *exorta*, *contra Eum*, *Godefridi Ducis*, (Lotharingiæ) *atque Baldewini Comitis* (Flandriæ) *invidia*, *ad excitandum*, *plurimis pernicioſiſſimum mortalibus*, *tumultum*, *multa quidem paſſus eſt adverſa*: *quæ*, *quamvis cum difficultate*, *ſupradicto tamen Archi-Præſule* (Colonienſi) *Hermanno*, *& fratre ejus*, *Ottone*, *Comite Palatino*, *quos*, *præ omnibus*, *ſui ſemper laboris & Gloriæ conſortes habuit*, *laborioſiſſime ſecum decertantibus*, *ſimul & Eum glorioſiſſime in omnibus adjuvantibus*, *ſuperavit univerſa.* *Siquidem*, *Imperatori Comitis Palatini non ſolum fidem*, *ſed & virtutem*, *ſibi ſummopere appetendam fore*, *ea res maxime ſuadet*.

ſuadebat, quæ & tunc recens erat, & magnam ubique viro laudem circumferebat &c. His annectitur hiſtoriola: De *Urſo*, quem, longe lateque agros, *ipſiusque Palatini Provinciam Saiavelt, vaſtantem*, proſtraverit, tantæ magnitudinis beſtiam, cujus corium quindecim pedum longitudinis reperiretur, cui p. 321 ſubjungit: *Imperator autem majoris volens dignitatis gloria Virum extollere, accepta ab Eo Inſula S. Switberti, atque Duysburg*, (loca hæc ab Henrico Sancto Imperatore, in ipſius Patrem, *Ezonem*, translata erant) *munificentiæ gratia, Suevorum Ei committit Ducatum, (Henrico, Ejus Patrui* (Hezilonis) *filio, ad Palatii officium ſubſtituto) qui traditum, omnium fere mortalium favorabili erga eum habita dilectione, glorioſe gubernans, tertio, proh dolor! ejusdem Ducatus anno, ſeptimo Idus Septembris, immatura morte, in Conabs* (ſeu Tonaburg, hodie Tomberg) *Caſtro, diem clauſit extremum, &c.* Obtinuit autem Sueviæ Ducatum, an. 1045, *Hermanno Contracto* teſte, ad h. a: *Otho, Palatinus Comes, Paſchali hebdomada, Dux Alemanniæ, apud Goslare, à Rege conſtituitur &c.* De obitu ejus pergit idem, ad an. 1047: *Otho, Suevorum Dux, qui Provinciam ſibi traditam piè ac ſtrenuè, tertio jam anno, regebat, immaturo obitu, diem clauſit extremum &c.* Conf. *Marianus Scotus*, ad eundem annum: *Otto, Dux Suevorum obiit, pro quo Otto de Suinforto ſurrexit &c.* Add. *Excerptum, de Familia & Actis Clementis 2, Papæ, ex Annalibus Sec. XII, in Saxonia ſcriptis, nondum editis*, apud Ill. Dn. *Leibnitium* l. c. p. 577: *Anno* 1047 - - - - *Otto. Dux Suevorum obiit, in cujus locum Otto, Marchio de Suinvorde, Marchionis Heinrici, & Gerbergæ Marchioniſſæ, filius, ſurrexit &c.* nec non *Annales Hildesheimenſes*, ad h. a. ibidem, pag. 731: *Ottho, Dux Suevorum obiit, pro quo Otto de Suinvurdi, ſurrexit &c.* Sequentem an. 1048, mavult *Conradus Urſpergenſis*, pag. 166. ſcribens: *Anno Domini* 1048 - - - *Otto, Dux Suevorum obiit, pro quo item Otto de Swinfurte, ſurrexit;* quem ſequitur Dn. *Tolnerus Hiſt. Palat.* cap. 10, p. 274, addens, eum, *Brunwillerenſi* in Cœnobio, juxta Parentem, *Erenfridum*, ſeu *Ezonem*, ſepultum, hoc cum Epitaphio:

Virgineum ſidus dum ſeptem terminat Idus,
Admonet huc veniens, ut legat iſta gemens.
Heu! ruit Ottonum flos Regum Magnificorum,
Imperiale quibus ceſſit in Orbe decus:
Flos hic eorundem tulit Otto nomine nomen,
Cui Mathild Mater, cui fuit Ezzo Pater.
Dux qui Suevorum moriens fit planctus eorum,
Sed de morte Deus, hunc repara melius.

Henningeſius, part. 1 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia* pag. 257, Uxorem Ei adſcribit *Petriſſam*, Comitiſſam de *Amerthal*: neſcio autem, qua auctoritate? errat? Minimum, eſt erroneum, quod *Erneſti* 2, Ducis Sueviæ filium, Eum conſtituat, cum, ut hactenus probatum, *Ezzonem* Patrem habuerit; Conf. Ill. Dn. *Leibnitz*, in *Prolegomenis Script. Brunſuic.* §. XXVII, p. 15 & 16; Dn. *Tolnerus*, l. c. cap. 2, p. 86, lit. F, & cap. 10, p. 167 &c. Succeſſor Ejus fuit, in Palatii Præfectura,

(5) HENRICUS, DN. DE LACU,

Laudati *Ezonis*, ex fratre *Hezilone*, ſeu *Henrico*, nepos; teſte *Monacho Brunwillerenſi* l. c. pag. 321, cujus verba modò produxi, quibus *Ottonis*, Anteceſſoris ſui, *Patrui filius* compellatur. Eadem conſanguinitas elucet è diplomate *Henrici III* Imp. an. 1051, ſuper *Clotteno*, aliisque bonis in Tractu Moſellano, Monaſterio *Browillerenſi* datis, exarato, apud Dn. *Tolnerum*, in *Codice Diplomatico Palatino*, §. XXIX, p. 26: *Domina Venerabilis, Richeza nomine, Regina quondam Poloniæ*, (Ezonis C. P. R. filia) *prædium ſuum, Clotteno dictum - - - pro remedio animæ ſuæ, ſuique fratris, b. m. Ottonis Ducis; aliorumque Parentum ſuorum, in Monaſterio Browilerenſi ſepultorum, libere & integre, Deo, Sanctoque Nicolao, ad prædictum Monaſterium, per manum Henrici, Palatini Comitis, Filii Patrui ſui, ſub cujus nunc mundiburdio manebat, contradidit - - - - Tradidit etiam Caſtrum ſuum Chuchomo, Henrico, Palatino Comiti, Filio Patrui ſui, ea ſcilicet conditione, ut, quam diu viveret, ſuper ipſum Clotteno defenſor & Advocatus exiſteret &c.* *Trithemium*, qui in *Chron. Hirſaug.* ad an. 1060, pag. 206, *Henricum* noſtrum, Patre *Henrico Furioſo*, ſeu *Monacho*, *Ezonis*, ex filio *Ludolpho*, Nepote, prognatum exiſtimat; & *Spenerum*, lib. 3 *Op. Herald.* cap. 27, §. 9, p. 669, eundem, vel filium *Hezilonis*, Bojorum Ducis, vel ejus, ex fratre, *Friderico*, Comite Lucemburgenſi, nepotem fuiſſe, arbitrantem, ſub cenſuram vocat Dn. *Tolnerus*, cap. XI, *Hiſt. Palat.* p. 274; Præfecturam Palatii obtinuit, an. 1045, cum Patruelis, *Otto*, ab *Henrico III* Imp. *Dux crearetur Sueviæ*; ceu *Monachus Brunwillerenſis* l. c. pag. 321, verbis, in vita *Ottonis* jam extantibus, teſtatur. A Sede, quam haud procul ab *Andernaco*, Colonienſis agri oppido, in *Caſtro ad Lacum*, in colle, è rupe ſolida, in orientali *Lacus* crepidine, in ipſum Lacum prominente, habuit, *Dominus de Lacu* audit; Eum ſemetipſum ita compellaſſe, documento eſt diploma *fundationis Monaſterii ad Lacum*, de an. 1093, apud *Freherum* part. 2 *Originum Palat.* cap. 9, p. 33, ubi ſimul *Lacus* delineatio; & in *Codice Diplomatico Palatino Dn. Tolneri*, §. XXXVII, p. 32, ſic inchoatum:

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Ego, Heinricus, Comes Palatinus Rheni, & Dominus de Lacu &c. In ſigillo appenſo, legi: *Henricus, Comes Palatinus Reni, & Dominus de Lacu,* affirmat αὐτόπτης Dn. *Tolnerus* cap. IX *Hiſt. Palat.* pag. 227; Notes additamentum *Rheni*, quod in ſuperioribus non occurrit. Tanta apud Imperii Proceres pollebat auctoritate, ut, laborante acuto morbo Imperatore *Henrico III*, an. 1045, conſilium caperent Francofurti, Cæſare mortuo, deferendi Ei diadematis. Vid. præced. Tit. V, in vita *Henrici III*, v. 4, ad an. 1045, p. 526. Interfuit cruento prælio ad *Elſteram*, an. 1080, inter *Henricum IV* Imp. ejusque Antagoniſtam, *Rudolphum*, commiſſo; *Brunone* teſte, in *Hiſtoria Belli Saxonici*, ad h. a. apud *Freherum*, T. 1 *Rer. Germ.* pag. 149: *Reverſus cum Peditibus*, (Otto Dux) *invenit, in loco Prælii, Heinricum de Lacha, cum maxima parte exercitus, jam quaſi de Victoria triumphantem, & Kyrie eleyſon, læto clamore, canentem &c.* Quæ in *Chronico Magdeburgico*, apud *Meibomium* T. 2, *Rer. Germ.* in vita *Hardewici* Archi-Epiſcopi, pag. 315 repetuntur. An. 1090 novam expeditionem in Italiam moliente Imperatore, Vicarium egit in Germania noſter Princeps, vid. Dn. *Tolnerus* l. c. cap. XI, p. 278, ex Diplomate Abbatiæ *Epternacenſis*, quod incipit: *Notum ſit, tam præſentibus, quam futuris, quod Henricus Comes, Conradi* (Com. Lucemburg.) *piæ memoriæ, filius, Bertrami, Defenſoris noſtræ Eccleſiæ, circumventus & deceptus muneribus & fraudibus, Jus Advocati in aratura &c. Præſidente Domino Henrico, Comite Palatino, cui à Domino Noſtro Imperatore Auguſto, Henrico, in Italiam exercitum ductante, commiſſæ ſunt habenæ &c.* Deceſſit tandem, an. 1095, teſte *Dodechino*, in Appendice ad *Marianum Scotum*, ad h. a. p. 462: *Lupuldus Marchio, & Henricus, Palatinus Comes, etiam obierunt &c.* Add. *Bertoldus Conſtantienſis* in Appendice ad *Hermannum Contractum*, an. eod. p. 375: *Heinricus etiam, Palatinus Comes, multum & ipſe dives, ſed Apoſtolicæ Sedi non adeo obediens, viam univerſæ Terræ arripuit, divitiasque multas à multis ſibi inutiliter diripiendas dereliquit &c.* nec non *Chronographus Saxo* an. eod. p. 272; *Conradus Urſpergenſis*, an. eod. p. 174; *Annales Hildesheimenſes* an. eod. apud Dn. de *Leibnitz*, de *Script. Brunſuic.* pag. 733; *Browerus*, *Annal. Trevir.* lib. 12, an. eod. p. 570; rectè hinc corrigit Dn. *Tolnerus* l. c. pag. 279, Eum an. 1093 defunctum tradentes; cujus etiam ſententiæ Principis Epitaphium, in Monaſterio *ad Lacum*, quod ipſe condiderat, & in quo requieſcit, favet:

Anno milleno, quinto novies quoque deno,
Occidit, heus! clarus, templo hoc tumulatus amœno,
Hic Palatinus, Henricus nomine, Comes.
Hoc quia conſtruxit Templum, Mariæque dicavit:
Quæſimus ergo Iheſu, da æterna gaudia vitæ.
&c. &c.

Uxor Ejus erat *Adelheidis*, fil. *Ottonis Orlamundani*, Thuringiæ Marchionis, viduaque *Henrici* 2, Lovanii & Brabantiæ Comitis, unde nati *Henricus III*, Brabantiæ Comes, *Godefridus Barbatus*, Dux Brabantiæ, & *Sigfridus* C. P. R. à Vitrico ſcriptus hæres. Inſpiciendum de his, præfatum *Henrici* noſtri Fundationis *Cœnobii ad Lacum* Diploma, de an. 1093, apud *Freherum* l. c. & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Dipl. Palat.* §. XXXVII, p. 32: *Ego Henricus, D. G. Comes Palatinus Rheni, & Dominus de Lacu, ad muniendam quietem humilium ſpiritu, notum facimus, cunctis Chriſti noſtrique fidelibus, tam futuris, quam præſentibus, quod, cum absque liberis eſſem, annuente, & cooperante, Uxore mea, Adleide, pro remedio animæ meæ & æternæ vitæ conſecutione, in Patrimonio meo, ſcilicet Lache, in honorem B. Dei Genitricis Mariæ, Sanctique Nicolai, Monaſterium, Regulæ Monaſticæ cultoribus incolendum, fundavi, propriisque bonis dotavi; ſub præſentia & cognitione Dn. Heelberti, Venerabilis Treverorum Archi-Epiſcopi. Advocatum vero non alium, quam me ipſum, quamdiu vixero, huic Cœnobio conſtituo: poſt mortem vero meam, quem Fratres præfati Monaſterii, ſive ex Privignis meis, ſive in Provincia, viribus & benignitate, ſed & ſubveniendi opportunitate, magis idoneum providerint, ejusdem Monaſterii familiis & poſſeſſionibus præficiatur Advocatus, quod dicitur Dinckvaut - - - - de cætero, deſidero, &, quantum de mortuo vivens poſſum, firmiter ſtatuo, ut, ubicunque in Provincia vita exceſſero, nusquam, niſi in præfato Monaſterio, ſepeliar. Idem de Advocatis omnibus, & de Uxore mea, fieri volo & conſtituo &c.* Et in fine: *Hujus Conſtitutionis teſtes ſunt: Dominus meus Hielbertus, Treverenſis Archi-Epiſcopus; Sigefridus, Privignus meus; Henricus, Dux de Lembergh; Wilhelmus, Comes de Lutzelenburg, Cognati mei &c.* Quamvis, his non obſtantibus, Uxorem Ejus in Cœnobio *Epternacenſi* terræ mandatam, ex Monachis Monaſterii *ad Lacum*, dedicerit Dn. *Tolnerus* l. c. in *Not.* lit. e; & dicto cap. XI *Hiſt. Palat.* in fine, p. 281. En Schema:

Lui-

Digitized by Google

Luitbaldus, ſeu *Leopoldus*, Dux Bavariæ, occiſus an. 907.

Arnolphus Malus, Dux Bavariæ, ob. an. 937.

Eberhardus, exul obiit in Caſtro *Eberſberg*.	*Arnolphus* Jun. C. P. Bavariæ; Hinc Comites Schirenſes &c.	*Hermannus* C. P. R. & Dux Lotharingiæ. obiit an. 959. Ux. *Heilwig*. Com. Dillingenſ.

Ezo, ſeu *Ehrenfridus*, C. P. R. †. 1034. Ux. *Mathildis*, fil. *Ottonis* 2 Imper. †. 1025; Hinc nati:	*Hezilo*, ſeu *Henricus*, Comes Nemoris.
	Henricus C. P. R. & Dn. de Lacu, †. 1095. Ux. *Adelheida*, fil. *Ottonis* Orlamundani; Vidua *Henrici* 2 Com. Brabantiæ.

Ludolphus C. P. R. Ux. *Mathilda*, fil. *Ottonis*, Com. Zutphaniæ.	*Hermannus* Archi-Ep. Colonienſ. 1036, ob. 1056.	*Otto*, C. P. R. & Dux Sueviæ, obiit 1047.	*Adelheid* Abb. *Nivellenſ.*	*Theophania* Abb. *Aſindienſ.*	*Heylweg*, Abb. *Nuſſiæ*.	*Mathilda*; Abb. in *Didinckirica*.	*Ida*, Abb. *S. Mariæ Colon.*	*Sophia*, Abb. *S. Mariæ Moguntin.*	*Richeza*, Ux. *Miſconis*, Reg. Poloniæ, †. 1063.

Henricus, *furioſus*, & *Monachus*, dictus, C. P. R. qui an. 1061, Conjugem, *Adelheidam*, occidit.	*Cuno*, ſ. *Conradus*, Dux Bavariæ.

(6) SIGFRIDUS.

Parentes habuit, ut modò vidimus, *Henricum* 2, Comitem *Brabantiæ & Lovanii*, atque *Adelheidam*, *Ottonis Orlamundi*, Thuringiæ Marchionis, filiam, marito defuncto, *Henrico* C. P. R. & Domino *de Lacu*, nuptam, à quo etiam *Palatinatus* hæres ſcriptus fuit, ſicut & in eo, annexisque *Palatii*, *Dapiferatus* & *Vicariatus* officiis, ut & *Trevirenſis*, Eccleſiæ pariter & Urbis, *Advocatiæ*, ab antiquiſſimis temporibus *Palatinis Rheni* competente, deſuncto Vitrico, an. 1095, ſucceſſit. Vid. Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* cap. 12, p. 282 & 283; Laudatum *Henricum de Lacu*, in Diplomate *Fundationis Monaſterii ad Latum*, de an. 1093, Eum *Privignum ſuum* vocare, in ejus vita jam commemoravi; Conſ. *Hubertus Thomas Leodius*, Commentat. de *Palatinorum Origine*, apud *Freberum*, part. 1, *Originum Palatinarum*, p. m. 161; Verſa vice, Princeps noſter, in Confirmationis, dictæ fundationis, charta, apud *Freberum* l. c. part. 2, p. 35 &c. & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Dipl. Palat.* §. XXXVIII, p. 33 & 34, hisce *Vitrici* meminit: *Ego, Sifridus, Gratia Dei, Comes Palatinus, notum eſſe volo Fidelibus, qualiter, & à quibus, Eccleſia, quæ vocatur Lacus, constructa ſit, & libertati tradita, Prædeceſſor & Dominus meus, Henricus Comes Palatinus, exhortante Uxore ſua, Adelheide, Matre mea, prædictam Eccleſiam ædificare cupiens, fundamentum ejus tantummodo poſuit, &, jam morte imminente, ſicut Bonorum ſuorum, ita hujus quoque laboris, Eccleſiæ ſcilicet perficiendæ, hæredem me inſtituit &c.* Quibus ſimul conſtat, Eum à *Vitrico* conſtitutum heredem. Primis Regiminis temporibus, id eſt, an. 1095, *Urbano* 1, editâ *cruciatæ expeditionis* adverſus Infideles Bullâ, habitisque hanc in rem, Claramontenſi in Concilio, variis orationibus, (quas *Wilhelmus Malmesburienſis*, in vita *Wilhelmi* 2, R. Angl. lib. IV, cap. 2, p. m. 131 &c. *Wilhelmus Tyrius* Archi-Epiſcop. lib. 1, de *Bello Sacro*, cap. 15, & *Baronius* Tom. XI, *Annal. Eccleſ.* ad an. 1095, §. 26 ad 36, p. 646 ad 650, poſteritati conſervarunt) plurimos Principes ad ſacrum bellum inducente, *Sigefridus* noſter, cum *Godofredo Bullionæo*, Lotharingiæ Duce, Expeditionis Imperatore, eidem ſe accinxit itineri, an. 1096, demandata interim *Palatii Præfectura*, & *Palatinatus* ſimul *Adminiſtratione*, *Godofredo*, Comiti *de Calve*, Sueviæ Palatino, ut *Trithemius*, *Chron. Hirſaug.* T. 1, p. 291, notat; quæ etiam ratio, cur, nonnunquam, *Godofredus*, *Comes Palatinus Rheni* vocetur; Reverſus autem ex Palæſtina *Sigfridus*, ipſe-

met Palatii officio fungi, *Rhenique Palatinatum* adminiſtrare, cœpit; Hinc non ſolum, teſte adducto Confirmationis diplomate, ipſe, tanquam Anteceſſoris ſui, *Henrici*, hæres, *Palatini Comitis* charactere utebatur, ſed & Imperator, *Henricus IV*, in Privilegio Monachis *ad Lacum* conceſſo, perſpicuè ſatis ait: *Poſt mortem vero prædicti Henrici, Comitis Palatini, Sigefridus, qui Ei in Comitatu Palatii ſucceſſit, de Patrimonio ſuo Mylen, in Brabantia, Overhoſen & Genebeiden, Monaſterio ad Lacum dedit &c.* Vid. *Trithemius* l. c. pag. 206 & 271; *Leodius*, in *Vita Friderici* 2, *El. Pal.* lib. 1, p. 12. *Freherus* part. 2. *Orig. Palat.* p. 36; *Browerus*, Tom. 2. *Annal. Trevirenſ.* lib. 13, §. 36, p. 10; Dn. *Tolnerus* l. c. cap. XI, p. 279, & cap. XII, pag. 283; Idem Cæſar, confirmando an. 1103, 4 Non. Martii, Bona Cellæ *S. Stephani*, juxta Monaſterium *S. Michaelis*, in Monte *Abrinsberg*, hodie *Heiligenberg*, è regione *Heidelbergæ*, ab Abbate Laurishamenſi, *Anſelmo*, exſtructæ, fatetur, ſe id facere, conſenſu *Friderici* (Saxoniæ) & *Sigefridi* (Rheni) *Palatinorum Comitum &c.* Reperitur hæc Charta, apud Dn. *Tolnerum*, *Cod. Dipl. Palat.* §. XXXIX, p. 34, & 35; Quibus ſic ſe habentibus, palam eſt, ablatam *Godefrido ad Rhenum Palatini* dignitatem, ſalva tamen priſtina ejus *Sueviæ Palatini* auctoritate; Qui propterea, in Diplomate *Henrici V.* Imp. an. 1111. Spirenſibus dato, apud *Lehmannum* lib. IV, *Chron. Spir.* cap. 22, p. 350, non niſi ſub *Gentis* nomine, occurrit, ibi: *Conſilio ac petitione Principum noſtrorum, Friderici videlicet Colonienſis Archi-Epiſcopi - - - - Friderici Ducis, Comitum quoque: Gotfridi de Calwe, Friderici de Zolra &c.* Unde porro ſequitur, Eum, vel incuria Scribæ, vel *honoris gratia* duntaxat, in Conventionis charta laudati Imperatoris, cum *Paſchali* 2, P. R. de an. 1111, apud *Goldaſium* Tom. 1, *Conſtit. Imp.* p. 254, *Comitem Palatinum Rheni* vocari: *Iſti ſunt Juratores, ex parte Imperatoris Henrici: Fredericus, Colonienſis Archi-Epiſcopus - - - - Godefridus, Comes Palatinus Rheni &c.* Negari quidem nequit, *Sigefridum* noſtrum an. 1109, in *Francofurtenſi* Conventu, magnum capitis adiiſſe diſcrimen, utpote ab *Henrico Limburgenſi*, Duce quondam *Lotharingiæ* gravibus, affectati Regni & quæſitæ Regi necis, criminibus, accuſatorio animo, obrutum, quorum etiam intuitu, indignationem Cæſaris incurrens, *Erlungo*, Herbipolenſi Epiſcopo, cuſtodiendus traditus fuit, ceu *Conradus Urſpergenſis*, h. a. pag. 193; *Annales Hildesheim.* ad an. 1108, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſ.* pag. 7 7; *Trithemius*, *Chron. Hirſaug.* Tom. 1, p. 247; *Browerus*, l. c. §. 25, ad an. 1109, p. 7. pluribus deſcribunt; verum, an. 1110, Eum in gratiam rediiſſe, ex *Brunonis*, Archi-Ep. Trevirenſis, literis fundationis *Domus Hoſpitalis S. Nicolai*, apud *Confluentes*, de hoc anno, quas ſubſcripſerunt: *Rambertus, Treviris Præpoſitus: Bruno, S. Florini; Adelbero S. Caſtoris; Nobilium longe primus, Sigifridus, Comes Palatinus, & Trevirenſis Eccleſiæ principalis Advocatus &c.* non malè ſuſpicatur *Browerus* l. c. ad h. a. Corrigendis hinc *Annalibus Hildeſienſibus* l. c. pag. 738, reſtitutionem ejus in integrum an. 1111, & *Conrado Urſpergenſi*, cum aſſeclis, eandem an. 1112, vindicantibus. Quare, nec hæc obſtant. Conf. Dn. *Tolnerus* l. c. pag. 285. Non diu autem gaviſus eſt Princeps noſter Cæſaris gratia; ab obitu enim *Ulrici Orlamundani*, *Ludovici Saltatoris*, Thuringiæ Landgravii, ex filia *Adelheida*, Generi, an. 1112, abſque liberis, abeuntis ad plures, cum Cæſar hereditatem ejus, quam ſanguinis propinquitas *Sigfrido* addixerat, Fiſco adjudicaret, graves inde ſurrexere lites, Saxoniæ Principibus in fœdus, contra Cæſarem, cum Palatino coëuntibus, quo diſſolvendo, Curia indicta, *Erfordiæ*, an. 1113, quam cum Saxones non frequentarent, indignatione Cæſar commotus, Bona eorum diripi, poſſeſſioneſque incendiis devaſtari, inter ipſa etiam Feſta, præcepit. Durante hoc bello, eodem adhuc anno, *Sigefridus, Palatinus Comes, Vir Nobiliſſimus, & ſuo tempore, nulli, in omni probitate, ſecundus, occubuit;* Ita *Conradus Urſperg.* h. a. pag. 196; & quidem in prælio, apud *Warenſtadium*, cum *Hoyero*, Mansfeldenſi, Cæſarearum copiarum Duce, 21 Febr. commiſſo. Vid. Libellus *de Fundatione Cœnobii Bigaugienſis*, apud *Maderum*, *Chronico Montis Sereni* annexus, h. a. pag. 252; *Chronographus Saxo*, p. 284, ad annum licet 1114; *Annales Hildesheimenſes* cit. ad an. 1113, pag. 738; *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. m. 154; *Trithemius* l. c. an. eod. *Gelenius*, *Annal. Colonienſ.* ad 21 Febr. *Browerus* l. c. ad an. 1112 & 1113, §. 34, p. 9; Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Pal.* cap. 12, pag. 287 &c. Uxorem habuit *Gertrudem*, *Henrici Craſſi*, Comitis Northeimenſis, filiam; ex qua an. 1110, filium ſuſcepit *Wilhelmum*, ſucceſſorem ſuum; de quo jam plura. Vid. Dn. *Tolnerus* l. c. p. 283, 285, & 290. add. præced. Tit. V, §. 11, Vita *Lotharii Saxonis*, Imp. v. 2. p. 561 &c.

(7) WILHELMUS.

Trium annorum puerulus erat hic Princeps, cum defuncto Parenti, Anteceſſori ſuo, juſta perſolveret. In *Palatii Præfectura* igitur Ei ſuccedere, per ætatem, cum non poſſet, *adminiſtratio Palatinatus*, ordinante Cæſare, *Henrico V*, rediit ad *Godefridum*, Comitem *de Calws*, Sueviæ Palatinum, cujus ſub *Sigfrido* aliquoties memini, eam ob cauſam, paſſim *Comitem Palatinum Rheni* vocatum; teſtis *Otto Friſingenſis*, lib. 1. de *Geſtis Friderici I*, cap. 12, pag. 414, anni 1114 memor: *Sciſſura illo tempore tam gravis fuit, ut, præter Fridericum*

um Ducem, fratremque ſuum, & Gotefridum, Palatinum Comitem Rheni, vix aliqui ex Principibus fuerint, qui Principi ſuo non rebellarent &c. ſic & *Chronicon Lauriſhamenſe*, in vita *Bennonis*, XXXII, Abbatis, apud *Freherum* Tom. I. *Rer. German.* pag. 88: *Benno, ex Wizenburgenſi Monaſterio, mediante, ut fertur, Simonia, Imperiali favore, eidem loco ſubintroductus eſt. Qui, poſt aliquot annos, pro morum levitate, & inſolentia Fratrum, ac Miniſterialium, ac præcipue Bertolfi Junioris Advocati, conſpirantibus odiis, diruto Caſtro Winenheim, de Abbatia perturbatus, corraſo in Laureshan. & Abrinsberg, atque alibi, prout poterat, Eccleſiaſtico theſauro, ad Imperatorem Henricum IV*, (Quintum intelligit, Henricum Aucupem omittens) *tunc in Italia, ferme decennio turbata Republica, demorantem* (adeoque an. 1115, vel 1116) *contendit, ac, per Godefridum Palatinum Rheni Comitem, cujus ſententia momentum Curiæ, per id temporis, fuit, reſtitutionem obtinuit, promiſſa eidem omnium beneficiorum, quæ, ſuis diebus, Eccleſiæ vacarent, conceſſione &c.* Add. ſubſcriptio Tabularum infauſtæ Transactionis *Henrici V*, Imp. cum *Calixto* 2, P. R. quoad *Inveſtituram Eccleſiaſticam*, de an. 1122, apud *Goldaſtum*, Tom. 1. *Conſtit. Imp.* p. 258, ubi, inter ſubſcriptos Principes conſpicimus quoque: *Gotfridus, Palatinus Comes Rheni;* quamvis notari mereatur, Codicem Vaticanum, cujus formulam, præced. Tit. 2, §. 8, lit. a. pag. 65, ex *Baronio*, produxi, nullam verborum: *Palatinus Rheni*, facere mentionem, ſed ſaltem ibi dici: *Cynulphus* (forte Arnulphus) *Comes Palatinus. Obertus, Comes Palatinus. Berengarius Comes. Godefredus Comes;* pariter ac in cofirmatione Privilegiorum Epiſcopi *Wurtzburgenſis*, an. 1120, ab *Henrico V*, Imp. ſcripta, apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatibus Pældenſibus*, Append. 3, §. 2, p. 253, verb. *Per interventum .... Gotfridi, Comitis Palatini &c.* In Edicto quorundam Imperii Principum, ab obitu *Henrici V*, Imp. vulgato, apud *Goldaſtum* l. c. pag. 259, poſt *Fridericum*, Sueviæ Ducem, ſimiliter, ſine *Rheni* additamento, occurrit tantum: *Godefridus, Palatinus Comes.* Anno ætatis vigeſimo primo factus majorennis noſter Princeps, ipſemet munere ſuo fungi cœpit; hinc etiam paſſim in Diplomatibus, ejus fit mentio. *Lothario* 2. Imp. privilegio quodam proſpiciente *Epternacenſi* Abbatiæ, an. 1131, 8 Kal. Maji negotio, inter reliquos, interfuit: *Wilhelmus, Comes Palatinus &c.* Vid. *Andreas du Cheſne, Hiſt. Geneal. Domus Lucemburg.* p. 35; Dn. *Tolnerus, Cod. Dipl. Palat.* §. 43, p. 39; In alio diplomate, ejusdem Imperatoris, de an. 1134, apud *Maderum, Antiq. Brunſ.* n. 16, p. 233, teſtes offendis: *Palatinos Comites: Fridericum*, (Saxoniæ) *Wilhelmum* (Rheni.) In alio, ejusdem Cæſaris, de an. 1135, apud *Hundium, Metropol. Salisburg.* T. 2, p. 461, & Dn. *Tolnerum* l. c. §. 47, p. 42, teſtes ſunt: *Wilhelmus Palatinus*, (Rheni) *Fridericus Palatinus* (Saxoniæ) &c. Ipſe, in donationis charta, an. 1136, Canonicis Regularibus B. *Mariæ de Sprinkirsbach*, factæ, apud Dn. *Tolnerum* l. c. §. 40, p. 35, ſe vocat: *Wilhelmum D. G. Palatinum Comitem;* in ſigillo legitur: *Willehelmus, Comes Palatinus de Reno;* teſte eodem l. c. lit. a, in notis. An. 1138, iterum teſtis occurrit in tribus Diplomatibus *Conradi III*, Imp. 3, 4, & 5. Id. April. datis, apud *Andream Du Cheſne* l. c. p. 57, *Aubertum Miræum* in *Dipl. Belg.* l. 2, c. 40, & Dn. *Tolnerum* l. c. §. 44, 45 & 46, pag. 40 ad 42. Sepulchra Patrum ingreſſus eſt an. 1140, & quidem ἄπαις; Vid. *Chronographus Saxo* h. a. pag. 296; *Obierunt: Lodewicus, Comes de Thuringia, & Wilhemus Palatinus Comes &c.* Conſentiunt *Albertus Stadenſis* h. a. pag. 162; *Chronicon Montis Sereni*, an. eod. p. 17; Liber de *Fundatione Cœnobii Bigaugienſis*, modo dicto Chronicon *Montis Sereni* annexus, an. eod. p. 219; Neſcio igitur, quo fundamento *Browerus*, T. 2. *Annal. Trevir.* lib. 14. §. 45, p. 44, ejus obitum, circa annum 1142, contigiſſe tradat; Sepultus jacet in Monaſterio *Sprenckersbacenſi*, ſequenti adpoſito Epitaphio, quod Dn. *Tolnerus*, an. 1699, 10. Kal. Oct. deſcriptum, cap. 13. *Hiſt. Palat.* p. 293, exhibet:

Gleba Palatini Comitis, ſat dudum opimi,
Wilhelmi Celebris, marcet in his tenebris.
Lector, ut ignoſcat, ſibi Chriſtus debita poſcat,
Ipſius ante Thronum dando perenne bonum.

Conf. *Browerus* l. c. §. 47, p. 44. (Ut adeo, honoris priſtini ſaltem gratia, in Actis Comitiorum *Aquaſpenſium*, de an. 1137, præſente *Lothario* Imp. in cauſa *Innocentii* 2 P. R. cum *Raynaldo*, Abbate Caſſinenſi, celebratorum, apud *Petrum Diaconum*, lib. 4 *Chron. Caſſinenſis*, c. 109, (al. 110) p. 546, & *Goldaſtum* Tom. 3, *Conſtit. Imp.* p. 320 &c. præfatus *Godefridus*, corrupto licet *Gualfridi*, ſeu *Gulfridi*, nomine, *Palatinus, Romani Imperii Judex*, audiat; verb.: *Ex parte Caſſinenſis Eccleſiæ, Auditores extiterunt: Henricus, Dux Bajoariæ, Gener Imperatoris .... Gualfridus, Palatinus, Judex Romani Imperii &c. Baronio*, Tom. XII, *Annal.* ad an. 1138, §. 14, p. 269, ea, penitus falſitatis accuſante. Qui grandævus Princeps tandem, circa an. 1148, in Monaſterio *Hirſaugienſi*, quod, defuncta Conjuge, *Luitgarda, Bertoldi* 2, Alemanniæ Ducis, filia, ingreſſus erat, ſpiritum emiſit; Vid. Dn. *Tolnerus* l. c. cap. 12, p. 284.) Probabile videtur Dn.

Tolne-

Tolnero l. c. Eum in matrimonio vixiſſe cum *Irmengarde*, *Bertholdi IV* Com. Hennenbergici, & *Berthæ*, Palatinæ Saxoniæ, filis, an. 1197, teſte *Spangenbergio*, *Chron. Hennenberg.* p. 92, extincta, quia frater Ejus, *Poppo*, Com. Hennebergicus, in literis, quibus an. 1159, una cum ſororibus, Monaſterio *Viſera*, tres manſos in *Hinder Naba*, dono obtulit, his verbis utitur: *Nos, & germanæ noſtræ, ſcilicet Irmengardis, Palatina Rheni, & Luitgardis Palatina de Saxonia &c.* Quicquid horum ſit, certum eſt, ab ejus utpote prole carentis, obitu, *Conradum III* Imp. Poſſeſſiones ejus, & Bona, ſibi & Imperio vindicaſſe; documento eſt Diploma, quo laudatus Rex, an. 1144, Kal. Aug. facultates & poſſeſſiones Monaſterii *Sprinckensbacenſis*, confirmat, apud Dn. *Tolnerum*, *Cod. Dipl. Palat.* §. 41, p. 36 & 37, in quo hæc habentur: *Defuncto bonæ memoriæ Wilhelmo, Palatino Comite, omnia Ejus Allodia, juſtis modis, in Regni proprietatem jure devenerunt. Eam ergo partem Nemoris Contel, præfato Monaſterio adjacentis, quam prædictus Wilhelmus, Palatinus Comes, ibidem contulit . . . confirmamus . . . . Inſuper thelonium, quod in Caſtello Cochma* (quod Wilhelmus in citato diplomate an. 1136, *ſuum Caſtrum* vocat) *eadem Conſtitutione, præfatis Fratribus remiſſum eſt, eis perpetua donatione remittimus &c.* ſic & de multis aliis ejusdem bonis diſpoſuit. Teſtes affuere: *Hermannus, Palatinus Comes Rheni; Adelbertus, Marchio de Saxonia &c.* Conf. *Browerus* l. c. §. 45, pag. 44. Succeſſor Ei datus eſt, ab Imperatore *Conrado*, circa an. 1142,

8) HERMANNUS 2,

E Comitibus de *Stalecke* oriundus, de quo caſtro *Freherus*, *Origin. Palat.* part. 1, cap. 3. pag. 43, ait: *Bacharacum Oppidum, cum impoſito Caſtello Stalecke, jam tum anno Domini* 1190, *Conradi, Palatini Comitis, Fratris Friderici Barbaroſſæ, ſedem fuiſſe, è variis monimentis didici &c.* Cap. XI, p. 108. exhibet diploma *Conradi* C. P. R. datum *Anno Domini* 1190, *Kal. April. in caſtro Stalekun.* Quos habuerit parentes, ignoro. Filium Eum conſtituit *Lazius*, de *Migratione Gentium*, lib. 3, pag. 36, & *Blarer à Gejersberg*, de *Electoratu Palat.* part. 2, pag. 289, *Hermanni*, Landgravii Thuringiæ, & Palatini Saxoniæ, qui anno 1215 obiit; refutat autem eos Dn. *Tolnerus*, cap. *Hiſt. Palat.* p. 296; *Otto Friſingenſis* lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, cap. 28, pag. 470, Eum vocat: *Magnum Imperii Principem &c.* In *Guntheri Ligurino*, lib. 5, apud *Reuberum* pag. 347, audit: *Sacræ Comes Inclytus Aulæ &c.* *Trithemius*, lib. 2 *Chron. Sponheim.* c. 38, eum dignum judicat elogio *Viri maximi, & per omnia Generoſi &c.* Idem eſt, qui an. 1139, *Ottonem*, Comitem de *Rhineck* occidit. Vid. *Magnum Chron. Belgicum*, apud *Piſtorium*, p. 166. An. 1144, ſubſcripſit diploma *Conradi III* Imp. Cœnobio *Sprinckersbacenſi* conceſſum, cujus, in vita *Wilhelmi*, modo facta mentio. Anno 1145, iterum inter Teſtes occurrit, in laudati Cæſaris Diplomate, 15 Kal. Nov. Eccleſiæ Ultrajectenſi dato, apud *Hedam de Epiſcopis Ultrajectenſibus*, pag. 310; *Miræum*, *Donat. Belg.* lib. 2, c. 46, & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Dipl. Palat.* §. 48, p. 42, ibi: *Wilhelmus, Comes Palatinus*; nec non in alio, an. 1146, 3 Kal. Jan. quo Eccleſiæ Cameracenſi proſpexit, apud *Du Cheſne*, *Hiſt. Geneal. Domus Lucemburg.* unde illud deſumſit Dn. *Tolnerus* l. c. §. 51, pag. 45; ubi: *Hermannus, Comes Palatinus de Rheno &c.* & in alio, ejusdem anni, prid. Non. Januar. Monaſterio *S. Maximini Trevirenſis*, indulto, apud *Du Cheſne* l. c. pag. 41, & Dn. *Tolnerum* l. c. §. 51, p. 46, ubi rurſus, inter teſtes; conſpicuus: *Hermannus, Palatinus Comes de Rheno.* In alio, de an. 1147, quo Monaſterium Virginum *Keminade*, Abbatiæ Corbejenſi dono datur, apud Dn. *Tolnerum* l. c. §. 54, p. 48, inquit laudatus Imperator: *Monaſterium Feminarum, quod vocatur Keminada, & de Noſtro, atque Regni jure, per manum Herimanni, Palatini Comitis de Rheno, quem, ad hoc rite peragendum, aſſumſeramus Advocatum, tranſegimus & firmavimus, ſuper Reliquas corporis S. Viti Martyris, per aureum donationis Noſtræ annulum, in poteſtatem & jus, atque donationem Corbejenſis Monaſterii &c.* Inter ſubſcriptos Principes reperitur: *Herimannus, Palatinus Comes de Rheno.* An. 1155, ob Civile bellum cum *Arnoldo* Moguntino, ex ſententia Principum, *Wormatiæ* congregatorum, in feſto Nativitatis Domini, damnatur ad portandum canem. Vid. *Dodechinus*, in Appendice ad *Marianum Scotum*, ad an. 1155. *Bellum fuit inter Arnoldum Archi-Epiſcopum, & Hermannum, Palatinum Comitem. . . . . Rex Nativitatem Domini Vormaciæ celebravit, ubi Hermannus, Palatinus Comes, & Emicho Com. de Linengen, & Gotfridus de Spanheim, & Henricus de Katzenclenboge, & Conradus Com. de Kirberg, Henricus Com. de Didiſſen, & alii, ex parte prædicti Hermanni, canes portaverunt; & ſic Dominus Arnoldus Epiſcopus ab Excommunicatione eos abſolvit. Ex parte vero Epiſcopi, Canes portare quidem cœperunt: Ludovicus Com. de Lohim, & Guilielmus Com. de Glisberg, & alii: ſed, ob reverentiam Archi-Epiſcopi, ceſſare ab Imperatore, juſſi ſunt &c.* Conf. *Otto Friſingenſ.* lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, Imp. cap. 28, pag. 470. *Ad partes Rheni ſe conferens*, (Imperator, redux ex Italia) *proximum Natale Domini Vormatiæ celebravit . . . . Ad hanc Curiam Arnoldus, Moguntinus Archi-Epiſcopus, & Hermannus, Palatinus Comes, venientes, de hoc, quod, abſente Principe, Terram illam præda & incendio, perturbarant, in cauſam ponuntur, ambobusque, cum complicibus ſuis, reis inventis, alteri, ob ſenie mo-*

rum-

rumque gravitatem, & Pontificalis ordinis reverentiam, parcitur, alter pœna debita plectitur. Denique vetus conſuetudo pro Lege, apud Francos & Suevos, inolevit, ut ſi quis Nobilis, Miniſterialis, vel Colonus, coram ſuo Judice, pro hujusmodi exceſſibus, inventus fuerit, antequam mortis ſententia puniatur, ad confuſionis ſuæ ignominiam, Nobilis, Canem: Miniſterialis, Sellam: Ruſticus, aratri rotam, de Comitatu, in proximum Comitatum, geſtare cogatur. Hunc morem Imperator ſervans, Palatinum iſtum Comitem, Magnum Imperii Principem cum decem Comitibus, complicibus ſuis, canes, per Teutonicum milliare, portare coëgit &c. Idem docet *Güntherus Poëta*, in *Ligurino* Lib. 5, p. m. 351 &c. qui, memor Conventus Wormatienſis, canit:

Tunc duo præfati Proceres, Arnoldus, & alter,
Aulicus ille Comes, multis vehementer in illos
Accenſis, Regemque gravi ſtimulantibus ira,
Ob ſua multiplici crudeliter acta reatu,
Judicio victi, capitalis vulnera noxæ
Excipiunt: ac ni gravis ætas, & ſacer Ordo,
Pontificem tutata forent, aut ſanguine pœnas
Solveret, aut ſummi pateretur probra pudoris.
Quippe vetus mos eſt, ubi, ſi quis, Rege remoto,
Sanguine, vel flamma, vel ſeditionis aperta
Turbine, ſeu crebris Regnum vexare rapinis,
Audeat: ante gravem quam fuſo ſanguine pœnam
Excipiat; ſi Liber erit, de more vetuſto
Impoſitum Scapulis, ad contigui Comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre;
Sin alius, Sellam. Cujus diſpendia pœnæ
Ille Palatinæ cuſtos Celeberrimus Aulæ
Non potuit vitare Comes, cunctisque videndus
Portavit ſcapulis, paſſus plus mille, latrantem.
Hanc quoque tunc alii, ſimili pro crimine, pœnam
Suſtinuere decem Comites, totidemque coacti
Fœda tulere canes generoſo pondera collo &c.

Add. *Spangenberg, Chron. Mansfeld.* cap. 224, pag. 261; *Lehmannus Chron. Spir.* lib. 4. cap. 63, pag. 52; *Bangertus*, ad lib. 7 *Chron. Arnoldi Lubecenſis*, cap. 2, p. 503; Dn. *Tolnerus*, cap. 14 *Hiſt. Palat.* pag. 302 &c. Rediiſſe autem Eum paulo poſt in gratiam Imperatoris, ex diplomate ſuſpicor, quod Cæſar an. 1156, 15 Kal. Julii, *Bergomenſi* Eccleſiæ dedit, ap. Dn. *Tolnerum*, *Cod. Dipl. Palat.* §. 56, pag. 49; quandoquidem inter teſtes habetur: ***Hermannus, Comes Palatinus Rheni***; pari modo, ex alio, quo an. eod. 15. Kal. Octob. *Henricus*, ex Marchione, *Dux Auſtriæ* creabatur l. c. §. 57, pag. 51, ubi rurſus teſtis: ***Hermannus, Comes Palatinus de Rheno &c.*** nec non ex Privilegio laudati Cæſaris, ad inſtantiam *Adami*, Abbatis *Eboracenſis*, *Henrico*, primo Abbati Monaſterii *Bildhuſani*, an. 1158, conceſſo, ibid. §. 55, pag. 49, ubi: *Abbatiam, quam fundaſti in Prædio Nobiliſſimi Principis Noſtri, Hermanni Palatini, Bilhildhuſen, ſub Imperialis Noſtræ tuitionis defenſionem ſuſcipimus &c. Pro affectione Pii Principis, Quem, pro fidelitate, & probitate, quam plurimum dileximus, & rebus humanis exceſſiſſe, fideliter, & pio tranſitu, certiſſime ſcimus - - - & conthoralis Ejus, Gertrudis, Religioſo ſtudio, conſilio & ope ſua, quæ vivens maritus ejus facere decreverat, laudabiliter conſummavit &c.* Uxor Ejus, hic nominata, erat *Gertrudis, Conradi Pii*, Marhionis Miſniæ, & Landsbergæ, atque *Luitgarda*, (*Conradi III* Imp. ſororis) filia, an. 1191, in Cœnobio Monialium *S. Theodori*, *Bambergæ*, à ſe, an. 1170, exſtructo, ſumpto Religionis velo, defuncta. Vid. *Chronicon Montis Sereni*, ad an. 1156, pag. 30, & 205; *Henningeſius*, *ſecundi & tertii Regni*, *in Quarta Monarchia*, part. 1, p. 45, & part. 2, p. 15: *Bruſchius*, de *Monaſteriis Germaniæ*, Tit. *S. Theodori*, p. m. 491; & alii, quos Dn. *Tolnerus*, l. c. cap. 13, pag. 294, & cap. 14, pag. 308, hoc nomine profert. Ipſe finem vivendi fecit, an. 1156, menſe Decembri, in opulentiſſimo *Eboracenſi* Monaſterio, ordinis Ciſtercienſis, in Franconia, Herbipolenſis Diœceſeos, quod paulo ante, ſeculo valedicens, erat ingreſſus. Vid. *Dodechinus*, l. c. ad an. 1156: *Hermannus, Palatinus Comes, obiit &c.* Add. *Chronicon Montis Sereni*, an. eod. pag. 30; *Trithemius Chron. Hirſaug.* an. eod. & *Sponheimenſi*, an. eod. *Browerus*, *Annal. Trevir.* lib. 14, part. 2, ad eundem annum, §. 103, pag. 60: Rectè hinc Dn. *Tolnerus* l. c. pag. 306 & 307, carpit Epitaphium *Hermanni* noſtri, in *Bildhuſano* Cœnobio, à recentiori manu confectum:

Ecce Palatinus, Herman, natu genuinus,
Bildhuſen fundans, Ebraco ſe Monachum dans,
Mortuus huc vectus, jacet hic, ſub pulvere tectus.
Idem obiit An. Domini MCLXIIII.

Nullam prolem Eum reliquiſſe, teſtantur *Mutius*, lib. 18 *Hiſt. Germ.* pag. 143; *Browerus* loc. cit. *Spigelius*, ad *Güntheri Ligurinum*, lib. 7, p. 390; Dn. *Tolnerus* l. c. p. 308.

(9) CONRADUS.

Filius erat *Friderici Coclidis*, Ducis Alemanniæ, & *Agnetis*, *Friderici*, Comitis Bipontini & Sarbruccenſis, filiæ; (ex priori enim Conjuge, *Juditta*, *Henrici Nigri*, Bojorum Ducis, filia, *Fridericum* Ducem, non niſi *Fridericum Barbaroſſam* Imp. & *Judittam*, *Matthæo*, Lotharingiæ Duci, nuptam, ſuſcepiſſe, docet ipſe *Otto Friſingenſis*, lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, cap. 14, p. m. 415.) natus, circa an. 1127, *Weiblingæ*. Vid. Dn.

Tolnerus, *Hiſt. Palat.* cap. 15, pag. 308. Conf. *Browerus*, *Annal. Trevir.* l. 14, §. 103, ad an. 1156, p. 60. A *Guilielmo Neubrigenſi*, lib. 4 *Rer. Anglicar.* cap. 30, cujus verba refert *Meibomius* in Notis ad *Chronicon Stederburgenſe*, Tom. 1 *Rer. Germ.* pag. 446, audit: *Vir, in Imperio ſumma, poſt Imperatorem, amplitudinis &c.* Staturam Ejus delineat *Acerbus Morena*, *Ottonis* filius, de *Rebus Laudenſibus*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, *Script. Brunſuic.* §. 59, p. 848; *Conradus, Frater Imperatoris,* (Friderici I) *& Comes Palatinus de Rheno, erat ſpiſſus corpore; mediocris ſtatura; capillis blondis; virtuoſus multum; modeſtus; non multum loquens.* A laudato Fratre, *Friderico* Imperatore, mortuo ſine liberis *Hermanno* 2, an. 1156, inveſtitus eſt de Palatinatu Rheni; teſte Dodechino, in Appendice ad *Marianum Scotum*, ad h. a: *Hermannus, Palatinus Comes, obiit; cui ſucceſſit Conradus, Frater Imperatoris ex Patre.* Add. *Irenic. Exegeſ. German.* lib. 3, cap. 55; *Cruſ. Annal. Suev.* lib. 10, part. 2, pag. 418, *Paræus*, *Hiſt. Palat.* pag. 136; *Lehmannus Chron. Spir.* lib. 4, cap. 7, pag. 295; Dn. *Tolnerus* l. c. Inveſtituram *Goslariæ* factam docens. An. 1157, teſtatur jam, ut *Comes Palatinus & Advocatus Trevirenſis Eccleſiæ*, quod laudatus Cæſar, 8 Id. Januar. *Hillino*, Archi-Ep. Trevir. *Maximinianum* Monaſterium confirmaverit. Vid. *Browerus* l. c. ad h. a. §. 114, p. 63. An. 1158, interfuit expeditioni Mediolanenſi; Vid. *Radevicus*, de *Geſtis Friderici I* Imp. cap. 34, pag. 497. An. eod. 17 Kal. April. inter teſtes occurrit, Cæſare, *Francofurti*, Hamburgenſis Eccleſiæ privilegia reſtaurante; Vid. *Maderus*, in Append. ad *Adamum Bremenſem*, pag. 114; *Lindenbrogius Privileg. Archi-Ep. Hamburg.* §. 49, p. 159; & Dn. *Tolnerus*, *Cod. Dipl. Palat.* §. 58, pag. 52, ibi: *Conradus, Palatinus Comes de Rheno &c.* Conf. alia diplomata, ejusdem diei & Conſulis, apud *Lindenbrogium* l. c. §. 50, & 51, pag. 160, & §. 52, pag. 161; an. eod. 10 Kal. Maji, l. c. §. 53, pag. 162; & Dn. *Tolnerum*, l. c. §. 59, p. 53; an. 1159, 15 Kal. Mart. Dn. *Tolnerus* l. c. §. 60, pag. 54. An. 1160, exemplo Imperatoris, cujus Caſtra, quibus Mediolanum cinxerat, ſequebatur, comprobat electionem *Victoris*, P. R. Vid. *Otto Morena*, de *Rebus Laudenſibus*, apud Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 827; An. eod. in Germaniam reverſus, una cum *Ludovico*, Thuringiæ Landgravio, Inſula Archi-Epiſcopali condecorat *Chriſtianum* Moguntinum. Vid. *Trithemius*, *Chron. Hirſaug.* h. a. An. 1161, rediit in Italiam, cum aliis Principibus, Cæſari auxilia latum. Vid. *Otto Morena* l. c. ad h. a. pag. 833, 834, 836, &c. An. 1161, 12 Maji, *Placentiam* ad Imperatoris obſequium redigit. *Acerbus Morena* l. c. ad h. a. p. 839. An. 1164, propter Caſtrum *Rhineck*, bello aggreditur *Reinoldum*, Archi-Ep. Colonienſem; interveniente autem Cæſare, paulo poſt compoſito. Vid. *Chronographus Saxo* h. a. pag. 307; *Godefridus Colonienſ.* ad h. a, apud *Freherum* T. 1 *Rer. Germ.* pag. 240, *Trithemius*, *Chron. Hirſaug.* h. a. *Browerus*, *Annal. Trevir.* h. a. pag. 70; Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* cap. 15, pag. 319 &c. Circa idem tempus nec ei cum fratre Imperatore convenit; *Chron. Laurisham. Freheri*, pag. 93, in vita *Henrici* Abbatis 40; Dn. *Tolnerus* l. c. p. 320. An. 1168, *pro recuperanda gratia Imperatoris, quam dudum inepte amiſerat, Italiam intrat, ſed ſine effectu revertitur &c.* hæc Auctor *Appendicis ad Radevicum*, apud *Urſtiſium* Tom. 1, p. 559: An. 1174, 14 Jan. teſtis eſt, in Diplomate, quod Cæſar, in Caſtris Roboretenſibus, Eccleſiæ *Murimundenſi*, dedit, apud Dn. *Tolnerum*, *Cod. Dipl. Palat.* §. 64, p. 57; nec non, in alio, *apud Civitatem Argentinenſem*, 3 Non. Januar. 1180, Wormatienſibus conceſſo, ibid. §. 62, pag. 56; conf. *Lehman. Chron. Spir.* lib. 4, cap. 22, p. 356; rurſus, in alio, de An. 1182, 6 Kal. Junii, Spirenſibus dato, apud *Lehmannum* l. c. lib. 5, cap. 64, pag. 530, & Dn. *Tolnerum* l. c. §. 63, p. 57; An. 1184, in Curia Moguntinenſi, fungitur *Dapiferi* munere; vid. ſeq. Tit. 13, prooem. lit. b. an. 1189, reſignat Archi-Epiſcopo Colonienſi, *Philippo*, Caſtrum *Stalecke*, cum adjacente Oppido *Bacherach*, & juribus inde pendentibus, tanquam Feudum maſculinum, & viciſſim, mutata Beneficii conditione, una cum Conjuge, & filia, de eo iterum inveſtitur. Habentur Inveſtiturarum literæ ap. *Freherum*, *Orig. Palat.* part. 1, cap. XI. p. m. 110 & 111; & Dn. *Tolnerum* cit. *Cod. Dipl.* §. 66, p. 58 & 59, ubi: *Scire volumus omnes, in Chriſto renatos, quod Caſtrum Stabeleke, & Advocatiam in Bacherache, à manu Domini Palatini Comitis, Cunradi, cum aliis, quæ illic à nobis in Beneficio tenuit, ipſo rogante, & hac nobis reſignante, ſuſcepimus, &, in eodem momento, ipſi, & ejus jugali, Dominæ Irmengardi,* (Irmendrudi) *Ejusque Filiæ, Agneti, Jure Feudali, conceſſimus, accepto ab ipſis Dominabus Hominio, ſtatuentes, ut, dum vixerint, hac pariter poſſideant &c.* Conf. *Paræi Hiſt. Palat.* pag. 137. Ad plures tandem abiit, an. 1195, 6 Idus Novemb. vid. *Godefridus Colonienſis*, l. c. ad h. a. pag. 261: *Cunradus, Palatinus Comes de Rheno, obiit &c.* Quam ſententiam laudant: *Meibomius*, in Notis ad *Gerhardi Stederburgenſis Hiſtoriam Henrici Leonis*, Tom. 1, *Rer. Germ.* pag. 448; *Schatenus*, *Annal. Paderborn.* an. eod. pag. 903. Alii, Minimum, filiæ nuptiis cum *Henrico* D. Saxon. an. 1194. Eum adhuc interfuiſſe in vita *Henrici*, probabo. Extitit quidem olim, in *Schœnaugienſi* Cœnobio, haud ultra unum lapidem ab *Heidelberga*, ubi Princeps noſter mandatus Terræ, confectum in memoriam Ejus Epitaphium:

AN. DOMINICÆ. INCARNATIONIS MCXCII. VI.
IDUS. NOVEMBR. OBIIT. ILLUSTRIS. PRINCEPS. DOMINUS. CONRADUS. COMES. PALATINUS. RHENI. DUX. SUEVIÆ. COMES. IN. GEMINO. PONTE. GERMANUS, FRIDERICI. BARBAROSSÆ. IMPERATORIS.

Vid.

Vid. *Freherus* l.c. cap. 10, pag. 97 & 98; Rectè autem monet Dn. *Tolnerus*, cap. 15. *Hiſt. Palat.* pag. 329, monumentum hoc, dubio procul, ita vetuſtate fuiſſe collapſum, ut annus emortualis diſtinctè amplius diſcerni non potuerit, hincque *Freherum*, &, ex eo, *Lehmannum*, lib. 4. *Chron. Spir.* cap. 7, pag. 295, loco MCXCV, legiſſe MCXCII; addens ſimul, *Cruſium* lib. 11. *Annal. Suev.* part. 2, p. 258, perperam Eum an. 1186 deceſſiſſe, opinari, confundendo filium cum Patre. Errat inſuper *Nauclerus*, Vol. 2. *Chronographia*, Generat. 39, in fine, p. m. 854, inquiens: *An.* 1168, *Conradus, C. P. R. frater Friderici Imperatoris, moritur.* Dn. *Spenerus, Op. Herald.* lib. 3, cap. 27, §. 9, pag. 670, rejicit Ejus obitum in an. 1198. *Trithemius* exiſtimat in *Chron. Hirſaug.* Eum adhuc an. 1199, *Philippum* Sueviæ Ducem, *Erfordia*, in Romanorum Regem elegiſſe; quod omnino falſum. Uxorem Ejus vocat *Henningeſius*, part. 1. *Secundi & Tertii Regni* in *Quarta Monarchia*, p. 44, *Eliſabetham*, filiam & hæredem *Conradi*, Franconiæ Ducis, ita & *Blondellus, Geneal. Franc.* Tab. 140; *Spenerus, Op. Herald.* lib. 2, cap. 27, §. 9, p. 670; alii. Enimvero, Ei nomen *Irmendruda* fuiſſe, diſcimus ex Ipſius *Conradi* Privilegio, an. 1190, Kal. April. Cœnobio Ravengerſpurgenſi, dato, apud *Freherum* l. c. cap. XI, p. 110, & Dn. *Tolnerum*, cit. *Cod. Dipl.* §. 65, p. 58, cujus ſub finem legimus: *Acta ſunt hæc, præſentibus, una cum Spectabili Comitiſſa Palatina, Irmendrude, Noſtra Conjuge legitima, teſtibus ſubnotatis &c.* Ut adeò & tuto aſſerere poſſimus, vocem *Irmengardi*, qua, in diplomate *Philippi* Colonienſis, de an. 1189, cujus modo facta mentio, compellatur, in *Irmendrudi*, ſeu *Irmendruda*, mutandam, ut *Freherus* l. c. pag. 110, in margine, & Dn. *Tolnerus* l. c. §. 66, pag. 59, in Notis, benè monent. Quibus autem Parentibus prognata ſit, indagare non potui. Liberi ei adſcribuntur (1) *Conradus*, an. 1186, extinctus, & in Monaſterio Schonaugienſi terræ illatus; Vid. Dn. *Tolnerus Hiſt. Palat.* cap. 15, pag. 324, 325 & 331; *Henningeſius* l. c. putat, Eum an. 1195, mortuum; (2) *Agnes* diplomatibus probata, *Henrici*, Ducis Saxoniæ, Comitisque Palatini Rheni, ipſius ſucceſſoris, conjux; de qua mox in Ejus vita. (3) *Cunigunda*, Abbatiſſa Neoburgenſis, juxta *Heidelbergam*, Vid. *Trithemius*, *Chron. Hirſaug.* ad. an. 1195, pag. 486; Dn. *Tolnerus Hiſt. Palat.* cap. 15, p. 331; (4) *Gertrudis*, aliis, in juventute defuncta, aliisque *Theobaldo*, Comiti Tullenſi, nupta. Vid. Dn. *Tolnerus* l. c. Quamvis alii poſteriores has Principes ignorent. Vid. *Freherus*, *Orig. Palat.* cap. XI, p. 111; qui poſt *Godefridum Colonienſem Guilielmum Neubrigienſem*, quorum verba, in vita *Henrici*, mox adducam, & alios, ſolam *Agnetem* agnoſcit. Socerum, in Palatinatu, ſecutus eſt Gener.

(10) HENRICUS, DUX SAXONIÆ.

Filius *Henrici Leonis*, Saxonum Bajorumque Ducis Potentiſſimi, atque *Mechtildis*, *Henrici*, Angliæ Regis, gnatæ, in lucem editus, poſtquam Pater ejus è Terra Sancta redierat, teſte *Arnoldo Lubecenſi*, lib. 3, *Chron. Slav.* c. 2, p. 242. A *Gerhardo Stederburgenſi*, in Hiſtoria *Henrici Leonis* apud *Meibomium* Tom. 1. *Rer. Germ.* pag. 432. audit: *Adoleſcens, Cui Divina Clementia, cum naturalium decore donorum, venuſtam etiam morum honeſtatem contulerat &c.* *Guilielmus Neubrigienſis*, lib. 4. *Rer. Angl.* cap. 30, Eum nominat *Elegantiſſimum & Strenuiſſimum juvenem*, cum uxorem duceret; *Arnoldo Lubecenſi*, lib. 4, c. 20, §. 2. p. 418, celebratur: *Præclarus Genere; nobilis virtute; ſpecioſus forma; validus corpore; notus opinione &c.* Hinc cognomen *Formoſi*, ut & *Longi*, nactus eſt; Vid. *Gelenius*, in *Hiſt. S. Engelberti*, p. 44; *Spangenberg, Chron. Mansfeld.* c. 235, p. m. 280, ad an. 1193, de eo ait: *Es war der junge Hertzog, ein ſchœner, holdſeliger, und wohlberedter Herr; von Leib, eine ſtattliche und anſehnliche Perſohn; von Angeſicht freundlich, und in allen Handeln hortig und rüſtig; ſonderlich, in des Kayſers Dienſten aufzuwarten, willig und unverdroſſen; damit er ihme denn, bey jedermanniglichen, ſonderliche Gunſt, und guten Willen machte &c.* Conf. Dn. *Tolnerus Hiſt. Palat.* c. 16, p. 333; *Bucelino* part. 2. *Germaniæ Topo-Chrono-Stemmatographica*, in Hiſtoria *Agilolfingica*, pag. 417, ubi ſimul ejus effigies, vocatur: *Heros verè Leoninus, nobilis virtute, ſpecioſus forma, validus corpore, fama clarus.* Nuptias celebravit (1) an. 1194, cum *Agnete*, filia *Conradi*, C. P. R. cujus vitam modò delineavimus. De nomine Principis, teſtatur *Philippi* Colonienſis diploma an. 1189, cujus, in vita laudati *Conradi*, memini, ibi: *Ejusque* (Conradi) *filia, Agneti &c.* Quod contra eos notandum, qui, cum *Bucelino* l. c. pag. 418, *Clementiam* eam appellant. Nuptiarum tempus probat *Albertus Stadenſis* ad h. a. pag. 299: *Anno Domini* 1194 - - - - *Heinricus, filius Ducis Heinrici, duxit Agnetem, filiam Palatini, Conradi, de Rheno &c.* Conſ. *Meibomius* Not. ad *Stederburgenſis Hiſtoriam Henrici Leonis*, l. c. pag. 447; *Spangenbergius* l. c. Dn. *Tolnerus* l. c. cap. 15, p. 326, & cap. 16, pag. 337. Alii. Nititur hoc aſſertum auctoritate *Gerhardi Stederburgenſis* l. c. pag. 434; & apud Dn. de *Leibniz*, de *Script. Rer. Brunſvic.* pag. 865 & 866, ubi ſimul occaſio matrimonii: *Perdurante adhuc odio Domini Imperatoris*, (quod, ut idem Autor ap. Meibomium, l. c. pag. 432, docet, Princeps noſter Caſtra, quibus Cæſar *Neapolim*, an. 1191, circumdederat, relinquendo, domum fuerit reverſus; cauſam reditus deſcribente *Arnoldo Lubecenſi* l. c. §. 1. p. 418,) *quanto virtuoſius Dux Junior, in cunctis actionibus ſuis, Patris ſui virtutem eſt ſecutus, eo major Imperatoris circa ipſum accenditur ira, & irritum inter Ducem & filiam Palatini* (Conradi)

de Reno diſſipare nitebatur matrimonium. At illa, quamvis à multis, (inter quos Philippus, Rex Galliæ, eminebat) impetebatur, ab Imperatore ad hoc deſtinatis, in Ducis, quem elegerat, amore immobilis permanebat. Tandem, Matre ſua (Irmendrude) agente, Palatino (Conrado, ſponſæ Patre) inſcio, vocatus, per medios fines inimicorum ſuorum, & per varias inſidias, mirabiliter elapſus, protegente ſe Deo, cum etiam ipſa, quæ futura erat ſponſa, quid gereretur, veſpertino crepuſculo intravit & ipſa nocte, absque nuptiarum celebratoribus, non tamen ſine benedictione ſacerdotali, in thalamum collocati ſunt, & felix contractum matrimonium. Vocatus, poſtera die Palatinus, qui tunc ad latus erat Imperatoris, dum Caſtrum intravit, quæ geſta ſunt audivit: & tunc demum, cum gaudio & exultatione, celebres divulgatæ ſunt nuptiæ. Deinde Palatinus Imperatorem adiit, ſe, de conſcientia facti, juramento expurgat, & omnibus modis filium, quem ſibi adoptavit per filiam, (Henricum noſtrum) Gratiæ Imperatoris elaborat reſtituere. Factus itaque voti ſui compos, ut primum filio ſuo (Genero) Imperatoris mitigavit animum, Ducem Seniorem (Henricum Leonem) in Brunſvich adiit, eumque ad præſentiam Imperatoris evocat, pollicendo bona, ſi, ad Domini Imperatoris voluntatem, ſuum inclinaverit animum, & ſe Gratiæ ſuæ ordinationi ſubmiſerit. Dux itaque .... conſilio Palatini acquieſcit, eique Curia in Salvelde præſcribitur: ad quam cum Imperator accederet, & Dux eſſet in itinere, in arduo nemoris, cum appropinquaret loco, qui Bothvelde dicitur, Dux de equo corruit, & ex contritione tibiæ, ab itinere, quod cœperat, impeditus eſt; ſequenti die Walckenred deportatus, nuncios ſuos ad Imperatorem ordinat & deſtinat .... poſtquam autem intellexit Dn. Imperator, non fictam Ducis infirmitatem, viciniorem loco, & tempore productiorem diem, ei conſtituit, in Dulleibe, certificatus à Præpoſito Stidereburgenſi, Gerhardo, qui Legatione Ducis fungebatur. Dux itaque, aliquantum receptis viribus ſuis, ad diem & locum, ſibi conſtitutum, venit, & in plenam gratiam Imperatoris ibi receptus eſt; & filius ſuus, (noſter Princeps) Beneficiis Palatini, (Conradi, Soceri, interea mortui) quæ ab Imperatore tenuit, ſolenniter eſt veſtitus, expetente Domino Imperatore, ut ſecum iter arriperet in Apuliam. Dux ad ſua rediit, & filium ſuum, ad obſequendum Domino Imperatori, modis omnibus adjuvit &c. paucis interjectis: Idem Nobiliſſimus Princeps eventum Filii ſui, quem Imperialibus obligaverat obſequiis, anxius expectabat, quem tamen infra ipſum, quo abierat, annum, rebus in Apulia bene geſtis, ſanum & incolumem recepit &c. Contigit ergo matrimonium hoc, brevi ante obitum Conradi Palatini, & Henrici Leonis, quorum uterque an. 1195, ſepulchra Patrum ingreſſi. Agnetem hanc Henrico dudum antea fuiſſe deſponſatam, diſcimus ex Guilielmo Neubrigienſi l. c. cujus hæc ſunt verba: Rex Francorum (Philippus 2) Imperatorem Teutonicum, ad cujus fortuna Regis captivi (Richardi Angli) pendebat arbitrium, affinitate ſibi cupiens devincere, conſobrina Ejus, unica ſcilicet filia Palatini Comitis, miſſis ad Eum nunciis, connubium expetivit. Petitionem Imperator gratanter amplexus, ejus complendæ gratia, Comitem Palatinum, Virum in Imperio ſummæ poſt Imperatorem amplitudinis, accerſivit: nec latuit ea res Matrem puellæ. Quæ, unicam ſobolem ſecreto conveniens, vis, ait, honorabiles nuptias, & thorum Regium? Rex enim Francorum te comparem poſtulat. Tum illa, audivi, inquit, à multis de Rege hoc, quomodo fœdavit atque abjecit puellam Nobiliſſimam, ſcilicet Regis Danorum Germanam, & vereor exemplum. Ad quam Mater: Et quis, ait, in votis tuis eſt potior? tum illa: Si mea vota proſperentur, ab eo certe, cui me didici in annis infantiæ deſponſatam, nunquam disjungar, Henrico ſcilicet Ducis Saxonici filio. Et Mater: confide, ait, Filia, quia, per maternam operam, formidato liberata exemplo, optato potieris connubio. Mox eundem Henricum, elegantiſſimum & Strenuiſſimum juvenem, Regis Anglorum (Richardi) ex ſorore (Mechtilde) nepotem, Virago mirabilis, ſecretis litteris, accerſivit. Qui feſtinus occurrit, & votis promptiſſime concurrentibus, dilectam Virginem, tradente Matre, accepit: quæ nimirum, propter eventus ancipites, accelerante negotium, ilico ritu ſolenni celebratæ ſunt nuptiæ &c. Incrementum, quod res publica inde ſenſit, continetur verbis Arnoldi Lubecenſis, priora ſimul corroborantibus, l. c: Quia erat præclarus Genere (Princeps noſter) Nobilis virtute, ſpecioſus forma, validus corpore, notus opinione, Filiam Palatini de Rheno (Conradi) ſortitus eſt uxorem. Qui (Conradus) quoniam Patruus Imperatoris erat, Imperator Eum, pro hujusmodi copula, vehementer arguebat. Qui, præter ſe, hæc acta affirmans, Imperatoris animum, blanda calliditate lenire ſtudebat, ſed quia legitimus contractus diſſolvi non poterat, paulatim, mediante Socero, (Conrado) juvenis Palatinus (Henricus noſter) gratiæ Imperatoris appropiabat. Tunc denique temporis Imperator Secundam in Apuliam expeditionem ordinavit, (ergo, an. 1194) & quia in ipſa profectione idem Ducis filius in omnibus ad placitum Ei deſervivit, non tantum Imperatoris gratiam, ſed & (an. 1195) omnem dignitatem Soceri ſui, de manu Imperatoris, ſuſcepit, jure beneficiario. Tunc nova lux in Saxonia orta eſt, Pacis videlicet jucunditas; quia, ex illo tempore, tanta familiaritate Imperatori adhæſit, ut nihil de cætero contra ipſum moliri decreverit. Sicque ex omni parte, terra marique, ceſſaverunt deprædationes, furta, latrocinia, & ingemuerunt latrones, & viri ſanguinum, quia periit maledictus fructus eorum. Benedictæ hæ nuptiæ, & eadem fœmina benedicta inter mulieres, & benedictus fructus ventris ejus, quia in ipſius copula, terris ſociata eſt Pax, & lætitia, & diu clauſæ tunc patuerunt Portæ Civitatum

& Ca-

Digitized by Google

& Caſtrorum, *ceſſaverunt Excubiæ*, *& hactenus inimici ad ſe mutuo accedebant*; *Negotiatores & ruricolæ liberrime deambulabant &c.* Contigiſſe autem Inveſtituram hanc demum anno 1195, Cæſare ex Apulia domum reverſo, & *Conrado* C. P. R. jam exuvias mortales deponente, ex Annalibus *Godefridi Colonienſis* ad h. a. pag. 261: *Imperator de Apulia revertitur*, *cum gloria*, *& divitiis incomparabilibus. Conradus*, *Palatinus Comes de Rheno*, *obiit*, *cujus dignitates & Beneficia Heinrico*, *filio Heinrici*, *quondam Ducis Saxoniæ*, *ceſſerunt*; *Is enim filiam Ejus Unicam duxerat*, *&c.* diſcimus. Factum comprobat Monachus *Weingartenſis*, de *Guelfis Principibus*, apud Dn. de *Leibnitz*, *Script. Brunſuic.* p. 805: *Heinricus II*, *filius Hainrici Leonis*, *Junioris Ducis Saxoniæ & Bavariæ*, *Rheni Palatini*, *Domini in Braunſweig & Luneburg*, *frater Ottonis IV*, *ejus nominis*, *Romanorum Imperatoris. Agnes*, *Ejus Uxor prima*, *filia Conradi*, *Rheni Palatini*, *qui fuit frater Friderici I*, *Imperatoris*, *Ducis Sueviæ*, *ex qua Palatinatum conſecutus fuit &c.* Quod *Henricus Leo*, hic *Palatinus Rheni* vocetur, erroneum eſt. Conf. *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 1193, pag. 400, perperam licet nuptias præfatas dicto anno inſcribat. Auctor *Chronici Sereniſſ. Ducum Brunſuic.* apud *Maderum*, *de Antiquitatibus Brunſuic.* pag. 18; *Nauclerus* Vol. 2. Generat. 39, in fine, p. 854, confundens tamen *Henricum Leonem*, cum *Henrico* noſtro, ipſius filio. *Lehmannus*, lib. 4. *Chron. Spir.* cap. 7, p. 295; *Freherus*, *Orig. Palat.* cap. XI, p. 111; Dn. *Spener. Op. Herald.* lib. 3, cap. 27. §. 9, p. 670; Dn. *Tolnerus* l. c. cap. 15, pag. 326 &c. & cap. 16, pag. 333 &c. Defuncta hæc *Agnes*, an. 1204, in Monaſterio D. Virginis, quod *Stadæ* fundaverat, ſepulta jacet. Vid. *Albertus Stadenſis* ad h. a: *Obiit Agnes Uxor Heinrici*, *Ducis* (Saxoniæ) *& Palatini Comitis*, *& in Eccleſia B. Virginis*, *apud Stadium*, *ſepelitur &c.* Conf. *Henningeſius*, *part. 2. Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 118; Dn. *Tolnerus* l. c. cap. 16, pag. 361. Errat ergo *Bucelinus* l. c. pag. 418, eam anno 1221 mortuam tradens. (2) cum *Agnete* filia *Conradi III*, Marchionis Miſniæ & Landsbergæ; teſtes habeo: Monachum *Weingartenſem* l. c: *Agnes*, *altera uxor Heinrici*, *Palatini Rheni*, *filia Conradi*, *Marchionis Luſatiæ. Ex qua*, *neque ex prima*, *proles habuit*, *præter unam filiam &c.* Authorem *Chronici Brunſuicenſis*, apud *Maderum* l. c. pag. 19: *Aliam quoque Dominus Heinricus duxit Uxorem*, *Agnetem*, *filiam Marchionis de Landesberch &c. Henningeſium* l. c. *Bucelinum* l. c. Dn. *Tolnerum* l. c. Vitam cum morte commutante noſtro *Henrico*, hæc ejus vidua Cœnobium *Winhuſen*, in Ducatu Cellenſi, à ſe conditum ingreſſa eſt, ibidemque, prole carens, vitam tranſegit, ad annum usque 1244, qui migravit ad ſuperos. In *Chronico Brunſuicenſi*, apud *Maderum* l. c. de his, ita: *Cum hæredes non haberet*, *Domino ſuo moriente*, *MCCXVII* (*rectius MCCXXVII*) *IX. Kal. Maj. ſancte & pie vivendo*, *Cœnobium Sanctimonialium Ordinis Benedicti*, *inſtituit in Winhuſen*, *ubi etiam in pace moriens requieſcit &c.* Annum indicat *Bucelinus* l. c: *Ad ſecundas tranſiens nuptias ſibi ſociavit Agnetem*, *Marchioniſſam Landsbergiam*, *Conradi M. ex Luitgarde*, *Friderici Sueviæ Ducis*, *filia*, *natam*, *Fundatricem Cœnobiorum Iſenhagenſis*, *Hammerslebienſis*, *& Winhuſani*, *quæ absque liberis extincta*, *an.* 1244, *in Winhuſano Cœnobio ſepeliri elegit &c.* Conf. *Jacobi Reutelii*, *Hilleshemia*, §. 31, in vita *Conradi à Riſenberg*, apud Dn. *Paullini*, *Syntagm. Rer. Germ.* p. 94. *Merian Topograph. Brunſuic.* voc. *Iſenhagen*, p. 128, & voc. *Weinhauſen*, p. 202; *Meibomius*, Not. ad *Chronicon Riddagshuſanum*, Tom. 3. *Rer. Germ.* pag. 355; *Henningeſius*, l. c. Dn. *Tolnerus* l. c. pag. 361. Liberi Ejus, ex priori Conjuge ſuſcepti, hoc recenſentur ordine: (1) *Henricus* Jun. diu ante Patrem decedens, & in Cœnobio *Schœnaugienſi*, prope Heidelbergam, ſepultus, teſte Ejus Epitaphio, apud Dn. *Tolnerum* l. c. pag. 357:

ANNO MCCXIII. KAL. MAY. OBIIT ILLUSTRIS PRINCEPS DOMINUS HENRICUS JUNIOR COMES PALAT. RHENI, DUX SAXONIÆ, CONRADI EX FILIA NEPOS. PRINCEPS MAGNANIMUS, COMES AULÆ, GLORIA RHENI.

Provocat Dn. *Tolnerus* ad *Freheri Origines Palatinas*, ſed in iis, l. c. cap. 10, pag. 98, Epitaphium, nulla anni emortualis facta mentione, ſaltem ſic ſe habet:

ANNO .... KAL. MAJI. OBIIT. ILLUSTRIS. PRINCEPS. DOMINUS. HENRICUS. COMES. PALATINUS RHENI. DUX. SAXONIÆ. SUPRADICTI. CONRADI. EX. FILIA. NEPOS.

Quibus annectit: *Cujus & aliud dicitur ibi extitiſſe elogium*, *è quo hæc modo ſuperſint:*

PRINCEPS. MAGNIFICUS. COMES. AULÆ.
GLORIA. RHENI.
JUNIOR HENRICUS .....

Conſentientibus plane *Büntingio*, *Chron. Brunſuic.* part. 1, p. 198, & Dn. *Lucæ*, *Reichs. Fürſten. Saal*, part. 2, cap. 7, pag. 431. Quamvis cenſuram mereatur, quod *Freherus* dictam Inſcriptionem de ipſo *Henrico* C. P. R. Principis hujus Parente intelligat. *Albertus Stadenſis*, refert ejus obitum in annum 1214, ajens: *Anno Domini* 1214 .... *Heinricus Junior*, *Palatinus obiit*; ut & *Meibomius*, in Notis ad *Chronicon Stederburgenſe*, l. c. Tom. 1, pag. 447: *Filius*, *quem unicum genuit*, (Agnes) *marito cognominem*, *obiit anno* 1214. Juxta *Henningeſium* l. c. exaruit jam an. 1212. Quindecim annorum Eum fuiſſe, cum mundo valediceret, affirmat *Bucelinus* l. c. (2) *Agnes*, cujus Monachus *Weingartenſis*, apud Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 805, meminit: *Agnes*, *filia Hainrici*, *Palatini Rheni*, *& Agnetis*,

Digitized by Google

ejus Uxoris, Rheni Palatina nata, Uxor Ottonis, Ducis Bavariæ, ratione cujus Otto Palatinatum habuit & ab eodem Ottone, omnes moderni Palatini Rheni proceſſerunt &c. nec non *Henricus*, Wormatienſis Epiſcopus, in literis Inveſtiturarum 9 Kal. April. an. 1225, *Ludovico* Bavaro conceſſis, ap. *Freherum*, l.c. p. 99, & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Dipl. Palat.* §. 84, p. 70, ubi: *Quia vobis commiſit Dominus poteſtatem, & Domina A.* (Agneti) *Uxori filii Veſtri*, (Ottonis Illuſtris) *per quam, Wormatienſem Eccleſiam juvare poteſtis, & ei aſſiſtere in ſuis neceſſitatibus, ut ad auxilium & conſilium, tam noſtram, quam ejusdem Eccleſiæ, tam Vos, quam Succeſſores veſtri, & Domina A.* (Agnetis) *qui, per maſculinum ſexum deſcendunt, ſitis perpetuo obligati, & vobis, & ſucceſſoribus dictis, in feudum conceſſimus, & aſſignamus, de communi conſenſu Capituli noſtri, Caſtrum in Heidelberg, cum Burgo ipſius Caſtri, & Comeciam Stalbohel, cum omnibus attinenciis ſuis &c.* Conf. Actu Cœnobii *Schirenſis*, in vita ſeq. *Ottonis Illuſtris.* In Chronico *Brunſuicenſi*, apud *Maderum*, l.c. pag. 18, corrupte *Herinek* vocatur, ibi: *Duas filias genuit* (Henricus noſter) *ſcilicet Herinck, Duciſſam Bavariæ, & Marchioniſſam de Baden. Qui* (Quæ) *eidem in hæreditate Brunſwik ſuccedentes, tam Imperio vendiderunt &c.* Nomina plane reticet *Albertus Stadenſ.* ad an. 1227, p. 207: *Heinricus, Dux, & Palatinus Comes Rheni, ſine filio obiit - - - - Heinricus, Imperatoris filius, Civitatem Brunſwig, pro eo, quod Imperator eam, à majore dicti Principis filia, comparaverat, emptionis titulo impetebat; & Dux Bavariæ* (Ludovicus) *pro eo, quod ejusdem junior filia, ſuo filio,* (Ottoni Illuſtri) *nupſerat, jus hæreditarium allegabat; cum interim Otto, Dominus de Luneburg,* (Cognom. *Puer, Henrici*, C.P.R. ex fratre, *Wilhelmo*, nepos) *portas Brunſwich irrupit, & eam in deditionem recepit &c.* Ipſe Cæſar *Fridericus* 2, in Diplomate erecti *Ducatus Brunſuicenſis & Luneburgenſis*, de an. 1235, apud *Meibomium*, Tom. 3. *Rer. Germ.* pag. 207, dicit ſaltem: *Civitatem inſuper de Brunſuic, cujus medietatem proprietatis Dominii à Marchione de Baden, & reliquam medietatem à Duce Bavariæ, Dilectis Principibus noſtris, emimus, pro parte Uxorum ſuarum, quæ fuerunt quondam Filiæ Henrici de Brunſuic, Comitis Palatini Rheni, Patrui dicti Ottonis, ſimiliter, in eadem Curia, Imperio conceſſimus &c.* Unde ſequi videtur, natu *majorem* filiarum, noſtri Principis, fuiſſe nuptam Marchioni Badenſi, & *minorem*, *Ottoni* Bavaro; quam ſententiam *Cranzius* quoque, lib. VII. *Saxon.* cap. 40; *Bucelinus* l.c. p. 418; *Henningeſius* l.c. aliique amplectuntur, *Meibomio*, in Hiſt. dicti Ducatus erectionis, l. c. pag. 204; Dn. *Tolnero*, l. c. cap. 16, p. 362, cap. 17, p. 373, & cap. 18, p. 400, aliisque multis, contra ſentientibus, nataliumque prærogativam *Agneti* noſtræ vindicantibus. Eam an. 1201, vel. 1202, lucem aſpexiſſe, annoque 1215, *Ottoni*, deſponſatam, ab eoque an. 1225, domum ductam, & tandem an 1269, eſſe mortuam, probare nititur Dn. *Tolnerus* ll. c. Dubitat Dn. *Spenerus*, *Op. Herald.* lib. 3, c. 27, §. 9, pag. 670, num *Agnes*, num vero *Gertrud*, ſit appellanda, quod poſterius nomen *Nauclerus* Vol. 2. *Chronographiæ*, Generat. 34, pag. 750; *Bucelinus*, part. 3, *Notitiæ Genealogicæ Germaniæ* pag. 43; *Henningeſius* l. c. part. 1. pag. 196, & part. 2, pag. 118; & aſſeclæ, ei impertiunt; aſt retinendum prius, præter jam allata, monet *Chronica Auguſtenſis*, apud *Freherum* T. 1. *Rer. Germ.* p. 371, ad an. 1229: *Agnes, Duciſſa Bavariæ, Id. April. peperit filium, qui vocatus eſt Ludwicus*, & ad an. 1235, pag. 372: *Agnes, Duciſſa Bavariæ, 13. Kal. Dec. peperit filium, qui vocatus eſt Heinricus &c.* nec non ad an. 1238, p. 373: *Hermannus, Marchio de Baden, natus ex Irmgarde, ſorore Dominæ Agnetis, Duciſſæ Bavariæ, auxilio Ottonis, Ducis Bavariæ, duxit in uxorem, Gertrudam, filiam Hainrici Ducis, qui fuerat frater Friderici, Ducis Auſtriæ &c.* (3) Puer in infantia extinctus: vid. Dn. *Tolnerus* l. c. cap. 16, p. 362; (4) *Irmgardis*, ceu *Chronica Auguſtenſis* l. c. ad an. 1238, pag. 373, verbis modo adductis; *Bucelinus* in Hiſtoria *Agilolfingica*, part. 2. *Germania Topo-Chrono-Stemmatographica*, pag. 352 & 418; Dn. *Imhoff Tab. Geneal. Badenſ.* Dn. *Schurtzfleiſch*, Diſſert. de *Rebus Badenſibus*, §. 5; & alii, eam nominant, (*Trithemio*, *Chron. Hirſaug.* ad an. 1245, p. 564, *Adelheida*; *Meibomio* l. c. *Gertrudis*; *Henningeſio* l. c. *Helica*; & *Rittershuſio*, *op. poſthum. Exegeſ. Hiſt. Geneal.* Tab. I. *Badenſ.* atque Dn. *Tolnero* l. c. *Irmentrudis*, dicta) Uxor *Hermanni IV*, Marchionis Badenſis, cui, dotis loco, attulit *Durlacum*, *Heidesheimum*, *Pfortzheimum*, *Etlingam &c.* defuncta, an. 1259, 25 Febr. Vid. Dn. *Tolnerus* l. c. carpens ſimul maritum ejus, *Henricum*, appellantes. (5) *Maria*, *Waldemari*, Ducis Sleſwicenſis, ſponſa, domum vero non adducta. Vid. *Meibomium*, in *Apologia pro Ottone IV*, T. 3. *Rer. Germ.* p. 156. Quantum, ad Ejus res geſtas! Proſcriptum Parentem, an. 1182, in Normandiam, comitatus eſt, Socerum, *Henricum*, Angliæ Regem, inviſentem, biennio poſt, in Angliam tranſvectum. Vid. *Rogerus de Hoveden*, *Annal. Angl.* in Vita *Henrici* 2, ad an. 1182, pap. 617; *Arnoldus Lubec.* lib. 2. *Chron. Slav.* cap. 36, §. 7, p. 298; *Matthæus Paris*, *Hiſt. Angl.* ad an. 1184; *Albertus Stadenſis*, ad an. 1182; *Gervaſius Dorobornenſis*, Chron. pag. 1466; *Crantzius*, lib. 6. *Saxon.* cap. 44; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6. *Coſmodrom.* cap. 60, p. m. 273. An. 1188, altera vice, cum Patre, ex pacto cum Cæſare, denuo ad Angliæ Regem tendente, exulavit, brevi licet domum reverſus, cum cerneret, promiſſam Parenti pacem non ſolum non ſervari, ſed & ipſius bona omnium direptionibus exponi. Vid. *Gerhardus Stederburg.* Hiſt. de *Henrico Leone*, apud *Meibomium*, T. 1. *Rer. Germ.* p. 431. *Arnoldus Lubecenſ.* lib. 3, cap. 28, §. 4, pag. 356 & 357; Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1188, pag. 143. Reſtitutioni in integrum Parentis, ut tanto majori ſtudio patrocinaretur, abiit, an. 1191, cum Cæſare, in Apuliam, nulla vero apparente ſpe, nec ſibi,

Digitized by Google

ſibi, nec Parenti, promiſſa iri adimpletum, inſuperque allato ſibi nuncio obitus fratris, *Lotharii*, obſidiis apud Cæſarem, relictis caſtris Cæſareis, apud Neapolim, domum rediit, Imperatore licet valde inde irritato. Vid. *Gerhardus Sterderburg.* l. c. pag. 432. *Arnoldus Lubec.* lib. 4, cap. 10, §. 1, pag. 418. Ridiculus eſt *Albertus Stadenſis*, ad an. 1192, Principem noſtrum, cum *Tancredo*, quem Cæſar oppugnabat, conſpiraſſe fingens, quo imbutus etiam errore videtur *Gobelinus Perſona*, ætat. 6. *Coſmodrom.* cap. 61, p. 275. An. 1194, ut jam dictum, nuptias celebravit cum *Agnete*, *Conradi* C. P. R. filia, quarum intuitu, gratiam pariter Imperatoris recuperavit, & ab Eo, an. 1195, mortuo Socero, de Palatinatu inveſtitus eſt. Eodem anno, Parentis quoque Magnifici fecit jacturam, à cujus obitu, *Ducis Saxoniæ* titulum, axiomati *Comitis Palatini Rheni*, præfigere cœpit, pleniſſima fretus Cæſaris gratia. An. 1197, ſub dato *Stalecka*, 6. Kal. Jun. itineri in Terram Sanctam ſe accingens, *Spanhemicis* Comitibus pro 650 marcis, ſibi mutuo datis, pignori opponit Comitatum *Meyenfeld*, aliaque bona, de quibus inſpiciendum Diploma, apud *Freherum*, part. 1. *Origin. Palat.* cap. XI, p. 112, & Dn. *Tolnerum Cod. Dipl. Palat.* §. 68, pag. 59, cui tale exordium: *Henricus, D. G. Dux, & Comes Palatinus Rheni &c.* Quo titulo, in aliis quoque chartis, ejusdem anni, uſus eſt, apud *Eckſtormium*, in *Antiquit. Walckenredenſib.* p. m. 57; Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatibus* ejusdem Cœnobii, cap. 19, §. 19, pag. 410, lit. c. & Dn. *Rehtmeyerum*, in *Antiquitatibus Brunſuicenſib.* inter *Additamenta* ad cap. VI, §. 1, pag. 57. Anno eodem, expeditioni ſacræ interfuit, & quidem Chriſtiani Exercitus in Syria Imperator, ceu ex *Arnoldo Lubecenſi* lib. 5, cap. 4, §. 3, pag. 444, diſcimus. Anno 1198, redux ex Palæſtina, damno irreparabili, *Advocatiam* Urbis & Eccleſiæ *Trevirenſis*, cum omnibus pertinentiis, feudatis, & non feudatis, omnibusque ſervitiis annualibus, quæ Anteceſſor ejus, *Conradus*, in villis Archi-Epiſcopalibus Pagi *Trechere*, aliorumque ſuper Moſellam habuit, *Johanni*, Archi-Epiſcopo Trevirenſi, reſignavit, jurejurando inſuper, ſuper *clavum Domini, omnesque Reliquias incapſide contentas*, ſe obſtringens, eam, neque à ſe, neque à ſucceſſoribus, unquam iri repetitum, Vid. Ceſſionis Inſtrumentum apud *Kyriandrum*, *Annal. Trevir.* part. 15, pag. 136; *Browerum Annal. Trebir.* part. 2, lib. 15, §. 34, pag. 95; *Freherum* l. c. part. 1, cap. XI, pag. 107; & Dn. *Tolnerum Cod. Dipl. Palat* §. 67, p. 59; in cujus fine legitur: *Acta An. Domin. Incarnat.* 1198; Arbitratur Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* cap. 16, pag. 345, hoc anno, Principem noſtrum adhuc in Palæſtina commoratum, proinde, dictum Inſtrumentum eſſe confectum, priusquam Patria fuerit egreſſus; ſcilicet an. 1197; verum Electioni Fratris, *Ottonis IV*, an. 1198, *Coloniæ Agrippinæ* Eum cohabitaſſe, infallibili reditus Ejus in Germaniam argumento, teſtantur Scriptores coævi; *Otto de S. Blaſio*, in Appendice ad *Ottonem Friſingenſem*, cap. 46, ad h. a. pag. 223; *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 6, cap. 1, p. 449, aliique; vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1198; Ipſe *Godefridus Colonienſis*, pag. 265, Ducem noſtrum jam anno 1198, è Terra Sancta domum revertiſſe, fatetur, licet addat, *Ottonem* tunc jam fuiſſe electum; An. 1200, auxilio futurus fratri *Ottoni*, *Brunſuigam*, contra *Philippi*, ipſius Anti-Cæſaris, molimina ſtrenuè defendit. Vid. *Arnoldus* lib. 6, cap. 4, pag. 453; & Dn. *Tolnerus*, l. c. pag 349 & 350. An. 1201, eidem, apud *Herbipolim*, cum copiis præſto fuit. Vid. *Godefridus Colonienſ.* h. a. pag. 267; An. 1203, in Thuringia, ſuccurrit *Hermanno* Landgravio, quem Cæſar, *Philippus*, armata petierat manu, quod *Ottonis* à partibus ſtaret; Vid. Idem h. a. pag. 268. An. eod. judicium Familiæ herciſcundæ cum fratribus inſtituit; vi cujus diviſionis, *Stada*, & quæ *Bremam* verſus ſita erant, noſtro Principi: *Brunſuiga*, cum adjacente Tractu, *Ottoni*, Auguſto; & *Luneburgum*, cum annexo Territorio, *Wilhelmo*, obvenere. Vid. *Meibom. de Erectione Ducatus Brunſuic.* Tom. 3 *Rer. German.* p. 204. Inſtrumenta deſuper confecta, ſuppeditat *Maderus*, in Appendice *Antiquitatum Brunſuicenſium*, §. 18. pag. 239, ubi *Otto* Cæſar: *Notum ſit ergo, tam futuri, quam præſentis ævi fidelibus, quod Nos, una cum dilectis Fratribus Noſtris, Henrico, Præinclyto Saxoniæ Duce, eodemque Rheni Palatino Comite, & Guillihelmo, Patrimonii Noſtri diviſione, fraterno & unanimi conſenſu, in Padelburnim celebrata, portionem ſupradicto fratri noſtro, Henrico Duci, à noſtris ſegregatam, & ſibi provenientem, iſtu terminorum certis interſtitiis diſtinximus &c.* & §. 19, p. 242, quod ipſe Palatinus ſic orditur: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus, D. G. Dux Saxoniæ, & Palatinus Comes Rheni &c.* idem documentum reperitur quoque in *Codice Diplomatico Palatino* Dn. *Tolneri*, §. 69, pag. 60, nec non, in Dn. *Leuckfeldi Antiquitatibus Blanckenburgicis*, §. 1, pag. 2. An. 1204, inter teſtes occurrit, in Diplomate, quo laudatus *Otto*, Eccleſiæ Riddagshuſanæ, bona quædam in *Maſcerot* vendidit, apud *Meibomium*, Tom. 3 *Rer. Germ.* pag. 149, ibi: *Nomina* (teſtium) *ſunt hæc: Henricus, Dux Saxoniæ, & Comes Palatinus Rheni &c.* In circumferentia appenſi Sigilli, ibidem legitur: *Henricus, D. G. Dux Saxoniæ, & Comes Palatinus Rheni &c.* Vid. l. c. p. 148, & Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* c. 16, p. 363 & 364; Paulo poſt vero, ob denegatam ſibi Urbem *Brunſuicenſem*, arcemque *Lichtenberg*, caſtra Fratris, *Ottonis*, apud *Brunſuigam*, deſerens, partes *Philippi*, hoſtis Ejus, amplexus eſt; Vid. præced. Tit. 5, §. 11, in Vita *Ottonis IV*, v. 4, ad an. 1204,

p. 598

pag. 598. Aſt, occiſo an. 1208, *Philippo*, rediit in gratiam Fratris, utpote *unanimi Procerum conſenſu*, vice altera, electi, ſeu confirmati Imperatoris. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1208. pag. 149 &c. Qui etiam recens electo Colonienſi Archi-Epiſcopo, *Theodorico*, *Ducatum Angariæ*, *Philippo fel. mem. Colonienſi Archi-Epiſcopo*, *à Friderico Imperatore* (an. 1180) *traditum, expulſo Heinrico, Duce Saxoniæ*, *Patre ipſius Regis*, *cum Ducatu Lotharingiæ*, *coram Heinrico*, *Palatino Comite Rheni*, *Fratre Ejus*, *& Principibus, qui præſentes aderant*, *aſſignavit &c.* ita *Godefridus Colonienſis*, ad an. 1208, pag. 278. An. 1209, feſtum Pentecoſtes, cum Fratribus *Ottone* & *Wilhelmo*, aliisque Principibus bene multis, *Brunſuigæ* celebravit. vid. *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 7, cap. 18, pag. 562. Non minus interfuit ſponſalibus Fratris, *Ottonis*, cum necati *Philippi* filia. Vid. idem, l. c. pag. 563, & præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1208, pag. 150. An. eod. 14 Kal. Junii, ſubſcripſit Diploma Cæſareum, *Alberto*, Magdeburgico Præſuli datum, apud *Meibomium*, in *Apologia pro Ottone IV*, T. 3 *Rer. Germ.* pag. 127 & Dn. *Tolnerum*, cit. *Cod. Dipl.* §. 71, pag. 61 & 62, & quidem, hac duntaxat formula: *Henricus, Comes Palatinus Reni &c.* quem immediatè ſequitur: *Bernhardus*, *Dux Saxoniæ*; quod forte factum, intuitu *Bernhardi*, qui præſens erat: Quod enim *Saxoniæ Ducis* titulo non renunciaverit, cernimus ex diplomate, an. 1213, 6 Kal. Febr. *Brunſwigæ*, in donationis, à fratre Imperatore, Eccleſiæ *in Scheverlingburch*, factæ, confirmationem, dato, & ita inchoato: *In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Henricus D. G. Dux Saxoniæ, Comes Palatinus Rheni &c.* Vid. Dn. *Rehtmeyer*, *Antiq. Brunſuic.* §. 2 *Documentorum*, ad cap. VI, pag. 58; licet, an. 1215, in diplomate, quo laudatus Cæſar Magdeburgenſis Eccleſiæ Privilegia & donationes ratihabet, *Ducali axiomate* præſente *Bernhardo*, iterum abſtineat; datum enim eſt, *Teſtibus - - - - Henrico, Comite Palatino Rheni, Bernhardo, Duce Saxoniæ; Hermanno Landgravio Turingiæ &c.* Vid. *Meibomius* l. c. pag. 162, §. IX. An. eod. à *Friderico* 2 Anti-Cæſare, ob fidem Vaticano fulmine tacto Fratri, *Ottoni* Auguſto, ſervatam, proſcribitur, ejusque in locum, *Ludovicus* Bavarus, *Ottonis Wittelſpachii*, à *Friderico Barbaroſſa*, an. 1180, in bannum Imperii declarato *Henrico Leone*, Palatini noſtri Patre, creati Bojorum Ducis, filius, de *Palatinatu Rheni*, juribusque inde pendentibus, *Ratisbonæ*, inveſtitur. Vid. Auctores à *Schateno*, *Annal. Paderbornenſ.* lib. 10, ad an. 1215, p. 967, & Dn. *Tolnero*, *Hiſt. Pal.* cap. 16, p. 358, & cap. 17, pag. 372, in teſtimonium vocati; add. præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Friderici* 2, Imp. v. 4, ad. h. a. pag. 608; Hinc ratio, cur, in Diplomate *Friderici* 2, an. 1215, Non. April, apud *Auguſtam*, ſcripto, inter teſtes occurrat: *Ludwicus, Dux Bavariæ, & Palatinus Rheni &c.* Vid. *Gewoldi Addit.* ad *Hundii Metrop. Salisburg.* T. 1, pag. 380; & Dn. *Tolnerus*, cit. *Cod. Dipl.* §. 77, pag. 66; In alio diplomate, an. 1216, 5 Id. Maji, *Herbipoli* in favorem *Alberti* Magdeburgenſis expedito, iterum teſtis eſt: *Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, & Dux Bavariæ &c.* Vid. *Meibomius*, in Diſſert. de *Antiquo Jure Imperatorum*, *in decedentium majorum Prælatorum poſſeſſionibus relictis*, Tom. 3. *Rer. Germ.* p. 188, & Dn. *Tolnerus* l. c. §. 78, p. 67. & *Gewoldus*, l. c. Tom. 3, pag. 592. His autem non obſtantibus, retinuit Princeps noſter characterem priſtinum, vel Diplomate teſte, quo *Otto Cæſar*, an. eodem, Kal. Jan. novem manſos Villæ *Limbeck*, Eccleſiæ B. *Ægidii* Brunſuigæ confirmavit, apud Dn. *Rentmeyer* l. c. §. 2. *Documentorum*, ad cap. V, pag. 35 & 36, ubi, reliquos inter teſtes: *Hinricus, Comes Palatinus Rheni &c.* Add. Tabulæ ultimæ voluntatis laudati Imperatoris, ſub dato *Hartisburgi*, an. 1218, Kal. Jun. apud *Meibomium*, in ſæpe dicta *Apologia* l. c. pag. 148, & Dn. *Tolnerum* l. c. §. 71, p. 62, ſub initium: *D. G. Otto IV, Rom. Imperator & Semper Auguſtus, dilectis Fidelibus ſuis, Henrico, Fratri ſuo, Comiti Palatino Rheni &c.* Eodem adhuc anno, *Henricus Palatinus, quum diem ſuum obiiſſet Otto Cæſar improlis, etiam Brunſuicenſem Ditionem gubernandam accepit &c.* ſunt verba *Meibomii*, de *Erectione Ducatus Brunſuic.* l. c. pag. 204. An. 1219, (quo *Friderico* Imp. Imperii Regalia tradidiſſe perhibetur, præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Friderici*, 2, Imp. v. 4, ad h. a. pag. 608,) in Transactionis Inſtrumento, ipſum inter & Archi-Epiſcopum Bremenſem, *Gerhardum*, ſuper *Comitatum Stadenſem*, ab ejus obitu, dicto Præſuli obventurum, anno eodem initæ, apud Auctorem *Aſſertionis libertatis Bremenſis*, p. 786, & Dn. *Tolnerum* l. c. §. 70, pag. 60 & 61, adhuc clarius dicitur: *Notum ſit omnibus, tam futuris, quam præſentibus, quod diſcordia, quæ diu duraverat, inter Eccleſiam Bremenſem, & Henricum, Ducem Saxoniæ, Comitem Palatinum Rheni, ſic eſt compoſita, inter Dominum Bremenſem electum, & ipſum &c.* Verſa vice tamen, eodem anno, 6 Id. Nov. in Diplomate *Friderici* 2, Imper. de *Juribus & Privilegiis Civitatis Norimbergenſis*, apud *Goldaſtum*, Tom. 1, *Conſtit. Imp.* pag. 291 & 292, & Dn. *Tolnerum* l. c. §. 80, pag. 68, cujus ſummam *Wagenſeilius*, in Commentario de *Republica Norimberg.* cap. 27, pag. 153, exhibet, rurſus inter teſtes conſpicuus: *Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, & Dux Bavariæ.* Qui & in alio diplomate, ejusdem anni, vi cujus, à præfato Cæſare, lege beneficii, omne genus metalli, quod in terris patrimonii ſui & Feudi fuerit repertum, noſcitur conſecutus, audit

Dux

Dux Bavariæ, *Palatinus Comes Rheni*; Vid. *Freherus*, *Orig. Palat.* part. 2, cap. 17, pag. 81. Nihilominus, ad obitum usque, *Henricum* noſtrum, juribus ſuis fortiter inſtitiſſe, documento eſt Collatio Advocatiæ in *Benneſtorp*, ab Eo, an. 1226, Eccleſiæ *S. Cyriaci* Brunſuicenſi ſacta apud Dn. *Rehtmeyer*, l. c. §. 1 *Documentorum*, ad cap. 3, pag. 8, ſub cujus initium: *Heinricus*, *D. G. Dux Saxoniæ*, *Palatinus Comes Rheni &c.* nec non alia charta, ejusdem anni, qua Pagum *Valbarch*, dicto Cœnobio dono oblatum, confirmat, quæ ſic incipit: *Hinrich van Goddes Gnaden*, *Hartoge tho Saſſem*, *Palandes Grave des Rines &c.* Vid. idem, l. c. §. 2 *Document.* ad cap. 5, pag. 36; ut & alia, eodem anno, *Poeldenſi* Monaſterio conceſſa, apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatib. Pœldenſib.* in fine *Addendorum*, p. 216. cui ſequens exordium: *Henricus*, *D. G. Dux Saxoniæ*, *Comes Palatinus Rheni &c.* Quibus ſic ſe habentibus, non ſine fundamento, *Gerhardus Stederburgenſis*, in Hiſtoria de *Henrico Leone*, apud *Meibomium* T. 1 *Rer. German.* pag. 432, 434 &c. *Rogerus de Hoveden*, *Annal. Angl.* in vita *Richardi I*, pag. 776 &c. *Arnoldus Lubecenſ.* lib. 6, cap. 12, §. 3, pag. 463 &c. *Robertus de monte*, ad an. 1198; *Conradus Urſperg.* ad an. 1197, pag. 232; *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. 221; *Wolterus*, *Chron. Bremenſ.* in Vita *Gerhardi* 27 Archi-Epiſcopi, ad an. 1226, ap. *Meibomium* l. c. Tom. 2, pag. 58, aliique Veterum multi, *Ducalem* titulum conſtanter Ei impertiunt. Vitam tandem cum morte commutavit an. 1227, 28 April. *S. Vitali* die ſacro, Brunſuigæ, nulla prole maſcula relicta. Teſtes ſunt: *Albertus Stadenſis*, ad h. a. pag. 207: *Heinricus Dux*, *& Palatinus Comes Rheni*, *ſine filio obiit. Et Bremenſis Archi-Epiſcopus Comitatum Stadenſem obtinuit &c.* Membrana, in Eccleſia Collegiata *S. Blaſii* Brunſuigæ, ap. *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.* p. 171, ad annum 1227: *In die Vitalis*, *obiit Dux Hinricus Palatinus &c.* Alia membrana, è regione tumbæ *Henrici Leonis*, ibidem ſuſpenſa, l. c. pag. 175: ut & apud Dn. *Rehtmeierum* l. c. §. 15 *Documentorum*, ad cap. VI, pag. 89: *Anno 1227*, *beſſt Paltzgrave Hinriek*, *ein Here tho Brunſwik*, *unde Keyſer Otten Broder*, *ſinen leſten Dag in Gott beſloten*, *unde alhier*, *by ſine Voreldern begraven worden &c.* Author Hiſtoriæ *Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, apud *Lindenbrogium* p. m. 96, in vita *Gerhardi* XXIX, præfata *Alberti Stadenſis* verba repetens; *Albertus Cranzius* lib. 7 *Saxon.* cap. 40, *Bucelinus*, part. altera, *Germaniæ Topo-Chrono-Stemmatographicæ*, p. 418; *Meibomius*, in Not. ad *Hermanni de Lerbeke Chronicon Comitum Schawenburg.* Tom. 1 *Rer. Germ.* pag. 532; & in *Erectione ducatus Brunſuicenſis*, l. c. Tom. 3, pag. 104; *Schatenus*, *Annal. Paderborn.* lib. 10 ad. an. 1117, pag. 1017; *Henningeſius*, part. 2, *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 118; *Spangenberg*, *Chron. Mansfeld.* cap. 154, pag. 301; *Browerus*, *Annal. Trevir.* lib. 15, ad h. a. §. 136, pag. 124 & 125; *Brunner*, *Annal. Bavar.* part. 3. p. 659; Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* cap. 16, p. 360, & alii multi. Falluntur ergo: *Freherus*, *Orig. Palat.* part. 1, cap. 10. p. m. 98; *Spenerus*, *Op. Herald.* lib. 3, cap. 27, §. 9, pag. 670; *Paræus Hiſt. Palat.* pag. 75, 79, 142, & aſſeclæ, obitum ejus anno 1213 vindicantes; Non minus errat *Cruſius*, part. 2 *Annal. Suev.* lib. 1, pag. 17, Eum an. 1115 extinctum tradens. Vetuſtus auctor *Chronicorum Brunſuicenſium*, apud *Maderum* l. c. pag. 19, non majori jure, annum 1217, producendo, ait: *Aliam quoque Dn. Henricus duxit Uxorem*, *Agnetem*, *filiam Marchionis de Landesbereh*, (Landesberg) *quæ cum hæredes non haberet*, *Domino ſuo moriente MCCXVII*, *IX Kal. Maji*, *ſancte & pie vivendo*, *Cœnobium Sanctimonialium*, *Ordinis S. Benedicti*, *inſtituit in Winhuſen*, *ubi etiam*, *in pace moriens*, *requieſcit. Hinricus vero Palatinus*, *in Eccleſia S. Blaſii*, *in Brunſwik*, *cum ſuis Patribus*, *eſt ſepultus &c.* Nec rectius *Lehmannus*, lib. 4 *Chron. Spir.* cap. 7, pag. 295, annum 1225 hoc titulo, præfert. Eum *Brunſuigæ*, in æde D. *Blaſii*, juxta Parentes, ſepultum, hactenus dicta teſtantur. Qui eum *Schœnaugiæ* terræ mandatum cenſent, confundunt cum filio Patrem.

(11) LUDOVICUS BAVARUS.

Patrem habuit *Ottonem Wittelſpachium*, an. 1180, à *Friderico Barbaroſſa*, Imp. proſcripto *Henrico Leone*, creatum Bavariæ Ducem; & Matrem, *Agnetem*, *Theodorici* Waſſerburgici Comitis, filiam, circa annum 1174, in lucem editus. Vid. *Henningeſius*, part. 1 *Secundi & Tertii Regni*, *in Quarta Monarchia*, p. 194; Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* cap. 17, pag. 367. Defuncto Parenti, an. 1183, in Bavariæ Ducatu ſucceſſit, ſub tutela Patruorum, *Friderici & Ottonis*, educatus. Vid. iidem. An. 1204, nuptias celebravit cum *Ludimilla*, vel *Laodamia*, filia *Primiſlai*, Bohemiæ Regis, vidua *Alberti* Comitis à *Bogen*, Fundatrice Cœnobii *Salingsthal*, *Landshuti* ubi ſepulta eſt. Ita *Henningeſius*, l. c. Alii conſtituunt Eam, filiam *Suentobolcki*, Ducis *Suidnicenſis*; Vid. Dn. *Tolnerus* l. c. & alii, Regis Poloniæ. vid. *Andreas Ratiſbonenſ.* in Chron. Bavarico, p. m. 29. An. eod. ſacta pace cum *Eberhardo*, Salisburgenſi Præſule, condit Caſtrum & oppidum *Landshut*. Vid. *Chron. Auguſtenſ. Freheri* Tom. 1 *Rer. Germ.* ad h. a. pag. 365. An. 1209, interfuit Comitiis *Auguſtanis*, in quibus, de itinere *Ottonis* Imp. in Italiam, actum. Vid. *Arnoldus Lubecenſis* lib. 7, cap. 20, §. 1, pag. 566. An. 1115, electus eſt, à *Friderico* 2 Imp. *Comes Palatinus Rheni*, in locum *Henrici* Saxonis, ab eodem proſcripti, quod fratris, *Ottonis* Imp. Romani Præſulis cenſuram incurrentis, partes deſerere nollet, vid. laudati *Henrici* vita, modo exhibita; ubi ſimul do-

Digitized by Google

cumenta, in quibus hic titulus ei competit. Quamvis Caſtella in fidem ſuſcepturus, ab incolis captus, nec, ſine magno lytro, ſit dimiſſus. Vid. Dn. *Tolnerus* l. c. cap. 16, pag. 358, & cap. 17, p. 372. An. 1218, *Straubingam*, exſtruxit; Vid. *Chron. Auguſtenſ.* h. a. pag. 367. An. 1219, Caſtrum *Hallis*, in monte *Grinte* erexit. Vid. ibid. h. a. An. 1221, *Damiatam*, munitiſſimum Ægypti emporium, Sarracenis eripit; ibid. h. a. pag. 367. An. 1222, inaugurationi *Henrici*, Romanorum Regis, cohabitat. Vid. *Lehman*, *Chron. Spir.* lib. 5, cap. 85, pag. 594; conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1220, pag. 153, & Tit. 5, §. 11, in vita *Friderici* 2 Imp. v. 4, ad an. 1222, pag. 609; an. 1224, conſtruit *Landshutum* ad *Iſaram*. Vid. *Chron. Auguſtenſ.* h. a. p. 368. An. 1225, ejus conſenſu, & ſumptibus *Leopoldi*, Ducis Auſtriæ, cœpit *Schardinga*; ibid. ad h. a. *An. eod.* 9. Kal. April. ſub dato Wormatiæ, inveſtitur, pro ſe, & conjuge filii ſui, *Ottonis Illuſtris*, ejusque deſcendentibus maſculis, ab *Henrico*, Epiſcopo Wormatienſi, de *Caſtro Heidelberg*, *cum Burgo ipſius Caſtri*, & *Comecia Stabobel*, *omnibusque attinentiis ſuis* &c. Extant Inveſtiturarum literæ, apud *Freherum*, part. 1 *Orig. Palat.* cap. 10, p. m. 99, & Dn. *Tolnerum Cod. Dipl. Palat.* §. 84, pag. 70; conf. præced. Vid. *Henrice*, *C. P. R.* & *Ducis Saxoniæ*. An. 1230, contulit Eccleſiæ *S. Margarethæ* in *Oſterhoven* decimam in *Straubing* & *Ellenpach*; diploma, ſic incboans: *Ludwicus D. G. Comes Palatinus Rheni*, & *Dux Bawariæ* &c. ſiſtit *Gewoldus*, ad *Hundii Metrop. Salisburg.* Tom. 3, pag. 22. An. 1231, 8 Cal. Sept. confirmando fundationem Collegii *Veteris Oetingæ*, an. 1218, à noſtro Principe factam, *Eberhardus Salisburgenſis*, inquit ap. *Gewoldum* l. c. pag. 64: *Dilectus Filius noſter*, *Ludovicus*, *Comes Palatinus Rheni*, *Duxque Bavariæ Illuſtris* - - - *conſtituit apud Oetingas*, *Præpoſituram Canonicorum ſecularium* &c. Obiit tandem hoc ipſo an. 1231, *Kelhemii*, 16 Cal. Oct. occiſus. Vid. *Albertus Stadenſis* h. a: *Dux Bawariæ*, *procurante Imperatore*, *à quodam ſicario*, *occiditur* &c. Conf. *Godofredus Colonienſis*, an. eod. apud *Freherum* T. 1, pag. 297: *Ante hanc Curiam*, (die Natali Domini, Ravennæ celebratam) *circiter tres menſes*, *Ludewicus*, *Dux Bavariæ*, *à quodam Sarraceno*, *nuncio Vetuli de Montanis*, *in medio ſuorum*, *eſt occiſus*. *Nam idem Vetulus de Montanis*, *Imperatori confœderatus*, *multas injurias*, *quas idem Dux Imperatori intulerat*, *intendit vindicare*. *Hoc autem*, *conſcientia Imperatoris*, *creditur geſtum eſſe*, *quod Imperator ipſum Ducem paulo ante diffidaverat*, *in rebus*, & *in perſona*, *miſſo ad hoc nuncio ſpeciali* &c. Conſpiraverat enim aliquando, cum *Henrico* Rege, contra Cæſarem, teſte *Conrado de Fabaria*, præced. Tit. V, §. 11, in vita *Friderici* 2 Imp. v. 3; pag. 605. Quamvis verba: *Palliatione Fallaciæ*, *quam erga Regem tunc temporis habuiſſe viſus eſt*, ſatis innuant, in ſpeciem duntaxat male feriatis Eum aſſenſiſſe; quod amplius ex immediatè ſequentibus conjiciendum, quando ait: *Videns ergo Dux circumſpectum Abbatis* (S. Galli, Conradi de Buſſnang) *animum*, *circa Regis negotia*, *inconvulſum*, *verbis Eum vulminare* (vulnerare) *attemptabat opprobrioſis*. *Ipſe vero debile amaritudinis ipſum pollicient jocoſe*, *licet melleis verbis*, *ac ſophiſmatibus mellitis*, *à ſe repellebat* &c. Conf. *Chron. Auguſtenſ.* an. eod. pag. 322: *Ludovicus*, *Dux Bavariæ*, *manifeſte cultello perforatus eſt* &c. In *Annalibus Dominicanorum Colmarienſium*, an. eod. apud *Urſtiſium*, T. 2 *Rer. Germ.* pag. 6, legimus: *Ludovicus*, *Dux Bavariæ*, *interficitur* &c. In *Fragmento Hiſtorico*, *Alberti Argentinenſis* Chronico præfixo, ibid. pag. 90, an. eod. hæc habentur: *Ludovicus*, *Dux Bavariæ*, *interfectus obiit*. *Fuit autem transfixus cultello præacuto*, *quem nos poſſumus appellare ſicam*, *à quadam perſona*, *ut dicebatur*, *vili* & *ignobili*, *quales mittere ſolet quidam potens*, *qui dicitur ſenex de Montania*. *Comprehenſo autem interfectore*, *cum multis ſupplicius torquerent eum*, & *cogerent ad confitendum*, *cujus inſtinctu*, *vel juſſu*, *tantum facinus attentare præſumpſiſſet? nihil ab eo poterant extorquere*; & *ſic per omnia laniatus*, & *diſcerptus periit* &c. *Siffridus*, Presbyter Miſnenſis, inquit lib. 2 Epitomes apud *Piſtorium*, p. 695, an. eod: *Dux Bavariæ*, *Ludovicus*, *occiſus eſt*, *à graſſatoribus*, *ut dicebatur*, *immiſſis*, *ab Imperatore Friderico* &c. Add. *Andreas*, Presbyter *Ratisbonenſis*, in *Chronico Bavarico*, h. a. pag. 29; *Trithemius Chron. Hirſaug.* an. eod. & *Sponheimenſ.* an. eod. *Brunnerus*, *Annal. Bavar.* part. 3, lib. 6. p. 367 & 683; *Pareus*, *Hiſt. Palat.* p. 76; *Henningeſius* l. c. Dn. *Tolnerus* l. c. pag. 379 & 380, ſummo ſtudio Cæſarem à tanto crimine purgans. Ad Majores, in Cœnobio *Schirenſi*, ſepultus eſt. Liberos genuit (1) *Ottonem*, de quo mox; (2) *Ludovicum*; (3) *Annam*, quam *Henningeſius* l. c. pag. 195, Uxorem conſtituit *Rudolphi*, Ducis Saxoniæ. (4) *Mechtildem*, aliis *Iſabellam*, juxta eundem, & aſſeclas, *Friderici* 2 Imp. Conjugem; de quo tamen Dn. *Tolnerus* l. c. p. 381, meritò dubitat.

(12) OTTO ILLUSTRIS.

Filius fuit *Ludovici Bavari*, an. 1231, ut modo vidimus, occiſi, atque *Ludmillæ*, Princ. Bohemiæ, ſeu Suidnicenſis, in lucem editus, an. 1206. An. 1225, in Pentecoſtes feſto, nuptias celebravit, *Straubingæ*, cum *Agnete*, filia *Henrici*, Ducis Saxoniæ, Comitisque Palatini Rheni; Vid. *Morery*, voc. *Baviere*, pag. m. 375. Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* cap. 16, p. 362; & 17, p. 375; & 18, pag. 381. Mediante hoc matrimonio, Bavaros demum *Palatinatum*, utut jam an. 1215, à *Friderico* 2 Imp. in *Ludovicum*, Principis noſtri Parentem, ceu in ejus vita commemoravi, proſcripto laudato *Henrico*, transſcriptum, accedente Imperatoris conſenſu, fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe conſecutos, rectè docent Monachus *Weingartenſis*, de *Guelfis* Principibus, apud Dn. *Leibnitium*, de *Script. Brunſuic.* pag. 805, cujus verba, in vita ejusdem *Henrici*, jam recitavi; *Andreas, Presbyter Ratisbon. in Chron. Bavar.* p. m. 30: *Otto, Filius Ludovici, Ducis Bavariæ, ſupra memorati, filiam Heinrici, C. P. R. duxit uxorem, & Principatum ejus obtinens, Haydelberg, & omnia ipſius, hæreditarie poſſedit &c.* *Nauclerus* Vol. 2. *Chronographiæ*, Generat. 34, p. 747: *Otto, Dux Bavariæ, qui duxit in Uxorem filiam Henrici, ultimi Comitis Palatini Rheni, de quo inveſtitus à Friderico, Palatinatum primus in domum Bavarorum introduxit &c.* & p. 750: *Notum eſt, quod Anno Domini 1226, Otho, Bavariæ Dux, Palatinatus Rheni dignitatem primum in domum Ducum Bavariæ introduxit. Duxit enim Gertrudem, filiam Henrici, Palatini Comitis, qui Henricus erat filius Ducis Saxoniæ, & ex Agnete, filia Cunradi, Comitis Palatini, & Ducis Suevia, ſibi nupta, Gertrudem prædictam generavit, & Palatinatum cum eadem obtinuit. Hoc vult, quod, in Palatio novo arcis Heidelbergenſis, invenitur ſcriptum:*

Otho der Erſt Pfaltzgraf am Rhein,
Hat Pfaltzgraf Heinreichs Tæchterlein.
Mit Mannheit Er es erfecht,
Des Reiche Churfürſt blieb ſein Geſchlecht.

Spangenbergius, Chron. Mansfeld. cap. 254, p. 301; *Freberus Origin. Palat.* part. 1, cap. X, pag. 98, & 99, & cap. XI, pag. 113, & cap. XII, pag. 116; *Lehman. Chron. Spir.* lib. 4, cap. 7, pag. 295; *Hennigeſius* part. 1. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 196; Dn. *Tolnerus*, l. c. cap. 17, pag. 373, & cap. 18, pag. 400. Præfatos Rythmos in Cœnobio quoque *Burſfeldenſi* extare, diſcimus ex *Rittershuſii Hiſtorica Exegeſi* pag. 125. Falſum interim, *Henrici* C. P. R. filium, *Gertrudem*, vocatam, cum *Agnetis* ei nomen fuerit. Rectè hinc in Actis Cœnobii *Schirenſis*, apud *Gewoldum*, Addit. ad *Hundium*, Tom. 3. *Metrop. Salisburg.* p. 318: *Otto, Dux Bavariæ, hujus loci Advocatus, dedit nobis, quicquid habuit in Tiemenhuſen. Hoc Ludwicus, ejus filius, & Agnes, ejus vidua, in die ſepulturæ Ejus, delegaverunt, ſuper Altare S. Mariæ &c.* Paulo poſt: *Recurrente Anniverſario ejusdem Ducis, Agnes, Ejus vidua, dedit nobis, manſum unum in Haga &c.* Mox: *Ludwicus, D. Bavariæ in die ſepulturæ Matris ſuæ, Agnetis, Duciſſæ, dedit nobis prædium unum dictum Steepach &c.* & p. 319: *Agnes, Duciſſa Bavariæ, una cum filio ſuo, Ludwico, Duce Bavariæ, aſſignavit manſum unum, in villa Briſingen &c.* Conf. præced. Vita *Henrici*, *Ducis Saxoniæ*, & diploma *Conradi*, Archi-Ep. Moguntinal, apud *Gewoldum* l. c, pag. 446, ubi: *Cum Nobili Duciſſa Bavariæ, Domina Agneta, tunc vidua, quondam autem famoſiſſimi Ducis Bavariæ, Dn. Ottonis, Conjuge, præſenti quoque Illuſtri filio ipſorum, Dn. Ludovico, Duce Bavariæ & fratribus noſtris, Dn. Friderico, quondam Palatino, & Dn. Ottone Palatino, præſentibus &c.* Annus deeſt. Obiit hæc Princeps, an. 1269, in Cœnobio *Schirenſi* requieſcens; Mater (1) *Ludovici Severi*, C. P. R. juxta *Chronicon Auguſtenſe*, apud *Freberum*, pag. m. 371, (ubi, ad an. 1229, *Agnes, Duciſſa Bavariæ, Id. Aprilis, peperit filium, qui vocatus eſt Ludwicus*) *Henningeſium* l. c. *Paræum*, *Hiſt. Palat.* & alios, anno 1229; juxta Dn. *Tolnerum* vero l. c. cap. 18, p. 400, & cap. 19, p. 401, an. 1228, 13 April. nati; (2) *Henrici*, D. Bavariæ, de quo dictum *Chronicon* p. 372, ad an. 1235: *Agnes, Duciſſa Bavariæ, 13. Kal. Decemb. peperit filium, qui vocatus eſt Heinricus &c.* Conf. *Henningeſius* l. c. pag. 197; *Aventinus*, lib. 7. *Annal.* p. 556; Dn. *Tolnerus* l. c. c. 18, p. 400. Nuptiarum ejus, meminit idem *Chronicon* l. c. p. 374, ad an. 1244: *Heinricus, filius Ottonis, Ducis Bavariæ, duxit Uxorem Dominam Eliſabeth, filiam Belæ, Regis Ungariæ.* Obiit *Burckhuſii*, 5 Febr. 1290, teſte eod. *Chronico* l. c. pag. 396, ad an. 1290: *Nonis Februarii, Dominus Hainricus, Dux Bavariæ, bono fine, & multa contritione, moritur, apud Purchhauſen &c.* Conf. *Henningeſius* l. c. qui eum *Landshuti*, in *Salingthal* ſepultum docet; (3) *Eliſabetha*, Conjugis *Conradi IV*, Regis Romanorum, eoque mortuo, *Meinhardi III*, Comitis Tyrolenſis, vid. præced. Tit. V, §. 11, in vita *Conradi IV*, v. 2. (4) *Sophia*, *Gebhardo*, Hirsbergenſi Comiti, nuptæ; (5) *Catharina*, juxta *Henningeſium* l. c. pag. 90, & 197. *Matthæi* 2. Lotharingiæ Ducis, Uxoris. Præcipua Palatini noſtri facta collegit Dn. *Tolnerus* l. c. cap. 18, pag. 382 ad 399. An. 1231, conſtituit, ut Præpoſitus S. *Margarethæ in Oſterhoven*, in perpetuum, Ducum Bavariæ ſummus ſit Capellanus; vid. Dipl. apud *Gewoldum* Addit. ad *Hundium*, Tom. 3. *Metrop. Salisb.* p. 24, ſic inchoatum: *In nomine Patris, & Filii & Spiritus S. Otto, D. G. Palatinus Comes Rheni, & Dux Bawariæ &c.* An. 1233, confirmavit donationes Parentis, Eccleſiæ *Oetingenſi* factas. Vid. l. c. pag. 65. An. 1236, teſtis eſt, Confirmationis Privilegiorum *Berchtolsgadenſis* Cœnobii, à *Friderico* 2, Imp. factæ, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2, p. 182, ubi; *Otto, Dux Bavariæ, Comes Palatinus Rheni.* De obitu ejus, inquit *Chronicon Auguſtenſe*, ad an. 1253, p. 377: *Otto, Dux, in principio ſui Regiminis, ſeverus Judex, & Princeps manſuetus; poſtea, propter favorem quem impendere videbatur, Friderico, quondam Imperatori, & Conrado, filio ejus, ab Innocentio Papa IV, & Epiſcopis, jam diu & ſæpe excommunicatus, perſequi cœpit Clerum, & mala malis addens, in Vigilia S. Andreæ Apoſtoli, cum in ſero, cum uxore, & familiaribus ſuis, valde jocundus fuiſſet,*

præſentem vitam, ſubitanea morte, finit &c. & quidem *Landshutæ*, teſtibus *Aventino, Adelreizero, Henningeſio* l. c. pag. 196; Dn. *Tolnero*, l. c. pag. 399; & aliis. *Andreas Ratisbonenſis*, l. c. pag. 30, *Trithemius Chron. Hirſaug. Gebwoldus*, de *Septemviratu*, cap. 10, p. 161, aliique, Eum biennio poſt defunctum arbitrantur; *Morery*, voc. *Baviere*, p. m. 375, habet an. 1259; *Lehmannus* contra, l. c. an. 1245. Indiviſa manebat hereditas, ad annum usque 1255, quo, *Henrico*, fratrum natu minori, ex Hungaria, domum reverſo, ad diviſionem itum, de qua *Chronicon Auguſtenſe* cit. ad h. a. pag. 378, ſequentia ſuppeditat: *Ludwicus, & Heinricus, Duces Bavariæ*, (Ottonis filii,) *circa Paſcha, ſuos inter ſe dividunt Principatus, & Heinrico ceſſit nomen Ducis, cum majori parte Bavariæ, videlicet Ratisbonenſi, Chambia, Chelhaim, Ordinz, cum Lantshut, Oting, Purchhauſen, & Halle, & quicquid eſt, inter loca prædicta, & Terras Auſtriæ & Boemiæ. Ludwico autem ceſſit ſuperior pars Bavariæ, cum Palatino* (Palatinatu) *Rheni, & nomen Burggravii Ratisbonenſis, unde & Caſtrum in Regenſtauff, in Legenvelde, Chalmuntz, & alia, quæ ad eundem pertinent Comitatum, ſibi in ſortem ceſſerunt &c.* Apud *Nicolaum Burgundum*, in *Hiſtoria Bavarica Ludovici V*, lib. 1, p. m. 4 & 5, legitur: *Excepere Ottonem duo Filii, Ludovicus, cognomine Severus, atque Henricus. Ab hic primum Bavarica potentia, tanquam privatæ ſortis hæreditas, in partes diſtracta eſt; Palatinatus Rheni, cum ſuperiori Bavaria, ceſſit Severo; Inferior, cum majori parte Nortgojæ, Henrico delata eſt. Electoratus vero, ſub communi Ducis titulo, utrique communis. Transactione deinde facta, convenit: Ut Electoratus, Henrico mortuo, ad Severum perveniret, ejusve liberos. Duo erant Henrico adulti filii: Otto & Stephanus. Totidem maſculi ſucceſſere Severo, Rudolphus, & Ludovicus, admodum impubes. Rudolphus, Superiori Bavaria Fratri tradita, Palatinatum Rheni ſibi corripuit; adultus autem Ludovicus, diviſionis inæqualitatem arguere cæpit. Diſcordia, in bellum exitura, transactione ſopita eſt. Conditiones dictæ: Ut* (1) *Indiviſa eſſet paterna hereditas;* (2) *Palatinatum Rheni, communi nomine, Rudolphus adminiſtraret;* (3) *Ludovicus vero Superiorem Bavariam;* (4) *Electoratus Bavaricus tota vita Rudolpho cederet, inde perventurus ad Ludovicum; eoque defuncto, ex utriusque liberis, ſenior eligeret &c.* Conf. *Andreas Ratisbonenſis* l. c. Dn. *Tolnerus* l. c. cap. 19, p. 401 & 402.

(*e*) ANNEXA VIDEAMUS &c. Hine in veteri Ordinatione: De *Officio Comitis Palatini*, apud *Goldaſtum* Tom. 3. *Conſtit. Imp.* p. 403; & Dn. *Thulemarium*, cap. 18. *Octoviratus*, §. 13, pag. 242 &c. *Decimo, quod Regiam Majeſtatem, ſive in exercitu, ſive aliter, extra Regnum agere ſi contingat, Comes Palatinus ex officio debet in Regno ſemper eſſe Locumtenens &c.* Vid. tamen, quæ Ill. Dn. Auctor *des Europæiſchen Herolds*, Tom. I, part. 2, cap. 5, p. m. 187, de Conſtitutione hac judicet. Recte minimum Ill. Dn. *Coccejus* J. P. cap. 16, §. 2, p. 274 & 275: *Cum Palatia ſint ipſæ Curiæ, ubi publici Conventus fiunt, & negotia publica tractantur; Comes autem idem quod Præſes, ſeu Præfectus; ipſo hoc nomine Comitis Palatii nihil aliud ſignificatur, quam Præfectus ille, qui Curiis Publicis, earumque negotiis, nomine Principis vicario, moderandis præeſt. Et cum igitur Præſes Curiæ, ſeu Palatii, præſente quoque Principe, Negotia publica, Principis vice moderetur; multo magis Principe abſente, vel Regno, aut Ducatu, vacante: cum minus ipſe poſſit. Ipſo Principe præſente, quam abſente, vel mortuo &c.* Add. Idem l. c. §. 4 & 5, p. 276 & 277.

2. Vicarii alii ſunt (1) Generales, ut (*a*) Rex Romanorum: alii Particulares, (*b*) ut hi Noſtri; (2) Alii ſunt Perpetui, (*c*) ut Duces Mediolanenſes, (*d*) Mantuani, (*e*) Sabaudi, (*f*) per Italiam: & olim Delphinus, (*g*) in Regno Arelatenſi: Alii Temporarii. (3) Alii ſunt Vicarii Imperatoris, ut Ferdinandus I Caroli V; (*h*) Alii Imperii, ut Saxo, & Elector Palatinus ad Rhenum.

NOTÆ.

(*a*) *REX ROMANORUM &c.* Easdem Vicariorum diviſiones exhibet Illuſtriſſ. Comes *Joh. Guilielmus de Wurmbrand*, in Diſſ. de *Foro Principum S. R. J.* cap. 1, §. 18, p. 29 & 30. Num vero *Romanorum Rex*, *Vicarii* voce compellari queat, acriter diſputari video. *Thomas Michael*, de *Juriſdict.* Concluſ. 29; *Matthias Stephani* de *Juriſdictione* lib. 2, part. 1, cap. 2, §. 51; *Reinkingius*, de *Regimine Secul. & Ecclef.* lib. 1, Claſſ. 3, cap. 14, §. 47, pag. m. 318; *Speidelius*, *Notabil.* voc. *Kœnig*, p. m. 584, & voc. *Vicarii*, p. m. 932; *Schilterus*, *Inſt. Jur. Publ.* lib. 1, Tit. 17, §. 1, p. 179; *Crügerus*, de *Novemviratu*, Diſcurſ. 19. §. 2, p. 387; alii multi, id affirmant. *Schützius* vero, Vol. 1. Jur. Publ, Exercit. V, §. 3, lit. e, pag. m. 305, & 307; *Paurmeiſterus*, de *Jurisd. Imp. Rom.* lib. 2, cap. 5, pag. 612, quem *Limnæus*, lib. 2. *Jur. Publ.* cap. 15, §. 34, p. 167; licet lib. 3, cap. 12, §. 7, p. 162, vel ipſe affirmantibus accedat, hoc nomine evehit; Ill. Dn. *Coccejus Jur. Publ.* cap. 8, §. 28, p. 175; Illuſt. Baro *Sigismundus de Bibran*, Diſſ. de *Jure Baronum*, Præſide Ill. Dn. *Stryckio* an. 1696, habita, cap. 3, §. 90 & 91, pag. 55, aliique contrariam ſectantur ſententiam. Si is, qui vices alterius gerit,

ſive

ſive jam ex Lege, ſive ex Mandato, ſive precario, *Vicarius* dici mercatur, non video, cur hoc nomen, tali ſenſu, Romanorum Regi, abſente vel committente Cæſare, Summam rerum moderanti, ut præced. Tit. X, §. 6, lit. c, pag. 922. dictum, dari nequeat; Secus, ſi de mortuo Cæſare loquamur.

(*b*) *PATRICULARES &c.* Rectius *Speciales*; tanquam ſpeciali Lege conſtituti; cætera *Univerſales*, totius nimirum Imperii; ut rectè Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* cap. 4, pag. 120, poſt *Carpzovium*, de *Lege Regia Germ.* cap. XI, Sect. XII, §. 8, pag. 316, *Freherum*, *Orig. Palat.* part. 1, cap. 16, pag. 131 & 132, alioſque multos, docet. *Particulares* contra ii ſunt, quos Dn. Auctor *Perpetuos* hic appellat; Vid. *Carpzovius* l. c. §. 9, pag. 316; *Sprenger Font. Jur. Publ.* cap. 18, p. m. 1224. Quibus jungas Dominos *de la Scala*, quos *Sigismundus* Imp. an. 1434, Generales Vicarios S. R. I. *Veronæ & Vincentiæ*, conſtituit, apud *Goldaſtum*, Tom. I, *Conſtit. Imp.* p. 395 &c.

(*c*) *PERPETUI &c.* Juxta *Speidelium*, voc. *Vicarii*, p. m. 931, Ill. Dn. *Schützium*, l. c. §. 9, lit. b, pag. 321 & 322, & *Limnæum*, lib. 3. *Jur. Publ.* cap. 12, §. 7, p. 162, ita dicti, vel quia eorum Familiæ hic titulus, quem Cæſares, pro lubitu, in quemcunque de Imperio bene meritum, conferre poterant, & Jura ipſi annexa, cohærent; vel, quia, ſine certi diei & temporis præfinitione, ſunt conſtituti. Conf. *Bœcler, Not. Imper.* cap. 3, p. 99.

(*d*) *MEDIOLANENSES &c.* Ducibus his Privilegium *Vicariatus perpetui* ab *Adolpho* Naſſovio datum, & à *Carolo IV*, confirmatum, ex *Sigonio* lib. 20. *Italiæ*, & *Cuſpiniano*, in vita *Caroli IV*, p. 384. tradunt *Carpzovius* l. c. §. 10, p. 316; *Schützius* l. c. Dn. *Schwederus*, Introd. J. P. part. ſpec. Sect. I, cap. 33, p. 704; Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* cap. 4, §. 1, pag 121, alii. Spectat huc Recognitionis formula, qua *Barnabas*, Mediolanenſis Vice-Comes, ob collatum ſibi hoc munus, obligatum ſe Imperatori *Carolo* profitetur, quæ inter Epiſtolas *Caroli IV*, *Gervaſio Tilberienſi*, à *Madero*, edito, annexas, decimum tertium locum occupat, pag. 98, hoc modo inchoata: *Barnabas, Vice Comes Civitatis Mediolanenſis & Sacri Romani Imperii Vicarius Generalis. Notum facimus, tenore præſentium, quod, attendentes multiplices gratias, & immenſa beneficia, quibus Sereniſſimus & Invictiſſimus Princeps Dominus Karolus, Illuſtris Dominus, Dominus noſter Gratioſus, Nos, domum ac progeniem noſtram, officioſa benignitate reſpexit: & ſignanter conſiderantes magnam illam & notabilem pietatem, qua Nobis ad præſens, de Vicariatu Civitatum Piſanenſis*, (hic aliquid omiſſum) *cum earum appendiciis, & diſtrictibus, benigne providit - - - - eidem Domino Noſtro Imperatore rite promiſimus - - - - quod ſtatim ipſo facto, dum antedictarum Civitatum titulo Vicariali prædicto, poſſeſſionem ac tenementa corporalem habuerimus, præfato Domino Noſtro Imperatori, aut Ejus certo Nuncio, ſuo nomine petenti & exigenti pro quolibet anno, in Feſto Nativitatis Chriſti, quinquaginta millia florenorum puri auri, & legalis ac boni ponderis, ſolvere, ſeu Barbutas* (i. e. milites *barbutis*, ſeu tegminis ſpecie, quo Equites pariter & gregarii caput in præliis tegebant armatos, ceu Du *Freſne*, voc. *Barbuta*, p. m. 479, pluribus oſtendit,) *bene & legaliter expeditas Gentis, ſibi, pro recuperatione Regni Arelatenſis, per ſex menſes, aut quingentas Barbutas per annum, ad effectum prædictum, ſub expenſis, damnis, & periculis noſtris, anno quolibet, dirigere tenebimur &c.* Et p. 100: *Specialiter etiam promittimus, & ſpondemus, dicto Domino Noſtro Imperatori, tanquam ordinario domino noſtro, ac velut fidelis Vicarius, debitam fidem, obedientiam & reverentiam, occaſione dicti Vicariatus, ad inſtar fidelis ſubditi, cum diligentibus ſtudiis, exhibere promittimus &c.* Circa annum 1372, ut ex *Spondano*, *Contin. Annal. Baron:* h. a. §. 1, p. 577, diſcimus, exortis inter *Urbanum V*, P. R. & *Barnabam*, litibus, Cæſar quidem Principem hunc dignitate *Vicarii* iterum exuit, teſtibus Banni formulis, in eum editis, l. c. §. 16, p. 102 &c. ad 104, ubi: *Quia ipſe Barnabas adverſus honorem Sacri Imperii manifeſte deliquit, ipſum - - - ab omnibus Vicariatibus, quos pro nobis, & Sacro Imperio, hactenus geſſiſſe dinoſcitur, privamus & deponimus ab eisdem &c.* & §. 17, pag. 105 &c. ubi eadem repetuntur; poſtea vero *Johannes Galeatius*, *Barnabæ* ex fratre, *Matthæo*, nepos, non ſolum in integrum reſtitutus, ſed & à *Wenceslao* Imp. an. 1395, Dux *Mediolanenſis* noſcitur creatus; Vid. præced. Tit. V, §. 11, in vita *Wenceslai* v. 4, ad an. 1395, pag. 681. Hinc *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 12, §. 11, pag. 120, Cardinalis *Tuſchi* verba referens, ait: *Ex privilegio, Vinceslai, Romanorum Imperatoris, omnia Jura Imperialia ſunt translata in Ducem Mediolani, Vicarium perpetuum &c.* Conf. *Bodinus* de *Repubi.* lib. 1, cap. 9, §. 128, pag. m. 200; *Rex Hiſpanus quidem* (tanquam Dux Mediolanenſis) *in univerſa Inſubria, Hetruria; Duces item Saxoniæ & Palatini Comites, Imperatoris Vicarii ſunt, ac Legati perpetui &c.* *Limnæus* ad A. B. cap. 5, §. 2, Obſerv. 9, p. 353, & ad *Capitulat. Caroli V*, art. 3, voc: *Pfaltz und Sachſen*, §. 67, p. 150; *Arumæus* ad A. B. Diſc. 3, Concl. 26; *Buxtorff.* Diſſert. ad A. B. Concluſ. 53; *Bœclerus* l. c. *Sprenger* l. c. Illuſtriſſ. Comes de *Wurmbrand*, Diſſ. de *Foro Principum* S. R. J. cap. 1, §. 18, p. 30.

(*e*) *MANTUANI &c.* Vid. *Rolandus à Valle*, de *Jure Dot.* Qv. 3, n. 3; Ill. Dn. *Schütz* l. c. Exercit. 5, §. 9, lit. b. pag. 322; *Sprenger*, *Font. Jur. Publ.* cap. 18, pag. 1225; *Arumæus* l. c. *Buxtorf* l. c. *Carpzovius* l. c. cap. XI, Sect. 12, §. 9, pag. 316; *Ditericus* ad A. B. Tit. 5, pag. 38; Dn. *Schwederus Introd. I. P.* part. ſpec. Sect.

1, cap.

1, cap. 33, §. 2, pag. 705; *Limnæus* l. c. Alii. Ex dictis præced. Tit. V, §. 11, in Vita *Sigismundi* Imp. v. 4, ad an. 1433, pag. 696, conſtat, *Johannem Franciſcum Gonzagam*, jam anno 1433, primum *Mantuæ* Marchionem, ſimulque S. R. I. *Vicarium*, à laudato Imperatore, fuiſſe conſtitutum; pariterque *Ferdinandum Gonzagam*, an. 1624, & *Carolum I. Nivernienſem*, an. 1631, à *Ferdinando* 2 nec non *Carolum III*, anno 1657, à *Ferdinando III*, Imperatoribus, prout l. c. in vitis horum Cæſarum, ad præfatos annos, commemoravi. Maſculè vero Sabaudiæ Dux deſuper nunquam non proteſtatus eſt; vid. *Lundorpius*, Tom. VIII *Contin. Act. Publ.* lib. 8, cap. 205, pag. 313; *Diar. Europ.* Tom. I, ad an. 1658, pag. 710 &c. & *Theatr. Europ.* Tom. VIII, an. eod. pag. 406; obtinuit etiam, ut an. 1658, Capitulationi *Leopoldinæ*, Art. 4, insereretur; *So thun wir auch dasjenige, was das Churfurſtliche* Collegium *jüngſthin, unter* Dato *den Vierten* Junii, *an Ihne* (Ducem Mantuæ) *wegen Annullir- und Aufhebung des, dem Haus Savoya zu Nachtheil, unterfangenen Kayſerlichen und Reichs*-Vicariats, *und* Generalats, *in Italien, geſchrieben, hiemit allerdings einwilligen, und beſtatigen, dergeſtalt. daß wir ob deſſelben Begriff feſtiglich halten, und die Herzogen von Savoya, bey ihrer in Italien habender* Vicariats-*Gerechtigkeit, und Privilegien, gebührend ſchützen und handhaben wollen.* Interpoſuere quidem Miniſtri Mantuani extemplo gravamen, cujus copia apud *Lundorpium* l. c. cap. 245, pag. 367, & *Theatr. Europ.* l. c. pag. 491 &c. inter alia ſcribentes: Principalem ipſorum ægrè ferre, quod Sereniſſimi Electores, ipſo inſcio, nec citato, Sabaudum Imperii Vicarium declaraverint, *cum reſpectu dignitatis perpetui Vicariatus Imperii, eam ſibi non noviter adſcripſerit, quin potius totum contrarium antiqua & nova teſtentur diplomata, & Inveſtitura, continuatis temporibus, Marchionibus Montisferrati & Ducibus Mantuæ conceſſa; nec eſſe, quod de hujusmodi ſe læſum reddat Dn. Sabaudiæ Dux, quia eſſet offendere Sacrum Romanum Imperium, à quo plures poſſint conſtitui Vicarii Perpetui, prout practicatum in Ducibus Mediolani, in anteacto Seculo, ac in aliis &c.* Nihilominus autem, an. 1690, eadem planè & Capitulationis *Joſephi* inſerta ſunt Articulo IV. quæ *Leopoldinæ*; annexa duntaxat clauſula: *welches alles jedoch auf die* Condition *geſtellet wird, wann ſich der Hertzog von Savoyen denen von Ihrer Kayſerl. Maj. von Reichs wegen*, publicirten Inhibitoriis, *und* Avocatoriis (contra Gallos) *gemäs bezeigen, und verhalten wird &c.* Conf. *Cruger*, de *Novemviratu*, part. ſpecial. membr. 2, Diſcurſ. 19, §. 2, pag. 388, & Dn. *Berndes*, Diſſ. de *Negotiis Capitulatione Cæſarea annullatis*, Præſide Ill. Dn. *Struckio*, an. 1703 habita, cap. 3, §. 8 & 9, pag. 51 & 54. *Vicariatum Imperii per Italiam*, non confundendum eſſe, cum *Vicariatu* qui ſigillatim ad *Sabaudiam*, tanquam portionem Regni Burgundici, pertinet, de quo nulla Sabaudum inter & Mantuanum, eſt controverſia, nihilque propterea in Capitulationibus diſpoſitum, rectè monet Dn. *Schurtzfleiſchius* Diſſ. de *Diviſione Imperii Carolini*, an. 1682 ventilata, §. 78, p. m. 88 & 89. *Ferdinandum Carolum*, Ducem Mantuanum, ob fœdus, cum Gallis, Imperii declaratis hoſtibus, initum, an. 1708, 30 Junii, à Sacratiſſimo Imperatore, tanquam criminum læſæ Majeſtatis, fractæ pacis, & feloniæ, reum, Banno Imperii oneratum omnibusque dignitatibus, Juribus & Privilegiis, quibus, Imperatorum gratia, hactenus gaviſus erat, fuiſſe exutum, promulgata in eum Banni ſententia pluribus oſtendit, apud *Antonium Fabrum*, Tom. XIII *der Europaiſchen Staats-Cantzley*, cap. 16, §. 5, p. 670 &c. Ut adeo, rebus ſic ſtantibus, parum de Vicariatu quæſtionis, prætendere queat.

(f) *SABAUDI &c.* Quis primus Imperatorum dignitatem *perpetui Vicarii per Italiam* Sabaudo contulerit? quæſtio eſt. *Ranchinus*, *de la deſcription de l'Europe* Tom. 2, pag. 429, nominat hoc titulo *Henricum VII*, ſeu Lucelburgicum, verbis: *Ils ſe diſent Vicaires perpetuels, & Princes de l'Empire, pour avoir été, declarés, par l'Empereur Henry VII, en la perſonne d'Amedée le Grand, Vicaires generaux, & perpetuels de l'Empire en toute l'Italie &c.* quæ *Limnæus* Tom. V, Addit. ad lib. V, cap. 14, §. 4, pag. 439, repetit; Ejusdem ſententiæ eſt Dn. *Crügerus* l. c. ſpecialius adhuc annum 1313 proferens. Minimum, ab obitu hujus Principis, Vicariatum hunc in controverſiam fuiſſe ductum, diſcimus ex *Nicolai Burgundi*, *Hiſtoria Bavarica*, lib. 2, p. m. 61, ubi: *Henricus, Goriciæ Comes, poſt fata Henrici VII, in Italia relictus, gerebat ſe pro Vicario Imperii. Sed fluxa erat ejus auctoritas; nam & juſtus illi Exercitus, & quantulocumque militi ſtipendia deerant; potiſſima vis in Matthæo Vice Comite, qui ab Henrico Cæſare Mediolanenſibus impoſitus, dein luctatus cum Fortuna, Turrianos tandem, potentia æmulos, in ordinem coëgerat. - - - In hoc ſtatu res erant, cum Joannes XXII ſublatus eſt ad faſtigium Eccleſiæ. Is protinus aſſerere cœpit, Imperio vacante, adminiſtrationem Italiæ ſibi deberi. Mandavit itaque Rectoribus Civitatum, ut abdicarent ſe Magiſtratu, quem fas non eſſet, injuſſu ſuo, quempiam gerere. Bertrandum de Pogieto nepotem, in Inſubriam Legatum mittit, Bononiæ reſidere juſſum, Cardinalem Portuenſem vulgo appellant; Robertum, Neapolitanum Regem, Vicarium Imperii à Clemente dictum, in poteſtate retinuit; propoſito Edicto;* (vid. Extravag. Johannis XXII, *Ne Sede vacante*, Tit. V, cap. un. *Si Fratrum*;) *ne quis Cæſareo Vicario fidem, aut obedientiam, præſtare vellet, qui aliter feciſſet, cum ſe pro hoſte habiturum,* Mox additur: *Sed tam cruda Imperia vario animorum motu excipiebantur. Gibellini* (Cæſarei) *in contemptum vertebant. Florentini, audito Adminiſtratoris nomine, pulſabantur hac novi-*

Digitized by Google

novitate, in ſuſpicionem delapſi, Pontificem Joannem, ingenio ſolertem, atque immatura ambitione cæcum, in eas ſpes incumbere, quibus Eccleſia jugum Italiæ imponeretur. Suſpenſi denique erant cæterorum Guelforum animi, quaſi fides eorum mereretur timeri &c. Favebat Romani Præſulis conatibus ſchisma inter *Ludovicum* Bavarum, & *Fridericum* Auſtriacum, Imperiale diadema ſibi invicem invidentes, neutrius licet incrementis palam ſtuduerit: quam notantes verſutiam Itali partium Cæſarearum, blanditiis viciſſim adventantem *Fridericum* delinire ſtudebant, omnia quaſi ad Romani Imperii ſalutem collaturi, re vera *Ludovico* proniores, utpote ambitioſi Pontificis tyrannidi refrenandæ, quam execrabantur, aptiori. Spectat huc Legatorum oratio ad *Fridericum*, apud *Nicolaum Burgundum* l. c. pag. 64 & 65. Quæ poſtea ſecuta, expoſui præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Ludovici Bavari*, Imp. v. 4, ad an. 1323 &c. pag. 660; in primis p. 667 &c. ad an. 1338 & 1339, quibus Imperii Jura ab Apoſtolicæ Cameræ jugo liberata ſunt. Alii recurrunt ad *Carolum IV*, Imp. Quem ſusque deque Romanæ Curiæ habendo technas, dignitate hac illuſtriorem reddidiſſe perhibent *Amadéum IV*, cognomine *Viridem* Sabaudiæ Comitem, & quidem *Chaſſaneo* judice, lib. 2, *de la Recherche des Droits du Roy & de la Couronne de France*, cap. 2, pag. 46. anno 1366, cujus verba ſunt: *Le titre, que les Ducs de Savoye portent, de Vicaires perpetuels de l'Empire, qui, en l'an. 1366, fut donne, par Charles IV, à Amadée IV, appellé le Comte Verd, & duquel ceux de ſa maiſon ont jorii, depuis les confirmations de l'Empereur Maximilian I, & de Charles V, demontre aſſez, qu'ils ne peuvent relever, comm'ils pretendent, des Empereurs &c.* à *Limnao*, Tom. IV. Addit. ad lib. 5, cap. 14, §. 4, pag. 911, Latino reddita idiomate; juxta *Joſiam Simlerum* vero, *vom Regiment der Eydgenoßſchafft*, p. 264, an. 1356. Verum, negari licet nequeat, laudatum Cæſarem dicto Comiti, an. 1356, inſigni Privilegio proſpexiſſe, cujus formulam in *Diario Europæo*, Tom. I, ad an. 1658, p. 712 & 713, offendis; ubi inter alia: *Imperiali authoritate decernimus, ut omnes Appellationes, quæ à quibuscunque Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus & Prælatis, & eorum Locumtenentibus Judicibus ſecularibus, infra terminos ac limites Comitatus tui Sabaudiæ conſtitutis, ad audientiam & Tribunal Noſtrum Imperiale interponi hactenus conſueverunt, & de Jure, vel Conſuetudine, interponi deberent, ad tuam audientiam deinceps interponantur &c.* De *Vicariatu* vero *per Italiam*, nulla ibi mentio; de quo inſuper in *Aurea Bulla* altum ſilentium. *Clementis VI*, malis artibus cum Imperiale nomen debuerit *Carolus*, (ceu præc. Tit. V, §. 11, in vita *Ludovici Bavari*, v. 4, ad an. 1346, pag. 670 &c. commemoravi,) turbido rerum ſtatu, prudentiæ quoque regulis conſentaneum erat, Papalis Curiæ offenſam vitaſſe, nec recoqui crambem, de *Vicariatu Italiæ*, cujus intuitu, ut modo vidimus, acerrimæ inter *Ludovicum* Imp. & *Johannem XXII*, Pontificem, ortæ lites. Conf. *Conringius* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 2, §. 16, pag. 131 & 132. Celebrant hinc alii, hoc nomine, *Sigismundum* Imp. veluti: *Jacobinus de S. Georgio*, de *Feudis*, voc. *Vicarius*, §. 5; *Antonius Theſaurus in Præfat. Deciſ. Pedemont.* §. 14, & alii, quos *Sprengerus*, *Font. J. P.* cap. 18, p. 1226, & *Carpzovius*, *de L. R. G.* cap. XI, Sect. 12, §. 12, pag. 316, producunt. Extat quidem, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. I, *Cod. Dipl. Juris Gentium*, §. 124, pag. 305 &c. *Conceſſi Vicariatus Sacri Imperii, facta Ludovico de Sabaudia, Principi Achajæ, per Imperatorem Sigismundum, Budæ*, 1412, unde ſequentia deſumpta: *Te, animo deliberato, ſanoque Principum, Comitum, Baronum, Procerum, & Nobilium, ac aliorum Fidelium noſtrorum, accedente conſilio, ex certa noſtra ſcientia, & plenitudine Romanæ Regiæ poteſtatis, Noſtrum & Imperii Sacri Vicarium, in omnibus & ſingulis Civitatibus, Caſtris, Caſtellis, Oppidis, Dominiis atque Terris, quæ & quas poſſides & tenens, in partibus Pedemontium, Ordinavimus, fecimus, Conſtituimus & creamus, dantes ex nunc, & concedentes Tibi, plenam, liberam, & omnimodam autoritatem & Juriſdictionem, generalem & ſpecialem, ac gladii poteſtatem, merum & mixtum Imperium, Vice & autoritate, atque nomine noſtris, in præfatis Civitatibus Caſtris, Caſtellis, Oppidis, Villis, Dominiis atque Terris extendi* (exercendi) *animadvertendi in facinoroſos & reos, cohercitionem quamlibet, ratione præciſa, & mediante Juſtitia, exequendi &c.* Enimvero, quis non videt, ſermonem hic ſaltem eſſe de *Vicariatu ſpeciali*, *Sabaudo* in Terris propriis competente; non de *Generali*, *per totam Italiam*; utpote longe diverſo, & de quo hic quæſtio eſt? Hinc nec mirum, Cæſarem laudatum, in diplomate Inveſtituræ, recens creato *Sabaudiæ* Duci, *Amadeo*, Camberiaci, an. 1416, 20. Febr. dato, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. §. 127, p. 312, de dicto *Vicariatu*, nihil prodidiſſe, memoriæ, etiamſi reliquos novi Principis titulos omnes recenſeat. Nec aliud obtinuiſſe, tempore *Maximiliani I*, elucet ex hujus Imperatoris Privilegio, an. 1503, 15 Oct. *Philiberto* Sabaudo, de non concedenda poſthac, *per Terras Sabaudicas*, Sacri Palatii Comitis dignitate, *cum poteſtate legitimandi baſtardos, & Notarios creandi Imperiales; niſi de maxima illorum appareret ſufficientia, idoneitate, aut ipſius Sabaudiæ Ducis, & ſuorum, ſcitu, & ſingulari, erga Cæſarem, commendatione*, in loco *Ymbſt*, expedito, apud *Limnæum* Tom. V, Addit. ad lib. 5. cap. 14, §. 4, pag. 441 &c. & in *Diario Europæo* l. c. pag. 713 & 714, ubi ita duntaxat Cæſar: *Nuper, ex parte Illuſtris Philiberti, Sabaudiæ Ducis, S. R. J. Principis, & Vicarii perpetui, Generi noſtri chariſſimi, Nobis expoſitum fuit &c.* Quæ autem, quæſo! inde conſequen-

quentia, ad *Vicariatum Generalem per Italiam? Carolus V*, Imperator, an. 1521, 3 Maji, *Wormatiæ* exiſtens, primus in favorem *Caroli III*, Ducis, auxit *Vicariatum hunc ſpecialem* Diœceſibus *Lugdunenſi, Matisconenſi* & *Gratianopolitana*, ampliando Privilegium, ut omnes, tam Eccleſiaſtici, quam Seculares, intra Sabaudiæ agrum, dictaſque Diœceſes, exiſtentes, ratione Feudorum ab Imperio dependentium, Vaſallagia, homagia, & obedientiæ ſacramentum, Sabaudo, tanquam *Vicario*, præſtare teneantur; teſte formula, in *Diario Europæo* l. c. pag. 715 &c. An. 1530, 13 Mart. *Bononiæ*, adjecit Epiſcopatum *Burgenſem*; vid. Diploma l. c. pag. 718 & 719; An. 1555, 16 Novemb. *Bruxellæ*, in gratiam *Emanuelis Philiberti*, Ducis, rurſus, quoad Juriſdictionem Imperialem, eum extendit, ad *Aſtenſem, Nicenſem, Vigintimillienſem, Glandavenſem* Provinciæ, & *Vincienſem* ſeu *Vence*, ibidem, Diœceſes, de quo additamento, inſpiciendum diploma, l. c. pag. 720 &c, in eoque in primis notanda phraſis: *In Vicariatu Imperiali GENERALI, Sabaudiæ Ducibus conceſſo, quoad ea, quæ à Sacro Romano Imperio moventur, & dependent &c.* & circa finem: *Dictumque Emanuelem Philibertum, Ducem Sabaudiæ, nepotem noſtrum chariſſimum, ejusque heredes, & Succeſſores in eis, nec turbent, nec impediant, verum ipſis, & præſertim perpetuo Vicariatu Imperiali GENERALI, ſicut ſupra, à Nobis ampliato, & extenſo, liberè & quietè uti frui, & gaudere, jugiter, & in perpetuum, ſinant &c.* Meminit horum documentorum *Limnæus* l. c. pag. 439 &c. nec non *Sprengerus* l. c. pag. 1217; quamvis poſterioris extenſionis loca corruptè adducat. Ab hoc tempore, Sabaudos, continua ſerie, *Perpetuos Imperii Vicarios Generales* fuiſſe nuncupatos, extra controverſiam eſt. Facit hanc in rem *Ferdinandi I*, Diploma, ſub dato *Pragæ*, 6. Mart. 1562, in confirmationem omnium Privilegiorum, à Cæſaribus, in Sabaudiæ Principes collatorum, promulgatum, in *Diario Europæo*, l. c. pag. 722 &c. notabiliter clauſula comminatoria, circa exitum: *Emanuelem Philibertum, Ducem Sabaudiæ, Conſanguineum noſtrum, Ejusque hæredes & Succeſſores in eis, nec turbent, nec impediant, verum ipſis, & præſertim Vicariatu Imperiali GENERALI, à Divo quondam Fratre noſtro, Imperatore Carolo V, præclariſſimæ memoriæ, ampliato & extenſo, liberè & quietè, uti frui, & gaudere jugiter in perpetuum, ſinant &c.* Quam etiam in confirmationis charta earundem gratiarum, *Rudolphi 2*, Imp. ſub dato *Pragæ*, 29 Aug. 1579, l. c. pag. 726, conſpicis; nec non in alia, 31 Mart. 1588, in favorem *Caroli Emanuelis* ibidem confecta, & quidem cum extenſione dicti *Vicariatus Generalis*, ad Diœceſes, *Albengha, Alba & Aquarum*, quoad Comitatum *Jenda, Mentonum, Roccabrunam, Pornaſſium, & Dolceaquam*, indeque loca pendentia, in quantum Juriſdictioni Imperiali ſubjaceant; l. c. pag. 727 ad 729; non minus in Confirmationis Diplomate *Matthiæ* Imp. 26 Febr. 1613, *Viennæ*, eidem Principi dato l. c. pag. 729 &c. ut & in *Ferdinandi 2*, de an. 1621, 9 Julii, ibidem expedito, l. c. pag. 732 &c. pariter & in alio, quo, ibidem, 17 Aug. 1632, *Victoris Amadei* gratia, non ſolum cuncta confirmavit, ſed & permulta loca alia adjecit veluti: *Trinum, Tricerium, Palamollum, Fontanetum, Blanlaeum, cum Carpaneto, Liburnum, Salugias, Verrolengam Rondillorum, Vulpianum, Joglitum, Marcenaſcum, Caluxium, Candiam, Barronum, Cucelias, Orium, Luſilias Montalengum, Rivaram, Furnum, Roccam de Corio, Corium*, cum cæteris omnibus Oppidis, quæ ſunt citra flumen Padi, exceptis *Morano, Balzola, Villanova, Grangiis* & locis Abbatiæ *Lucedii*, ſitæ in Monteferrato; ultra Padum vero: *Bruſascum, Cavagnolium, Monteutum, Laurianum, S. Sebaſtianum, Caſtagnetum, S. Raphaëlem, Cimenam, Caſtiglionum, Cordonam, Sulcias, Bullolinum, Platium, Marcozengum, Tonengum, Cinlanum, Moncuccum, Verganum, Pollianum, Mondonium, Berlanum, Albugnanum, Pinum Inſulam, S. Damianum, Guarenas, Roccam Cilierii, Cilierium, Somanum, Verdunum, Barrolium, Boliam, Grinlanas, Pernum, Burgum malum, Benevellum, Rodum, Rhodellum, Guttaſeccam, Cameranam, Camunadianum, Albam*, cum *Montelupo*, & *Barbareſco*; vid. l. c. pag. 736 & 737. His tamen non obſtantibus, *Generalitatem Vicariatus Italiæ Sabaudi*, clarius ex Capitulationibus *Leopoldi I*, & *Joſephi*, Art. IV, patere arbitror, quam addictis hactenus diplomatibus. Si enim, jam tempore *Caroli V*, vel adhuc prius, Sabaudi *Generales & perpetui Vicarii Imperii per Italiam* fuerint; quid quæſo! ſibi volunt tot ſpeciales & novæ additiones? conf. *Sprenger* l. c. pag. 1227 ad 1229: *Jacobus Menochius*, Conſil. 2, §. 104: &, ex eo, *Reinkingius, de Regim. Secul. & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 2, cap. 9, §. 100, pag. 175, & §. 105 & 106, pag. 176; *Guilielmus Paradinus*, lib. 1 *Hiſtor.* cap. 26. & lib. 2, cap. 114, &, ex eo, *Limnæus*, J. P. lib. 3. cap. 12, §. 8, pag. 162, & lib. 2, cap. 5, §. 4, pag. 291; & Tom. V, Addit. ad lib. 5, cap. 14, §. 4, pag. 439 &c. Reliqui Scriptores Juris Publici modo non omnes. *Bodinum* de *Republ.* lib. 1, cap. 9, §. 127, pag. 199 &c. & *Caſſanum*, in *Defenſore*, lib. 2, cap. 2. pag. 46, Sabaudum, Vicarium ſimul & Vaſallum Imperii, eſſe non poſſe, diverſis licet principiis, arbitrantes, debellat *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 2, cap. 25, §. 11 & ſeqq. p. 389 &c. add. *Schwederus, Introd.* J. P. part. ſpec. Sect. I, cap. 33, §. 2, pag. 705. *Schützio*, Vol. 1, Exercit. 5, §. 9, lit. e, pag. 322 & 323, Interregni tempore, *Sabaudum*, cæteroſque per Italiam *Vicarios Speciales*, & ipſos Vicariatui *Saxonis* atque *Palatini* ſubeſſe, docenti, opponit ſe *Limnæus*, ad *Capitulat. Caroli V*, art. III, voc. *Pfaltz und Sachſen*, §. 67, p. 150.

(g) IN

Digitized by Google

(g) *IN REGNO ARELATENSI &c.* Meminit hujus Vicarii *Petrus de Vineis*, lib. 3, Epiſt. 75; *Chaſſan. dans la Recherche des Droits du Roi & de la Couronne de France*, lib. 2, pag. 28, ait: *L' Empereur Charles IV, honora Charles VI, Dauphin du Viennois, de la dignité de Vicaire General & perpetuel de l' Empire, l' an.* 1378, 13 *Janvier. Il lui donna le benefice d' âge, avec la puiſſance de vie & de mort, ſur touts les Sûjets de l' Empire &c.* Rectè autem *Bodinus*, lib. 1 de *Republ.* cap. 9, §. 128, pag. 200, reſtringit hoc Privilegium ad fines Regni Arelatenſis, & quidem exceptâ Sabaudiâ. Vid. præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 13, pag. 254. Deſcendente in Italiam Imperatore, in *Regno* quoque *Arelatenſi* Vicarium eſſe Palatinum Rheni Comitem, diſcimus ex Diplomate *Ruperti* Imp. de an. 1401, in favorem filii, *Ludovici*, confecto, apud *Freherum*, part. 1, *Orig. Palat.* cap. 16, p. m. 133, & in Notis ad *Petrum de Andlo*, lib. 1, cap. 10; Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 1 *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, §. 113, p. 263; & Dn. *Thulemarium*, cap. 22 *Octoviratus*, §. 18, pag. 382, ubi: *Advertentes, à Divis Romanis Imperatoribus & Regibus, Prædeceſſoribus noſtris, hactenus extitiſſe obſervatum, ac etiam de Jure Comitatus Palatinatus Rheni fuiſſe, & eſſe, quod cum Romanus Imperator, vel Rex, ultra montes, Italiam ingreſſus fuerit, in ipſius abſentia, Vicariatum Imperii in Germania, Gallia, & Regno Arelatenſi, ad Comitem Palatinum Rheni, pertinuiſſe, & pertinere; eundem dilectum filium noſtrum, Ludovicum, animo deliberato, non per errorem, aut improvide, ſed ſano & maturo Electorum, & aliorum Principum, Comitum & Nobilium Noſtrorum, & Imperii Sacri fidelium, freti conſilio & conſenſu, de certa Noſtra ſcientia, & Regia plenitudine poteſtatis, per Sacri Romani Imperii, in Germania, Gallia, & Regno Arelatenſi, Provincias, Principatus, Dominia, Diſtrictus, Civitates, Oppida, Caſtra, Villas, & eorundem pertinentias . . . facimus, conſtituimus & ordinamus, Noſtrum & S. R. I. in Germania, Gallia, & Regno Arelatenſi, Vicarium Generalem &c.* Conf. Ill. Dn. Baro de *Lyncker*, Obſervat. ad A. B. cap. 5, pag. 42 & 43. Contrariæ ſententiæ eſt Dn. *Ludwig.* in *Arauſione adſerta*, §. IX, pag. 9, ut & in Diſſ. de *Jure Poſtarum hereditario*, an. 1704 Halæ ventilata, §. 2, pag. 2, *Vicariatum* hunc ad Potentiſſimum Boruſſiæ Regem, qua *Arauſionenſium* Principem, ſpectare, aſſerens.

(h) *ALII IMPERII &c.* De diſtinctione: inter *Vicarios Imperatoris*, & *Vicarios Imperii*, vid. ad ſeq. §. 4, lit. e.

3. *Vicarii Imperii ſunt Principes Imperii, Elector Saxoniæ, & Palatinus, lege conſtituti, ut, vacante Imperio, (a) illud, ſecundum datam ipſis poteſtatem, adminiſtrent, illudque, finita electione, intra electi Regis Romanorum manus reſignent.*

NOTÆ.

(a) *VACANTE IMPERIO &c. An Vicariatus ad caſum abſentiæ quoque ſe extendat?* quæritur ap. *Sprengerum in Fontibus J. P.* cap. 17. negativæ faventem, quod vigore A. B. Cap. V. Vicarii vacante Imperio, ſaltem munus hoc exerceant; abſente autem Imperatore vivo, Imperium vacare dici nequeat. Ejuſdem ſententiæ eſt *Scharſchmidius* ad *Schützium* Vol. I. J. P. Diſſ. V. th. XI. lit. C. pag. 329. *Schützius* l. c. p. 327. & 328. argumenta in utramque partem collegit, affirmantibus tamen propius accedens; quorum etiam partes ſequitur Dn. *Rhetius* Inſtit. J. P. lib. I. Tit. V. §. 4. p. 185. Sanè, ſi de abſentia Cæſaris, vacatio Imperii, vel hoc caſu, non eſſet accipienda. Quid reſpondendum, ad *Vetus Jus Feudale Alemannicum*, cap. 42, cujus verba *Schilterus, Inſtit. Jur. Publ.* lib. 1. Tit. 18, §. 1, pag. 185, recitat: *Wann ein Kœnig von Teutſchen Landen vert, ſo mag Er des Reichs Marſchalk den Gewalt geben wol, das er den Pan leihe, an ſeiner Statt. Das iſt der Hertzog von Sachſen &c.*? Qualeve judicium foret ferendum de Diplomate *Ruperti* Imp. in favorem filii, *Ludovici*, an. 1401, confecto, cujus præced. §. 2, lit. g, memini? aut quid opus fuiſſet Reverſalibus *Maximiliani I*, an. 1507, 8 Aug. *Conſtantiæ*, *Friderico Sapienti*, Electori Saxoniæ, (Dn. *Müllero* teſte, *Annal. Saxon.* ad h. a. pag. 64, ubi hæc extant: *Stellete dieſer Kayſer* (Maximilianus,) *einen* Aſſecurations-*Brief dem Churfürſten zu Sachſen, Hertzog Friderichen, aus, daß das Ihme beſonders aufgetragene Stadthalter-Ampt, dem Ihme ſonſt, vermœge der Güldenen Bulle und der* Obſervantz, *zuſtehenden Reichs*-Vicariat *unſchædlich ſeyn ſolle.* Datum Conſtantz, 8. Aug.) aliisque, an. 1518 Palatino datis, apud *Goldaſtum*, part. 1 *der Reichs-Satzungen*, pag. 241, ubi: *daß Wir Ihme dat* Vicariat-*Ampt, und Gerechtigkeit, ſo ſeine Vor-Eltern, wan das Reich* vaciret, *oder ein Rœmiſcher Kayſer, oder Kœnig, über das Gebirge gezogen, nach Inhalt der Güldenen Bull, und weyland Kayſer Carls Brief, gehabt, und hergebracht &c.* aut, *Caroli V*, an. 1511, conſtituto, in Comitiis Wormatienſibus *Regimento*, Saxonum Electori, ultimo Maji, 1521, ibi conceſſis l. c. pag. 242. *Wir Carl der V . . . . bekennen, als Wir ietzo auf unſern gegenwartigen Reichs-Tag, mit Rath Churfürſten,*

Fürſten und Standen des Reichs, ein Regiment in Unſerm Abweſen, in demſelben Reich zu halten, aufgerichtet und beſchloſſen, daß Wir demnach den Hochgebohrnen Friderich, Hertzogen zu Sath'en &c. Churfürſten, zugeſagt, auch geſetzt und geredt haben, und thun das von Kayſerl. Macht, wiſſentlich, in Krafft dieſes Briefs, daß demſelben Hertzog Friderich, ſolch unſer und des Reichs Regiment, an Sr. Ld. Vicariat-Ampt, nach laut der Guldenen Bulle, kein Abbruch oder Nachtzeil bringen ſoll, noch mag, in keine Weiſ &c. Add. ejusdem Cæſaris confirmatio privilegiorum Palatini, de an. 1521. 28. Maji, l. c. p. 243. *So ein Ræmiſcher Kayſer oder Kænig über Berg zeucht, oder aus dem Reich iſt, Sr. L.L. und einem jeden Pfaltz-Graven, der Churfürſt iſt, die Verſehung und Verwaltung deſſelben gebühret, und zuſtehet, wie Wir dann daſſelbe, auch ſeine hergebrachte Freyheit und* Privilegium *hievon confirmirt, und biſtæt gt &c.* Add. *Bodinus, de Republ.* lib. 1, cap. 9, §. 128, pag 200; *Freherus Orig. Palat.* lib. 1, cap. 16, p 132; & in Not. ad *Petrum de Andio*, lib. 2 de *Roman. Imper.* cap. 10; *Arumæus* ad A. B. diſcurſ. 3, Concluſ. 31; *Buxtorf.* ad A. B. Concluſ. 54, lit. D. *Carpzovius* de L. R. G. cap. XI, Sect. 14, §. 12 & ſeqq. p. 319 &c. *Limnæus*, Tom. 1 J. P. lib. 3 cap. 12, §. 35 & ſeqq. pag. 169; *Kumelinus* ad A. B. Diſſ. IV, §. 72, pag. 116; Dn. *Thulemarius* c. 22 *Octovirat.* §. 12, 13, & 14, p. 378 &c. Dn. *Crügerus*, de *Novemviratu*, part. ſpec. Membr. 2, Diſcurſ. 19. §. 2, pag 389; Dn. *Tolnerus Hiſt. Palat.* cap. IV, p. 111, & 116; Dn. *Schilterus* Inſt. J. P. lib. 1, T. 18, §. 1. p. 184 &c. & §. 6. p. 190 &c. Dn. *Kregel*, diſſ. Inaug. de *Vicariatu* Saxonico, in caſu abſentiæ Imperatoris, an. 1707, Lipſiæ ventilata, §. XV, XVI &c. p. 15 & ſeqq. & alii, quos teſtes producunt; quamvis *Limnæus*, quoad *Palatinum* duntaxat, id affirmet. Conf. ſeq. §. 7. Coronidis locô, ſubjungam noviſſima vicariorum diplomata:

Von GOttes Gnaden Wir Johann Wilhelm,
Pfaltzgraff bey Rhein, des Heil. Ræm. Reichs Ertz-Truchſes und Chur-Fürſt, und in denen Landen des Rheins, Schwaben, und Franckiſchen Rechtens Fürſeher und Vicarius, *in Bayern, zu Gülich, Cleve und Berg Hertzog, Fürſt zu Morß, Graf zu Veldentz, Sponheim, der Marck und Ravenſperg, Herr zu Ravenſtein, &c. &c.*

ENtbitthen allen und jeden des Heil. Ræm. Reichs Chur-Fürſten, Fürſten, Geiſtlich- und Weltlichen Prælaten, Grafen, Freyherren, Herren, Ritteren, Stædten, Gemeinden, und ſonſten allen anderen des Heil. Ræm. Reichs-Verwandten, Unterthanen und Angehærigen, was Würdens Stands oder Weſens die ſeyn, Unſere freundliche Dienſt, freundlichen, günſtigen, gnadigen und gnædigſten Gruß, Gnad und alles Gutes zuvor; Hochwürdige, Durchleuchtige, Ehrwürdige, Hochgebohrne, Würdige, Wohlgebohrne, Edle, Ehrſambe und Weiſe, beſonders liebe Freunde, freundlich liebe Vettere, Schwægere, Brüdere und Gevattere, Liebe Getreue und Beſondere. Ewer Lbt. Lbten, &c. Und Euch fügen Wir mit dieſem Unſerm offenen Brieff Dienſt-freundlich, freundlich günſtig, gnædig und gnædigſt zu wiſſen: Nachdem GOTT der Allmæchtige nach ſeinen unwandelbahren Rath und heiligen Willen, Weyland den allerdurchleuchtigſt-Großmæchtigſt- und Unüberwindlichſten Fürſten und Herrn, Herrn JOSEPHUM *den Erſten, erwæhlten Ræmiſchen Kayſer, zu allen Zeiten Mehreren des Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Bæheimb, Dalmatien, Croatien, und Sclavonien Kænig, Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich, Hertzogen zu Burgund, Margrafen zu Mahren, Hertzogen zu Lützemburg, in Schleſien, zu Braband, zu Steyer, Kærnthen, Crain, Würtemberg und Teck, Fürſten zu Schwaben, Margrafen zu Ober- und Nieder Lauſnitz, Gefürſteten Grafen zu Habſpurg, zu Tyrol, zu Pfürt, zu Kyburg und zu Gærtz, Landgrafen in Elſaß, Marggrafen des Heil. Ræmiſchen Reichs ob der Entz und zu Burgau, Herrn auf der Windiſchen Marck, zu Portenau und Salins, Unſern Allergnædigſten Herrn und Herrn Vettern Chriſtſeeligſt- und glorwürdigſter Gedæchtniß, Freytags den 17. April aus dieſem mühſeligen und zergænglichen Leben, durch den zeitlichen Tod abgefordert, und dardurch nunmehro, vermæg ausdrücklicher Verordnung der güldenen Bulle, Kayſerl. und Kænigl. Confirmationen und Privilegien, und des klaren unverrückten Herkommens und Obſervantz, auch leztern von Kayſerl. Majeſtæt nunmehro Chriſtſeel. und Glorwürdigſter Gedæchtniß Uns wiederfahrner Belehnung, Uns die Proviſion, Verwaltung und Vicariat des Heil. Ræm. Reichs, in den Landen des Rheins, Schwaben, und Franckiſchen Rechtens, biß daſſelbe, nach dem Willen des Allmæchtigen anderwærts wiederum mit einem ordentlichen Haupt verſehen, anerwachſen; daß Wir Uns, zu des Heil. Ræm. Reichs und deſſen Stænde Ehr, Nutzen und Wohlfarth, ſchuldig erkannt, ſolche Verwaltung und Vicariat, nach Anleitung obberührter güldenen Bull, Confirmation, Privilegien, Herkommen bey der Pfaltz, auch leztern Belehnung, auf Uns zu nehmen, und demſelben Unſerem beſten Verſtand und Vermægen nach vorzuſtehen. Wiewohl wir Uns nun keinen Zweiffel machen, Ewer Lbten Lbten und Ihr, dieſes der Pfaltz-Grafſchafft bey Rhein anerwachſenen Rechtens, Würden und Dignitæt, ohne das gute Wiſſenſchafft tragen werdet; So haben Wir jedoch zu Mænnlicher Nachrichtung daſſelbe, und das Wir Uns ſolcher Verwaltung und Vicariats würcklich unterzogen, durch dieſen Unſern offenen Brieff allenthalben verkündigen und publiciren wollen; Uns demnach Dienſt-freundlich, günſtig, gnædig, und gnædigſt verſehend, auch begehrend, Ewer Lbten, Lbten und Ihr werden und wollen ſich in Zeit dieſes Unſers Vicariats, zu gedeylicher Wohlfarth des Heil. Ræm. Reichs, Erhalt- und Fortpflantzung Friedens, Ruh und Einigkeit, zumahlen bey jetzigen hæchſt-beſchwerlichen Kriegs-Laufften, alles friedlichen und ruhigen Weſens befleiſſen, keiner den andern mit Gewaltthaten beſchwehren, ſondern vielmehr dabe ja eines oder andern Orths Mißhelligkeiten entſtehen wolten, dieſelbe, und deren Ertærterung, bey und an Uns, als*

Vica-

Digitized by Google

Vicarium ſuchen und bringen; Wie Wir dann des geneigten Gemüths und Erbietens ſeyn, Menniglichen in ſeinem Anbringen zu hæren, und darauf Recht und Billigkeit dermaſſen wiederfahren zu laſſen, daß ſich niemand mit Fug zu beſchwehren Urſach haben mæge: Neben dem auch, ob Wir Uns wohl nicht verſehen, daß Zeit wæhrenden Unſers Vicariats die des Heil. Ræm. Reichs Ruhſtand antrohende Gefahrlichkeiten ſich ergræſſeren, und das Kriegs-Feuer weiter um ſich greiffen werde, (dafür dann auch Gœttliche Allmacht inniglich anzuruffen und zu bitten) nichts deſtoweniger aber auf den unverhofften widrigen Fall mit Ewer Lbten, Lbten Ewr. und anderer det Heil. Ræm. Reichs-Standen Rath und Hülff allen mæglichſten Fleiß anzuwenden, und mit denenſelben Unſere aͤuſſerſte Kræfften, Gut und Blut daran zu ſtrecken, damit durch Verleihung des Allmachtigen, Ungemach, Schaden und Gefahr von dem Heil. Ræm. Reich abgewendet, und alles im guten friedlichen Stand und Weſen erhalten werde; Zu denen Wir Uns auch alles getreuen Beyſtands und Patriotiſcher Aſſiſtentz, der Gebühr nach, getræſten, und verſehen, wie diſſfalls zu Ewer Lbten, Lbten und Euch, Unſer gantzliches Vertrauen gerichtet iſt, und dieſelbe und ihr daran ein gut læblich Werck, wie es des Heil. Ræm. Reichs ohnvermeidentliche Nothdurfft zu jetzigen hœchſt-gefahrlichen Zeiten erfordert, bezeugen thun; Das wollen Wir um Ewer Lbten, Lbten und Euch, ſambt und ſonders, mit Dienſt-Freundſchafft, günſtigen Willen und Gnaden beſchulden und erkennen. Geben zu Düſſeldorff unter Unſerem aufgedrucktem Vicariats-Ambts Inſigel den drey und zwantzigſten Aprilis, nach Chriſti Unſers Heylands und Seeligmachers Geburt im Siebenzehen Hundert und Eilfften Jahr.

(L. S.)

Wir Friedrich Auguſt, von GOttes Gnaden, Kœnig in Pohlen, Groß-Hertzog in Litthauen, &c. Hertzog zu Sachſen, Jülich, Cleve, Berg, Engern und Weſtphalen, des Heil. Ræm. Reichs Ertz-Marſchall und Chur-Fürſt, auch deſſelben Reichs in denen Landen des Sachſiſchen Rechtens, und an Enden in ſolch Vicariat gehærende, dieſer Zeit Vicarius, Landgraff in Thüringen, Marggraff zu Meiſſen, auch Ober-und Nieder-Lauſſnitz, Burggraff zu Magdeburg, Gefürſteter Graff zu Henneberg, Graff zu der Marck, Ravensberg und Barby, Herr zu Ravenſtein, &c. Entbiethen allen und jeden Chur-Fürſten, Furſten Geiſt-und Weltlichen, Prælaten, Grafen, Freyherren, Herren, Rittern, Knechten, Haupt-und Amt-Leuthen, Voigten, Pflegern, Schultzen, Bürgermeiſtern, Richtern, Rathen derer Stadte, Bürgern, Gemeinden, und ſonſt allen andern, wes Würden, Standes und Weſens die ſind, Unſere freund-vetterliche Dienſte, Freundſchafft, und was Wir Liebes und Gutes vermœgen, freundlichen und günſtigen Gruß, Gnaden und alles Gutes zuvor. Durchlauchtigſte, Groſſmæchtigſte, Hochwürdigſte, Durchlauchtige, Durchlauchtig-Hochgebohrne, Hochwürdige, Hochgebohrne, Hoch-und Wohlgebohrne, Wohlgebohrne, Edle, Würdige, Andæchtige, Ehrſame und Weiſe, beſonders freundlich-geliebte Brüder, Vettere, Oheime, Freunde, liebe beſondere und getreue, Euern Majeſtaten, Euern Liebden und Euch geben Wir aus hochbetrübten Gemüthe zu vernehmen, Welchergeſtalt dem allweiſen GOtt, nach ſeinem unerforſchlichen Rath, gefallen, den weyland Durchlauchtigſten, Großmæchtigſten Fürſten, Herrn Joſephen, Erwehlten Ræmiſchen Kayſer, zu allen Zeiten Mehrern des Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Boheim, Dalmatien, Croatien und Sclavonien &c. Kœnig, Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich, &c. Unſern freundlich-geliebten Bruder, Vetter und Nachbar, lobſeeligſter Gedachtnüs, am Siebenzehenden dieſes Monaths, zwiſchen Zehen und Eilff Uhren Vormittags, durch ein ſeeliges Ende aus dieſem zerganglichen Leben zu ſich in die himmliſche Glorie aufzunehmen, deſſen Seele der barmhertzige GOtt gnadig ſeyn, dem Leichnam aber eine ſanffte Ruhe, und am groſſen Tage des Herrn eine frœliche Auferſtehung zum ewigen Leben verleihen wolle.

Allermaſſen Uns nun als Churfürſten und Hertzogen zu Sachſen, vermæge der güldenen Bulle, uhralten Herkommens und Kayſerlicher Beleihung, zu dieſer Zeit, da das Heilige Reich mit keinem Haupte verſehen, die Verwaltung und Proviſion deſſelben Reichs, an Ende des Sachſiſchen Rechtens, und in Unſer Vicariat gehærenden Provinzien, angefallen und zuſtehet; Alſo haben Wir Uns aus angeſtammter Liebe und patriotiſcher Anneigung gegen das Heil. Reich Teutſcher Nation, Unſer geliebtes Vaterland, demſelben und deſſen Standen zum Troſt, Ehr und Nutzen, mit ſolchem zwar mühſeligen Amte beladen wollen. Je gefahrlicher nun die Zeiten, bey dem noch fortwehrenden Reichs-Kriege, und andern hœchſtbeſorglichen Conjuncturen, ſich ereignen, Je nœthiger iſt es, daß ein gutes Vernehmen, und der innerliche Friede und Ruheſtand erhalten, und befeſtiget, folglich auch allerhand Unruhe und Empœrungen verhütet, und dasjenige, was ſonderlich der Neutralitat wegen bey der Reichs-Verſammlung zu Regenſpurg, in dem næchſtverwichenen Jahre zum Schluſſe herkommen, feſtgeſtellet, und zur Execution geſetzet werde; Und dannenhero iſt von wegen Unſers Ambts Unſer Begehren: Unſerthalben aber Unſer freundliches Erſuchen, günſtiges und gnædigſtes Geſinnen, Ew. Maj. Maj. Eure Liebden und Ihr wollet bey Ihrer und Eurer Geiſtligkeit verfügen, auch vor Sie und Euch ſelbſt GOtt den Allmachtigen andæchtiglich anruffen, das Heilige Ræmiſche Reich gnadiglich mit einem Haupte, Ihme gefallig, und Uns allen træſtlich, fœrderlichſt zu verſehen. Sie und Ihr wollet auch dem Heiligen Ræmiſchen Reiche und Teutſcher Nation zu Ehren und Wohlfahrt, Ihnen und Euch ſelbſt zu gute, und Uns zu gefallen, in Zeit ſolcher Unſerer Reichs-Verweſung, Ihrer und Eurer jeder gegen den andern ſich friedlich halten, und in guter Nachbarli-

*cher Einigkeit bleiben, zu Gezancke und Gewaltthaten ſich nicht bewegen, ſondern, ob jemands irrige Sachen und Gebrechen gegen den andern hatte, oder gewinne, dadurch Auffruhr und Weiterung entſtehen mœchte, ſolche einſtellen, oder, wo der Verzug beſchwerlich, die an Uns gelangen und zur Verhœr und Handlung kommen laſſen, darauf Wir freundliches und gnadiges Einſehen thun wollen, daß ſolche Irrungen mit GOttes Hülffe entweder in Güthe beygeleget, oder nothdürfftig mit Ew. Majeſt. Majeſt. Liebden, Eurer und anderer des Heiligen Reichs Stande Rath und Hülffe, alle Thatligkeiten mœglichſtes Fleiſſes abgewendet werden mœchten. Ew. Majeſt. Majeſt. Liebden und Ihr wollen ſich auch, dem Heiligen Reiche zum beſten, einheimiſch und guter Verfaſſung dermaſſen halten, wo im Reich ſich Sachen begaben, daß ein Stand den andern gewaltthatiger Weiſe belaſtigen, und bey Billigkeit nicht bleiben laſſen wolte, oder, wo ſich jemand unterſtehen wurde, in ordentlicher Wahl eines Rœmiſchen Kœnigs was wiederwartiges einzuführen, oder Verhinderung zu thun, da GOtt vor ſey, daß Ew. Majeſt. Majeſt. Liebden und Ihr dann, neben andern Mit Standen des Reichs, Friede und Recht zu erhalten, und Uns alle vor Gewalt und Beſchwerung zu ſchützen, über die zu dem Reichs-Kriegs-*Contingent *gehœrige Hülffe, noch eine mehrere Macht, nach jedes Seiner Lande und Oehrter Vermœgen, bereit zu ſchaffen, und ſolche Hülffe und Beyſtand innerlich, damit der gegen den gemeinen Reichs-Feind habenden Kriegs-Verfaſſung nichts abgehe, zu gebrauchen, ſich angelegen ſeyn laſſen, biß durch Verleihung GOttes des Allmachtigen und Obriſten Regierers, das Reich wieder mit einem Haupte verſehen werde. In deme allen wolten Ew. Majeſt. Majeſt. Liebden und Ihr Euch freundlich und gutwillig halten, weil der gantzen Chriſtenheit, und ſonderlich dem Heiligen Reiche und gantzen Europaiſchen gemeinen Wohlfahrt, auch Uns allen hœchlichſt daran gelegen, Darumb auch Unſer beſonderes Vertrauen darinne ſtehet, Ew. Majeſt. Majeſt. Liebden und Ihr werden vor Sich ſelbſt, ohn einig Unſer Erinnern, darzu geneigt und willig ſeyn. Das wollen Wir umb Ew. Majeſt. Majeſt. Liebden und Euch ſamt und ſonders, freundlich exwiedern, günſtig verſchulden, und gnadiglich erkennen. Geben zu Dreßden, unter Unſern Kœniglichen und Chur-*Secret *den* 22. Aprilis, Anno Chriſti 1711.

4. Origo Vicariorum Imperatoris, ſicut certa eſt, & cum ipſis Imperatoribus cœpit: ita incertum eſt, quando Elector Palatinus, & Saxoniæ, hoc jus Vicariatus Imperii ſibi acquiſiverint: (*a*) & fatendum eſt, hic vel neglectum, vel potius defectum, eſſe hiſtoriæ, (*b*) ſicut plerumque evenire ſolet, in iis, quæ per conſuetudinem introducuntur, quemadmodum Vicariatus Imperii *A. B. tit. 5, circa f.* Nec confundendi ſunt Vicarii Imperatorum, (*c*) de quibus ex hiſtoriis conſtat, cum his Vicariis Imperii. Quamvis probabile ſit, poſt mortem Imperatoris, Imperium per Comites Palatinos fuiſſe adminiſtratum, quando vivus Imperator Succeſſorem non deſignavit. Et hinc hos Vicarios Imperii etiam antiquiores (*d*) putamus, & A. B. & Collegio Electorali, & eos Carolus IV, in Aurea Bulla poſtea confirmavit, *arg. tit. 5. in fin. ibi: per conſuetudinem. An Vicariatus Saxoniæ (e) etiam fuerit ante Auream Bullam*, quæritur? Quidam id negant, eumque à Carolo IV. Imperatore noviter conſtitutum eſſe, ex eo arguunt: quòd in Aurea Bulla nulla fiat mentio, hoc ei jus ab antiquo competiiſſe, ſed dicatur, *Nos cum hoc jure frui volumus, eo modo &c.* Rectius tamen affirmatur, & hunc antiquiorem eſſe A. B. quia, *primò*, non minus in Saxonia Palatium Imperii fuit, ac in partibus Rheni, & Comes Palatinus Saxoniæ, mortuo Imperatore, non minus hoc jus ſibi videtur voluiſſe conſervare, quàm Comes Palatii in partibus Rheni. *Secundo*, quia non conſtat ex hiſtoriis, Comitem Palatinum in partibus Rheni, ſuam poteſtatem exercuiſſe in partibus Saxoniæ. Non incommodè huc referuntur verba *Chronici Mansfeldici (f) c. 140: Otto I. der hat ſeinen Sohn, den jungen Kœnig Otten, ſeinem andern Sohn, Ertz Biſchoff Wilhelmen, zu Mayntz, beneben den Landen am Rhein, in ſeine getreue Verwaltung befohlen; damit aber die Lande an der Weſer, und Elbe, mittlerweile auch Schutz haben mœchten, hat er dieſelbe Herman von Stubens-Korn, (g) bey Soltau wohnend, befohlen, und ihn nicht allein darüber zum Statthalter gemacht, (h) ſondern ihm auch gut Theil (i) Landes zum Erbe gegeben.* Et *tertiò*, quia ſic maxima Germaniæ pars ſine adminiſtratione manſiſſet. Verba A. B. huic opinioni non contrariantur; non enim

dicunt

dicunt juris conſtituti novitatem, ſed juris, per conſuetudinem acquiſiti, perpetuitatem; ita, ut ſenſus ſit: Nos eum hoc jure frui volumus, ut hactenus ſcilicet, ita & impoſterum, eo modo, quo &c.

NOTÆ.

(*a*) ACQUISIVERINT &c. *Vicariatus* jus eſſe annexum dignitati *Comitis Palatii*, concordi ore fatentur: *Freherus, Orig. Palat.* part. 1, cap. 16, p. m. 132, & in Notis ad *Petrum de Andlo*, lib. 2, cap. 10, p. 199; *Beſoldus*, Theſ. Pract. voc. Vicarii *des Reichs &c. Speidelius*, voc. *Pfaltzgrafen*, p. m. 714; *Daniel Otto*, cap. 16. *Jur. Publ.* lit. a, pag. m. 535 &c. *Mylerus, ad Rumelinum, in A. B.* Diſſ. IV, §. XI, p. 114 & 115; *Spenerus* Prolegom. *Op. Herald.* §. 15, p. 13; Ill. Dn. *Coccejus, Juriſpr. Publ.* cap. 16, §. 3, p. 275, & §. 9 & 10, pag. 279 & 280; Dn. *Schwederus Introd.* J. P. part. ſpec. Sect. I, cap. 33, §. 3, p. 706; Dn. *Ockel*, de *Principum Imperii Regali Poſtarum jure*, cap. 2, §. 16, p. 14; Dn. *Paullini, Annal. Iſenac.* §. 50, p. 43; Dn. *Schurtzfleiſchius*, Diſſ. de *Vitricis Eccleſiæ*, §. 10, p. 24, in margine; Dn. *Tolnerus, Hiſt. Palat.* cap. 4, p. 111, aliique, iis laudati teſtes. Jam porrò conſtat, ab eo momento, quo *Saxonia*, Imperante *Carolo M.* perpetui fœderis nexu, cum *Franciæ* Regno, conjuncta fuit, Germaniæ Provincias *duplici Jure* uſas eſſe, *Francico* ſcil. ſeu, ut poſtea vocatum, *Suevico*, atque *Saxonico*; teſtibus vel inde cognitis *Suevico & Saxonico Speculis*; conſtitutosque in partibus utriusque *Vicarios* peculiares, *Comites* ſcilicet *Palatinos*; hinc ratio, cur *Palatinus Comes Rheni*, à Reipublicæ primordiis, *Vicariatum* per Terras *Juris Francici*, & *Palatinus Comes Saxoniæ*, per Terras *Juris Saxonici*, exercuerint, & adhuc exerceant. Vid. *Speidel*, voc. *Sachſenrecht*, p. 810; *Limn.* J. P. lib. 3, cap. 12, §. 16 &c. p. 165; *Schilterus Inſtit.* J. P. lib. 1, Tit. 18, §. 1, p. 185; Dn. *Schweder*, Diſſ. de *Comitum Palat. Rheni ſingularibus juribus & prærogativis*, an. 1705. Tubingæ defenſa, §. 17, p. 39; Aderant quidem & *Palatini Comites Bavariæ*, atque *Sueviæ*; verum, præter quod *Ducales* duntaxat fuerint, id eſt, in Ducatibus, ad *Jus Francicum* pertinentibus, & proinde ſub *Comitis Palatini Rheni Vicariatu* comprehenſi, manifeſtum eſt, *Bavariæ Palatinis*, in *Ottone Wittelſpachio*, ann. 1180, acceſſiſſe dignitatem Bavariæ Ducum pariter, &, in *Ottone Illuſtri*, ejus nepote, mediantibus nuptiis cum *Henrici Saxonis* filia, *Agnete*, an. 1225, contractis, ipſorummet *Comitum Palatinorum Rheni*; ut adeo hi duo *Palatinatus* in unum quaſi coalerint; pari jure, quo extinctis *Sueviæ* Ducibus, *Franciæ Orientali, & Sueviæ*, commune fuit nomen. Hæc licet ita ſe habeant, negandum tamen nec eſt, quandoque *Saxonum* Duces, diu ante conditas *Aureæ Bullæ* Conſtitutiones, *Vicarios* extitiſſe, quamvis id de iis ſaltem aſſerendum veniat, qui ſimul de *Palatinatu* cognominis erant inveſtiti, ceu *Henrici Leonis, & Alberti* 2, exemplis, præced. §. 1, lit. b, v. 4, probari poteſt. Mortuo namque, an. 1178, *Adelberto*, ultimo *Sommerſeburgicæ Stirpis Palatino*, obtinuerat, *Friderici* Imperatoris munificentia, beneficiali Lege, *Palatinatum* iſtum, laudatus Dux, *Henricus Leo*, de quo non dubium eſt, quin & annexum *Palatinatui* jus *Vicariatus* una ſit conſecutus; Vid. Dn. *Schurtzfleiſch*, l. c. Eo autem, biennio poſt, in Imperii Bannum declarato, ejusdem Cæſaris gratiâ, utrumque obvenit *Hermanno*, Thuringiæ Marchioni, &, ab ejus obitu, filio ipſius, *Henrico Raſponi*, quem vel ipſe Cæſar, *Fridericus* 2, in diplomate an. 1242, *Palatini Saxoniæ, & Procuratoris Germaniæ* titulis compellat; ut l. c. memoriæ proditum. Occiſo deinde, an. 1247, dicto Principe, transferebatur *Palatinatus* in *Henricum Illuſtrem, Miſniæ* Marchionem, *Raſponis*, ex ſorore *Juditta*, Nepotem, vigore diplomatis futuræ ſucceſſionis, quam vulgò *Expectativam*, ſeu *Expectantiam*, vocant, de an. 1242, cujus ibidem memini. Sicque *Miſniæ* Marchiones facti *Vicarii*. Quale bellum, inter hunc Principem, atque *Sophiam*, laudati *Raſponis*, è fratre, *Ludovico Sancto*, neptem Brabantiæ Duci, *Henrico Magnanimo*, nuptam, hæreditatis intuitu, ortum ſit, non eſt hujus loci recenſere; ſatis eſt, ſi dixero, illud an. 1263, hac lege, finitum: ut *Henricus Puer*, *Sophiæ* filius, Landgraviatum *Haſſiæ*, ad Poſteros hereditario jure transmittendum; & *Henricus Illuſtris*, Marchio noſter, Landgraviatum *Thuringiæ*, pari jure, conſequerentur. Vid. Auctor *Hiſt. Landgrav. Thuring.* cap. 62, apud *Piſtorium*, pag. 929; *Bünting. Chron. Brunſ.* p. 222 & 223; *Petrus Albinus, Chron. Miſn.* Tit. XV, p. m. 386; *Fabricius, Orig. Saxon.* lib. VI, ad an. 1263, p. 584; *Chytræus, Saxon.* lib. VI, ad an. 1509, pag. 168; *Spangenberg. Chron. Mansfeld.* cap. 261, p. 309, & 310, ad an. 1263; *Henningeſius*, part. 1. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 125; Dn. *Spener, Op. Herald.* Prolegom. p. 5, §. 3; Dn. *Paullini Annal. Iſenac.* §. 60, p. 50 & 51; Auctus divitiis *Henricus*, noſter *Palatinus*, an. 1265, *curarum Reipublicæ pertæſus, ad tres filios ſuos, Albertum, Theodoricum & Fridericum, eas devolvit, ut, autoritate ſua, concordiam, quæ Fratres inter rara eſt, conſuetudine intra conſtitutos terminos imperandi, adhuc vivus ſtabiliret, omnesque Regiones ſuas, præter Miſniam & Luſatiam, ſibi reſervatam, in tres diœceſes diviſit, ut: Alberto* (Degeneri) *Thuringia, cum Saxoniæ Palatinatu; Landsberga, cum Oſterlandia, Theodorico; Dresda, Hana, & alia quædam Oppida,*

pida, *Friderico parerent &c.* Sunt verba Dn. *Paullini* l. c. §. 61, p. 52; ſuffulta auctoritate *Hiſt. Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 63 & 64, p. 930; Dn. *Peifferi*, lib. 4. *Rerum Lipſienſium*, §. 13, p. 434. Surgentibus inde, more ſolito, magnis litibus, Patrem inter & Liberos, deceſſit tandem Pater, an. 1288, 25 Febr. teſtibus *Syfrido* Presbytero *Miſnenſi*, lib. 2. *Epitom.* apud *Piſtorium*, p. 700, ad h. a. *Henningeſio* l. c. part. 2, p. 15; Dn. *Paullin.* l. c. Dn. *Schurtzfleiſch*, de *Vitricis Eccleſiæ*, c. 10, p. 24, & aliis; quamvis Auctor, *Hiſtoria Landgr. Thuring.* cap. 75, p. 932, annum 1287, hoc titulo producat. Poſt cujus fata, Imperator *Rudolphus*, (prout in ejus vita, præced. Tit. V, §. 11, v. 4, ad an. 1288, p. 633, annotavi,) Generum ſuum, *Albertum* 2, *Saxoniæ*, Ducem, Aſcaniæ ſtirpis, adhuc eodem anno, de *Palatinatu Saxoniæ*, inveſtivit, auctum inſuper, à ſorore; *Eliſabetha*, *Conradi*, *Rochlitii* & *Brenæ* Comitis, vidua, Comitatu *Brenenſi*; nec non, Cæſaris benignitate, *Magdeburgico* Burggraviatu, quos titulos omnes *Diplomati*, an. 1292, *Wittenbergæ* dato, præfixit, apud Dn. *Schurtzfleiſchium*, Diſſ. de *Vitricis Eccleſiæ*, c. 8, p. 11, ubi: *Albertus, D. G. Saxoniæ, Angariæ, & Weſtphaliæ Dux, Comes in Brenen, Burggravius in Magdeburg &c.* Quæ notari merentur ad ea, quæ *Fabricius* l. c. lib. 5, ad an. 1290, p. 554, memor dictæ *Eliſabetha*, tradit: *Maria* (Conrado) *defuncto*, *Comitatum* (Brenenſem) *gubernavit: tandemque eum donavit*, *Rudolphi Imp. conſenſu*, *Duci Rudolpho*, *fratris ſui*, *Alberti* 2, *filio*, *itidem Electori*, *idque factum eſt*, *Anno ſupra milleſimum*, *ducenteſimum nonageſimo &c.* Et *Albinus* l. c. Tit. 15, p. 389, repetit, addens: Spalatinus, *und andere ſchreiben*, *daß die Pfaltz zu Sachſen*, *allererſt mit dem Churfürſtenthum*, *an dieſe Herrſchafft kommen*, *da ſie zuvor* Adelbertus, *oder* Albertus 2, *des Geſchlechts von Anhalt*, *Churfürſt zu Sachſen*, *mit ſeinem Gemahl* Agnete, *zur Mitgifft*, *von ſeinem Schwaher*, *Kayſer* Rodolpho, *ſoll erlangt haben*, *da eines theils hinzu ſetzen*, *daß damahl die Grafſchafft* Brene, *zur ſelben Pfaltz geſchlagen worden. Und hat zwar dieſes* Alberti *Sohn*, Rodolphus I, *die Grafſchafft* Brene *in ſeinem Titul ſonderlich geführt*, *von welcher man ſonſt ſchreibt*, *daß ſie durch genanten Kayſer . . . zur Chur-Sachſen ſey geſchlagen worden*; *und aus der Urſachen*, *daß Eliſabeth von* Brene, *welche* Conradi, *des letzten Grafen*, *Gemahl geweſen*, *ſolche Grafſchafft ihrem Vettern*, Rodolpho, *übergeben im Jahr* 1290 *&c.* Conf. idem, Tit. 16, p. 433, & Dn. *Spener*, *Op. Herald.* lib. 1, cap. 5, §. 7, p. 82 ad 31, docens, non *Conradum*, ſed ejus filium, ultimum, *Brenæ* Comitem extitiſſe. Turbida rerum facies tunc erat in Thuringia; *Albertus* Marchio, pellicis conſilio, & amore erga ſpurium, ex ea natum, *Apollonium*, aliis *Ludovicum* dictum, proprios filios exheredare ſtudens, ſumma imis miſcebat. Quo durante civili bello, Pater à filio, *Friderico Admorſo*, *Gotham* inter & *Iſenacum* captus *Landsbergam* deducitur, paulo poſt licet, imperante Cæſare, iterum dimiſſus. Haud grave fuit Imperatori, tanta rerum confuſione, cuncta pro lubitu diſponere in Terra, quam armata manu erat ingreſſus. Vid. *Siffridus* l. c. ad an. 1290; p. 700; *Hiſt. Landgrav. Thuring.* cap. 76, an. eod. pag. 932; *Spangenberg* l. c. cap. 269, ad an. 1288, 1289 & 1290, p. 314 & 315; *Fabricius* l. c. ad An. 1288, & 1290, p. 595 &c. Dn. *Paullini* l. c. §. 69, p. 62; *Henningeſius* l. c. part. 2, p. 16; Dn. *Peifferus* l. c. lib. 4, §. 14, p. 435 &c.

Propterea vero *Albertus* Marchio priſtina ſua jura nullatenus deſeruit, ſed conſtanter & *Landgravii Thuringiæ*, *& Palatini Saxoniæ Comitis*, characteres publicis impreſſit chartis, Duce *Alberto* adhuc vivo. Teſtes ſunt literæ ejus, ſub dato *Ileburck*, an. 1291, quarta Feria poſt diem *Brixii*, apud Dn. *Peifferum*; l. c. lib. 2, §. 4, p. 130, ita inchoatæ: *Albertus*, *D. G. Landgravius Duringiæ*, *Comes Palatinus Saxoniæ &c.* Nec non Transactio, cum Epiſcopo Merſeburgico, ſuper Jurisdictionem extra muros Urbis Lipſienſis, de An. 1292, Feria tertia, poſt Feſtum B. *Bartholomæi*, ibid. §. 5, p. 134, quam ſic incipit: *Nos Albertus*, *D. G. Duringorum Landgravius & Dux*, *Saxoniæ Comes Palatinus &c.* Add. ejusdem donatio, an. 1294, 6 Id. April. Eccleſiæ B. *Mariæ* Virginis Iſenaci, Bona *Crowelenſia*, concernens, oblata, apud Dn. *Paullini* l. c. §. 73, p. 65, ſub cujus initium denuo conſpicuus: *Albertus D. G. Thuringiæ Landgravius*, *Saxoniæque Comes Palatinus &c.* Aliaque, an. 1298, Id. Jun. eidem facta Eccleſiæ, de ligneto *Haſenbühl*, l. c. §. 76, p. 68, ubi rurſus: *Nos Albertus*, *D. G. Thuringiæ Landgravius*, *Saxoniæque Comes Palatinus &c.* Exarſerat interea novum bellum domeſticum: Marchio enim *Albertus*, cum nothum, *Apollonium*, reclamantibus Provinciæ Ordinibus, omnium fortunarum ſuarum heredem inſtituere non poſſet, alia in filios legitimos graſſaturus via, *Thuringiam*, *Miſniamque* vendidit *Adolpho* Imperatori, turbas inde ciens ſatis luctuoſas; De quibus præced. Tit. V, §. 11, in vita *Adolphi*, ad an. 1293 p. 634, aliquid dictum. Attamen nec hic conatus ei ſucceſſerant, bona cauſa filiorum ſemper triumphante; *Adolphi* jura in præfatas Provincias proſequi equidem cœpit, ejus in Imperio ſucceſſor, *Albertus*, An. 1306 ſed pari eventu; Cæſare, biennio poſt, planè vivis erepto; Vid. præced. Tit. V, §. 11, in vita *Alberti*, v. 4, ad an. 1306, pag. 640; Obſervatu dignum, *Fridericum*, *Alberti* filium, in confirmatione Privilegiorum Iſenacenſium, de an. 1308, ſe ſaltem ſcripſiſſe: *Friederich*, *von Gottes Genaden*, *Landgraf zu Thüringen*, *Marckgraf zu Meiſſen*, *und in dem Oſterlande &c.* nulla mentione facta dignitatis

Palatini

Palatini Comitis Saxoniæ. Extat documentum, apud Dn. *Paullini* l. c. §. 80, p. 73. Quominus quis id intuitu Parentis, qui adhuc vixerat, anno demum 1314, exul ſummaque preſſus egeſtate, ultimum diem *Erfurdiæ* claudens, (teſte Auctore *Hiſtor. Landgravior. Thüring.* c. 87, p. 936,) factum, arbitretur, ecce literas *Friderici* Junioris, diu poſt hæc tempora, an. 1323, in favorem Monialium *S. Nicolai*, Iſenacenſium, *Streckdenſia*, Bona, & ſylvam *Moſcberg*, ſibi comparantium, expeditas, apud Dn. *Paullini*, l. c. §. 81, p. 75, in quibus vocatur: *Fridericus Junior, D. G. Thuringiæ Landgravius, Miſnenſis & Orientalis Marchio, Dominusque Terræ Plisnenſis &c.* ſic & Imperator *Carolus IV*, in Privilegio, quo, an. 1350, hujus Principis civibus jus acquirendi Feuda Equeſtria conceſſit, ibid. §. 91, p. 83: *Ad inſtantiam, Supplicationem, & petitionem ſupplicem, Illuſtrium, Friderici, Balthazar, Ludovici & Wilhelmi, Thuringiæ Landgraviorum, Miſnenſium Orientalium, & in Landisberg Marchionum, Comitum in Orlamunde, Dominorumque Terræ Plisnenſis &c.* alto ubique, de *Saxoniæ Palatinatu*, ſilentio. Nec tamen reperio, Saxo-Aſcanios Duces, *Comites Palatinos* interea ſe appellaſſe; ait quidem Dn. *Schurtzfleiſchius*, *de Vitricis Eccleſiæ*, t. X, pag. 24. *Ab eo tempore*, (an. 1288, quo Henricus Illuſtris obiit; & Albertus, Dux Saxoniæ, Palatinatum quæſtionis fuit conſecutus) *orta quidem ſæpe ſunt de Palatinatu lites, quæ tamen non impediverunt Aſcanios, quo minus in ejus poſſeſſione manerent &c.* Non minus autem ſcribit, in Notis ad *Michaëlis Bojemi vitam Alberti III*, p. m. 111: *A Landgraviis Thuringiæ pervenit* (Saxoniæ Palatinus) *ad Marchiones Miſniæ, fuitque apud hos, à tempore Henrici Illuſtris, usque ad tempora Alberti 2, Aſcanii, quippe qui Rudolfi Habſpurgii, quem, ſuffragio ſuo, Imperatorem renunciaverat, permiſſu, beneficioque, Saxoniæ Palatinatum impetravit; tametſi Ipſe, ac Ejus Succeſſores, non ſemper titulo, ratione Palatinatus Saxoniæ, neque ratione Officii Imperialis, debito uterentur; & donec ſupereſſent, ex Gente Aſcania, Saxoniæ Duces atque Electores, ſcriptura quoque Tituli Electorum, prudenter ferè abſtinerent; partim, ob Marchiones Miſniæ, qui, mortuo Alberto 2, Saxoniæ Palatinatum vindicabant; partim ob reliquos Imperii Principes, quorum ſive invidia, ſive æmulatio, recentioris uſu tituli excitari potuiſſet &c.* Quicquid horum ſit, manifeſtum eſt, *Rudolphum*, Saxo-Aſcanium Ducem, laudati *Alberti 2*, filium, annoque 1314, partes *Friderici* Auſtriaci, contra *Ludovicum* Bavarum, defendentem primum *Sacri Imperii Archimareſchallum* ſe nominaſſe; documento eſt Diploma, an. 1339, *die Dominica, qua cantatur Quaſimodogeniti*, confectum, quo Eccleſiæ Parochiali in *Pryttin*, unam Marcam cum dimidia annui cenſus, in Villa *Coſwyck* ſitam, corroboravit, apud Dn. *Schurtzfleiſchium*, de *Vitricis Eccleſiæ*, t. VII, p. 9, ibi: *In nomine Domini Amen. Rudlv D. G. Dux Saxoniæ, Angariæ & Weſtphaliæ, Comes in Bren, Sacri Imperii Archimarſcalcus &c.* Aſt *Comitis Palatini* titulum non uſurpavit; donec *Carolus IV*, Imp. quem itidem elegerat, publica Lege, *Aurea* ſcilicet *Bulla*, cap. 5, §, 2, tacitè *Comitem Palatinum* Eum declararet, competens inde *Jus Vicariatus* ei vindicando, verbis: *Eodem Jure Proviſionis Illuſtrem Ducem Saxoniæ, Sacri Imperii Archi-Mareſchallum, frui volumus, in illis locis, ubi Saxonica Jura ſervantur &c.* Hinc filius Ejus, *Rudolphus 2*, in Diplomate, quo an. 1369, *Gebhardo*, Com. *Querfurtenſi*, *Alſtadium* in beneficium conceſſit, integrum Titulum adhibuiſſe legitur, apud Dn. *Spenerum, Op. Herald.* lib. 1, cap. 5, §. 7. pag. 29; ibi: *Rudolphus, Dux Saxoniæ, Angariæ & Weſtphaliæ, Palatinus Comes Saxoniæ, Comes in Brene, S. R. I. Archimarſcallus &c.* Grave cum oleret Agnatis *Lauenburgicis* hæc *Wittebergenſium* felicitas, utpote à *Johanne, Alberti I*, Saxonum Ducis, filiorum natu majori, deſcendentibus, cum *Wittebergenſes*, non niſi ab *Alberto 2*, filiorum natu minori, progenitos eſſe, conſtet, ut ſeq. Tit. XIII, §. 6, demonſtrabo; conceſſit *Carolus IV*, Imp. an. 1374, *Wenceslao*, laudati *Rudolphi*, fratri & ſucceſſori, eorumque ex fratre, *Ottone*, nepoti *Alberto*; atque *Erico IV*, *Lauenburgico*, facultatem uniendi Terras ſuas, annexo pacto, ſibi invicem, ſine maſcula prole morituris, ſuccedendi. Tenor hic eſt:

Wir Carl von Gottes Gnaden, Rœmiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, und Kœnig zu Bœheimb, bekennen, und thun kund mit dieſem Brief, allen den, die ihn ſehen oder hœren leſen; wann ſcheinbarlich offenbahr iſt, daß die Hochgebohrnen Wentzlow, *des H. R. R. Ertz-Marſchall, und Albrecht, ſein Vetter, Hertzogen von Sachſen, und Lauenburg, an einem Theile, und Erich, Hertzog in Nieder-Sachſen, den man nennet von Lauenburg, Gevettern, an dem andern Theil, Unſere liebe Oheime und Fürſten, von ihren Vorfahren, und Eltern, als Hertzogen von Sachſen, von einem Stamme, und einer Geburt, herkommen ſeyn; und daß ſie ſich vormahls, durch Mehrung ihres Geſchlechts, von einander in ihren Leben, Landen, Schloſſen, Renten und Gütern, geſondert und getheilet haben; und auch alſo bißher geſondert und getheilet ſeyn: Und wann Wir, von ihrentwegen, demüthiglich gebeten ſeyn, daß wir dazu, daß ſie ihre Fürſtenthümer, Herrſchafft, Lande, Schloſſe, Rente und Güter, wieder zuſammen legen mœgen, und ſich beyderſeits damit in ewige, ungeſonderte, Vereinigte, und Geſampte Fürſtliche Leben, Erbſchaffte und Eigenſchaffte, als ſie von Alters herkommen ſeyn, zu einander ſetzen, als ein Rœmiſcher Kayſer, ihr Oberſter Leben-Herr, von Unſer*

Unſer und des Reichs wegen, Unſern Willen, Gunſt und Vollwort, geruheten zu geben: Daran haben wir eigentlich betrachtet, daß, von ſolcher Wieder-Einigung, und Zuſammen-Legung, Uns, und dem Ræmiſchen Reich, viel Ehr und Frommen entſtehen mægen, ſonderlich davon, wenn das H. Reich ſonderlich gemehret und geſtærckt wird, ſo ſeine Fürſtenthümme, nemlich die, mit den daſſelbe Reich ausgeſetzt iſt, ungeſondert, und nngetheilt bleiben, und darum, mit wohlbedachtem Muth, Rath, Unſer und des Reichs Fürſten, Grafen, Freyen, und Lieben Getreuen, haben wir, von Kayſerlicher Macht, und von rechten Wiſſen, dazu, daß die obgenanten Unſere Oheime, die Hertzogen in Ober- und Nieder-Sachſen, ihre geſonderte und getheilte Fürſtenthümer daſelbſt, mit Landen, Schloſſen, Manſchafften, Renten und Güter, die Sie jetzo haben, und die ſie, mit Hülffe GOttes, hiernach gewinnen, in allen ihren Würden, nnd Fürſtlichen Freyheiten, nnd Rechten, als ſie die jetzund haben nnd beſitzen, und auch hernach haben nnd beſitzen werden, in einander, in Geſampte, Vereinigte und ungeſonderte Leben, Fürſtenthum, Herrſchafft und Lande, ziemlich legen, nnd verſchreiben mægen; vor Uns, und Unſere Nachkommen an dem Reiche, Ræmiſche Kayſer nnd Kænige, Unſere und des H. Reichs Urlaub, Gunſt, Willen und Vollwort, gegeben und geben, von Kayſerlicher Macht, Vollkommenheit, mit krafft dieſes Briefs, alſo, daß ſolche Wiedereinunge, Zuſammenlegung, und Ummachung, wie ſie die begreiffen werden, oder die jetzo begriffen haben, gantze, voll:, und unwiederruffliche Krafft nnd Macht, ewiglich haben ſollen, und auch alſo vornemlich, daß der obbenante beyder Theile Fürſtenthumme, Herrſchaffte, Schloſſe, Manſchaffte, Lande und Leute, von ihrer einem Theile, als ferner daſſelbige Theil unter ihm nicht Lebens-Erben hinter ihm læſſet, in allen ihren Würden, Freyheiten und Rechten, als dieſelbe Fürſtenthümme herkommen ſein, an des andern Theils, und ihrer Erben, oder Nachkommen, Lebens-Erben, gæntzlich erben und gefallen ſollen, gleicher Weiſe, als ob ſie beyderſeits, in ihren Fürſtlichen Leben, Herrſchafften, Landen, Mannſchafften, Renten und Gütern, ungeſondert und ungetheilet weren; Und hierauf mægen auch ihre Mannſchaffte, Lande, Stadte und Leute, an beyderſeits Erb-Huldunge thun, zn den ehegenannten beyden Theilen, wann ſie des von ihn ermahnet werden, ohne Hindernüſſe, und ohne allerley Wiederrede. Mit Uhrkund dieſes Briefs, verſiegelt, mit Unſerm Kayſerlichen Inſiegel, der gegeben iſt zu Tangermünde, nach Chriſti Geburth, dreyzehen hundert Jahr, darnach in dem vier und ſiebentzigſten Jahr, des næchſten Sonnabends vor S. Margarethen Tage; Unſerer Reiche in dem acht und zwantzigſten, und des Kayſerthums in dem zwantzigſten Jahre.

Ad mandatum Imperatoris,

Theodoricus Demcrow.

Jure eligendi Romanorum Regis, adhuc inter ipſos *Wenceslaum*, Wittebergenſem, ejusque ex fratre, *Ottone*, nepotem, *Albertum*, præfatos, controverſo, condidit laudatus Cæſar, an. 1376, 10 Junii, in favorem *Wenceslai*, qui, eo ipſo die, *Wenceslao* in Romanorum Regem electo, ſuffragium dederat, notiſſimam *Auream Bullam, de Jure & Succeſſione Electorum Saxoniæ*, cujus formula apud *Goldaſtum*, T. I. *Conſtit. Imp.* p. 372; inde huc ſpectat, §. 5, p. 374. *Si vero præfatum Wenceslaum, modernum Saxoniæ & Luneburgenſium Ducem, ſine legitimis, maſculini ſexus, heredibus Laicis, de lumbis ejus, directa linea genituræ, deſcendentibus, mori contingeret, extunc Principatus, & Comitatus Palatinus Saxoniæ, nec non Archimareſchallia Sacri Imperii, ac jus, vox, dignitas & poteſtas eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, ad Illuſtrem Albertum, filium Ottonis, quondam Ducis Saxoniæ, - - - - - & ad legitimos ejus heredes, maſculini Sexus, Laicos duntaxat &c.* perveniant. Vigore cujus Conſtitutionis, pleno quoque titulo uſus eſt *Wenceslaus*, an. 1378, ipſo die *Virginis Glorioſæ*, edito *Witteberga* diplomate, apud Dn. *Scurtzfleiſchium* l. c. *c.* IX, pag. 15, cum tali præfamine: *Wenceslaus D. G. Angriæ, Weſtphaliæ, Saxoniæ & Luneburgi Dux, Comes Palatinus Saxoniæ, Comes Brenenſis, Burggravius Magdeburgenſis, ac ſacri Romani Imperii Archimareſchallus &c.* Stantibus ita rebus, obtinuit *Ericus V*, Lauenburgicus, ab Imperatore *Sigismundo*, an. 1414, die Luciæ, Francofurti, lege beneficii, præter alia: *Das Land zu Sachſen, und die Pfaltzgraffſchafft zu Sachſen und Weſtphalen*; teſtibus *Beſoldo*, Theſ. Pract. voc. Vicarii *des Reichs*, p. m. 964; *Speidelio*, voc. *Pfaltzgrafen*, p. m. 714; *Mylero* ad *Rumelinum*, in A. B. Diſſert. IV, *c.* XI, lit. a, pag. 114 & 115; *Zweyburgio, Theatr. Præced.* part. 2, Tit. 2, pag. 11, qui ſimul annectit: *Indeſſen haben die Marggrafen von Meiſſen, Landgrafen von Thüringen, ſich, nach wie vor, næchſt denen Aſcaniern, nnd Churfürſten zu Sachſen, auch Palatinos Saxoniæ, nnd Pfaltzgraffen, tituliret, davon ein und anderes* Diploma, de an. 1404, in *Weckens Chronico Dreſsdenſi*, pag. 154 & 240, *zeuget &c.* Enimvero, univerſæ carnis viam ingreſſo *Alberto III*, ultimo Ducum Electorumque Saxo-Aſcaniorum, rami *Wittebergici*, an. 1422, (non 1423, ut *Spala-*

Spalatinus, part. 2. Chronici, *vom Herkommen der Churfürſt- und Fürſten, des Lœblichen Hauſes zu Sachſen*, apud *Hortlederum*, Tom. I. *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. 4, cap. 23, §. 35, p. m. 1494, tradit; cum Electoratus cognominis, indeque pendentia Jura, & dignitates, & *Palatinatus Saxoniæ*, an. 1423, die Epiphaniæ; & deinde, ſolennibus Inveſtiturarum literis, Budæ, an. 1425, 1. Aug. juxta præced. Tit. V, §. 11, in vita *Sigismundi* Imp. v. 4. ad hos annos, p. 694, allata, in *Fridericum Bellicoſum*, Marchionem *Miſniæ*, à laudato Cæſare, transferrentur, (& quidem ob cauſas, quarum *Spalatinus* l. c. §. 40 & 41, pag. m. 1495, meminit: *Als der Ihro Majeſtat, gegen den Bœhmen, am beſten geſeſſen; der auch Ihrer Kayſerliche Majeſtat viel nütz und kœſtliche Dienſte gethan, auch allzeit im Krieg geweſt, ſich auch, in der nœchſten Schlacht mit denen Bœhmen, wohl bewieſen, was die Chriſtenheit, Seine Kayſ. Maj. und das Reich, an demſelben Hertzog Friederichen zu Sachſen, Churfürſten, hætten. Auch hætten Ihre Kayſ. Maj. nicht wenig betrachtet, der Landſchafft zu Sachſen innige Bitt, daß, Hertzog Friederich zu Sachſen dem Land am beſten geſeſſen, und daß demſelben Land, und ſeinen Einwohnern, niemands baß, den Er, mœchte rathen und helffen; aus dem, und auch, daß Ihrer Kayſ. Maj. dem Reich, und der Chriſtenheit, vielbemeldter Hertzog Friederich, fürbaß, wieder die Bœhmen, mit ſeiner Macht, dienen und helffen ſolt, und mœcht;* immediate ſubjungens: *Solchs alles hatt Ihre Kayſ. Majeſtæt darzu gebracht, daß Sie demſelben Hertzogen Friderichen mehrgedachtes Hertzogthum zu Sachſen, ſampt der Chur, Pfaltz, und Ertzmarſchall-Ampt, gnædiglich gereicht, und geliehen, mit Fahnen und Panieren, darzu gehœrend, Ihn eingeleit und geſetzt, als Ihrer Kayſerlichen Majeſtæt recht ledig, und angeſtorben Lehen, von Rœm. Kœnigl. Majeſtæt, da Sie unter Ihrer Majeſtæt Kron geziert und angelegt, als einem Rœmiſchen Kœnig gebührt, ſo Er einem Churfürſten ein Churfürſtenthum hinleihet &c.*) Graves inde oriebantur lites, *Erico V*, Lauenburgico objiciente: (1) Se defuncti legitimum eſſe Agnatum, (2) *Pacto confraternitatis*, inter filios *Johannis* Lauenburgici, & *Alberti* 2, Saxoniæ Ducis, Germanorum Fratrum, jam an. 1308, erecto, & à *Carolo IV*, Imp. an. 1367, *Francofurti*, rurſusque an. 1374, *Tangermünde*, confirmato, cautum: extinctæ alterutri linearum, ſuperſtitem jure ſuccedendi gaviſuram; (3) *Wenceslaum* 2, Electorem, ejusque è fratre, *Ottone*, nepotem, *Albertum*, atque *Ericum IV*, Lauenburgicum, ipſius Genitorem, adhuc eodem an. 1374, *Tangermünda*, à dicto Cæſare *ſimultaneam* conſecutos *Inveſtituram*; addita lege, Electoralis muneris, & Archimareſchallatus Imperii, alternis vicibus exercendi. *Sigismundum* Imperatorem an. 1414, die Luciæ, Francofurti, in ſui ipſius favorem, Lauenburgicorum jura confirmaſſe, novo deſuper diplomate confecto; hasque ob rationes, inique ſe præteriri. Vid. *Crantzius*, lib. 10. *Saxon.* cap. 3, & lib. 11, cap. 10; *Andreas Knichen, de Saxonum non provocando Jure*, voc. *Electorum*, cap. 2, §. 6 &c. *Limnæus*, lib. 3. *Jur. Publ.* cap. 10, §. 2 &c. pag. 119 & ſeqq. in primis *Danielis Mithopii*, *Auguſto* D. Lauenburg, à conſiliis, *kurtzer und Hiſtoriſcher Bericht, wie die Vorfahren hochlœblichen Andenckens, jetziger noch lebende Hertzogen zu Sachſen, Engern und Weſtphalen, um die Sachſiſche Chur-Gerechtigkeit kommen, und ſie ſelber biß dato davon abgehalten worden*; de an. 1629; add. Deductionem Anhaltinam, ſive: *Gründliche Fürſtellung, daß die* Succeſſion *in und an dem Fürſtenthum Nieder-Sachſen, insgemein Lauenburg genannt, auf den ſich begebenden Abgang, des Herrn Hertzogen zu Sachſen, Engern und Weſtphalen, Fürſtl. Leibes Lebens Erben, dem Hochfürſtl. Hauß Anhalt allein, von Rechtswegen gebühre &c.* Edit. *Serveſtæ*, an. 1671 & denuo Lipſ. an. 1690; & *Levinum von Ambeer, im Sachſen-Lauenburgiſchen Stamm-Fall*, de an. 1690, §. 13, p. 33 &c. & §. 22, pag. 58 &c. Ad quæ Cæſar, an. 1426, *Budæ, am Abend* Aſſumptionis Mariæ, *der reinen Jungfrau, Ihrer Reiche, des Hungariſchen, im 40, des Rœmiſchen im 16, und des Bohemiſchen, im 7 Jahr*, reſpondit; præfatas literas an. 1414, *Ericum* ſub- & obreptitiè, obtinuiſſe; teſte *Spalatino*, l. c. §. 34, pag. 1496 & 1497, qui, reſponſionis Cæſareæ memor, ait: *Nachdem derſelbe vermeint, und hinter Kayſ. Majeſtat Wiſſen und Willen, ausgebrachter Brief eingehalten, viel Fürſtenthum, Herrſchafften, Grafſchafften und Lehen, dero etliche Ertz-Biſchoffe Dieterich zu Cœlln; etliche Hertzogen Bernharden nnd Wilhelm zu Braunſchweig und Lüneburg; etliche viel andere Fürſten, Grafen und Herren, zugehœrten, die ſie, vor vier Jahren geruhiglich beſeſſen, und Hertzog Erich zur Lauenburg, und die Seinen, dero keins nie innen gehabt; und gebe doch mit ſeinem Brief für, als hætten ihm Seine Kayſ. Maj. dieſelben geliehen: Nun wære es kündlich, Churfürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, auch andern Fürſten, Grafen, Herren, und ſonderlich dem Ehrwürdigen Ertz-Biſchoff Johan zu Meyntz ſeeligen, und Ertz-Biſchoff Dieterich zu Cœlln, auch Pfaltzgraf Ludwig bey Rhein, und Friederichen, die Zeit Burggraffen zu Nürnberg, nunmehr Marggrafen zu Brandenburg, Churfürſten; auch des abgangenen Hertzogen Rudolps zu Sachſen ſeel. Ræthen, die dazumal noch gelebt, und darbey geweſen, da genanter Hertzog Erich ſeine Lehen, von Seiner Kayſ. Majeſtat zu Franckfort empfangen, daß Er allein mit einem Fæhnlein, und Panier des Hertzogthums zu Lawenburg, das Er vielleicht nennet: Ein Hertzogthum zu Sachſen, kommen wære, und daſſelbig Hertzogthum zu Lauenburg, und nicht mehr, hætten Seine Kayſ. Maj. Hertzog Erichen zu Lawenburg, geliehen. Welches alles mercklich, und Land-*

kündig wære, vorgedachten Churfürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, auch vielen andern Fürſten, Grafen, Herren, und ihren Rathen.. Denn, hætte Hertzog Erich von der Lawenburg wollen Weſtphalen empfangen, der Biſchoff zu Cœlln hætts ihm nicht geſtattet. Hætte er den Braunſchweig und Lüneburg wollen empfahen, vornemlich das Land zu Sachſen, mit der Chur, der Pfaltz, und Ertz-Marſchalck-Ampt, (videtur. hic omiſſa verba: *Die Hertzogen von Braunſchweig und Lüneburg, und*) Hertzog Rudolphs ſeel. zu Sachſen Rathe, hætten ihm das nicht geſtattet, alſo, daß er auch daſelbſt mit ihm an ſein Panier nicht hætt wollen greiffen. Darzu hætte Hertzog Rudolph, Hertzog Erichen, und ſeinen Bruder, zu ſeinem, und ſeines Bruders, Hertzogen Albrechten ſeel. Mit-Erben nicht haben wollen; alſo, daß ſie vielgedachten Hertzog Erichen zur Lawenburg, allzeit verſchlagen, und, bey ihren geſund und lebendigen Leibern, ihre Land und Leute, vor vielen Jahren, dem Fürſten von Anhalt, und nicht Hertzog Erich zu Lawenburg, hætten ſchweren laſſen, welches alles wahr und Landkündig wære. Auch hætten Pfaltzgraffe Ludwig, und Marggrafe Friederich zu Brandenburg, Churfürſten gewuſt, daß Seine Kœnigl. Majeſtæt Hertzog Erich das Churfürſtenthum zu Sachſen, ſamt ſeinen Zugehœrungen, hætten geliehen, oder, da er Recht darzu hætte, ſie hætten Ihre Kayſ. Maj. ſamt andern Fürſten, darum nicht gebeten. Auch wære, unter andern Zeugen, dabey geweſen, der Edel Albrecht Schenck von Seida, Herr zu Landsberg, und der Geſtrenge Heinrich Læſer, beyde Rathgeber Hertzog Rudolphs, da Ihro Majeſtæt Hertzog Erich ſein Leben zu Franckfurt geliehen, daß ihn Hertzog Rudolph gantz verſchlagen und an ſein Panier nicht hætt greiffen wollen. Alſo, daß Seine Kayſerl. Maj. des alles wohl indenck wæren, und daß Ihro Kayſ. Majeſt. von demſelben Leben Brief nicht anders wüſten, denn daß Sie Ihm denſelben nicht hætten heiſſen geben. Denn als der von Paſſaw ſeel. dazumahl Ihro Kayſ. Majeſt. Cantzler geweſt, daß Hertzog Erich, durch Fœrderung und Vollwort des Edlen Conrads von Weinsberg, denſelben Brief, nemlich zu Nürnberg, hinter Ihrer Kayſerl. Majeſtæt erkriegt hatte, als Ihro Kayſerl. Majeſtæt den letzten Tag, mit den Churfürſten, andern Fürſten, Grafen, Herren und Stætten, geleiſtet hætten, da er ihm das Datum, bey acht Jahren, hætt laſſen hinfür ſetzen; als Ihro Kayſ. Majeſt. dem von Weinsberg wohl ein beſſers zugetrauet hætten; wie dann Seine Kayſ. Majeſt. von Ihrem Protonotarien, dem Ehrſamen Franzen, Cuſtos zum H. Creutz zu Preslaw, gefragt hatte, der da lauter ſpreche: Da Seine Kayſ. Majeſt. letzt zu Nürnberg geweſt, hætten der von Paſſaw, Cantzler, und der von Weinsberg, ihm angemuth und geheiſſen, daß er dem Hertzogen von Lawenburg, ſein Lehenbrief machen, und ſchreiben, und das Datum acht Jahre, oder mehr, hinfür legen ſolt; hætts auch verantwort, und geſprochen: Er wære dazumahl Ihrer Kayſerl. Maj. Diener und Schreiber nicht geweſt; darum wolt ihm ſolches zu thun nicht fugen; aber nichtsdeſtoweniger, wære der Lehen-Brief zu Nürnberg geſchrieben, und verſiegelt worden. Hac vero reſponſione minimè contentus *Ericus*, rem detulit ad Concilium *Baſileenſe*, an. 1433, juſtitia veluti ab Imperatore ſibi denegata; inſuperque Legatis ſuis, *Friderici* Electoris Oratoribus loco nullatenus cedendi facultatem dedit; aſt Cæſar, non ſolum poſteriorem conatum, ſub dato *Ulmæ*, 19 Julii, 1434, in literis ad Concilium, quas *Goldaſtus*, Tom. 3 *Conſtit. Imp.* pag. 438, ſiſtit, acriter ſatis perſtrinxit, ſed & 28 Jul. an. eod. publicato, ibidem in Comitiis, Edicto; de *Incompetentia Concilii, in judicandis cauſis Principum Imperii, ad Sacram Cameram pertinentibus*, l. c. pag. 440 &c. ſtrenuè Imperii jura, hac ex parte, tutatus eſt. Mortui an. 1435 *Erici* Ducis, à fratre, *Bernhardo* 2, nepos, & ſucceſſor, *Johannes IV*, litem hanc refovendo, absque *Archimareſchalli*, & *Palatini Comitis Saxoniæ*, titulis, recuſavit inveſtiri; ſub pœna vero ducentarum auri puri marcarum, ei, à *Friderico III* Imp. utroque ei interdictum fuiſſe, inſinuatumque, ſimul Imperii Ordinibus, mandatum, de non aperiundis ejus literis, *Archimareſchalli* ſigillo munitis, pluribus docet *Levinus von Ambeer* l. c. §. 25, pag. 67 & 68. Filii Ejus, *Magni* 2, ejusque Succeſſorum Inveſtiturarum diplomatibus, à *Maximiliano I*, & ſubſequentibus Imperatoribus, inſertum perhibent: *daß zwar die Herzogen von Lauenburg angehalten, wie ihren Fordern, von vorigen Kayſern geſchehen, Sie zu belehnen, als mit der Chur-Gerechtigkeit, nebens darzugehœrigen Landen und Leuten, und andern Graff- und Herrſchafften*, in Sigismundi *Lehn-Brief benandt; es wære aber, aus etlichen bewegenden Urſachen, damahl anſtehen geblieben; jedoch ſolte ſolch Stillſtand beregten Herzogen, und ſonſten männiglichen, an ſeinen Rechten und Gerechtigkeit, unſchædlich ſeyn.* Id manifeſtum eſt, *Franciſcum I*, defuncti an. 1543, *Magni* 2, filium, renovando Majorum poſtulata, obtinuiſſe: ut *Rudolphus* 2 Imp. *Ulrico* & *Chriſtophoro*, Megapolitanis Ducibus, examinanda ejus argumenta, an. 1577, committeret; re licet infecta. Vid. *Levinus von Ambeer*, l. c. §. 16, pag. 69, & ſeqq. ubi ſimul docet, nec *Julium Henricum*, Ejus, è filio *Franciſco* 2, nepotem, per deductiones *Mithopianas*, avi principiis inhærentem, voto gaviſum fuiſſe; nec filium Ejus, *Julium Franciſcum*, tranſigendo an. 1671, cum *Joh. Georgio* 2, Saxonum Electore, obtinuiſſe aliud, quam facultatem duobus gladiis, decuſſatim compoſitis, alias Archimareſchalli dignitatem denotantibus, inter Inſignia ad vitæ dies, quorum noviſſimus an. 1689, 20 Sept. illuxit, utendi, ita tamen, ut mucrones non in altum erigerentur, ceu in ſcuto Electorali, ſed terram reſpicerent. Rediit, hac ratione, in laudato *Friderico Bellicoſo*, *Saxoniæ Palatinatus* ad Marchio-

nes

nes Miſniæ, an. 1425, creatos unà Electores. In propatulo quidem eſt, vigore Tranſactionis *Numburgicæ*, de an. 1554, 24 Febr. *Auguſtum*, Electorem, arce & Oppido *Alſtedt*, *Johanni Friderico*, exauctorato Electori, ceſſiſſe; *Palatinatus* vero dignitas, indeque pendens *Vicariatus* Jus, nexu perpetuo, *Electoratui* cohærent, ita, ut, qui *Elector*, idem & *Comes Palatinus*, &, ſuo tempore, ſit *Vicarius*. Vid. *Hortlederus*, l. c. Tom. 1, lib. 5, cap. 22, §. 5, in Not. lit. a, pag. 1369; *Lebinus von Ambeer* l. c. §. 20, p. 54 & 55; Dn. *Zweyburg*, part. 2, *Theatr. Praeced.* Tit. 2, pag. 11; Dn. *Schurzfleiſchius*, Diſſ. de *Antiqua Saxonum dignitate*, an. 1698, Wittebergæ ventilata, *t.* IX, pag. m. 15. Hactenus deductis contrariari videtur *Jus Alemannicum Feudale*, cap. 42, cujus verba Dn. *Schilterus* lib. 1 *Inſtit.* J. P. Tit. 18, §. 1, p. 185, recitat: *Und wann ein Kœnig von Teütſchen Landen Vert*, (*fahrt*, proficiſcitur) *ſo mag Er des Reichs Marſchalk den Gewalt geben wol, das er den Pan leihe, an Seiner Statt, das iſt der Hertzog von Sachſen. Das ſoll er tun in Dœringen, in Sachſen, und in Heſſen, bis an Pehaim, und uber all Francken, wer der iſt, der ſein Untertan iſt. Und geit Im der Kœnig den Gewalt, daß er den Pan leihe, ſo hat der Marſchalk recht uber alles Schwaben Lant, pis an den Rhein, und durch das Gepirg, pis für Triente* (forte Triere) *ain Meil. Der Pfaltzgraf von Rein der hat Gewalt den Pan zu leihen, innhalb Reins, pis an Mez, ain Meil, und pis an die Uſe* (Oyſe, quod flumen Galliam à Belgio ſeparat) *und in Flandern. Und ob In den Pan der Kœnig leihet, oder nicht, ſo hat er doch den Gewalt, daß er den Pan leihet, das iſt, von den Rechten &c.* Enimvero, præter quod hic ſaltem dicatur, Imperatorem, tempore abſentiæ Ducem Saxoniæ *Vicarium* conſtituere poſſe, de quo nemo dubitat; multæ nominantur Provinciæ, quaſi ad *Vicariatum Saxonis* ſpectantes, quæ, citra controverſiam, *Vicariatui Comitis Palatini Rheni* ſubſunt; quare totus hic paragraphus parum vel nihil contrarii dictis involvit, nec genuinæ hiſtoriæ lucem obumbrare poteſt.

(*b*) HISTORIÆ &c. Ita etiam *Bœclerus*, lib. 4 *Notit. Imp.* cap. 3, §. 2, pag. 100; *Carpzovius*, de *Lege Regia Germ.* cap. XI, Sect. 12, §. 16, pag. 316; *Limnæus*, J. P. lib. 3, cap. 12, §. 30, & 31, p. 168.

(*c*) IMPERATORUM &c. *Bœclerus* l. c. pag. 99, *Fritſchius ad Limnæum*, lib. 3, cap. 12, §. 8, pag. 126, aliique, eandem adhibent diſtinctionem, quæ mihi otioſa videtur; quia *Imperium*, propriè *Vicarium* non habet, ſed *Imperator*, ſeu *Rex Romanorum*. Vulgari interim ſermone *Vicarii Imperii* audiunt, quibus abſentis, vel mortui, aliave ratione impediti, Regis, ſeu Imperatoris, vices, *per Imperium* obeundæ, ſive jam ex ſpeciali commiſſione, ſive vigore Aureæ Bullæ, & introducti Juris, demandantur.

(*d*) ANTIQVIORES &c. Auctor *des kurtzen Gegen-Bedenckens und Berichts, von der Chur-Pfæltziſchen* Vicariats-*Gerechtigkeit*, pag. 13, ineptè ſcribit: *Es ſey unwiederſprechlich wahr, daß das Pfaltziſche* Vicariat, *allererſt mit der Guldenen Bull Kayſer Carl des IV, an.* 1356, *zu Nürnberg aufgerichtet, ſeinen Anfang genommen habe &c.* rectè propterea vapulans à *Limnæo* ad A. B. cap. 5, §. 1, Obſervat. 6, p. m. 339. Conf. idem lib. 3 *Jur. Publ.* cap. 12, §. 33, pag. 168; *Carpzovius*, de L. R. G. cap. XI, ſect. 12, §. 19 & 20, p. 316; & quos præced. lit. a, adduxi. Teſtimonium, omni exceptione majus, perhibet ipſe Cæſar, *Rudolphus I*, diplomate, quo *Ludovico* C. P. R. Genero ſuo, *tanquam Imperii Vicario*, & *ex Jure antiquo*, in caſum mortis ſuæ, *Auſtriam* &c. committit, donec novus eligatur Imperator, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, in Mantiſſa Tom. II, Cod. Juris Gentium Diplomatici, §. X, pag. 102, verbis: *Cum chariſſimus Gener noſter, Princeps Magnificus, Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, inter alias ſuorum Principatuum prærogativas, hoc inſigne jus habeat, ab antiquo, quod, vacante Imperio, Principatus, Terras, Poſſeſſiones, & alia Jura Imperii, cuſtodire debeat, &, ſinceritate debita, conſervare, quouſque Romano Imperio de Principe ſit proviſum, per eos, vel majorem partem eorum, ad quos proviſio hujuſmodi noſcitur pertinere &c.* & circa finem: *Innitentes Ei, tanquam Rectori, & Gubernatori Sacri Imperii, uſque ad tempora præfinita &c.* De Conſtitutione *Ludovici Bavari*, in *Comitiis Francofurtenſibus*, an. 1339, lata, apud *Cuſpinianum*, & *Goldaſtum*, Tom. 3, *Conſtit. Imp.* pag. 411, ubi, §. 4: *Longa & approbata Conſuetudine, inconcuſſe à Majorum ordinatione hactenus obſervata, Vacante Imperio, Jus adminiſtrandi Imperii Jura, Feuda conferendi, & negotia cætera diſponendi, Palatino Rheni debetur, non obſtante Clementina: Paſtoralis &c.* ne dicam; quia forma Conſtitutionis Imperialis deſtituitur, paſſim licet pro tali venditetur. Vid. ſeq. §. 5; & Dn. *Coccejus*, Orat. de *Lege Salica*, p. m. 48. add. quæ præced. lit. a. pag. 973. commentatus ſum.

(*e*) VICARIATUS SAXONIÆ &c. Antiquitatem hujus Vicariatus in dubium revocant: *Arumæus*, ad A. B. Diſcurſ. 3, fol. 143; *Buxtorfius* ad A. B. Concluſ. 56, lit. B. *Carpzovius* de L. R. *German.* cap. XI, Sect. 12, §. 27 ad 29, pag. 317; *Limnæus*, lib. 1, *Jur. Publ.* cap. 12, §. 34, pag. 168 & 169, & ad A. B. cap. 5, §. 2, obſervat. 2, pag. 350; exiſtimantes, eam non, niſi ab *Aurea Bulla Caroli IV*, de an. 1356, repetendam,

Digitized by Google

qua *Saxo* paria jura cum *Palatino*, quoad *Vicariatum*, obtinuerit. *Freberum*, in Not. ad *Petrum de Andlo*, lib. 2, cap. 10, *Saxoni*, eodem tempore, quo *Palatino Rheni*, *Vicariatus* honorem collatum arbitrantem, carpunt, *Carpzovius* & *Limnæus* ll. cc. Dn. *Schiltero*. in Diſſ. de *Inveſtitura Principum Imperii ſimultanea*, cap. 4, §. 5, annexa Commentario in *Codicem Juris Alemannici Feudalis*, pag. 536, ad ætatem uſque *Ottonis I*, aſcendi poſſe, videtur: *Hermannus itaque Billingius primus fuit, in quo Ducatus Saxoniæ, cui Vicariatus Imperii eſt annexus, poſt Carolum Magnum, ſub Ottone Magno, primordia cepit &c.* Alii aliter. Recta ut procedamus via, ſeparandæ à ſe invicem veniunt, Quæſtiones: (1) *Quando cœperit Vicariatus Saxonicus?* (2) *Quo tempore Duces Saxoniæ eum ſint conſecuti*, & (3) *Quando, hereditario jure, ad hos Principes tranſierit?* quæ plerumque confunduntur; de quibus ita ſentio: (1) A momento, quo, ſub *Carolo Magno*, Saxonia cum Regno Francico, perpetuo fœdere, conjuncta fuit, *Vicariatum* quoque *per Terras Juris Saxonici* cœpiſſe; (2) *Henricum Leonem*, primum Saxoniæ Ducum, *Vicarii* jura conſecutum; (3) Imperante *Rudolpho I*, hoc munus in Duces Saxo-Aſcanios, hereditario quidem jure devolutum; aſt, non niſi per A. B. *Caroli IV*, an. 1356, Saxoniæ Electoribus, publica Imperii lege, aſſertum, hactenusque confirmatum. Conf. dicta præced. lit. a.

(*f*) MANSFELDICI &c. ſcil. *Cyriaci Spangenbergii*, p. m. 141.

(*g*) STUBENSKORN &c. De proſapia *Hermanni Billingi*, variæ ſunt ſententiæ. *Adamus Bremenſis*, lib. 2 *Hiſt. Eccleſ.* cap. 4, p. m. 44 & 45, ita de eo: *Nondum, poſt tempora Caroli, propter veteres illius Gentis ſeditiones, Saxonia Ducem accepit, niſi Cæſarem. Qua neceſſitate Rex perſuaſus, Hermanno primum tutelæ vicem in Saxonia commiſit - - - - Vir iſte pauperibus ortus natalibus, primo, ut ajunt, ſeptem manſis, totidemque manentibus, ex hæreditate Parentum, fuit contentus. Deinde, quod erat acris ingenii, decorisque formæ, cum pro merito fidei & humilitatis, quam dominis, & patribus,* (fortè: paribus) *exhibuit, facile notus eſſet in Curia, ad familiaritatem ipſius Regis pervenit. Qui, comperta Juvenis induſtria, ſuſcepit eum in numero Miniſtrorum; deinde Nutritium præcepit eſſe Filiorum. Mox etiam ſuccedentibus proſperis, commiſit ei vices Præfecturæ. In quibus officiis, ſtrenuè adminiſtratis, dicitur manentes ſuos, pro furto, in judicium delatos, data ſententia, ſimul omnes ad mortem damnaſſe. Cujus novitate facinoris, & tunc charus in Populo, & Clariſſimus deinceps factus eſt in Palatio. Poſtquam vero Ducatum meruit Saxoniæ, judicio & juſtitia gubernavit Provinciam, & in defenſione SS. Eccleſiarum, ſtudioſus, uſque in finem, permanſit &c.* Quæ κατὰ πόδα, Helmoldus, lib. 1 *Chron. Sclavor.* cap. 10, §. 2, p. m. 28, & *Albertus Stadenſis*, ad an. 961, ſequuntur. *Albertus Cranzius*, lib. 3 *Metropol.* cap. 19, pag. 70 & 71, *Amelungi*, Verdênſis Epiſcopi, memor, hæc habet: *Frater Germanus hic erat Hermanni, quem Otto Rex Ducali ſublimavit honore. Patrem habuerunt Biling, infimæ Nobilitatis hominem. Quum enim Victorioſiſſimus Rex, Otto, ad liberandam Italiam, à Berengariorum tyrannide, & ad purgandam Sedem Apoſtolicam, quæ Johannis XII miris eſſet polluta ſordibus, evocaretur; ſecum agere cœpit, cui terminos Saxoniæ, Danis ac Wandalis, novis ad fidem Gentibus, confines commendaret: quippe ſtrenuo Viro indigere res nova videbatur, qui quotidianis & aſſiduis curis, ad tutelam finium, & ad continendos in fide Barbaros, pervigilaret. Erat, in Regiis miniſteriis, Vir induſtrius, Militari, ſed infimo, Genere, natus, tenui Patrimonio, utpote ſeptem ſolis manſionariis gaudens &c.* Reliqua eadem ſunt, quæ ex *Adamo* attuli; & rurſus, lib. IV *Saxoniæ*, cap. 8: *Parvis quidem Natalibus exierat, ſed erat procero corpore, acri viſu, bonis moribus, fide præcipua in dominos: quibus rebus innotuit Aulicis, & cœpit eſſe ex Miniſterialibus Aulæ: deinde, præpoſitus Regiis Liberis, ad mores componendos. Huic ergo Viro, Præfecti nomine, Provinciam Rex commendabat Albianam, jam ante de Juſtitia probato &c.* Et cap. 5: *Septem initio ſolos habebat Manſionarios, in totidem Prædiis & manſis: hi, de furto apud illum accuſati, convictique, uno omnes ab illo juſſi necantur ſuſpendio. Mirantur omnes, quod Vir, non locuples, patrimoniolo ſuo non pepercerit &c.* & cap. 23: *In Inferiori Saxonia, Hermannus Dux, ab Ottone I, ad Albim conſtitutus, diem ſuum obiit, annis & virtutibus plenus: Qui Nobilitatem primus in ſuam intulit Familiam &c.* Apud *Georgium Spalatinum*, Tit. 2 Chronici, *vom Herkommen der Churfürſt- und Fürſten, des læblichen Hauß zu Sachſen &c.* de an. 1541, apud *Hortlederum*, Tom. 1 *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. IV, cap. 23, §. 31, pag. 1493, & 1494, legitur: *Nachdem die Ræmer, nach abreiſen des Ræmiſchen Kayſers, Otto des erſten, ein Empærung wieder Bapſt Johannes, des Nahmens den XIII, anrichteten, zog Kayſer Otto mit Macht in Italien, und machet Herman Billings von Stuckesgeborn, im Land zu Lüneburg, eines armen Edelmans Sohn, dazumahl Landvogt in Nieder-Sachſen, und Seiner Sæhne Hof- und Lehrmeiſter, zum Hertzogen zu Sachſen und Lüneburg &c.* Majori adhuc errore, ſcribit *Hermannus Cornerus*, Monachus Lubecenſis, Ord. Domin. in *Chronico Saxonico*, fol. 255: *Triceſimo ſexto anno Ottonis, qui eſt Domini, 972, filius Willingi, Ruſtici, factus eſt Dux Saxoniæ, & Weſtvaliæ, ſeu Angriæ &c.* &, poſt eum, *Henricus Pantaleon*

Digitized by Google

leon, part. 1 *der Tentſchen Helden*, in vita Hermanni Billingi, ad an. 959, p. m. 100: *Herman iſt von einem Bauern erboren, und auf der Lüneburger Heyd, bey Soltew, in ſeinem Meyer Hoff Stubeckborn, bey dem Ackerbaw, und Viehweyd, auſerzogen worden &c. Münſterus* lib. 3 *Coſmograph.* cap. 435, p. m. 986, ait: *In dem Undern Sachſen Land, auf der Elb, macht Er* (Otto, Cæſari) *ein Hertzogthum, und ſatzt darein ein trewen Mann, mit Nahmen, Herman, der was nicht von groſſem Geſchlecht geboren, und macht ihn zu einem Hertzogen, der vorhin Vogt geweſen was &c.* Miror, & in *Petri Lambecii Originibus Hamburgenſibus*, part. 1, ad an. 961, p. m. 11, memoriæ prodi: *Cum Otho Imp. Danos perdomuiſſet, & porro, ad res Italiæ ordinandas, Romam profecturus eſſet, ne quid interea in Saxonia turbaretur, Præfecturam ejus commiſit Hermanno Billingo, probatæ fidei Viro, artiumque belli & pacis longe peritiſſimo; Is, ut quidam tradunt, in agro Luneburgenſi, Patre natus erat pauperculo, & ignobili, nempe colono &c.* Fabulæ hujus ſectatores alios producit Dn. *Meibomius* in *Vindiciis Billingianis*, Tom 3 *Rer. German.* pag. 39 & 40 &c. ſimulque, una cum *Hortledero*, in Not. ad *Spalatinum* l. c. §. 31, lit. b, pag. 1494: *Bangerto*, in Not. ad lib. 1. *Helmoldi Chron. Slav.* cap. 10, p. 29, aliisque rectius edoctis, eos debellat *Witichindus* ſane, ſcriptor coævus, lib. 2 *Annal.* apud *Meibomium* l. c. Tom. 1, pag. 643, Eum vocat *Virum Nobilem & Induſtrium;* per *Nobiles* autem, iſto ævo, Comites Baronesque intelligendos venire, benè monet *Meibomius*, in Not. ad hunc locum, pag. 686; & in citatis *Vindiciis*, pag. 40. Inſigne *Nobilitatis Billingianæ* documentum, ex *Ditmaro redintegrato*, lib. 2, eruit Ill. Dn. *Leibnitius*, in Introductione in *Collectionem Scriptorum Brunſuicenſium*, §. XXIX, pag. 19. obſervando, *Wigmannum*, *Hermanni* noſtri fratrem Germanum, *Ottonis* Imp. materteram in thoro habuiſſe; quia *Ditmarus*, l. c. pag. 333, ipſius filium, *Wigmannum Juniorem*, *Ottonis* Regis *Matertera filium* compellat; hinc ſequens ſchema:

Otto, Dux Saxoniæ, & Dominus in Luneburg,		*Bilung* Comes; Pater	
Henricus Auceps Rex Germaniæ.	N. Uxor -	*Wigmanni Senioris.*	*Hermanni*, Ducis Saxoniæ, & Domini in Luneburg.
Otto I, Imperator.		*Wigmannus Jun.* filius materteræ *Ottonis* Imp.	

Eſt ne autem vel ſomnio ſimile, Strenuum Ducem *Ottonem*, cui, poſt fata *Ludovici IV*, diadema Germaniæ oblatum, filiam ſuam ruſtici filio fuiſſe collocaturum? Ecce, quid Ipſe Cæſar, *Otto*, in diplomate, quo an. 953, varias Villas Slavicas, & Thuringicas, Monaſterio Magdeburgico, aſſignavit, apud *Sagittarium*, in *Antiquitatib. Magdeburgicis*, §. 58, p. m. 29: *Nos, pro remedio animæ Noſtræ, nec non dilectæ Conjugis, Adelheide, prædium, quod Bilingus, quidam Noſter Miles, Nobis tradidit &c.* Et in alia donationis charta, eidem factæ Eccleſiæ, an. 966, l. c. §. 85, pag. 50: *Quicquid prædii, vel hæreditatis, aliquando Bilingo, Noſtro Comiti, jure concambii, in Neletici conceſſimus, ipſe vero e contra quicquid conjux ſua hereditarii Juris habere videbatur, Nobis donat &c.* Add. *Ecco* de *Repkan* Gloſſ. Jur. Saxon. apud *Meibomium*, in *Vindiciis* cit. pag. 41: *Das Land bey der Elbe, gab der Kayſer Otto einem Edelman, der hieß Herman, der war ein Sohne Graven Billings &c.* Putat Dn. *Meibomius* l. c. pag. 42, *Hermannum* noſtrum, ante collatam ſibi Ducalem dignitatetem, non equidem fuiſſe *Comitem*, ut ipſius Pater, & frater *Wigmannus* ſed *Baronem* ſeu Nobilem Dynaſtam; aſſervatur autem in Archivo Cœnobii hujus *Michaëlitani* Luneburgenſis, diploma laudati Cæſaris, de an. 956, in quo *Marchio* audit; copia, ex authentico fideliter à me deſumta, hæc eſt:

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Otto, Gratia Dei, Rex. Noverint omnes Fideles Noſtri, præſentes ſcilicet & futuri, qualiter Nos, per interventum Herimanni Marchionis, teloneum ad Luniburc, ad Monaſterium, Sancti Michahelis ſub honore, conſtructum, pro remedio animæ Noſtræ, Noſtræque Conjugis, ipſum teloneum, qui (quod) *ex Salinis emitur,* (forte: eruitur) *in proprium donamus, &, ut ad prædictum Monaſterium Deo famulantes Clerici exinde liberam habeant poteſtatem, juſſimus hoc præſens Præceptum conſcribi, & annuli Noſtri impreſſione muniri, manuque propria ſubtus ſignavimus. Signum Domni Ottonis Invictiſſimi Regis; Liutulſus* (Liutulſus, i. e. Ludolſus) *Cancellarius, ad vicem Brunonis, Archicapellani, recognovit. Data Id. Auguſti, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLVI,*

DCCCCLVI, Regnante Pio Rege, Ottone, Anno XXII, Actum Magedunburg, feliciter. In alio, de an. 965, ibidem cuſtodito, quod an. 1701, 21. Mart. inſpexi, venit ſub nomine *Comitis*; tenor ſic ſe habet: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente Clementia, Imperator Auguſtus. Noverit omnium Fidelium Noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum, induſtria, qualiter Nos, interventu Dilecti* **Comitis Noſtri, Herimanni**, *ob ſpem remunerationis divinæ, pro remedio & abſolutione animæ Noſtræ, dilectæque Conjugis Noſtræ, Adalheidis, Filiique Noſtri Cariſſimi, Ottonis, Fratribus in Liuniburch, Deo, Sanctoque Michaheli, ſervientibus, quintam partem totius telonei, ad Noſtrum jus pertinentem, de mercato, conceſſimus in Liuniburch, ut ſemper, abſque ullius contradictione, teneant & poſſideant, & ſuis, ut libuerit, uſibus adjungant. Et, ut hæc traditio Noſtris, futuriſque, temporibus, firmius habeatur, veriusque credatur, hanc kartam conſcribi, & annuli Noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus. Signum Ottonis Magni, Invictiſſimi Imperatoris, Liudolfus Cancellarius, ad vicem Brunonis Archicancellarii, recognovi. Data Kal. Oct. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXV, Indict. VIII, regnante Pio Ottone, Anno XXX, primo, Imperii autem IIII. Actum in Domino feliciter, Amen.* Quæ lucem quandam afferre poſſunt.

(*b*) ZUM STATTHALTER GEMACHT &c. Ex *Cæſare Heiſterbachio*, lib. I. *Moral.* ſcribit *Sprengerus*, in *Fontibus Juris Publici*, cap. 10, p. m. 1128, *Otto I, in Italiam profectus, ordinavit* **Vicarium Imperii per Germaniam, Hermannum Brunſuicenſem** *&c.* ita & *Gewoldus*, de *Septemviratu*, cap. II; aliique. Rectius autem curam finium Saxoniæ duntaxat ei fuiſſe demandatam, non ſolum auctoritate *Adami Bremenſis*, *Helmoldi*, *Alberti Stadenſis*, & *Cranzii*, quorum verba præced. lit. g, recitavi, ſed & adducto ibidem *Ottonis* Imp. Diplomate, an. 956, probari poſſe, confido. Conf. Dn. *Tolnerus Hiſt. Palat.* cap. 8, §. 2, p. 203. De tempore, quo honores hi ei delati, non ſatis conſtat. Scriptor coævus, *Witichindus* lib. 2 *Annal.* apud *Meibomium*, Tom. I, *Rer. Germ.* p. 643, memor Inaugurationis *Ottonis I*, an. 936, Aquiſgrani celebratæ, ait: *Sifridus, Saxonum optimus, & à Rege ſecundus, Gener quondam Regis, tunc vero affinitate conjunctus, eo tempore* **procurabat Saxoniam, ne qua hoſtium interim irruptio accidiſſet** *&c.* Paulo poſt, ſubjungit: *Placuit igitur novo Regi,* **novum Principem Militiæ** *conſtituere: elegitque ad hoc officium, Virum Nobilem & Induſtrium, ſatisque prudentem, nomine* **Herimannum.** *Quo honore non ſolum cæterorum Principum, ſed & fratris ſui, Wichmanni, offendit invidiam; quapropter &, ſimulata infirmitate, amovit ſe ab exercitu &c.* Lib. 3, p. 654, pergit: *Militante adverſum Moguntiam Rege,* **Herimannus Dux Saxoniam procurabat.** *Cum novus exercitus à Saxonia, ad ſupplementum veteris, mitti debuiſſet. Thiadericus, juniorque Wimannus, ei præfuere. Attingentes terminos Francorum, à Liudolfo, Duceque Cunrado, ſubito circumfuſi, in deſertum quoddam coguntur caſtellum &c.* Sermo eſt de bello Civili, inter *Ottonem* Regem, ipſiusque filium, *Ludolfum*, Alemanniæ Ducem, quo circumpoſita *Moguntia* militaris corona; quod factum an. 953, teſtatur *Regino*, ad h. a. Vocem *Ducis*, non genuino ſenſu hic ſumendam, ſed, vel *Belli Ducem*, denotare, vel *limitum*, vel innuere ſaltem, qualis *Hermannus* poſtea evaſerit, ex citato Diplomate an. 956, in quo *Marchio* audit, conjicio. Interim jam tunc *Saxoniam procurabat*, ad inſtar, ſcil. laudati *Sifridi*, *ne hoſtium interim irruptio fieret*, vel, ut auctor *Chronici Sclavici*, cap. 8, apud *Lindenbrogium*, p. m. 191, loquitur: *Ne Dani, vel aliæ Gentes, Regis in abſentia, male agerent &c.* aut, juxta *Albertum Cranzium*, lib. 4. *Saxon.* cap. 8: *Ad continendos in fide vicinos Wandalos, Gentem inquietam &c.* quod *Marchionis* muneris fuit, Ei forte crediti, cum Rex an. 951, in Italiam proficiſceretur. Errant propterea, qui ſpartam hanc ei demum anno 961, quo, ad novam expeditionem *tranſmontanam*, ſe accinxerat Rex, adminiſtrandam obtigiſſe, arbitrantur, *Albertus Stadenſis*, h. a. dictus Auctor *Chronici Sclavici* l. c. *Cranzius* l. c. *Lehman*, *Chron. Spir.* lib. 5, cap. 5, p. 390; *Lambecius*, in *Chronologia & Auctario Libri primi Rerum Hamburgenſium*, §. 469, ad an. 961, p. m. 134, & §. 476, ad an. 965, pag. 136; aliique; manifeſtum enim, ex *Witichindo*, eſt, Eum *Saxoniam* jam *procuraſſe*, durante memorato civili bello, Regem inter & filium *Ludolfum*, quem, anno 957, adeoque diu ante poſterius iter in Italiam, vitam cum morte commutaſſe, præced. Tit. IV, §. 3, lit. m, v. 7, p. 314, teſtimoniis fide dignis, adſtruxi. Potuit equidem Rex, & altera vice, præfatam Ei curam committere; Dubito autem de hoc, quia in diplomate Cæſareo, anni 965, cujus præced. lit. g, exhibui tenorem, non niſi *Comitis* charactere inſignitur. Nec expeditum hinc eſt, adhuc eodem anno, ut *Lambecio*, l. c. ad h. a. pag. 136, & Dn. *Schlopken*, *Chron. Bardewicenſi*, part. I, cap. 12, §. 6, p. 158, vel, ſequenti 966, ut Dn. *Tolnero*, *Hiſt. Palat.* cap. 8, §. 2, p. 203, videtur, Eum *Ducem* creatum; quamvis fateri cogar, non multo poſt, collatam in Eum eminentiſſimam hanc dignitatem, teſtibus vel ipſius *Ottonis* Imp. literis, ad Saxoniæ Proceres, 15 Cal. Febr. in *Campania*, *juxta Capuam*, & quidem an. 968, ſcriptis, (utpote in quarum fine habetur: *Filius Noſter, in Nativitate Domini, coronam, à Beato Apoſtolico, in Imperii dignitatem, ſuſcepit;* quod an. 967 factum, præced. Tit. V, §. 11, in vita *Ottonis* 2, v. 4, ad h. a. pag. 503, probavi;)

Digitized by Google

vi;) referente *Witichindo* ipſo, lib. 3. *Annal*, l. c. p. 661; *Praeterea Volumus, ut ſi Redares, ſicut audivimus, tantam ſtragem paſſi ſunt, - - - nullam Vobiſcum pacem habeant. Unde hac, cum Herimanno Duce, ventilantes, totis viribus inſtate, ut, in deſtructione eorum, ſinem operi Imponatis &c.* A quo tempore, Ducales quoque honores ei nunquam denegati.

(2) GUT THEIL LANDES&c. *Tractum* nimir. *Luneburgicum*, Vid. Ill. Dn. *Leibnitius*, in Introductione, in *Collectionem Scriptorum Rer. Brunſuic.* §. XXIX p. 19; Marchia enim *Saxoniæ*, cum Agro *Brunſuicenſi*, inhærebat Poſteritati *Henrici*, Ducis, *Ottonis I*, Imp. Germani, quam opulentam poſtea hæreditatem *Richenſca*, *Henrici Craſſi*, filia, marito, *Lothario* Imp. in dotem attulit, viciſſim, ab hujus filia, *Gertrudi*, in *Henricum Superbum*, Bojorum Saxonumque Ducem, ipſius maritum, tranſlatam, junctis ſic invicem *Luneburgico* & *Brunſuicenſi* Territoriis. Vid. præced. Tit. V, §. 11, *Tab. Geneal.* vitæ *Henrici Sancti* annexa; nec non, vit. *Lotharii* Imp. v. 2. & 3 pag. 561 &c.

5. Jus Vicariatus Electori (*a*) Palatino, à Bavaro, in dubium vocatum eſt, & de hac re varia ſcripta edita ſunt 1614. & 1615. *Vid. Goldaſt. Politiſche Reichshændel part.* 7. Deinde, in impero Interregno, 1657, priora ſcripta partim recuſa ſunt, partim nova addita. Bavari hoc jus ſibi vindicabant: Palatini hoc negabant. *Fundamenta Palatinorum ſunt*, quòd jus Vicariatus ſit annexum Comitatus Palatini, & non Electoratus; *primò*, quia Vicariatus eſt jus, Electoratu antiquius, ut videre eſt ex ſuperius dictis: *Secundò*, quia in *A. B. c. 5.* hoc jus Electoribus expreſsè competere dicitur, *ratione Comitatus Palatini ad Rhenum: Tertiò*, quia ipſi Imperatores, quocunque tempore, hoc ita ſunt interpretati: *Rupertus* Imperator, in Italiam profecturus, filio *Ludovico* Vicariatum commiſit, anno 1401, ita: *advertentes, à divis Romanis Imperatoribus, & Regibus, prædeceſſoribus noſtris, hactenus extitiſſe obſervatum, ac etiam de jure Comitatus Palatinatus fuiſſe, & eſſe, quod cum Romanus Imperator ultra montes Italiam ingreſſus fuerit, in ipſius abſentia, Vicariatum Imperii in Germania, Gallia & Regno Arelatenſi, ad Comitem Palatinum Rheni pertinuiſſe & pertinere. Vid. Freher. lib. de orig. Palat. c. 16.* Adſcribimus hic verba Conſtitutionis *Ludovici Bavari*, quæ habentur apud Cuſpinianum. *Longa & approbata conſuetudine, inconcuſſe à Majorum Ordinatione hactenus obſervata, vacante Imperio, jus adminiſtrandi Imperii, jura feuda conferendi, & negotia cætera diſponendi, Palatino Rheni debetur, non obſtante Clementina*, Paſtoralis. *(b)* Cuſpinianus addit: *Hac, atque multa alia, in hanc ſententiam, pro Imperio firmando, promulgavit Ludovicus Imperator, in Libello A. B. vetuſtatem ſuperante, cui titulus, Ordinatio Imperii. Bavarorum fundamenta ſunt: Primò* plura competiiſſe ratione Comitatus Palatini, quæ jam mutata ſint. Ex A. B. exercuiſſe electoralem dignitatem, quæ jam in ſe translata, cum omnibus annexis dignitatibus, qualis eſt Vicariatus dignitas *A. B. c. 5.* ubi habentur hæc verba: *Von des Churfürſtenthums, und Pfaltzgraffſchafft Freyheit*, wegen: *Secundò*, quia inveſtitura Maximiliani expreſsè etiam in Bavaros transferat Vicariatum. *Tertiò*, quia jam olim hoc jus ipſis competierit, propter Electoralem dignitatem, quæ prius in Domum Bavaricam illata, *Gewoldus de Septemviratu c. 11. Quartò* quia hodie Archidapiferiam & inſignia ejus habeant, cum quibus jus Vicariatus inſeparabiliter ſit connexum. Reſpondent Palatini ad *primum*: Vicariatus dignitatem non eſſe annexum Electoratus, ſed jus Electoratu longè antiquius; textum verò A. B. Germanicum primò non eſſe authenticum, ſed Latinum, in quo aliter legatur. Secundò ſenſum iſtorum verborum eſſe: *Von wegen der Freyheit, ſo das Churfürſtenthum und Pfaltzgraffſchafft, von Pfaltzgræfiſcher Würde, her haben.* Ad *ſecundum:* Inveſtitura Maximiliani Electoris Bavariæ eſſe caſſatam in Inſtrum. Pacis, *art. 4. §. 6.* & Electorem Palatinum eſſe reſtitutum in Palatinatum inferiorem, & omnia ejus annexa, & ſic in Vicariatum. Et hinc eſſe, quòd in ultima inveſtitura Electoris Bavariæ, de anno

Digitized by Google

anno 1652, Vicariatus non fiat mentio. Ad *tertium*, quòd Vicariatus ſit annexum Comitatus, non Electoratus: & hinc, licet Electoratus ſit prius illatus in Domum Bavaricam, non tamen ſequitur, ergò Vicarii fuerunt, quia fuerunt EE. aliàs omnes EE. eſſent Vicarii. Ad *quartum*, quòd adhuc hodie in Inſtrumento Pacis *art. 4. §. 3.* Archidapiferia ipſius concedatur & ejus inſignia, ſed Vicariatum, eſſe jus diverſum ab Archidapiferia, & jus antiquius. Cum hæc controverſia, 1657, vehementer fuiſſet agitata, &, poſt mortem Ferdinandi III, & Elector Bavariæ, & Elector Palatinus, ad pleroſque Status Imperii literas dimiſiſſent *(c)*, indicantes ſuſceptionem Vicariatus; Elector Bavariæ quidem favorabilia ſuffragia hinc inde habuit, lis tamen adhuc indeciſa *(d)* manſit. Exiſtimant nonnulli, tranquillitatis publicæ non parum intereſſe, ut utrique adjudicetur, & tertius Vicariatus *(e)* conſtituatur. *Not. Imp. Bæcl. lib. 4. cap. 3. p. 70.*

NOTÆ.

(*a*) ELECTORI PALATINO &c. De lite hac evolve *Arumæum* ad A. B. Diſcurſ. 3, *th.* 24, *Buxtorſium* ad A. B. Concluſ. 56; Dn. *Thulemarium* C. 22. Octov. §. 33. &c. *Gewoldum* de *Septemvir.* cap. 11. dignitati Electorali annexum Vicariatus Jus, & *Freherum de Origin. Palat.* part. 1. c. 15. & 16. id Palatinatui adſcribendum, cenſentes, ſe invicem ſcriptis oppugnaſſe, annotant *Bæclerus* lib. 4. *Not. Imp.* cap. 3. pag. 102. & Dn. *Kulpiſius* ad *Monzambano* part. 2. cap. 4. §. 8. pag. 64, & 65. Summam litis recenſet *Struchius* Diſſert. Exot. 3. §. 2. & 3. *Schilterus*, lib. 1, *Inſtit. Jur. Publ.* Tit. 18, §. 7, p. 193 &c. Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione Immemoriali*, cap. 3, *th.* 14, pag. 133 &c. Dn. *Schurtzfleiſchius*, Diſſ. *Quid expediat Imperio?* an. 1672, ventilata, *th.* 9, p. m. 19 & 20; Dn. *Schwengsfeuer* Diſſ. de *Sereniſſimorum Comitum Palatinorum Rheni ſingularibus Juribus*, Præſide Dn. *Schwedero*, an. 1705, Tubingæ habita, *th.* 15. pag. 32 &c. & *Scharſchmidius* ad *Schützium* Vol. Diſſert. V. ad §. 13. lit. a. p. 333. & 334. &c. Conf. Authores, quos Dn. *Schwederus Introd.* J. P. part. ſpec. Sect. I. C. 33. §. 4. p. 707 & 708. *Fritſchius* ad *Limnæum* ad lib. 3. c. 12, §. 10. p. 116 & 127. Ill. Baro de *Bibran*, Diſſ. de *Jure Baronum*, Præſide Ill. Dn. *Stryckio*, an. 1696, *Halæ* defenſa, cap. 3, §. 108, p. 59, aliique, nominant. Formula Diplomatis *Palatini*, quo, ſub dato *Heydelberg* 6 April. 1657. *Vicariatum*, ſuum annunciavit, occurrit in *Diario Europæo*, Tom. 1, ad h. a. pag. 70 &c. Conf. ſeq. lit. C. Cumque Bavarus ſimile jam promulgaſſet, 2-12. April. *Monachii*, cujus tenorem *Gaſtelius*, de *Statu Publ. Europ.* cap. VIII, §. 8, pag. 371, complectitur; emiſit Palatinus, ſub dato *Heydelberg*, 12 Maji, 1657, de quo *Diar. Europ.* l. c. pag. 87, evolvendum; cui Bavarus, ſub dato München, 2-12. Junii, 1657, aliud oppoſuit, quod ibidem, pag. 310, & apud *Lundorpium*, Tom. VIII, *Act. Publ.* cap. 65, p. 122 &c. habetur; addendo 12-22. Aug. Proteſtationem contra *Judicium Vicariatus Aulicum*, vulgò *Reichs*-Vicariats-*Hoffgericht*, à Palatino conſtitutum, de quo *Theatr. Europ.* Tom. VIII, ad h. a. pag. 34; & *Diar. Europ.* l. c. pag. 378 &c. legi merentur. Durantibus hiſce litibus, alter alterius affixa hinc inde Diplomata, non ſolum avelli curavit, vel *Coloniæ Agrippinæ*, teſte, in *Theatr. Europ.* l. c. pag. 5, & *Diar. Europ.* l. c. pag. 73; ſed & Bavarus, menſe Julio, armata manu, præſidium Palatinum Oppido *Weyda*, & Arce Parkſtein, pepulit &c. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 25 &c. *Diar. Europ.* l. c. pag. 353 &c. *Lundorp.* l. c. cap. 75 & 76. p. 145 &c. Varia interim & ſcripta publica, ſeu *deductiones*, vulgabantur, veluti: (I.) *Kurtzer und ſummariſcher Bericht, daß das* Vicariat *in Landen des Rheins, Schwaben und Frankiſchen Rechtens des Herrn Pfaltzgrafen und* Vicarii, *Carl Ludwigen Durchl. von Rechtswegen, zuſtehen und gebühren thut, gedruckt zu Heydelberg*, anno 1657. 1. Maji. apud *Lundorpium*, l. c. cap. 41, pag. 45 &c. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 6 &c. *Gaſtel* l. c. pag. 373 &c. Fundamenta hujus ſcripti ſunt:

(1) Quia diu ante A. B. Comitibus Palatinis, vigore Præfecturæ Prætorii ſeu Palatii, jus Vicariatus competiit, arg. *Conradi* Com. Pal. qui Vicarius erat mortuo *Henrico Aucupe*; *Ludovici*, poſt *Rudolphi I.* fata; *Rudolphi, Caroli IV.* ſoceri, & *Ruperti Senioris*.

(2) Verba Conſtit. Francof. *Ludovici* Cæſaris, de an. 1339: *Quod longa & probata conſuetudine inconcuſſè, & Majorum ordinatione retrò obſervata, vacante Imperio, jus adminiſtrandi Imperii, jura feudalia conferendi, & cætera negotia diſponendi, Palatino Rheni debeatur. &c.*

(3) Quia A. B. Cap. V. non tantùm inſcriptum eſt de *Juribus Comitis Palatini & Saxonis*, nulla dignitatis Electoralis facta mentione, ſed inſuper additum: *Quoties inſuper, ut præmittitur, ſacrum vacare continget Imperium, Illuſtris Comes Palatinus Rheni, S. I. Archidapifer, ad manus futuri Regis Romanorum, in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconico, ratione PRINCIPATUS, ſeu COMITATUS PALATINI privilegio, eſſe de-*

ſe debet Proviſor Imperii, cum poteſtate judicia exercendi &c.

(4) Quia Electori Bavariæ anno 1638. belli tempore, inveſtito de Vicariatu, novæ inveſtiturarum literæ datæ, quibus prioribus benè ſe habentibus, opus non fuiſſet, per artic. 4. Inſtr. Pac. abolitæ ſunt.

(5) Quia Cæſar arbitrio Comitis Palatini reliquit, num in Inveſtiturarum literis clauſula caſſatoria inveſtituræ Bavaricæ exprimenda?

(6) Quia in literis Bavari inveſtiturarum de an. 1652, vocabulum *Vicariatus* omiſſum, præter verba, aliàs neceſſaria: *Wir Churfürſt* Maximilian *in Bayern Ld. hiebevor damit belehnt worden, und ſolche vermæg vorigen Lehen-Brieff, biß auf ſein Chriſt-ſeliges Ableben, innen gehabt.*

(7) Quia Cæſar an. 1657. 10. Mart. Palatino copiam inveſtituræ Bavaricæ conceſſit, addens: *Daß ſich I. Kayſ. Maj. annoch guter maſſen erinnerten, was diſſfalls Chur-Pfaltz ſur Erinnerungen und* Monita *gehorſamſt überreicht, welche auch von Ihrer Kayſerl. Majeſtæt in reiffe Erwegung gezogen, und* in effectu *dergeſtalt in acht genommen worden, daß ſie ſolchen neuen Lehn-Brieff etwas enger einziehen und reſtringiren laſſen, wie die Abſchrifft auweiſſte.*

(II.) Contra deductionem hanc evolavit ex parte Bavari: *Wohlgegründeter Gegen-Bericht, wider einen unlængſt in Druck ausgegangenen alſo genandten kurtzen und ſummariſchen Bericht &c. Darinnen mænniglich für Augen geſtellt wird, daß ſolche* Vicariats-*Gerechtigkeit, keineswegs Chur-Pfaltz, ſondern dem læblichen Chur-Hauß Bayern, allein zuſtehen und gebühren thue &c. Gedruckt zu München im Jahr* 1657. Vid. *Lundorp.* l. c. cap. 66, pag. 122 &c. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 11 &c. & *Gaſtelium* l. c. pag. 375 &c. Contenta ſunt:

(1) Comites Palatinos publicis olim ſcriptis confeſſos, ſe exercere jus Vicariatus, ratione Electoratus.

(2) Conſtare ex Protocollis Cameræ Imperialis, Legatos Palatini, probando Vicariatus jure, Electoratum allegaſſe.

(3) Mortuo an. 1519. *Maximiliano* Cæſ. Judicium Camerale, per *Bernhardum* de *Oberſtein*, duosque illi junctos Doctores, expreſsè teſtatum: *Nachdem Sie* (Camerales) *angelanget, wie die Ræm. Kayſ. Majeſt. mit Todt abgangen, und ſie denn befunden, daß die Güldene Bull* Caroli IV. *vermæge, daß ein Pfaltzgraff, Churfürſtlicher Freyheit, Fürſehung thun ſolle, Gericht zu halten &c.* notanda phraſi: *Churfürſtlicher Freyheit.*

(4) *Rupertum* C. P. R. anno 1394. *Wenceslao* in Bohemia captivitatem ſubeunte, in literis Vicariatum indicantibus, hoc jus ſibi adſcripſiſſe, *von Churfurſtenthum wegen.*

(5) Ex verſione Germanica A. B. conſtare, jus Vicariatus competere Comiti Palatino, tanquam Archidapifero, adeoque ratione Electoratus, *von des Churfürſtenthumbs Freyheit wegen.*

(6) *Carolum IV. Maximilianum I.* & *Carolum V.* nunquam hoc jus confirmaſſe Palatinis, ſine clauſula: *Die Churfürſten ſeyn.*

(7) In authentico exemplari A. B. reperiri vocem *Archidadiferatus*, quæ denotat Electorem Palatinum, quà talem, & non quatenus Comes Palatinus audiat.

(8) Vacante Imperio, Acta Cameralia ſignata fuiſſe ſigillo Archidapiferi i. e. *Pomo Imperiali*, & non ſigillo Domus Palatinæ, cui *Leo* communis.

(9) Comites Palatinos ponere titulum *Vicarii*, immediatè poſt vocem *Churfürſt*, & non demum poſt *Pfaltz-Graff am Rhein.*

(10) Contra rationem A. B. rem tantæ conſequentiæ nudo Principi deferri;

(11) Falsò allegari exemplum *Conradi*, cum tempore *Henrici Aucupis* nulli fuerint Comites Palatini, nec Vicarii ante A. B.

(12) Ab eo tempore, quo *Carolus V.* Electoratum tranſtulerit in Duces Saxoniæ lineæ Albertinæ, jus quoque Vicariatus in ea hæſiſſe.

(13) Dignitatem Electoralem per *Inſtr. Pac.* art. IV. in Bavarum tranſlatam, adjecta clauſula: *Cum omnibus juribus, nullo prorſus excepto; ſicuti Electores Palatini hactenus eam tenebant.*

(14) Electorem Bavariæ an. 1638. in ſpecie de Jure Vicariatus inveſtitum.

(15) In Inſtr. Pac. §. *Deinde &c.* non ſermonem eſſe de Vicariatu, ſed Inferiori Palatinatu, nulla invicem communione.

(16) Domui Palatinæ competere ſaltem ea jura, quæ introducto Octoviratu Ei conceſſa, per Inſtr. Pac. ubi nulla mentio Vicariatus.

(17) In noviſſimis Inveſtituræ Bavaricæ literis, verba, quæ Palatini abeſſe dicunt, non tantum non omiſſa eſſe, ſed inſuper additum: *Wie auch die gantze Obere Pfaltz mit alle ihren Ein- und Zugebærungen, wie vorbelaztes Churfürſten Maximilians in Bayern Ld. Chriſtſeel. Gedachtniß, ſolche, biß auf Ihr Ableben, gehabt, beſeſſen und genoſſen &c.* Verba hujus Inveſtituræ exhibet *Gaſtelius* l. c. p. 494.

(III.) Oppoſuerunt Palatini huic Anti-informationi novum ſcriptum an. 1657. 27. Jun. ſub tit. *Ableinung des ohnlængſt von Chur-Bayeriſcher Seiten in Druck ausgeſprengten Gegenberichts &c. Darinnen nochmahl gründ. und klærlich dargethan wird, daß ſolche Vicariats-gerechtſame der Pfaltzgraffſchafft beym Rhein anhangig, durch den Oſnabrück- und Münſteriſchen Friedenſchluß nicht auf Chur-Bayern transferirt, ſondern bey der reſtituirten Pfaltzgraffſchafft beym Rhein geblieben. &c.* apud *Lundorpium* l. c. cap. 67, p. 126 &c. *Gaſtelium* l. c. pag. 379 &c. & in *Theatro Europæo* l. c. pag. 16 &c. dicentes:

(1) Falſum eſſe, quod Comites Palatini unquam Vicariatus jus, ratione Electoratus, ſibi adſcripſerint, vel ſcriptis teſtibus anno 1614. in favorem Comitatus Palatini, emiſſis.

(2) De Protocollis rem penitus falſam.

(3) Verba Cameralium, *Churfürſtlicher Freyheit*, nihil præjudicare textui Latino A. B. *Ratione Principatus ſeu Comitatus*.

(4) Literas *Ruperti* non rectè allegatas: cum ibi non legatur: *Von Churfürſtenthums wegen*, ſed *Unſers Churfürſtenthums* h. e. Palatinatus.

(5) Verſionem Germanicam A. B. non valere contra tenorem Idiomatis Latini; Sique ratione Electoratus jus Vicariatus competeret, omnes Electores illud exercere poſſe.

(6) Carolum V. confirmando privilegia *Ludovici* C. P. R. an. 1510. expreſsè poſuiſſe, *daß Kayſer Maxilian Pfaltzgraf Ludwigen Churfürſten, ſeiner und ſeiner vordern Churfürſten oder Pfaltz-Vicariat-Ampt, und Gerechtigkeit* „*confirmiret und beſtättiget &c.*

(7) Vocem *Archidapiferatus* in A. B. enunciativè poſitam, non diſpoſitivè; quia Comites Palatini tunc erant Archidapiferi, adeoque denotaſſe duntaxat diſcrimen inter Comitem Palatinum Archidapiferum, & Agnatos.

(9) A titulis, ad jura, non valere argumentum; aliàs & Ducatum Bavariæ fore Palatini, quippe qui non minus titulo *Hertzogen in Bayern*, quàm *Pfaltzgraffen*, utatur.

(10) Non opus eſſe, ut Vicarius ſemper major ſit illis, quibus vicario nomine præcipit, arg. Commiſſariorum Cæſareorum.

(11) Palatinos Comites omnino jam tempore *Henrici Aucupis* fuiſſe, teſte *Spangenbergio*; Vicariusque Imperii diu ante A. B. arg. (1) Conſtitutionis *Ludovici* Bavari de an. 1339. ibi: *Quod longa & approbata conſuetudine inconcuſſe à Majorum ordinatione, retro obſervata, vacante Imperio, jus adminiſtrandi Imperii jura, feuda conferendi, & cætera negotia diſponendi, Palatino Rheni debeatur &c.* (2) Ipſius A. B. cap. V. in quo hoc jus Palatino, tanquam antiquum privilegium, confirmetur. (3) *Ruperti* C. P. R. *Carolus IV*, an. 1354. Vicariatum commiſerit.

(12) Simile à Vicariatu Saxonico deſumptum, huc non quadrare; cum in translatione Electoralis dignitatis in *Mauritium*, ſimul Comitatus Palatinus Saxoniæ Ei collatus fuerit, & conſequenter etiam annexum jus Vicariatus: Idem autem de Comitatu Palatino Rheni dici non poſſe.

(13) Dignitatem Electoralem, juraque inde pendentia, toto cœlo differre à Jure Vicariatus, annexo Comitatui, Palatinis relicto.

(14) Inveſtituram Bavari de an. 1638. adeoque tempore belli, per art. IV. Inſtr. Pac. abolitam.

(15) Allegatum §. *Deinde*, Inſtr. Pac. pertinere ad proximè antecedentia i. e. Palatinatum Superiorem.

(16) Ademptiones ſtricti juris, non eſſe extendendas ultra literam; conſequenter Bavaro ſaltem competere ea jura, de quibus nominatim inveſtitus.

(17) Allegata verba loqui de Palatinatu Superiore, adeoque huc non trahenda.

IV.) Bavari rurſus ediderunt *Ferneren wohlgegründeten Anzeig, wegen des Ihrer Churfl. Durchl. in Bayern zuſtehenden Reichs-Vicariats*; apud *Lundorpium* l. c. cap. 68, p. 132, *Theatr. Europ.* l. c. pag. 35 &. *Gaſtelium* l. c. pag. 388 &c. rejicientes:

(1) Infirmum eſſe argumentum, quod omnia Palatino Comiti, in Inſtrum. Pac. non adempta, Ei remanſerunt, ita formandum; Quicquid Comiti Palatino in Inſtrument. Pac. expreſſe non reſtitutum, illud nec ad Eum pertinere; Atqui jus Vicariatus Ei non reſtitutum; Ergo. Fundamentum horum eſſe verbum *reſtituantur*, quo ſignificetur, Comitem Palatinum nihil habuiſſe, quàm quod ipſi redditum; adhibenda aliàs phraſi *remaneant*.

(2) Verba Inſtr. Pac. *Caſſatis iis*, intelligenda de Palatinatu Inferiore, non Electoratu, arg. ſequentium: *Ut neque Rex Catholicus, neque ullus alius, qui exinde* (i. e. Inferiori Palatinatu) *aliquid tenet, ſe huic inſtitutioni ullo modo opponat.*

(3) Anno 1611. & an. 1619. adeoque poſt conceſſionem Pomi Imperialis, Acta Cameralia durantibus vacationibus, ſignata fuiſſe Pomo Imperiali, tanquam ſigillo Electoris Palatini, & non Leone, quem domus Palatina in Inſigni habet.

(4) Anno 1652, Electorem Bavariæ fuiſſe inveſtitum de omnibus juribus, quibus Parens Ejus ad mortem uſque gaviſus; conſequenter etiam de Vicariatus jure, arg. literarum inveſtiturarum de an. 1638.

(V) Propugnarunt ulterius jura ſua Palatini, edita an. 1658: *Wohlgegründete Abfertigung einer Chur-Bayeriſchen ohnlängſt in Druck gegebenen, alſo genandten ferneren Anzeig, wegen des am Rhein, Schwaben und Fränckiſchen Rechtens, Reichs-Vicariats &c.* Contenta eadem ſunt, quæ in prioribus. Vid. *Lundorpius* l. c. cap. 189 &c. & *Theatr. Europ.* l. c. p. 402 &c.

Addi merentur, ex Oratione Inaugurali Ill. Dn. *Cocceji*, quam, de LEGE SALICA, *Heidelbergæ* habuit, cum Ordinariam Facultatis Juridicæ, Jurisque Gentium, Profeſſionem auſpicaretur, haud ita pridem, altera vice typis impreſſa, p. m. 52 &c. ubi: *Latinus Textus* (A. B.) *aſſerit: competere Vicariatum, ratione Principatus & Palatinatus Privilegio, quod Germanicus reddit: Von des Churfürſtenthums, und Pfaltzgraſſchaffts Freyheit wegen*, ubi vox *Churfürſtenthum, ſignificat ipſum Principatum, ſeu Territorium, cujus vigore, omnia Jura Principibus Secularibus competunt*; (A. B. Tit. 10.) *ut etiam Latina Verſione vox illa redditur; non vero Dignitatem Electoralem. Contra autem alii vocem illam:*

Chur-

Churfürſtenthum, *explicant eſſe* Dignitatem Electoralem, *ac proinde Vicariatum, de quo ibi agitur, competere ratione illius Dignitatis Electoralis: &, cum hæc transferatur, per Transactionem Oſnabrugenſem, Art. IV, volunt etiam Vicariatum ſimul transferri. Verum, ut taceam, conjungi cit. loc. A. B. Churfürſtenthum und Pfaltzgraffſchafft, ac proinde non magis ratione Electoralis, quam Palatinæ Dignitatis, Vicariatum tribui, falſum omnino eſt, quod in dicto loco A. B. Vicariatus tribuatur, ratione Electoralis Dignitatis. Aliud enim longe eſt: Das Churfürſtenthum,* Principatus Electoralis; *aliud,* Dignitas, *die Chur-Würde, oder Chur-Dignitat, uti dicitur in dicta Transactione Oſnabrugenſi, Art. 4, ubi expreſsè* ſola dignitas, *die Chur-Dignitat, cum ſuis juribus, transfertur, non autem Principatus, das Churfürſtenthum, cui, vigore A. B. Tit. V, inhærent Vicariatus, & omnia reliqua Jura, dict. Tit. XX. Quod autem vox hæc: Churfürſtenthum, & propria vi verbi, & perpetuo uſu, cum Aurea Bullæ, tum Conſtitutionum Imperii, ſignificet* ipſum Principatum, & Territorium, *(cui, honoris gratia, &, ad differentiam aliorum Principatuum, præfigitur vox, Chur; uti vox: Ertz, Archi-Epiſcopatui, quo tamen & ipſo Territorium indigitatur,) certum eſt; Ecquis enim unquam nudum officium Electoris vocavit Ein Churfürſtenthum? ipſum Principatum, das Fürſtenthum, vox ea ubique denotat; & neque Latino, vox* Electoralis, *neque Germanico, vocula Chur, ſemper additur. Ita A. B. non modo in Tit. V, nomen Churfürſtenthum, Latine reddidit,* Principatum, *ſed & alias Electorum Territoria, die Churfürſtenthümer, ſemper vocat* Principatus, *uti ex variis ejus locis, dict. Tit. XX, Tit. XXIV, verſ.* Si cæteros, *verſ.* Decernimus, *& verſ. ult. agnoſcitur; uti præter dictum Tit. V A. B. ubi vox illa ita redditur Latine; id apparet ex dicto Tit. 20, ubi Electorum Territoria, quibus inhærent omnia Jura ac dignitates, dicuntur* Principatus. *Imprimis vero rem facient evidentiſſimam Conſtitutiones Imperii: Ita enim vocem; Churfürſtenthum, pro ipſo* Principatu *ſumi, conſtat ex Rec. Imp. 1641, §. Und zu deſto ſchleuniger Vollziehung, 64; quo jubetur, ut quivis Elector, Princeps, vel Status, mandata publicet in ſeinem Churfürſtenthum, Land und Bottmaſſigkeit: ubi liquet, vocem Churfürſtenthum, nihil aliud ſignificare, quam ipſum* Principatum; *ut patet, tum ex adjectis ſynonymis Land-Bottmaſſigkeit, quæ ipſum Territorium denotant: tum ex eo, quod re ipſa mandatorum publicatio fit in ipſis Territoriis & Principatibus. Ridiculum enim eſſet dicere: quod Mandata publicentur in Dignitate. Ita in §. 63, dicti Rec. dicitur, Querelas fuiſſe motas, wegen der Zergliederung des Ertz-Stiffts und Churfürſtenthums Trier: non autem de Dignitate Electorali, ſed ipſo Principatu in partes diſcerpto, & luxato, agebatur: Dignitas enim illa dividi non poterat, diſcerpi vero ne quidem dici poterat. Quin imò, quod magis eſt, in Ordin. Cam. part. 2, Tit. 15, voces illæ Fürſtenthum und Churfürſtenthum promiſcue, & pro iisdem Electorum Territoriis, ſumuntur. Jubetur enim, ne Milites, militia dimiſſi, Herrenloſe Knechte, in Principum Territoriis tolerentur, his verbis: Wo ſie ſich in der Churfürſten, Fürſten und Stande Fürſtenthum, Land oder Gebieten, Lægern, oder Garben wollen, ſo ſoll der Churfürſt, Fürſt oder Stand, in des Churfürſtenthum, Land oder Gebiet, ſie ſich verſammlen &c. En, idem Electorum Principatus, ſeu Territorium, quod initio dicebatur Fürſtenthum, mox dicitur Churfürſtenthum, cum appendicula honoris; ſed &, paulo poſt, iterum Fürſtenthum, & iterum, in eodem caſu, in R. J. 1555, §. 34, Churfürſtenthum: Ut nihil clarius, quam eosdem Electorum Principatus, modo Fürſtenthum, modo Churfürſtenthum dici: & hanc vocem, æque ac illam, nihil aliud ſignificare, quam ipſum Territorium, ſeu Principatum, cui Electoralia, aliæque Dignitates, inhærent. Sic quoque in Ord. Cam. part. 1, Tit. 49, jubetur ſecuritas Nunciis Cameralibus, in den Churfürſtenthümern, Fürſtenthümern, id eſt, in Territoriis & Principatibus, in quibus invenirentur Nuncii: Ut proinde nemo tam inſulſus ſit, ut putet, hic, per voces Churfürſtenthum &c. intelligi* Dignitatem. *An enim in ipſa Dignitate commorantur, aut inveniuntur Nuncii? idem contingit in aliis locis innumeris, adeo, ut unicus ſaltem Rec. Imp. 1555, §. 24, 44, 49, 50 & 54, ſcateat Exemplis, quibus Electorum Principum Territoria, modo dicuntur Fürſtenthümer, ſeu Principatus; modo Churfürſtenthümer, cum appendice dignitatis, quæ Principatui illi inhæret; adeo, ut in §. daß auch die, 44, vox Fürſtenthumen, in poſteriore membro idem valeat, quod antea Churfürſtenthumen & Fürſtenthumen, ac utrimque ſit communis. Idem evenit in voce Ertz-Biſtum, ipſa Territoria donotante, ut in R. J. 1555, §. 18, R. J. 1641, §. 63; Inſtr. Pac. Art. 3. §. Cum autem certa; & Art. 5, §. Bona Eccleſiaſtica, & ſeqq. paſſim; Art. 10, 14 & 15, ſed & Archi-Epiſcopatus Bremenſis dicitur tantum Epiſcopatus, Inſtr. Pac. Art. 10, cum paulo ante dictus fuerit Ertz-Biſtum. Patet ergò, das Churfürſtenthum eſſe ipſum* Principatum, *& voces Chur, Ertz, pro lubitu, addi vel omitti ſolere, & proinde in dicto Tit. V, A. B. recte dici: Vicariatum competere ratione* Principatus, *& in Germ. des Churfürſtenthums wegen &c.* Conf. Idem, *Jurispr. Publ.* cap. 16, §. 5 ad 8, p. 277 & 278.

(*b*) PASTORALIS &c. *Clemens V*, Pont. Rom. impugnando ſententiam *Henrici VII* Imp. in *Robertum*, Siciliæ Regem, latam, cujus præced. Tit. V, §. 11, in vita *Henrici VII*, v. 4, ad an. 1313, pag. 649, memini, evulgavit Bullam verbis: *Paſtoralis cura ſolitudinis*, inchoatam, lib. 2 *Clementinar.* Tit. XI, de *Sententia & re judicata*, cap. 1, in calce, audacia impuden-

ti, ſcribens: *Nos, tam ex Superioritate, quam ad Imperium non eſt dubium, Nos habere, quam ex poteſtate, in qua, Vacante Imperio, Imperatori ſuccedimus, & nihilominus ex illius plenitudine poteſtatis, quam Chriſtus, Rex Regum, & Dominus Dominantium, nobis, licet immeritis, in perſona B. Petri, conceſſit, ſententiam, & proceſſus omnes prædictos --- declaramus, fuiſſe, ac eſſe, omnino irritos & inanes &c.* Quod perverſum dogma, productum ab *Innocentio III*, lib. 2 *Decretalium Gregorii IX*, Tit. 2, de *Foro competenti*, cap. 10, *Licet ex ſuſcepto*, ibi: *Ad noſtram ſi maluerint Audientiam appellare, hoc præſertim tempore, quo, Vacante Imperio, ad Judicem Secularem recurrere nequeunt &c. Johannes XXII, Clementis* ſucceſſor, refricuit, per *Extravagantem:* Tit. V, *Ne Sede vacante aliquid innovetur;* eujus cap. un. *Si Fratrum*, extra rationis oleas, inviolabileſque Majeſtatis Imperii terminos, libere vagando, inquit: *Licet de jure ſit liquidum, & ab olim fuerit inconcuſſe ſervatum, quod, Vacante Imperio, ſicut & nunc, per obitum quondam Henrici, Romanorum Imperatoris, vacaſſe dignoſcitur, cum in illo ad Secularem Judicem nequeat haberi recurſus, ad Summum Pontificem, cui, in Perſona B. Petri, Terreni ſimul & Cœleſtis Imperii jura Deus Ipſe commiſit, Imperii prædicti Juriſdictio, Regimen & diſpoſitio devolvuntur &c.* nec non Edictum frivolum, *Cum neglectus;* apud *Nicolaum Burgundum, Hiſt. Bavarica*, lib. 2, ad an. 1323, p. m. 73 & 74, unde hauſi, præced. Tit. V, §. 11, in vita *Ludovici Bavari*, v. 4, ad an. 1323, pag. 660. allata; & arrogans Reſponſum Legatis Cæſareis, an. 1314 datum, apud eundem, l. c. pag. 76: *Cum modo, contra jus & fas, privatis auſpiciis, Imperii gubernacula invaſerit,* (Ludovicus Cæſar) *durante Interregno, ad ſedem Apoſtolicam ſpectantia &c.* Et, poſt eum, *Clemens VI*, teſte ejus Conſtitutione, Avenione, 11 Kal. Auguſti, anno Pontificatus 2, adeoque 1343, edita, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. I *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, §. 105, pag. 239, pari temeritate, ajens: *Tam ex Superioritate, quam ad ipſum Imperium habere dignoſcimur, quam ex poteſtate, qua, eodem vacante Imperio, Imperatori ſuccedimus &c.* Hinc tot aſſeclæ criminis: *Henricus Stero*, in *Annal. Altahenſib.* ad an. 1313, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. German.* p. m. 407; *Antonius de Roſellis*, de *Poteſtate Imperatoris & Papæ*, part. 1, cap. 48, apud *Goldaſtum*, Tom. 1, *Monarchia*, pag. 278; *Johannes Azoricus*, lib. 10 *Inſtit. Moral.* cap. 3, verſ. 7, *quæritur* Tom. 2; Canoniſtæ, & Jeſuitæ omnes; quibus meritò Dn. *Gregorius Sigismundus Seldius*, Vicecancellarius *Ferdinandi I* Imp. in Reſponſo, *von Gewalt der Kayſer, und der Pabſte*, apud *Goldaſtum* part. 5 *der Reichs-Handel*, in fine Puncti I, p. m. 180; *Daniel Otto*, cap. 16 *Jur. Publ.* p. m. 535, *Reinkingius*, de *Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 4, cap. 4, §. 3, p. 362; *Carpzovius de Lege Regia German.* cap. XI, Sect. 12, §. 4 &c. pag. 316; *Schützius*, Tom. I, *Exercit. Jur. Publ.* Exercit. 5, *t.* 7, lit. d, pag. 317 &c. *Rumelinus*, ad A. B. Diſſ. I, *t.* 13, pag. 118. Ill. Baro de *Lyncker*, Obſervat. ad A. B. cap. 5, p. m. 42; aliique, ſe opponant. Præter enim, quod immemorialis Obſervantia, Legesque Imperii, præſertim *Aurea Bulla Caroli IV*, cap. V, ubi de *Vicariis* agitur, Vicariatum Pontificis Romani planè ignorent; doctrina hæc propria Canoniſtarum principia evertit, quandoquidem, poſita hac theſi, omnino ſubſumendum: Pontificem Imperatori & Imperio eſſe ſubjectum; quod illi negant; cum omnis Vicarius ordinarius ſuperioritatem ejus, cujus vices gerit, præſupponat. Lepidus eſt *Martha*, de *Juriſdictione inter Judicem Eccleſiaſticum & Secularem exercenda*, part. 4. Cent. 2, Caſu 197, n. 2, p. 310, tradendo, præfatam *Caroli IV* Conſtitutionem de *Vicariis*, non ſolum conditam, in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, conſequenter nullius eſſe roboris, ſed & per cit. *Extravagantem, Johannis XXII, Si Fratrum &c.* publicè abrogatam; quod ſtolidum aſſertum jure rident *Schützius* l. c. & *Limnæus* lib. 3 *Jur. Publ.* cap. 12, §. 11 &c. pag. 163 & ſeq. extra controverſiam cum ſit, *Johannem XXII.* jam an. 1334, pridie Non. Decemb. ventris profluvio, in Avenionenſi Palatio, ad plures abiiſſe. Vid. *Spondanus* Tom. I *Contin. Annal. Baron.* ad h. a. §. 2, pag. 451; Aureâ Bullâ demum an. 1356 conditâ. *Petrum ab Andlo*, lib. 2 de *Imperio Rom. Germ.* cap. 10, carpit *Bœclerus*, lib. 4 *Not. Imp.* cap. 3, p. 100, quod vaniſſimo huic prætenſo Juri, directa fronte ſe opponere non ſit auſus; nec minus *Hugoni Grotio*, lib. 2 de *Jure Belli & Pacis*, cap. IX, §. 11, v. 4, p. m. 212, vacante Imperio, Romani eſſe Pontificis, Inveſtituras Romani Imperii Feudorum tribuere, arbitranti, contrariatur, poſt *Limnæum* ad *Capitul. Caroli V*, art. 3, voc. *Pfaltz und Sachſen*, §. 63 &c. p. 149, & *Conringium* de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 12, §. 10, & 11, p. 119, Dn. *Thulemarius*, cap. 22 *Octovirat.* §. 32, p. 395. Conf. Dn. *Schilterus*, Tom. 2. Inſtit. J. P. Tit. 19, §. 29. pag. 291; Dn. *Schwederus*, part. ſpec. Sect. I, cap. 33, §. 4, pag. 707 &c.

(c) *DIMISISSENT &c.* Diplomata publica, quibus *Carolus Ludovicus*, Elector Palatinus, ſub dato *Heidelberg*, 6-16 April. 1657, & *Ferdinandus Maria*, Elector Bavariæ, ſub dato *München*, $\frac{2}{12}$ April. 1657, adeoque prius, Vicariatum vulgarunt, habentur in *Diario Europæo*, Tom. 1, ad h. a. p. 70 &c. *Theatro Europæo*, Tom. VIII, an. eod. p. 3 ad 5; ut & apud *Lundorpium* Tom. VIII *Act. Publ.* lib. 8, cap. 23 & 24, pag. 30 &c. *Gaſtelium*, de *Statu Publ. Europ.* cap. 8, §. 8, pag. 371 &c. Dn. *Thulemarium*, cap. 22 *Octovir.* §. 33, pag. 396 &c. *Scharſchmidium*, ad *Schützium*, Exercit. V, *t.* 8, p. 320 &c. Quid, in ſpecie, Palatinus, 19 April. 1657, ad Electorem Saxoniæ ſcripſerit, judicandum eſt ex

Digitized by Google

(*a*) JUS SUFFRAGII &c. Arg. R. J. Auguſtani de an. 1548. §. 56. *wann auch ein &c.* ibi: *nicht Stimm und Stand in Reichs-Verſamlungen hat &c.* Hinc conſequentia, Eum Statibus annumerandum, cui votum & ſeſſio in Imperii Comitiis; Quorſum ſpectat R. J. Auguſt. de an. 1500. §. 52. *wie die Irrung der Seſſion &c.* R. J. Spirenſ. de anno 1544. §. 99, *wiewohl auch*, & §. 101. *und als ſich im Anfang &c.* R. J. Auguſt. de an. 1548. §. 56, *wann auch &c.* & 105. *und als ſich auch &c.* R. J. Auguſt. de an. 1559. §. 84. *als ſich dann &c.* R. J. *Spir.* an. 1570, §. 163, *Nachdem &c.* & Ratisbon. de an. 1576. §. 112. *ferner und zum ſiebenden &c.* & *Ratisb.* de an. 1654, §. 197, *überdiß haben wir &c.* Conf. Dn. *Coccejum* J. P. cap. 19. §. 3. pag. 321. *Bœcleri Not. Imp.* lib. V. c. 1. p. 106. in primis Illuſtrem *Obrechtum* ad *Monzambanum* Exerc. 2. cap. 2, p. 18. qui rectè *Limnæum* J. P. 1. 7. 86. carpit, quod contra *Schutzium* Vol. 1. J. P. Diſſ. 6. th. 2. purioris ſententiæ fautorem, ſtatuat, ſuffragii jus in Comitiis, accidens ſaltem Status eſſe quod, ſalva Ejus eſſentia, adeſſe vel abeſſe poſſit; veramque notam characteriſticam Status, conſiſtere in inſcriptione matriculari; longè aliter *Leopoldus* Imp. in Reſponſo, an. 1674, 8 Mart. ad Memoriale *Eſaiæ Pufendorfii*, Miniſtri Suevici, in favorem captivi *Fürſtenbergii* oblatum, apud *Lundorpium* Tom. X. *Act. Publ.* lib. XI, cap. 89, p. m. 133: *Cum etiam omnibus rerum Germaniarum peritis, abunde ſit cognitum, ſub nomine Electorum, Principum & Statuum Imperii, non alios comprehendi, aut includi, quam qui Voto & Seſſione in Comitiis gaudent &c.* nec non Correſpondentium Principum congregati, *Francofurtenſi* ad Mœnum, Miniſtri, in Reſponſo, ad Conſiliarii Aulici Imperialis Dn. *Binderi*, propoſitionem, in cauſa Electoratus Brunſuic. & Luneburg. an. 1701, apud *Antonium Fabrum*, Tom. VI *der Staats-Cantzley*, p. 266: *das vielmehr ſolches das wahre Mittel, wodurch der anſcheinende Verluſt deß Juris Suffragii, ſo doch der Haupt-Character eines Reichs-Fürſten iſt, mithin auch der Verfall derer Grundgeſetze, und das daraus erfolgende Mißtrauen, abgewendet --- werden kœnne &c.* Conf. *Conring.* de *Republ.* Diſſ. 1, de *Civib. Imperii*, c. 6, 7, 8 &c. pag. 3 &c. & Diſſ. IX, de *Comitiis Imperii German.* Reſp. Dn. *Engelberto*, c. 9 & 10. pag. 572; & ad *Lampadium*, part. 3, cap. 5, §. 7, p. 176 &c. *Schilter*, Inſt. J. P. lib. 1, Tit. 19, §. 3, pag. 198; *Schweder*, Introd. J. P. part. ſpec. Sect. 2, c. 1, §. 2 & 3, pag. 721 &c. & §. 5, pag. 725; *Mylerus ab Ehrenbach*, de *Statibus S. R. J.* part. 1, cap. XI, §. 2 & 3, pag. m. 77. *Gaſtelius*, de *Statu publ. Europ.* cap. 7, §. 4, pag. 344. *Carpzovius* de *Lege Regia Germ.* cap. 3, Sect. 12, §. 23, 27 & 43, pag. 88 & 89; & cap. 7, Sect. 11, §. 1, pag. 190.

(*b*) MEDIATUS &c. Immedietas vel propterea non eſt verus Character Status, quòd dentur aliqui, quibus jus ſuffragiorum nullatenus diſputatur, licet bona Eorum mediata ſint, v. g. Comites Ecbacenſes, ceu notat Dn. *Coccejus* J. P. c. 19. §. 2, pag. 321, & vel ſuperiori Seculo XVI, Duces Würtenbergenſes, feudali lege Auſtriacis aliquamdiu addicti, retenta Status nota; Rectè hinc *Limnæus* Tom. V, Addit. ad

lib.

lib. 1, cap. 7, §. 99, pag. 125: *Adhuc exemplum ſupereſſe Status immediati, ratione perſonæ ſuæ, qui tamen ratione bonorum immediatus non ſit, ex Actis Comitiorum Ratisbonenſium an. 1654, didici, nempe: die Graffſchafft Falckenſtein am Donnersberg, und an der Untern Pfaltz gelegen, empfanget der Hertzog von Lothringen von H. R. Reich* immediate *zu Lehen, und verleihet ſie nachmahls dem Grafen, oder Herrn, von Falckenſtein, daß alſo* his reſpectibus, *dieſe Graffſchafft ein Kayſerliches, und Lothringiſches Lehen iſt. Neben dieſer Lehnbahren* Qualitæt, *iſt ſolche Graffſchafft ein* Immediatum S. R. J. *und des Oberrheiniſchen Craiſſes* non ignobile Membrum, *und werden die Herren und Graffen, dieſer Graffſchafft Innhaber, und* Poſſeſſores, *vor einen* immediat *Reichs-Mittſtand erkant, und gehalten &c.* Conf. *Victor*, de *Exemptionib. Imperii*, Concluſ. 30, p. m. 175 &c. *Mylerus ab Ehrenbach*, de *Principib. S. R. J.* part 1. cap. XI. §. 4 ad 11, p. 78 ad 82. *Gaſtelius* l. c. Contrà, reperiuntur alii, immediata bona tenentes, qui tamen ſuffragiorum jure non gaudent; exemplo Nobilitatis Immediatæ &c. Vid. *Baeler. Not. Imp.* lib. 5, c. 1. p. 106. *Reinking* de *Reg. Sec. & Eccleſ.* lib. I. Cl. 4. Cap. I. §. 30. 31. & 32. pag. 327. benè hanc in rem adducit R. I. Wormatienſem de an. 1564. §. *Und wollen wir als Ræmiſcher*, ibi: *Gegen denen, ſo nicht Stande des H. Reichs, jedoch dem H. Reich* immediatè *unterworffen &c.* Hodiè ex R. I. de an. 1654. §. 197. de his judicandum, poſtquam definitum, neminem poſthac ad Comitiorum jus admittendum, niſi qui immediata bona poſſideat, ne Comitia tot novis hominibus impotentibus repleantur; Conf. Cap. *Leopoldi* art. 45. & *Joſephi* art. 43.

(*c*) RELATI &c. Solam Matriculæ inſcriptionem veram Status Imperii notam ſuppeditare, non jus ſuffragiorum, tanquam accidens, quod abeſſe & adeſſe valeat, ſalva Status eſſentia, ſtatuit *Limn.* J. P. lib. I. c. 7. §. 86. pag. 91. &c. Erroneam hanc ſententiam eſſe, oſtendit Illuſtris *Obrechtus* ad *Monzamban.* Exerc. 2. cap. 2. §. 1. pag. 18. allegando loca, queis ipſe *Limnæus* ſibi contrariatur, utpote Addit. Tom. 2. ad J. P. 1. 7. 91. pag. 122; vel ſolo argumento, contra *Carpzovium*, probans, Sabaudum & Arenbergium eſſe veros Status, quia in Comitiis ſuffragiorum jure gaudent, & ad Capitulat. *Ferdinandi IV*, art. 45, voc. *Niemand aber*, §. 7, pag. 858; Conf. *Conringius* & *Engelbrecht* locis cit. adde Dn. *Cocceium* J. P. cap. 19. §. 3. p. 31. *Bæcleri Not. Imp.* lib. 3. c. 4. pag. 60. *Reinkingius* l. c. §. 5. &c. p. 324. pro viribus etiam defendens matriculæ inſcriptionem, poſt reſponſionem ad dubia *Gylmanni Symphor.* Tom. 2. part. 1. Vol. 5. §. 7. ex *L. Herennius* ff. de *Decurion.* ſola deſcriptione aliquem non fieri Decurionem, cenſentis, ita tandem declarat mentem ſuam l. c. §. 10. pag. 326. ut matricula quidem per ſe non præſupponat Statum quendam, ſed ſaltem *præſumptivè*, pro fundanda ſcil. intentione, donec contratrium probetur. Ita etiam *Gailius* lib. 1. *Obſervat. Pract.* Obſerv. 21, §. 4. pag. 40; *Petrus Friderus*, Mindanus, de *Proceſſibus & Mandatis* lib. 2, cap. 67, §. 4, p. m. 381; *Victor*, de *Exemptionib. Imperii*, Concluſ. 5, p. m. 13; *Speidelius*, voc. *Matricula*, p. 653. *Wehnerus*, *Obſerv. Pract.* voc. *Matricul*, pag. m. 348; *Wurmſer*, *Exercit. Jur. Publ.* 1, Concl. 16; *Mylerus*, ad *Rumelinum*, in A. B. Diſſert. 1, §. 12, lit. a, pag. 37. *Conringius*, Exerc. cit. de *Civibus Imperii*, c. 49, p. m. 28. Conf. ſeq. §. 10. Rectè monet *Schützius* l. c. lit. E. pag. 345. non ſufficere, contineri aliquem in Matricula; ſed omnino opus eſſe, ut ibi contineatur cum qualitate ferendi ſuffragii, habendæque ſeſſionis; In hoc enim veram Status notam fundari, ad præc. lit. a. dictum eſt.

(*d*) NON CONFERANT &c. Rurſus non valet regula, omnes, qui contribuunt ad Imperii ærarium, ſtatim eſſe Status, arg. Nobilitatis Immediatæ; nec inverſo ordine, quod nihil conferentes ad publicum ærarium, propterea Status eſſe nequeant; exemplo Bohemiæ Regis, liberi pronunciati ab Imperii oneribus, à *Friderico II.* Cæſ. an. 1212; ap. *Goldaſtum* p. 1. *Reichsſatz.* f. 3. Conf. *Limn.* lib. 3. J. P. cap. 8, §. 28, p. 88 &c. quæ tamen hodie aliter ſe habent, cooptato an. 1708, Rege Bohemiæ ad omnes Conventus Imperii, tam ordinarios, quam extraordinarios, univerſales & particulares, Collegiales &c. Vid. ſeq. Tit. XIII, §. 1, lit. a. adde Domum Auſtriacam, & quos nominat Principes *Limn.* lib. 1. J. P. c. 7. §. 95. p. 95. Conf. *Reinking.* l. c. §. 42. pag. 328. maxumè *Conringius* Diſſ. de *Civibus Imperii* c. 9. & Diſſ. de *Comitiis Imperii* c. 10. Dn. *Engelbrechti.* Notari vero merentur Monita Principum, ad Capitulationem futuram an. 1658, Art. 14, c. 7, apud *Lundorpium*, Tom. VIII. Act. Publ. lib. 8, cap. 184, p. 259: *Daß kein Stand, welcher* Seſſionem & Votum *auf Reichs*-Conventen *hat, von den Reichs-Hülffen und Anlagen, unter was Vorwand ſolches geſchehen mæge, ſich Befreyungsweiſe zu* eximiren, *noch von dem Ræm. Kayſer ſelbſten dergleichen* Exemptiones *zu ertheilen, ſondern jeder Stand, zu Leiſtung ſeiner Schuldigkeit, durch behærige Mittel, angeſtrengt, auch, ſo lang er ſolche Reichs-Hülffe und Anlage würcklichen nicht* præſtirt, *zur* Seſſion *und* Voto *nicht* admittirt, *über das auch, wieder ſolche* Contumaces, *vermæg der* Executions-*Ordnung, verfahren werden ſolle.*

(*e*) ANNEXUM GLEBÆ &c. Arg. *Der Innhabere der Herrſchafften &c.* qui, nudo hoc titulo, Statuum cenſu non habentur.

(*f*) IN CIRCULOS &c. Non omnes, qui in Circulos relati, eſſe Status, probant *Limn.* J. P. lib. 1. c. 7. §. 36. pag. 64, & Tom. 1. Addit. ad lib. 1. cap. 7. §. 26, p. 44; *Strauch. Diſſert. Exot.* 1. §. 6. p. 7; *Schwederus* l. c. §. 7. p. 729. arg. Nobilitatis Immediatæ; Ducis Bullionenſis, qui & Moſanus, *Der Hertzog an der Maaß*, Circulo Rhenano incluſi; Principis Cabilonenſis, ſeu de *Chaalon*; Marchionis *Roetelani*; Comitis Novo-Caſtellani, ſeu *Welſch Neuburg*, &c. Et contrario,

non

non ſequitur, aliquem non reperiri in Circulis, Ergo nec eſſe Statum, exemplo Regis Bohemiæ, Ducis Sabaudiæ, Principis Comitis Mompelgardenſis, aliorumque, qui nullo circulo comprehenduntur, licet notoriè ſint Status. Sabaudi jura, contra *Carpzovium*, tuetur *Limnæus*, ceu ad præc. lit. C. ex *Obrechto* notavi; Conf. ipſum Dn. *Obrechtum* l. c. Exerc. 2. cap. 2. §. 9. p. 39. De Bohemo rem magis dubiam arbitrantur, quos allegat Dn. *Coccejus* J. P. cap. 19. §. 10. p. 323. qui & ipſe ita cenſet arg. Actorum R. I. de an. 1548. apud *Limn.* lib. 3. J. P. cap. 8. §. 18. pag. 89, ubi, ex Actis Comitiorum Auguſtanorum an. 1548, *Ferdinandi I*, Reſponſum, *Carolo* Imperatori datum: *Daß ein Kœnig in Bœhmen, zu einigen Reichs-Tag nicht beſchrieben wurde, auch weder Stand noch Stimme im Reichs-Rath hatte.* Conf. Dn. *Rhetium* J. P. lib. 1. T. 10. §. 3. p. 223. ejusdem ſententiæ fautorem; Spectant huc quoque verba, *der Erklærung des Land-Friedens zu Nürnberg*, de an. 1522. §. 2. *Hernach folgen die 10. Craiß, wie und auf welche Art in das gantze Reich ausgetheilet werden &c.* ubi nulla Bohemi mentio; Adde, quod nihil conferat ad ſumptus Imperii; nec reperiatur in Matricula; nec ſit juris Germanici; nec, ab an. 1470, vocetur ad Comitia; Vid. *Crantz. Metrop.* lib. 8. c. 5. quanquam *Goldaſtus* de *Bohemia* docet, *Ferdinandum I* Regem, adhuc an. 1530, in Comitiis, per Legatos comparuiſſe. &c. Nunc ab an. 1708, ſane, ad comitia vocatur. Alii dignitatem & jura Status Ei non denegant; veluti: Dn. Author, lib. 3. Tit. 12, §. 2. *Daniel Otto*, J. P. cap. 10. p. m. 242 &c. *Conringius* de *Finibus Imperii* lib. 2. cap. 29. §. 6. pag. 471. 472. & 473. Dn. *Engelbrecht*, Diſſ. de *Comitiis Imperii* θ. 17. *Strauchius Diſſ. Exot.* 2. θ. 12. pag. 60 & 61; *Schützius* J. P. Vol. I. Diſſ. 7. θ. 20. lit. g. pag. 548; & Vol. I. Diſſ. 10, θ. 13. lit. b. p. 812. *Carpzovius* de. L. R. cap. 5. Sect. V. & XI. *Thulemarius* cap. 24. Octov. *Schwederus* Introd. J. P. part. ſpec. Sect. 2. cap. V. §. 1. pag. 779. & alii. *Fritſchius* ad *Limnæum* lib. 3. cap. 8. §. 2. pag. 125. provocat ad ſententiam *Strauchii*; & *Bæclerus* Not. Imp. lib. 6. c. 8. pag. 147. commendat *Carpzovium*; *&c.* Fundamenta horum potiora ſunt: (1) Quod ſit Elector *Imperii*, ut ad ſeq. Tit. 14, §. 8. dicetur, (2) Princeps Imperii, juramento fidelitatis Cæſari & Imperio obnoxius, teſte juramento *Matthiæ*, *Rudolpho II.* Imperatori præſtito, apud *Wolffgangum Chriſtophorum Quezium*, in Diſſ. de *Foro Auſtregarum*, θ. 15, pag. 13. ibi: *Darzu bin Ich erbætig, gewæhnliche Gelübd und Eyd zu praſtiren, Ew. Kayſ. Majeſt. und dem H. Rœm. Reich, um ſolche Verleihung getreu, gehorſam und gewærtig zu ſeyn, Ew. Kayſ. Majeſtæt für meinen rechten Lehnherrn zu halten, und alles zu thun, was einem Ertz-Schencken und Churfürſten des H. Rœm. Reichs zu thun, von Rechts, und alter Gewohnheit wegen, gebühret &c.* Conf. *Strauch.* Diſſert. de *Oppignorationibus Imperialibus*, θ. 28. ubi: *Ludovicum IV.* an. 1315. Civitatem *Egram*, *Johanni* Bohemo oppignorantem, ita ad *Egranos* ſcripſiſſe commemorat: *Wir lan Euch wiſſen, daß Wir, durch gemeinen Frommen und Ehre des Reichs, und auch durch Friede und Nutz der Chriſtenheit, Euch, mit gewæhnlichen Dienſt und Unterthænigkeit, der ihr Rœmiſchen Reich ſchuldig ſeyd, dem Hochgebohrnen JOHANNES, Kœnige von Bœheimb, und des Reichs getreuen Fürſten, verſetzt haben &c.* Eundem titulum adhibuiſſe *Wenceslaum*, docet *Gewoldus* de *Septemviratu* cap. 9. ex Diplomate: *Nos Wenceslaus, D. G. Rex Bohemiæ, Dux Cracoviæ & Sandomiræ, Marchioque Moraviæ, S. R. I. PRINCEPS & Pincerna. &c.* Spectat huc etiam teſtimonium *Johannis*, Regis Bohemiæ, *Rudolfo* C. P. R. anno 1354. datum, apud *Goldaſtum* Tom. I. *Conſt. Imp.* pag. 345. ubi inter alia: *Nos itaque, tanquam is, ad quem hoc de Jure, ſicut ad PRINCIPEM & ELECTOREM Imperii ſpectare dignoſcitur &c.* (3) Bohemia feudum Imperii, arg. A. B. cap. 24. (4) In Comitiis Norimbergenſibus de an. 1355. vocetur Nobile Membrum Imperii, à *Carolo IV*, Cæſ. apud *Goldaſtum* T. I. *Reichsſatz.* f. 342. ibi: *Et tanto ſolertius de iſtius* (Bohemiæ) *meditari curavit* (Carolus IV) *augmento, quanto & dilatatione ſuarum propaginum, velut à Membro Nobili, S. R. Imperium, novit indubiè honorari laudabilius &c.* (5) Ab ipſius Ordinibus ita cenſeatur, arg. *Replicæ* Electorum, in Conventu Pragenſi, an. 1610. 28. Jun. *Matthiæ* Regi Hungar. exhibitæ: *Es müſſen aber Chur- und Fürſten dieſes wohlmeinentlich dabey erinnern, daß in ſolchen wichtigen Sachen, ſo* reſpectivè *das H. Rœm. Reich*, ratione *des Kœnigreichs Bœheimb, weil der Kœnig ein Stand des Reichs, der ſieben Churfürſten einer &c.* Vid. *Schweder*, l. c. cap. 1. §. 7. p. 729. (6) Privilegio gaudeat non comparendi invitus, ſi ad Comitia vocatur, exceptis caſibus, ſi Cæſar Curiam *Norimbergæ*, *Bambergæ*, aut *Martisburgi*, celebret; (7) Privilegia de non evocando, & de non appellando, ab Imperatoribus ſit nactus, teſte cap. 8. A. B. (8) In cauſis primæ Inſtantiæ, ad Judicium Cameræ pertinentibus; it. in caſibus denegatæ, vel protractæ Juſtitiæ: Nullitatis: fractæ pacis publicæ &c. non minus, ac alii Electores, Auſtriæ Archiduces aliique Status Imperii, Privilegio *de non Appellando* muniti, in Camera Imperiali conveniatur. Vid. *Mylerus* ad *Rumelinum*, in A. B. Diſſ. 8, θ. 4, p. m. 224 ad 226. Conf. *Limnæus* J. P. lib. 3, cap. 8. §. 21, p. 87, & lib. 9, cap. 1, §. 91, p. 21 &c. *Schützius* l. c. Exerc. 10. θ. 13. lit. b. pag. 812. *Schwederus* l. c. cap. V. §. 1. pag. 779. Dn. Author infra loc. cit. Ad objectiones reſpondent (1) Argumentum de relatione in Circulos deſumptum, eſſe infirmum, exemplo Sabaudi, Arembergici, Mompelgardenſis, aliorumque Principum & Statuum, nullo Circulo comprehenſorum; (2) Aliud eſſe, conferre

ad

ad omnia Imperii onera, & aliud, ex privilegio, ad certa duntaxat, Bohemum contributionibus ad hoſtilem expeditionem, aliasque Imperii neceſſitates, nequaquam ſe ſubducere, ipſe agnoſcit *Reinkingius* l. c. §. 42. p. 60 ſolidis, ut ait, firmiſque rationibus *Goldaſti* lib. 2. de *Jure Regni Bohem.* cap. 14. ad 17. commotus. Conf. acta ad ſeq. §. 14. (3) Matriculam non arguere Statum, nec inde contrarium valere argumentum. Vid. præced. lit. C. (4) Non eſſe confundendum illud τὸ *non vocari*, ex privilegio, cum non vocatione, quæ oritur ex defectu; Bohemum non ex defectu non vocari, ſed ex privilegio; quare nec Ei votum nec ſeſſionem, in omnibus Comitiis, cum nec comparere ſoleat, nec invitus teneatur; & ita accipienda dicunt verba *Ferdinandi* oppoſita; exinde autem non ſequi, Ergò nec Eum volentem Comitia adire poſſe, etiamſi ab initio non fuerit vocatus, legem hîc interpellare pro homine; tenerique Principes, vi juramentorum, conſiliis Patriam juvare; quidni Bohemus in Comitiis Univerſalibus? cui in ſacratiori, Electorali ſcil. Collegio, præſertim ſi ponderoſa quæſtio de eligendo Rege, ventiletur, nec locus diſputetur, nec ſuffragium. Ceſſat hodie hæc controverſia; Rege Bohemiæ, an. 1708, ceu aliquoties monui, ad omnes Imperii Conventus, Univerſales & Particulares, Deputationum, Collegiales &c. Iterum cooptato; ut adeo plenariè Comitiorum Juribus fruatur; conſequenter otioſa quæſtio eſt: Num ſit Status?

2. Status Imperii *(a)* ſunt Principes, vel liberæ Imperii Civitates, *art. 1. I. P. §. 4.* Principes Imperii ſunt, vel Electores, vel Principes in ſpecie ſic dicti, *art. 8. in pr.* Utrique ſunt vel Eccleſiaſtici, vel Seculares. Statuum nomina & onera in matricula contineri debent.

NOTÆ.

(a) STATUS IMPERII &c. Alii dividunt Ordines in 7. Claſſes, h. e. (1) Electores (2) Archi-Epiſcopos, (3) Epiſcopos & Abbates Principes, (4) Principes Seculares, (5) Prælatos & Abbatiſſas, (6) Comites & Barones, (7) Civitates; Vid. *Limn.* J. P. Tom. 1. lib. 1. c. 7. §. 49. pag. 74. Alii Eos diſpeſcunt in *Superiores*, ſeu Electores; & *Inferiores*, ſive reliquos. Alii, in Electores, Principes, & Urbes Imperiales; ita *Conringius* Diſſert. de *Comitiis Imper.* th. 12. *Lampadius de Republ. Rom. Germ.* p. 3. c. 3. §. 23. & *Schützius*, Vol. 2. J. P. Diſſ. 4. th. 15. pag. 243. Alii, in Romano-Catholicos, Lutheranos & Calvinianos. De diviſione in *Majores*, ſeu Armipotentes. & *Minores*, vid. *Kulpiſ. de Legat.* c. 4. §. 14. De Circulis & Quaternionibus, dicam ad lib. 2. T. 6.

3. *Origo (a)* Matricularum repetenda eſt à temporibus Sigismundi, qui, anno 1431, Norimbergæ, in frequentiſſimis Comitiis, pro expeditione, in Bohemiam, contra Huſſitas, ſuſcipienda, primam compoſuit. Extat illa hodie, ſub nomine: *Anſchlag, auf gemeine Staude des Reichs, zu Nürnberg, zu Hülff wider die Bœhmen gemacht, unter dem Rœmiſchen Kœnig* Sigismundo, Anno 1431, *in actis Brunſuicenſ. part. 2. p. 1019.* Eamque agnoſcit *(b) Goldaſt. de regno Bohemiæ lib. 2. c. 17. n. 2.* neque credibile eſt, hac matricula dari antiquiorem, quia rem tanti momenti ſine dubio, non omnes Hiſtorici neglexiſſent, & quia, ſine dubio vel unicum ejus exemplar, vel in publica Imperii archiva, vel aliorum Imperii Statuum, fuiſſet relatum. Quanquam non diffiteamur, exitiali peccato, per aliquot ſecula, neglectam eſſe publicam Ordinum albi confectionem, & certam in illud omnium Ordinum inſertionem. Et ſane, ſi ab initio confectum fuiſſet album aliquod opum, & Ordinum Imperii, Acta & Decreta ſancta ſemper manſiſſent integra, longe nunc alia eſſet Civium Imperii noſtri ratio. *Conring. de German. Imp. Civib. th. 44.* Exiſtimarunt alii, dari hac matricula Sigismundi antiquiores, *(c)* licet antiquior oculis noſtris non fuerit facta familiaris: ſed ſine fundamento, ut ex ante dictis patet.

NOTÆ.

(a) MATRICULARUM &c. Eruditam Diſſertationem Inauguralem, de *Matricula Imperii*, Præſide Dn. *Erico Mauritio*, Kilonii an. 1667, defendit Dn. *Johan. Wernbergerus*; laudatam Dn. *Dietherro*, in Con-

tin.

tin. *Theſauri Beſoldiani*, voc. *Matricul* p. 399; Dn. *Struvio* in *Biblioth. Jur. ſelecta*, cap. XI, §. 7, p. m. 387, & Dn. *Müllero*, in Schediasmate *von Craiſſtagen*, cap. 13, §. 7, p. 117; Dn. *Steinium*, de *Matricula Imperii noviſſima*, celebrat Dn. *Werlhof*, Spec. I, *Juris Enucleati*, cap. 1, Procem. §. 10, p. 65, lit. a, b, c &c. De *Moderatione Statuum Imperii Matriculari*, Diſſert. Inaug. habuit Dn. *Joh. Ludovicus Kabel*, Altorfii, an. 1705, Conf. *Arumæus* de *Comitiis Imperii*, cap. 8, §. 68 &c. *Limnæus* J. P. lib. 1, cap. 7, §. 66 &c. p. 84 &c. Utitur hoc vocabulo Imperator *Leo* l. 3. C. de *Agentibus in rebus*; & *Caſſiodorus*, lib. XI. Variarum, Epiſt. 6, p. 363; Epiſt. 22, p. 375 &c. Dici *Matriculam*, à *Matrice*, h. e. libello, in quo penſitantes Cæſareo Fiſco deſcripti, apud Romanos continebantur, fusè oſtendit *Reinkingius* de *Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. I. Claſſ. 4. cap. I. §. 6. &c. p. 324. & 325. Add. *Limn.* l. c. *Speidelius*, voc. *Matricul*, p. 653; *Spelmannus* Gloſſar. voc. *Matricula* p. m. 407; *Wehnerus*, *Obſerv. Pract.* voc. ead. p. m. 348; *Gailius Obſerv. Pract.* lib. I, Obſervat. 21, §. 2, & 3, p. 40; Dn. *Müller* l. c. §. 1, p. 116.

(*b*) AGNOSCIT &c. Pro eadem loquuntur *Conringius* Diſſ. de *Civibus Imperii* §. 9. & *Engelbrecht*. Diſſ. de *Comitiis Imperii* t. 10. *Schwederus* Introd. J. P. part. ſpec. Sect. 2. cap. 1. §. 6. pag. 726. *Kulpiſius* ad *Monzamb.* cap. 2. §. 2. p. 215. *Bæclerus Not. Imp.* lib. 3. cap. 4. p. m. 59. Dn. *Werlhof* l. c. §. 10, lit. D. p. 66.

(*c*) ANTIQUIORES &c. *Zacharias Vietor*, de *Exemtionibus*, in *expoſitione Concluſionis V*, pag. m. 23. unde ſua mutuatus eſt *Limn.* J. P. lib. 1. c. 7. §. 68. & 69. p. 85 & 86. ubi meminit Matriculæ, tempore *Friderici III.* an. 1397. confectæ: Errorem autem typographicum hic ſubeſſe, rectè monet *Bæclerus* l. c. quandoquidem laudatus Cæſar tunc non vixerat. Scribendum itaque erit 1467, quo, die Martini, in Comitiis Norimbergenſibus occaſione imminentis belli Turcici, Cæſar Matriculam confici curabat, teſte *Wehnero*, *Obſerv. Pract.* verb. *Matricul*, p. m. 348. qui ſua debet *Meichsnero* Tom. 3. *Cameral. deciſ.* 6. & opinatur *Schützius* Vol. 2. J. P. Diſſ. 4. §. 15. pag. 243. hanc fuiſſe primam omnium. Exhibet illam Dn. *Schilterus*, in *Inſtit. Jur. Publ.* Tom. 2. Tit. XIX. ubi ſimul poſt pag. 358. ex *Archivo* Argentoratenſi, copiam facit *Matriculæ Sigismundi Imp.* an. 1431, in Comitiis Norimbergenſibus, cum adverſus Huſſitas arma arriperet, confectæ. Quam poſteriorem etiam Dn. *Datt*, in Volumine *Rerum Germanicarum*, lib. I, cap. 24, pag. 169 &c. publicat. Aliam exhibet *Lehmannus* lib. VII. Chron. Spir. cap. 112. p. 970. ad 973. ex conſilio *Pauli* P. R. legendo contra Turcas, Imperium invadentes, decem millium armatorum exercitu, anno 1471, in Comitiis Ratisbonenſibus, ab Eodem Cæſare, præſente Nuncio Papali, *Franciſco Piccolominio*, concinnatam, exacto à Statibus decimo denario, *der zehende Pfenning von allen Gülten, Zinſen, liegenden und fahrenden Gutern*; h. e. *von iedem tauſend Gülden, ein gewapneter zu Roß, oder zwey gewehrte Mann zu Fuß, auf ein Jahr wider die Türcken zu unterhalten*; ceu *Lehmannus* loquitur l. c. p. 969. De nova Matricula, an. 1486, *Francofurti* conflata, evolve *Lehmannum* l. c. cap. 117. p. m. 987. ad 989, ubi docet, Ordines contribuiſſe, *fünffmal hundert tauſend, ſieben und zwantzig tauſend und neunhundert Gülden Rheiniſch &c.* Idem l. c. cap. 118. p. 989. ad 994. exhibet aliam anno 1487; in Comitiis *Norimbergenſibus* conſcriptam, egente Cæſare *Friderico* auxiliis contra *Matthiam*, Regem Hungariæ. De illa, quæ an. 1489, *Francofurti* compoſita, ferendis Imperatori, contra *Carolum* Galliæ, & *Matthiam* Hungariæ, Reges, ſuppetiis legendus eſt laudatus *Lehmannus* l. c. cap. 120. p. 996. ad 1005. Aliarum ſcil. *Norimbergenſis*, de an. 1491; *Colonienſ.* an. 1505; *Wormatienſis*, an. 1521; *Norimbergenſ.* an. 1522, & 1524; *Spirenſ.* an. 1526 & 1529; *Auguſtana*, an. 1530; *Wormatienſ.* an. 1535 & 1545; *Norimberg.* an. 1545; *Wormatienſ.* an. 1547. *Auguſtan.* an. 1551. &c. memor eſt *Wehnerus* l. c. ex *Meichsnero* l. c. Omnes autem imperfectas eſſe, documento frequens earum eſt mutatio; de qua *Burgoldenſ.* part. 1, Diſc. 18, §. 4; *Pacificus à Lapide*, ad *Monzamb.* Diſc. 7, p. 433; *Franciſcus Irenicus*, ad *Burgoldenſ.* part. 3. p. 61 &c. *Lampadius* de *Republ.* part. 3. cap. 3, §. 2, p. m. 44; *Gaſtelius* de *Statu Publ. Europ.* cap. 7, §. 3, p. 344; *Vittor* l. c. *Wehner* l. c. *Schützius* l. c. & Vol. I, Exerc. VI, t. 1, lit. d, pag. 344, reliqui Scriptores Juris Publici omnes, teſtantur, addentes ſimul, *Wormatienſem*, de an. 1521, pro perfectiori habendam, donec accuratior appareat. Vid. ſeq. §. 12.

4. *Nos definimus Matriculam, quod ſit libellus, publica authoritate Imperatoris (a) & Statuum factus, ut in eo (b) omnium Statuum nomina deſcribantur, & quantum quisque eorum, ad uſus communes, contribuat. Mauritius de Matricula th. 5.*

NOTÆ.

(*a*) IMPERATORIS &c. Cum Statuum interſit, num in Matriculam referantur, vel, pro re nata, omittantur; Eorum quoque conſenſu, eum conficiatur, opus eſt. De definitione, vid. *Reinkingius de Regim. Sec. & Ecclef.* lib. 1. Claſſ. 4. cap. I. §. 11. p. 324. & ex eo *Schützius* J. P. Vol. I. Diſſ. 6. t. 2. lit. D. pag.

pag. 334. inquiens: *Matricula Imperii nihil aliud eſt, quam Album, ſeu Catalogus, in quo nomina Civium immediatorum & Statuum Imperii, & quantum quinque ex illis Imperio, urgente neceſſitate, penſitet, conſcripta continentur.* Add. *Vietor*, de *Exemptionib. Imperii*, Concluſ. V, p. m. 23. *Speidelius*, voc. *Matricul*, pag. 653. *Limnæus* Tom. V, Addit. ad lib. I, cap. 7, §. 91, p. 123; ubi, more conſueto, *Schützium* ſugillat.

(*b*) STATUUM &c. Hoc maximè in quæſtione, quomodo ejusmodi Matricula ſit componenda, in qua non niſi Statuum nomina exprimantur? Quare rectè monet *Severinus de Monzambano* cap. 2. §. 2. nullam adhuc extare, in qua nihil deficiat, aut redundet, & circa quam non aliqui controverſiæ quid movere ſoleant; nec perfectam ob incertas Territoriorum poſſeſſiones, facile ſperandam non ſine ratione ſuſpicatur *Schilter*, Inſtit. J. P. lib. I. Tom. 19, §. 9, pag. 203.

5. Matriculæ dividi poſſunt, *primò*, in Generales, & Speciales: *Illas* dicimus, *in quibus conſtans taxa (a) ratione bonorum, ſcripta, quid eorum nomine, per menſem, ad expeditionem Romanam, vel, ad ſimilitudinem hujus expeditionis, in aliis caſibus & Imperii neceſſitatibus, contribuendum ſit*, e. g. matricula de anno 1521, Wormatiæ facta. *Has, in quibus pro neceſſitate, vel unius vel plurium menſium, contributio eſt expreſſa.* e. g. Matricula Sigismundi de anno 1431. *Secundò*, in Antiquiores & recentiores. *Antiquiores* poſſunt dici omnes matriculæ, *poſt quas aliæ adhuc factæ ſunt.* DD. Antiquiores dicunt, quæ ſunt ante annum 1521 & ſubſequentes Recentiores. Ab aliis Matriculæ *iterum* dividuntur in eas, *in quibus tantum* (*b*) Statuum nomina continentur: & in his Regem Bohemiæ contineri, & inde probari, eum eſſe Statum Imperii: *& in eas*, in quibus, præter nomina Statuum, etjam adjecta ſunt onera, quæ unicuique, ratione territorii ſunt impoſita, & in his nec Regem Bohemiæ contineri, & etiam alios, præter Status Imperii ſc. *Die Inhabere der Herrſchafften:* exque his non probari, aliquem eſſe Statum Imperii. Sed hæc diviſio fundamento caret; nec ſufficit authoritas *Goldaſti, qui eam refert in den Reichs-Handlungen, p. 65.* quia aliunde huic rei fides non ſit; & ipſa conſtitutio eſt *ſine die & conſule*, nec conſtat, à quo ſit facta: imò, Duces Brunſuicenſes, Megapolitani & Haſſiæ Landgravii, & alii, ibi non continentur: & tamen continentur alii Status Imperii, qui his ſunt juniores.

NOTÆ.

(*a*) TAXA &c. Huc facit appendix *der Beſchreibung des H. R. Reichs*, Edit. Francof. & Lipſ. an. 1687, ſub tit. Matricul *des H. R. Reichs Stande, wie viel derer jeder in den Reichs-Anlagen, einen Monat, dem einfachen Ræmerzug nach, das iſt 12. zu Roß, und 4. zu Fuß, zu geben und zu contribuiren ſchuldig iſt, ſamt einem angehængten Verzeichniß, wie viel ein jeder Kreiß, einen Monat, dem einfachen Ræmerzug nach, eintragt, was richtig, unrichtig, oder gar verlohren &c.* Contenta ſunt, quod (1) *Circulus Rhenanus Inferior*, loco 7392. flor. pro 242. Equitibus, & 1122. peditibus ſingulis menſibus, ſolvat 6912. florenorum. (2) *Auſtriacus*, 4984. flor. pro 152 Equit. & 790 pedit: (3) *Burgundicus* 3656 flor. pro 120 equit. & 554. pedit: (4) *Franconicus*, 8202 flor. loco 8232 pro 255 Equit. & 1193 Pedit: (5) *Bavaricus*, 6637. flor. 20. crucigeros, loco 6944 floren. pro 222 Equit. & 1070. pedit: (6) *Suevicus* 13391 flor. 20. Crucig. loco 13856. floren. pro 373 Equit. & 1345. Pedit: (7) *Rhenanus Superior*, 12873 $\frac{1}{3}$ flor. loco 16496 flor. pro 531 Equit. & 2531 Pedit: (8) *Weſtphalicus* 8116 flor. loco 11848. pro 400 Equit. & 1762 Pedit: (9) *Saxonicus Superior*, 8076 flor. loco 10268 pro 2601 Pedit: & 322 Equit. (10) *Saxonicus Inferior*, 8416 flor. loco 11120 pro 359. Equit. & 1703 Pedit: Summatim 80363 florenorum, 40. crucig. &c.

(*b*) TANTUM STATUUM &c. Rejicit *Schützius* J. P. Vol. I. Diſſ. 6. *c.* 2. lit. D. p. 343 opinionem *Limnæi* lib. 1. J. P. c. 7. §. 49, p. 9?, ſtatuentis, aliam eſſe matriculam, quæ nomina Statuum exprimat, & aliam, qua *die Anſchlage des Reichs*, ratione etiam Statuum contributionibus obnoxiorum, notentur; Dari utramque, poſt *Limnæum*, aſſerunt *Bæclerus* lib. 3. Not. Imp. c. 3. p. 60. *Scharſchmidius* ad *Schützium* l. c. pag. 346. *Schilterus Inſt.* J. P. lib. 1, Tit. 19, §. 7, p. 201; *Mauritius*, de *Matricula*, *c.* 9. Dn. *Cortrejus Corp. Jur. Publ.* Tom. 1, Part. 5, cap. 1, p. 1.

Digitized by Google

6. In matriculam, *primò*, referri debent omnium Statuum nomina, ſi Imperatoris & Statuum animum inſpiciamus, licet, ſummo Reipublicæ Romano-Germanicæ malo, hactenus hoc factum non ſit: *ſecundò*, onera, & quantum unusquisque Imperio contribuere debet: *quò referenda ſunt ea*, quæ olim contribuebantur ad Expeditionem Romanam. (*a*)

NOTÆ.

(*a*) ROMANAM &c. De qua legas *Carpzovium*, de L. R. *Germ.* cap. 8, Sect. 6, p. m. 206 &c. *Arumæum*, de *Comitiis*, c. 8, §. 37 &c. *Klockium*, de *Contributionibus*, cap. 1, §. 171, ad 178, p. 19, & §. 191 &c. pag. 21 & 22; *Lehmannum*, lib. 2. *Chron. Spir.* cap. 42, pag. 177, cujus verba *Speidelius*, voc. *Rœmerzug*, p. 797, repetiit; *Caſparum à Lerch*, de *Ordine Equeſtri German.* Fundament. 1, §. 59, fol. 139, aaa. *Goldaſtum*, de *Regno Bohemiæ*, lib. 2, cap. 15, p. 229 &c. *Beſoldum*, in *Theſauro Practico* voc. *Rœmerzug*, p. m. 844, ibique *Dietherrum*, in Additionibus; *Wernbergerum*, de *Matricula Imperii*, §. 24 &c. *Freherum* in Not. ad *Petrum ab Andlo*, lib. 2, cap. 6, verb: *cum copioſo Exercitu &c.* *Danielem Ottonem*, Jur. Publ. cap. 10, pag. m. 297; *Limnæum*, lib. 2. *Jur. Publ.* cap. 4, §. 107 &c. pag. 73 & 74; Ill. Dn. *Obrechtum* Diſſert. de *Expeditione Romana*, d. 23 Jun. 1679, Reſpondente Dn. *Philippo Theodorico Bernholdo*, Argentorati habita; Dn. *Schilterum*, in Comment. ad Codicem *Juris Feudalis Alemannici*, cap. 8, §. 1, p. 90 &c. *Wehnerum*, Obſ. Pract. voce *Rœmerzug*, unde ſua deſumit Dn. *Joh. Wilhelmus Itterus* de *Feud. Imperii* cap. XXI, §. 2. pag. 886. Originem expeditionis hujus repetit *Schilterus* l. c. ab Exemplo *Caroli Magni*; Conf. *Strauch.* Diſſ. de *Hoſtendit.* §. 49. *Conringii* aliorumque ſententiam depromit Dn. *Itterus* l. c. cap. 20. §. 5. p 869. &c. De Conſtitutione *Caroli Craſſi*, vid. ad præc. Tit. 4. §. 3. lit. I, p. 305.

7. *Expeditio Romana, eſt Comitatus, quem Status Imperii, vel ipſi, vel alii, loco eorum, Domino tamen grati, vel, ſoluta dimidia parte fructuum feudi illius anni, Regi Romanorum, Romam eunti, ad petendam coronam Imperialem, præſtant, ſub pœna amiſſionis feudi. 2. feud. 54. & 55.* Expeditionem Romanam jam Caroli Craſſi temporibus *fuiſſe in uſu*, quidam exiſtimant, probari poſſe ex Conſtitutione, quæ invenitur apud Goldaſt. *Tomo un. p. 108. à Welſero, Patricio Norimbergenſi*, producta primum, & *Rittershuſio, & Marquardo Frehero*, poſtmodum communicata, & ab hoc notis illuſtrata, ſub nomine Caroli Craſſi. *Vide hic Struv. in Syntagm. jur. Feud. c. 11. th. 5. p. 409.* Verùm, *Chronologia* (*a*) non congruit ætati Caroli Craſſi: & *Marquardus* non ſatis hoc excuſat, quando, errore deſcriptoris, hoc factum putat; ſtilus enim non eſt ejus temporis. Unde *Welſerus* ipſe fatetur, in Epiſtola manuſcripta ad Freherum: *quoniam aliquando ſubdubitare viſus es, an feudorum* (*b*) *nomen in vetuſtis tabulis, ante Fridericos extaret, duo nunc apographa mitto, quæ illum ſcrupulum hactenus eximant. Carolinam tamen antiquitatem conſtitutionis à te editæ, non attingunt. Bœcl. in Not. Imp. lib. 15. c. 2.* Alii, quamvis hanc Caroli Craſſi conſtitutionem non pro genuina agnoſcant, tamen expeditionem Romanam, Carolingorum tempore, fuiſſe in uſu, probare contendunt, ex *Ottone Friſingenſi lib. 2. c. 12.* ubi dicitur, fuiſſe conſuetudinem Regum Francorum, ut, in ſumenda Corona Romani Imperii, militem *ad tranſalpizandum* cogerent. Verùm, meritò dubitatur, an *Otto Friſingenſis*, niſi aliunde, ex *συγχρόνω* hiſtorico, huic rei fides fiat, ſufficiat, ut ejus authoritati fidem tribuamus. Alii, originem referunt ad *Ottonis Primi* tempora; hujus enim tempore & aliud eſt conſtitutum, circa Imperium Romanum, & fuit major ratio feudorum & Vaſallorum Imperii, quàm Carolingorum tempore.

NOTÆ.

(*a*) CHRONOLOGIA, &c. Vid. ſupra, ad Tit. IV. §. 3. lit. I. v. 2. p. 305.

(*b*) FEUDORUM &c. De Origine hujus vocabuli vix certi quid aſſerendum; *Seldenus* ultra annum mille-

milleſimum aſcendi non poſſe arbitratur; *Carolum* du *Freſne* in Gloſſario, voc. *Feudum*, p. 406 hanc vocem ſub *Carolo Craſſo* primùm auditam ſtatuentem, *Caroloque Simplice*, *Rudolpho & Lothario* Regibus, uſitatam, (*Dominico* de *Prærogativis Alodior:* cap. 15. §. 1. ex vetuſtis tabulis adſtruente,) allegat Dn. *Joh. Wilhelmus Itterus*, de *Feudis Imperii* cap. 2 §. X. p. 73. Eſt mihi documentum *Adelboldi*, Trajectenſis Eccleſiæ præſulis, quo, in *Talpiaco* Caſtro exiſtens, anno Domini *Milleſimo vigeſimo primo*, 4 Non. Januar. (adeoque imperante *Henrico Sancto*) Beneficia laudatæ Eccleſiæ recenſet vocabulo *Feudi* ſæpiſſimè utendo: *Cum Feudales Liberi Trajectenſis Eccleſiæ à Me Feudum ſuum requirerent - - - - Dux Brabantiæ eſt Liber Feudalis Eccleſiæ Trajectenſis, & tenet in Feudum Civitatem Lapideam in Tyela - - - - Comes Hollandiæ eſt Liber Feudalis Epiſcopi Trajectenſis, & tenet in Feudum Comitatum Hollandiæ - - - - Comes Ghelriæ etiam eſt Liber Feudalis Eccleſiæ Trajectenſis, & tenet in Feudum Comitatum Zutphania - - - - Comes Clivenſis eſt Liber Feudalis Epiſcopi Trajectenſis, & tenet in Feudum in Pago Batua, in ſuperiore parte ſupra Rhenum, magnam partem terrarum &c. - - - - Comes de Benthem eſt Liber Feudalis Eccleſiæ Trajectenſis, & tenet in Feudum, Burggraviatum Trajectenſem - - - Comes de Cuick eſt Liber Feudalis Eccleſiæ Trajectenſis, & tenet in Feudum multas terras, Inſulas & Decimas - - - - Comes Chore, eſt Liber Feudalis Epiſcopi Trajectenſis, & tenet in Feudum Caſtrum Chore &c.* Sub *Henricis* Imperatoribus, *Feudi* mentionem fieri, coævis Documentis probat Excell. Dn. *Schilterus*, in erudito *Commentario ad Codicem Juris Alemannici Feudalis*, ad Rubr. §. 7, p. m. 7. Conf. Idem l. c. ad cap. VIII. §. 12. p. 100. ubi dictum vocabulum tempori *Conradi Salici* convenire docet. Add. Charta Pacis, inter *Philippum*, Regem Galliæ, & *Balduinum*, Com. Flandriæ, ſub dato *Peronæ*, an. 1099 menſ. Januar. apud Dn. de *Leibnitz* part. 1 *Cod. Diplom. Jur. Gent.* §. 1, p. 1: *Ipſe* (Rex Philippus) *dimittit mihi S. Audomarum, cum pertinentiis ſuis, & Feodum de Larda, & Feodum Comitis Guynarum, & Feodum de Libera, - - - - omnia vero alia, de quibus contentio erat, inter Dominum Regem & me, ſcilicet Feoda, & Dominia, remanent in manu Domini Regis &c.* In Chronico *Laurishamenſi*, apud *Freherum* T. 1. *Rer. Germ.* p. 89, legitur ad an. 1106, de *Lothario* Cæſ: *Quicquid Feodi Godefridus, Palatinus Comes, in ſupremò vitæ articulo, de manu noſtra tenuit, eo vos veſtimus &c.* Longè antiquiora reperiri teſtimonia, eandem vocem præ ſe ferentia, extra dubium eſt; eſſe verò ea ſubleſtæ fidei, dudum probavit Ill. Dn. ab *Eyben*, *in Electis Juris Feudalis*, cap. 1, §. 8, unde ſua hauſit Ill. Dn. *Thomaſius*, in Diſſ. *De Authore, Fato, vetuſtate & raritate libri veteris, De Beneficiis*, ab Ill. Dn. *Chriſtiano Wilhelmo ab Eyben*, antiquo meo Patrono, an. 1708, ſibi communicato, §. 16, p. 197 &c.

8. Hic Comitatus ſine dubio non minus ſplendidus fuit, quam formidandus. Hinc in Receſſu Imperii *zu Wormbs 1521. §. 30. Auch haben uns &c. der Ræmer Zug*, appellatur, *eine groſſe tapffere Hülff, am teutſchen Kriegs-Volck, zu Roß und Fuß, und beſtehet in 20000. zu Fuß und 4000. zu Pferd: hic tamen numerus* nunquam eò usque aſcendit.

NOTÆ.

(a) ROEMERZUG &c. Mentio Ejus fit in R. J. Norimberg. de an. 1522. princ. ibi: *Und nachdem Uns Churfürſten, Fürſten und Stände des H. Reichs, zu Unſerm und Teutſcher Nation endlichen Fürnehmen, und Erlangung Kayſerlicher Cron, 4000. zu Roß, und 20000. zu Fuß, 6. Monat lang, bewilliget, und unſer Will und Gemüth auch endlich geſtanden, ſolche zu Unſerm Zug, nach Rohm, zu gebrauchen &c.* Conf. Eundem Rec. §. 6. *Und was alſo &c.* Et R. J. Norimb. de an. 1524. §. 30. *Item als auch &c.* R. J. Spirenſ. de an. 1529. §. 16. *Zum andern ſo viel &c.* R. J. Spirenſ. de an. 1542. §. 14. *Wann nun aber &c.* Et §. 15. *Und damit niemand &c.* R. J. Norimb. de an. 1543. §. 7. *Und demnach haben &c.* ibi: *Die einfache Hülffe, welche, nach dem Romzug, der zu Wormbs Kayſ. Maj. bewilliget, angeſchlagen und in einer Summa 20000. zu Fuß, und 4000. zu Roß, macht &c.* R. J. Spir. de an. 1544. princ. & §. 6. *Und damit &c.* R. J. Auguſt. de an. 1548. §. 95. *Wiewohl nun &c.* R. J. Ratiſbon. de an. 1557. §. 43. *Wann es aber uns &c.*

9. Hodie, quamvis *poſt tempora (a) Caroli V.* non amplius ſit in uſu, tamen contributio-

butiones in Imperio adhuc ſolent *(b)* fieri ad modum Expeditionis Romanæ, *und werden dem Kayſer zuweilen zwey, drey, (c) oder mehr Ræmer-Monat accordiret.*

NOTÆ.

(*a*) CAROLI V, &c. Quippe qui ultimus Coronam Romanam impoſuit.

(*b*) SOLENT FIERI &c. Vid. *Klockius*, de *Contributionibus*, cap. 1, §. 221, p. 22; *Carpzovius*, de L. R. *Germ.* cap. 8, Sect. 6, §. 8 &c. pag. 207; *Mylerus ab Ehrenbach*, de *Principibus Imperii*, part. 3, cap. 97, §. 5, p. 826; *Reinkingius*, de *Regim. Sec. & Eccleſ.* Claſſ. 3, cap. 8, §. 29 & 30, p. 227 & 228; *Obrechtus*, de *Expedit. Romana* t. 21; *Rhetius* Inſt. J. P. lib. I. Tit. 4. §. 56, p. 172 & 173; *Schilter*, Comment. ad *Jus Feud. Aleman.* cap. 8, §. 1, p. 90.

(*c*) ZWEY, DREY &c. Nonnunquam plures, v. g. Anno 1541. *wurden drey Ræmer-Monat bewilliget.* Anno 1544. 6. Anno 1548, 6. Anno 1551, 6. Anno 1557, 16. Anno 1564, 1. *wider den Türcken;* Anno 1566, 24, *Augſpurgiſche eylende Türcken-Hülffe.* Anno 1567, 10. *vor Gothaiſche* Execution; Anno 1569, 24; Anno 1570. 12 *vor Speyriſch Baugeld.* Anno 1576. *einen halben Monat vor Moſcowitiſche Legations-Unkoſten;* Anno 1576, 60. *vor Defenſions-Hülffe zu Regenſpurg;* Anno 1582, 40. *vor die Augſpurgiſche Türcken-Hülff;* Anno 1594, 20. *vor Regenſpurgiſche Türcken-Hülffe;* Anno eodem 60. *vor* Continuation; Anno 1598, 60. *vor* Continuation; & Anno 1603, 86. *vor* Continuation *gedachten Kriegs;* Anno 1613, *haben die Catholiſchen Staude allein, auf dem Reichs-Tage zu Regenſpurg,* 30. *Monat bewilliget.* Anno 1641, 120. Vid. R. I. Ratisb. de an. 1641. §. 69. *Nicht weniger &c.* Exceptis Civitatibus Imperialibus, quæ ſaltem in 60 conſenſere; Vid. *Lundorp.* Tom. IV, *Act. Publ.* cap. 44, p. 1101; Comitibus Hohenloicis, ex conceſſione Cæſarea, non niſi 40 ſolventibus; vid. l. c. Tom. V, lib. 2, cap. 7, pag. 752. Anno 1648, 133½ *zu der Schwediſchen* Satisfaction, *welche auf* 5. *Million Thaler beſtund &c.* Vid. Conſiderationes Civitatum Imperialium, circa admiſſionem Nobilitatis Immediatæ, ad votum & ſeſſionem in Comitiis, Conſid. 12; An. 1652, 100, *dem* Inſtr. Pacis *ein Genügen zu thun;* Vide Querelas Circuli Saxonici Inferioris, apud *Lundorpium*, Tom. VI, lib. 4, cap. 188, pag. 686, §. *Mit* Ratishabition; & p. 688, §. *Es werden auch;* & *Theatr. Europ.* Tom. VII, p. 298. Anno 1653, 60. Anno 1663, 30. Oct. 40. *Monat*, contra Turcas. Vid. *Lundorp.* Tom. VIII, lib. 9, cap. 238, p. 981. An. 1678, 180, *zu Behuf künfftiger Winter-Quartier;* Vid. *Lundorp.* Tom. X, lib. 11, cap. 201, §. 3, pag. 723. An. 1686, 50, *zum Türcken Krieg;* Vid. *Lundorp.* Tom. XII, cap. 166, §. 9 ad 12, p. 582, & §. 26, p. 594. Anno 1687, 100; *zum Türcken-Krieg.* Anno 1689, 200; contra Gallos & Turcas; Vide literas Cæſareas ad Senatum Ratisbonenſem, de h. a. 21. Nov: *Euch iſt vorhin zur Genüge bekandt, was maſſen faſt alle Churfürſten, Fürſten und Stände, ohngeacht dieſelben groſſen Theils denen feindlichen Excurſionen ſo wohl, als denen unvermeidentlichen Marchen und Remarchen, auch würcklichen Einquartirungen, Unſerer und der anderen Reichs-Vælcker unterworffen, und dabeneben zu Verſchaff- und Beyführung des Proviants und Fourage, groſſe Koſten aufwenden müſſen, doch über alles daſſelbe, in Betrachtung der zu gegenwärtiger Defenſions-Verfaſſung, benæthigten, faſt unerſchwinglichen Speſen,* dem Publico, *mit einem Beytrag von zweyhundert Ræmer-Monaten, zu Hülffe zu kommen, übernommen haben &c.* An. 1702, petiit Cæſar alios 200 menſes; Vid. *Fabri Staats-Cantzley*, Tom. VII, p. 733, placuitque Imperio modus, anno 1681 propoſitus, vi cujus tempore pacis, Exercitus 80000. & tempore belli, 120000 armatorum, paratus haberetur l. c. pag. 736, citra conſequentiam vero l. c. pag. 742 &c. Conf. Tom. VIII, cap. VI, pag. 419, 430, 436, 449, & 506. An. 1703, 19 Mart. conceſſi, *ſex* menſes, *zu* providir*ung der Feſtung Philipsburg;* & 20 Ej. *Uns, an Printz* Louis *von Baden, wegen Alt-Vatterlichen* Salarii *am Kammer-Gericht;* An. 1706, *Uns, an den* General *von Thüngen.* Ut taceam de recentioribus.

10. Effectus Matriculæ eſt, *præſumptionem* (*a*) juris præbeat, eſſe aliquem Statum Imperii. *R. J.* 1548. §. *Und ſoll unſer Kayſerlich Cammer-Gericht, nicht allein in Sachen, ob ein Stand billich oder ohnbillich ausgezogen ſeye, ſondern auch, ob einer des Reichs Anſchlæge befreyet, darwider, wie in ſolchen Fællen recht iſt, præſcribirt, oder ſonſt, aus erheblichen rechtmæſſigen Urſachen, ſeine Hülffe in das Reich zu thun ſchuldig, und zu dem allen, ob er dem gewinnenden Auszieher,* cum onere *ſeines Anſchlags, oder frey, heimfallen ſolle, wie ſich das, nach Gelegenheit der Sachen, aus den* Actis *befindet, nach Anweiſung gemeiner Rechten, zu erkennen, und endlich zu ſprechen haben.* *R. J.* de anno 1551. §. *Nachdem auch auf angeſtellten Craißtag. R. J.* de anno 1576. §. *wann auch zu Franckfurth.* quæ contraria probatione elidi debet, *ut patet ex fine*

hujus

hujus §. Semper enim, quod in inſtrumento ſcriptum eſt, præſumitur verum, usque dum manifeſtiſſimis probationibus elidatur. *§. 11. J. de inutil, ſtip. Conſ. l. 13. de Advocat. diverſ. jud.* Exiſtimant alii, matriculas planè nihil probare; *Primò, ex l. 10. ff. de decur*, ubi dicitur: Sola albi proſcriptione, minime Decurionem factum, qui ſecundum legem Decurio creatus non ſit. *Secundò, ex l. 16. C. de teſtam. milit.* ſcriniarios, vel apparitores, qui virorum magnificorum magiſtrorum militum juſſionibus vel actibus obtemperant: etſi nomina eorum matriculis militaribus referri videantur, nullatenus tamen in ultimis à ſe conficiendis voluntatibus, juris militaris habere facultatem decernimus. *Ad l. 10.* Rſ. ſola albi proſcriptione, nemo fit Decurio, niſi iſta ſit legitima, de qua nos loquimur: de illegitima loquitur *l. 10. Ad l. 16. Scriniarii in l. 16.* non ideo in teſtamentis conficiendis non gaudent privilegiis militaribus, quia non ſunt milites; tales enim ſunt, *l. 2. C. d. apparit. mag. milit.* ſed quod hoc privilegium tantùm iis ſit conceſſum, qui ſunt in caſtris. *pr. J. de teſtament. milit. & C. eodem.* Alii *ex l. 10. ff. de prob.* putant, eam plenè probare, ubi Marcellus Juriſconſultus ait: *Cenſus & monumenta publica potiora teſtibus eſſe Senatus cenſuit. juncta. l. 8. C. qui teſt. fac. poſſ.* Sed huic opinioni contraria ſunt, quæ jam ex Receſſibus Imperii allegavimus: & illud, quod *in l. 10. dicitur*, verum eſt, ubi inſtrumentum omni ex parte eſt perfectum; id quod de matriculis noſtris dici non poteſt, *ut patet ex eod. R. I. 1548. §. Dieweil auch etliche Stænde in die Reichs-Anſchlæge kommen ſeynd, aber zweiffelhafft iſt, ob dieſelbe gewiß ſeyn mægen, oder nicht.*

NOTÆ.

(*a*) PPÆSUMPTIONEM JURIS &c. Ita *Conringius* de *Civibus Imperii, t.* 49. *Reinkingius* de R. S. & Eccl. lib. 1, claſſ. 4. cap. 1. §. 20. pag. 326. & quos præced. §. 1, lit. c, nominavi, præſuppoſito, publica autoritate eam confectam; quod ſi de nullitate deſcriptionis conſtaret, eo caſu, nec præſumptivè eam probaturam, fatetur *Reinkingius* l. c. Ego arbitror, etiam de perfectiori dicendum, eam præſumptivè ſaltem probare, aliquem vel eſſe Statum, vel fuiſſe, quam poſteriorem phraſin non omitti mallem, cum prior defendendæ præſumptioni veræ non ſufficiat. Confer. omninò de his Authores, à *Bœclero* lib. 3. *Not. Imp.* c. 3. §. 2. p. 60. Dn. *Werlhofio*, *Jur Ennucl.* ſpecim. I, cap. 1. Procemii *t.* 10, lit. g, pag. 69 & à me, præced. §. 1, lit. c, productos.

11. *An matriculæ antiquæ (a) etiam præſumptionem præbeant, ſi aliquis in recentioribus, & in illa de anno 1521. ſit omiſſus?* quidam negant; quia præſumitur jure eſſe omiſſus; *& Fiſcalis primò* Imperii turpitudinem allegaret, ſi per negligentiam ipſum omiſſum diceret: tum *ſecundò*, quia matriculæ omnium conſenſu conficiuntur, ſi aliquis injuria fuiſſet omiſſus, conqueſtus eſſet. *Alii* eas ſufficere exiſtimant, ad probandam quaſi-poſſeſſionem dignitatis Status Imperii: etſi illud, quod ſit omiſſus in poſterioribus, non poſſit eſſe fraudi Imperii, niſi probetur legitimè aliquem Cæſaris & Statuum voluntate ex matricula deletum eſſe; minus ritè enim deletus pro non deleto habetur, & paria ſunt, aliquid non fieri & minus legitimè fieri. *l. quoties ff. qui ſatisd. cog.* hæc omnia valde diſputata ſunt *in cauſa Braunſchweig* contra *Braunſchweig, & in cauſa Bremenſi.* Si verum fateri volumus, qui omnem probationem antiquis matriculis negant, non nituntur firmis rationibus; quia in tanto Statuum numero & tot, circa illorum conditionem, controverſiis, aliqui omitti potuerunt, citra omnem turpitudinem; & licet omnes ad Comitia vocari debeant, tamen facile in eo peccari poteſt, ut quidam, qui vocari debent, non vocentur. Quomodo autem is, qui vocatus non eſt, ſui juris rationem habebit, & proteſtationes interponet?

NO-

NOTÆ.

(*a*) ANTIQUÆ &c. Fundatur diviſio Matricularum in Antiquas & Recentiores, in R. I. Spirenſi, de an. 1570. §. *Wann daun darneben &c.* Conf. *Meichſner.* Tom 3. *Cameral.* Deciſ. 6. fol. 66. *Reinking.* de *Reg. Sec. & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 4. cap. 1. §. 21. pag. 326. Add. *Bæckleri Not. Imp.* lib. 3. c. 3. §. 2. p. 60; ubi ſimul negat, antiquas probare Statum Imperii; ſecus ac Deputatus Illuſtriſſ. Comitum Suevicorum, in Comitiis an. 1641, 10-20 Julii, expoſito Voto, apud *Lundorpium*, Tom. V, *Act. Publ.* §. 132, p. 460, arbitratur: *Diejenige, die einmahl in den altern Reichs Matriculn befindlich, ſeynd dem Reich noch für zu gebærig zu halten, ungeachtet ſie in folgenden Matriculn ausgelaſſen; alſo, daß dis Orts keine* præſcriptio contra Imperatorem & Imperium *ſtatt haben kan.* Sub appellatione antiquarum venire omnes, quæ ante annum 1521, confectæ, Dn. Author præced. §. 5. monuit.

12. In tanto matricularum numero, reliquis illa præfertur, quæ facta eſt *Wormatiæ* 1521. (*a*) R. anno 1576. *§. Wann auch zu Franckfurt nechſt dis* Dubium *erreget worden, welche Reichs-Matricul für Augen zu haben, darauf man ſich im votiren und erkennen, fundiren ſolte: Weil dann ohnverborgen, daß die Matricul im Jahr der mindern Zahl, zwantzig ein, mit Rath und Bewilligung gemeiner Standen aufgericht, für Unſer und des Heil. Reichs gerechte und gewiſſe Matricul zu halten, davon auch in Unſerm, und des Reichs Abſchieden &c.*

NOTÆ.

(*a*) ELECTORES &c. Peculiari ſtudio Electorum materiam examinarunt: *Simon Schardius*, de *Origine Electorum*, Argentorati, 1608; *Chriſtophorus Gewoldus*, de *Septemviratu S. R. Imperii*, Auguſtæ 1621; *Michael Schiferer*, de *Origine & poteſtate Electorum S. R. I.* Gieſſæ, 1626; *Hermannus Conringius*, de *Septemviris*, ſeu *Electoribus Regni & Imperii Germanorum*, Helmſtadii, 1644, quæ Diſſertatio *quintam* conſtituit Operis Ejus de *Republica*, pag. 181 &c. nec non Exercit. X, ejusdem Operis: *De Officialibus Imperii Romano-Germanici*, an. 1669, Reſp. *Conrado Friedrico de Burgſtorff*, defenſa. *Jo. Freinshemius*, de *Electorum & Cardinalium præcedentia*, Argent. 1663; *Bernhardus à Mallinkrot*, de *Archi-Cancellariis S. R. I.* Jenæ, 1666; *Ericus Mauritius*, Diſſ. de *Origine Electorum, & Comitiis Electoralibus, vulgo Wahltægen*, Kilonii, 1667; *Johannes Georgius Kieffer*, de *Origine & poteſtate Electorum*, Argent. 1671; *Abrahamus Urbanus*, Diſſ. Inaug. de *S. R. I. Electoribus*, defenſa Argentorati, an. 1674, 1 Junii. *Joh. Chriſtophorus Wagenſeil*, & *Carolus Wilhelmus Welſer à Neunhoff*, Comment. de *S. R. I. Summis Officialibus, & eorundem Sub-Officialibus*, Altdorf. 1686; *Henricus Güntherus Thulemarius* de *Octoviratu*, ſeu de *S. R. Imperii Electoribus*, Francof. 1688; *Tobias Fridericus Linck*, Diſſ. de *Comitiis Electoralibus*, quæ *Churfürſten-Tæge*, & Collegial-*Tæge* dicuntur, Præſide Dn. *Samuele Rachelio*, Kilonii an. 1690, habita; *Chriſtianus Fridericus Thomſen*, Diſſ. Inaug. de *Electore Octavo*, publico examini ſubjecta Argentorati, an. 1693; *Caſſander Thucelius*, *in Electis juris publici curioſis, vorſtellende das alte Fürſtenrecht, ſamt dem Novemviratu*, Francof. & Lipſ. 1694; *Johannes Erneſtus Crüger*, Diſcurſ. de *Juribus Novemvirorum*, Colon. Brandenb. 1696; *W. Gabriel Pachelbl. à Gehag*, Diſſ. de *Originibus Electorum, Chriſti etiam nativitate non junioribus*, Reſpondente *Chriſtiano Nicolao Hoppio*, Halæ Saxon. 1705 ventilata. Meminit etiam JCt. celeber. Dn. *Burcardus Gotthelffius Struvius*, in *Bibliotheca Juris Selecta*, cap. XI, §. 17, p. m. 422. *Æmilii Chreggrene*, ſeu, bene ordinatis literis, *Michaëlis Geringeri*, Velitationis: De *Septem S. R. J. Officialibus*, quam nondum vidi: Faciunt inſuper hanc in rem: *Miſcellanea Juris Publici Curioſa de Novemviratu, beſtehende in folgenden Fragen:* (1) *Ob der Neunte* Electorat *eingeführt werden kœnne?* (2) *Ob ſolcher, ohne Mit-Einwilligung und* Conſens *der Fürſten und Stænde des H. R. Reichs, beſchehen mœge?* (3) *Ob es rathſam ſeye, daß ſelbiger* de præſenti introducirt *werde?* De anno 1692. It. *Schreiben an einen Geſandten zu Regenſpurg, den neundten Churfürſten betreffend; gedruckt in Hamburg*, an. 1693; It. *Unvorgreifliches* Sentiment *über die neue Hanoveriſche Chur-Würde; gedruckt* 1693. De Scriptoribus Juris Publici, qui de Electoribus in genere tractare ſolent, nihil addo, quia omnes producendos haberem.

(*b*) ARCHIOFFICIALES &c. *Reges Francorum negotia Regni per Majores Aulæ Regiæ adminiſtrabant, id eſt, per Dapiferum, Coneſtabulum ac Camerarium* &c. Ita *Albericus*, Monachus trium Fontium, ad an. 636, p. m. 67. *Pincernam* addit vetuſtiſſima Conſtitutio de *Expeditione Romana*, cujus Tit. IV, §. 3, lit. i, v. 2, p. 305, memini, ibi §. 6: *Singuli vero Principes ſuos habent Officiarios ſpeciales: Marſcalcum, Dapiferum, Pincernam, & Kamerarium &c.* Arvernorum Præſulem, *Bonitum*, in Aula *Sigeberti* Regis, primò *Pincernarum Principis*, deinde *Referendarii*, munere fuiſſe functum, ſeq. Tit. XIV, §. 6.

Digitized by Google

§. 6, lit. b, oſtendam. *Sunnegiſilum*, *Comitem Stabuli* Regis *Childeberti*, celebrat *Gregorius Turonenſis*, lib. IX, cap. 38, p. 210; *Illuſtris Deſiderius*, *Theſaurarius Dagoberti*, occurrit in Vita *S. Deſiderii*, *Caturcenſis Epiſcopi*, cap. 8, apud *Labbeum*, T. 1, *Bibliotheca MS.* pag. 703; De *Taltone*, *Camerario Dagoberti*; & *Wandalmaro*, *Camerario Guntramni*, Regum vid. l. c. §. 12, lit. b. Memor *CAROLI MAGNI* Poeta Saxo, *Arnolpho* coævus, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.* p. m. 131, ad an. 782, canit:

Unde Palatinis ad Se tribus Ipſe vocatis
Principibus, quorum fuerat Camerarius unus
Regis, Adalgiſus. Geilo, Stabuli Comes, alter,
Ductores Exercituum fore juſſit eosdem &c.

Camerarium nominat Auctor Vitæ Ipſius, apud *Reuberum*, ad an. 791, p. 28: *Partem* (exercitus, in Hunnos, ducendi) *Theodorico Comiti*, & *Meginfredo*, *Cubiculario ſuo*, *committens*, *eos*, *per Aquilonarem Danubii ripam*, *iter agere juſſit &c.* Conf. *Adelmus*, *Annal. Franc.* ad an. 791, apud *Freherum*, pag. 399. *Cujus* (exercitus) *partem Theodorico Comiti*, & *Meginfredo*, *Camerario ſuo*, *committens*, *eos*, *per Aquilonarem Danubii ripam*, *iter agere juſſit &c.* & *Chronographus Saxo*, ad an. 791, p. m. 127: *Ut Hunis bellum inferret*, *per Bajoariam iter diſpoſuit*, *diviſoque exercitu*, *Theodoricum Comitem*, & *Meinfredum*, *Camerarium ſuum*, *cum una parte*, *per Aquilonare Danubii latus*, *ire juſſit &c.* *De Dapifero*, ait *Eginhartus*, in Ipſius vita, apud *Freherum*, p. 436: *In quo prælio*, (quo Vaſconia debellata) *Eggihardus*, *Regiæ Menſæ Præpoſitus*, *Anshelmus*, *Comes Palatii - - - - interficiuntur &c.* Alius habetur, in Annalibus *Reuberianis*, ad an. 786, p. 26: *Miſſus illuc* (in Britanniam) *Regiæ Menſæ Præpoſitus*, *Ardulfus*, *perfidæ Gentis contumaciam*, *mira celeritate compreſſit &c.* Eadem affert *Adelmus* l. c. ad h. a. pag. 396, rectius tamen legens: *Adulfus*, quem Annales *Pithœani*, h. a. pag. 11, & *Fuldenſes* h. a. pag. 7, *Seneſcalcum*, & *Regino*, an. eod. *Principem Cocorum*, ſeu Coquorum, vocant. *Chronographus Saxo*, an. eod. p. 126, vocabulo *Præpoſiti Menſæ Regiæ* utitur. *Pincernam*, innuit Auctor Vitæ Ejus, apud *Pithœum*, ad an. 781, p. 245: *Miſit Papa*, *Adrianus*, *Formoſum & Damaſum Epiſcopos*, *una cum Miſſis Domini Regis*, *Caroli*, *Riculfo*, *Diacono*, & *Eberardo*, *Magiſtro Pincernarum* &c. Nomen *Mareſchalci*, habes ibidem, ad an. 807, p. 270; *Eodem Anno*, *Burchardum*, *Comitem Stabuli Sui*, *cum Claſſe*, *miſit in Corſicam &c.* Sic & *Regino*, an. eod. *Burchardum*, *Comitem Stabuli Sui*, *quem corruptè Conſtabulum appellamus*, *cum Claſſe miſit in Corſicam &c.* Conf. *Conring.* de *Republ.* Diſſ. IV, de *Ducibus & Comitibus Imperii*, §. 35, p. m. 174. De Aula LUDOVICI PII loquens *Hincmarus*, Epiſt. 3, cap. 16, pag. 17, in genere inquit: *Poſt eos*, (Cancellarios) *Sacrum Palatium*, *per hos Miniſtros diſponebatur*: *Per Camerarium videlicet*; *Comitem Palatii*; *Seneſcalcum*; *Buticularium*; (Pincernam, vid. Du Freſne, voc. Buticularius, pag. 658) *Comitem Stabuli*; (Marſchalcum, vid. ſeq. Tit. 14, §. 11, lit. b.) In ſpecie *Camerarii* mentio fit, in Ejus vita, apud *Pithœum*, ad an. 817, pag. 370, ibi: *Reginardus*, *Præpoſitus Cameræ Regalis &c.* In Annalibus *Reuberianis*, ad h. a. pag. 43, habetur: *Reginhartus*, *Cubicularius Ejus &c.* & apud *Adelmum*, *Freheri*, an. eod. pag. 418: *Reginhardus*, *Camerarius Ejus &c.* Succeſſor fortè fuit *Bernhardus* ille, de quo *Annales Pithœani*, ad an. 828, p. 391: *Bernhardum*, *eatenus Hiſpaniarum partium & limitum Comitem*, *Cameræ ſuæ præfecit &c.* Quæ Auctor vitæ Imperatoris Noſtri, apud *Freherum*, pag. 460, cap. XI, an. eod. repetit; *Annales Reuberiani*, an. eod. pag. 33, adhibent *Camerarii* vocabulum: *Bernhardum*, *Comitem Barcinonæ*, *qui eatenus in Marca Hiſpaniæ præſidebat*, *Camerarium in Palatio ſuo conſtituit &c.* Quod etiam in Codice *Viennenſi*, apud *Lambecium*, lib. 2. *Comment. Biblioth. Vindobon.* cap. 5, p. 345, & in *Annalibus Adelmi*, apud *Freherum*, p. 432, oſtendis. Notus inſuper Ejusdem *Marſchalcus*; ſic enim *Annales Freheriani*, ad an. 833, pag. 464, *Pithœani*, p. 401, & *Reuberiani*, pag. 57; *Willelmus* (Wilhelmus) *Comes Stabuli &c.* nec non *Borgaretus*, *Præfectus Venatoribus Regalibus*; Vid. *Annales Freheriani*, ad an. 837, p. 469; *Pithœani*, pag. 412, & *Reuberiani*, p. 61. LUDOVICI II. Imp. Diploma quoddam ſubſcripſit: *Hechideus*, *Comes*, & *Primus Pincernarum &c.* Vid. *Du Freſne*, voc. *Pincerna*, p. 281. De CAROLO CALVO ait *Aimoinus* lib. 5, de *Geſtis Francor.* cap. 38, pag. 490: *Ludovicus*, *Rex Germaniæ*, *perſuadente Engilranno*, *quondam Caroli Regis Camerario & Domeſticiſſimo - - - - ad Attiniacum venit &c.* De *Theodorico*, *Camerario LUDOVICI III*, teſtantur *Annales Bertiniani* ad an. 878 & 879; *Du Freſne*, voc. *Camerarius*, pag. 702. Cum OTTO MAGNUS, an. 936, *Aquisgrani* inaugurare-tur, *Sacrificio ſolenniter celebrato*, *deſcendebat Rex ad Palatium*

latium, & accedens ad menſam marmoream, Regio apparatu ornatam, reſedit cum Pontificibus, & omni Populo: Duces vero miniſtrabant: Lothariorum Dux, Giſelbertus, ad cujus poteſtatem locus ille pertinebat, omnia procurabat: (tanquam Magiſter Palatii) *Eberhardus*, (Francorum Dux) *Menſæ præerat*, (Dapiſerum egit) *Herimannus, Franco*, (Dux Alemanniæ) *Pincernis; Arnulfus*, (Dux Bavariæ) *Equeſtri Ordini, & eligendis locandisque Caſtris, præerat &c.* (Archimareſchalli munus obiit;) Conf. *Lehmannus, Chron. Spirenſ.* lib. 5, cap. 3, p. 387; *Freherus, Orig. Palat.* part. 1, cap. 15, p. m. 124; *Conringius*, Diſſ. de *Septemviris*, quæ quinto loco venit, in Opere de *Republica*, t. 49, p. 211, & Diſſ. de *Officialibus Imperii*, quæ *decima* eſt laudati Operis; t. 12, p. 546 & 547, rectius 646 & 647; *Schilterus, de Libertate Eccleſiar. German.* lib. 3, cap. 8, §. 10, p. 378; *Bœclerus, Hiſt. Seculi IX & X*, in vita *Ottonis I*, p. 183; Ill. Dn. *Coccejus, Juriſpr. Publ.* cap. 12, §. 5, pag. 219; Dn. *Ludewig*, de *Formula Ducatus Brandenburgici*, §. 7, p. m. 62; Dn. *Tolnerus Hiſtor. Palat.* cap. VI. p. 165, alii. Solennitatem, qua an. 985, OTTO III, Paſchatos feſtum, *Quedlinburgi* peregerit, depingens *Ditmarus* Merſeburgicus, lib. 4, apud Dn. *Leibnitium*, de *Script. Rer. Brunſuic.* pag. 349, ſuppeditat ſequentia: *Quatuor miniſtrabant Duces: Henricus*, (Bavariæ) *ad Menſam:* (veluti Archidapiſer) *Conradus*, (Alemanniæ) *ad Cameram: Hecil*, (Ezo, C. P. R.) *ad Cellariam:* (quod *Pincernam* demonſtrat) *Bernhardus*, (Saxoniæ Dux) *Equis præfuit;* (Archimareſchalli munus exercendo) Conf. *Andr. Witichindus, Geneal. Sax.* part. 1, c. 13, & 15; *Freber.* l. c. p. 126; *Lehmannus* l. c. p. 388; *Schilterus* l. c. p. 379; *Bœclerus* l. c. in vita *Ottonis III*, p. m. 370; *Conringius*. de *Officialibus Imperii*, l. c. t. 13, pag. 547, rectius 647; Ill. Dn. *Coccejus* l. c. §. 6, p. 219; Dn. *Ludewig* l. c. Dn. *Tolnerus* l. c. & cap. 9, pag. 247. HENRICUM SANCTUM habuiſſe Camerarium, *Erminoldum*, diſcimus ex *Ditmaro*, lib. 5, l. c. p. 366: *Vulneratur inſuper Erminoldus, Imperatoris Camerarius &c.* De CONRADO SALICO, in genere ſcribit *Wippo* in Ejus vita, apud *Piſtorium* p. m. 428: *In diſpoſitione Curiali, quem Rex Majorem Domus ſtatueret, quos Cubiculariorum Magiſtros*, (Camerarios) *quos Infertores* (Dapiferos) *& Pincernas, & reliquos Officiarios, ordinaret, diu non eſt ſuperſedendum &c.* In ſpecie, ad an. 1038, p. 442: *In ipſa die Nativitatis Domini, inter Teutonicos, & Cives Parmenſes, magna ſeditio orta eſt, & quidam bene valens Vir, Cunradus, Infertor Ciborum Imperatoris, cum aliis interfectus eſt &c.* Conf. *Schilterus* l. c. Ab hoc tempore, ad ætatem usque FRIDERICI I, nullam, vel rarò, *Officialium* fieri mentionem, rectè monet *Conringius* l. c. t. 13, p. 547 (647) & ad *Lampadium*, part. 3, cap. 4, t. 23, p. 162 & 163; tunc autem, occurrit *Fridericus de Aſia, Camerarius Imperatoris*, vid. *Res Laudenſes Acerbi Morenæ*, ad an. 1162, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 837; traditque *Arnoldus Lubecenſis*, lib. 3. *Chron. Slavor.* cap. 9, §. 4, p. 319, Comitiorum Moguntinenſium an. 1184 memor: *Officium Dapiferi, ſeu Pincernæ, Camerarii, ſeu Marſchalci, non niſi Reges, vel Duces, aut Marchiones, adminiſtrabant &c.* Conf. *Conring.* de *Officialibus Imperii*, t. 13, pag. 547. (647) Dn. *Coccejus* l. c. §. 8, p. 221; Oſtendunt hactenus dicta, Officia hæc nullis certis Familiis huc usque annexa fuiſſe, ſed, pro lubitu, à Cæſaribus, in bene de ſe & Imperio meritos collata; proptereaque *Speidelium*, voc. *Erb. Aempter*, p. m. 245, non ſatis accuratè ſcribere: *Otto III Imperator, Illuſtriſſima hæc Officia in certas Familias diſtribuit, & perpetua atque hæreditaria fecit, &, ut penes eosdem, ac ſolos illos, eſſet jus ac poteſtas eligendi Romanorum Imperatorem, conſtituit;* ad auctoritatem licet *Freberi*, part. 1. *Orig. Palat.* c. 15, p. m. 126; *Gewoldi*, de *Septemvir.* cap. 10; *Clutenii, Syllog. Rer. Quotidian.* cap. 24, lit. e, & *Windeckii*, de *Origine Principum Electorum*, cap. 14. provocet. Ex *Arnoldi* verbis vero haut vanè aſſeri poſſe arbitror, *Fridericum Primum* Imperatorem hereditaria ea reddidiſſe, quandoquidem ſermo ſit *Regum, Ducum, Marchionumque*, qui, Moguntiæ, *Dapiferi, Pincernæ, Camerarii, & Mareſchalli*, muneribus functi ſint, id quod in Familias, quibus vel adhuc hodie idem facere competit, optimè quadrat. Quis enim neſcit *Bohemiæ* Regem, eſſe *Archi-Pincernam Imperii;* Ducem, Comitemve Palatinum, Rheni, *Archi-Dapiferum;* Ducem Saxoniæ, *Archi-Mareſchallum;* & Marchionem Brandenburgicum, *Archi-Camerarium?* Jam porrò liquet, tanto Eum amore *Uladislaum* Bohemum fuiſſe proſecutum, ut an. 1158, ex Duce, Regem crearet; vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 131. Hinc admodum veriſimile, per *Regem*, atque *Pincernam*, eundem intelligendum; præſertim, ſi *Rudolphi I*, Imp. Conſtitutionem circa *jus Electoratus, Bohemiæ Regibus in Imperio competens*, an. 1290, 6. Cal. Oct. in favorem *Wenceslai* Regis, Generi ipſius Erſordiæ editam, apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Conſtit. Imp.* pag. 86, & lib. 3, *Regn. Bohem.* c. 5, *Limnæum*, lib. 3. *Jur. Publ.* cap 8, §. 3, p. 83; *Gewoldum de Septemviratu*, cap. 9, p. 178; *Lambecium*, lib. 2. Comment. *Biblioth. Vindobon.* cap. 8, p. 830, & *Freherum* de *Scriptoribus Rerum Bohemicarum*, p. 115 & 116, intueamur, ubi: *Principum, Baronum, Nobilium, & Procerum Imperii, nec non Veteranorum communi aſſertione, & concordi teſtimonio comperimus aſſonante, ipſum Regem Bohemiæ,*

Impe-

Imperii debere Pincernam exiſtere, & jus ac Officium Pincernatus apud Eum, nec non Ejus hæredes, jure hæreditario, reſidere &c. &, paucis interjectis; *Hæc vero Jura Pincernatus & Electoratus, nedum dicto Regi, & ſuis hæredibus, didicimus competere, ſed etiam ſuis Progenitoribus, Abavis* (i. e. præfato Uladislao) *Atavis, Proavis, & Avis, pure pleniſſimè competebant &c.* Quorſum etiam ſpectant teſtimonia reliqua, quæ ſeq. §. 3, lit. g, proferam. Nec dubito, quin, per *Dapiferum*, Cæſaris frater, *Conradus*, intelligendus veniat, quippe qui, ut præced. Tit. XI, ſ. 1, lit. b, v. 7, pag. 939, in Ejus vita, oſtenſum, Ducatui Rhenano, tanquam *Comes Palatinus Rheni*, tunc præfuit. Inſerviunt conjecturæ teſtimonia *Alberti Stadenſis, Martini Poloni, Speculi Saxonici*, aliorumque, de quibus ſeq. §. 2 & 3. evolvas, unanimiter *Palatino Dapiferi* munus vindicantium. De *Saxoniæ* Duce, *Archi-Mareſchallo*, adhuc minus dubii eſt; eum de nullo alio *Archi-Mareſchallo*, ab iſta ætate, conſtet, præter quod dicti teſtes omnes hoc titulo eum compellent; inſuperque Cæſar, *Fridericus*, *Bernhardum*, Aſcanium, proſcripto *Henrico Leone*, modis omnibus extolli curaverit. Par ratio militat pro *Ottone*, Marchione *Brandenburgico*, *Alberti Urſi*, filio, *Bernhardique*, Aſcanii, fratre, ab eodem Cæſare de Marchia, hæreditario jure & poſteris ipſius obventura, inveſtito; expreſſis ſiquidem verbis, hoc titulo occurrit, in Epiſtola *Alexandri III*, P. R. ad *Rogerum*, Eboracenſem Archi-Epiſcopum, & *Hugonem*, Dunelmenſem Epiſcopum, de Pace inter ipſum, & *Fridericum* Imp. an. 1177, facta, apud *Rogerum de Hoveden*, *Annal. Angl.* part. poſter. in vita *Henrici* 2, Regis, pag. m. 569, ubi: *De mandato Chariſſimi in Chriſto filii noſtri, Friderici Illuſtris, Romanorum Imperatoris, Filius Marchionis Alberti, Vir Nobilis, magnus, & potens, & Camerarius Ipſius Imperatoris &c.* Nullibi etiam de alio *Archi-Camerario*, quam de *Brandenburgico*, legimus; ne dicam, adductos teſtes omnes pro eo ſtare. Conf. *Limnæus* ad A. B. cap. 27, Rubr. Obſervat. 6, pag. 570 & 571; *Conringius*, Diſſ. de *Officialibus Imperii*, ſ. 13, 14 & 15; & ad *Lampadium*, part. 3, cap. 4, §. 1, p. 146, & in additionibus, ad p. 149, lin. 4, p. 292; Dn. *Coccejus* l. c. ſ. 8, p. 221; Dn. *Ludewig*, de *Formula Brandenburgici Ducatus*, §. VII, lit. f, pag. 67; Dn. *Tolnerus* l. c. cap. 6, ſ. 10, p. 167. Quæ de *Diterico de Mulehuſen*, *Henrici VI*, Imp. *Camerario*, in *Chronico Montis Sereni*, ad an. 1223, p. 146, occurrunt, de ſpeciali ejus *Camerario* Aulico accipienda. Extitiſſe autem, præter hos Officiales Summos, plures alios, non ſolum *Archi-Cancellarii* documento ſunt, de quibus ſeq. Tit. 14, §. 6, ſed & inferioris ordinis alii; v. g. Rex Hiſpaniæ, tanquam Dux BURGUNDIÆ, audit SUPREMUS POSTARUM PRÆFECTUS, munere hodie in familiam *Taxiorum* translato, teſte Diplomate *Rudolphi* 2, Imp. ſub dato Prag, 1596, 6 Nov. apud *Caſſandrum Thucelium*, in *Electis Juris Publici curioſis*, cap. XI, pag. 419, lit. A. ubi: *Was maſſen wir Uns, mit Unſerm freundlich geliebten Vettern, Schwagern, und Brüdern, dem Kœnig in Hiſpanien, (deſſen Ld. alt gewœhnlichen Herkommen nach, als Hertzog zu Burgund, das General Poſt-Amt zu verleyhen, und mehreſten theils den Verlag darzu geben hat) dahin verglichen, daß wir Sr. Ld. auf erſtgemeltes General-Poſtmeiſter-Amt, der Zeit Beſtellten Unſern Getreuen lieben Leonhard von* Taxis, *einen hierüber habenden Kœniglichen Beſtallungs-Brieff, als Rœmiſcher Kayſer, als des H. Reichs, und Unſerer Erblanden, Poſten*, confirmirt &c. In Diplomate, quo *Alfonſus*, electus Romanorum Rex, *Fridericum* Ducem LOTHARINGIÆ, Toleti an. 1258, de Ducatu Lotharingiæ, Comitatu Remiremont, & juribus Regalibus Ducatui annexis, inveſtit apud Ill. Dn. *Leibnitium*, part. 1, *Cod. Diplom. Juris Gent.* §. XIII, pag. m. 19, ſ. 2, habetur: *Debes eſſe SUMMUS SENESCALCUS in Aula Noſtra citra Rhenum & debes Nobis ſervire, in Annalibus Feſtis, de primo ferculo eques. Et, ſi contigerit ire ad Parlamentum cum armis, contra Regem Franciæ, debes facere Nobis Antecuſtodiam in eundo; & Retrocuſtodiam, in redeundo; & debes Nobis præſtare, in terra dicti Ducatus, forum de neceſſariis & victualibus; Et, ſi contigerit, Nos ire ad prælium citra Rhenum, debes habere primum conflictum, & debes Nobis facere Antecuſtodiam, in eundo; & retrocuſtodiam, in redeundo &c.* De ſignificatione vocis *Seneſcalci*, inquit *Du Freſne*, in Gloſſario, hac ipſa voce, p. m. 799: *Seneſcallus, Officialis in Aulis Regis, vel Procerum . . . cui Domus cura incumbebat &c.* & pag. 800: *Sub ſecunda ſtirpe* (Regum Francorum) *occurrunt etiam Seneſcalci, inter Miniſtros, per quos Sacrum Palatium diſponebatur, apud Hincmarum, de Ordine Palatii*, cap. 16, *ubi poſt Comites Palatii nominantur, & ante Buticularium, Comitem Stabuli, Manſionarium, Venatores & Falconarios. Idem Hincmarus, cap. 13, Regiæ Domus curam, præter potus vel victus caballorum, ad eundem Seneſcalcum reſpexiſſe, obſervat &c.* Hinc Dn. *Ludewig*, Diſſ. de *Jure Poſtarum hereditario*, an. 1704, Halæ ventilata, §. 2, pag. 2: *Supremi Aulæ Magiſtri (Ertz-Hoffmeiſter des Reichs) honore Lotharingiæ Duces polluerunt, cum illi Imperio adhuc clientelari obſequio eſſent addicti &c.* Diploma *Ludovici* Bavari Imp. quo, Francofurti, 19 Mart. 1339, *Reinoldus*, Comes GELRIÆ,

Ducali charactere inſignitur, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. §. LXXVIII, p. 151, PROTOVESTIARII munus ei demandat verbis: *Reinoldum, ex Comite, Ducem Gelriæ creamus, ut & poſteros ejus legitimos: cum hoc privilegio, quando Nos, aut Succeſſores Noſtri, publicabunt Parlamenta; vel, quando novi aliqui Principes creabuntur, vel ſimiles actus publici celebrabuntur, quod tunc ipſe Veſtibus Cæſareis Nos induet. Item, quando Succeſſores Noſtri, Romanorum Reges, Aquisgrani, Mediolani & Romæ Coronabuntur, quod tunc ipſe, aut ejus heredes, Coronam Regiam dictis Regibus ſuper caput imponent, deponent, portabunt, & in manibus geſtabunt &c. Rudolphus IV,* Dux AUSTRIÆ, cognom. *Magnanimus*, celebratur Titulo SUPREMI VENATORIS IMPERII; Vid. Diploma, ſub dato *Gratz, am Tage* Dorotheæ, 1360 quod hoc modo orditur: *Wir Rudolff der IV, von Gottes Gnaden, Ertz-Hertzog ze Oeſterreich, ze Steyer, und Khærndten, Fürſt ze Schwaben, und ze Elſaſſen, Herr ze Crain, auf der Marck, und ze Portenau, des Heiligen Ræmiſchen Reichs Obriſter Jagermeiſter &c.* & allud, ejusdem anni, datum *zu S. Veit, am Tage* S. Georgii, ubi: *Wir Rudolff von Gottes Gnaden, Pfaltzgraff, Ertz-Hertzog ze Oeſterreich, Steyer, und ze Kœrndten, Herr ze Crain, und auff der Marck, und ze Portenau, und des Heiligen Ræmiſchen Reichs Obermeiſter der Jager &c.* Vid. Dn. *Lehmannus, in ſeinen Hiſtoriſchen* Remarquen, an. 1705, 20 Octob. p. m. 335; commemorans ſimul, nummum, cujus Dn. *Joh. Ludovicus Schœnleben*, rerum Auſtriacarum peritiſſimus, meminit, anticâ, laudatum *Rudolphum* equo vectum ſiſtere, addita epigraphe, *Rudolfus. Quartus. Dei. Gratia. Palatinus. Archy. Dux. Auſtrie. Stirie. Karinthie. Suevie. &. Alſaeie. Dominus. Carniole. Marchye. ac. Portus. Naonis. Natus. Anno. Domini. M.C.C.C.XXXIX*, & poſticâ, eundem, ducali ornatu veſtitum, erectumque ſtantem, cum inſcriptione: *Ruod. Dei. Gra. Sac. Romani. Imperii. Archy. Magiſter. Venator. Alberti. Ducis. &. Johane. Duciſſe. Primogenitus.* Idem munus, in Comitiis Metenſibus, an. 1356 cum poſteriores Aureæ Bullæ Conſtitutiones promulgarentur, *Fridericum Strenuum*, MISNIÆ Marchionem, obiiſſe, tradit *Lehmannus*, lib. 7. *Chron. Spir.* cap. 35, p. 781: *Endlich kamen geritten der Marggraf von Meiſſen, und Graf von Schwartzenburg, beyde Jagermeiſter, führten die beſte Hunde mit ſich, machten, mit ihren Jagern, und Jagerhornen, ein groß Gethæne, erlegten, in Gegenwart des Kayſers, einen trefflichen Hirſch, und ein überaus groß wild Schwein &c.* In poſteriori Indice, lit. s, voc. *Schwartzenburg*, pergit: *Graf von Schwartzenburg iſt des Reichs Jægermeiſter, führet, auf den Reichstag zu Metz, die beſte Hunde mit ſich, und verricht, ſampt dem Marggrafen von Meiſſen, in Gegenwart des Kayſers, ſein Ampt und Gebühr &c.* Conf. Ill. Dn. *Chriſtianus Wilhelmus ab Eyben*, de *Stylo Curiæ*, §. 24, p. m. 32 & 33. & Ill. Auctor *des Europ. Heroldts*, Tom. I, part. 2, Punctum 3, p. m. 257. ajens: *Des H. R. Reichs Ober-Jægermeiſter-Amt, wære einem Churfürſten zu Sachſen, mit zweyerley Recht, zuſtændig. Einmahl, als Churfürſten, welches ſeinen Urſprung haben ſoll vom Kayſer Carln IV, der Churfürſt* Rudolpho *zu Sachſen, an. 1350, die Charge zu verwalden übergeben zu haben, vermeldet wird, weßhalber ſich doch, in denen Sachſiſchen Archiven, kein* Diploma *findet; Und wiederumb als Marggrafen zu Meiſſen, immaſſen, ſolches Erb-Amt, an. 1356, zu Metz, bey ſolennem Reichs-Tag, von Marggraf Friedrich dem Strengen, (deme, wie auch Balthaſarn, Ludwigen, und Wilhelmen, gebrüdern, Landgrafen in Thüringen, und Marggrafen zu Meiſſen, von Kayſer Carln IV, an. 1350, zu Budiſſin, des nechſten Dienſtags nach S. Valtens Tage, nebens andern Regalien, und den Wildbahnen, und der Volge, der Jait auf allen Walden in dem Oſterlande, und dem Lande zu Pliſſen, und andern Grafſchafften, ſolch Obriſt Jægermeiſter-Amt verliehen worden war) ſamt den Grafen von Schwartzburg, in Gegenwart des Kayſers verrichtet, und ein groß wild Schwein, wie auch ein Hirſch, erlegt worden. Dieſes Privilegium haben die jetztregierende Kayſerl. Maj. an. 1661, am 28. Aug. Churfürſt Johann Georgen II, glorwürdigſten Andenckens, wieder erneuret &c.* POMERANIÆ Duces idem quondam ſibi vindicarunt; qua de re *Georgii & Barnimi* Ducum, in Comitiis Auguſtanis, an. 1542, exhibitum Memoriale inſpiciendum, in *Caſſandri Thucelii Electis Juris Publici curioſis*, lit. DD. Documentorum, p. 224: *Und wollen hiemit an dieſem Ort, was wir zuvor, und von Dignitæten, wieder den Land- und Marggrafen, aus Grund der Rechten, geſetzt, erholet haben,* quod hi, qui ſunt in dignitatibus, cæteris præcedere debeant; per L. 1, Cod. de Dignitatib. lib. XII. *Auch über das Ew. Kayſ. Maj. unterthæniglich berichs, daß unſer Vorfahren, und wir, von Ew. Kayſ. Maj. Vorfahren, Ræmiſchen Kayſern und Kænigen, mit des Heiligen Ræmiſchen Reichs Jæger-Ampt, von wegen unſers Fürſtenthums Rügen, begabt und gewürdigt; laut Unſer Privilegien und Brieve, ſo wir deßhalb, von Ræmiſchen Kayſern und Kænigen, haben, und zur Nothdurfft, allhie zeigen mægen &c.* nec non: Extract *Gegenberichts, an die Ræmiſche Kayſ. Maj. von Herren Ulrichen, Hertzogen zu Würtemberg, auf den Hertzogen zu Pommern, hievor zu Speier, an. 1542, übergebenen* Supplication, *die Fürſtliche Vor-*Seſſion, *Stimm und Stand, anlangend, auf dem Reichstag zu Regenſpurg, an. 1547, übergeben;* ibid. lit. Ee. Document.

p. 217;

p. 227; ubi: *zum andern, daß Sie* (Pomerani) *für andern, von den Ræmiſchen Kayſern,* in dignitatibus *conſtituirt worden; von wegen ihres Fürſtenthums Rügen, mit des Heiligen Reichs Jæger-Ambt gewürdigt und begabt; der Urſachen halben Sie, vor Unſern Gnædigſten Fürſten und Herrn* (Würtembergico) *die* Seſſion, *Stimm und Stand, im Reich haben ſollen. Iſt aber wahr, daß die aus Pommern derhalben etlichen andern Hertzogen im Reich vermeynen vorzugehen, um der Urſachen willen, daß ſie mit einer guten dignitæt,* Ornat *und Kleinod, von einem Ræmiſchen Kayſer, ornirt und belehnet ſeyen, alſo, daß ſie des Heiligen Reichs Jæger-Ampt, von wegen ihres Fürſtenthums Rügen haben ſollen. Wegen der Pommeriſchen jetzberührten Behelff, laſſen wir Uns gefallen, nehmen den an, und ſagen hierunter: So die Pommeriſchen, vor andern Hertzogen, wollen den Vorſtand haben, dieweil ſie . . . . das Jæger Ampt haben; daß Unſer Gnædigſter Fürſt und Herr gleicher geſtalt arguiren kænt, und mæge ſagen: ſollen der* Ornat, *und* Inſigne, prioritatem in ordine arguiren, *wie die Pommeriſche für ſich anziehen, ſo denn Ihr Fürſtl. Gn. mit des Heiligen Reichs Fahnen, und Adler, belehnet, daß Ihr Fürſtl. Gn. hierum billich, und abermahls den Hertzogen von Pommern vorgehen ſollen . . . So viel nun des Heiligen Reichs Fahn, und Zaichen, der Edel Adler, hæher, dann etwas anders, das zum jagen dienlich, ſo viel iſt auch des Heiligen Reichs Fendrich, als ein Hertzog von Würtemberg, hæher, dann ein Jæger; folgt daraus, daß, auſſer aigner bekandnüs des* Ornats *und* Inſigne *halb die Pommeriſchen ſich ſelbſt gefangen, und wiedertrieben haben &c.* Eadem oſtendis in Deductione, *daß dem Hochfürſtl. Hauß Würtenberg, das Reichs Panner, oder Reichs-Fendrich Amt,* Prædicat *und* Inſigne, *ſchon, von etlichen* Seculis *her, rechtmæſſig zuſtehe, und dahero, ohne Kræckung deſſelben althergebrachter Prærogativen, keinem andern Chur- oder Fürſten, erſt neuerlich verliehen werden kænne;* de an. 1691, litt. Dd, & Ee, documentorum, p. 46, 49 & 50. Cernimus ex hiſce ſimul *Zeilerum*, in Topographia Sueviæ, voc. *Aurach*, pag. 26, non ſatis accuratè ſcribere: *die Graffen dieſes Orts ſeyn des Heiligen Reichs Jægermeiſter geweſen, daher die Statt neben dem Roten Læwen, im Wappen, ein Jægerhorn auf dem Helm führet &c.* Quorum ditio poſtquam ad Würtembergicos, circa an. 1235, ceu ex *Cruſio*, lib. 1 *Annal. Sueb.* cap. 7, & part. 3, lib. 3, cap. 16, p. 190, & *Zeilero* l. c. diſcimus, pervenit, ſimul etiam *Venatoris Imperii* officium in eos fuiſſe translatum, *Myleri* ad *Rumelinum* in A. B. diſſert. IV, §. 9, p. m. 112; *Hœpingii*, de *Jure Inſignium*, cap. 6, part. 5, §. 9, membr. 1, v. 774, pag. 355 & 356; & *Limnæi* ſententia eſt, Tom. V, addit. ad lib. 5. cap. 16, §. 10, p. m. 463; de quo tamen aſſerto vel ipſe Dn. *Kulpiſius*, ad *Monzamb.* cap. 2, §. 8, pag. 493 & 494, meritò dubitat; faciuntque, hanc in rem, verba *der Beantwortung auf die Würtembergeſche* Deduction, ad Quæſt. 2, in fine, pag. m. 176 & 177. *Alſo haben ſie* (Scriptores Juris Publici) *auch dem Hochfürſtlichen Hauß Würtemberg, wegen der Graffſchafft Urach, das Amt eines Reichs Jægermeiſters, zugelegt, vermuthlich, wegen des Jægerhorns, ſo das Wappen-Kleinod von Urach. Alleine, daß nichts daran, kan man aus dieſer* Deduction *abnehmen . . . . dann, wann Würtenberg ein ſolches Reichs-Amt hætte, würde dieſes Hauß, in der Beantwortung der Schrifft der Hertzoge von Pommern, ſo zu Behauptung ihrer* Præcedentz, *ſich ein ſolch Amt zugeſchrieben, etwas dagegen eingewendet, und von ſeinem eigenen diſſfalls habenden, oder* prætendirenden *Recht, Meldung gethan haben &c.* Ill. Auctor *des Europ. Herolds* l. c. rem ſic expedit: *Nun hat das Fürſtliche Hauß Würtenberg, von wegen der Graffſchafft Urach, welche des Heiligen Reichs-Jægermeiſter-Amt anhængig geweſen* (hoc autem eſt in quæſtione) *auch ein ſolches altes Hoff-Amt auf ſich, und rühret ſelbiges von denen Schwæbiſchen Kayſern her, hat aber unter dem Sæchſiſchen, oder Meißniſchen, wohl ſchwerlich geſtanden, ſondern iſt ein* Provincial-*Hoff-Amt geweſen.* Laudati Duces WURTENBERGICI, ut modo audivimus, ſibi competere contendunt officium VEXILLIFERI IMPERII, de quo ſeq. lib. 3, Tit. 13, §. 25, plura. *Carolus IV*, Imp. in gratiam Fratris, *Wenceslai*, erigendo Ducatum LUCENBURGENSEM, poſt reliqua, apud Ill. Dn. *Leibnitium* l. c. Dipl. 94, p. 208, §. 3, inquit: *Te, hæredes, & ſucceſſores tuos, Duces L. perpetuo infra ſcripto claro quidem officio gratioſius inſignimus, ut, quoties Nos, aut ſucceſſores noſtros, Romanos Imperatores, ſive Reges, ad reprimendam rebellium noſtrorum ſuperbiam, vel ad noſtros, ſeu Imperii, procurandos honores, armatos contigerit incedere, Tu, hæredes aut Succeſſores tui, Duces L. qui pro tempore fuerint, frenum Imperialis, ſeu Regalis, dextrarii noſtri, à latere dextro, gubernare, & proſpicere debita fidei diligentia debeatis, & in recubitu menſæ Noſtræ, cibos Regios, qui in ſolennibus Curiis Noſtris, adminiſtrati fuerint, coram Nobis, incedere;* (forte incidere) *ut ſic, tanquam Principes & Fideles Imperii, guerrarum & pacis in tempore, Noſtri curam & cuſtodiam habeatis &c.* De Comitibus SCHWARTZBURGICIS ſcribit Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione immemoriali*, cap. 2, §. 45, p. 88. *Comites de Schwartzburg furcam & pectinem in inſigniis gerunt, eo quod IMPERII SUPREMI STABULA-*

RII

RII quondam fuerint &c. Illuſtriſſimos Comites de WERTHERN eſſe S. R. I. *JANITORES*, dicimus ex *Petri Albini* Hiſtoria Dominorum *de Werthern*, an. 1705, Lipſiæ, typis impoſita, in vita *Hermanni*, p. m. 7, ubi: *wodurch denn Kayſer Heinrich der IV -- bewogen worden, daſs er gemeldten Herrn* Hermannen *von Werthern, ... im Jahr* 1086, *das Erb-Cammer-Thürhüter-Amt, des Heil. Ræm. Reichs, mit darzu gegebenen ſtattlichen Gütern, als ein Lehen des H. R. Reichs, in Kayſerlichen Gnaden, erblich ertheilet und beſtætigt &c.* BASILEENSES eſſe, vel fuiſſe IMPERII PISCATORES, perhibent, *Freherus* in Not. ad *Petrum de Andlo*, cap. 15. verb. *Magiſter coquinæ de Nortenberg* p. 201, b. *Hæping.* l. c. cap. 6, part. 7. paragraph. 3, §. 1001, p. 383; *Knipſchild*, de *juribus & privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 4, cap. 1. § 14, p. 1004; *Limnæus* l. c. *Daniel Otto, Jur. Publ.* cap. 14, p. m. 513; *Mylerus* l. c. Ill. Dn. *Coccejus, Juriſprud. Publ.* cap. 13, §. 20, pag. 238. De univerſali piſcatione Imperiali hoc non intelligendum, innuit *Johannes Schiphowerus*, in Chronico Archi-Comitum *Oldenburgenſium*, apud *Meibomium* Tom. 2. *Rer. Germ.* p. 142, ubi: *Illo in tempore, Henricus IV* (V) *reformavit Goslarienſem Civitatem, & confirmavit illic Comitem de Wernigerode, in Piſcatorem ſuum, in partibus Saxoniæ, Comitem de Spegelberge, in Venatorem, & fecit ibidem officia cætera &c.* immediatè annectens: *Comites hos* (hi) *ex tali officio receperunt clypeos: Comes de Spegelberge, cervum, cum cornibus, in ſignum ſui officii. Comes de Anchalt - - - - factus Venator avium, in ſylvis & compitis, pro coquina Regis. Archi-Comes vero Ambriæ, & Ruſtringiæ, quia jacuit inter jacentia maritima loca, ut Factor pontis Regalis, & Magiſter ſtructuræ, & carpentarius, quinque aſſeres recepit, ſub partitione glauci & rubei &c.* Juxta Dn. *Coccejus* l. c. OLDENBURGICUS Comes, fuit *des H. R. Reichs Dyck-Meiſter.* De aliis Veterum Regum Francorum *Officialibus*, v. g. *Mappario*, qualis extitit *Auſtregiſilus*, in Aula *Guntramni*, teſte Auctore vitæ ejus, apud *Surium*, 29 Maji, cap. 1, p. m. 269; *Buticulario*, cui Potus cura demandata erat, ad inſtar Pincernæ, ceu ex *Hincmari* Epiſt. 3, de *Ordine Palatii*, c. 23, *Du Freſne*, voc. *Buticularius* p. 658; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſ. German.* lib. 2, cap. 7, §. 4. pag. 173, aliique, docent; *Manſionario, Hoffſurierer; Sacellario, Zahlmeiſter* &c. &c. legas *Lehmanni, Chron. Spirenſ.* lib. 2, cap. 13, p. 77. *Du Freſne*, voc. *Manſionarius*, p. 394; & voc. *Sacellarius*, p. 655; Dn. *Pachelbl à Gehag*, de *Originibus Electorum*, §. 4, p. 9. &c.

(c) ECCLESIASTICI &c. *Cur Eccleſiaſtici in Electores cooptati ſint?* Diſquirit Dn. *Thulemarius*, cap. 5. *Octoviratus*, p. 41. &c. Sententia *Onuphrii Panvinii*, de *Comitiis*, cap. 9, §. 10 & 11, pag. 131 & 132, hæc eſt: *Quum Germani Principes ex Eccleſiaſticis & Laicis conſtent, ex utroque Ordine Electores aſſumere placuit. Et primo, ex Eccleſiaſticis, tres tantum Archi-Epiſcopi, & non plures, cooptati, quod hi tres ſolum eſſent Archi-Cancellarii Imperii, eſſentque præterea cæterorum Germaniæ Epiſcopatuum antiquiores, & Nobiliores &c.* Conf. idem, cap. 6, §. 26 &c. p. 114 & 115, ſeq. Tit. XIV, §. 7 lit. a; *Burgoldenſ.* ad *Inſtr. Pacis*, Diſcurſ. 19, pag. 1, §. 3. *Julius Pflugius*, in Orat. de *Statu Germaniæ*, id ideo factum, arbitratur, ne Clericis, quibus omnis aditus ad Imperatoriam Dignitatem præcluſus, anſa Sceptri Imperialis ambiendi daretur. *Petrus Heigius*, lib. I, Quæſt. 4, §. 61, Cæcam Veterum in Religione devotionem, in argumentum trahit, quippe qui, ſine Cleri ſodalitio, nihil magni peragi poſſe, vel debere, cenſebant. Juxta *Sleidani* Orationem ad *Ordines Imperii*, aſtutiæ Romani Præſulis inventum hoc fuit, ut, hac via, negotiis Imperii ſe immiſcendi occaſionem lucraretur. Ita & *Oldenburger, Limn. Enucl.* lib. 2, c. 1, §. 99, & in *Theſauro Rerumpubl.* part. 4, §. 151, p. 308; Alii alias producunt rationes. Cum, re vera, Electores à nemine ſint inſtituti, ſed, inſiſtendo priſtinis juribus ſuis, communem omnibus Statibus ab initio, eligendi facultatem ſartam tectam duntaxat conſervaverint, fruſtra de cauſis, ob quas Clerici ſplendidiſſimi hujus Juris facti ſint participes? ſumus ſolliciti. En genuinam rei hiſtoriam! Singulos Status, virtute Feudorum ſuorum, Terrarumque, quibus in Imperio præerant, in Seculum XII, imò XIII uſque, Electionibus Imperatorum intereſſe potuiſſe, ex Electionum actis, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, abunde conſtat. Eminentibus autem, inter tot Regulos, *Nationum* Ducibus, veluti: *Saxoniæ, Thuringiæ, Bavariæ, Franconiæ, Sueviæ*, atque *Lotharingiæ;* rationi conſentaneum eſt, eorum quoque ſententiam, in ejuſmodi negotiis, maximum habuiſſe pondus; præſertim, poſtquam *Saxonis* auctoritati, extinctis *Thuringiæ* Ducibus, inſignia acceſſerint incrementa, una cum *Archi-Mareſchalli Imperii* munere; inſuperque *Bavarica* Domus, & *Palatinorum Rheni Comitum* dignitate, eique annexo, per Terras Imperii Juris Francici, *Vicariatu*, & *Archi-Dapiferorum* Imperii officio, evaſerit excelſior; *Franconiæ, Sueviæque* Ducibus haud multo poſt expunctis, & *Lotharinga* clientelæ nexu, quo Imperatoribus & Imperio tenebatur, pedetentim ſe liberante. Communem iiſcum cauſam agentibus *Archi-Pincerna* Bohemo, & *Archi-Camerario* Brandenburgico, atque, ex Clericorum Ordine, tribus *Archi-Cancellariis*, Moguntino, Trevirenſi & Colonienſi, quorum *primum* Metropolitanatus prærogativa, & ab im-

Digitized by Google

ab immemoriali tempore, Status, ad celebrandam Electionem Regiam, convocandi facultas; *alterum*, Eccleſiæ antiquitas, de qua *Albertus Stadenſis* ad an. 1240, p. m. 215: *Trevirenſis, licet de Alemannia non ſit, ratione Antiquitatis, eligit &c.* & *tertium*, jus Regibus imponendi diadematis, commendaverant, factum eſt, ut reliqui Proceres, ſive magnos ſumptus, qui ad frequentiora Comitia, occaſione tumultuum, à Romanis Pontificibus, ſubinde Imperatorum & Imperii jura invadentibus, excitatorum, indicta, requirebantur, devitaturi; ſive, quod Viribus pollentium voluntati incaſſum ſeſſe oppoſituros cernerent; ſive laudatorum *Officialium* comparandi favoris intuitu, vitandique odii, eligendi jus paulatim dereliquerint. Illuſtrant hæc, allata præced. Tit. 2, §. 8, lit. a. p. 66, v. *Henricus VI*; *Gervaſii Tilberienſis*, Regni Arelatenſis Mareſchalli, Scriptoris coævi, verba: *Impetravit à Subditis*, (Henricus VI) *ut, ceſſante priſtina Palatinorum Electione, Imperium, in Ipſius Poſteritatem, diſtincta proximiorum ſucceſſione, transferet &c.* Offendimus certè hîc inſignia *Officialium* floreſcentis, minimum naſcentis, Juris eligendi veſtigia. Obitum *Henrici VI* atrox ſecutum eſt civile bellum, quo flagrante pars Procerum, quorum nomina annectuntur epiſtolæ, ab ipſis, an. 1199, *Innocentio III*, P. R. transmiſſæ, apud *Baronium*, Tom. X *Annal.* ad an. 996, §. 59, p. m. 902, cujusque præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1198, p. 147, memini, Anteſignano *Adolpho* Colonienſi, Imperatorium munus in *Ottonem IV*, *Henrici Leonis* Saxonum Bojorumque Ducis, filium, detulit; aliis, in defuncti Fratrem, *Philippum*, Sueviæ Ducem, propenſioribus, quos literæ præ ſe ferunt, ad eundem Pontificem, apud *Baronium* l. c. §. 60, p. 902, & præced. Tit. 2, l. c. magna rerum publicarum confuſione. In Epiſtolis dicti Papæ, ipſius deliberatio occurrit inter præfatos Imperii Candidatos, & *Fridericum*, *Henrici VI* filium, Siculorum Regem, ubi poſt reliqua: *Cum tot vel plures ex iis, ad quos principaliter ſpectat Imperatoris Electio, in Eum* Ottonem) *conſenſiſſe noſcantur &c.* novo argumento, jam tum ad quosdam, *magis principaliter* Imperatoris electionem ſpectaſſe. Hinc, trucidato, an. 1208, *Philippo*, convocatisque novis Comitiis, *Omnes Principes, qui convenerant, ac ſi divinitus inſpirati, pari voto, & unanimi conſenſu, Othonem, in Romanum Principem, & Semper-Auguſtum, elegerunt, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Archi-Epiſcopo, qui primam vocem habere videbatur, inchoante, proſequente vero Bernbardo Duce, cum Marchione Myſnenſi, & Landgrafio Thuringiæ, cum aliis, ad quos Electio Regis pertinere videbatur &c.* inquit *Arnoldus Lubecenſ.* lib. 7, Chronic. cap. 15, pag. 558. Biennio poſt, à ſæpe nominato Pontifice, *Innocentio*, diris expoſito *Ottone* Cæſare, quod in Regni jura, terrasque, durante inter ipſum & *Philippum* Civili bello, à Sanctiſſimo Præſule, & *Friderico*, Siculorum Rege, inde avulſas, inquiri curaret; ſequenti etiam anno, à majori Principum parte, derelicto, ſolium conſcendit ipſemet *Fridericus* Rex, enimvero, eadem Jura ſtrenuè poſtmodum propugnando, an. 1227, à *Gregorio IX*, pari ſubjectus cenſuræ. Summopere improbantes petulantia hujusmodi Romanæ Curiæ facta, Germaniæ Proceres, iis non obſtantibus, confirmando *Friderico* Imperium, filium Ipſius, *Conradum IV*, Regem Romanorum declarant, futurumque Imperatorem; vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1236, pag. 156; Acta Electionis ſiſtit Ill. Dn. *Leibnitius*, in Prodromo Tom. I, *Cod. Dipl. Jur. Gent.* §. 11, pag. 9, ubi notanda verba §. 2: *Cum igitur Nos - - - & - - - - qui circa hoc Romani Senatus locum accepimus, qui Patres & Imperii lumina reputamur, coram tremendo Judice, de cura tantæ villicationis, oporteat reddere rationem - - - - - & cum de ſubſtituenda Perſona, diligenti meditatione nobiſcum & ſolicite penſaremus, præteritorum cauta proviſio ſalubre conſilium præbuit in futuris &c.* & §. 3, pag. 10: *Sicque Nos, inſpirante Nobis tam ſalubre conſilium Gratia Summi Regis, ad vocationem & preces ejusdem Domini Noſtri Imperatoris, apud - - - - locum, unanimiter Vota noſtra contulimus in Conradum, antedicti Domini Imperatoris Filium, Regni Hieroſolymitani legitimum Succeſſorem; eligentes ipſum ibidem in Romanorum Regem, & in futurum Imperatorem Noſtrum, poſt obitum Patris habendum. - - - - Et licet Henricum, Primogenitum ſuum, pridem Nobis in Regem, ſimili proviſione, duxerimus eligendum, quia tamen, cum in honore eſſet, non intellexit, ſed ab Aquilone Sedem ſibi conſtituens contra Patrem, loco tanti Regiminis ſe monſtravit indignum; juſto Patris judicio, & Ejus ultronea voluntate, quam ſibi conſcientia propria transgreſſionis ingeſſit ab eodem Henrico ſoluti præſtito juramento, quod de electione ſua ſimiliter feceramus, Henrico Conradum, velut David Sauli, ſancta deliberatione, providimus ſubrogandum &c.* Formulam: *Patres & Lumina Imperii*, ſatis indicare, nequaquam de toto Principum cœtu, ſermonem eſſe, ſed de præcipuis duntaxat, ex *prætaxatione*, (ut *Albertus Stadenſis* ad an. 1240. loqui amat) id eſt, *præelectione*, aut *deliberatione prævia*, de qua etiam intelligenda verba *Rogeri de Hoveden*, part. poſter. *Annal. Angl.* in vita *Richardi I*, p. m. 776, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1198 pag. 146 & 147, eligentibus, rationi eſt conſentaneum; inſuperque verba poſteriora, *Henricum*, an. 1220, ab iisdem Electoribus, quibus *Conradus*, Regem conſtitutum, innuere videntur. Propterea vero ad ſaniora conſilia nullatenus redeunte Romana Aula, *Innocentius IV*, preſſit veſtigia *Gregorii XI*, Cæſarem, *Fridericum*, an. 1241, anathematis fulmine feriundo, cujus etiam conſiliis ſeducti Principes Clerici, an. 1245, *Henricum*

Raſſonem, Landgravium Haſſiæ &c. Regem intruſerunt, biennio poſt defuncto *Wilhelmum*, Hollandiæ Comitem ſurrogantes; *Conrado* penitus excluſo; Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1245, & 1247, pag. 158 &c. & Tit. 5, §. 11, vitas *Friderici* 2, *Conradi IV* & *Wilhelmi*. Turbido, hac ratione Reipublicæ ſtatu, Leges ubique ſilebant; cuncta tumultuoſe gerebantur. Incerto Principe, ſpreta Comitia. Declarata potentiorum, cum minationibus & ſtrepitu, voluntas, minus potentibus Lex fuit. Interfecto à Friſiis *Wilhelmo*, an. 1256, quatuor primi ordinis Imperii Procerum, *Gerhardus* Moguntinus, *Conradus* Colonienſis, Archi-Epiſcopi, *Ludovicus* Comes Palatinus Rheni, ejusque frater, *Henricus*, Bojorum Dux, Regiminis habenas commiſere *Richardo*, Cornubiæ Comiti, cui tamen *Arnoldus*, Trevirenſis, & *Albertus*, Saxoniæ Dux, *Primiſlao*, (qui & *Ottocarus*,) Bohemiæ Rege, & *Johanne* Brandenburgico, annitentibus, mox *Alfonſum*, Caſtellæ & Legionis Regem, oppoſuerant, ſciſſo rurſus in partes Imperio. Vid. præced. Tit. V, §. 11. vita *Wilhelmi* Hollandi, poſt v. 5. p. 624. Noluit, vel miſera rerum facie, non auſus eſt, quamvis rogatus, *Alexander IV*, P. R. ſententiam, in alterutrius Candidatorum favorem, pronunciare; aſt ejus ſucceſſor, *Urbanus IV*, utrumque in judicium vocare, haud neglexit, teſte Epiſtola Ejus ad *Richardum*, apud Dn. *Leibnitium* Prodrom. Tom. I, *Cod. Dipl.* §. XIV, pag. 12 &c. in qua, §. 4, pag. 14, *ſeptenarii etiam Electorum numeri* mentio fit, ibi: *Proponere curaverunt* (Richardi Legati) *quaſdam conſuetudines, circa electionem novi Regis Romanorum, in Imperatorem poſtea promovendi, apud Principes vocem in hujusmodi Electione habentes, qui ſunt ſeptem numero, pro jure ſervari &c.* quos §. 5, pag. 15, recenſet, inſigni antiquitatis documento; utut irrito conatu, deſperatis rebus, neutro ſe ſiſtente, imò Germania exeunte, *Richardo*, *Alfonſo* plane non viſa; Vid. ſupra l. c. Tollendo ſchiſmate, eripiendaque ruinis Patria, Factionum Patroni, Clerici pariter & Laici, nominatim: *Wernerus* Moguntinus, *Henricus* Trevirenſis, & *Engelbertus* Colonienſis, Archi-Epiſcopi ſimulque *Archi-Cancellarii Imperii*, interque reliquos Antiſtites maximè conſpicui, & potentes, una cum Laicorum eminentioribus: *Ludovico* C. P. R. *Henrico* Bavaro, ejus Fratre; *Alberto*, Saxonum Duce, & *Ottone* Brandenburgico, concordibus ſuffragiis, cæteris Statibus, conſueta hactenus *prætaxatione communi* jam ſublata, ne quidem muſſitantibus, an. 1273, Strenuum Comitem Habſpurgicum, *Rudolphum*, Regia purpura dignum judicant; à quo tempore, eligendi jus penes laudatos tres *Archi-Epiſcopos & Archi-Cancellarios*, Domumque *Palatino-Bavaricam*, cui annexa *Archi-Dapiferatus* dignitas, vel Officium; Duces Saxoniæ, Imperii *Archi-Mareſchallos*, & Marchiones *Brandenburgicos*, Imperii *Archi-Camerarios*, accedente, an. 1290, publica *Rudolphi* Imp. Conſtitutione: *De Jure eligendi, Bohemiæ Regibus in Imperio competente*, cujus præced. lit. b, p. 1018. memini; *Bohemiæ* Rex, Imperii *Archi-Pincerna*, ſine controverſia manſit. Quam facultatem etiam, Imperante *Ludovico* Bavaro, in *Francofurtenſibus* Comitiis, an. 1338, & 1339, (teſtibus Decretis, præced. Tit. V, in vita *Ludovici V*, Cæſ. v. 4, pag. 667 &c. (ad hos annos;) prima vice; deinde plenius, an. 1356, per *Auream Bullam Caroli IV*, ad excluſionem aliorum, confirmatam obtinuerunt. Non ſatis igitur accurate loquuntur, qui cum *Alberto Stadenſi* l. c. cujus verba, præced. Tit. V, in vita *Friderici* 2, ad an. 1240, pag. 613, extant, hanc Electorum prærogativam à *meris ipſorum Officiis* repetunt; nec tamen, verſa vice, *nuda* eorum *Terra* in argumentum trahendæ ſunt. Legimus quidem, in alia Conſtitutione *Rudolphi*, de an. 1275, apud *Gewoldum*, l. c. cap. 10, p. 212; (756) & in *Antitheſi ad Marquardum Freherum*, §. 27, p. 439; *Goldaſtum* Tom. I. Conſtit. Imper. pag. 311; *Lundorpium*, Tom. IV. *Continuat. Act. Publ.* lib. 3, cap. 108, pag. 933, lit. D; & *Lambecium* Lib. 2. Comment. *Biblioth. Vindobon.* cap. 8, pag. 828, qua, de lite, circa *Eligendi jus*, inter Bohemiæ Regem, & Bavariæ Ducem exorta, cognoſcit: *Declaramus, quod, præſentibus Nobis Curia apud Auguſtam, Idibus Maji, ſolenniter celebrata, & conſtitutis ibidem, in præſentia noſtra, Illuſtrium Principum, Ottokari, Regis Bohemiæ, Nunciis, & Henrici, Ducis Bavariæ, Procuratoribus, ſubortaque inter Eos Quæſtione, ſuper Quaſi-Poſſeſſione Juris eligendi Romanorum Regem, per Procuratores prædicti Ducis Henrici, & Illuſt. Ludovicum, C. P. R. Ducem Bavariæ, Filium Noſtrum* (Generum) *Chariſſimum, fuit propoſitum: Ratione Ducatus Bavariæ, hoc eis competere, ex antiquo &c.* &, paulo poſt: *Qui* (Ludovicus Palatinus) *commiſſum hujusmodi in ſe recipiens, ſuo, & dicti Henrici Ducis, fratris ſui, ac omnium aliorum Principum, jus in Electione habentium, auctoritate & nomine, in Romanum Regem ſolenniter Nos elegit, vocibus eorundem Fratrum, Ducum Bavariæ, Comitum Palat. Rheni, Ratione Ducatus, pro una in ſeptem Principum, jus in Electione Regis Romani habentium, numero, computatis &c.* Quis autem inde concludat: ergo nullam *Archi-Dapiferatus*, eidem competentis Familiæ, habitam rationem. Duo concurrunt: *Officia & Terra*, quibus laudati *Officiales*, inter omnes Principes jura ſua ſponte adhuc deferentes, eminendo, ad ſummum faſtigium facile ſurrexerunt. Conf. Sereniſſimorum Ducum Brunſuicenſium & Luneb. literæ ad Regem Angliæ, de an. 1676, 14. Aug. apud *Lundorpium*, Tom. X. *Contin. Act. Publ.*

Publ. lib. XI, cap. 199, pag. 534; *Antwort und* Reſutation *über die Vorſtellung des hohen Reichs-Rechten, daß, ohne ein allgemeines Reichs-Gutachten, an der Zahl der Churfürſten nichts zu ændern ſey*; apud *Caſſandrum Thucelium*, *in Electis Juris Publici curioſis*, cap. 2, §. 4, p. 83 &c. It. *Schreiben an einen Geſandten zu Regenſpurg, den neundten Churfürſten betreffend*, de an. 1693, cujus Auctor creditur Ill. Dn. *Hugo*, Pro-Cancellarius Hanoveranus; Ill. Dn. *Leibnitius*, in Præfatione Tom. I. *Cod. Dipl. Jur. Gent.* fol. 12, §. *De Origine igitur Electorum*; & in Præfat. Tom. 2, p. 9 & 10, §. *Ad Imperii negotia &c.* Dn. *Schilterus*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. 1, Tit. 20, §. 4, p. 213 &c. & de *Libertate Eccleſ. German.* lib. 3, cap. 8, §. 10 & ſeqq. pag. 378 &c. nec non in Comment. ad *Codicem Juris Alemannici Feudalis*, cap. 8, §. 3 &c. p. 91 ad 95; Ill. *Dn. Coccejus Jurisprud. Publ.* cap. 12, §. 7, &c. p. 220; *Dn. Kulpiſius*, de *Obſervantia Imperiali*, c. 25, p. 32 &c. Ill. *Dn. Thomaſius* in *Selectis Feudalibus*, §. 47, lit. f, pag. 65 &c. Ill. Auctor *des Europaiſchen Herolds*, Tom. 1, part. 3, cap. 4, Tit. 1, pag. 190 &c. & 196; Auctor *Quinquertii Cameralis*, de an. 1704, Quæſtione V, §. 51, p. 332. *Dn. Ludewig, de Formula Brandenburgici Ducatus*, §. VI, lit. a, pag. 53; *Dn. Keſtner*, Diſſ. de *Summis in Imperio Romano-Germanico Perſonis, earumque Officiis & Juribus*, §. 7, pag. 9 &c. *Dn. Lambrecht*, Diſſ. de *Natura & Origine Juris Publici*, Præſide *Dn. Schiltero*, anno 1694, Argentorati habita, §. 12, pag. 12.

1. Electores, ſecundum Auream Bullam, ſunt ſeptem: hodie, ſecundum Inſtrumentum Pacis, Octo. (*a*) Electores ſunt vel Eccleſiaſtici, vel Seculares.

NOTÆ.

Pertinent huc quoque verba lib. 3. *Sachſenſpiegel*, art. 56. Edit. Auguſtan. de an. 1516, p. m. 168: *In des Kayſers Kore, ſchal de Erſte ſin, de Biſſchop van Tryre. De Ander, van Menſe. De Drüdde van Kolne. Under der Leyen, is de Erſte an dem Kore, de Palantzgreve van dem Rhyne, des Ryckes Droſte. De Ander, de Marſchalck, der Hertoge von Saſſen. De Drüdde, de Kemerer, de Marckgreve von Brandenborch. De Schencke des Rykes is de Koningk van Behemen; de ne hevet nener Kore, darumme dat he nicht Düdeſch en is. Sint Keſen des Rykes vorſtellen alle, Papen unde Leyen, de tho deme erſten an deme Kore benannt ſin. De ne ſcholen nicht Keſen na ereme Mutwillen, wente weme de Vorſten alle tho Koninghe irwelt, den ſcolen ſe allererſt by Name Kyſen &c.* hoc eſt: *In des Kayſers Wahl ſoll der erſte ſein der Biſchoff von Trier; der Ander, der von Maintz; der Dritte, der von Cœlln; unter den Weltlichen, iſt der Erſte an der Wahl, der Pfaltzgraf am Rhein, des Reichs Truchſes; der Ander, der Marſchalck, der Herzog von Sachſen: der Dritte, der Kammerer, der Marggraf von Brandenburg. Der Schenck des Reichs iſt der Kœnig von Bœhmen, der aber hat keine Wahl, darumb daß Er nicht ein Teutſcher iſt: Solcher geſtalt wahlen die ſamptliche Reichs-Fürſten, Geiſtliche und Weltliche: der*

zuerſt

zu erſt bey der Wahl benennt ſeyn: dieſe aber ſollen nicht wahlen, ihrem eigenen Gefallen nach, ſondern, welchen die Furſten ins geſamt zum Kœnige erwahlt, den ſollen ſie allererſt bey Nahmen nennen. Hanc opinionem fundamento carere, vel inde patet, quod (1) *Ottones*, non, per ſanguinis ſucceſſionem, Imperio præfuerint, ut communis ſententia, ſed via electionis, ceu, ex Eorum hiſtoria, videre eſt; (2) De inſtitutione, cujus hic mentio fit, nihil apud coævos Scriptores reperiatur; (3) Trevirenſis, à *Stadenſi*, jure Civis Germaniæ privetur, errore manifeſto, quo ſeductum arbitror *Stadenſem*, quòd audiverit, dictum Præſulem Archi-Cancellarium Imperii per Galliam; unde argumentabatur, nec Eum Germanum eſſe; (4) Bohemo eligendi facultas denegetur, contra Conſtitutionem *Rudolphi I.* Cæſaris, de *Jure Electoratus in Romano Imperio Regibus Bohemiæ competente*, de an. 1290, præc. proœm. lit. b. (5) Speculum Saxonicum non dicat, nominatos ibi Principes, *ſolos* elegiſſe, ſed ſaltem quod *primi* inter Electores fuerint. (6) Teſte præc. Proœm. lit. c. electio communis fuerit, in Seculum XIII usque, licet actu omnes non ſemper elegerint, ſed, vel in electum à Potentioribus, id eſt, *Officialibus*, ut l. c. patet, tantùm conſenſerint, vel eligendum nominaverint duntaxat &c. docentibus exemplis *Lotharii* Saxonis, *Friderici I*, *Ottonis IV &c.* de quibus ſupra. Quadrant huc verba *Wilberti*, *Conradi III*, ut fertur, Capellani, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1125, pag. 120; quamvis fruſtra ad ea confugiant, qui Electores jam tempore *Friderici I*, cœpiſſe arbitrantur, vel altius aſcendunt. Propugnari licet nequeat, *Nominationem*, *Electionem* ipſam & *Conſenſum*, non fuiſſe res planè diverſas, in electionibus quorundam Cæſarem occurrentes, factum tamen & jus, invicem non ſunt confundenda. Controverſiæ cardo in eo reſidet: *Annon etiam illi Principes, qui nonnunquam, certis ducti rationibus, vel evitandarum limitum, vel non offendendæ Potentiorum authoritatis, quam comiter haberi ratio Status juſſerat, aliarumve cauſarum ergò, eligendum aut nudè nominarant, aut in electum duntaxat conſenſerant, æquè eligendi facultate fuerint imbuti, ac illi, qui actu eligebant?* quod affirmari mallem, donec coæva teſtimonia proferantur, quænam illæ familiæ fuerint, poteſtate hac privativè gaudentes. Non firma concluſio eſt: Pauci hunc, vel illum elegerunt; ergò ſoli elegerunt, & quidem ſemper; quod magis. Phraſis *Welberti*: *Quia non habebant voces ſuffragiorum realium*, accipi poteſt de facto, non de jure; ita, ut illis intelligatur, qui, communicato conſilio, ſuiſque allecti rationibus paucis ſaltem eligendi locum fieri, ſibi gloriæ duxerant. Similia occurrunt in deſcriptione electionis *Friderici I*, apud *Amandum* præced. Tit. 2, §. 10, lit, d, ad an. 1152, p. 125; in primis vox *Conſentitis* ibi notanda, quæ aut idem eſt, ac *eligere*, aut, *ab aliis electum approbare*; priori ſenſu meridiana luce clarius eſt, electiones, ante & poſt *Fridericum* Barbaroſſam, in Seculum XIII usque, omnibus Principibus fuiſſe communes, cum hinc inde alia eligentium nomina exprimantur; poſteriori, ſolos Officiales elegiſſe dici nequit.

(*h*) CAROLO IV, &c. Statuit ita *Beutherus* in *animadverſ. hiſt.* c. 13. Erroneam autem eſſe hanc quoque ſententiam, repetitæ toties in A. B. *Conſuetudinis & Confirmationis* formulæ, ut Cap. I, princ. Cap. 2. §. *Et quia*; Cap. 4. 5. 9. 10. &c. abundè docent.

(*i*) GREGORIO V, &c. Veniunt, hoc nomine Compilator *Hamerslebienſis*, in vita *Gregorii V*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptor. Brunſuic.* §. 38, p. 576, verb: *Hic inſtituit, ut deinceps Imperatores Romani à ſex Germanis Viris, addito Rege Bohemiæ, legerentur. Hi ſunt: Colonienſis, Maguntinus, & Trevirenſis, Præſules. Duces Saxoniæ, Comes Palatinus, Marchio Brandenburgenſis, Anno MII &c.* & *Thomas Anglicus*, coætaneus *Friderici II*, Cæſ. lib. 3. de *Regimine Principum*, c. 19. inquiens: *Otto Imperium tenuit, usque ad tertiam generationem, quorum quilibet vocatus eſt Otto. Et, ex tunc, ut hiſtoriæ tradunt, per Gregorium V, ſimiliter Teutonicum, proviſa eſt electio, ut nimirum per VII. Principes Alemanniæ fiat, quæ usque ad iſta tempora perſeverat, quod eſt ſpatium 270, annorum, vel circa &c.* Hiſtoriam, quo modo hoc factum, ex *Petro Bizaro* lib. 23. *Hiſtor. Genuenſ.* p. 554. recenſet Dn. *Thulemarius* Capit. VII. *Octovirat.* §. 9. pag. 83. Sed & hic repetendum. (1) Quòd contrarium, ex ſubſecutis electionibus ad *Rudolphum* Habſpurgicum usque, pateat; (2) Non conſtet de Familiis, privativè eligendi jure gaudentibus; (3) Hiſtoria coæva ſententiam hanc erroneam teſtetur.

(*k*) GREGORIO X, &c. Conjectura hæc eſt *Onuphrii Panvinii* Cap. IX, de *Comit. Imp.* Impugnat eam Dn. *Thulemarius* l. c. §. 30. p. 94.

(*l*) INNOCENTIO IV, &c. Quem ſeptem Electores, anno 1245, in Concilio Lugdunenſi, excommunicato *Friderico II.* inſtituiſſe, falsò opinantur *Johannes Vito Duranus*, in Chronico, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. I *Acceſſionum Hiſtoricarum*, p. 8. ubi: *Iſte Papa* (Innocentius IV,) *dedit Principibus Teutoniæ poteſtatem libere eligendi Regem Romanorum &c.* *Baronius* Tom. X, Annal. ad an. 996, §. 38 &c. p. 895 &c. & *Mallinkroth* lib. 2, de *Archicancell.* c. 3. Refutat eos Dn. *Thulemarius* l. c. Cap. VII. §. 19. &c. pag. 89. ad 92.

(*m*) FRIDERICI II &c. Tempore ſcil. Interregni Magni; Vid. ad principium hujus Tit. lit. e. p. 1042.

(*n*) CONFIRMATUM &c. Prima confirmatio referenda eſt ad tempora *Ludovici* Bavari; ſupra l. c. & in hiſtoria hujus Cæſaris, præced. Tit. V. §. 11. Conf. *Reinking.* de *Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. 1. Claſſ. 4. cap. 3. §. 12. p. 356.

4. Electores inſtituti ſunt, *ad evitanda (a)* interregna, quæ, ex promiſcua omnium Statuum Imperii electione, oriri ſolebant.

NOTÆ.

(*a*) INTERREGNA &c. Vid. hiſtoriam *Caroli IV*, præced. Tit. V. §. 11. v. 34. p. 673. Quæ de *Inſtitutione hic* dicuntur, illuſtrari poſſunt ex præced. procem. lit. c. p. 1024.

5. Electores ſunt partim Eccleſiaſtici, partim Seculares; quia, cum liberrima electio adhuc in uſu eſſet, illa fiebat à Statibus Eccleſiaſticis & Secularibus, quæ, poſtquam in hunc anguſtum numerum eſt redacta, ab utroque ordine etiam fieri debebat. (*a*)

NOTÆ.

(*a*) DEBEBAT &c. Laici pari modo cum Clericis dignitatem hanc conſecuti ſunt. Vid. ſupra l. c.

6. Hi ſeptem conſtituti ſunt, quia ſumma in imperio adminiſtrabant officia: (*a*) Inde verſus (*b*) apud Martinum Polonum:

Moguntinus, Trevirenſis, Colonienſis,
Quilibet Imperii ſit Cancellarius horum.
Et Palatinus Dapifer, Dux portitor Enſis.
Marchio Præpoſitus Cameræ, Pincerna Bohemus.
Hi ſtatuunt Dominum cunctis per ſecula ſummum.

De juribus & *prærogativis* Electorum dicemus ſuo loco.

NOTÆ.

(*a*) OFFICIA &c. Officialibus licet magnum ſemper pondus, in Imperatorum Electionibus, ut præced. Procem. lit. c, vidimus, fuerit, Terrarum tamen, quibus præerant, habitam ſimul amplitudinis rationem, ibidem monui. Hinc eſt, quod, per integrum ſeculum, Electorum numero ad paucitatem jam redacto, non certis individuis, ſed toti Familiæ, cui ejusmodi Archi-Officium inhæſerat, eligendi jus competierit. Inſignis hanc in rem locus *Nicolai Burgundi*, lib. 1. *Hiſt. Bavar.* p. 10, quem præced. Tit. V, §. 11, in vita *Ludovici Bavari*, v. 4, ad an. 1314. pag. 655. evolvas; nec non *Bayeriſche Ableinung des Pfaltziſchen* Manifeſts, de an. 1639, apud *Lundorpium*, *Tom. IV. Contin. Act. Publ.* lib. 3, cap. 108, pag. 712. Litis, *Comites Palatinos* inter & *Bavariæ Duces*, deſuper exortæ, tot proſtant documenta; Ante omnia, huc facit Transactio inter Liberos *Ottonis Illuſtris*, qui Palatinatum Bojorum Genti primus intulit, *Ludovicum Severum*, C. P. R. Ducemque Bavariæ Superioris, & *Henricum*, Ducem Bavariæ Inferioris, præced. Tit. XI, §. 1, lit. b, in vita *Ottonis Illuſtris*, pag. 946. *Hubertus Thomas Leodius*, in Commentatione de *Palatinorum Origine*, parti priori *Originum Palatinarum Marquardi Freheri* annexa, p. m. 164, ait: *Ludovicus* (Severus) *quum duos haberet filios, Rudolphum & Ludovicum, huic Bavariam, Illi vero Palatinatum, cum Electoria dignitate, & parte Ducatus Bavariæ donare voluit, hac adjecta conditione: Ut, Viciſſitudinario Jure, eandem Electoriam Dignitatem poſſiderent; quod obtinere non potuit. Neque enim Imperii Principes, & ſubſequentes Imperatores, ferre voluerunt, tantam autoritatem & dignitatem, quæ ſolis Comitibus Palatinis debebatur, & ad eos pertinebat; à quopiam, quam qui Comes Palatinus, Palatinatumque poſſideret, uſurpari, aut vindicari &c.* In dubium vocat hoc *Alternarum* jus, Sereniſſimus, *Carolus Ludovicus*, C. P. R. in *Manifeſto*, an. 1637. 12. Jan. *Londini* publicato, apud *Lundorpium* l. c. cap. 95. p. 657; minimum ex *Declaratione Legatorum Brandenburgicorum, circa Pacta, de eligendo Rege Romanorum, Popardiæ*, 1308, *feria ſexta ante Simonis & Judæ*, apud *Lundorpium* l. c. cap. 108, p. 729. & Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. I. *Cod. Dipl. Jur. Gent.* §. XXX, p. 51, utrumque, *Rudolphum & Ludovicum*, in Electione *Henrici VII*, Luzelburgici, concurriſſe patet; ita enim ibi: *Amicitiæ, unionis & concordiæ fœdera, cum Illuſtribus Principibus, Rudolpho &*

Ludo-

Ludovico, *Comitibus Palatinis Rheni*, *ut ipſi Regne Romano ſalubrius conſulatur*, *ſic duximus ineunda &c. - - - - quod*, *in Electione futuri Regis Romanorum*, *unum cum ipſis eſſe debeamus &c.* Poſt fata *Henrici*, cum an. 1314, *Ludovicus* hic, Cæſar eligeretur, grava inter ipſum, & fratrem, *Rudolphum*, votum *Friderico* Auſtriaco dantem, bellum ſurrexit, quo *Rudolphus*, ſedibus ejectus, an. 1319, in Anglia, exul deceſſit. Vid. Annales *Henrici Rebdorfienſis*, an. 1314 apud *Freberum* Tom. 1. *Rer. Germ.* pag. 421; *Mutius*, lib. 24. *Chron.* p. 223. *Andreas* Presbyter *Ratisbonenſis Chron. Bavar.* Edit. Schilter. p. m. 34. *Hubertus Thomas Leodius* l. c. Anno tamen 1329, mediantibus amicis, Liberis ejus, *Rudolpho* 2, cognom. *caco*, & *Ruperto*, cogn. *Ruſo*, Acad. Heidelbergenſis Fundatore, eorumque ex defuncto Fratre, *Adolpho*, nepote, *Ruperto*, *Parvo*, ſeu *Tenace*, in integrum reſtitutis, ceſſo eis *Inferiori Palatinatu Rheni*, cum parte Nortgoviæ, ubi *Amberga*, inde *Palatinatus Superior* dicta; placuit eligendi jus, commune utrique Lineæ futurum, alternis vicibus exercendum, initio à Palatinis faciendo. Vid. præced. Tit. V, §. 11, in vita *Ludovici Bavari*, v. 4. ad h. a. pag. 664. Plenius hæc conſtant, ex *Chur-Bayeriſchen Ableinung des Herrn Pfaltzgraffen*, Caroli Ludovici, Manifeſts, de an. 1639, apud *Lundorpium* l. c. pag. 735, lit. H, Document. Rubr. Extract *aus dem Vertrag über die* Alternation, *oder Umwechſelung der Pfaltziſchen und Bayeriſchen Chur*, *zu* Pavia *aufgericht*, an. 1329 &c. ibi: *Wir Rudolph und Ruprecht*, *von GOttes Gnaden*, *Pfaltzgraſen bey Rhein*, *und Hertzogen in Bayern Verſehen*, *für Uns*, *und für Hertzog Ruprechten*, *unſers Brudern Sohn*, *Hertzogen Adolfs ſeel. und für Unſer Erben &c. Wir ſollen auch den Erſten Ræmiſchen Kænig*, *wehlen*, *für Uns und unſern Theil*; *So ſollen unſers lieben Herrn und Vettern*, *Kayſer Ludwigs*, *Kinder*, *Ludwig und Stephan*, *oder ihr Erben*, *den Andern Ræmiſchen Kænig wehlen*, *und alſo die Wechslung der Wahl des Reichs*, *zwiſchen Uns und Unſer Erben*, *und Ihn und ihren Erben*, *fürbaß ewiglich bleiben - - - Und*, *ob wir*, *oder unſer Theil*, *oder unſer Erben*, *Sie*, *oder ihre Erben*, *irreten*, *oder überführen*, *an der Wahl des Reichs*, *und Sie nicht laſſen wolten wahlen*, *als Sie billig ſolten*, *als vorgeſchrieben ſtehet*; *So ſollen wir*, *unſer Theil*, *und unſer Erben*, *die Wahl des Reichs verlohren haben*, *und ſoll dann die Wahl des Reichs*, *an Sie*, *und Ihre Erben gefallen*, *und ewiglich an Ihn bleiben. Zu gleicher Weiſe*, *ſoll die Wahl des Reichs an Uns*, *unſern Theil*, *und unſern Erben*, *gefallen*, *und ewiglich an Uns bleiben*, *ob Sie*, *oder Ihre Erben*, *Uns*, *unſern Theil*, *oder unſer Erben*, *irreten und überfuhren*, *an der Wahl*, *ſo wir wahlen ſolten - - - - Das iſt geſchehen*, *und der Brieff iſt geben zu* Pavia, *an dem Feyertag* (feria ſexta) *vor* Oswaldi, *da man zehlt*, *von Chriſti Geburt*, *dreyzehen hundert Jahr*, *darnach in dem neun und zwantzigſten Jahr.* Quibus ita deciſis, non mirum, quod in proœmio *Fœderis Electoralis*, an. 1338. *Renſæ die Jovis poſt Margaritha*, icti, apud *Herwartum*, in defenſione *Ludovici Bavari*, contra *Bzovium*, ad an. 1338; *Schilterum*, de *Libertate Eccleſ. German.* lib. 6, cap. 3, §. 3, p. 758, & *Inſtit. Jur. Publ.* Tom. 2, Tit. 17, §. 17, pag. 121, tam prædicti fratris, *Rudolphus Cæcus*, & *Rupertus Rufus*, eorumque Nepos, *Rupertus Tenax*, Comites Palatini *Rheni*, quam laudati *Ludovici* Imp. filius, *Stephanus Fibulatus*, Bavariæ Dux, ſub *Electorali nomine*, ſimul comprehendantur, verb: *Nos D. G. Heinricus*, *Archi-Epiſcopus Moguntinenſis*; *Walramus*, *Archi-Epiſcopus Colonienſis*; *Balauinus*, *Archi-Epiſcopus Treverenſis*; *Rudolphus*, *Ruppertus*, *Fratres*, *Stephanus*, *Rupertus Junior*, *Comites Palatini Rheni*, *& Duces Bavariæ*; *Rudolphus*, *Dux Saxoniæ*, *& Ludovicus*, *Marchio Brandenburgenſis*, *notum facimus &c. - - - - quod prædictum Imperium*, *& Noſtrum principalem honorem*, *quem ab Eo obtinemus*, *videlicet in Electione Imperii*, *in illius ac noſtris Juribus*, *privilegiis & conſuetudinibus*, *ſicut ab antiquo*, *ad Nos*, *ut ad Imperii Electores*, *pervenerunt*, *& devoluta ſunt*, *manutenere*, *tueri ac defendere volumus - - - - & ad hoc efficiendum*, *debet quilibet ex nobis Electoribus*, *alteri auxilium præſtare - - - - ſi contingeret*, *ullam diſſenſionem*, *aut dubium*, *ſuper his rebus*, *inter Nos Electores oriri &c.* Quæ omnia, & ſingula, in Diplomate etiam, quod dictus *Stephanus*, iisdem die & Conſule, edidit, apud *Lundorpium*, l. c. lit. K. Documentor. p. 736, reperiuntur. De *alternatione*, ne dicam, cernimus hinc, Electoralia jura ad integras adhuc pertinuiſſe Familias, communi nomine exercenda. De quo etiam diploma inſpiciendum, ſub dato *Amberch*, *do man zalt*, *von Chriſtes Geburt*, *driuzehen Hundert Jahr*, *zwei und drizzig Jahr*, *an dem Samſtag vor Martini*, quo ſæpe dicti *Rudolfus & Rupertus* fratres, Comites Palatini, inveſtituram *Ludovici* Imp. *Conrado Schlüſſelburgio*, de Oppido & Caſtro *Grouingen*, conceſſam, comprobant, apud *Caſſandrum Thucelium*, in *Electis Juris Publici curioſis*, cap. 4, ex Deductione, *daß dem Hochfürſtl. Hauß Würtemberg das Reichs-Panner-oder Reichs-Fendrichs Amt*, Prædicat *und* Inſigne, *ſchon von etlichen* Seculis *her*, *rechtmaſſig zuſtehe &c.* lit. H, Document, p. m. 206: *Wir Rudolf und Ruprecht Gebrüdere - - - - geben auch*, *mit dieſem Brieff daz gantz und ſteet ze halten*, *für Uns*, *und unſere Erben*, *alſo ſerren wir daz ze halten und ze beſtætigen ſule*, *als Kurfürſten des Reichs tun ſuln.* Sic, ex Actis Electionis *Caroli IV*, præced. Tit. V, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad an. 1349, pag. 674, diſcimus, eosdem Fratres, annitente eorum nepote, *Ruperto Tenaci*, tunc capto, *Güntherum* Com. *Schwartzburgicum*, in Romanorum Regem

Digitized by Google

Regem *conjunctim* elegiſſe. Extincto *Günthero*, cum *Caroli IV* Imperium, turbis hactenus agitatum, magis firmaretur, eique Palatina Domus accederet, factum eſt, ut, mortuo an. 1353, *Rudolpho Cæco*, ortaque inter ipſius fratrem, *Rupertum*, atque *Stephanum Fibulatum* Bavarum, circa *jus eligendi* lite, quod, ex memoratæ *alternationis* formula *Stephanus* prætenderat, *Carolus* Imp. ſub dato *Oppenheim*, an. 1354, Feria tertia proxima poſt Aſcenſionem Domini, apud *Goldaſtum* Tom. I. *Conſtit. Imp.* pag. 345, non ſolum in favorem, *Ruperti*, ſententiam pronunciaret, ſed &, an. 1356, Feria quinta poſt Epiphanias Domini, *Norimbergæ*, eidem, ejusque legitimis hæredibus in perpetuum, conſentientibus Electoribus reliquis, jura Electoralia & Archidapiferatus, veluti annexa *Principatui Palatinatus*, ad excluſionem Bavarorum, vindicaret; apud *Goldaſtum* l. c. pag. 351; quod Decretum *Sigismundus* Imp. per notiſſimam Bullam: *De Jure & ſucceſſione Electorum Palatinorum*, *Aquisgrani* an. 1414, ipſa Coronationis ſuæ die, corroboravit, annoque 1434, 8 Mart. *Baſileæ*, in gratiam *Ludovici III*, ſeu *Pii*, aut *Barbati*, Electoris, totiusque Palatinæ Domus, denuo confirmavit, apud *Goldaſtum* l. c. pag. 398. Dn. *Lucæ*, *des H. R. R. uhralten Fürſten-Saal*, part. 2, cap. 7, p. 539 &c. & Dn. *Tolnerum*, *Codic. Diplom. Palat.* §. 145, p. 93 &c. Et hoc eſt, quod Sereniſſimus Elector Palatinus, *Carolus Ludovicus*, in ſecundo *Manifeſto*, apud *Lundorpium* l. c. cap. 109, pag. 761, ad quintum & ſextum punctum *der Bayeriſchen Ableinung*, reſpondit: *Nun hat man Chur-Pfaltziſchen Theils jederzeit* excipirt, *daß vorgedachtes* Pactum Alternationis *von dem Ræmiſchen Kayſer, Churfürſten und Standen des Reichs insgeſamt, niemahls ſeye* confirmirt, *noch zu einigem* Effect *gebracht worden, und wann ſchon die Pfaltzgraffen und die Herzogen in Bayern, ſolches unter ſich* privatim *gemacht, die Pfaltzgraffen auch damals daſſelbe wohl eingehen müſſen, was Kayſer Ludwigen gefallen hat, auch obſchon ſolches Sie, wie man andern Theils Vorgiebt, zum hæchſten beſchworen hætten, ſo kænte es jedoch das Reich, welches es nie* approbirt, *nicht binden, Viel weniger, wieder deſſen Willen und Danck, Vor gültig und krafftig gehalten werden*, cum (ex Ulpiani Reſponſo, L. Neratius 20, in princ. v. quia pacto; ff. de Religioſis & ſumptibus funerum,) Jus Publicum privatorum pactis infringi nequeat. *Das auch noch mehr iſt, ſo haben Churfürſten Rudolphi Pfaltzgraffens Sæhne, das Geheime* Privat Pactum *beſtritten, darüber im Jahr* 1342, *vor dem Reich, rechtlichen geklagt, die* Alternation *wiederſprochen, das Recht der Pfaltzgraffſchafft bey Rhein vor den Standen* vindicirt, *und erwieſen, und im Jahr* 1354 *&* 1356, *alſo* Magno Interregno, *durch Recht, ſo weit ausgeführet, daß Kayſer* Carl *der* IV, *auch alle Churfürſten und Stande des Reichs*, cognita cauſa, *die Chur der Pfaltzgrafſchafft am Rhein, Churfürſten Rudolphs Sæhnen allein* adjudicirt, *und zugewieſen; Sie von ſo erzwungenen und ungültigen* Pacto, *und dabey geſugten unrechtmaſſigen Eyd* abſolvirt, *auch ein ſo rechtlich gefalltes Urthel* Ludovicus Romanus Bavarus *ſelbſten* confirmirt, *und, zu mehrer Beveſtigung unterſchiedliche Bullen ausgefertiget, und den Reichs-Satzungen einverleibt, lang hernacher, Von Kayſer* Sigismundo de novo ſolenniter *beſtattiget, und vom Pabſt* Urbano II *ſelbſten, genehm gehalten worden. Dieſe Bull nun iſt in die* 300. *Jahr, als ein* Fundamental-*Geſetz des H. R. Reichs, ohn einiges Wiederſprechen, geehret, auch von allen Kayſern, Chur- und Fürſten, leiblichen beſchworen worden, &c.* Conf. *Continuatio Actorum Compromiſſi Francofurtenſis, in cauſa Sereniſſimæ Duciſſæ Aurelianenſis, contra Sereniſſimum Dn. Electorem Palatinum*, de an. 1700, pag. 39 & 307. Ab hoc tempore, ad annum 1623 usque, quo Electoralis dignitas, *Friderico* Palatino ablata, in Domum Bavaricam transmiſſa fuit, Palatinos Comites continua ſerie, nemineque contradicente, Electionibus Imperatorum interfuiſſe, perquam eſt manifeſtum. Separata erat contentio inter *Ottocarum*, Bohemiæ Regem, & *Henricum* Inferioris Bavariæ Ducem, *Ludovici Severi* C. P. R. fratrem Germanum; circa Imperii *jus Pincernatus*, *eligendique* Romanorum Regis, *Henricum* utrumque ſibi vindicaſſe, & à *Rudolpho* Imp. inſuper an. 1275, in *quaſi poſſeſſorio* fuiſſe defenſum, ex Conſtitutione Ejus, cujus præced. Procem. lit. c. pag. 1024 memini, judicandum eſt. Negari tamen nequit, celebratis, an. 1286, inter Imperatoris filiam, *Juttam & Wenceslaum* Bohemorum Regem, *Ottocari* filium, nuptiis, alia Cæſareæ Aulæ arriſiſſe principia, decretumque, per Conſtitutionem *Erfordienſem*, 6 Kal. Octob. 1290; verbis l. c. lit. b, p. 1018 extantibus, Jura *Electoratus*, pariter & *Pincernatus*, ab antiquo Regibus Bohemiæ competiiſſe: Bavaro cauſa cadente. Conf. Ill. Dn. *Coccejus*, *Jurisprud. Publ.* cap. 12, §. 14, ad 17, pag. 224 & 225; Ill. Dn. *Thomaſius*, *in Selectis Feudalibus*, §. 49, lit. f & g, pag. 71 & 72. Add. Dn. *Schilterus*, *de Libertate Eccleſ. German.* lib. 3, cap. 8, §. 18 &c. pag. 386 & ſeqq. qui *Lambecii*, lib. 2. Comment. *Biblioth. Cæſar.* cap. 8, pag. 826 &c. ſententiam amplectitur. Similis controverſia SAXONICAM DOMUM vexavit. En rei ſeriem! Inita Transactione Moguntina, an. 1235, inter *Fridericum* 2, Imp. & *Ottonem Puerum*, Saxoniæ Bojorumque Ducis, *Henrici Leonis*, ex filio, *Guilielmo*, nepotem, notum eſt, laudatum Principem novum, *Brunſuicenſium & Luneburgenſium Ducis*, titulum admiſiſſe, Familia Anhaltina, nemine contradicente, Saxonicum, quem, poſt proſcriptionem *Henrici Leonis* uſurpaverat, retinente. Durantibus Interregni Magni turbis, deponens mortales exuvias *Albertus I*, Saxoniæ Dux, Anhaltinæ ſtirpis, an. 1260, duos relinquebat Filios, *Johannem I & Albertum II* (Non ignoro vulgarem ſtylum, quo *Alberto* primæ conceduntur, ſententiam autem

non

Google

non muo, diplomatum fretus teſtimoniis; Sic enim ipſe *Albertus I*, in Diplomate, de an. 1256, Oct. quo Pagos *Dannenberg & Hagenau*, Eccleſiæ *Coswicenſi* ad Albim, haud procul *Wittenberga*, dono dedit: *Legitima Donatione donavimus, proprietatis titulo, in perpetuum poſſidendas, Johannis & Alberti, Filiorum Noſtrorum, benigno aſſenſu, Nobis in omnibus aſſavente &c.* & in alio, ſub dato *Gloworp*, an. Domini 1259, quarto Id. Septemb. proprietatem duorum manſorum in *Majori Winningen*, quorum poſſeſſio ad *Theodoricum & Henricum*, fratres de *Gatersleven*, Milites, de *Erickesberge* dictos, ſpectabat, Eccleſiæ *de Lapide S. Michaelis* (Michelſtein) donationis titulo, tradens: *Duos manſos, ſitos in Majori Winningen ---- Eccleſiæ de Lapide S. Michaëlis ---- donavimus, proprietatis titulo, in perpetuum poſſidendos, Johannis & Alberti, Filiorum Noſtrorum, benigno aſſenſu Nobis in omnibus aſſavente &c.* Ipſi fratres laudati chartam publicam, qua an. 1261, die undecim millium Virginum, *Terram Tribuſeis, prout in Stralſund tenditur, cum omni Jure, judicio, ſervitio & utilitate*, Eccleſiæ *S. Mariæ, & Johannis* Evangeliſtæ, *Suerini*, conferunt, ita ordiuntur: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Johannes, D. G. Saxoniæ Angariæ & Weſtphaliæ Dux, & Albertus, Frater Ejus &c.* Addas Diploma Electorum, de an. 1279, 14 Kal. April. quo donationes *Rudolphi* Imp. Romano factæ Pontifici, confirmantur, apud *Goldaſtum*, Tom. 1. *Conſt. Imp.* p. 312, ubi: *Ludovicus D. G. Comes Palat. Rheni, Dux Bavariæ; Johannes & Adalbertus, Duces Saxoniæ; Otto, Marchio Brandenburgenſis &c.* priori loco ubique *Johanni* conceſſo;) quorum natu major tranquillioris cum eſſet animi, minor pinguiori inhiabat fortunæ. Stantibus ita rebus, ubi Potentiores Regni Principes & Officiales ſanandis Reipublicæ vulneribus, de eligendo Capite, invicem colloquerentur, annoque 1273, concordibus ſuffragiis, Germaniæ diadema *Rudolpho*, Habſpurgico Comiti, deferrent, expoſuit etiam *Albertus* votum Saxonicum, licet non proprio tantùm, ſed & fratris nomine, quippe qui communi adhuc Regimine, indiviſoque jure, Terras moderabantur. Occaſione interim Electionis hujus, Gener Cæſaris evaſit. Vid. præced. Tit. V, §. 11, in vita *Rudolphi* Imp. v. 3. pag. 628. Mortuo *Johanne*, an. 1185, relictis tribus filiis, *Johanne 2, Alberto & Erico*, ſuperſtes frater, *Albertus II*, firmandæ magis magisque auctoritati, omnem impendens operam, favore minorennitatis Nepotum, jure quaſi radicato, ſolus, an. 1292, *Adolphum Naſſovium* eligere eſt auſus; cum vero, an. 1298, in Electione *Alberti* Auſtriaci, affinis ſui, eandem facultatem ſibi arrogaret, contradicebat, factus interea majorennis, *Johannes 2, Archi-Mareſchalli* officium, una cum *dignitate Electorali*, ſibi, tanquam primogenito Fratrum Senioris, competere aſſerens; enimvero, tantas jam radices egerant res *Alberti*, ut, à majori parte, in favorem Terrarum *Wittebergenſium*, quas tempore geſtæ Nepotum curæ, partem veluti hæreditatis indiviſæ, ſibi vindicabat, relicto dictis Principibus pupillis *Lauenburgico Tractu*, pronunciaretur. Hicque eſt ſenſus Aureæ Bullæ *Caroli IV*, de an. 1376, 4 Id. Junii, *Francofurti* editæ, *de Jure & Succeſſione Electorum Saxoniæ*, ap. *Goldaſtum*, Tom. I. *Conſtit. Imp.* p. 373, ubi: *Illuſtris Albertus, quondam Saxoniæ Dux ---- claræ memoriæ Sereniſſimos quondam Rudolphum, Adolphum & Albertum ---- in Romanos Reges elegit &c.* Recruduit hæc controverſia, tempore eligendi *Henrici Luzelburgici*, an. 1308, inter *Rudolphum*, laudati *Alberti 2*, Filiorum natu maximum, atque præfatum *Johannem 2*, & *Ericum*, fratres *Lauenburgicos*; Illo ad exempla ab ipſius Parente electorum, his ad primogenituræ Juris regulas, provocantibus, Votumque ſuum *Woldemaro* Brandenburgico committentibus; Vid. Decretum Electionis, ejusdem Cæſaris, præced. Tit. V, §. 11, in Ejus vita, v. 4, ad an. 1308, pag. 644. Oborto, poſt *Henrici Luzelburgici* fata, ſchismate, *Friderico Auſtriaco, Alberti I* filio & *Ludovico* Bavaro, ſimul electis, ſtabat ab Auſtriaci partibus *Rudolphus Wittebergicus*, à Bavari vero, *Johannes 2 Lauenburgicus*, teſtibus Electorum literis, ad Pontificem futurum, ſub dato *Franckenford*, 10 Cal. Novemb. an. 1314, præced. Tit. V, §. 11, in vita *Ludovici Bavari*, v. 4, ad. h. a. pag. 653. Conf. *Chur-Bayeriſche Ableitung des Pfaltziſchen* Manifeſts, de an. 1639, apud *Lundorpium*, Tom. IV. *Contin. Act. Publ.* lib. 3, cap. 108, p. 712. Retinens Diadema Bavarus, cum à *Clemente* Papa anathematis fulmine feriretur, novum ſurrexit ſchisma, conſtituto à *Rudolpho Wittebergico*, aliisque, an. 1346, Anti-Cæſare, *Carolo IV*, Moraviæ Marchione. Vid. l. c. ad h. a. pag. 671. Extincto, non multo poſt *Ludovico*, Fautores Ejus, interque eos, *Ericus Lauenburgicus, Johannis*, an. 1315 mortui, frater, vota dederunt *Eduardo*, Britanniarum Regi, Eoque dignitatem recuſante, *Friderico* Marchioni Miſniæ. Quo itidem cum *Carolo* Moravo tranſigente, vertebant oculos, an. 1349, in *Güntherum*, Comitem Schwartzburgicum, qui & ipſe noluit Regios honores ſuſcipere, priusquam publicis in Comitiis (Francofurtenſibus) decideretur, *Ericum*, & Collegas, legitimos eſſe Electores. Vid. l. c. in Vita *Caroli IV*, v. 4. ad h. a. pag. 673 &c. Ab obitu *Güntheri*, ſceptro liberè potitus *Carolus* compenſare quidem *Rudolphi Wittebergenſis* in ſe ſtudium meditabatur, nec tamen *Ericum Lauenburgicum*, Republica nondum liberata turbis, pro lubitu offendere poterat; quæ etiam fortaſſis ratio, cur in Aurea Bulla, an. 1356, non dicatur, utri Linearum, *Wittebergenſi* an *Lauenburgicæ*, Electoratus, Archi-Mareſchallatus

tus & Vicariatus Jura competant. Auctoritate vero Cæſaris firmius ſtabilita, proximè ſtatim ſequenti anno, litem in *Wittebergenſium* ſavorem decidit; ita tamen, ut toti Lineæ titulus adhuc eſſet communis; (ſalvo inſuper *Lauenburgenſium* ſuccedendi Jure, *Wittebergicis* deficientibus, *Francofurti* an. 1367, & *Tangermündæ*, an. 1374, ipſis confirmato, de quo præced. Tit. XI, §. 4, lit. a, pag. 973.) hinc *Wenceslaus* 2, *Rudolphi* filius, ejusque ex fratre, *Ottone*, nepos, *Albertus*, Diploma, an. 1373, 25 Novemb. *Luneburgi* datum, quo Dn. *Wernero Grote*, Abbati Priori, Monachis & Conventui, Monaſterii *S. Michaëlis*, *Benedicti* Ordinis, ibidem antea in Caſtro *Kalckberg*, tunc autem deſtructi, propriis pariter, & Sereniſſimorum *Friderici Bernhardi*, Brunſuicenſium & Luneburgenſium Ducum, quorum curam geſſerant, nominibus, *dederunt, donaverunt, aſſignaverunt, & tradiderunt, purè, liberè, ſimpliciter, irrevocabiliter, & perpetuò, locum intra muros Oppidi prædicti, vulgariter De Hole Eck nominatum, pro fundo Novi Monaſterii inſtaurandi, & conſtruendi*, ſic inchoarunt: *Nos Wenceslauus & Albertus, D. G. Duces Saxoniæ & Luneborgh, Sacri Imperii Romani Electores, univerſis & ſingulis Chriſti Fidelibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, ſalutem in Eo, qui eſt omnium vera ſalus &c.* nec aliter *Henricus*, Verdenſis Epiſcopus, in Confirmationis charta, an. 1376, 14 Julii, *Verdæ*, in ejusdem Abbatiæ favorem, confecta: *Nobiles & Illuſtres Principes & Domini, Wenzeslauus & Albertus, pro nunc Duces Saxoniæ & Luneboreh, Sacri Romani Imperii Electores, eudem condolentes &c.* quamvis minus rectè, laudatus enim Cæſar, *Carolus IV*, notiſſimâ Bullâ: *De Jure & Succeſſione Electorum Saxoniæ*, de an. 1376, 10 Junii, vulgatâ, cujus modo memini, Electorales honores privativè jam *Wenceslao* adſcripſerat, verb. §. 3. *Hoc Imperiali, perpetuo valituro ſancimus Edicto, quod jus, vox, dignitas, & poteſtas eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, eidem Wenceslao, moderno Duci Saxoniæ, tanquam Imperii Sacri Archi-Mareſchallo, ac Principi Electori, Hæredibus & Succeſſoribus legitimis, Laicis duntaxat, ab Eo deſcendentibus, quoties caſus hujusmodi Electionis emerſerit, in perpetuum debeat competere*; & quidem, ut §. 4. habetur, juxta regulas Juris Primogenituræ; Dignitate hac demum *Alberto* ejusque poſteris, obventura *Wenceslai* progenie penitus exareſcente; *Lauenburgicis* fruſtra proteſtationes interponentibus, ſubindeque Archi-Mareſchallatus titulos & Inſignia uſurrantibus. Vid. præced. Tit. XI, §. 4. lit. a, pag. 973. In DOMO BRANDENBURGICA, non minus uno plures, uno eodemque tempore, Electoralia Jura titulosque, ſibi vindicaſſe, teſtantur Acta Electionis *Adolphi Naſſovii* an. 1292, apud *Spangenbergium*, *Chron. Mansfeld.* cap. 271, p. 318, ubi: *Dazumahl waren die zween Marggraffen zu Brandenburg, Marggraff Hans, mit dem Pfeile*, (rectius *Otto*, cogn. *Sagittarius*, *Johanne*, ejus fratre, tunc jam mortuo) *und Marggraff Otto, der Lange, uneins, und ſtreitig, von wegen der Chur, die ein jeder haben wolte, kamen auch darauf beyde gen Franckfurt; Dieſe Uneinigkeit kam den beyden Biſchœffen*, (Moguntino & Colonienſi) *ihr Fürnehmen zu verbringen* (ut eligeretur Adolphus Naſſovius, excludendo Alberto, Rudolphi filio) *auch wohl zuſteure, denn ſie brachten ſo viel zu wegen, daß, ehe ein Marggraffe dem andern die Ehre gœnnen wolte, mit zuwahlen, ſie ihre Stimme dem Ertz-Biſchoff zu Mentz übergaben, doch mit der Bedingung, daß kein Marggraffe zu Brandenburg zum Kayſer erwehlet würde &c.* Recrudiut controverſia hæc, in Electione *Henrici VII*, Luzelburgici, an. 1308, qua amicè componenda, ſolus comparuit *Woldemarus*, dicti *Ottonis Sagittarii*, ex fratre, *Conrado*, nepos, quamvis non proprio duntaxat, ſed & Patruelis, *Ottonis*, præſati *Ottonis Longi* filii, nomine, ſuffragium ferens, Inſtrumento Electionis teſte præced. Tit. V, §. 11, in vita *Henrici VII*, v. 4, ad an. 1308. p. 644. Add. *Declaratio Legatorum Brandenburgenſium, circa Pacta, de eligendo Rege Romanorum, Popardiæ*, 1308, *feria ſexta ante Simonis & Judæ*, apud *Lundorpium*, Tom. IV. *Contin. Act. Publ.* lib. 3, cap. 108, pag. 729; & Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. I. *Cod. Dipl. Jur. Gent.* §. XXX, p. 50, cui tale exordium: *Nos Berchtoldus, Comes de Henneberg, nec non Conradus de Rieda, Miles, Procuratores Illuſtrium Principum, Ottonis & Woldemari, Marchionum Brandenburgenſium, ſuper futuri Romanorum Regis Electionis negotio conſtituti &c.* Conf. *Arnoldi Engelbrechti* Diſſert. de *Succeſſione Principum Electorum*, θ. 18, Tom. IV. *Diſput. Baſil.* *Mylerus ad Rumelinum in Auream Bullam*, part. 2, Diſſert. 6, θ. 18, p. 645. An. 1313. Kal. Maji, ſolemnibus literis, *Spiræ* exaratis, promiſiſſe legitur *Henricus*, Marchio Brandenburgenſis, *Leopoldo* Auſtriaco, poſt fata *Henrici*, Cæſaris, ſuffragio ſuo ſe Ipſius fratri, *Friderico* Auſtriaco, aut, ſi non amplius eſſet in vivis, vel eligi impediretur, illi ipſi, præſto futurum, verb. *Nos Henricus, D. G. Brandenburgenſis & Landensbergenſis Marchio - - - - promittimus, per præſentes, Illuſtri Principi, Luipoldo, Duci Auſtriæ & Stiriæ, Affini noſtro chariſſimo, pro ſe, & Magnifico Principe, Friderico, Duce Auſtriæ, Fratre ſuo, ſtipulanti, quod eundem Fridericum, Affinem noſtrum chariſſimum, in quantum humana fragilitas noſtra ſinit, cæteris Romani Regni Principibus digniorem, ex virtute Juris eligendi, vel quaſi, Regem Romanorum, quod apud Nos, & quosdam*

Digitized by Google

dam alios Principes, Co-Electores Noſtros, exiſtere, & reſidere dignoſcitur - - - - - certitudinaliter eligemus in Regem Romanum - - - - - Si vero eundem Fridericum, Ducem Auſtriæ, antequam eligeretur, contingeret, quod abſit, decedere, aut Ipſum, ne eligeretur, caſu aliquo impediri, in memoratum Luipoldum, fratrem ſuum, Affinem noſtrum chariſſimum, tanquam in Romanum Regem, in Imperatorem poſtmodum promovendum, extunc, pro ut ex nunc, in loco & termino ad hoc præfigendis, dirigemus, modo, quo ſupra dictum, vota noſtra & conſenſum noſtrum voluntarium, tacitum & expreſſum &c. Vid. *Joh. Jacobi Fuggeri*, & *Sigismundi von Bircken Oeſtreichiſcher Spiegel der Ehren*, lib. 3, Cap. 2, ad an. 1314, p. m. 269; Decedente *Henrico* Imp. an. 1314, *Waldemarum* Brandenburgicum, ſusque deque habita *Henrici* conventione, utut adhuc vivi, *Ludovico Bavaro* votum dedit, Vid. Literæ Electoralis Collegii ad futurum Papam, tunc ſcriptæ, præced. Tit. V, §. 11, in vita *Ludovici Bavari*, v. 4, ad an. 1314. pag. 653. Condita jam diu *Caroli IV* Aurea Bulla, *Ludovicus Romanus*, & *Otto*, fratres, communi adhuc ſequenti titulo, in Diplomate, quo an. 1360, die B. *Marcelli*, Francofurti, Domui *Hoſpitalis S. Johannis*, Inſulam quandam conceſſere, uſi ſunt: *Nos Ludovicus Romanus, & Otto, Fratres, D. G. Marchiones Brandenborgenſes & Luſatiæ S. R. J. Archi-Camerarii, Comites Palatini Rheni, & Bavariæ Duces &c.* Vid. Ill. Dn. *Leibnitz*, Tom. 2 *Cod. Dipl. Jur. Gent.* in Mantiſſa, §. 48, p. 250. Ex quo verò *Lüzelburgica* ſtirpis, & deinceps *Zolleranæ*, Principes, Marchionatui præeſſe cœperunt, unicus duntaxat *Electorali dignitate* inter reliquos eminuit. Altum in præſentiarum de ejusmodi litibus ſilentium.

(*b*) VERSUS &c. Et quidem, in Vita *Ottonis III*, p. m. 368, Edit. *Schilter.* de an. 1702; quos *Lupoldus de Babenberg*, de *Jure Regni & Imperii*, cap. 2. apud *Schardium*, *de Jurisdictione Imperiali*, p. 173; *Marſilius Patavinus, de Translatione Imperii*, c. 11, apud *Goldaſtum*, T. 2, *Monarchiæ*, p. 153, aliique multi, repetunt. Alios profert *Nicolaus Reuſnerus*, in *Deſcript. Urb. Imp.* pag. 10.

Septem clara Viris fulget Germania Magna,
Quos penes arbitrium Cæſaris omne manet.
Poma Palatinus Dapifer gerit aurea Princeps:
Dux Gladios Equitum Saxo Magiſter habet.
Marchio fert Sceptrum Camerarius: Inde Bohemus
Rex, Pincerna, manu pocula digna tenet.
Præſul Agrippinus fert ſigna, per Itala Regna;
Teutona Mogiacus; Gallica Trevir amat.

Alios exhibet Dn. *Carolus Wilhelmus Welſerus à Neunhoff*, in Comment. de S. R. J. *Summis Officialibus*, p. 314, Sub-Officialium ſimul memor:

Nunc Bavarus, Dapifer; Palatinusque Monetam
Spargit. Si quando contingit abeſſe Bohemum,
Solet obire vices Limpurgius; atque Ciborum,
Pro Bavaro, Lator, Waldburgius; & Tibi, Saxo,
Pappenheim Gladium fert; ſed vero Hohenzollern
Affundit lympham, cum Brandenburgius Ipſe
Comparet minimè; Sic Sinzendorfius aurum,
Pro Palatino, in vulgus per compita jactat.

TITULUS XIV.

DE ELECTORIBUS SINGULIS.

Elector Moguntinus, eſt Elector, qui Archi-Epiſcopatui (*a*) Moguntino rite eſt præfectus.

NOTÆ.

(*a*) MOGUNTINO &c. Varia *Moguntiæ* nomina imponunt Veteres pariter & moderni Scriptores. Vetuſtiſſima *Taciti* lectio hæc eſt, lib. 4 *Hiſtor.* cap. 15, §. 2: *Batavorum Cohortes - - - - - Magontiaci agentes*; & cap. 24, §. 2: *Emiſſas à Magontiaco Batavorum cohortes &c.* add. cap. 25, §. 2, cap. 33, §. 5, cap. 37, §. 3, cap. 59, §. 5, & cap. 61, §. 7. Ita & apud *Florum* lib. 4, cap. ult. ubi de *Druſi* rebus in Germania geſtis, fermo: *Præterea, in tutelam Provinciarum, præſidia atque cuſtodias ubique diſpoſuit, per Moſam flumen, per Albim, per Viſurgim, nam, per Rheni ripam, quinquaginta amplius Caſtella direxit; Bonnam &*

Magontiacum pontibus junxit, claſſibusque firmavit &c. nec non *Ammianum Marcellinum*, lib. XV, p. m. 59; *Prima Germania, ubi, præter alia Municipia, Magontiacus eſt, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratus, barbaricis cladibus nota &c.* Quam appellationem lib. XVI, p. 65, lib. XXVII, p. 374, repetit; add. Codex *Carolinus* de *Metropolibus*, an. 810, ſeq. Tit. XV, §. 13, lit. c. *Civitas Moguntiacus &c.* In *Itinerario Antonini Pii* habetur: *Provincia Germaniæ Prima Civitates ſunt numero quatuor: Metropolis Civitas Maguntianenſis; Civitas Argentoratenſium; Civitas Nemetum, Spira; Civitas Vangionum, Wormen &c.* Et in antiquiſſimo Provinciarum Civitatumque Galliæ Libello: *Provincia Germaniæ Prima: Metrop. Civ. Magontiacenſium; Civ. Argentoratenſium, hoc eſt, Stratisburg. Civ. Nemetum, hoc eſt, Spira, Civ. Vangionum, hoc eſt, Warmacia &c.* *Ptolemæo* vocatur Μοκοντιακον, *Mocontiacum*; *Eutropius* lib. 7, cap. 8, §. 1, p. m. 167, memor *Caligulæ*, ait: *Poſt hunc, Claudius fuit, Patruus Caligulæ, Druſi, qui ap. Mogontiacum, monumentum habet, filius*; & lib. 9, c. 7, §. 2, p. 222: *Seditione militum interfectus eſt*, (Poſtumius) *quod Mogontiacum, quæ adverſum eum rebellaverat, Lolliano res novas moliente, diripiendam militibus tradere noluiſſet &c.* Eadem voce utitur *Ammianus Marcellinus*, lib. 18, p. m. 125: *Omnes venere Mogontiacum &c.* & lib. 29, p. 426: *Bucinobantibus, quæ, contra Mogontiacum, Gens iſt Alemanna, Regem Fraomarium ordinavit &c.* Qui alibi *Moguntiacum* pronunciat, ut lib. 17, pag. 94. *Petiturus ipſe Moguntiacum &c.* & lib. 30, pag. 447. *Prope Moguntiacum &c.* Apud *Paulum Diaconum*, lib. 2 *Hiſtor. Longobard.* cap. IV, p. m. 367, legimus; de *Narſete* Patricio: *Vitalem, Epiſcopum Altinæ Civitatis, qui, ante annos plurimos, ad Francorum Regnum, hoc eſt. ad Moguntinenſem Civitatem, conſugerat, tandem comprehenſum, apud Siciliam, exilio damnavit &c.* Primus truncatum vocabulum adhibuit *Fortunatus*, Poëta, lib. IX, Carm. 9, ad *Sidonium*, Mogontiacenſem Epiſcopum:

Reddita ne doleas felix Moguncia caſus,
Antiſtes rediit, qui tibi ferret opem.

Quem ſecuti *Hunibaldus*: Francus, *Clodoveo* Regi coævus; cujus verba præc. Tit. 2, § 10, lit. i, v. 23, p. 191, retuli, ibi: Moguntiam &c. Auctor *Annalium Francicorum* ap. *Pithoeum*, ad an. 872, p. m. 84: *Terra motus 3 Non. Decemb. hora prima Magontiam conſumpſit Civitatem &c.* & ad an. 876, p. 95. *Karolus - - - ſtuduit - - - cunctas Civitates Regni Hludowici, in occidentali littore Rheni fluminis poſitas, ſuo Regno addere, id eſt: Magontiam, Wormatiam, & Nemetum &c.* ad an. 881, pag. 105. *3 Kal. Januar. ante Galli cantum, Magonciæ terræ motus factus eſt &c.* & ad an. 882, pag. 106: *Murus Magonciæ Urbis &c.* Auctor *Annalium Fuldenſium*, apud *Freherum*, ad an. 876, 881, 882 &c. *Frodoardus*, in Chronico, ad an. 953, apud *Pithæum*, p. 186: *Conradus - - - in Urbem Maguntiam ingreditur &c.* *Regino*, an. eod. *Moguntiam obſidione abſolvit &c.* *Lambertus Aſchaffenburg.* an. eod. *Obſeſſa eſt Moguntia &c.* de quibus, aliisque lectionibus, Conf. *Zeileri Itiner. German.* cap. 14, p. m. 313 &c. *Cluverius, German. Antiq.* lib. 2, c. 13, p. 47 &c. *Cellarius, Geograph. Antiq.* lib. 1, cap. 3, p. 199 &c. *Merian, Topograph. Archi-Epiſc. Mogunt.* p. m. 4. Patet ex dictis, Urbis pariter antiquitas, & quo cenſu, jam apud Romanos, venerit, quibus *Metropolis* vocata; hinc quoque *Ducis* ſedes fuit, qui ipſum cognomen inde duxit, pariter & *Ducatus*, cui præerat, Vangionum, Nemetumque terminis, cum Trevirorum parte, comprehenſus; ſic enim, notante *Cluverio* l. c. pag. 50, *Notitia Imperii*:

Sub diſpoſitione Viri Spectabilis, Ducis Moguntiacenſis.

	Pacenſium	*Saletione.*
	Menapiorum	*Tabernis.*
	Anderecianorum	*Vico Julio.*
Præfectura Militum	*Vindicum*	*Nemetes.*
	Martenſium	*Alta ripa.*
	Secundæ Flaviæ	*Vangiones.*
	Armigerorum	*Mogontiaco.*
	Bingenſium	*Bingio.*
	Baliſtariorum	*Bodobriga.*
	Defenſorum	*Confluentibus.*
	Acincenſium	*Antonaco.*

Conf. *Petrus de Marca*, Diſſert. de *Primatibus*, §. 76 & 77, p. 54 & 55; *Lehman, Chron. Spir.* lib. 1, cap. 9, p. 23; *Schilterus*, de *Libertate Eccleſ. German.* lib. 1, cap. 4. §. 3, p. 48. Anno 410, ſubverſam à Vandalis *Moguntiam*; & an. 454, ab *Attila*, Hunnorum Rege, funditus deletam; verſa vice, à *Theodeberto*, Auſtraſiorum Rege, annitente *Sidonio*, Urbis Epiſcopo, circa an. 600, quodammodo reſtauratam, laudatus tradit *Petrus de Marca* l. c. §. 77, p. 55. Primum Epiſcopum conſtituit Dn. *ImHoff, Notit. Proc. Imp.* cap. 2, §. 7, pag. 20, *Clementem*; *Trithemius* vero, in vita *S. Maximi*, Moguntini, cap. 5, apud *Surium*, 18 Nov. p. 402; *Petrus Bertius*, lib. 3 *Rer. German.* cap. 6, p. 201; *Nicolaus Serrarius*, lib. 1 *Rer. Mogunt.* c. 19, p. 74, & lib. 2 cap. 1 & 2; *Bucelinus*, part. 1 *German.*

man. Sacra, pag. 2; *Merian* l. c. pag. 9, *Creſcentem*, cujus *Paulus*, 2 *Timoth.* 4, §. 10, meminit. Excepiſſe eum 40 Epiſcopos, ad S. *Bonifacium* usque, primum *Archi-Epiſcopum*, contra *Cochlæum*, *Bertiumque* l. c. ſedecim duntaxat, hoc titulo, recenſentes, *Tritbemius* l. c. cap. 4, *Serrarius* l. c. lib. 1, cap. 20, pag. 74, *Bucelinus*, l. c. *Merian*, l. c. Dn. *ImHoff* l. c. aliique, perhibent. Quo anno erectus ſit Archi-Epiſcopatus, non una eademque doctorum ſententia; Membranaceus Codex *Annalium Francorum, Bibliothecæ Cæſareæ*, res geſtas *Caroli Magni* complectens, apud *Lambecium*, lib. 2 *Commentar. Biblioth. Cæſar.* cap. 5, pag. 346, ad an. 719, ait: *Bonifacius, Vir Sanctiſſimus à Præſule Sedis Apoſtolicæ, Gregorio, Mogontiacæ, Civitati, Metropoli Germaniæ, Archi-Epiſcopus ordinatur &c.* Ita *Hermannus Contractus*, an. eod. 719, apud *Urſtiſium*, p. m. 295: *S. Winfridus, qui & Bonifacius, à Gregorio Papa, Moguntiæ Archi-Epiſcopus conſtituitur &c.* & *Marianus Scotus* an. eod. *S. Bonifacius, à Præſule Sedis Apoſtolicæ, Gregorio Moguntiacæ Civitati, Metropoli Germaniæ, Archi-Epiſcopus ordinatur &c.* *Trithemio* placet an. 720; *Albericus, Monachus trium Fontium*, p. m. 82, habet an. 743; aliis aliter ſentientibus. Non confundenda eſt dignitas Epiſcopalis, à *Gregorio* 2, P. R. in *Bonifacium* collata, cum Archi-Epiſcopali, quam à *Zacharia* P. R. obtinuit. Illam innuit *Lambertus Aſchaffenb.* ad an. 718, ſcribens: *S. Bonifacius ordinatur Epiſcopus*, 11 *Cal. Decemb.* quamvis, ex *Othlono* Fuldenſi Presbytero, in vita *S. Bonifacii*, lib. 1, cap. 14, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 61, pateat, *ordinationem* demum 30 Novemb. & quidem an. 723, factam; ita enim ille: *Adveniente Ordinationis ejus die, quæ erat pridie Kalendarum Decembrium, hoc eſt, in Natali S. Andreæ Apoſtoli*, (adeoque 30 Novemb.) *impoſuit ei Venerabilis Papa, & Epiſcopatus Ordinem, & alterius nominis, quod eſt Bonifacius, dignitatem, nam antea Windfrid dicebatur.* De anno, teſtatur *Bonifacii* juramenti formula, Pontifici tunc præſtiti referente *Othlono* l. c. *In nomine Domini, Dei Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti, imperante Domino Leone, magno Imperatore, anno ſeptimo poſt Conſulatum Ejus: ſed & Conſtantini, Magni Imperatoris, Ejus filii, anno quarto, Indictione VI, promitto Ego, Bonifacius, Dei Gratia Epiſcopus, Tibi, B. Petre, Apoſtolorum Princeps, Vicarioque Tuo, B. Gregorio Papa, & Succeſſoribus Ejus &c.* quam integram *Baronius* quoque Tom. IX. *Annal.* ad an. 723, §. 4, p. m. 34, & *Vorburgius*, Vol. IX. *Contin. Demonſtrationis*, an. eod. p. 233, ſuppeditant; prædictis Imperatorum Annis & Indictione, Anno Chriſti 723, exactè reſpondentibus; hocque fundamento rectè judicat *Baronius* l. c. ad an. 751, §. 15, p. 220, in literis *Zachariæ* Pontificis, de an. 751, quibus *Archi-Epiſcopatus Moguntinus* confirmatur, apud *Othlonum*, l. c. lib. 2, cap. 11, p. m. 80 & 81, & *Vorburgium* l. c. ad an. 751, p. 493, loco verborum: *Ab Eo* (Gregorio P. R.) *Epiſcopus ordinatus, &, ad prædicandum, denuo remiſſus es, & elaboraſti, Deo prævio, nunc usque per annos Viginti quinque, in eadem prædicatione, ex quo Epiſcopatum accepiſti &c.* legendum eſſe: *per annos viginti octo;* Computatione hac omnino in annum Ordinationis Ejus, 723, quadrante. Licet autem, anno duntaxat 751, Archi-Epiſcopatui novo Pontifex *Confirmationis* Diplomate proſpexerit, vel iisdem literis ll. cc. teſtibus: *Idcirco, auctoritate B. Petri, ſancimus, ut ſupra dicta Eccleſia Moguntina, perpetuis temporibus, Tibi, & ſucceſſoribus tuis, in Metropolim ſit confirmata, habens has ſub ſe Civitates, id eſt: Tungris, Coloniam, Wormatiam Spiratiam & Trectis, & omnes Germaniæ Gentes, quas tua Fraternitas, per ſuam prædicationem, Chriſti lumen cognoſcere fecit &c.* nihilominus *Bonifacium*, dudum antea *Archi-Epiſcopali* charactere inclaruiſſe, Edictum *Carolomanni*, Francorum Principis, quo an. 742, Synodum congregavit, apud *Othlonum* l. c. lib. 1, cap. 34, p. m. 66. *Serrarium*, l. c. lib. 3, cap. 42. reliquosque, quorum præced. Tit. 2. §. 10, lit d. p. 74 memini; documento eſt, cui tale exordium: *In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Ego Carolomannus, Dux & Princeps Francorum, Anno ab Incarnatione Domini, Septingenteſimo Quadrageſimo ſecundo, XI Kal. Maji, cum conſilio ſervorum Dei, & Optimatum meorum, Epiſcopos, qui in Regno meo ſunt, cum Presbyteris, ad Concilium & Synodum, pro timore Chriſti, congregavi, id eſt, Bonifacium Archi-Epiſcopum, Burchardum &c.* Paucisque interjectis: *Itaque per Conſilium Sacerdotum Religioſorum, & Optimatum meorum, ordinavimus, per Civitates, Epiſcopos, & conſtituimus ſuper eos Archi-Epiſcopum Bonifacium, qui eſt Miſſus S. Petri &c.* Ecce! *Bonifacius* jam an. 742, *Archi-Epiſcopus* ſalutatur, etiamſi nulla adhuc certi cujusdam loci mentio fiat. Addi poſſunt Acta *Romanæ* Synodi, an. 745, apud *Othlonum* l. c. lib. 2, cap. 4, p. 71, in quibus habetur: *Denardus, Religioſus Presbyter, Legatus Bonifacii, Sanctiſſimi Archi-Epiſcopi Provinciæ Germaniæ, directus, ad Veſtrum Sanctum Apoſtolatum, præ velo eſt, & petit ingredi &c.* Conf. *Baronius* l. c. ad an. 745, §. 23, p. 194; *Vorburgius* l. c. an. eod. p. 441. Demandatum ei hoc munus, à *Carolomanno* & *Pipino*, Fratribus, ex quo *Gerbilo*, ipſius Anteceſſor, Saxonem interfecerat, propterea Epiſcopatu exutus, auctor eſt præfatus *Othlonus* l. c. cap. 37, p. 68: *Quo* (Gewilieb) *depoſito, ſtatim S. Bonifacius, à ſupradictis Principibus, Karlomanno*

6 Q 3 *videlicet*

videlicet & Pipino, fratre Ejus, Eccleſiæ Mogontiacenſi præficitur, &, ut ejus dignitas eminentior foret, decreverunt iidem Principes, Eccleſiam Mogontiacenſem, quæ prius alteri ſubjecta erat, Metropolim omnium in Germania poſitarum Eccleſiarum efficere &c. A Depoſitione itaque *Gerbilonis*, *Bonifacius Moguntina Sedi* præeſſe cœpit, hæcque inde *Metropolitana* facta. Falſum interim eſt, quod de *ſubjectione Othlonus* perhibet, cum *Moguntina* Eccleſia nulli antea ſubjecta fuerit. Vid. *Petrus de Marca* l. c. §. 77. p. 56; Conf. ſeq. Tit. XV, §. 13, lit. h. Minus rectè *Serrarius*, lib. 1, cap. 27, *Willigiſum* Præſulem primum vocat Electorem. Carpentarii filium Eum fuiſſe, vetus traditio eſt. *Siffridus*, Presbyter, lib. 1. *Epitomes*, apud *Piſtorium* p. m. 690, hæc ſubminiſtrat: *Tempore S. Henrici Imperatoris, Willegiſus, Archi-Epiſcopus Moguntinus, vigebat. Iſte, quia humilem progeniem habuit, & patrem, qui currus & bigas facere ſolebat, in thalamo, ornatis & grandibus literis hac ſcripta habebat:*

Willegis, Willegis, recole, unde veneris.

Hæc & in Teutonica Lingua ſcripta erant. Appendebat etiam rotas, & hujusmodi inſtrumenta, in pariete circumquaque, in quibus ſuam proſapiam recognoſcebat. Adhuc uſque habentur duæ rotæ quaſi aratri in vexillo, & una in clypeo Eccleſiæ Moguntinæ. Conf. *Andreas*, Presbyter *Ratisbonenſis*, in *Chronico Bavarico*, in vita *Henrici S.* p. m. 20: *Prædicti Heinrici Imp. temporibus, in Moguntia fuit Archi-Epiſcopus, Willkinus, cujus Pater bigas & currus facere ſolebat. Igitur ad parietes Oratorii ſui rotas ſuſpendit, ubi, cauſa humilitatis, ita ſcripſit:*

Willekis, Willekis, gedencke, wanne du kommen biſt.

Clavem hujus Cameræ ſolus Epiſcopus ſervabat, unde theſaurum ibi repoſitum, putabatur habere, donec Imperator ſemel intromiſſus fuit. Ideoque adhuc in vexillo Moguntino rota aratri eſt depicta &c. Idem docet *Nauclerus*, Vol. 2. *Chronographiæ*, Generat. 34, ad an. 1010, p. m. 752; & *Pantaleon*, part. 2. *der Teutſchen Helden*, pag. 136, voc. *Wiligiſus*, memor ſimul Parentis ejus, ſolique natalis: Wiligiſus *iſt in Sachſen, von* Hamaxurgo, *einem Wagner, und ſchlechten Mann, in dem Dorff Stroningen, erbohren --- hat in ſeinem Gemach, zu welchem Er allein den Schlüſſel gehabt, an der Wand laſſen ein Wagen-Rad mahlen, mit dieſer Ubergeſchrifft:*

Willigiſe, gedenck, wer du ſeyeſt, und was du etwan geweſen &c.

Dieſes Rad iſt hernach den Ertz-Biſchoffen für ihr Wapen gegeben, und ihnen vom Kayſer, S. Henrich, *beſtættiget worden &c.* Eundem pagum profert *Merian* l. c. p. 10; pariter ac *Caſpar Bruſchius*, cap. 2. *Epiſcoporum Germaniæ*, in 34 Præſule Moguntino, p. m. 7. *Hopingius* vero, de *Jur. Inſign.* cap. 6, part. 1, §. 2, pag. 235, v. 28. legit: *Strovingen*, ſubſcribente Dn. *Spenero*, *Op. Herald.* part. ſpec. lib. 1, cap. 64, §. 1, pag. 256; *Limnæus*, lib. 3, *Jur. Publ.* cap. 4, §. 8, pag. 41, habet: *Struvingen, Stroangen vel Schœningen*; quod poſterius vocabulum Dn. *Bilderbeckio*, Tom. I, *des Teutſchen Reichs Staats*, part. 4, c. 2, §. 5, p. 468, arridet. Add. *Serrarius* l. c. lib. 5, p. 723 & 724; *Münſter Coſmographia* lib. 3, cap. 193, p. m. 686; *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ* cap. 9, §. 38, pag. 404; *Morery* voc. *Willigiſus* p. m. 566, multique alii, quorum nomina *Hoping.* l. c. v. 34, p. 236. conſignat. De Inſigni addendum, quod ſit *rota argentea ſex radiorum, in campo rubeo*: Vid. Dn. *Imhoff* l. c. §. 5, p. 20. Europ. *Herold*, Tom. I. pag. 198; Dn. *Zſchackwitz, Einleitung zum* Jure Publico, lib. 2, cap. 8, Q. 16, p. 285; reliqui modo nominati. Inter Epiſcopatus Rhenanos, audit noſter: *Das Würdigſte*; Vid. ſeq. Tit. XV, §. 13, lit. e. Qui catalogos Epiſcoporum & Archi-Epiſcoporum congeſſerint, dicam ſeq. §. 1. lit. a.

1. Catalogum (*a*) Archi-Epiſcoporum Moguntinenſium, vid. apud Limnæum, Tom. IV, ad lib. 3, cap. 4. Hodiernus eſt: Anshelmus Franciſcus Fridericus, prognatus è Familia Equeſtri Rhenana Ingelheimiorum, (*b*) à pluribus Seculis inclyta. Moguntinus eſt Archi-Cancellarius (*c*) per Germaniam.

NOTÆ.

(*a*) CATALOGUM &c. Eundem exhibent: *Petrus Merſæus*, in *Catalogo Electorum Eccleſiaſticorum*, an. 1580, in 8, Coloniæ edito; Auctor *der Mainziſchen Chronick, ſamt Beſchreibung aller Biſchœffe, Ertz-Biſchœffe, und Churfürſten Wapen &c.* Francof. 1630, in 4; *Bruſchius* de *Epiſcopis German.* cap. 2, pag. 4, ad 21, à *S. Creſcente* ſeu *Creſcentio* usque ad *Sebaſtianum ab Heuſenſtein*, an. 1545, die *S. Lucæ* Evangeliſtæ, inauguratum;

tum; *Nicol. Serrarius*, libris quinque *Rer. Moguntin.* ab initio, uſque ad *Johannem Suicardum; Mogunt.* 1605, 4. *Münſterus*, lib. 3. *Coſmograph.* cap. 193, pag. 686: *Zeilerus, Topograph. Archi-Epiſcop. Mogunt.* pag. 9 &c. *Petrus Bertius*, lib. 3. *Rer. Germ.* cap. 6, voc. *Moguntiacum*, pag. 201 &c. *Gabriel Bucelinus*, part. 1. *Germ. Sacr.* pag. 2 & 3; Dn. *Thulemarius*, cap. 10. *Octovirat.* §. 15, p. 133 &c. Qui, per Seculum XVII, Eccleſiæ præfuerunt, recenſentur à Dn. *Imhoff Notit. Proc.* lib. 2, cap. 2, §. 11, p. 22. Eos contra, qui ab an. 1140 uſque ad an 1250, Eam rexerunt, oſtendis in *Veteri Chronico Rerum Moguntiacarum, Conradi Epiſcopi*, apud *Urſtiſium*, Tom. I. *Reg. German.* p. 567 &c. & *Reuberum* pag. &c.

(*b*) INGELHEIMIORUM &c. Principi huic, an. 1695, 21-31 Mart. defuncto, ſucceſſit LOTHARIUS FRANCISCUS L. B. de SCHOENBORN, qui, jam ab anno 16 3, 8 Novemb. conſtitutus Præſul Bambergicus, an. 1694, *Ingelheimio*, Coadjutor datus eſt. Sedem habet *Aſchaffenburgi*. Coadjutorem nactus eſt, an. 1710, 5 Novemb. Sereniſſimum *Franciſcum Ludovicum* Ducem Neoburgicum, Magnum Magiſtrum Ordinis Teutonici, & Epiſcopum Wormatienſem, atque Vratislavienſem. Qui 8 Febr. 1716 in Electorem Trevirenſem evectus. Qua dignitate, interjectis tredecim annis, reſignata, an. 1729 Elector Moguntinus renunciatus eſt. Moritur 18 Aprilis 1732. Succeſſorem nactus eſt 5 Junii ejusdem anni FRANCISCUM LUDOVICUM, nobilem Dn. de ELZ, natum 26 Octobr. 1665. Canonicorum Metropolitani Capituli ſunt XLII. quorum XXIV *Capitulares*, reliqui *Domicellarii*, appellantur. Quibus *Officialibus hereditariis* Eccleſia Moguntina ſtipata ſit, innuit Dn. *ImHoff* l. c. §. 10, p. 22. *Officiales hæreditarii hi ſunt: Archi Mareſchalli; Landgravii Haſſiæ: eorum Vicarii, ſeu Mareſchalli hæreditarii. Equites de Heiſenſtein: Archi-Dapiferi: Comites de Veldenz; eorum Vicarii, ſeu Dapiferi hæreditarii, Barones Greiffenklau de Volrath; Archi-Pincernæ: Barones de Schœnborn, qui Comitibus de Sponheim ſucceſſerunt; eorum Vicarii, Equites de Kronberg. Archi-Camerarii, Comites de Stolberg; eorum Vicarii, ſeu Camerarii hæreditaris, Comites Metternichii in Winnaburg & Beilſtein.* Confirmant hæc Dn. *Spener*, *Op. Herald.* part. ſpec. lib. 1, cap. 64, §. 22, p. 268; *Bucellinus*, l. c. pag. 2, Ill. Auctor *des Europ. Heroldts*, T. 1, pag. 199 & 202; Dn. *Zſchackwitz*, *Einleitung zum Teutſchen* Jure Publico, lib. 2, cap. 8, Q. 11, p. 280; Dn. *Bilderbeck*, *Teutſcher Reichsſtaat*, Tom. 1, part. 4, cap. 2, §. 4, pag. 468. Dotatores ibidem occurrunt. Suffraganeos Epiſcopos ſeq. Tit. XV, §. 13, lit. c. recenſebo. De Inſignibus, præced. Procem. lit. a, dictum eſt. Jura Electoris ſeq. lib. 3, Tit. 10, explicabuntur.

(*c*) ARCHI-CANCELLARIUS &c. Vid. ſeq. §. 6 & 7.

2. Elector Trevirenſis, (*a*) eſt Elector, qui Archi-Epiſcopatui Trevirenſi rite eſt præfectus.

NOTÆ.

(*a*) TREVIRENSIS &c. De Archi-Epiſcopatu hoc legi merentur *Golſcheri*, Monachi *S. Matthiæ* apud Treviros, qui ſub *Henricis IV & V.* floruit, *Geſta Treverorum, ab Urbe condita, uſque ad annum* 1132; i. *Acceſſionibus Hiſtoricis* Ill. Dn. *Leibnitii*. *Gulielmi Kyriandri, Annales Auguſtæ Treverorum*, an. 1576, *Maximiliano* 2, in Comitiis Ratisbonenſibus, exhibiti, annoque 16 9, & 1625 editi; quibus deinceps, juſſu Archi-Præſulis, *Chriſtophorus Brouerus*, *Antiquitatum & Annalium Treverenſium* libros XXII. oppoſuit, à *Jacobo Maſenio* tribus auctos, Leodii, 1670. aliique, quorum Conſiliariſſ. Dn. *Struvius*, in *Selecta Bibliotheca Hiſtorica*, Cap. XVII, §. 18, p. 473, meminit. Originem fabuloſam delineat *Golſcherus*, l. c. Cap. 2, p. 2. *Anno, ante Romam conditam, milleſimo, duceneſimo, quinquageſimo, Urbs Treberis, in Europa, ab Auctore Trebeta, profugo filio Belis*, (Nini) *parvo adhuc nomine, condita eſt, anno ſeptimo* (70.) *ætatis Abrahæ Patriarchæ &c.* Conſentire videntur *Albertus Stadenſis*, ad an. 1240, p. m. 215; *Albertus Crantzius*, lib. VIII. *Metropol.* Cap. , p. 203; multique alii, quorum nomina *Matth. Merian, Topograph. Trevirenſ.* p. 29, conſignat. Id manifeſtum eſt, *Treviros*, non urbis, ſed Gentis, olim nomen fuiſſe, quæ inter Rhenum & Moſam, circa Moſellam maximè, habitavit, cujus Oppidum primarium, ad Moſellam, *Auguſta Trevirorum* dictum; jam ante *Cæſarem* ac *Auguſtum* potens, clarumque per totam *Galliarum* Dioeceſin; ita enim *Cæſar*, lib. 5. Comment. de *Bello Gallico*, Cap. 3, p. m. 90. *Hæc Civitas* (Trevirorum) *longe plurimum totius Galliæ Equitatu valet, magnasque habet copias peditum &c.* & *Pomponius Mela*, lib. 3, Cap. 2, de Gallia: *Urbes opulentiſſimæ, in Treveris, Auguſta; in Æduis, Auguſtodunum: in Auſcis, Climberrum &c.* *Ammiano Marcellino* lib. XV, p. 59, vocatur: *Domicilium Principum clarum.* Conf. *Plinius*, lib. 4, *Hiſtor. Natural.* Cap. 17, p. m. 236; *Ptolemæus*

Digitized by Google

lemæus lib. 2, Cap. 9; *Strabo*, lib. IV; *Pomponius Mela* lib. 3; *Andreas Althamerus*, in Scholiis, in *Cornelium Tacitum*, *de moribus German.* apud *Schardium*, T. 1. *Rer. Germ.* p. 21; *Jodocus Willichius*, in eundem part. poſt. §. 3, ibid. p. 59; *Henricus Glareanus* in eundem, l. c. pag. 73; Hæcque ratio, quod, diviſo Romano Imperio, Principes, qui Tranſalpinas partes tenebant, plerumque Sedem *Treveris* fixerint, veluti: *Conſtantius*, *Canſtantinus*, *Conſtantinus* filius, & *Conſtans*, hujusque percuſſor, *Magnentius*, ſæpe *Gratianus*, &, qui eum jugulavit, *Maximus*; pariter & *Præfecti Prætorio Galliarum*, vel l. 5. Cod. Theodoſ. de *Curſu Publico*, teſte. Vid. *Petrus de Marca*, de *Concordia Sacerd. & Imper.* lib. 6, cap. 17, §. 4, p. 879; *Petrus Bertius*, lib. 3, Commentar. *Rerum Germanicarum* cap. 6, voc. *Treviri*, p. m. 278 &c. *Cellarius*, *Notit. Orbis Antiqui*, lib. 3. cap. 3, voc. *Treviri*, p. m. 201 &c. *Matth. Merian*, l. c. Auctor *Quinquertii Cameralis*, *Fünffte Frage*, p. m. 257; in primis *Cluverius*, *Antiq. German.* lib. 1, cap. 3, p. 32, & lib. 2, cap. 14, p. 51 &c. & *Zeilerus*, *Itiner. German.* cap. 22, §. 24. p. 468 &c. Imperante *Carolo Magno*, *Treviros* Francorum juſſa excepiſſe, caret dubio; vel ſolo Codice de *Metropolibus*, an. 810, exarato, teſte ſeq. Tit. XV, §. 13, lit. X. Inſtituto poſtmodum, commiſſa *Fontanedenſi* clade, Familiæ erciſcundæ judicio, *Viroduni*, an. 843, inter Nepotes Ejus, ex filio *Ludovico Pio*, *Lotharium*, *Ludovicum Germanicum*, & *Carolum Calvum*, obvenerat *Lothario*, pars quoque Regni inter *Scaldim* & *Rhenum*, conſequenter & *Tractus Trevirenſis*; Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 56; Quæ, hac Regni portione, an. 855, inter ipſius tres filios, *Ludovicum 2*, *Lotharium* & *Carolum*, ſubdiviſâ, *Lothario* ceſſit, inde *Lotharingia*, ſeu *Regnum Lotharii*, vocata. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 84. Mortuo an. 869, *Lothario*, Patrui Ejus, *Ludovicus Germanicus*, & *Carolus Calvus*, æquis partibus, idem Regnum invicem partiti ſunt, an. 870, excluſo etiam defuncti fratre, *Ludovico 2*, Imperatore; qua Transactione mediante, *Trevirorum Auguſtam* cum *Germania* coaluiſſe, ex ſcriptis tabulis, apud *Nithardum*, lib. 4, *Hiſtor.* Edit. Pithoeanæ, p. m. 488, liquet, ibi: *Anno Incarnationis Dominicæ DCCC LXX, Regni Karoli XXXIII, Indict. III, 6 Id. Aug. fuit hæc diviſio Regni facta in Procaſpide, ſuper fluvium Moſam, inter Glorioſos Reges, Karolum & Hludunicum.* *Ludovicus* inde accepit: *Coloniam*, *Treveris*, *Utrech*, *Straſburch*, *Baſulam* &c. Conf. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 59. Anno 876, *Salfeldiæ*, à laudato *Carolo Calvo*, Ejusque fratris, *Ludovici Germanici*, filiis, *Carolomanno*, *Ludovico Jun.* & *Carolo Craſſo*, hæc omnia confirmata; rurſusque, an. 878, in Conventu *Furonenſi*, poſt fata *Caroli Calvi*, ab Ejus filio, *Ludovico Balbo*, dictoque *Ludovico Jun.* Germaniæ Rege, l. c. pag. 60 & 61, probavi; quamvis, anno ſequenti 879, defuncti *Balbi* filii, *Ludovicus* & *Carolomannus*, *Ludovico Germanico* parte ſua Lothuringiæ cedere, cogerentur, vid. l. c. cui conventioni, an. 923, apud *Bonnam* nova acceſſit, inter *Henricum Aucupem* Germaniæ, *Carolumque Simplicem*, *Ludovici Balbi* filiorum natu minimum, Fratrum factum improbantem, proptereaque Lotharingiam armata manu invadentem, Galliæ, Reges, vi cujus demum, Gallus juribus ſuis in eam penitus renunciavit; Vid. l. c. pag 61 & 62. Rectè hinc *Albericus*, *Monachus trium fontium* p. m. 258. *Anno 923, cum Trevirenſis Eccleſia, cum ſuis Suffraganeis, fuiſſet huc usque, ſub Regibus Franciæ, mediante Epiſcopo Ruperto, pertractata pace, reddita eſt Regibus Alamanniæ.* Licet autem hac via *Trevíris* ad *Regnum Germaniæ* poſtliminio redierit, manſit tamen Eccleſia *Metropolitana Galliæ Belgicæ*, quo intuitu etiam Archi-Epiſcopus Ejus, *Archi-Cancellarius Imperii per Galliam*, celebratur, ut & *Regnum Arelatenſe*, ſeu *Burgundicum* quod ſub *Conrado Salico*, an. 1033, ut præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 7, pag. 248 &c. latius deductum, *Germaniæ* jungi cœpit. Vid. *Cluten. Syllog. rer. quotid.* concl. 24, lit. K; *Nolden*, de *Statu Nobilium Civili*, cap. 8, §. 62 & 63, p. 138; *Freherus*, *ad Petrum ab Andlo*, lib. 2, c. 1, p. 164; *Conringius*, *de Republica*, Exercit. V, de *Septemviris*, §. 43, p. m. 208; & de *Finibus Imperii*, lib. I, cap. 8. §. 10, p. 52; Ill. Dn. *Coccejus*, *Jurisprud. Publ.* cap. 5, ſect. 2, §. 38, p. 126 & 127; Dn. *Schilterus*, de *Libertate Eccleſ. German.* lib. 1, cap. 4, §. 8, pag. 52; & *Inſtit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. 20, §. 7, pag. 215, & Tom. 2, Tit. 19, §. 18, pag. 282. Alii. Contrarius eſt *Limnæus*, lib. 3. *Jur. Publ.* cap. 5, §. 1 &c. pag. 42. & ad *Capitulat. Caroli V*, Prœm. voc. *Auch Gallien*, §. 6 & 7. pag. 128 &c. Primum Epiſcopum vocant *Eucharium*, de quo, hæc in Chronico *Ottonis Friſingenſis*, lib. 3, c. 15, p. m. 62. *Petrus* ---- (Apoſtolus) *ad florentiſſimam Galliæ Urbem, Treverim, tres ſimul Proceres, Valerium, Eucharium ac Maternum, deſtinavit. Qui dum Alpes tranſiſſent, Maternus in via moritur: quo facto perculſi Socii Romam revertuntur. Beatus itaque Petrus Apoſtolus paſtoralem Virgam, ut traditur, per eos, ad ſuſcitandum eum, miſit. Qui venientes ad locum ſepulchri, 33 dies invenerunt eum in monumento jacentem: attamen Viri Dei, fide & operibus bonis pleni, ſub obedientia Magiſtri, admota Virga, ſocium à morte ſuſcitaverunt. Qui, ut fertur, poſt Eucharium, & Valerium, per tot annos, Treverenſem & Agrippinenſem rexit Eccleſiam, quod dies antea in ſepulchro jacuerat. Oſtenditur autem adhuc eadem Virga, in argumentum rei, quam diximus, Treveri, ac Agrippinæ, ita, quod ſuperiorem ejus partem Treverenſes, inferiorem Colonienſes, habeant &c.* Conf. *Innocentius III*, P. R. lib. 1, de *Myſterio Miſſæ*, c. 62, verbis ſeq. Tit. XV, §. 22, lit. d, occurrentibus; *Golſcherus* l. c. cap. 21, p. 26 &c. *Albericus*, ad an. 953, p. 289, & an. 972, p. 19. Gloſſator, ad *Innocentii III*, Decretal.

lib. 1,

Digitized by Google

lib. 1, de *Sacra unctione*, Tit. XV, cap. 1, §. fin. *Speelmani* Gloſſ. voc. *Ferula*, p. m. 223. Eum 25 alii ſecuti, quos *Agricius* excepit ex deſignato Patriarcha *Antiocheno*, Arianorum artibus expuncto, primus à *Sylveſtro* Papa, conſtitutus Archi-Epiſcopus; Vid. *Golſcherus* l. c. cap. 30 & 31, pag. 39 & 40; corruptè, in Synodali Epiſtola *Arelatenſi*, ad eundem Pontificem Romanum, de an. 314, *Acratius* nominatur, apud *Baronium* Tom. 3. *Annal.* ad h. a. §. 66, p. m. 133; De honore *Trevirenſis*, pergit *Golſcherus*, l. c. cap. 67, pag. 108: *Ad cujus Præſulatum, ex permiſſione B. Petri Apoſtoli, ſuorumque ſucceſſorum Apoſtolicorum, quos enumerare longum eſt, inviolabilium teſtamentorum roboratione, totius Galliæ, atque Germaniæ, pertinet Primatus &c.* In Epiſtola *Athanaſii*, ad *ſolitariam vitam agentes*, Tom. I. Operum *Athanaſii*, p. m. 831, occurrit: *Paulinus, Epiſcopus Trevirorum, quæ Galliarum Metropolis eſt &c.* *Brunonem* quoque Archi-Epiſcopum, anno 1110, Ordinationis ſuæ 19, circa proëdriam, ex hoc capite, litem *Adelberto* Moguntino intendiſſe, idem perhibet, cap. 70, p. 116, *Colonienſem* præcedit, quod non ſolum *Trevirenſis* Eccleſia *Colonienſi* ſit antiquior, ſed & *Gallia*, per quam *Archi-Cancellarius* nuncupatur, ante *Italiam*, per quam *Colonienſis*, *Archi-Cancellarius* eſt, Imperio Germanico accreverit. Vid. *Limn.* l. c. §. 6, 7 & 8, p. 43; & Tom. V. Addit. ad hunc locum, p. 153; nec non, ad A. B. cap. 1, §. 11, Obſervat. 2, pag. 102; *Gothofredus, de la Preſeance des Roys de France, ſur les Roys d'Eſpagne*, cap. 1, in annot. lit. e, fol. 13; Dn. *Thulemarius, Octovirat.* cap. 11, §. 1, p. 135. In contrarium movere dubium *Hermes, in Faſciculo* J. P. cap. 16, §. 1, aſt levi ratione, obſervavit *Bœclerus*, lib. 6, *Notit. Imp.* cap. 6, p. 144. Quid hodie obtineat, ex *Electoralis Collegii* Concluſio de an. 1653, apud *Lundorpium*, Tom. VII. *Contin. Act. Publ.* lib. 6, §. 109, pag. 8, peti poteſt, ubi: *Wann die Herren Churfürſten in Perſon alle beyſammen, und keine* Latera *gehalten werden, ſondern dieſelbe in einer* Serie *nacheinander ſitzen, wie ſonderlich in der Kayſerlichen und Kœniglichen Wahl in* Conclavi *geſchicht, ſo hat es damit ſeine Richtigkeit, daß ein Churfürſt zu Maintz die Erſte, Chur-Trier und Cœlln,* alternatim, *nacheinander, die Andere und Dritte - - - - Stelle - - - - gebühre.* Inſignis loco, utitur Elector noſter *cruce rubra, aureo in vellere*; ita, ex *Lindenbrogii Chronico Caroli M.* pag. 219, *Hopingius*, de *Jur. Inſign.* cap. 6, part. 1, §. 1, v. 40, pag. 237; Dn. *D. Spener* vero, *Op. Herald.* part. ſpec. lib. 1, cap. 91, §. 2, pag. 357, ait: *Hieroglyphicon Archidioeceſi* (Trevirenſi) *proprium eſt: Laterculo argenteo inſcripta Crux rubra*; cui aſſentiuntur, Dn. *Imhoff Notit. Proc. Imper.* lib. 2, cap. 3, §. 4, pag. m. 24; *Europ. Herold*, Tom. 1, pag. 209; Dn. *Bilderbeck, Reichs-Staat*, Tom. 1, part. 4, cap. 3, §. 7, pag. 474. Officiales hæreditarii hujus Eccleſiæ ſunt, *Mareſchalli:* Domini de *Elz*, *Dapiferi:* Dnn. *von der Leye*; *Camerarii*, Dnn. de *Sötern*; & *Pincernæ*, Dnn. de *Schmidberg*; Vid. Dn. *Spener* l. c. pag. 358; Dn. *Imhoff* l. c. §. 10, pag. 26, de *Camerariis* autem addens: *Camerarii, Dnn. à Keſſelſtatt, antehac Barones de Sötern &c.* ita & *Europ. Herold.* l. c. & Dn. *Zſchakwitz, Einleitung zum* Jure Publ. lib. 2, cap. 9. Q. 9, pag. 292. Collegium Canonicorum Metropolitanæ Eccleſiæ numerum *quadrageſimum* implet; XVI *Capitulares*, reliqui *Domicellarii* vocantur, omnes nobili ſanguine creti. Dn. *Imhoff* l. c. §. 12, p. 26; *Europ. Herold* l. c. pag. 207; Archi-Epiſcopalis Aula non ſemper *Treviris*, ſed plerumque *Ehrenbreitſteinii* eſt; nonnunquam *Ottenſteinii*, & *Witlichii*. Vid. *Europ. Herold*, l. c. pag. 209. Dotatores iidem celebrant.

3. Catalogum *(a)* Epiſcoporum Trevirenſium vide apud eundem Limnæum, Tom. IV, ad Lib. 3, cap. 5, Hodiernus eſt *(b)* Johannes Hugo; Succeſſit Avunculo ſuo, Carolo Caſpari à Petra, ſive, *von der Leyen*. Natus eſt, ex Familia Equeſtri, Juliacæ Ditionis, Orsbeckiorum. Trevirenſis eſt Archi-Cancellarius per Galliam; *(c)*

NOTÆ.

(a) CATALOGUM &c. Pleniorem catalogum horum Præſulum exhibent *Kyriandri*, *Broweri & Maſſenii Annales Trevirenſes*; *Bucelini Germania Sacra*, part. 1, Tit. *Archi-Epiſcopi Trevirenſes*, pag. 33 ad 35; *Petrus Merſæus*, in *Catalogo Electorum Eccleſiaſticorum*, an. 1580, Coloniæ, edito; *Petrus Bertius*, lib. 3. Commentar. *Rer. German.* cap. 6, voc. *Treviri*, pag. 180 ad 287. A *Ludolpho*, qui an. 988 vixit, ordiuntur eos *Limnæus*, Tom. IV. Addit. ad lib. 3, cap. 5, pag. 337 &c. & Dn. *Thulemarius*, cap. XI. *Octovirat.* §. 11, p. 138 & 139. Seculo XVII florentes recenſet Dn. *Imhoff*, *Notit. Proc. Imp.* lib. 2, cap. 3, §. 11, p. m. 26.

(b) JOHANNES HUGO &c. An. 1711, 6 Jan. vivere deſiit, Coadjutorem nactus, an. 1710, 24 Sept. Epiſcop. Oſnabrug. & Olmütz. Dn. CAROLUM JOSEPHUM, Ducem Lotharingiæ, nat. 1680, 24 Nov. Qui variolis, an. 1715, 4 Dec. Viennæ obiit; ſurrogato in ipſius locum An. 1716, 10 Febr. *Franciſco Ludovico*, C. P. R. Epiſcopo Wormatienſi, & Magno Magiſtro Ordinis Teutonici. Quam dignitatem cum Electoratu Mogun-

guntino commutavit. Et poſt obitum ſuum ſucceſſorem habuit FRANC. GEORGIUM, Comitem de Schœnborn-Puchheim-Wolfsthal, natum 15 Jun. 1682. Electum Archi-Epiſc. 2 Maji 1729. Epiſcop. Wormatienſem & Præpoſitum Elwangenſem, 17 Jun. 1731. Ab obitu *Chriſtophori Manderſcheidii*, Abbatis, an. 1576 ad plures abeuntis *Jacobus* Archi-Epiſcopus, adminiſtrationem Abbatiæ *Prumienſis*, in *Ardenna* ſylva, (rogatu *Bertæ*, Conjugis, à *Pipino* fundatæ, a *Carolo Magno*, eorum filio, dotatæ & à *Lothario*, an. 855, eò ſe recipiente, redditæ nobilioris, cujus primum Abbatem *Wandelbertus*, Diaconus & Monachus Prumienſis, an. 850 clarus, in Vita *S. Goaris* Presbyteri, lib. 2, cap. 2, apud *Surium*, 6 Julii, p. m. 109, *Aſſuerum* appellat;) in ſe ſuſcepit, & ad ſucceſſores tranſmiſit, quibus propterea in Comitiis pariter, & Circulo Rhenano Superiori, votum competit & ſeſſio. Vid. Dn. *Spenerus*, *Oper. Herald.* lib. 1, c. 91, §. 11, pag. 360; & Dn. *Imhoff* l. c. §. 9, p. 26. Seriem Abbatum, à B. *Aſvero*, Andegavenſium Comite, an. 829 defuncto, usque ad laudatum *Jacobum ab Elz*, Archi Epiſcopum Trevirenſem, exhibet *Gabriel Bucelinus*, part. 2. *German. Sacra* p. 2 0 &c. voc. *Prumienſe*.

(*c*) PER GALLIAM &c. ſcil. *Belgicam*, ut præced. §. 2, lit. a, monui; Adde, *& Regnum Arelatenſe*. Num *Archi-Cancellariatus* hic ab anno ſtatim 923, quo *Lotharii Regnum*, cujus *Trevirorum Auguſta* nobiliſſimum membrum erat, Germanorum Regibus acceſſit, annoque 1033, quo ſubſecutum *Burgundicum*, ceu ibidem notavi, in ſede *Trevirenſi* fundatus ſit, & fixus, non adeo eſt manifeſtum. Id certè conſtat, munus hoc Imperante *Friderico* 2, Præſulibus Trevirenſibus, jure proprio, jam competiiſſe. Teſtes, coævus *Martinus Polonus*, in *Ottone III*, & *Speculum Saxonicum*, lib. 3, art. 57, quorum verba præced. Tit. XIII, §. 3, lit. g. p. 1036. habentur; jungas Codicem membranaceum *Ambraſianum* Bibliothecæ Vindobonenſis, unde l. c. §. 2, lit. b, quædam hauſi. *Boëmundum* quoque Archi-Epiſcopum, qui Eccleſiæ ab an. 1288, usque ad annum 1299, præfuit, titulum inde ſumpſiſſe, conſtanter hactenus ſervatum, poſt *Browerum*, *Annalium Trevirenſium* lib. XVI, §. 152, p. 177, rectè tradit Dn. *Schurtzfleiſchius*, Diſſ. *Quod Carolus IV, non diſſipaverit Imperii Patrimonium, quatenus ad Regnum Arelatenſe pertinet*, an. 1684 ventilata, *th.* 14, pag. 5. Utroque vero ſimul non ſemper uſi ſunt. In Decreto Electionis *Henrici VII*, Imp. de an. 1309, conſpicitur ab initio: *Baldewinus, D. G. Trevirorum Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii, per Regnum Arelatenſe, Archi-Cancellarius &c.* Vid. præced. Tit. V, §. 11, in Vita *Henrici VII*, v. 4, pag. 644. In literis contra, Electoralis Collegii, ad futurum Pontificem, in cauſa Electi *Ludovici Bavari*, de an. 1314, vocatus: *Balduinus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Trevirenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Galliam Archicancellarius &c.* Vid. *Lundorpius*, Tom. IV. *Contin. Act. Publ.* lib. 3, cap. 108, lit. C, pag. 733. Rurſus, in diplomate, de an. 1332, in Vigilia aſſumptionis B. Mariæ, quo Inveſtituram *Conradi Schlüſſelburgii*, de Caſtro & Oppido *Grœningen*, approbat, apud *Caſſandrum Thucelium*, cap. 4, *Electorum Juris Publici curioſorum*, lit. F. Documentorum *Deductionis Würtembergica*, p. 205: *Baldewinus D. G. Sanctæ Trevirenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Galliam Archi-Cancellarius &c.* *Carolus IV.* cap. 1. *Aurea Bulla*, de an. 1356, §. 12, ambos conjungit, verb: *Archi-Epiſcopum Trevirenſem. Sacri Imperii per Galliam, & Regnum Arelatenſe, Archi-Cancellarium, conducent &c.* Nec non in Confirmatione Privilegiorum Limburgenſis Oppidi, ſub dato *Metis*, anno 1356, 3 Id. Dec. teſte *Browero*, l. c. lib. XVII, §. 176, p. 230; aliisque tabulis, an. 1357, *Trajecti ad Moſam* confectis, quibus ita ſubſcriptum: *Vice Reverendi in Chriſto Patris Bœmundi, Trevirenſis Archi-Epiſcopi, Sacri Romani Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe, Archi-Cancellarii, recognovi Rudolphus de Fridenberg &c.* Vid. *Geweldus, de Septemviratu*, §. 74, p. 112; *Conringius de Finib. Imper.* lib. 1, c. 8, §. 10, p. 52. *Cunonem*, non niſi *per Galliam*, Archi-Cancellarium referunt Literæ Electorum, de *Electione Wenceslai*, an. 1376, præced. Tit. V, §. 11, in vita *Wenceslai*, v. 4. ad an. 1376, pag. 679: *Nos Cuno, D. G. Sancta Treverenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Galliam Archi-Cancellarius &c.* aſt in fine Diplomatis privilegiorum *Caroli IV*, Imp. eidem Præſuli an. 1376, 2 Cal. Jun. *Bacharaci* conceſſorum, apud *Limnæum* lib. 3. *Jur. Publ.* cap. 5, *c.* 21, pag. 52, legitur: *Recognovit Nicolaus, Cameracenſis, Præpoſitus, vice & nomine Reverendiſſimi Domini, Cunonis, Archi-Epiſcopi Treverenſis, Sacri Romani Imperii, per Galliam & Arelatenſe Regnum, Archi-Cancellarii &c.* Quo etiam ſuperba ſpectat inſcriptio, quam idem Præſul Chronico ſuo Trevirenſi, non paucis, (*Browero* judice, l. c. lib. XVIII, §. 56, p. 249,) fabuloſis commentis referto, præfixit: *Cono, de Falconis Petra, Magnifica Dei Providentia, Sanctus Sanctæ Eccleſiæ Trevirenſis Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Galliam, Regnumque Arelatenſe, Archi-Cancellarius, & totius Galliæ & Germaniæ, Autoritate Apoſtolica, primus Patriarcha & Patronus &c.* Alia ut mittam. Notarunt ante me multi, in Proœmio Capitulationum *Ferdinandi IV*, de an. 1653, *Leopoldi I*, de an. 1658, & *Joſephi*, de an. 1690, nullam iterum *Arelatenſis Regni* mentionem fieri, ſed reſpice alia documenta publica, veluti: *Kayſerliche* Protections-Commiſſion *derer Sickingiſchen Wittib, Kinder, derer Vormünder, Unterthanen*

Digitized by Google

nen Hauß und Güter, ſub dato *Wien*, 1660, 10 Junii, apud *Lundorpium* l. c. Tom. IX, lib. 10, cap. 158, pag. 609, ibi: *die Hochwürdige Johan Philipſen zu Maintz und Carl Caſparn, zu Trier, Ertz-Biſchoffen, des H. Ræm. Reichs, durch Germanien, Gallien und des Kænigreichs Arelaten, Ertz-Cantzlern &c.* Ut & Literas fœderatorum, in cauſa Wildfangiatus, ad Electorem Palatinum, de an. 1665, 17 Mart. apud *Lundorpium* l. c. cap. 58, pag. 345, in ſubſcriptione: *Johan Philip, zu Maintz; Carl Caſpar zu Trier, Maximilian Henrich zu Cœlln, Ertz-Biſchoff des H. R. Reichs, von Gottes Gnaden, durch Germanien, Gallien, das Kænigreich Arelaten, und Italien, Ertz-Cantzlere, und Churfürſten &c.* aliasque *Caroli Caſpari* Archi-Epiſcopi, ad Sereniſſimum *Georgium Wilhelmum*, Ducem Brunſ. & Luneburg. de an. 1670, 28 Dec. ſic inchoatas: *Carl Caſpar von GOttes Gnaden, Ertz-Biſchoff zu Trier, deß H. R. Reichs durch Gallien, und das Kænigreich Arelaten, Ertz-Cantzler, und Churfürſt*, Adminiſtrator *zu Pruemb &c.* Conf. Diploma *Leopoldi* Imp. de an. 1700, 9 Oct. quo *Cratonem*, & *Georgium Wilhelmum* de *Crailsheim*, axiomate *Baronum* Illuſtriores reddidit, apud *Fabrum*, Tom. VIII *der Staats-Cantzley*, cap. IX, §. 1, pag. 653: *Gebieten und befehlen demnach hiemit denen Hochwürdigen, Durchlauchtig-Hochgebohrnen, Unſere lieben Neven und Vettern, den Ertz-Biſchoffen zu Maintz, Trier und Cœlln, Ld. Ld. Ld. als Unſern und des Reichs Churfürſten, und Ertz-Cantzlern, durch Germanien, Gallien, das Kænigreich Arelat, und Italien &c.* didici inſuper, ex literis Miniſtri cujusdam Electoralis, an. 1705, 3 Dec. ad me datis: *Bey des Herrn Cammer-Præſidenten zu Weszlar, Herrn Graffen von Solms, und der Herrn* Aſſeſſorum, *Zerneman, von Pirck und Krebs, am* 31 Decemb. 1703,, *datirten Memorial an die Reichs-Verſamblung zu Regenſpurg, welches den* 8. April. 1705, per Moguntinum, publicè *dictirt und gedruckt worden, fanden ſich drey Chur-Trieriſche Schreiben*, reſp. *vom* 4 Aug. 1701; 9 *Mertz* 1702, *und* 22 Junii, 1702, *an das* Collegium Camerale *zu Weszlar, denen allerſeits der gantze Churfürſtliche Titul vorgeſetzt worden, da Sie dann ſtets genennt werden: des Heiligen Ræmiſchen Reichs, durch Gallien, und das Kænigreich Arelaten, Ertz-Cantzler, &c.* Ut adeo, vel hac ex parte, nihil præjudicii Eminentiſſimo Præſuli hactenus contigerit. Quandoque titulos Cancellariæ contrahunt; quandoque explicant. Sæpe etiam incuriæ concipientium ejusmodi tribuendi errores. Nec hic opus eſt, ut inquiramus, num multæ Arelatenſis Regni partes Jurisdictioni Imperatoris & Imperii adhuc ſint obnoxiæ; ſufficit, quasdam ſupereſſe, nec Eminentiſſimum Præſulem competenti ſibi titulo, clam palamve, renunciaſſe.

4. Elector Colonienſis, eſt Elector, qui Archi-Epiſcopatui Colonienſi (*a*) rite eſt præfectus.

NOTÆ.

(*a*) COLONIENSI &c. Ad hiſtoriam Archi-Epiſcopatus hujus primum facit *Ægidii Gelenii Sacrarium Agrippinæ*; ſeu, *de Admiranda ſacra & civili magnitudine Coloniæ Agrippinenſis*, Libri IV, edit. Colon. 1645; & quos Dn. *Struvius*, in *ſelecta Bibliotheca Hiſtorica*, cap. XVII, §. 19, pag. 474 &c. nominat. Præcipuum *Ubiis* Oppidum *Colonia Agrippina* quondam fuit, cujus *Cæſar*, lib. 4 de *Bello Gallico*, cap. 3, §. 3, p. m. 69, meminit: *Ad alteram partem ſuccedunt Ubii, quorum fuit Civitas ampla atque florens &c.* & *Ammianus Marcellinus* lib. XV, p. m. 54: *Indicabat autem Coloniam Agrippinam, ampli nominis Urbem, in Secunda Germania &c.* Qua occaſione novum nomen ſit ſortita, oſtendunt *Taciti Annales*, lib. XII, cap. 27: *Sed Agrippina* (Agrippæ neptis, Germanici filia & Claudii Auguſti conjux) *quo vim ſuam ſociis quoque Nationibus oſtentaret, in Oppidum Ubiorum, in quo genita erat, Veteranos Coloniamque deduci impetrat, cui nomen inditum, ex vocabulo Ipſius &c.* Conf. *Plinius*, lib. IV *Hiſt. Natur.* cap. 17, p. 236; *Strabo*, lib. 4; *Alsbamer*, in *Cornelium Tacitum* de *Moribus German.* apud *Schardium* T. 1 *Rer. German.* p. 136; *Henricus Glareanus*, in eundem, ibid. pag. 73; *Jodocus Willichius*, in eundem, l. c. pag. 59, §. 4; *Melanchthon*, de *vocabulis Regionum & Gentium*, in eodem libello occurrentibus, l. c. pag. 78; *Bilibaldus Birckeimer*, de *Locis Germaniæ* l. c. pag. 84; *Hieronymus Gebwiler*, de *Libertate Germaniæ*, cap. XI, l. c. pag. 225; *Æneas Sylvius*, de *Germania*, l. c. pag. 130. *Cluverius*, *Germ. Antiq.* lib. 2, cap. 17, p. 80 &c. *Zeilerus*, *Itiner. German.* cap. 21, pag. 463 &c. *Petrus Bertius*, lib. 3 Comment. *Rer. German.* Cap. VI, voc. *Colonia Agrippinenſis*, pag. 88 &c. *Merian*, *Topogr. Archi-Epiſcopatus Colonienſis*, voc. ead. p. 16 &c. Dn. *Cellarius*, *Notit. Orb. Antiqui*, lib. 2, cap. 3, pag. 208 &c.

Apparet hinc, quo ſenſu *Gregorii Turonenſis*, lib. 6, cap. 24, p. m. 134, verba accipienda ſint: *Sygibertus* (Rex Franciæ) *miſit eum* (Theodorum, Epiſcopum Turon.) *in Agrippinenſem Civitatem, quæ NUNC Colonia dicitur &c.* Conf. Codex *Carolinus* de *Metropolibus* an. 810, ſeq. Tit. XV, §. 13, lit. q. Primum Epiſcopum vocat *Levoldus à Northof*, Marcanus Eques, ſimulque ſecularis Abbas Viſetenſis, in *Archi-Epiſcoporum Colonienſium Catalogo*, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. Germ.* pag. 4: *Apud Agrippinam, Nobilem Civitatem Galliæ, primus adeptus eſt Epiſcopatum S. Maternus, Trevirorum & Tungrorum pariter Epiſcopus, An. Domini* 94, *Domitiano Imperatore regnante; seditque annis* 40, *& obiit Coloniæ, ſub Adriano Imperatore, Anno Domini* 129. Fabulantur, cum eſſe filium viduæ *Nainiticæ*, à Salvatore à mortuis revocatum, *Luc. VII*, v. 11 &c. denuoque extinctum, ab *Euchario & Valerio*, virtute baculi paſtoralis *D. Petri*, vice altera reſuſcitatum. Vid. præced. §. 2, lit. a. *Ægidius Bucherius*, in *Belgio Romano, Eccleſiaſtico & Civili;* nec non *Grombachius*, S. J. in *Urſula vindicata*, T. 1, lib. I, cap. 47, in *Catalogo Epiſcoporum Colonienſium*, quem Dn. *Meibomius*, *Northofio* l. c. pag. 13, ſubjunxit, & alii, primo Archi-Epiſcopo *idem* nomen tribuunt, eumque an. 314, Concilii *Arelatenſis* Epiſtolam ad *Sylveſtrum* P. R. ſubſcripſiſſe, perhibent; conf. *Conringius* de *Republ.* Exercit. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, t. 4, p. 330; alii vero Archi-Epiſcopales honores demum *S. Agilolpho*, Martyri, Sec. VIII, conceſſos rectius arbitrantur; veluti *Grombachius* l. c. pag. 14; *Merian* l. c. pag. 10; *Gelenius;* Dn. *ImHoff Notit. Proc. Imper.* lib. 2, cap. 4, § 5, pag. 28. &c. literas minimum *Zachariæ* P. R. ad *Bonifacium*, de an. 745, ab *Othlono*, in vita *Bonifacii*, cap. 38, recenſitas, apud *Surium*, 5. Junii, p. 75, in fine, bene ſi perpendamus: *De Civitate etiam illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc vero Colonia, juxta petitionem Francorum, per noſtræ auctoritatis præceptum, nomini tuo Metropolim confirmavimus, & tuæ Sanctitati direximus ejuſdem Metropolitanæ Eccleſiæ ſtabilitatem &c.* Rectè hinc etiam *Schilterus*, de *Libert. Eccleſ. German.* lib. 1, cap. 4, §. 10, p. 73: *Hæc Galliæ Belgicæ pars quondam, ſuo Imperio Francorum Provinciis Germanicis redunita, Metropoleos jus nacta.* Errant *Merian* & aſſeclæ, *Agilolphum* jam an. 717, ad plures abiiſſe, exiſtimando. Circa proëdriam Præſulis, variant, more ſolito, Veterum geſta. *Zachariæ* Pontificis Literarum, ad varios Epiſcopos, inſcriptio, referente *Othlono* l. c. pag. 74, ſic ſe habet: *David, Spironenſi Epiſcopo .... Burchardo, Wirciburgenſi Epiſcopo; Folerico, Tungrienſi Epiſcopo; ... Agilolpho, Colonienſi Epiſcopo &c.* Conf. *Baronius*, Tom. IX *Annal.* ad an. 748, §. 13, p. m. 210. Ecce! *Agilolphus* poſtponitur *Spirenſi & Herbipolitano.* Acta contrà *Triburienſis* Synodi ad Rhenum, de an. 895, ſubſcripſit *Hermannus, Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus*, ante *Rathbodum Trevirenſem;* Vid. Dn. *Schaten, Annal. Paderbornenſ.* lib. 3, ad h. a. pag. 230; ſic, in Pacto, *Henricum* inter & *Carolum*, Germaniæ Galliæque Reges, de an. DCCCCXXIV, non DCCCCXXI, apud *Schatenum* l. c. an. 921, pag. 256; & *Schilterum*, Tom. 2 *Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 9, pag. 77, iterum Trevirenſi præfertur Colonienſis. *Hermannus, Archi-Epiſcopus Agrippinæ, quo modo eſt Colonia vocitata; Rodgerus Archi-Epiſcopus Trevirorum &c.* Conf. Diploma *Henrici* 2, de prætenſis Regalibus, D. Petro conceſſis, an. 1014, apud *Baronium*, Tom. XI *Annal.* ad an. 1014, §. 8, p. 51, *Goldaſtum* Tom. 1 *Conſtit. Imper.* p. 229, & Dn. *Tolnerum, Cod. Diplom. Palat.* §. 28, pag. 25, in ſubſcriptione: *Signum Erkinbaldi, Moguntini Archi-Epiſcopi. Signum Hereberti, Colonienſis Archi-Epiſcopi. Signum Bobonis, Trevirenſis Archi-Epiſcopi &c.* nec non Diploma *Lotharii*, de an. 1135, apud *Hundium* Tom. 3 *Mitrop. Salisburg.* pag. 460, & *Tolnerum* l. c. §. 47. p. 42; *Bruno Colonienſis Archi-Epiſcopus. .... Adalbertus Trevirenſis Archi-Epiſcopus &c.* Add. Dipl. *Conradi III*, an. 1138, *Odoni, S. Remigii* Rhemenſis Abbati, datum, ap. *Tolnerum*, l. c. §. 44, p. 40: *Arnoldus, Colonienſis Archi-Epiſcopus. Albero, Trevirenſis Archi-Epiſcopus &c.* & Acta Venetiis, inter *Fridericum* Imp. & *Alexandrum III*, Papam, an. 1177, apud *Goldaſtum*, l. c. Tom. 3, pag. 356, 357 & 358. Imò, *Moguntino*, teſtibus Actis Comitiorum *Ingelheimenſium*, de an. 948 apud *Goldaſtum* l. c. pag. 305. Plura ſuppeditat *Caſtigatio Libelli*, cui Titulus: *Anti-Conringiana defenſio Juris Colonienſis, in coronandis Romanorum Regibus*, Edit. Helmſtad. an. 1664, p. m. 15 &c. Archi-Epiſcopatus noſtri δόγμα eſt: *Crux nigra, in area argentea.* Vid. Dn. *ImHoff, Notit. Proc. Imperii*, lib. 2, cap. 4. §. 4, p. m. 27; Dn. *Spener, Op. Herald.* part. *Spec.* lib. 3, cap. 8, §. 3, pag. 589; *Hœping.* de *Jure Inſign.* cap. 6, part. 1, §. 1, v. 43 &c. pag. 237; *Europ. Herold.* T. 1, p. 213; Dn. *Zſchackwitz, Einleitung zum Teutſchen* Jure Publico, lib. 2, cap. 9, Qu. 19, pag. 299; Dn. *Bilderbeck, Teutſcher Reichs-Staat*, Tom. I part. 4, cap. 4, §. 4, pag. 477. Miniſteriales hæreditarii ſunt, *Pincernæ*: Principes *Arenbergici;* Aulæ Præfecti, qui *Dapiferorum* locum implent: Comites *Manderſcheidii*, in *Blanckenheim; Mareſchalli:* Comites *Salmenſes* de *Reiffenſcheid*, ratione Dynaſtiæ *Albetrenſis;* & *Camerarii:* Equites *Raizii de Frentz;* Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 8, pag. 29; *Europ. Heroldt* l. c. Dn. *Bilderbeck* l. c. §. 3, pag. 476; Dn. *Zſchackwitz* l. c. Qu. 15, pag 295. Numerus *Canonicorum* primarii Capituli *quinquagenarius* eſt, quorum XXV *Capitulares*, reliqui *Domicellarii*, quibus Romani Pontifices privilegium

Digitized by Google

gium celebrandi ſacrum, cum mitia & ſandaliis, deſerunt, vocantur. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 11, p. 29; *Europ. Herold*, l. c. pag. 212; Benefactores, iidem celebrant Auctores.

5. Catologum (*a*) horum Archi-Epiſcoporum exhibet idem Limn. tom. 4. dict. cap. *Hodiernus* (*b*) eſt Maximilianus Henricus. Succeſſit Patruo Ferdinando Duci Bavariæ, in quorum familia jam per integrum ſeculum Electoralis hæc dignitas continuata eſt. Colonienſis eſt Archi-Cancellarius *per Italiam.* (*c*)

NOTÆ.

(*a*) CATALOGUM &c. Mancum Eum ſiſtit *Levoldus à Northof*, ap. *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. Germ.* p. 4; pleniorem, *Grombachius*, Tr. de *Urſula Vindicata*, Tom. I, lib. 1, cap. 47; *Petrus Bertius*, lib. 3. Comment. *Rer. Germ.* cap. 6, voc. *Colonia Agrippinenſis*, p. 91, &c. *Bucelinus*, part. 1. *Germania Sacra*, p. m. 24 &c. *Merian*, *Topograph. Colonenſ.* p. m. 19 &c. *Meibomius* l. c. pag. 13, &c. *Petrus Merſæus*, in *Catalogo Electorum Eccleſiaſticorum*, an. 1580, Coloniæ edito; Alii. Poſt *Limnæum*, Tom. IV. Addit. ad lib. 3. J. P. cap. 6, p. 338 &c. recenſet Dn. *Thulimarius* cap. XII. §. 13. pag. 143, Præſules ab *Heriberto*, qui an. 990, vixit, ad *Ferdinandum* usque, 1612, florentem. Seculi XVII. Archi-Epiſcopos exhibet Dn. *ImHoff Not. Proc. Imp.* lib. 2. c. 4. §. 10. p. 29.

(*b*) HODIERNUS &c. Mortuo an. 1688, *Maximiliano Henrico*, Electore, circa electionem novi Præſulis, graviſſimæ lites ortæ ſunt, indeque horribile bellum. Quidam Canonicorum poſtulabant Cardinalem Fürſtenbergium, *Wilhelmum Egonem*; aliique eligebant *Joſephum Clementem*, Sereniſſimum Ducem Bavariæ. Illum tuebatur Chriſtianiſſimus Galliarum Rex; Hunc, Imperator cum Imperio, atque Curia Romana. Quæ fuerint utriusque partis argumenta, ex ſequentibus cognoſces.

ARGUMENTA,

quæ Eminentiſſimus Dn. Cardinalis Fürſtenbergius, in favorem cauſæ ſuæ, allegat.

(1.) Notificatio ex mandato Reverendiſſimi & illuſtriſſimi Capituli Metropolitani Colonienſis, exhibita à Legato in Comitiis.

*Ein Hochwürdig Dohmb-*Capitul *zu Cœlln, hat Dero Geheimen- und Hoffrath, auch zu gegenwertigen Reichs-Tag Gevollmachtigten Geſandten, unterm* 20. Julii reſcribiret, *was geſtalten ſelbiges, nach tœdlichem Hintritt, weyland des Hochwürdigſt- Durchlæuchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Maximilian Henrichen, Ertz-Biſchoffen zu Cœlln &c. Ihres gnædigſten Churfürſten und Herrns, hœchſtſel. Andenckens, den vorigen Tag zur neuen Wahl angeſetzet, und zu ſolchem Ende die* Citationes *in Zeiten gebührend ausgehen laſſen, auch, nachdem in* Capitular-*Verſammlung, der Beyſtand des H. Geiſtes inbrünſtig angeruffen worden, und ein hochwürdig Thumb-*Capitul, *durch einen leiblich-ausgeſchwornen Eyd, ſich verbunden, ein ſolches Haupt der erledigten Kirchen zu erwehlen, welches deroſelben vorzuſtehen, am würdigſt, tauglichſt und nützlichſten ſeyn mœge, ſo hætte daſſelbe, aus ungezweifſelter Einſprechung GOttes, des Herrn Cardinal Landgrafen von Fürſtenberg, als dero Dom-Dechanten, ælteſten Capitularn, vorhin* cum ſucceſſione *ernandten* Coadjutorn, *in Anſehung deſſen vortrifflichen Gemüths-Gaben, und in dem Ertz-Stifft, durch langwirigen, und in* 38, *Jahr, mit ſonderbahren Verſtand, treugeleiſteten erſprießlichen Dienſten, erlangten* Meriten, *vor allen andern zum Ertz-Biſchoffen und Churfürſten*, per majora, poſtuli*ret, und dieſe* Poſtulation publiciret, *und dem Volck* promulgiret. *Wie nun ein Hochwürdig Dohm-*Capitul *nicht zweiffelt, es werde dem geſambten Reich, und allen treugeſinnten* Patrioten, *dieſe beſchehene* Poſtulation *eines ſo verſtændigen Churfürſten, von deſſen tapffern und weiſen* Conſiliis *man ſich die Erhaltung des Fried- und Ruhe-Stands, auch Veſtſtellung der allgemeinen Sicherheit, verſprechen kan, gar lieb zu vernehmen ſeyn; Alſo hat daſſelbige vorgedachten Dero Geheimen- und Hoffrath, erwehnte* Poſtulation, *zu dem Ende, durch eigenen* Courier, *zugeſchickt, damit ſelbiger dieſen Verlauff, ſowohl der Kayſerl. Hœchſtanſehnlichen* Commiſſion, *als auch Churfürſten, Fürſten und Standen allhier anweſenden Ræthen, Bottſchafften und Geſandten, (immaſſen heute geſchehen) gebührend* notificiren, *denen* Conſultationibus *aber, vermœge von E. Hochwürd. Dohm-Capittel habender, und dem Chur-Maynziſchen* Directorio *überlifferender, Vollmacht, beywohnen, und die gebœrige Nothdurfft in allen beobachten mœge. Regenſpurg den* 23 Julii 1688.

(2) Formula ipſius Poſtulationis de an. 1688. 19. Jul. Vid. Dn. *Lunigius*, Syllog. *Negotiorum Publicorum*, ad an. 1688, p. 973, &c. qui ſimul p. 974, ad 988, integrum Poſtulationis Inſtrumentum annectit.

In Nomime Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Cum, per obitum Sereniſſimi & Reverendiſſimi Dn. Maximiliani Henrici, Bavariæ Ducis &c. Archi-Epiſcopi & Electoris Colonienſis, Dni noſtri Clementiſſimi, feliciſſimæ memoriæ, Eccleſiam Colonienſem non ita pridem vacare contigerit, antequam Poſtulatio Coadjutoris cum futura ſucceſſione, à Sanctiſſimo Dno noſtro Papa admiſſa fuerit, ideoque, ad obviandum periculis & diſpendiis, quæ in

caſum diuturnæ vacationis, vacanti & viduatæ Eccleſiæ Colonienſi, imminere poſſent, ad Electionem, vel Poſtulationem, novi Archi-Epiſcopi procedendum, & Citationibus opportunis, in eum finem relaxatis, debitè intimatis, & reproductis, hodierna die, per formam ſcrutinii, in Concilio generali, & Capit: Quia propter &c. de Elect. præſcriptam, vacanti Eccleſiæ providendum eſſe placuerit, factoque, juxta ejusdem generalis Concilii formam, ſcrutinio, ac eo publicato, &, collatione habita diligenti, repertum ſit, majorem Capituli partem vota ſua in Eminentiſſimum Dn. Cardinalem Landgravium de Fürſtenberg &c. direxiſſe, Eundemque poſtulaſſe: Hinc ego, Franciſcus Adolphus Wilhelmus, Comes Orientalis Friſiæ & Rittberg, Metropolitanæ hujus Colonienſis Eccleſiæ Capitularis & Scholaſticus, unus Conſcrutatorum, vice mea, ac nomine & vice omnium illorum, qui vota ſua in memoratum Eminentiſſimum Dn. Cardinalem Landgravium de Fürſtenberg direxerunt, ex poteſtate, mihi ab illis tradita & conceſſa, memoratum Eminentiſſimum Dn. Cardinalem, Decanum & Canonicum Capitularem hujus Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis, ex legitimo matrimonio, & illuſtri proſapia procreatum, in Sacris Ordinibus conſtitutum, moribus, ſcientia, vita honeſtate, ac longæva rerum Capitularium experientia præditum, in ſpiritualibus & temporalibus providum & circumſpectum, aliasque ad regendam Eccleſiam Colonienſem ſingulariter idoneum & habilem, in Archi-Epiſcopum Eccleſiæ Colonienſis, ac Principem Electorem poſtulo, die 19 Julii, 1688.

Gerhard Renſing.

(3) Publica Poſtulationis hujus in Cathedrali Eccleſia ad populum facta denunciatio ſequens: 19. Jul. 1688. à Gerhardo Renſing Capituli Secretario.

QUandoquidem per obitum glorioſæ memoriæ Sereniſſimi & Reverendiſſimi Principis ac Domini, Dni Maximiliani Henrici Archi-Epiſcopi Colonienſis S. R. I. per Italiam Archi-Cancellarii, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Legati nati, Epiſcopi Hildeſienſis, & Leodienſis, electi Epiſcopi Monaſterienſis, Adminiſtratoris Berchtolsgadenſis, ſuperioris & inferioris Bavariæ, nec non ſuperioris Palatinatus, Weſtphaliæ, Angariæ, & Bullionii, Ducis, Comitis Palatini Rheni, Landgravii Leuchtenbergenſis, Burggravii Strombergenſis, Marchionis Franchimontenſis, Dni in Borkolo &c. Dni noſtri Clementiſſimi, hunc Archi-Epiſcopatum & Electoratum vacare contigerit, idcirco Reverendiſſimi, Sereniſſimi, Illuſtriſſimi, & Per-Illuſtres, Prænobiles & Conſultiſſimi Domini, Decanus & Capitulum hujus Archi-Epiſcopalis & Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis, mei Clementiſſimi & gratioſi Domini, utpote quibus ſolis, de jure communi, privilegio & antiqua conſuetudine, hujus Eccleſiæ, electio novi Archi-Epiſcopi & Electoris competit, hodiernam diem 19. currentis menſis Julii, pro eligendo ſeu poſtulando, novo Archi-Epiſcopo & Electore, unanimiter determinarunt & præfixerunt, ad quod & alii abſentes Domini Capitulares, prout de jure, ac juxta morem & conſuetudinem hujus Eccleſiæ, citati, atque, peracto ſacro, & invocata gratia Spiritus S. ad novam & Canonicam ejusmodi Electionem, ſive Poſtulationem, proceſſerunt, &. per ejusmodi Electionem, Reverendiſſimum & Sereniſſimum Principem ac Dominum, Dnum Guilielmum Egonem, S. R. E. Cardinalem, Epiſcopum Argentinenſem, Landgravium Alſatiæ & in Fürſtenberg, Comitem in Heiligenberg & Wertenberg &c. pro novo Archi-Epiſcopo & Principe Electore, in Capitulo, per majora, poſtularunt, ac proinde omnibus & ſingulis hic præſentibus, cujuscunque dignitatis, ſtatus & conditionis iidem ſint, tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus, hoc ipſo ejusmodi poſtulationem per me denuntiari mandarunt, omnes & ſingulos, tam in genere quàm in ſpecie, requirendo & rogando; hujus Archi-dioeceſis vero Statibus, ſuperioribus & inferioribus Officiantibus & ſubditis, clementiſſimè ac ſeverè præcipiendo, quatenus altè memoratum Clementiſſimum Dominum Poſtulatum, quà talem, ubique debitè agnoſcant, revereantur ac venerentur. &c. Vid. Dn. *Lunig.* l. c. pag. 986. &c.

(4) Publicorum Inſtrumentorum confectio Notariorumque atteſtatio, quod ſupra dicta ſic ſe habeant: Subſcriptio hæc eſt:

ET quia ego Godſcalcus Waſſerfall, ſacris Apoſtolica & Imperiali authoritatibus publicus, Venerabilis Curiæ Archi-Epiſcopalis Colonienſis pro tempore ſenior Notarius, præinſertis omnibus & ſingulis, unà cum antenominatis Domino Secretario Capituli Metropolitani, Con-Notario Voß, & teſtibus, præſens interfui, eaque ſic fieri vidi, audivi, ac quantum humanitus licuit, in notam ſumſi, ideo hoc documentum, cum dicto Con-Notario, deſuper confeci & ſubſcripſi, ſolitoque Notariatus mei ſigno munivi, ex parte bene memorati Capituli ad id ſpecialiter requiſitus.

(L. S.)

Godſcalcus Waſſerfall,
Notarius.

ET quia ego Bernardus Voß, Notarius Apoſtolico-Cæſareus, ac Venerabilis Curiæ Archi-Epiſcopalis Colonienſis juratus, ſimiliter, ex parte Illuſtriſſimi Capituli Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis, ſpecialiter requiſitus præmiſſis omnibus & ſingulis, unà cum prænominatis Dnn. Secretario Capituli, & Godſcalco Waſſerfall, ſeniore Notario, & teſtibus, in hoc Inſtrumento mentionatis præſens, ac perſonaliter interfui, eaque omnia ſic ſucceſſivè fieri vidi, & audivi, etiam, quantum mihi poſſibile fuit, in notam ſumpſi, ideo præſens publicum Inſtrumentum deſuper confeci, ac manu mea propria ſubſcriptum conſueto meo Notariatus ſigillo, communivi.

(L. S.)

Bernardus Voß, Notarius.

Vid. Dn. *Lunig* l. c. p. 988.

(5) Exem-

(5) Exempla Poſtulatorum, qui ante Poſtulationis admiſſionem adminiſtraverunt, ut probant ſubſcriptiones pragmaticarum Imperii Conſtitutionum:

R. J. Spiræ 22. April. 1529. nomine *Poſtulati* Hildeſienſis: *Johannes Fabri D.*

R. J. Ratisbonenſis de 27. Jul. 1532. *Franciſcus* electus, & *Poſtulatus* Mindenſis.

R. J. Spir. de 11. Dec. 1570. Henricus *Poſtulatus* Archi-Epiſcopus Bremenſis.

R. J. Ratisbonenſis de 11. Oct. 1576. Henricus *Poſtulatus* Archi-Epiſcopus Bremenſis & Epiſcopus Oſnabrugenſis.

R. J. Auguſtanus de 20. Sept. 1582. Henricus *Poſtulatus* Archi-Epiſcopus Bremenſis, Adminiſtrator Paderbornenſis & Oſnabrugenſis.

Philippus *Poſtulatus* Epiſcopus Ratisbonenſis.

Joh. Wilhelmus *Poſtulatus* Adminiſtrator Monaſterienſis.

Carolus *Poſtulatus* Epiſcopus Metenſis.

Huc facit quod ad lib. 3. Tit. XI. §. 4. dictum eſt.

(6.) Literæ Nuntii Apoſtolici ad Capitulum Colonienſe. Vid. Dn. *Lunigius* l. c. pag. 970.

Illuſtriſſimi, Per-Illuſtres ac Reverendi admodum Domini.

Non exiguum concepit mœrorem Sanctiſſimus Dnus noſter, ex obitu claræ memoriæ Sereniſſimi Electoris Colonienſis, enixisque votis à Deo ſupplex efflagitat, ut Eccleſiis illius morte viduatis condignè provideatur: Sanctitas ſua mihi ideo injungere dignata fuit, ut Illuſtriſſimis Dominationibus veſtris renunciarem, mentem Ejus eſſe, quod in imminentibus electionibus ineundis, canonicè procedatur, illæque dirigantur in eos, qui prudentia & virtute digniores aptioresque cenſeantur, ad earundem Eccleſiarum regimen laudabiliter ſubeundum; hæc ſunt vota tanto digna Pontifice, digna etiam, ut iisdem ad amuſſim obſequatur Illuſtriſſimarum Dominationum Veſtrarum pietas, illarumque Zelus erga iſtam Eccleſiam, cui & ipſe pro mearum virium tenuitate inſervire exoptans, permaneo; Coloniæ, 13. Jul. 1688.

Illuſtriſſimarum, Per-Illuſtrium ac R. R. admodum Dominationum VV.

ad omnia officia paratiſſimus
J. A. Archi-Epiſcopus Damaſcenus.

Has literas Dnus Cardinalis in ſui favorem interpretatur, ob verba: *prudentia digniores & aptiores ad Eccleſiarum regimen ſubeundum.*

(7) Breve ipſius Papæ Innocentii XI. ad idem Capitulum. Vid. Dn. *Lunig*, l. c. p. 968.

Innocentius Papa XI.

Dilecti filii, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Triſtati ſane non parum ſumus de obitu Venerabilis Fratris, Maximiliani Henrici, Archi-Epiſcopi, dum viveret, Colonienſis, de quo literis 5. Jun. proximè elapſis datis, certiores Nos reddidiſtis, perſpectæ enim ejusdem virtutes ac prærogativæ à charitate, qua Illum proſequebamur, prorſus id repoſcebant, triſtitiam autem noſtram opportune levantes, conſideratione mercedis magnæ nimis, quam ipſum in æterna beatitudine, à liberali juſtorum remuneratore Deo, recepiſſe ſperamus, pro ſollicitudine, quam gerere debemus omnium Eccleſiarum, præſertim verò Colonienſis, vehementer Vos in Domino hortamur, ut in eligendo ſucceſſore, augmentum divinæ gloriæ unicè propoſitum habeatis, in eumque tantummodo conveniatis, quem præclaris magnoque Præſule dignis dotibus inſignitum, ad omnes Paſtoralis officii partes, laudabiliter obeundas, magis inter vos idoneum agnoveritis. Quod, ut juxta pietatis Zelique veſtri onus, votumque noſtrum ac expectationem, præſtetis, ſancti Spiritus auram vobis, dilecti Filii, afflantem usque precamur, ac Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die tertia Julii 1688. Pontificatus noſtri anno XII.

Marius Spinola.

Hoc Breve Dnus Cardinalis etiam in ſuam partem explicat, ob verba: *magis inter Vos idoneum agnoveritis;* Item *præclaris magnoque Præſule dignis dotibus inſignitum.*

(8) Literæ Capituli Colonienſis ad Innocentium XI. P. R. Vid. Dn. *Lunig* l. c. p. 965.

Beatiſſime Pater.

Quamvis dubitare non poſſimus, quin ad Sanctitatis veſtræ notitiam devenerit, qualiter, Deo ita diſponente, Sereniſſimus & Reverendiſſimus Princeps Elector & Archi-Epiſcopus Colonienſis, Maximilianus Henricus, utriusque Bavariæ Dux, Dominus noſter Clementiſſimus, viam univerſæ carnis ingreſſus, die tertia currentis menſis Junii, placidiſſimè & piiſſimè in Domino obdormierit, immarceſſibilem virtutum ſuarum, quibus inter Præſules ſingulariter

videlicet & Pipino, fratre Ejus, Eccleſiæ Mogontiacenſi præficitur, &, ut ejus dignitas eminentior foret, decreverunt iidem Principes, Eccleſiam Mogontiacenſem, quæ prius alteri ſubjecta erat, Metropolim omnium in Germania poſitarum Eccleſiarum efficere &c. A Depoſitione itaque *Gerbilonis*, *Bonifacius Moguntinæ Sedi* præeſſe cœpit, hæcque inde *Metropolitana* facta. Falſum interim eſt, quod de *ſubjectione Othlonus* perhibet, cum *Moguntina* Eccleſia nulli antea ſubjecta fuerit. Vid. *Petrus de Marca* l. c. §. 77. p. 56; Conf. ſeq. Tit. XV, §. 13, lit. h. Minus rectè *Serrarius*, lib. 1, cap. 27, *Willigiſum* Præſulem primum vocat Electorem. Carpentarii filium Eum fuiſſe, vetus traditio eſt. *Siffridus*, Presbyter, lib. 1. *Epitomes*, apud *Piſtorium* p. m. 690, hæc ſubminiſtrat: *Tempore S. Henrici Imperatoris, Willegiſus, Archi-Epiſcopus Moguntinus, vigebat. Iſte, quia humilem progeniem habuit, & patrem, qui currus & bigas facere ſolebat, in thalamo, ornatis & grandibus literis hæc ſcripta habebat:*

Willegis, Willegis, recole, unde veneris.

Hæc & in Teutonica Lingua ſcripta erant. Appendebat etiam rotas, & hujusmodi inſtrumenta, in pariete circumquaque, in quibus ſuam proſapiam recognoſcebat. Adhuc usque habentur duæ rotæ quaſi aratri in vexillo, & una in clypeo Eccleſiæ Moguntinæ. Conf. *Andreas*, Presbyter *Ratisbonenſis*, in *Chronico Bavarico*, in vita Henrici S. p. m. 20: *Prædicti Heinrici Imp. temporibus, in Moguntia fuit Archi-Epiſcopus, Willikinus, cujus Pater bigas & currus facere ſolebat. Igitur ad parietes Oratorii ſui rotas ſuſpendit, ubi, cauſa humilitatis, ita ſcripſit:*

Willekis, Willekis, gedencke, wanne du kommen biſt.

Clavem hujus Cameræ ſolus Epiſcopus ſervabat, unde theſaurum ibi repoſitum, putabatur habere, donec Imperator ſemel intromiſſus fuit. Ideoque adhuc in vexillo Moguntino rota aratri eſt depicta &c. Idem docet *Nauclerus*, Vol. 2. *Chronographiæ*, Generat. 34, ad an. 1010, p. m. 752; & *Pantaleon*, part. 2. *der Teutſchen Helden*, pag. 136, voc. *Wiligiſus*, memor ſimul Parentis ejus, ſolique natalis: Wiligiſus *iſt in Sachſen, von* Hamaxurgo, *einem Wagner, und ſchlechten Mann, in dem Dorff Stroningen, erbohren --- hat in ſeinem Gemach, zu welchem Er allein den Schlüſſel gehabt, an der Wand laſſen ein Wagen-Rad mahlen, mit dieſer Uberſchrifft:*

Willigiſe, gedenck, wer du ſeyeſt, und was du etwan geweſen &c.

Dieſes Rad iſt hernach den Ertz-Biſchoffen für ihr Wapen gegeben, und ihnen vom Kayſer, S. Henrich, *beſtættiget worden &c.* Eundem pagum profert *Merian* l. c. p. 10; pariter ac *Caſpar Bruſchius*, cap. 2. *Epiſcoporum Germaniæ*, in 34 Præſule Moguntino, p. m. 7. *Hopingius* vero, de *Jur. Inſign.* cap. 6, part. 1, §. 2, pag. 235, v. 28. legit: ***Strovingen***, ſubſcribente Dn. *Spenero*, *Op. Herald.* part. ſpec. lib. 1, cap. 64, §. 1, pag. 256; *Limnæus*, lib. 3, *Jur. Publ.* cap. 4, §. 8, pag. 41, habet: ***Struvingen, Stroangen vel Schœningen;*** quod poſterius vocabulum Dn. *Bilderbeckio*, Tom. I, *des Teutſchen Reichs Staats*, part. 4, c. 2, §. 5, p. 468, arridet. Add. *Serrarius* l. c. lib. 5, p. 723 & 724; *Münſter Coſmographia* lib. 3, cap. 193, p. m. 686; *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ* cap. 9, §. 38, pag. 404: *Morery* voc. *Willigiſus* p. m. 566, multique alii, quorum nomina *Hoping.* l. c. v. 34, p. 236. conſignat. De Inſigni addendum, quod ſit *roſa argentea ſex radiorum, in campo rubeo;* Vid. Dn. *Imhoff* l. c. §. 5, p. 20. Europ. *Herold*, Tom. I. pag. 198; Dn. *Zſchackwitz, Einleitung zum* Jure Publico, lib. 2, cap. 8, Q. 16, p. 285; reliqui, modo nominati. Inter Epiſcopatus Rhenanos, audit noſter: *Das Würdigſte;* Vid. ſeq. Tit. XV, §. 13, lit. e. Qui catalogos Epiſcoporum & Archi-Epiſcoporum congeſſerint, dicam ſeq. §. 1. lit. a.

1. Catalogum (*a*) Archi-Epiſcoporum Moguntinenſium, vid. apud Limnæum, Tom. IV, ad lib. 3, cap. 4. Hodiernus eſt: Anshelmus Franciſcus Fridericus, prognatus è Familia Equeſtri Rhenana Ingelheimiorum, (*b*) à pluribus Seculis inclyta. Moguntinus eſt Archi-Cancellarius (*c*) per Germaniam.

NOTÆ.

(*a*) CATALOGUM &c. Eundem exhibent: *Petrus Merſæus*, in *Catalogo Electorum Eccleſiaſticorum*, an. 1580, in 8, Coloniæ edito; Auctor *der Maintziſchen Chronick, ſamt Beſchreibung aller Biſchœffe, Ertz-Biſchœffe, und Churfürſten Wapen &c.* Francof. 1630, in 4; *Bruſchius* de *Epiſcopis German.* cap. 2, pag. 4, ad 21, à *S. Creſcente* ſeu *Creſcentio* usque ad *Sebaſtianum ab Heuſenſtein*, an. 1545, die *S. Lucæ* Evangeliſtæ, inauguratum;

tum; *Nicol. Serrarius*, libris quinque *Rer. Moguntin.* ab initio, usque ad *Johannem Suicardum; Mogunt.* 1605, 4. *Münſterus*, lib. 3. *Coſmograph.* cap. 193, pag. 686. *Zeilerus*, *Topograph. Archi-Epiſcop. Mogunt.* pag. 9 &c. *Petrus Bertius*, lib. 3. *Rer. Germ.* cap. 6, voc. *Moguntiacum*, pag. 201 &c. *Gabriel Bucelinus*, part. 1. *Germ. Sacr.* pag. 2 & 3; Dn. *Thulemarius*, cap. 10. *Octovirat.* §. 15. p. 133 &c. Qui, per Seculum XVII, Eccleſiæ præfuerunt, recenſentur à Dn. *Imhoff Notit. Proc.* lib. 2, cap. 2, §. 11, p. 22. Eos contra, qui ab an. 1140 usque ad an 1250, Eam rexerunt, offendis in *Veteri Chronico Rerum Moguntiacarum, Conradi Epiſcopi*, apud *Urſtiſium*, Tom. I. *Rer. German.* p. 567 &c. & *Reuberum* pag. &c.

(*b*) INGELHEIMIORUM &c. Principi huic, an. 1695, 21-31 Mart. defuncto, ſucceſſit LOTHARIUS FRANCISCUS L. B. de SCHOENBORN, qui, jam ab anno 16 3, 8 Novemb. conſtitutus Præſul Bambergicus, an. 1694, *Ingelheimio*, Coadjutor datus eſt. Sedem habet *Aſchaffenburgi*. Coadjutorem nactus eſt, an. 1710, 5 Novemb. Sereniſſimum *Franciſcum Ludovicum* Ducem Neoburgicum, Magnum Magiſtrum Ordinis Teutonici, & Epiſcopum Wormatienſem, atque Vratislavienſem. Qui 8 Febr. 1716 in Electorem Trevirenſem evectus. Qua dignitate, interjectis tredecim annis, reſignata, an. 1729 Elector Moguntinus renunciatus eſt. Moritur 18 Aprilis 1732. Succeſſorem nactus eſt 5 Junii ejusdem anni FRANCISCUM LUDOVICUM, nobilem Dn. de ELZ, natum 26 Octobr. 1665. Canonicorum Metropolitani Capituli ſunt XLII. quorum XXIV *Capitulares*, reliqui *Domicellarii*, appellantur. Quibus *Officialibus hereditariis* Eccleſia Moguntina ſtipata ſit, innuit Dn. *ImHoff* l. c. §. 10, p. 22. *Officiales hæreditarii hi ſunt: Archi Mareſchalli; Landgravii Haſſiæ: eorum Vicarii, ſeu Mareſchalli hæreditarii. Equites de Heiſenſtein: Archi-Dapiferi: Comites de Veldenz; eorum Vicarii, ſeu Dapiferi hæreditarii, Barones Greiſſenklau de Volrath; Archi-Pincernæ: Barones de Schœnborn, qui Comitibus de Sponheim ſucceſſerunt; eorum Vicarii, Equites de Kronberg. Archi-Camerarii, Comites de Stolberg; eorum Vicarii, ſeu Camerarii hæreditarii, Comites Metternichii in Winnaburg & Beilſtein.* Confirmant hæc Dn. *Spener*, *Op. Herald.* part. ſpec. lib. 1, cap. 64, §. 12, p. 268; *Bucellinus*, l. c. pag. 2, Ill. Auctor *des Europ. Heroldts*, T. 1, pag. 199 & 202; Dn. *Zſchackwitz*, *Einleitung zum Teutſchen* Jure Publico, lib. 2, cap. 8, Q. 11, p. 280; Dn. *Bilderbeck*, *Teutſcher Reichsſtaat*, Tom. 1, part. 4, cap. 2, §. 4, pag. 468. Dotatores ibidem occurrunt. Suffraganeos Epiſcopos ſeq. Tit. XV, §. 13, lit. c. recenſebo. De Inſignibus, præced. Prooem. lit. a, dictum eſt. Jura Electoris ſeq. lib. 3, Tit. 10, explicabuntur.

(*c*) ARCHI-CANCELLARIUS &c. Vid. ſeq. §. 6 & 7.

2. Elector Trevirenſis, (*a*) eſt Elector, qui Archi-Epiſcopatui Trevirenſi rite eſt præfectus.

NOTÆ.

(*a*) TREVIRENSIS &c. De Archi-Epiſcopatu hoc legi merentur *Golſcheri*, Monachi *S. Matthiæ* apud Treviros, qui ſub *Henricis IV & V.* floruit, *Geſta Treverorum, ab Urbe condita, usque ad annum* 1132; in *Acceſſionibus Hiſtoricis* Ill. Dn. *Leibnitii*. *Guilielmi Kyriandri*, *Annales Auguſtæ Trevirorum*, an. 1576, *Maximiliano* 2, in Comitiis Ratisbonenſibus, exhibiti, annoque 16 9, & 1625 editi; quibus deinceps, juſſu Archi-Præſulis, *Chriſtophorus Brouwerus*, *Antiquitatum & Annalium Trevirenſium* libros XXII. oppoſuit, à *Jacobo Maſenio* tribus auctos, Leodii, 1670. aliique, quorum Conſultiſſ. Dn. *Struvius*, in *Selecta Bibliotheca Hiſtorica*, Cap. XVII, §. 18, p. 473, meminit. Originem fabuloſam delineat *Golſcherus*, l. c. Cap. 2, p. 1. *Anno, ante Romam conditam, milleſimo, ducenteſimo, quinquageſimo, Urbs Treberis, in Europa, ab Auctore Trebeta, profugo filio Belis*, (Nini) *parvo adhuc nomine, condita eſt, anno ſeptimo* (70.) *ætatis Abrahæ Patriarchæ &c.* Conſentire videntur *Albertus Stadenſis*, ad an. 1240, p. m. 215; *Albertus Crantzius*, lib. VIII. *Metropol.* Cap. , p. 203; multique alii, quorum nomina *Matth. Merian, Topograph. Trevirenſ.* p. 29, conſignat. Id manifeſtum eſt, *Trebiros*, non urbis, ſed Gentis, olim nomen fuiſſe, quæ inter Rhenum & Moſam, circa Moſellam maximè, habitavit, cujus Oppidum primarium, ad Moſellam, *Auguſta Trevirorum* dictum; jam ante *Cæſarem* ac *Auguſtum* potens, clarumque per totam *Galliarum* Dioeceſin: ita enim *Cæſar*, lib. 5. Comment. de *Bello Gallico*, Cap. 3, p. m. 90. *Hæc Civitas* (Trevirorum) *longe plurimum totius Galliæ Equitatu valet, magnasque habet copias peditum &c.* & *Pomponius Mela*, lib. 3, Cap. 2, de Gallia: *Urbes opulentiſſimæ, in Treveris, Auguſta; in Æduis, Auguſtodunum: in Auſcis, Climberrum &c.* *Ammiano Marcellino* lib. XV, p. 59. vocatur: *Domicilium Principum clarum.* Conf. *Plinius*, lib. 4, *Hiſtor. Natural.* Cap. 17, p. m. 236; *Ptolemæus*

Digitized by Google

lemæus lib. 2, Cap. 9; *Strabo*, lib. IV; *Pomponius Mela* lib. 3; *Andreas Althamerus*, in Scholiis, in *Cornelium Tacitum*, *de moribus German.* apud *Schardium*, T. 1. *Rer. Germ.* p. 21; *Jodocus Willichius*, in eundem part. poſt. §. 3, ibid. p. 59; *Henricus Glareanus* in eundem, l. c. pag. 73; Hæcque ratio, quod, diviſo Romano Imperio, Principes, qui Tranſalpinas partes tenebant, plerumque Sedem *Treveris* fixerint, veluti: *Conſtantius, Canſtantinus, Conſtantinus* filius, & *Conſtans*, hujusque percuſſor, *Magnentius*, ſæpe *Gratianus*, &, qui eum jugulavit, *Maximus*; pariter & *Præfecti Prætorio Galliarum*, vel l. 5. Cod. Theodoſ. de *Curſu Publico*, teſte. Vid. *Petrus de Marca*, de *Concordia Sacerd. & Imper.* lib. 6, cap. 17, §. 4, p. 879; *Petrus Bertius*, lib. 3, Commentar. *Rerum Germanicarum* cap. 6, voc. *Treviri*, p. m. 278 &c. *Cellarius, Notit. Orbis Antiqui*, lib. 3. cap. 3, voc. *Treviri*, p. m. 201 &c. *Matth. Merian*, l. c. Auctor *Quinquertii Cameralis*, *Fünffte Frage*, p. m. 257; in primis *Cluverius, Antiq. German.* lib. 1, cap. 3, p. 32, & lib. 2, cap. 14, p. 51 &c. & *Zeilerus*, *Itiner. German.* cap. 22, §. 24. p. 468 &c. Imperante *Carolo Magno*, *Treviros* Francorum juſſa excepiſſe, caret dubio; vel ſolo Codice de *Metropolibus*, an. 810, exarato, teſte ſeq. Tit. XV, §. 13, lit. X. Inſtituto poſtmodum, commiſſa *Fontanedenſi* clade, Familiæ erciſcundæ judicio, *Viroduni*, an. 843, inter Nepotes Ejus, ex filio *Ludovico Pio*, *Lotharium*, *Ludovicum Germanicum*, & *Carolum Calvum*, obvenerat *Lothario*, pars quoque Regni inter *Scaldim* & *Rhenum*, conſequenter & *Tractus Trevirenſis*; Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 56; Quæ, hac Regni portione, an. 855, inter ipſius tres filios, *Ludovicum* 2, *Lotharium* & *Carolum*, ſubdiviſa, *Lothario* ceſſit, inde *Lotharingia*, ſeu *Regnum Lotharii*, vocata. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 84. Mortuo an. 869. *Lothario*, Patrui Ejus, *Ludovicus Germanicus*, & *Carolus Calvus*, æquis partibus, idem Regnum invicem partiti ſunt, an. 870, excluſo etiam defuncti fratre, *Ludovico* 2, Imperatore; qua Transactione mediante, *Trevirorum Auguſtam* cum *Germania* coaluiſſe, ex ſcriptis tabulis, apud *Nithardum*, lib. 4, *Hiſtor.* Edit. Pithoeanæ, p. m. 488, liquet, ibi: *Anno Incarnationis Dominicæ DCCC LXX, Regni Karoli XXXIII, Indict. III, 6 Id. Aug. fuit hæc diviſio Regni facta in Procaſpide, ſuper fluvium Moſam, inter Glorioſos Reges, Karolum & Hluduuicum.* *Ludovicus* inde accepit: *Coloniam*, *Treveris*, *Utrech*, *Straſburch*, *Baſulam* &c. Conf. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 59. Anno 876, *Salfeldia*, à laudato *Carolo Calvo*, Ejusque fratris, *Ludovici Germanici*, filiis, *Carolomanno*, *Ludovico Jun.* & *Carolo Craſſo*, hæc omnia confirmata: rurſusque, an. 878, in Conventu *Furonenſi*, poſt fata *Caroli Calvi*, ab Ejus filio, *Ludovico Balbo*, dictoque *Ludovico Jun.* Germaniæ Rege, l. c. pag. 60 & 61, probavi; quamvis, anno ſequenti 879, defuncti *Balbi* filii, *Ludovicus* & *Carolomannus*, *Ludovico Germanico* parte ſua Lothuringiæ cedere, cogerentur, vid. l. c. cui conventioni, an. 923, apud *Bonnam* nova acceſſit, inter *Henricum Aucupem* Germaniæ, *Carolumque Simplicem*, *Ludovici Balbi* filiorum natu minimum, Fratrum factum improbantem, propterea que Lotharingiam armata manu invadentem, Galliæ, Reges, vi cujus demum, Gallus juribus ſuis in eam penitus renunciavit; Vid. l. c. pag 61 & 62. Rectè hinc *Albericus*, *Monachus trium fontium* p. m. 258. *Anno 923, cum Trevirenſis Eccleſia, cum ſuis Suffraganeis, fuiſſet huc uſque, ſub Regibus Franciæ, mediante Epiſcopo Ruperto, pertractata pace, reddita eſt Regibus Alamanniæ.* Licet autem hac via *Treviris* ad *Regnum Germaniæ* poſtliminio redierit, manſit tamen Eccleſia *Metropolitana Galliæ Belgicæ*, quo intuitu etiam Archi-Epiſcopus Ejus, *Archi-Cancellarius Imperii per Galliam*, celebratur, ut & *Regnum Arelatenſe*, ſeu *Burgundicum* quod ſub *Conrado Salico*, an. 1033, ut præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 7, pag. 248 &c. latius deductum, *Germaniæ* jungi cœpit. Vid. *Cluten. Syllog. rer. quotid.* concl. 24, lit. K; *Nolden*, de *Statu Nobilium Civili*, cap. 8, §. 62 & 63, p. 138; *Freherus*, *ad Petrum ab Andlo*, lib. 2, c. 1, p. 164; *Conringius*, *de Republica*, Exercit. V, de *Septemviris*, t. 43, p. m. 208; & de *Finibus Imperii*, lib. I, cap. 8. §. 10, p. 52; Ill. Dn. *Coccejus*, *Jurisprud. Publ.* cap. 5, ſect. 2, §. 38, p. 126 & 127; Dn. *Schilterus*, de *Libertate Eccleſ. German.* lib. 1, cap. 4, §. 8, pag. 52; & *Inſtit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. 20, §. 7, pag. 215, & Tom. 2, Tit. 19, §. 18, pag. 282. Alii. Contrarius eſt *Limnæus*, lib. 3. *Jur. Publ.* cap. 5, §. 1 &c. pag. 42. & ad *Capitulat. Caroli V*, Procem. voc. *Auch Gallien*, §. 6 & 7. pag. 128 &c. Primum Epiſcopum vocant *Eucharium*, de quo, hæc in Chronico *Ottonis Friſingenſis*, lib. 3, c. 15, p. m. 62. *Petrus* ---- (Apoſtolus) *ad florentiſſimam Galliæ Urbem, Treverim, tres ſimul Proceres, Valerium, Eucharium ac Maternum, deſtinavit. Qui dum Alpes tranſiſſent, Maternus in via moritur: quo facto perculſi Socii Romam revertuntur. Beatus itaque Petrus Apoſtolus paſtoralem Virgam, ut traditur, per eos, ad ſuſcitandum eum, miſit. Qui venientes ad locum ſepulchri, 33 dies invenerunt eum in monumento jacentem: attamen Viri Dei, fide & operibus bonis pleni, ſub obedientia Magiſtri, admota Virga, ſocium à morte ſuſcitaverunt. Qui, ut fertur, poſt Eucharium, & Valerium, per tot annos, Trevirenſem & Agrippinenſem rexit Eccleſiam, quod dies antea in ſepulchro jacuerat. Oſtenditur autem adhuc eadem Virga, in argumentum rei, quam diximus, Treveri, ac Agrippinæ, ita, quod ſuperiorem ejus partem Treverenſes, inferiorem Colonienſes, habeant &c.* Conf. *Innocentius III*, P. R. lib. 1, de *Myſterio Miſſæ*, c. 62, verbis ſeq. Tit. XV, §. 22, lit. d, occurrentibus; *Golſcherus* l. c. cap. 21, p. 16 &c. *Albericus*, ad an. 953, p. 289, & an. 972, p. 19. Gloſſator, ad *Innocentii III*, Decretal. lib. 1,

Digitized by Google

lib. 1, de *Sacra unctione*, Tit. XV, cap. 1, §. fin. *Spelmani* Gloſſ. voc. *Ferula*, p. m. 223. Enim 25 alii ſecuti, quos *Agricius* excepit ex deſignato Patriarcha *Antiocheno*, Arianorum artibus expuncto, primus à *Sylveſtro* Papa, conſtitutus Archi-Epiſcopus; Vid. *Golſcherus* l. c. cap. 30 & 31, pag. 39 & 40; corruptè, in Synodali Epiſtola *Arelatenſi*, ad eundem Pontificem Romanum, de an. 314, *Acratius* nominatur, apud *Baronium* Tom. 3. *Annal.* ad h. a. §. 66, p. m. 133; De honore *Trevirenſis*, pergit *Golſcherus*, l. c. cap. 67, pag. 108: *Ad cujus Præſulatum, ex permiſſione B. Petri Apoſtoli, ſuorumque ſucceſſorum Apoſtolicorum, quos enumerare longum eſt, inviolabilium teſtamentorum roboratione, totius Galliæ, atque Germaniæ, pertinet Primatus &c.* In Epiſtola *Athanaſii*, ad *ſolitariam vitam agentes*, Tom. I. Operum *Athanaſii*, p. m. 831, occurrit: *Paulinus, Epiſcopus Trevirorum, quæ Galliarum Metropolis eſt &c.* *Brunonem* quoque Archi-Epiſcopum, anno 1110, Ordinationis ſuæ 19, circa proëdriam, ex hoc capite, litem *Adelberto* Moguntino intendiſſe, idem perhibet, cap. 70, p. 116, *Colonienſem* præcedit, quod non ſolum *Trevirenſis* Eccleſia *Colonienſi* ſit antiquior, ſed & *Gallia*, per quam *Archi-Cancellarius* nuncupatur, ante *Italiam*, per quam *Colonienſis*, *Archi-Cancellarius* eſt, Imperio Germanico accreverit. Vid. *Limn.* l. c. §. 6, 7 & 8, p. 43; & Tom. V. Addit. ad hunc locum, p. 153; necnon, ad A. B. cap. 1, §. 11, Obſervat. 2, pag. 102; *Gothofredus, de la Preſeance des Roys de France, ſur les Roys d'Eſpagne*, cap. 1, in annot. lit. c, fol. 13; Dn. *Thulemarius, Octovirat.* cap. 11, §. 1, p. 135. In contrarium movere dubium *Hermes, in Faſciculo* J. P. cap. 16, §. 1, aſt levi ratione, obſervavit *Beclerus*, lib. 6, *Notit. Imp.* cap. 6, p. 144. Quid hodie obtineat, ex *Electoralis Collegii* Concluſio de an. 1653, apud *Lundorpium*, Tom. VII. *Contin. Act. Publ.* lib. 6, §. 109, pag. 8, peti poteſt, ubi: *Wann die Herren Churfürſten in Perſon alle beyſammen, und keine* Latera *gehalten werden, ſondern dieſelbe in einer* Serie *nacheinander ſitzen, wie ſonderlich in der Kayſerlichen und Kœniglichen Wahl in* Conclavi *geſchicht, ſo hat es damit ſeine Richtigkeit, daß ein Churfürſt zu Maintz die Erſte, Chur-Trier und Cœlln,* alternatim, *nacheinander, die Andere und Dritte - - - - Stelle - - - - gebühre.* Inſignis loco, utitur Elector noſter *cruce rubra, aureo in vellere*; ita, ex *Lindenbrogii Chronico Caroli M.* pag. 219, *Hopingius*, de *Jur. Inſign.* cap. 6, part. 1, §. 1, v. 40, pag. 237; Dn. *D. Spener* vero, *Op. Herald.* part. ſpec. lib. 1, cap. 91, §. 2, pag. 357, ait: *Hieroglyphicon Archidioeceſi* (Trevirenſi) *proprium eſt: Laterculo argenteo inſcripta Crux rubra*; cui aſſentiuntur, Dn. *Imhoff Notit. Proc. Imper.* lib. 2, cap. 3, §. 4, pag. m. 24; *Europ. Herold*, Tom. 1, pag. 209; Dn. *Bilderbeck, Reichs-Staat*, Tom. 1, part. 4, cap. 3, §. 7, pag. 474. Officiales hæreditarii hujus Eccleſiæ ſunt, *Mareſchalli:* Domini de *Elz*, *Dapiferi:* Dnn. *von der Leye*; *Camerarii*, Dnn. de *Sötern*; & *Pincerna*, Dnn. de *Schmidberg*; Vid. Dn. *Spener* l. c. pag. 358; Dn. *Imhoff* l. c. §. 10, pag. 26, de *Camerariis* autem addens: *Camerarii, Dnn. à Keſſelſtatt, antehac Barones de Sötern &c.* ita & *Europ. Herold.* l. c. & Dn. *Zſchakwitz, Einleitung zum* Jure Publ. lib. 2, cap. 9. Q. 9, pag. 292. Collegium Canonicorum Metropolitanæ Eccleſiæ numerum *quadrageſimum* implet; XVI *Capitulares*, reliqui *Domicellarii* vocantur, omnes nobili ſanguine creti. Dn. *Imhoff* l. c. §. 12, p. 26; *Europ. Herold* l. c. pag. 207; Archi-Epiſcopalis Aula non ſemper *Trebiris*, ſed plerumque *Ehrenbreitſteinii* eſt; nonnunquam *Ottenſteinii*, & *Witlichii*. Vid. *Europ. Herold*, l. c. pag. 209. Dotatores iidem celebrant.

3. Catalogum *(a)* Epiſcoporum Trevirenſium vide apud eundem Limnæum, Tom. IV, ad Lib. 3, cap. 5, Hodiernus eſt *(b)* Johannes Hugo; Succeſſit Avunculo ſuo, Carolo Caſpari à Petra, ſive, *von der Leyen*. Natus eſt, ex Familia Equeſtri, Juliacæ Ditionis, Orsbeckiorum. Trevirenſis eſt Archi-Cancellarius per Galliam; *(c)*

NOTÆ.

(a) CATALOGUM &c. Pleniorem catalogum horum Præſulum exhibent *Kyriandri*, *Broweri & Maſſenii Annales Trevirenſes*; *Bucelini Germania Sacra*, part. 1, Tit. *Archi-Epiſcopi Trevirenſes*, pag. 33 ad 35; *Petrus Merſaus*, in *Catalogo Electorum Eccleſiaſticorum*, an. 1580, Coloniæ, edito; *Petrus Bertius*, lib. 3. Commentar. *Rer. German.* cap. 6, voc. *Trebiri*, pag. 180 ad 287. A *Ludolpho*, qui an. 988 vixit, ordiuntur eos *Limnæus*, Tom. IV. Addit. ad lib. 3, cap. 5, pag. 337 &c. & Dn. *Thulemarius*, cap. XI. *Octovirat.* §. 11, p. 138 & 139. Seculo XVII florentes recenſet Dn. *Imhoff*, *Notit. Proc. Imp.* lib. 2, cap. 3, §. 11, p. m. 26.

(b) JOHANNES HUGO &c. An. 1711, 6 Jan. vivere deſiit, Coadjutorem nactus, an. 1710, 24 Sept. Epiſcop. Oſnabrug. & Olmiit. Dn. CAROLUM JOSEPHUM, Ducem Lotharingiæ, nat. 1680, 24 Nov. Qui variolis, an. 1715, 4 Dec. Viennæ obiit; ſurrogato in ipſius locum An. 1716, 10 Febr. *Franciſco Ludovico*, C. P. R. Epiſcopo Wormatienſi, & Magno Magiſtro Ordinis Teutonici. Quam dignitatem cum Electoratu Mogun-

guntino commutavit. Et poſt obitum ſuum ſucceſſorem habuit FRANC. GEORGIUM, Comitem de Schœnborn-Puchheim-Wolfsthal, natum 15 Jun. 1682. Electum Archi-Epiſc. 2 Maji 1729. Epiſcop. Wormatienſem & Præpoſitum Elwangenſem, 17 Jun. 1732. Ab obitu *Chriſtophori Manderſcheidii*, Abbatis, an. 1576 ad plures abeuntis *Jacobus* Archi-Epiſcopus, adminiſtrationem Abbatiæ *Prumienſis*, in *Ardenna* ſylva, (rogatu *Bertæ*, Conjugis, à *Pipino* fundatæ, a *Carolo Magno*, eorum filio, dotatæ & à *Lothario*, an. 855, eò ſe recipiente, redditæ nobilioris, cujus primum Abbatem *Wandelbertus*, Diaconus & Monachus Prumienſis, an. 850 clarus, in Vita *S. Goaris* Presbyteri, lib. 2, cap. 1, apud *Surium*, 6 Julii, p. m. 109, *Aſſuerum* appellat;) in ſe ſuſcepit, & ad ſucceſſores tranſmiſit, quibus propterea in Comitiis pariter, & Circulo Rhenano Superiori, votum competit & ſeſſio. Vid. Dn. *Spenerus*, *Oper. Herald.* lib. 1, c. 91, §. 11, pag. 360; & Dn. *Imhoff* l. c. §. 9, p. 26. Seriem Abbatum, à B. *Aſvero*, Andegavenſium Comite, an. 829 defuncto, usque ad laudatum *Jacobum ab Elz*, Archi Epiſcopum Trevirenſem, exhibet *Gabriel Bucelinus*, part. 2, *German. Sacra* p. 2 0 &c. voc. *Prumienſe*.

(c) PER GALLIAM &c. ſcil. *Belgicam*, ut præced. §. 2, lit. a, monui; Adde, *& Regnum Arelatenſe*. Nam *Archi-Cancellariatus* hic ab anno ſtatim 923, quo *Lotharii Regnum*, cujus *Trevirorum Auguſta* nobiliſſimum membrum erat, Germanorum Regibus acceſſit, annoque 1033, quo ſubſecutum *Burgundicum*, ceu ibidem notavi, in ſede *Trevirenſi* fundatus ſit, & fixus, non adeo eſt manifeſtum. Id certè conſtat, munus hoc Imperante *Friderico* 2, Præſulibus Trevirenſibus, jure proprio, jam competiiſſe. Teſtes, coævus *Martinus Polonus*, in *Ottone III*, & *Speculum Saxonicum*, lib. 3, art. 57, quorum verba præced. Tit. XIII, §. 3, lit. g. p. 1036. habentur; jungas Codicem membranaceum *Ambraſianum* Bibliothecæ Vindobonenſis, unde l. c. §. 2, lit. b, quædam hauſi. *Boëmundum* quoque Archi-Epiſcopum, qui Eccleſiæ ab an. 1188, usque ad annum 1299, præfuit, titulum inde ſumpſiſſe, conſtanter hactenus ſervatum, poſt *Browerum*, *Annalium Trevirenſium* lib. XVI, §. 152, p. 177, rectè tradit Dn. *Schurtzfleiſchius*, Diſſ. *Quod Carolus IV, non diſſipaverit Imperii Patrimonium, quatenus ad Regnum Arelatenſe pertinet*, an. 1684 ventilata, §. 14, pag. 5. Utroque vero ſimul non ſemper uſi ſunt. In Decreto Electionis *Henrici VII*, Imp. de an. 1309, conſpicitur ab initio: *Baldewinus, D. G. Trevirorum Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii, per Regnum Arelatenſe, Archi-Cancellarius &c.* Vid. præced. Tit. V, §. 11, in Vita *Henrici VII*, v. 4, pag. 644. In literis contra, Electoralis Collegii, ad futurum Pontificem, in cauſa Electi *Ludovici Bavari*, de an. 1314, vocatus: *Balduinus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Trevirenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Galliam Archicancellarius &c.* Vid. *Lundorpius*, Tom. IV. *Contin. Act. Publ.* lib. 3, cap. 108, lit. C, pag. 733. Rurſus, in diplomate, de an. 1332, in Vigilia aſſumptionis B. Mariæ, quo Inveſtituram *Conradi Schlüſſelburgii*, de Caſtro & Oppido *Graningen*, approbat, apud. *Caſſandrum Thucelium*, cap. 4, *Electorum Juris Publici curioſorum*, lit. F, Documentorum *Deductionis Würtembergicæ*, p. 205: *Baldewinus D. G. Sanctæ Trevirenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Galliam Archi-Cancellarius &c.* *Carolus IV*, cap. 1. *Aureæ Bullæ*, de an. 1356, §. 12, ambos conjungit, verb: *Archi-Epiſcopum Trevirenſem, Sacri Imperii per Galliam, & Regnum Arelatenſe, Archi-Cancellarium, conducent &c.* Nec non in Confirmatione Privilegiorum Limburgenſis Oppidi, ſub dato *Metis*, anno 1356, 3 Id. Dec. teſte *Browero*, l. c. lib. XVII, §. 176, p. 230; aliisque tabulis, an. 1357, *Trajecti ad Moſam* confectis, quibus ita ſubſcriptum: *Vice Reverendi in Chriſto Patris Bæmundi, Trevirenſis Archi-Epiſcopi, Sacri Romani Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe, Archi-Cancellarii, recognovi Rudolphus de Fridenberg &c.* Vid. *Gewoldus, de Septemviratu*, §. 74, p. 112; *Conringius de Finib. Imper.* lib. 1, c. 8, §. 10, p. 52. *Cunonem*, non niſi *per Galliam*, Archi-Cancellarium referunt Literæ Electorum, de *Electione Wenceslai*, an. 1376, præced. Tit. V, §. 11, in vita *Wenceslai*, v. 4. ad an. 1376, pag. 679: *Nos Cuno, D. G. Sanctæ Treverenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Galliam Archi-Cancellarius &c.* aſt in fine Diplomatis privilegiorum *Caroli IV*, Imp. eidem Præſuli an. 1376, 2 Cal. Jun. *Bacharaci* conceſſorum, apud *Limnæum* lib. 3. *Jur. Publ.* cap. 5, §. 21, pag. 52, legitur: *Recognovit Nicolaus, Cameracenſis, Præpoſitus, vice & nomine Reverendiſſimi Domini, Cunonis, Archi-Epiſcopi Treverenſis, Sacri Romani Imperii, per Galliam & Arelatenſe Regnum, Archi-Cancellarii &c.* Quo etiam ſuperba ſpectat inſcriptio, quam idem Præſul Chronico ſuo Trevirenſi, non paucis, (*Browero* judice, l. c. lib. XVIII, §. 56, p. 249,) fabuloſis commentis referto, præfixit: *Cono, de Falconis Petra, Magnifica Dei Providentia, Sanctus Sanctæ Eccleſiæ Trevirenſis Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Galliam, Regnumque Arelatenſe, Archi-Cancellarius, & totius Galliæ & Germaniæ, Autoritate Apoſtolica, primus Patriarcha & Patronus &c.* Alia ut mittam. Notarunt ante me multi, in Proœmio Capitulationum *Ferdinandi IV*, de an. 1653, *Leopoldi I*, de an. 1658, & *Joſephi*, de an. 1690, nullam iterum *Arelatenſis Regni* mentionem fieri, ſed reſpice alia documenta publica, veluti: *Kayſerliche* Protections-Commiſſion *derer Sickingiſchen Wittib, Kinder, derer Vormünder, Unterthanen*

Digitized by Google

nen Hauß und Guter, ſub dato *Wien*, 1660, 10 Junii, apud *Lundorpium* l. c. Tom. IX, lib. 10, cap. 158, pag. 609, ibi: *die Hochwürdige Johan Philipſen zu Maintz und Carl Caſparn, zu Trier, Ertz-Biſchoffen, des H. Ræm. Reichs, durch Germanien, Gallien und des Kænigreichs Arelaten, Ertz-Cantzlern &c.* Ut & Literas fœderatorum, in cauſa Wildfangiatus, ad Electorem Palatinum, de an. 1665, 17 Mart. apud *Lundorpium* l. c. cap. 58, pag. 345, in ſubſcriptione: *Johan Philip, zu Maintz; Carl Caſpar zu Trier, Maximilian Henrich zu Cœlln, Ertz-Biſchoff des H. R. Reichs, von Gottes Gnaden, durch Germanien, Gallien, das Kænigreich Arelaten, und Italien, Ertz-Cantzlere, und Churfurſten &c.* aliasque *Caroli Caſpari* Archi-Epiſcopi, ad Sereniſſimum *Georgium Wilhelmum*, Ducem Brunſ. & Luneburg. de an. 1670, 28 Dec. ſic inchoatas: *Carl Caſpar von GOttes Gnaden, Ertz-Biſchoff zu Trier, deß H. R. Reichs durch Gallien, und das Kænigreich Arelaten, Ertz-Cantzler, und Churfürſt*, Adminiſtrator *zu Pruemb &c.* Conf. Diploma *Leopoldi* Imp. de an. 1700, 9 Oct. quo *Cratonem*, & *Georgium Wilhelmum* de *Crailsheim*, axiomate *Baronum* Illuſtriores reddidit, apud *Fabrum*, Tom. VIII *der Staats-Cantzley*, cap. IX, §. 1, pag. 653: *Gebieten und befehlen demnach hiemit denen Hochwürdigen, Durchlauchtig-Hochgebohrnen, Unſere lieben Neven und Vettern, den Ertz-Biſchoffen zu Maintz, Trier und Cœlln, Ld. Ld. Ld. als Unſern und des Reichs Churfürſten, und Ertz-Cantzlern, durch Germanien, Gallien, das Kænigreich Arelat, und Italien &c.* didici inſuper, ex literis Miniſtri cujusdam Electoralis, an. 1705, 3 Dec. ad me datis: *Bey des Herrn Cammer-Praſidenten zu Wetzlar, Herrn Graffen von Solms, und der Herrn* Aſſeſſorum, *Zerneman, von Pirck und Krebs, am* 31 Decemb. 1703,, *datirten Memorial an die Reichs-Verſamblung zu Regenſpurg, welches den* 8. April. 1705. per Moguntinum, publicè *dictirt und gedruckt worden, fanden ſich drey Chur-Trieriſche Schreiben*, reſp. *vom* 4 Aug. 1701; 9 *Mertz* 1702, *und* 22 Junii, 1702, *an das* Collegium Camerale *zu Wetzlar, denen allerſeits der gantze Churfürſtliche Titul vorgeſetzt worden, da Sie dann ſtets genennt werden: des Heiligen Ræmiſchen Reichs, durch Gallien, und das Kænigreich Arelaten, Ertz-Cantzler, &c.* Ut adeo, vel hac ex parte, nihil præjudicii Eminentiſſimo Præſuli hactenus contigerit. Quandoque titulos Cancellariæ contrahunt, quandoque explicant. Sæpe etiam incuriæ concipientium ejusmodi tribuendi errores. Nec hic opus eſt, ut inquiramus, num multæ Arelatenſis Regni partes Jurisdictioni Imperatoris & Imperii adhuc ſint obnoxiæ; ſufficit, quaſdam ſupereſſe, nec Eminentiſſimum Præſulem competenti ſibi titulo, clam palamve, renunciaſſe.

4. Elector Colonienſis, eſt Elector, qui Archi-Epiſcopatui Colonienſi (*a*) rite eſt præfectus.

NOTÆ.

(*a*) COLONIENSI &c. Ad hiſtoriam Archi-Epiſcopatus hujus primum facit *Ægidii Gelenii Sacrarium Agrippinæ*; ſeu, *de Admiranda ſacra & civili magnitudine Coloniæ Agrippinenſis*, Libri IV, edit. Colon. 1645; & quos Dn. *Struvius*, in *ſelecta Bibliotheca Hiſtorica*, cap. XVII, §. 19, pag. 474 &c. nominat. Præcipuum *Ubiis* Oppidum *Colonia Agrippina* quondam fuit, cujus *Cæſar*, lib. 4 de *Bello Gallico*, cap. 3, §. 3, p. m. 69, meminit: *Ad alteram partem ſuccedunt Ubii, quorum fuit Civitas ampla atque florens &c.* & *Ammianus Marcellinus* lib. XV, p. m. 54: *Indicabat autem Coloniam Agrippinam, ampli nominis Urbem, in Secunda Germania &c.* Qua occaſione novum nomen ſit ſortita, oſtendunt *Taciti Annales*, lib. XII, cap. 27: *Sed Agrippina* (Agrippæ neptis, Germanici filia & Claudii Auguſti conjux) *quo vim ſuam ſociis quoque Nationibus oſtentaret, in Oppidum Ubiorum, in quo genita erat, Veteranos Coloniamque deduci impetrat, cui nomen inditum, ex vocabulo Ipſius &c.* Conf. *Plinius*, lib. IV *Hiſt. Natur.* cap. 17, p. 236; *Strabo*, lib. 4; *Althamer*, in *Cornelium Tacitum* de *Moribus German.* apud *Schardium* T. 1 *Rer. German.* p. 236; *Henricus Glareanus*, in eundem, ibid. pag. 73; *Jodocus Willichius*, in eundem, l. c. pag. 59, §. 4; *Melanchthon*, de *vocabulis Regionum & Gentium*, in eodem libello occurrentibus, l. c. pag. 78; *Bilibaldus Birckeimer*, de *Locis Germaniæ* l. c. pag. 84; *Hieronymus Gebwiler*, de *Libertate Germaniæ*, cap. XI, l. c. pag. 225; *Æneas Sylvius*, de *Germania*, l. c. pag. 130. *Cluverius*, *Germ. Antiq.* lib. 2, cap. 17, p. 80 &c. *Zeilerus*, *Itiner. German.* cap. 21, pag. 463 &c. *Petrus Bertius*, lib. 3 Comment. *Rer. German.* Cap. VI, voc. *Colonia Agrippinenſis*, pag. 88 &c. *Merian*, *Topogr. Archi-Epiſcopatus Colonienſis*, voc. ead. p. 16 &c. Dn. *Cellarius*, *Notit. Orb. Antiqui*, lib. 2, cap. 3, pag. 208 &c.

Digitized by Google

Apparet hinc, quo ſenſu *Gregorii Turonenſis*, lib. 6, cap. 24, p. m. 134, verba accipienda ſint: *Sygibertus* (Rex Franciæ) *miſit eum* (Theodorum, Epiſcopum Turon.) *in Agrippinenſem Civitatem, quæ NUNC Colonia dicitur &c.* Conf. Codex *Carolinus* de *Metropolibus* an. 810, ſeq. Tit. XV, §. 13, lit. q. Primum Epiſcopum vocat *Levoldus à Northof*, Marcanus Eques, ſimulque ſecularis Abbas Viſetenſis, in *Archi-Epiſcoporum Colonienſium Catalogo*, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. Germ.* pag. 4: *Apud Agrippinam, Nobilem Civitatem Galliæ, primus adeptus eſt Epiſcopatum S. Maternus, Trevirorum & Tungrorum pariter Epiſcopus, An. Domini* 94, *Domitiano Imperatore regnante; ſeditque annis* 40, *& obiit Coloniæ, ſub Adriano Imperatore, Anno Domini* 129. Fabulantur, eum eſſe filium viduæ *Nainiticæ*, à Salvatore à mortuis revocatum, *Luc. VII*, v. 11 &c. denuoque extinctum, ab *Euchario & Valerio*, virtute baculi paſtoralis *D. Petri*, vice altera reſuſcitatum. Vid. præced. §. 2, lit. a. *Ægidius Bucherius*, in *Belgio Romano, Eccleſiaſtico & Civili;* nec non *Grombachius*, S. J. in *Urſula vindicata*, T. 1, lib. I, cap. 47, in *Catalogo Epiſcoporum Colonienſium*, quem Dn. *Meibomius*, *Northofio* l. c. pag. 13, ſubjunxit, & alii, primo Archi-Epiſcopo *idem* nomen tribuunt, eumque an. 314, Concilii *Arelatenſis* Epiſtolam ad *Sylveſtrum* P. R. ſubſcripſiſſe, perhibent; conf. *Conringius* de *Republ.* Exercit. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, *c.* 4, p. 330; alii vero Archi-Epiſcopales honores demum *S. Agilolpho*, Martyri, Sec. VIII, conceſſos rectius arbitrantur; veluti *Grombachius* l. c. pag. 14; *Merian* l. c. pag. 20; *Gelenius;* Dn. *ImHoff Notit. Proc. Imper.* lib. 2, cap. 4, § 5, pag. 28. &c. literas minimum *Zachariæ* P. R. ad *Bonifacium*, de an. 745, ab *Othlono*, in vita *Bonifacii*, cap. 38, recenſitas, apud *Surium*, 5. Junii, p. 75, in fine, bene ſi perpendamus: *De Civitate etiam illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc vero Colonia, juxta petitionem Francorum, per noſtra auctoritatis præceptum, nomini tuo Metropolim confirmavimus, & tuæ Sanctitati direximus ejusdem Metropolitanæ Eccleſiæ ſtabilitatem &c.* Rectè hinc etiam *Schilterus*, de *Libert. Eccleſ. German.* lib. 1, cap. 4, §. 10, p. 73: *Hæc Gallia Belgica pars quondam, ſuo Imperio Francorum Provinciis Germanicis redunita, Metropoleos jus nacta.* Errant *Merian* & aſſeclæ, *Agilolphum* jam an. 717, ad plures abiiſſe, exiſtimando. Circa proëdriam Præſulis, variant, more ſolito, Veterum geſta. *Zachariæ* Pontificis Literarum, ad varios Epiſcopos, inſcriptio, referente *Othlono* l. c. pag. 74, ſic ſe habet: *David, Spironenſi Epiſcopo - - - - Burchardo, Wirciburgenſi Epiſcopo; Folerico, Tungrienſi Epiſcopo; - - - Agilolpho, Colonienſi Epiſcopo &c.* Conf. *Baronius*, Tom. IX *Annal.* ad an. 748, §. 13, p. m. 210. Ecce! *Agilolphus* poſtponitur *Spirenſi & Herbipolitano.* Acta contrà *Triburienſis* Synodi ad Rhenum, de an. 895, ſubſcripſit *Hermannus, Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus*, ante *Rathbodum Trevirenſem;* Vid. Dn. *Schaten*, *Annal. Paderbornenſ.* lib. 3, ad h. a. pag. 230; ſic, in Pacto, *Henricum* inter & *Carolum*, Germaniæ Galliæque Reges, de an. DCCCCXXIV, non DCCCCXXI, apud *Schatenum* l. c. an. 921, pag. 256; & *Schilterum*, Tom. 2 *Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 9, pag. 77, iterum Trevirenſi præfertur Colonienſis. *Hermannus, Archi-Epiſcopus Agrippinæ, quo modo eſt Colonia vocitata; Rodgerus Archi-Epiſcopus Trevirorum &c.* Conf. Diploma *Henrici* 2, de prætenſis Regalibus, D. Petro conceſſis, an. 1014, apud *Baronium*, Tom. XI *Annal.* ad an. 1014, §. 8, p. 51, *Goldaſtum* Tom. 1 *Conſtit. Imper.* p. 229, & Dn. *Tolnerum, Cod. Diplom. Palat.* §. 28, pag. 25, in ſubſcriptione: *Signum Erkinbaldi, Moguntini Archi-Epiſcopi. Signum Hereberti, Colonienſis Archi-Epiſcopi. Signum Bobonis, Trevirenſis Archi-Epiſcopi &c.* nec non Diploma *Lotharii*, de an. 1135, apud *Hundium* Tom. 3 *Metrop. Salisburg.* pag. 460, & *Tolnerum* l. c. §. 47. p. 42; *Bruno Colonienſis Archi-Epiſcopus. - - - - Adalbertus Trevirenſis Archi-Epiſcopus &c.* Add. Dipl. *Conradi III*, an. 1138, *Odoni*, *S. Remigii* Rhemenſis Abbati, datum, ap. *Tolnerum*, l. c. §. 44, p. 40: *Arnoldus, Colonienſis Archi-Epiſcopus. Albero, Trevirenſis Archi-Epiſcopus &c.* & Acta Venetiis, inter *Fridericum* Imp. & *Alexandrum III*, Papam, an. 1177, apud *Goldaſtum*, l. c. Tom. 3, pag. 356, 357 & 358. Imò, *Moguntino*, teſtibus Actis Comitiorum *Ingelheimenſium*, de an. 948 apud *Goldaſtum* l. c. pag. 305. Plura ſuppeditat *Caſtigatio Libelli*, cui Titulus: *Anti-Conringiana defenſio Juris Colonienſis, in coronandis Romanorum Regibus*, Edit. Helmſtad. an. 1664, p. m. 15 &c. Archi-Epiſcopatus noſtri δεῖγμα eſt: *Crux nigra, in area argentea.* Vid. Dn. *ImHoff, Notit. Proc. Imperii*, lib. 2, cap. 4. §. 4, p. m. 27; Dn. *Spener, Op. Herald.* part. *Spec.* lib. 3, cap. 8, §. 3, pag. 589; *Hœping.* de *Jure Inſign.* cap. 6, part. 1, §. 1, v. 43 &c. pag. 237; *Europ. Herold.* T. 1, p. 213; Dn. *Zſchackwitz, Einleitung zum Teutſchen* Jure Publico, lib. 2, cap. 9, Qu. 19, pag. 299; Dn. *Bilderbeck, Teutſcher Reichs-Staat*, Tom. I part. 4, cap. 4, §. 4, pag. 477. Miniſteriales hæreditarii ſunt, *Pincerna*: Principes *Arenbergici;* Aulæ Præfecti, qui *Dapiferorum* locum implent: Comites *Manderſcheidii*, in *Blanckenheim; Mareſchalli:* Comites *Salmenſes* de *Reiffenſcheid*, ratione Dynaſtiæ *Alvetrenſis; & Camerarii:* Equites *Raizii de Frentz;* Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 8, pag. 29; *Europ. Heroldt* l. c. Dn. *Bilderbeck* l. c. §. 3, pag. 476; Dn. *Zſchackwitz* l. c. Qu. 15, pag 295. Numerus *Canonicorum* primarii Capituli *quinquagenarius* eſt, quorum XXV *Capitulares*, reliqui *Domicellarii*, quibus Romani Pontifices privilegium

Digitized by Google

gium celebrandi ſacrum, cum mitia & ſandaliis, deſunt, vocantur. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 11, p. 29; *Europ. Herold*, l. c. pag. 212; Benefactores, iidem celebrant Auctores.

5. Catologum (*a*) horum Archi-Epiſcoporum exhibet idem Limn. tom. 4. dict. cap. *Hodiernus* (*b*) eſt Maximilianus Henricus. Succeſſit Patruo Ferdinando Duci Bavariæ, in quorum familia jam per integrum ſeculum Electoralis hæc dignitas continuata eſt. Colonienſis eſt Archi-Cancellarius *per Italiam.* (*c*)

NOTÆ.

(*a*) CATALOGUM &c. Mancum Eum ſiſtit *Levoldus à Northof*, ap. *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. Germ.* p. 4; pleniorem, *Grombachius*, Tr. de *Urſula Vindicata*, Tom. I, lib. 1, cap. 47; *Petrus Bertius*, lib. 3. Comment. *Rer. Germ.* cap. 6, voc. *Colonia Agrippinenſis*, p. 91, &c. *Bucelinus*; part. 1. *Germania Sacra*, p. m. 24 &c. *Merian*, *Topograph. Colonenſ.* p. m. 19 &c. *Meibomius* l. c. pag. 11, &c. *Petrus Merſæus*, in *Catalogo Electorum Eccleſiaſticorum*, an. 1580, Coloniæ edito; Alii. Poſt *Limnæum*, Tom. IV. Addit. ad lib. 3. J. P. cap. 6, p. 338 &c. recenſet Dn. *Thulemarius* cap. XII. §. 13. pag. 143, Præſules ab *Heriberto*, qui an. 990, vixit, ad *Ferdinandum* usque, 1612, florentem. Seculi XVII. Archi-Epiſcopos exhibet Dn. *ImHoff Not. Proc. Imp.* lib. 2, c. 4. §. 10. p. 29.

(*b*) HODIERNUS &c. Mortuo an. 1688, *Maximiliano Henrico*, Electore, circa electionem novi Præſulis, graviſſimæ lites ortæ ſunt, indeque horribile bellum. Quidam Canonicorum poſtulabant Cardinalem Fürſtenbergium, *Wilhelmum Egonem*; alii que eligebant *Joſephum Clementem*, Sereniſſimum Ducem Bavariæ. Illum tuebatur Chriſtianiſſimus Galliarum Rex; Hunc, Imperator cum Imperio, atque Curia Romana. Quæ fuerint utriusque partis argumenta, ex ſequentibus cognoſces.

ARGUMENTA,

quæ Eminentiſſimus Dn. Cardinalis Fürſtenbergius, in favorem cauſæ ſuæ, allegat.

(1.) Notificatio ex mandato Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Capituli Metropolitani Colonienſis, exhibita à Legato in Comitiis.

Ein Hochwürdig Dohmb-Capitul *zu Cœlln, hat Dero Geheimen- und Hoffrath, auch zu gegenwertigen Reichs-Tag Gevollmächtigten Geſandten, unterm* 20. Julii reſcribiret, *was geſtalten ſelbiges, nach tœdlichem Hintritt, weyland des Hochwürdigſt-Durchläuchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Maximilian Henrichen, Ertz-Biſchoffen zu Cœlln &c. Ihres gnädigſten Churfürſten und Herrns, hœchſtſel. Andenckens, den vorigen Tag zur neuen Wahl angeſetzet, und zu ſolchem Ende die* Citationes *in Zeiten gebührend ausgehen laſſen, auch, nachdem in* Capitular-*Verſammlung, der Beyſtand des H. Geiſtes inbrünſtig angeruffen worden, und ein hochwürdig Thumb*-Capitul, *durch einen leiblich-ausgeſchwornen Eyd, ſich verbunden, ein ſolches Haupt der erledigten Kirchen zu erwehlen, welches deroſelben vorzuſtehen, am würdigſt, tauglichſt und nützlichſten ſeyn mœge, ſo hatte daſſelbe, am ungezweifſelter Einſprechung GOttes, des Herrn Cardinal Landgraſen von Fürſtenberg, als dero Dom-Dechanten, alteſten* Capitularn, *vorhin* cum ſucceſſione *ernandten* Coadjutorn, *in Anſehung deſſen vortrefflichen Gemüths-Gaben, und in dem Ertz-Stifft, durch langwirigen, und in* 38, *Jahr, mit ſonderbahren Verſtand, treugeleiſteten erſprießlichen Dienſten, erlangten* Meriten, *vor allen andern zum Ertz-Biſchoffen und Churfürſten*, per majora, poſtuliret, *und dieſe* Poſtulation publiciret, *und dem Volck* promulgiret. *Wie nun ein Hochwürdig Dohm*-Capitul *nicht zweiffelt, es werde dem geſambten Reich, und allen treugeſinnten* Patrioten, *dieſe beſchehene* Poſtulation *eines ſo verſtändigen Churfürſten, von deſſen tapffern und weiſen* Conſiliis *man ſich die Erhaltung des Fried- und Ruhe-Stands, auch Veſtſtellung der allgemeinen Sicherheit, verſprechen kan, gar lieb zu vernehmen ſeyn; Alſo hat daſſelbige vorgedachten Dero Geheimen- und Hoffrath, erwehnte* Poſtulation, *zu dem Ende, durch eigenen* Courier, *zugeſchickt, damit ſelbiger dieſen Verlauff, ſowohl der Kayſerl. Hœchſtanſehnlichen* Commiſſion, *als auch Churfürſten, Fürſten und Standen allhier anweſenden Räthen, Bottſchafften und Geſandten, (immaſſen heute geſchehen) gebührend* notificiren, *denen* Conſultationibus *aber, vermœge von E. Hochwürd. Dohm-Capittel habender, und dem Chur-Maynziſchen* Directorio *überlieſſerender, Vollmacht, beywohnen, und die gebœrige Nothdurfft in allen beobachten mœge. Regenſpurg den* 23 Julii 1688.

(2) Formula ipſius Poſtulationis de an. 1688. 19. Jul. Vid. Dn. *Lunigius*, Syllog. *Negotiorum Publicorum*, ad an. 1688, p. 973, &c. qui ſimul p. 974, ad 988, integrum Poſtulationis Inſtrumentum annectit.

In Nomime Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Cum, per obitum Sereniſſimi & Reverendiſſimi Dn. Maximiliani Henrici, Bavaria Ducis &c. Archi-Epiſcopi & Electoris Colonienſis, Dni noſtri Clementiſſimi, feliciſſima memoria, Eccleſiam Colonienſem non ita pridem vacare contigerit, antequam Poſtulatio Coadjutoris cum futura ſucceſſione, à Sanctiſſimo Dno noſtro Papa admiſſa fuerit, ideoque, ad obviandum periculis & diſpendiis, qua in

(5) Exempla Poſtulatorum, qui ante Poſtulationis admiſſionem adminiſtraverunt, ut probant ſubſcriptiones pragmaticarum Imperii Conſtitutionum:

R. J. Spiræ 22. April. 1529. nomine *Poſtulati* Hildeſienſis: *Johannes Fabri D.*

R. J. Ratisbonenſis de 27. Jul. 1532. *Franciſcus* electus, & *Poſtulatus* Mindenſis.

R. J. Spir. de 11. Dec. 1570. Henricus *Poſtulatus* Archi-Epiſcopus Bremenſis.

R. J. Ratisbonenſis de 11. Oct. 1576. Henricus *Poſtulatus* Archi-Epiſcopus Bremenſis & Epiſcopus Oſnabrugenſis.

R. J. Auguſtanus de 20. Sept. 1582. Henricus *Poſtulatus* Archi-Epiſcopus Bremenſis, Adminiſtrator Paderbornenſis & Oſnabrugenſis.
Philippus *Poſtulatus* Epiſcopus Ratisbonenſis.
Joh. Wilhelmus *Poſtulatus* Adminiſtrator Monaſterienſis.
Carolus *Poſtulatus* Epiſcopus Metenſis.

Huc facit quod ad lib. 3. Tit. XI. §. 4. dictum eſt.

(6.) Literæ Nuntii Apoſtolici ad Capitulum Colonienſe. Vid. Dn. *Lunigius* l. c. pag. 970.

Illuſtriſſimi, Per-Illuſtres ac Reverendi admodum Domini.

Non exiguum concepit mœrorem Sanctiſſimus Dnus noſter, ex obitu claræ memoriæ Sereniſſimi Electoris Colonienſis, enixiſque votis à Deo ſupplex efflagitat, ut Eccleſiæ illius morte viduatæ condignè provideatur: Sanctitas ſua mihi ideo injungere dignata fuit, ut Illuſtriſſimis Dominationibus veſtris renunciarem, mentem Ejus eſſe, quod in imminentibus electionibus ineundis, canonicè procedatur, ita que dirigantur in eos, qui prudentia & virtute digniores aptioreſque cenſeantur, ad earundem Eccleſiarum regimen laudabiliter ſubeundum; hæc ſunt vota tanto digna Pontifice, digna etiam, ut iiſdem ad amuſſim obſequatur Illuſtriſſimarum Dominationum Veſtrarum pietas, illarumque Zelus erga iſtam Eccleſiam, cui & ipſe pro mearum virium tenuitate inſervire exoptans, permaneo; Coloniæ, 13. Jul. 1688.

Illuſtriſſimarum, Per-Illuſtrium ac R. R. admodum Dominationum VV.

ad omnia officia paratiſſimus J. A. Archi-Epiſcopus Damaſcenus.

Has literas Dnus Cardinalis in ſui favorem interpretatur, ob verba: *prudentia digniores & aptiores ad Eccleſiarum regimen ſubeundum.*

(7) Breve ipſius Papæ Innocentii XI. ad idem Capitulum. Vid. Dn. *Lunig*, l. c. p. 968.

Innocentius Papa XI.

Dilecti filii, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Triſtati ſane non parum ſumus de obitu Venerabilis Fratris, Maximiliani Henrici, Archi-Epiſcopi, dum viveret, Colonienſis, de quo literis 5. Jun. proximè elapſis datis, certiores Nos reddidiſtis, perſpectæ enim ejusdem virtutes ac prærogativæ charitate, qua Illum proſequebamur, proſus id repoſcebant, triſtitiam autem noſtram opportune levantes, conſideratione mercedis magnæ nimis, quam ipſum in æterna beatitudine, à liberali juſtorum remuneratore Deo, recepiſſe ſperamus, pro ſollicitudine, quam gerere debemus omnium Eccleſiarum, præſertim verò Colonienſis, vehementer Vos in Domino hortamur, ut in eligendo ſucceſſore, augmentum divinæ gloriæ unicè propoſitum habeatis, in eumque tantummodo conveniatis, quem præclaris magnoque Præſule dignis dotibus inſignitum, ad omnes Paſtoralis officii partes, laudabiliter obeundas, magis inter vos idoneum agnoveritis. Quod, ut juxta pietatis Zeliqne veſtri onus, votumque noſtrum ac expectationem, præſtetis, ſancti Spiritus auram vobis, dilecti Filii, afflantem usque precamur, ac Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die tertia Julii 1688. Pontificatus noſtri anno XII.

Marius Spinola.

Hoc Breve Dnus Cardinalis etiam in ſuam partem explicat, ob verba: *magis inter Vos idoneum agnoveritis;* Item *præclaris magnoque Præſule dignis dotibus inſignitum.*

(8) Literæ Capituli Colonienſis ad Innocentium XI. P. R. Vid. Dn. *Lunig* l. c. p. 965.

Beatiſſime Pater.

Quamvis dubitare non poſſimus, quin ad Sanctitatis veſtræ notitiam devenerit, qualiter, Deo ita diſponente, Sereniſſimus & Reverendiſſimus Princeps Elector & Archi-Epiſcopus Colonienſis, Maximilianus Henricus, utriusque Bavariæ Dux, Dominus noſter Clementiſſimus, viam univerſæ carnis ingreſſus, die tertia currentis menſis Junii, placidiſſimè & piiſſimè in Domino obdormierit, immarceſcibilem virtutum ſuarum, quibus inter Præſules ſingulariter

ter ſplendere viſus eſt, coronam reportaturus, nihilominus pro noſtra, qua erga Sanctitatem Veſtram, Sanctamque Sedem Apoſtolicam, ferimur ſubmiſſiſſima devotione, luctuoſum hujusmodi obitum Veſtræ Sanctitati humillimè notificandum, ſimulque inſinuandum fore duximus, quod maturis tractatibus prahabitis, in loco Capitulari legitimè congregati, Capitulum repreſentantes ad animum revocaverimus, quanta Eccleſiis & præſertim harum Regionum Metropolitanis, Præſulis ſolatio deſtitutis, pericula & diſpendia imminere ſoleant, adeoque attentius perpendentes, poſtulationem Coadjutoris Archi-Epiſcopatus Colonienſis in perſonam Eminentiſſimi Cardinalis Landgravii de Fürſtenberg, ſub Sanctitatis Veſtræ & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ beneplacito, non ita pridem à Nobis concorditer factam, quantum nobis conſtat, hactenus nedum à Sanctitate Veſtra fuiſſe admiſſam, ad occurrendam graviſſimis incommodis, quæ in Eccleſiam prætactam, totamque Archidiœceſin Colonienſem, ex diuturna vacatione, redundare poſſent, in eventum, quo gratiam ſucceſſionis memorato Eminentiſſimo Cardinali Landgravio de Fürſtenberg, Decano noſtro longe digniſſimo, & de Eccleſia, præ cæteris, optimè merito, ad humillimas noſtras preces, & factam concordem poſtulationem à Sanctitate Veſtra conceſſam eſſe, interea Nobis non conſtiterit, prout de Illius conceſſione nihil hactenus nobis innotuit, ad Canonicam novi Archi-Epiſcopi electionem vel poſtulationem, prout de Jure, procedendum fore, concorditer reſolverimus, & ad hujusmodi Electionem vel Poſtulationem canonicè celebrandam, diem 19. proximi menſis Julii, cum continuatione, ſequentium, ſtatuerimus & præfixerimus, relaxata eum in finem citatione ſolita & opportuna. In Domino confidentes, quod Sanctitas Veſtra hanc noſtræ providæ, intentionis ſolertiam, pro publico Eccleſiæ Colonienſis bono, benigniſſime ſit probatura & laudatura, cujus Beatiſſimos pedes devotiſſimè exoſculamur, & ulterioris Paterni affectus erga nos, Eccleſiamque Colonienſem, continuationem humillimè deprecamur, manentes ſemper

Sanctitatis Veſtræ

devotiſſimi & humillimi

Coloniæ 5. Jun.
1688.

Decanus & Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis.

(9) Literæ *Ludovici Magni* R. Gall. quibus Cardinalem Fürſtenbergium à Jure Naturalitatis, omnique ſubjectionis vinculo, liberum declarat:

Ludovicus D. G. Franciæ & Navarræ Rex Omnibus haſce literas viſuris ſalutem.

CHariſſimus & dilectus noſter Cognatus, Cardinalis Landgravius de Fürſtenberg, repræſentavit Nobis, quod, cum antehac literas noſtras Naturalitatis, Ei jus & poteſtatem beneficia in Regno Noſtro poſſidendi tribuentes, obtinuerit, juſtam habeat apprehendendi cauſam, ne alii hoc prætextu uti velint, ad ipſum, illis dignitatibus excludendum, ad quas legitimè poteſt aſpirare, Nos enixe rogans, ut eum ab omni ſubjectione aut vinculo perſonali, quo Nobis obſtrictus eſſe poſſet, eximere, ac liberum declarare non gravemur. Et enim intentio noſtra, dum Ei dictas Naturalitatis literas conceſſimus, alia non fuerit, quam ut claræ ſingularis exiſtimationis, quam de ejus meritis concepimus, indicia demonſtraremus; Hinc ex hiſce, aliisque cauſis, Nos moventibus, declaravimus, & præſentibus, manu noſtra ſignatis, declaramus, Nos conſentire, ut dictus noſter Cognatus, Cardinalis Landgravius de Fürſtenberg, Juramentum, ad quod Eum novæ dignitates poſſent obſtringere, præſtet, cum, in quantum opus eſt, aut eſſe poſſit, ab omni ſubjectione, aut alia obligatione perſonali, quam reſpectu Noſtri habere poſſet, omnimodo abſolventes. In cujus teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus hiſce apponi curavimus. Datum Verſaleſii 12. Julii, anno Gratiæ 1688. & Regni Noſtri 46. Signatum Ludovicus, & in Replicato, ex mandato Regis; Colbert.

(10) Breve *Innocentii XI.* P. R. ad Ipſum Cardinalem Fürſtenbergium. Vid. Dn. *Lunig.* l. c. pag. 967.

Innocentius XI.

DIlecte Fili noſter, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Sicuti nihil aut gratius ac jucundius habemus opportunitatibus gratificandi Tibi, declarandique in dies magis, quanti perſpectas virtutes ac merita tua faciamus, ita majorem in modum triſtamur, ubi ea ſe propenſæ noſtræ erga Te voluntati objiciunt impedimenta, quæ minime patiuntur, Nos id præſtare poſſe; Hujusmodi autem moleſtiam profectò experimur in negotio, de quo, occaſione obitus b. m. venerabilis fratris, Maximiliani Henrici Archi-Epiſcopi, dum viveret, Colonienſis, ad Nos ſcripſiſti. Tam multas enim graveſque in ſe continet difficultates, quemadmodum à Noſtro, ad Rheni tractum Nuncio, abunde cognoſces, ut nullum nobis relinquant locum ſatisfaciendi votis tuis. De Pietate verò ac Sapientia tua adeò præclare ſentimus, ut deliberationi, quam hac in cauſa ſuſcepimus, ultrò te acquieturum eſſe plane confidamus, tibique interim, dilecte Fili noſter, Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur.

mur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die Prima Julii 1688; *Pontificatus Noſtri anno XII.*

Marius Spinola.

Tit.

Dilecto Filio noſtro, Guilielmo Franciſco, S. R. E. Presbytero Cardinali, *Landgravio à Fürſtenberg.*

Quantùm ad alteram Quæſtionem de numero Votorum, ad Canonicam poſtulationem neceſſario, non ſatis equidem conveniunt Canoniſtæ, an abſolutè ad poſtulationem duæ ex tribus Capituli partibus requirantur, nullus tamen ex AA. claſſ. (præter gloſſ. in c. Scriptum 40. de Electione V. confirmes) in controverſiam revocat, ſed unanimiter omnes conſentiunt, quoties concurrunt Electio & poſtulatio, duplo majorem exigi numerum poſtulantium, quàm eligentium, ad hoc ut Poſtulatio poſſit admitti, & poſtulatus electo præferatur, per text. clarum c. ſcriptum cit. quo paſſim nituntur AA. Panormitanus, Hoſtienſis, Joannes Andreas Ancharanus, Sylveſter, Gonzalez, Bosquetius, Dartis, Lotterius, Laymann, Caniſius, &c. unde gloſſa præfata non tantum per Canoniſtas, ſed per gloſſatorem ipſum, quidquid poſtea ſubjungat, in C. bonæ memoriæ, de poſtulat. V. in tanta diviſione reprobatur his verbis: ad hoc ut Poſtulatio præjudicet Electioni, requiritur, ut numerus poſtulantium ſit duplo major eligentium, quò altera quoque gloſſa ad Inſtitutiones Juris Canonici Lancellotti tit. de confirm. Elect. §. & ſi vacante. V. duplo major. reſpexit, exemplificando caſum, quo præferenda ſit Poſtulatio, ſi nimirum ex 30. Canonicis 20. poſtulent, & 10. eligant, alioquin ſi poſtulantium numerus non ſit duplo major, quàm numerus eligentium, rejectâ Poſtulatione, Electio eſt confirmanda, & ſi facta non ſit a majore Capituli parte, prout aliàs c. quia propter. de Elect. ad validitatem electionis requiritur; cùm hoc ita ſit regulariter, non autem quando modus ordinarius, id eſt Electio, cum extraordinario, qualis eſt Poſtulatio, ut in c. Scriptum (quòd continet jus expreſſum in hujusmodi caſibus obſervandum) concurrit: quemadmodum poſt Abbatem cit. in terminis tradunt Joann. de Imola ad c. poſtulationem. de poſtulat. Antonius de Butrio ad cit. c. Scriptum. Laymann. eodem, not. 5. & ad c. bonæ. de poſtulat. not. 4. quorum primus expreſſè aſſerit, gloſſam pugnare cum textu: & alter: Tu dic ſecundùm D. D. quòd hæc Decretalis ponat jus, & Regula contraria (de majore parte Capituli) procedat, quando duæ Electiones concurrunt, non ubi concurrit Poſtulatio cum Electione, ac denique Laymann cit. not. 4. in caſu Poſtulationis duobus tertiis deſtitutæ concurrentis cum Electione, nomen ac Jus Capituli in ſolis eligentibus pro ea vice conſervari affirmat. Cùm actus eligentium reſpectu Perſonæ ineligibilis, nequeat ſuſtineri tanquam electio; neque huic ineligibili Votis ad Poſtulationem neceſſariis deſtituto, quaſi poſtulato quiddam Juris aut ſpei quæratur; quia proinde acceſſu poſtulantium electioni à minori parte facta conſentientium opus ſit, ut prælıminaris & ſummariæ refutationis mercenarius compilator aſſeverat, & diſpoſitionem c. ſcriptum ob verba: & ſi partes conſenſerint; item: ſi conſtiterit de mutuo conſenſu non veniſſe: Specialem proviſionem in eo ſolo caſu, de partium conſenſu pactum appellat, quæ verba ad evitandam hujus Decretalis ſuperfluitatem, teſte Butrio, non aliter interpretanda ſunt, quàm hoc partes conſenſerint, ut certi quidem Prælati intereſſent Capitulo, prout ipſamet verba ſincerè lecta convincunt, de mutuo conveniſſe conſenſu, quòd ad electionem Patriarchæ 7. admitterentur Præpoſiti, quæ quidem Conſenſum in admiſſionem perſonarum, minimè verò in acceſſionem ad eligentium partem oſtendunt, idque adeò clare, ut Lotterius rerum ac ſtyli Curiæ Romanæ peritiſſimus, de re benef. l. 3. q. 17. n. 141. & ſeqq. dicat, de jure neceſſarium eſſe, ad Poſtulationem in tali concurſu duplo majorem numerum ſuffragiorum, neque hoc caſu diſtingui, an poſtulatus ſit dignus vel indignus: idenque licet Papa, ſi velit, poſſit admittere poſtulationem celebra-

tam

Digitized by Google

tam non à duplo majore parte, tamen hoc nusquam facit, ubi concurrit electio juxta terminos dict. c. ſcript.

Igitur cùm præſumendum non ſit, ab eo, qui ſummo Pontifici, tanquam unus ex præcipuis ſuæ Sanctitatis Conſiliariis à latere aſſiſtendi jus habet, factisque apud ſanctam Sedem Romanam pro indulto eligibilitatis, aut pro Eccleſiæ ſuæ præhabita efficaci dimiſſione, inſtantiis, ultro jam nuper profeſſus fuit, per indultum retentionis ante hac obtentum, ſed duntaxat in ſtatu gaudendi fructibus aliorum beneficiorum cum Eccleſia ſibi deſponſata compaſſibilibus, non item eligibilitatis paſſivæ, ob alias per Eccleſiam ſibi commiſſam ligatas, conſtitui: de facto interturbanda, aut ſubvertenda eſſe ea, quæ jure ſcripto diſpoſita, atque ab ipſomet agnita ſunt: multo minus periculoſo molimine, aut concutiendos eſſe illuſtriſſimos eligentes, aut obligandos patriæ Statûs, vel ſaltem conſiliarios, ea promittenda, quæ cum obſequio Sacræ Sedi, & Sacræ Cæſareæ Majeſtati debito nullatenus poſſunt componi, omnia ac ſingula Illuſtriſſimi hujus Capituli membra Vocis activæ uſum habentia, prudentiſſimè fecerint, ſi hujus Eccleſiæ libertate non minus, quàm vera indeſitura proſperitate præ oculis habita, poſt conſultationem maturam, procul omni metu humano, ſecundùm conſcientiæ dictamen, eum elegerint, de cujus erga Summum Pontificem, Sacr. Majeſt. Cæſar. Imperiumque Romanum devotione, ſufficienti prudentia, conſervandæ patriæ & tranquillitatis publicæ ſtudio, cum exteris Coronis, ac Statibus propinquitate, aut amicitia, eligibilitate, certitudine obtinendæ confirmationis ac inveſtituræ, & immunitate ab omnibus iis, quæ fundare valeant legitimam exceptionem, omnino ſecura ſunt, quique nullam dignitatem Eccleſiaſticam obtinet, per quam hæc Eccleſia, ſi eandem ipſi committi contigerit, cum præjudicio eligentium, Sanctæ Sedi Apoſtolicæ afficiatur.

Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere; ſed potius timete eum, qui poteſt corpus & animam perdere in gehennam, Matth. 10. v. 28.

Num. II.

Schreiben von denen Herren Capitular-Eligenten, des Ertzſtiffts Cœlln, an Ihrer Churfürſtl. Durchl. in Bayern Herrn Abgeſandten, Seine Excellentz Herrn Baron von Neuhauß.

Hoch-Wohlgebohrner Freyherr, ſonders hochgeehrteſter Herr Geſandter.

Euere Excellentz werden hoffentlich anderwärtig benachrichtiget ſeyn, &c. Sunt eædem literæ, quas præced, Art, V, modo exhibui.

Lit A.

Proteſtatio DD. Eligentium Capitularium Pleno Capitulo Colonienſi facta.

Vid. Dn. *Lunig.* l. c. p. 989 &c.

Quandoquidem nuper, ſub die 9, currentis menſis, in Capitulo Metropolitano, contra literas ex parte 13. Dominorum Capitularium, ſeſe pro Poſtulatoribus Eminentiſſimi Domini Cardinalis Landgravii de Fürſteuberg, apertè gerentium, ibidem exhibitas, & prælectas ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum, nec non Sereniſſimos Electores, Saxonicum, & Brandenburgicum, ac diverſa Germaniæ Capitula directas, tanquam injurioſas, calumnioſas, & facto repugnantes oretenus, noſtro, & abſentium Dominorum Capitularium nomine, quantum exiguitas temporis tunc permittebat, proteſtati fuerimus, ulteriora etiam in contrarium, ſuo loco, & tempore, latius proponenda, reſervando. Hinc nos infra ſcripti Capitulares, vigore reſervationis hujusmodi, & aliàs pro ulteriori Noſtra & jurium Eccleſiæ Noſtræ defenſione omnino neceſſarium duximus, in hiſce ſcriptis denuo quàm ſolenniſſimè, & omni meliori modo, Noſtro & abſentium Capitularium nomine proteſtari.

1. *Quod dictæ literæ, ſicut & aliæ anteriores ſcripturæ extra Capitulum, & abſque Ejusdem præſcitu clandeſtine conceptæ, poſtmodum in Eodem obiter prælectæ, &, proteſtationibus non obſtantibus, ſub nomine, & Sigillo Capituli expeditæ fuerint.*

2. *Quòd in illis ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum non ſatis fideliter expreſſum fuerit, quaſi 13. Dominis Capitularibus poſtulantibus unus, 14 acceſſerit, votum vero unius ex Eligentibus pro nullo reputetur, quodque Sereniſſimus Dux Bavariæ Joſephus Clemens Electus, nimis acerbè tanquam Juvenis, & rerum gerendarum inexpertus, atque ad Regimen Eccleſiæ minus ſufficiens taxetur, idque non ſine ſugillatione ipſiusmet Sanctiſſimi Domini noſtri, qui per Indultum Suum Apoſtolicum Eidem Principi Joſepho Clementi benigniſſimè conceſſum, omnibusque Dominis Capitularibus hujus Eccleſiæ jam dudum notificatum, & publicatum, quæcunque, ſi quæ obſtetiſſent impedimenta, ſuſtulit, & ſupplevit, quodque inſuper prætenſi Domini Poſtulantes in eisdem literis aſſerant, dictam electionem Sereniſſimi Principis Joſephi Clementis multiplici nullitatis vitio laborare, Eundemque pro Electo nullatenus cenſeri debere.*

3. *Quòd in literis ad altè memoratos Dominos Sereniſſimos Electores, & Capitula Germaniæ, ut præfertur, directis injurioſè & calumnioſè aſſeratur, quaſi per minas pro parte Auguſtiſſimi Romanorum Imperatoris, per Suæ Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Legatum, Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Dominum Comitem de Kauniz, in communi Capitulo, & extra illud apud quemvis in privato ſparſas, Nos tanquam conſcientiæ, & juramenti immemores,*

ad reſiſtendum à priori Concluſo, & voto, jurejurando etiam confirmato, & ad vota Noſtra in præfatum Electum Principem dirigendum concuti, & terreri permiſiſſemus. Contra quam injuriam Sacræ Cæſareæ Majeſtati non minus, quàm Nobis illatam, prout altiſſimè fata Sua Majeſtas Ipſamet condigna remedia adhiberi ſciet, ita & Nos iterum quæcunque opportuna de jure Nobis competentia, cumprimis autem contra fabricatorem hujus injurioſi ſcripti, quem Nobis denominari petimus, reſervamus, & coram Deo & mundo hiſce conteſtamur, quòd nullis exterarum Potentiarum minis (quarum quidem ex parte Auguſtiſſimi Imperatoris nec vel minimas nobis incuſſas eſſe aſſeveramus) territi, ſed ſolius Dei gloriâ recto conſcientiæ Noſtræ dictamine, Eccleſiæ utilitate, & communi totius Archidiœceſis, & Imperii Romano-Germanici bono moti, & permoti, vota Noſtra in Sereniſſimum Principem Joſephum Clementem direxerimus, Eundemque, quantum in Nobis fuit, Canonicè elegerimus, & huic Metropolitanæ Eccleſiæ digniorem, & utiliorem Antiſtitem judicaverimus, idque inter quàm plurimas alias, tam publicas, quàm privatas, & utraſque ſanè graviſſimas, quæ in negotio Coadjutoriæ non occurrebant, nec militabant, rationes, etiam in eo, quod Ipſemet Sanctiſſimus Dominus Noſter Eundem Sereniſſimum Principem Electum per communicationem Indulti eligibilitatis ad hanc Eccleſiam Colonienſem non minus, quàm Hildeſienſem & Leodienſem ſpecialiter habilitaverit, & per hoc Eundem idoneum, & ſibi magis bene viſum non obſcurè demonſtraverit, & ut huic Apoſtolicæ intentioni ullum poneretur obſtaculum, Eadem Sanctitas Sua Eminentiſſimo Domino Cardinali non ſolùm petitam ante hâc Eccleſiæ hujus Coadjutoriam, verùm etiam Indultum Eligibilitatis, quamvis vehementiſſimè deſideratum, &, ne aliquo modo ad hunc Archi-Epiſcopatum aſpirare poſſet, etiam quæſitam licentiam dimittendi Epiſcopatum Argentinenſem denegaverit.

4. Acceptamus etiam firmiſſimè, quòd Domini Poſtulantes Eminentiſſimo Domino Cardinali præviè juramento ſe obſtrictos fuiſſe, in dictis literis fateantur, ideoquè proteſtamur, vota illorum tanquam non libera, ſed præoccupata, & alieno arbitrio ſubjecta nullius momenti eſſe, ac poſtulationem hujuſmodi etiam in hoc nullam, & irritam remanere.

5. Proteſtamur ſolenniſſimè, quòd non ſolùm dictæ literæ ita, ut præfertur, indebitè conceptæ fuerint, verùm etiam Eminentiſſimus Dominus Cardinalis de Furſtenberg, cum aſſiſtentiâ Eorundem DD. Poſtulantium, maximâ ex parte benefato Eminentiſſimo Domino Cardinali ſanguine, vel affinitate junctorum, Conſiliarios tam Aulicos, quàm Camerales, alioſque Miniſtros Civitatum, Fortalitiorum, & Oppidorum Gubernatores, ac Officiales militum hujus Archidiœceſis (non obſtante, quod coram Deputatis Capituli dudum, & ſtatim poſt mortem Sereniſſimi Archi-Epiſcopi Noſtri piiſſimæ memoriæ, Capitulo juraverint) recentiſſimè novum fidelitatis juramentum ſibi præſtari fecerit, & quidem hiſce formalibus: Quod neminem pro Archi-Epiſcopo, & Electore Colonienſi agnoſcere debeant, quam illum, qui per majora Capituli pro tali reputaretur. *Eos Verò, qui novum hujuſmodi juramentum ejurare recuſaverunt, officiis ſuis, in quibus antecedenter per Capitulum Metropolitanum confirmati erant, privaverit; Quæ ſanè in non modicum vilipendium Sacræ Sedis Apoſtolicæ vergere, quilibet prudens facilè dijudicabit.*

6. Proteſtamur contra omnes, & ſingulos adminiſtratorios actus, quos idem Eminentiſſimus Dominus Cardinalis, cum ſibi adhærentibus DD. Poſtulantibus, Bonnæ, ſeu alibi locorum ſub ſpecie, & prætextu majoritatis votorum Capituli, facit, & gerit, aut in futurum quovis modo faciet, ſeu geret, cum nullatenus permittere valeamus, aut debeamus, quòd in præſenti cauſâ, in quâ benefatus Eminentiſſimus Dominus Cardinalis, cum ſuis adhærentibus DD. Poſtulantibus, unam ſolummodò partem conſtituit, Eorundem DD. Poſtulantium vota majora Capituli facere, aut in cauſâ propriâ concludere poſſint, ſed tam Eligentes, quàm Poſtulantes æquales hinc inde partes conſtituere, & diſpoſitioni Superiori, id eſt, Sacræ Sedis Apoſtolicæ omnia in hoc paſſu relinqui debeant.

7. Proteſtamur etiam ſpecialiſſimè, quòd ſæpe benefatus Eminentiſſ. Dn. Cardinalis, cum aſſiſtentia Suorum DD. Poſtulantium Palatium Archi-Epiſcopale Bonnæ occupaverit, & in Ipſis Conclavibus Electoralibus, inſtar Electoris, habitationem Suam ſumpſerit, quodquè, cum iiſdem DD. Poſtulantibus, ſumptibus Eccleſiæ, aut totius Patriæ, aliàs ſatis depauperatæ, cum gravi ejuſdem Eccleſiæ diſpendio Bonnæ hæreat, & in præjudicium Capituli ibidem circa regimen, & adminiſtrationem omnia dirigat, & ordinet, & ibi Concluſa, & Concepta abſque præviâ communicatione in Capitulo obiter tantum prælegi, & per majora Suorum adhærentium expediri, & exequi faciat, noſtris in contrarium factis proteſtationibus non obſtantibus.

8. Proteſtamur expreſſè, quòd idem Eminentiſſimus Dominus Cardinalis cum Agente, ſeu Reſidente Ratubonæ, Domino Petro Holzemio ſolus correſpondeat, & nullam hactenus communicationem Correſpondentiæ hujuſmodi Capitulo faciat, excepto quòd ultimas ſolùm literas die 2. Auguſti, in quibus titulus Electoralis Eminentiſſimo Domino Cardinali datur, & attribuitur, in Capitulo prælegi fecerit.

9. Proteſtamur deniquè, quòd Eminentiſſimus Dominus Cardinalis præſidia in locis fortioribus Archidiœceſis augeat, novas Copias ad Civitates, & munitiones pro libitu adeò copioſè introducat, ut in hoſpitationibus illarum nec domibus Clericorum, & Eccleſiaſticis immunitatibus parcatur, abſque quòd Nobis hucuſque conſtet, unde pecunia pro tam numeroſo milite alendo requiſita, quibus ſolvendis patria hæc depauperata minimè ſufficit, deſumantur, ut propterea timendum ſit, ne exteris Potentiis, quæ nervum alendi tam copioſi militis fortè ſuppeditant, aut ipſas etiam militum copias ſubminiſtrant, gravis inde prætenſio in hanc Noſtram Archidiœceſin quæri poſſit.

10. Cumque præterea metuamus, ne ſumptus, & expenſæ

ro

Digitized by Google

pro parte DD. Poſtulantium Romæ, & alibi in hâc cauſâ quomodolibet faciendæ, ex mediis Eccleſiæ, & Patriæ deſumantur, hinc pariter contra hoc abſolutè, & quovis meliori modo proteſtamur.

11. *Prout & contra illud, quòd iidem DD. Poſtulantes Sigillum Capituli penes ſe detineant, eodem pro libitu utantur, & ſub eodem, & nomine Capituli quæcunque expeditiones pro parte ſuâ faciant, cùm tamen, uti ſupra dictum eſt, iidem DD. Poſtulantes unam ſolummodo partem in hâc cauſâ conſtituant, & absque gravi notâ in præjudicium alterius partis Eligentium, & Electi nomine, & ſinguli Capitulares nequaquam valeant.*

Quæ omnia, & ſingula præmiſſa, cum juribus Canonicis, Conſtitutionibus Eccleſiæ, & æquitati repugnent, ideò Nos proteſtationi aliàs in ſcriptis à Nobis Capitulariter factæ inhærentes, hanc iteratam proteſtationem denuo publicè interponere, atque iſta conſcientias Noſtras, ratione damnorum, & præjudiciorum tam Eccleſiæ Noſtræ, quàm etiam toti patriæ, & vicinis forſitan Romani Imperii Provinciis, ex præmiſſo bene fati Eminentiſſimi Domini Cardinalis, & Eidem adhærentium DD. Poſtulantium (qui omnes, & ſinguli, Eorumque hæredes deſuper ſuo tempore ſub gravi obligatione reſpondere habebunt) procedendi modo, cauſandorum exonerare, & omnimodam devotionem Noſtram Sacræ Sedi Apoſtolicæ conteſtari debuimus, requirentes Secretarium Noſtrum Capitularem, Dominum Gerhardum Renſing J. U. D. ut hanc proteſtationem, juſtamque Noſtram defenſionem Protocollo, & actibus Capitularibus, ad perpetuam rei memoriam, fideliter inſerat, & deſuper quibusvis petentibus copiam faciat. In fidem, præſentem proteſtationis ſchedulam Noſtro, & abſentium Dominorum Eligentium nomine, ſubſcripſimus; Dat. - - - - Auguſti, 1688.

(L. S.) *Franciſcus Ludovicus, Comes Palatinus Rheni.*
(L. S.) *J. H. Auethan, Epiſcopus Hierapolitanus, ſuffraganeus, V. G. Colon.*
(L. S.) *Antonius Wormbs, ſubſcripſi, meo & abſentium nomine.*
(L. S.) *Johannes Godefridus Bekerer.*
(L. S.) *Adamus Dhamen.*

(XIII)

Summa Brevis Apoſtolici, Reſponſorii ad Literas Sereniſſimi Joſephi Clementis notificatorias. Vid. Dn. *Lunig* l. c. p. 1002.

Innocentius P. P. XI.

Dilecte Fili, Nobilis Vir, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum, ex documentis, ad Urbem tranſmiſſis. ſeriò ac maturè perpenſis, apertè patuerit, Nobilitatem Tuam, prævüs omnibus requiſitis, in Archi-Epiſcopum Colonienſem electam fuiſſe, animo ſane perlibenti Electionem confirmavimus, quemadmodum ex alio Brevi liquebit. Præter merita enim, quæ in Te derivantur, ex præclaris Domeſticæ Gloriæ titulis, iis etiam ipſe præditus es virtutibus, dotibusque Eccleſiaſticum Principem præcipue decentibus, ut, in magnum Eccleſiæ Colonienſis bonum, ejusmodi Electionem ceſſuram, planè Nobis polliceamur. Cætera, de propenſa Noſtra erga Nobilitatem Tuam voluntate, à Dilecto Filio, Abbate Scarlatto, qui tuas hoc ſuper negotio literas reddidit, abundè cognoſces, Tibique interim Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die 18 Septemb. 1668, Pontificatus Noſtri anno XII.

Marius Spinola.

Et à tergo:

Dilecto Filio, Nobili Viro, Joſepho Clementi, ex Ducibus Bavariæ.

Tenorem *Brevis Confirmatorii Colonienſis*, cujus hic mentio fit, ſub dato *Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 20 Sept. anno* 1688, exhibet Dn. *Lunigius* l. c. pag. 1003 ad 1011. His ita ſe habentibus, confirmatoque à Romana Curia, Sereniſſimo *Joſepho Clemente*, & in Collegio Electorali ſimul ſuſcepto, non ſolum Cardinalis *Fürſtenbergius* ſolennem interpoſuit proteſtationem, ſed & Galliarum Rex, ſub titulo, quod (1) ſolenni & expreſſa, nomine Imperatoris, propoſita excluſione Eminentiſſimi Cardinalis Fürſtenbergii, quo minus in Archi-Epiſcopum Colonienſem poſtularetur, Sacris Canonibus, & Inſtrumentis Pacificationum Monaſterienſis & Noviomagenſis, quibus libera immediatis Imperii Eccleſiis ſuffragia in Electionibus, aſſerta & confirmata ſunt, vis ſit illata, quæ, vi *Guarantiæ*, pro dictis Inſtrumentis in ſe ſuſceptæ, repellanda ſibi incumbat; (2) Nullatenus tolerare poſſit, eos, qui indefeſſa cura, & anxia, ad tuendam pacem publicam, colendamque mutuam inter Imperium & Franciam, amicitiam, ſolicitudine, Regium ſuum favorem demeruerint, vel unico hoc intuitu, opprimi, & inique vexari; (3) Vigore fœderis defenſivi, menſe Majo, an. 1687, Luxemburgi, cum defuncto Electore Colonienſi initi, atque, vacante Sede, à Capitulo confirmati & ratihabiti, obſtrictus ſit, certum copiarum numerum, propriis ſumptibus, intra Territorium Colonienſe mittere, & tamdiu ibi alere, donec dictus Cardinalis, in Coadjutorem olim, & nuper in Archi-Epiſcopum poſtulatus, poſſeſſione Colonienſis Præſulatus, quiete frui queat; ceu ex Memoriali, Ill. Dn. *Ludovici Verjus*, Comitis de *Crecy*, Regii Plenipotentiarii, Ratisbonæ 22 Sept. 2 Oct. 1 88, publicè in Comitiis exhibito, apud Dn. *Lunigium* l. c. pag. 1012 &c. latius patet; *Bonnam, Rhinbergam*, aliaque Præſulatus loca, præſidiis firmavit, exorto inde bello, non niſi *Riswicenſi* Pace,

Digitized by Google

anno 1697, finito. Quid, ad Manifeſtum Gallicum, reſponſi datum ſit, petas ex *Lunigio* l.c. pag. 1024 &c. Obiit antefatus Joſephus Clemens 12 Nov. 1723. Succeſſorem habuit CLEMENTEM AUGUSTUM Ducem, Bavariæ, Epiſcopum Monaſter. Paderbornenſ. Hildeſienſem, Præpoſitum Leodienſem, Epiſcopum Osnabrugenſem & Magnum Magiſtrum Ord. Teutonici, eodem die & anno. Natum 16 Aug. 1700.

(*e*) PER ITALIAM &c. Quo tempore Colonienſis Præſul Archi-Cancellariatu hoc, jure ſpeciali, gaudere cœperit, non ſatis expeditum eſt. *Strauchius*, Diſſert. Exot. 2, *c.* 8, pag. 53, ad ætatem usque *Caroli Magni* aſcendit, quod omnino falſum. Legimus quidem in *Verdenſis* Eccleſiæ fundationis Diplomate, de an. 786; *Luilo, Archi-Epiſcopus Moguntinenſis, recognovi. Hildebaldus, Archi-Epiſcopus Colonienſis, & Sacri Palacii Capellanus, recognovi.* &c. Vid. *Maderus*, in addit: ad *Adamum Bremenſem*, pag. 179; Auctarium Diplomatum veterum, apud *Lindenbrogium*, §. 76, p. 179; Dn. *Schlopken Chron. Bardewic.* part. 1, Cap. 10, §. 8, p. 131; nec non in Fundatione Eccleſiæ *Bremenſis*, de an. 788, apud *Adamum Bremenſem*, lib. 1. *Hiſt. Eccleſ.* Cap. 10, & *Albertum Stadenſem*, ad hunc annum pag. 82: *Hildibaldus, Archi-Epiſcopus Colonienſis, & Sacri Palatii Capellanus, recognovi &c.* Quis autem inde argumentum ducat ad *Colonienſis Archi-Cancellariatum Imperii per Italiam?* præſertim cum diplomata hæc non integræ ſint fidei, ob præced. Tit. 2, §. 10. lit. q. v. 20, p. 225, & ſeq. Tit. XV. §. 13, lit. p. in medium prolata; nec majori fundamento nititur *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis Imperat.* Cap. 6, §. 29, p. m. 115, inquiens: *Horum trium Cancellariorum Imperii* (Moguntini, Trevirenſis & Colonienſis) *Inſtitutionem, paulo ante, vel potius circa Primi Othonis Imperatoris tempora, exortam fuiſſe, ex ipſorum Imperatorum Privilegiis, vel diplomatibus publicis, obſervavi &c.* bene regerente *Conringio*, de *Republ.* Exerc. X. de *Officialibus Imperii*, § 9, p. 643, hæc aſſeri, ſed non probari. Nec juvat, ad exemplum *Brunonis*, Colonienſis Archi-Epiſcopi, ſimulque in Aula *Ottonis I.* Imp. fratris, *Archi-Cancellarii*, provocaſſe; ob eandem rationem. Certè, nec ejus Anteceſſor, nec ſucceſſor, hoc munere functi ſunt. Nec ad rem facit, quod *Rupertus*, Abbas, *Tuitienſis*, in vita S. *Herberti*, *Colonienſis* Archi-Epiſcopi, cap. 5, apud *Surium*, 16 Mart. p. 186, tradit: *Adeo Viri* (Heriberti) *probitas Illi* (Otton. III. Imp.) *complacuit, ut eum ſuo lateri ſociaret, primumque Cancellarium ſibi conſtitueret &c.* Tunc enim nondum erat Præſul dictæ Eccleſiæ; & quomodo hæc cohæreant cum *Archi-Cancellariatu Imperii per Italiam?* ne dicam *Herbertum* ſaltem Cancellarium fuiſſe Imperatoris, non Archi-Cancellarium, diplomatibus teſtibus de an. 1000, apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquit. Pöldenſib.* Append. p. 250, & de an. 1001, apud Dn. *Schaten*, lib. 4 *Annalium Paderbornenſium*, ad h. a. p. 356, & 357, ibi: *Heribertus Cancellarius, vice Willigiſi Archi-Epiſcopi, recognovit &c.* Sub *Henrico III*, nondum perpetuò penes *Colonienſes* id fuiſſe muneris, ex *Hermanno Contracto*, ad an. 1047, p. m. 328, diſcimus, ubi: *Imperator Præſules nonnullos conſtituit, inter quos Ravennati Eccleſia Hunfridum, Cancellarium ſuum in Italia - - - - præfecit &c.* Propius ad veritatem accedit *Chronographus Saxo*, ad an. 1132, memor *Lotharii* Imp. inquiens: *Rex celebravit Aſſumtionem S. Mariæ in Werzeburch, & inde, cum exercitu, Longabardorum fines intravit. Et quia Archi-Epiſcopus Colonienſis defuit, qui jure debet eſſe Cancellarius in illis partibus, Norbertus, Archi-Epiſcopus Magdaburgenſis huic Officio deputatus eſt &c.* Ecce! *Lotharii*, ætate *Colonienſis* Præſul *jure* dicitur fuiſſe *Cancellarius per Italiam*, Imperante *Friderico Barbaroſſa*, nemo amplius in dubium revocat, quin laudatum munus ad Eum ſpectaverit. Extat apud *Joh. de Chapeauville*, Tom. 2. *Rer. Leodienſ.* Diploma, quo Cæſar hic, Epiſcopo Leodienſi vetera Privilegia, apud Civitatem Tridentinam, an. 1155, confirmavit, cui *Arnoldus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, Italici Regni Archi-Cancellarius, ſubſcripſit.* Conf. Dn. *Hertius*, de *Select. Arg. Jur. univerſ.* Diſſ. de *Fide Diplom. Germ. Imper & Reg.* Sect. 1, §. 14, verb. ſub *Friderico Ænobarbo &c.* De Succeſſore Ejus hæc habet Scriptor coævus, *Acerbus Morena*, de *Rebus Laudenſibus*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſ.* pag. 839: *Poſt paucos vero dies, remiſit Dominus Imperator* (an. 1162) *in Italiam Raynaldum Archi-Cancellarium & Electum Archi-Epiſcopum Coloniæ, ut, vice ſua, quæ forent ordinanda in Italia, ſtatueret ipſe &c.* Illuſtrat locum hunc Diploma Cæſareum, de an. 1161, quo Abbatiam S. *Mariæ in Patavia* Epiſcopo *Paſſavienſi* contradidit, in cujus calce legitur: *Ego Ulricus Cancellarius, vice Renaldi, Archi-Epiſcopi Colonienſis, & ITALIÆ ARCHI-CANCELLARII, recognovi.* Vid. *Gewoldus ad Wiguleji Hundii Metropolim Salisb.* T. 1. pag. 373; nec non aliud, de an. 1162, quo Privilegiis Cœnobii *Alten Zell* proſpexit, apud Dn. *Chriſtianum Schlegel* Tr. de *Cella veteri*, §. 6, p. 16, cujus hæc eſt ſubſcriptio: *Ego Udalricus Cancellarius, vice Reinaldi Colonienſis Archi-Epiſcopi & Archi-Cancellarii, recognovi &c.* Quod Colonienſis nomen appoſuerit, nec Moguntinus, cum tamen *Vetus Cella* non in Italia, ſed Miſnia, jaceat, rectè vindica-

tur

tur ſchiſmati, tunc Moguntinam Eccleſiam turbanti, ab auctore *Quinquertii Cameralis*, Quæſt. V, §. 47, pag. 320. Succeſſori Ejus, *Philippo*, titulum eundem datum, docet laudati Cæſaris charta an. 1174, Eccleſiæ *Murimundenſi* in Italia tradita, apud Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.* 6. 64, pag. 58, ibi: *Ego Gotefridus Cancellarius, vice Philippi, Colonienſis Archi-Epiſcopi, & Italiæ Regni Cancellarii, recognovi &c.* nec non Privilegium, Epiſcopo *Torcellenſi*, prope Venetias, an. 1177 conceſſum, apud Dn. de *Leibnitz*, in Prodromo Tom. I. *Cod. Diplomatici Juris Gentium*, §. IV, p. 4, circa finem: *Ego Godefridus Cancellarius, vice Philippi, Colonienſis Archi-Epiſcopi, & Italici Regni Archi-Cancellarii, recognovi &c.* Add. Tractatus Veneti laudati Imperatoris cum Papa Alexandro, ejusdem anni, apud *Goldaſtum* Tom. 3. *Conſtit. Imper.* pag. 358: Ego *Philippus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, & Italiæ Archi-Cancellarius, ſubſcripſi &c.* Sic in Diplomate *Ottonis IV*, Imp. de an. 1109, apud *Eckſtormium*, *Chron. Walckenred.* p. 78, & Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Walckenred.* cap. 18, §. 6, lit. d, pag. 361: *Conradus, Spirenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Theodorici, Colonienſis Archi-Epiſcopi, recognovi*; Quæ *apud Interamnum, in partibus Spoletanis*, adeoque in Italia acta ſunt. Conf. ſeq. §. VII. lit. b, ad an. 1231; *Mallinkrot*, de *Archi-Cancell. Imper.* pag. 37, 41 & 43; Ill. Dn. *Leibnitz*, Præfatio ad Lectorem dicti Tom. I. *Codicis Dipl. Jur. Gent.* §. de *Origine igitur Electorum &c.* *Conringius* l. c. Auctor *Quinquertii Cameralis*. Quæſt. V, §. 47, & 48, pag. 320 &c. Diſcrimen igitur conſtituendum, inter erectionem *Archi-Cancellariatus Imperii per Italiam*, qui cœpit, ex quo Germaniæ Reges, ſimul Regni Italiæ, Romanique Imperii, Domini evaſerant; atque epocham, qua *Archi-Cancellariatus* ille Archi-Epiſcopis *Colonienſibus*, ex privilegio, competiiſſe probari queat; Quod ſerius factum, modo dicta teſtantur.

6. Officium Cancellariorum eſt antiquiſſimum, (*a*) & apud Romanos imperatores dicebantur Quæſtores *(b) Sacri Palatii*, *L. 2. ff. de Offic. Quæſt.* *L. 32, §. 2, C. de Appellat*: Sub Conſtantino hos Quæſtores cœpiſſe, putat *Guido Pancirolus, in Not. Imp. Orient. c. 71.* Poſtea, à loco, *(c)* ubi officium exercere ſolebant, *Cancellarii dicti*, *teſte Niceta, lib. 7. Rer. ab Imp. Manuale Comneno geſtarum. Guido Panciroll. in Notit. Imp. Orient. Dict. Cap. & Imp. Occident. C. 34. Jung. Cujac. in Parat. ad Cod. hoc Tit.*

NOTÆ.

(*a*) ANTIQUISSIMUM. Eruditus eſt *de Archi-Cancellariis S. Rom. Imperii*, Tractatus *Bernhardi à Mallinkrot*, Decani Monaſterienſis, edit. Jenæ, an. 1666; Laudem inſuper merentur: *Hermannus Kirchnerus, de Officio & dignitate Cancellarii*, Marpurg. 1613, & 1620; Dn. *Struvius*, de *Cancellario Principis*, Jen. 1675; *Rutgerus zur Horſt*, Secretarius, Dantiſcanus, Tr. de *Cancellariis*. Egregia quoque diſſertatio, de *Cancellariis* &c. Dn. *Mabillonii*, de *Re Diplomatica* l. 2. Cap. XI. pag. 112, &c. nec non Commentatio Dn. *Chriſtfridi Wachtleri*, de *Cancellariis Veterum*, Dresdæ, 1705; addantur Lexicographi: *Du Freſne*, voc. *Cancellarius* p. 734. &c. *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Canzler*, p. 140. &c. *Spelmannus*, voc. *Cancellarius*, p. 104. &c. *Webnerus*, voc. *Canzler*, pag. 73. *Speidelius, Spec.* voc. ead. pag. 169; *Dietherrus*, Contin. *Theſauri Beſoldiani*, voc. ead. pag. 131; *Limnæus, Jur. Publ.* lib. 3, c. 3, §. 11 &c. pag. 28. &c. Juris Publici Scriptores reliqui. Dn. *Meibomii* Oratio; *de Origine, dignitate & Officio Cancellariorum Academicorum*, an. 1612, 15 Junii, Helmſtadii habita, extat Tom. 3. *Script. Rer. Germ.* Ejus nepotis, pag. 239. Conf. *Cruſius* de *Præcedentia*, lib. 4, cap. 2, §. 4, &c. pag. 577. & 578; *Lehmannus*, *Chron. Spir.* lib. 2, cap. 7, & 8, pag. 68, &c. *Conringius* de *Republica*. Diſs. X. de *Officialibus Imperii*, §. 7. p. 640, &c. *Lambecius* lib. 1, Comment. *Bibliotheca Cæſarea*, cap. 5, p. 313, & 324; Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione immemoriali* cap. 4, §. 1, pag. 180. &c. Alii. De *Romanorum Cancellariis* copioſè agit *Gothofredus*, ad L. 3. *Cod. Theod.* de *Aſſeſſorib.* add. *Hottomanni* Commentar. *Verb. Jur.* voc. *Cancellarius*.

(*b*) QUÆSTORES &c. Vilis ab initio *Cancellariorum* fuit conditio, quibus præcipuè incubuerat: ad *cancellos* hærere; admiſſiones curare; &, ne quid tumultus in turba audiretur, proſpicere; quod *apparitorum*, ſeu *Oſtiariorum* muneris eſt. Hinc ratio, cur *Flavius Vopiſcus* Syracuſius, vitia *Carini* Imp. qui circa annum Chriſti 287, floruit, enarrando, apud *Fridericum Sylburgium*, in *Hiſtoria Auguſta*, Tom. 2, pag. 302, ſcribat: *Peſſimum quemque elegit, aut tenuit. Præfectum Urbi unum ex Cancellariis ſuis fecit: quo fœdius nec cogitari potuit aliquando, nec dici &c.* Ad quæ Verba *Caſaubonus*, *Not. ad Vopiſcum*, vocem *Cancellariorum* non multo ante *Vopiſci* tempora auditam, tradit.

Digitized by Google

tradit. Quid ponderis vocabulo poſtea accreverit, ex præfecti Prætorio literis, ad *Johannem Cancellarium*, apud *Caſſiodorum* lib. XI *Variarum*, Ep. 6, pag. 363, judicandum eſt, ubi: *Cancellorum tibi decus attribuit: ut Conſiſtorii noſtri ſecreta, fideli integritate, cuſtodias: per te, præſentandus accedat, per te, noſtris auribus deſiderium ſupplicis innoteſcat: juſſa noſtra ſine ſtudio venalitatis, expedias: Omniaque ſic geras, ut noſtram poſſis commendare juſtitiam &c.* & paulo poſt: *Reſpice, quo nomine nuncuperis. Latere non poteſt, quod inter Cancellos egeris. Tenes quippe lucidas fores, clauſtra patentia, feneſtratas januas. Et, quamvis ſtudioſe claudas, neceſſe eſt, ut te Cunctis aperias* &c. Conf. idem, lib. XII, Epiſt. 1, p. 387. *Cruſius de Præced.* lib. 4, c. 2, §. 5, & 6, p. 577; Dn. *Freſne*, voc. *Cancellarius*, p. 734; *Dietherus* l. c. p. 131. *Spelmannus* l. c. p. 104, & 105. *Gaſtelius*, de *Statu Publ. Europæ* cap. 9. §. 42, p. 404. Hoc ſignificatu, *S. Eparchius*, Abbas & Confeſſor, *Cancellarium* egit *Feliciſſimi*, Petragoricenſis Comitis, Sec. VI, teſte *Surio*, in Ejus vita, 1 Julii, §. 2, p. 17. Sub Francorum Regibus, dicti ſunt:

REFERENDARII, vid. *Bignonius*, in Notis *ad Marculpi Monachi Formulare*, fol. 512. *Lehmannus* l. c. Cap. 7, pag. 68; *Schilter*, de *Libertate Eccleſ. German.* lib. 1, Cap. 7, pag. 174 &c. de quorum munere hæc, apud *Aimoinum* lib. 4. *Hiſt. Franc.* Cap. 41, p. m. 379: *Referendarius ideo eſt dictus, quod ad eum univerſæ publicæ deferrentur conſcriptiones, ipſeque eas annulo Regis, ſive, ab Eo ſigillo ſibi commiſſo, muniret, ſeu firmaret &c.* quæ *Angradus* Monachus, in vita *S. Ansberti* Rothomagenſis, Cap. 3, apud. *Surium*, 9. Febr. p. 90, hiſce confirmat: *Ansbertus, in Aulam Regis* (Clotharii, Clodovæi filii) *licet nolens, à Genitore perductus, ſicut erat acumine ingenii clarus cœpit eſſe Aulicus Scriba doctus conditorque Regalium Privilegiorum, & gerulus annuli Regalis, quo eadem ſignabantur Privilegia &c.* ſic & Auctor vitæ *S. Boniti*, Arvernorum Epiſcopi, cap. 1, apud *Surium*, 15 Januar. pag. 245: *In* (Sigeberti) *Regis Aulam & Miniſterium ſe contulit: cui cum inprimis charus eſſet, ab Eo Pincernarum Princeps inſtitutus eſt: nec multo poſt, à Regis manu accepto annulo, illud eſt officii adeptus, quod Referendariis, ut vocant, attribuitur &c.* Et *Gregorius Turonenſis*, l. c. cap. 3, pag. 94: *Syggo quoque Referendarius, qui annulum Regis Sygiberti tenuerat &c.* & *Sigebertus Gemblacenſes*, ad an. 637: *Referendarius dicebatur, ad quem publicæ conſcriptiones referebantur, ut, per eum, annulo, ſeu ſigillo Regie, confirmarentur &c.* Ex Recentioribus, *Mabillon*, de *Re Diplom.* lib. 2, cap. 11, §. 2 & 3, p. 111 &c. *Tenzelius*, in *Vindiciis Conringianæ Cenſuræ Diplomatis Lindavienſis*, cap. 8, §. 12, pag. 185 &c. de *Marco*, Referendario *Chilperici*, vid. *Gregorius* l. c. cap. 29. pag. 109; de *Flavio*, *Referendario Guntramni*, vid. idem l. c. cap. 46, pag. 118; De *Licerio*, *Referendario Guntheramni*, vid. idem lib. 8, cap. 39, pag. 187; De *Theutario*, *Referendario Sigeberti*, vid. idem, lib. 9, cap. 33, pag. 209; De *Charimere*, *Referendario Childeberti*, *Sigeberti* filii, teſtatur idem l. c. cap. 23, pag. 204. De *Collomagno*, *Referendario Childeberti*, vid. l. c. cap. 38, p. 210. De *Othone*, *Referendario Childeberti* Auſtraſii, vid. l. c. lib. 10, cap. 19. pag. 232; De S. *Audæno*, *Referendario Dagoberti*, legas *Aimoënum* lib. 4, cap. 41, pag. 379; *Segebertum* l. c. de aliis ne dicam, quorum catalogum *Du Freſne*, voc. *Referendarius*, pag. 547, exhibet. *Cancellariis* vel adhuc hodie ſigillorum cuſtodiam hinc committi; rectè docet *Kirchnerus* l. c. cap. 3, §. 7 &c. *Caſſiodori* deſcriptio, lib. V. *Variar.* Epiſt. 17, pag. 222 & 223: *Qui Referendarius eſſe dignoſcitur, per eum nobis cauſarum Ordines exponuntur: per eum, interpellantium vota cognoſcimus, & ipſis reſponſa reddimus, ut negotia compedita ſolvamus &c.* congruit magis *Libellorum Supplicum Magiſtri* officio, quam *Cancellarii*. Conf. *Novell. X*, CXIII, CXXIV, cap. 4. *Gothofredus*, in Not. ad *Novel.* X, lit. a. *Petrus Broſſeus*, in Not. ad locum cit. *Caſſiodori*, pag. 223. *Carolingorum* ævo, modò NOTARII & ARCHINOTARII nuncupantur; *Ludovicus Pius* Imperator, in Charta, pro Monaſterio *Sithiu*, anno 835, confecta, apud *Mabillon* de *Re Diplomatica*, lib. 6, §. 201, pag. 613, & Dn. *Tentzel*, in Appendice l. c. *Vindiciarum Conringianæ Cenſuræ Diplomatis Lindavienſis*, Dipl. XII, pag. 30, ait: *Dilectus frater noſter, Hugo, Sacri Palatii Noſtri Archinotarius &c.* & in ſubſcriptione: *Herminmaris Notarius, ad vicem Hugonis Abbatis, recognovi & ſubſcripſi &c.* Plura exempla ſeq. §. 7, lit. b, ad ann. 783, 802, 828, 831, 832, 833, 834 & ſeqq. occurrunt. Quamvis cit. §. 7, lit. b, ad an. 898, evidens diſcrimen, inter: *Engelbertum*, *Notarium*, *Wilhingum*, *Cancellarium*, & *Theotmarum*, *Aarchi-Capellanum*, eluceat.

Modò CAPELLANI, & ARCHI-CAPELLANI, Vocabuli origine derivanda à *Capella*, quæ tunc Sacellum pariter Deo conſecratum, & *Cancellariam*, *Chartophylacium* ſive *Archivum*, hoc eſt, ut *Lambecii*, lib. 2. *Comment. Biblioth. Cæſar.* cap. 5, pag. 323 & 324, verbis utar, *locum, in quo mandata & Epiſtolæ Principum, aliaque tabulæ publicæ, vel componuntur & exarantur, vel conduntur & adſervantur*, ſignificabat; cum enim non niſi prudentiâ, rerumque experientiâ, Viri probati, operam ſuam in *Capellis* locare poſſent, factum eſt, ut ipſi Clerici, quos, in Palatiorum ſacellis, ſacra peregiſſe officia, literasque vel ſolos, & Reipublicæ inſtituta, intellexiſſe, conſtat, id muneris in

ſe

Digitized by Google

ſe ſuſciperent, deſcribendisque publicis tabulis inſudarent; hinc nata *Archi-Cappellani*, & *Archi-Cancellarii* dignitatum & officii affinitas conjunctiſſima, in tantum, ut Regum Diplomata ſubſcribentes, promiſcuè *Capellanorum* & *Archi-Capellanorum; Cancellariorum* & *Archi-Cancellariorum*, nominibus uterentur. Vid. Chartæ, loc. cit. Add. *Du Freſne*, voc. *Capellani*, pag. 785; *Spelmannus*, voc. ead. p. 116; *Bangertus, ad Helmoldi Chron. Slavor*, lib. 1, cap. 79, lit. a, pag. 177; *Lambecius* l. c. *Lehmannus* l. c. cap. 8, p. 70; *Beſoldus Theſaur. Pract.* voc. *Capell*, p. m. 142, *Wehner*, voc. ead. p. 73 & 74.

Modò, APOCRISIARII; Vid. *Hincmarus*, de *Ordine Palatii*, Epiſt. 3, cap. 16: *Apocriſiarius, quem noſtrates Capellanum, vel Palatii Cuſtodem, appellant, omnem Clerum Palatii, ſub cura & diſpoſitione, regebat: Cum ſociebatur Summus Cancellarius, qui à ſecretis olim appellabatur, erantque illi ſubjecti prudentes, & intelligentes, & fideles Viri, qui præcepta Regia, absque immoderata cupiditatis venalitate, ſcriberent, & ſecreta illis fideliter committerent &c.* Ad quem locum etiam *Du Freſne* l. c. *Spelmannus*, voc. *Cancellarius Imperii*, p. 105; *Cruſius* l. c. §. 9, p. 578; *Wehner*, voc. *Cantzler*, p. 73, *Lehmannus*, l. c. *Strauchius*, Diſſert. 2. Exot. de *Controverſiis Illuſtrium Familiarum, circa Electionem Imperatorum &c. c.* 8, pag. 53 & 54, aliique provocant. Genuina ſignificatione, *Apocriſiarium*, idem eſſe ac *Theſaurarium, ex Udalrici* lib. 3. *Conſuetud. Cluniacenſ.* c. 12, (ubi: *Apocriſiarius eſt, qui cuſtodit Eccleſiæ theſaurum, & in cujus manu eſt, quicquid ad altaria offertur &c.*) docet *Du Freſne*, voc. *Apocriſiarius*, pag. m. 256. Ex *Du Cheſnio*, citat *Mabillon* l. c. lib. 2, cap. 11, §. 11, p. 116, diploma, ita ſubſcriptum: *Balduinus, Sacri Palatii Apocriſiarius poſtulatus, recognovi & ſubſcripſi &c.* Add. Literæ commendatitiæ *Caroli Calvi*, ad *Nicolaum* P. R. pro *Adventio*, Metenſium Præſule, apud *Baronium*, Tom. X. *Annal.* ad an. 863, §. 67, p. m. 252: *Poſtulatione Avi Noſtri, divæ memoriæ, Karoli Imperatoris, honorari ab Apoſtolica Sede meruit*, (Eccleſia Metenſis) *ut Engilramus, Prædeceſſor iſtius, Summus Cappellanus Ejus, & Apocriſiarius Apoſtolicæ Sedis, in iſtis Regionibus, aliquamdiu fieret &c.* Add. *Du Freſne* voc. *Capellanus*, p. 787.

Nonnunquam ſimpliciter ABBATES. Rectè *Du Freſne*, l. c. p. 785: *Primitus Summi iſti Capellani, qui Palatinis Oratoriis, & Sacellis, præfecti erant, Abbates dicebantur ..... Eandem Abbatis dignitatem Angilberto Archi-Cappellano ſub Carolo Magno, tribuit Adrianus Pontifex: Directus Nobis eſt, à Veſtra præcelſa Regali Potentia, fidelis familiaris veſter Angilbertus Abbas & Miniſter Capellæ &c.* Conf. ſeq. §. 7, lit. b, Chartæ an. 822, 835, 855 &c.

Alibi: DIACONI, Vid. l. c. Chartæ an. 813, 815, 822, 823, 826 &c.

Modo SUBDIACONI; Vid. l. c. Chartæ an. 853, 855, 858, 865 &c. Plura æquipollentia nomina collegit *Spelmannus*, voc. *Cancellarius*, p. 104, & cæteri Lexicographi.

(*c*) A LOCO &c. Id eſt, à *Cancellaria*, ſeu loco Palatii, ubi publicæ Chartæ ſcribebantur, ſigillo Regio muniebantur, vel recondebantur. Et quia locus iſta, alias *Capella* dictus, *cancellis* erat ſeptus, ne nimia ibi obeuntibus incompoſitæ plebis turba impedimento eſſet, vel ſcripturæ inde auferrentur, *Cancellaria* nomen inventum. Vid. Ill. Dn. *Coccejus*, J. P. cap. 10, §. 4, p. 189; *Du Freſne*, voc. *Cancellarii*, pag. 733 & voc. *Capella*, p. 782; *Wehner*, voc. ead. pag. 73 & 74. *Petrus Pithœus*, lib. 2. *Adverſ.* 12, p. 431; *Limnæus*, *Jur. Publ.* lib. 3, cap. 3, §. 11, p. 29. Alii contrà, ut *Spigelius*, in Lexico, voc. *Cancellarius*; *Scheplitz*, ad *Conſuetud. Brandenb.* part. 2, Tit. 2, §. 4. & quos *Limnæus* l. c. adducit, etymon à *cancellando* repetunt, quod Cancellarius Reſcripta & Privilegia, publico ſigillo munienda, prius corrigat & cancellet; in quam etiam ſententiam, *Rutgerus zur Horſt*, lib. 1. de *Cancellariis* cap. 1, p. 3, inquit: *Bene autem Cancellarium, à cancellando, nominamus. Ille enim verbi ejus vi & poteſtate utitur; cancellat, hoc eſt, delet, inducit, ſupraſcribit, vel etiam rumpit, lacerat Curiæ ſcripturas, dum reliquorum, qui in Cancellaria una verſantur, manum & mentem regit, corrigit, emendat, revidet, ut ſummatim dicam, Regni & Regis animum, ſenſum, dexteram, & cor, in Curia totum repræſentat &c.* ſed hæc derivatio nimis remota.

7. Cum Imperatores noſtri haberent *tria* (*a*) regna, etiam tres Archi-Cancellarios conſtituerunt. *Mallinkrot in tract. de Archi-Cancellar. & Cancellar. Sacri Imperii Romano-German. pag. 20. & ſeq.* Originem hujus Archi-Cancellariatus refert ad *Ottonem Prim.* (*b*) Imperatorem, à quo *Wilhelmus* Archi-Epiſcopus, filius hujus *Ottonis*, hanc obtinuerit ſedi ſuæ prærogativam, ut perpetuis deinceps temporibus, non alii, quàm *Moguntini* Antiſtites, Romani Imperii Archi-Cancellarii conſtituerentur: Verùm, an expreſſo *Ottonis Primi*, aliusve Imperatoris privilegio, an verò tacito quodam, ut ſæpe factum novimus, ac paulatim gli-

Digitized by Google

ſcente jure Archi-Cancellarius Imperii Moguntinæ ſedi annexus, &, ut vulgò loquimur, incorporatus fuerit, cujusque arbitrio & judicio vel tenendum, vel rejiciendum, relinquit. Interim illud veriſſimum eſſe, *Wilhelmum* prædictum feciſſe initium privativè poſſidendi & exercendi hanc primariæ dignitatis functionem. Idem Mallinkrot *dict. tr. de Archican. p. 37. p. 41. & 43.* conjicit, ſub Imperatore *Henrico V ſive Friderico I*, Colonienſibus (*c*) Archi-Epiſcopis acceſſiſſe Italicum Archi-Cancellariatum. *p. 41. & 43.* addit, definitu non ita proclive eſſe, à quartone, an quinto, *Henrico*, an verò *Lothario* Saxone, gratiam & privilegium obtinuerint. De Trevirenſi (*d*) Archi-Cancellariatu *eodem tractatu p. 37.* ita dicit: *ſive Italicus Archi-Cancellariatus Henrici V. ſive Friderici Primi, Imperio Colonienſibus Archi-Epiſcopis acceſſerit: Gallicus certè, & Arelatenſis (e) Archi-Cancellariatus, hoc poſteriori antiquior & anterior conſtitui nequit; prædictus enim Imperator Fridericus, cum priorem uxorem Adilam, ſive Alheidam, Marchionis Vobburgenſis, Theobaldi, filiam, ob conſanguinitatis impedimentum, demiſiſſet, duxit 1157, regni ſui quinto, Beatricem, filiam Burgundiæ Comitis Reginardi, ac, beneficio ampliſſimæ dotis, Burgundiam ac Provinciam, Arelatenſe deinceps regnum dictas, ſibi acquiſivit, ac Imperio, à quo longo tempore ſeparatæ fuerant, recuperavit. Ea igitur occaſione, ſuſpicari quis poſſet, Archi-Cancellariatum Arelatenſis Regni, Galliæque, primitus inſtitutum fuiſſe; Nulla enim abſurditas ſit, cum, præcedentibus annis, non minus de Italico, quàm Gallico, duorum iſtorum Archi-Epiſcopatuum Archi-Cancellariatibus, apud Hiſtoricos, & alios authores, altiſſimum ſilentium fuiſſet: Friderico autem Colonienſis non ſemel Italiæ Archi-Cancellarius vocetur, ſi dicamus circa eadem fere tempora, vel ſaltem annorum intercapedine non adeò magna intercurrente, partim ſub ipſo, partim non ita diu ante ejus Imperium, utrumque cœpiſſe. Nec poteſt anteriori alicui iſta conſtitutio, Galliæ imprimis Archi-Cancellariatus convenire atque attribui, quandoquidem illius inſtitutioni omnis occaſio defuit. p. 45. idem ſcribit: ferè crediderim & concludendum putarim, quo tempore Electoralis dignitas, ſub Innocentio IV, vel ſucceſſorum ejus proximorum aliquo, Trevirenſi, collata eſt, ſimul etiam Archi-Cancellariatum primitus conceſſum eſſe.*

NOTÆ.

(*a*) TRIA REGNA &c. *Onuphrius Panvinius*, de *Comitiis Imper.* cap. 6, §, 26, p. 114, ait: *Ex his omnibus Principibus Imperii, antiquitus inſtitutum fuit, ut tres priores Archi-Epiſcopi, videlicet: Moguntinus, Colonienſis & Treverenſis, Imperii Cancellarii eſſent: Moguntinus ſiquidem in Germania: Colonienſis, in Italia: Treverenſis, per Burgundiam, Lotharingiam, Regnum Arelatenſe, & cæteras Galliarum Provincias, quæ Imperio ſuberant. Per has enim potiſſimum Provincias, Imperii Romani ditio tum extendebatur: Regno Arelatenſi, & cæteris per Gallias Imperialibus Provinciis, nondum à Francis Occidentalibus occupatis.* Et §. 27. l. c. *Hos autem tres Archi-Epiſcopos, ideò præcipue electos fuiſſe, præ cæteris, qui Cancellarii Imperii eſſent, exiſtimo, quod vetuſtiſſimi & Nobiliſſimi omnium Germanicorum Epiſcoporum eſſent. Moguntinus enim Metropolitanus eſt totius Germaniæ, à S. Bonifacio, primo Archi-Epiſcopo, inſtitutus. Colonienſis vero Archi-Epiſcopus, ideo Cancellarii dignitatem obtinuit, tum propter antiquitatem, tum etiam, quod in Ejus Diœceſi, Aquisgrani, Regis inauguratio celebretur. Porrò, omnium Vetuſtiſſimus eſt Treverenſis Epiſcopatus, à S. Petro Apoſtolo inſtitutus, in Galliis.* Et §. 28. p. 115. *Hinc poſtea manaſſe crediderim, ut, cum ſeptem Electores inſtituti fuerunt, potiſſimum hi tres Archi-Epiſcopi cæteris prælati ſint, ſolique electionis dignitate inſigniti, tanquam Imperii Romani digniores Principes, & ejusdem Cancellarii, vel, ut, poſtea uſurparunt, Archi-Cancellarii &c.* Et §. 29, 30 & 31. l. c. *Horum autem trium Cancellariorum Imperii inſtitutionem, paulo ante, vel potius, circa Primi Othonis Imp. tempora, exortam fuiſſe, ex ipſorum Imperatorum Privilegiis, vel Diplomatibus publicis, obſervavi. Quando, victo Italiæ Tyranno, Berengario 2, Germaniæ Regnum, quod diu ante ab Italico ſegregatum fuerat, Otho ipſe Rex primus ex Germanis, accepto, à Johanne XII. Papa, Imperii Romani diademate, conjunxit. Quo etiam tempore, Otho Ipſe, Regnum Arelatenſe, & aliquot præterea Galliarum Provincias, ſuo Imperio adjunxit.*

Tunc

Tunc enim negotiorum Provinciarumque adminiſtratio-nem, hu tribus potiſſimum partitus eſt Archi-Epiſcopis, quod tunc principaliores, & digniores in Germania, & Imperio trans Alpes, eſſent. Sicque ſcribebant: N. Archi-Epiſcopus &c. Sacri Romani Imperii, per Italiam, vel Gallias, vel Germaniam, Archi-Cancellarius &c. Quoties enim Imperator eſſet in Italia, Archi-Epiſcopus Colonienſis Privilegia, & Diplomata Imperialia, ſignabat, & ejus interventu, & nomine, edebantur. Quoties Imperator eſſet in Galliis, id munus obtinebat Trevirenſis. In Germania vero Moguntinus. Qua conſuetudo, usque ad Friderici 2 tempora, in uſu fuit &c. Conf. *Serrarius*, lib. 1. *Rer. Megunt.* cap. 29, p. 102. Verum licet ſit, hos tres Archi-Cancellariatus conſtitutos fuiſſe, ex quo *Germania, Italia & Gallia Belgica*, unum eundemque Regem habere cœperint; nondum vero inde ſequitur, eos propterea ſtatim, jure perpetuo, dictis tribus Archi-Epiſcopis, fuiſſe creditos. *Trevirenſem*, ſanè, & *Colonienſem*, non niſi forins titulos ſuos producere poſſe, præced. §. 3, lit. e, & §. 5, lit. e, monui. Rectè *Lehmannus*, lib. 2. *Chron. Spir.* cap. 7, pag. 69: *Dieweil das Teutſche Franckiſche Reich drey unterſchiedliche Kœnigreich begriffen, Teutſchland, Franckreich, und Italien, damit alle und jede Unterthanen, aus allen Landen und Orten, dem Teutſchen Kœnigreich zugehœrig, ihr Anliegen und Nothdurfft, in ihrer Sprach, anbringen, daneben ſpühren und vermercken kœnnen, daſs ihr Haupt und Kœnig, aller und jeder des Reichs Unterthanen Geſchaffte, Ihme angelegen und befohlen ſeyn laſſen, hat man aus jedem Kœnigreich ein Ertz-Cantzler erwehlt, und zum Kœniglichen Hoff verordnet, durch welchen eines jeden Sachen, Obliegen, Wohlfahrt, und Beſtes, verricht und befardert worden &c.* Ad quæ *Speidelius* quoque voc. *Cantzler*, p. 169 & 170; *Limnaus, Jur. Publ.* lib. 3, cap. 3, §. 11, p. 28 & 29; Dn. *Ockel*, de *Praſcriptione Immemoriali*, cap. 4, *ſ.* 1. pag. 181 & 182, aliique, provocant; modò *Gallia*, non de toto cognominis Regno, ſed *parte Belgica*, qua Germanico Regno cohæret, intelligatur. Conf. Ill. Dn. *Coccejus* J. P. cap. 10, §. 6. pag. 190.

(*b*) OTTONEM PRIMUM &c. Archi-Cancellariatum Imperii per Germaniam, ſub *Carolo Magno*, Ejusque poſteris, nulli Epiſcopali Eccleſiæ, ex privilegio, inhæſiſſe, rectè docet Auctor *Quinquertii Cameralis*, de An. 1704, Quæſt. V. p. m. 266, verb: *Die Sach ſelbſt nun, bey* Caroli Magni, *und ſeiner* Succeſſorn *Teutſchen Kayſerthumb betreffend, iſt ſehr wahrſcheinlich, daſs in denen erſten Zeiten ſolchen Teutſchen Reichs, das Ertz*-Cancellariat *nicht bey einer Perſon, weniger bey gewiſſen Biſtümern, geſtanden, ſondern, entweder auf mehrere vertheilt, und einem jeden gewiſſe* Provincien, *wohin ſich deſſen Ertz*-Cancellariat *erſtrecken ſolle, angewieſen geweſen, oder gar ſich nur zu denen in ſolch Ampt lauffenden Verrichtungen derer Ertz-und Biſchoffen, oder anderer fürnehmſten Geiſtlichen des Orts, wo jedesmahl der Kayſer ſich aufgehalten, oder auch* indifferenter, *entweder der Geiſtlichkeit des Orts, oder von andern Orten, eben abweſend geweſener Ertz-und Biſchoffen, und dergleichen Perſonen, wie ein, oder die andere, der Kayſer, zu dieſem, oder jenem Geſchaffi,* employrt *wiſſen wollen, bediene und gebraucht worden; oder, endlich, auch wohl etwan eine gewiſſe Anzahl* Archi-*und* Cancellarien, *nach jedesmahliger Nothdurfft, gleich andern* Officialen, *angenommen und beſtellt, deren Ampt aber nur* ad vitam, reſignationem, vel amotionem, durabel, *und nicht* perpetuirlich, *und* ad Succeſſores tranſitorium, *geweſen; Geſtalten in dem* Confirmation-Protection-*und* reſp. Donation-*Brieff, welchen ob-Allerhœchſt-beſagter Kayſer,* Carolus Magnus, *im Jahr* 802, *und alſo im zwœlfften Jahr ſeines Kayſerthumbs, dem Kloſter* Werthin, *an der Ruhr, ertheilt, folgende* Subſcription *zu befinden:*

Hildegrinus Notarius, ad vicem Alcuini Archi-Capellani, recognovi. Dat. VI Cal. Maji, Ann. Incarnat. Domini 802. *&c.*

Dann aber auch ſeynd in dergleichen, von Carolo Magno, *in eben ſolchem Jahr, ja eben am ſelbigen Tag, dem Kloſter* Helmſtadt, *in Sachſen, ertheilten* Confirmations-*und* Donations-*Brief; und ferner in einem dem Stiffs Oſsnabrüg, im dritten Jahr ſein,* Caroli Magni, *Kayſerthumbs, gegebenen* diplomate, *nachgeſetzte Unterſchrifft befindlich:*

Antolff, Cancellarius, ad vicem Brunonis, Archi-Capellani, recognovit. Dat. VI Cal. Maji, An. Domin. Incarnat. 802. *&c.*

Item.

Iacob, ad vicem Radoni.

Illuſtrationis cauſa, ſubjiciam catalogum Cancellariorum, & Archi-Cancellariorum, quos apud eorum Scriptores, vel in ipſis Imperatorum, Regumque Germaniæ, Diplomatis, à *Carolo Magno*, ad *Fridericum* 2, usque, ſequentibus formulis ſubſcriptos, oſtendi.

Sub CAROLO MAGNO.

An. 1059, *Gedehardus*, *Cancellarius*, *vice Luitpoldi*, *Archi-Capellani*, *recognovi*. Vid. *Schaten*, lib. 6 *Annal. Paderborn.* h. a. pag. 553. Per *Gedehardum*, intelligendus fortè *Gebhardus Salsburgenſis*, de quo Auctor vitæ ejus, cap. 3, apud *Surium*, 16 Junii, p. 126. *Hujus celebri fama illectus Imperator Heinricus III*, *cogn. Pius*, *Heinrici Babinbergenſis Succeſſor*, *eum*, *ad ſe aſcitum*, *Regia Aula Summum præfecit Capellanum*. Conf. *Watenſtedius* l. c. *Brower*, *Annal. Trevir.* lib. XI, §. 132, ad an. 1059, pag. 536. *Mallinkrot*, Part. 2, de *Archi-Cancellariis*, p. 63.

An.

An. 1062, *Wichbertus Cancellarius*, *vice Sigefridi Archi-Cancellarii*, *recognovi.* Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 152. Conf. *Mallinkrot.* l. c. p. 64.

An. eod. *Fridericus*, *Cancellarius*, *vice Sigefridi* (Moguntini) *Archi-Cancellarii*, *recognovi.* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 556; *Heineccius*, *Antiq. Goslar.* lib. 1, ad h. a. pag. 69. *Watenſtedius* l. c. pag. 17.

An. eod. In Diplomate hujus anni, apud *Surium*, 16 Jun. in Vita *Bennonis* Miſnenſis, cap. 1, p. 131, inquit Cæſar: *Chriſtophori Comitis*, *ſuique fratris*, *Bennonis*, *Noſtri Capellani.*

An. 1063, *Fridericus*, *Cancellarius*, *vice Sigefridi Archi-Cancellarii*, *recognovi.* Vid. *Heineccius* l. c. ad h. a. pag. 75. *Gewoldus* l. c. p. 367.

An. 1064, *Sigebardus Cancellarius*, *vice Sigefridi Archi-Cancellarii*, *recognovi.* Vid. Dn. *Becman*, *Hiſt. Anhalt.* Part. 3, lib. 1, cap. 7, p. 172. Conf. *Mallinkrot.* l. c. p. 65.

An. 1065, Iidem. Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 564, *Maderus*, *Addit. ad Adamum Bremenſem*, pag. 214, 216, 217, 219. *Lindenbrogius*, *in Auctario Veterum Diplomatum*, §. 77, 78, 79 & 80, p. 179 ad 181. *Gewoldus* l. c. pag. 152, legit: *Sigibarius.*

A. 1067, *Sigebardus*, *Cancellarius*, *vice Godefridi*, *Vice-Cancellarii*, *recognovi.* Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 358.

An. 1068, *Bibo*, *Cancellarius*, *vice Sigefridi*, *recognovi.* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 569. Conf. *Mallinkrot* l. c. pag. 66.

An. 1069. *Bibo*, *Cancellarius*, *vice Sigefridi*, *Archi-Cancellarii*, *recognovi.* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 571.

An. eod. *Adelbero*, *Cancellarius*, *vice Sigefridi*, *Archi-Cancellarii*, *recognovi.* Vid. *Heineccius* l. c. ad h. a. pag. 83. Conf. *Mallinkrot.* l. c. pag. 66.

An. 1073, Iidem. Vid. *Knaut*, de *Antiquit. Pagorum & Comitatuum Anhalt.* pag. 4. & Dn. *Becman* l. c. Part. 3, lib. 1, cap. 5, p. 153, legens: *Adalbert.*

An. eod. *Egilbertus*, *Cancellarius*, *vice Sigefridi Archi Capellani*, *recognovi.* Vid. *Gewoldus*, de *Septemviratu*, p. 67. Conf. *Mallinkrot.* l. c. p. 67.

An. 1074, *Adalbertus Cancellarius*, *vice Sigefridi*, *Archi-Cancellarii*, *recognovi.* Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 153. Conf. *Mallinkrot.* l. c.

An. 1077, *Gebhardus*, *Cancellarius*, *recognovi.* Vid. *Hundius* l. c. Tom. 2. pag. 241. Conf. *Mallinkrot.* l. c.

An. 1086, In Diplomate *Henrici* noſtri, *Herimannus*, *Cancellarius*, *vice Wecelonis* (Moguntini) *Archi-Cancellarii*, *recognovit.* Vid. *Schaten* l. c. lib. 7, ad h. a. pag. 623. Idem Cancellarius adhuc an. 1089 occurrit, apud *Hundium*, l. c. Tom. 3. p. 95. Conf. *Mallinkrot.* l. c. p. 68.

An. eod. *Hunbertus*, *Cancellarius*, *vice Rudbardi* (Moguntini) *Archi-Cancellarii*, *recognovi.* Vid. *Paullini*, *Annal. Iſenac.* Append. pag. 266. Conf. *Mallinkrot*, p. 68.

An. eod. *Humbertus*, *Cancellarius*, *vice Archi-Epiſcopi Moguntini*, *Routhardi*, *atque Archi-Cancellarii*, *recognovit.* Vid. *Privilegia Eccleſ. Hamburg.* apud *Lindenbrogium*, p. 146.

An. 1096, Iidem. Vid. *Auctarium Veterum Diplomatum Lindenbrogii*, §. 81, p. 181; *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 641; *Maderus*, *Antiq. Brunſvic.* p. 221.

An. 1098, Iidem. Vid. *Bucelinus*, *German. Sacr.* voc. *Werthinenſes Abbates*, p. 315.

In vita S. *Ottonis Bambergenſis*, lib. 1, cap. 3, apud *Surium*, 2 Julii, p. 33, & *Gretſerum*, *de Divis Bamberg.* p. 160, inquit *Andreas*, Abbas Monaſterii S. Michaëlis prope Bambergam: *Aſſumptus itaque*, *Dei nutu*, *in Curtem Regiam*, (Otto Bamberg.) *Vir totius induſtria*, *& Religionis*, *ita ſibi prudentiſſimum Imperatorem*, *nobilitate morum*, *& ſidei pietate*, *devinxit*, *ut eum*, *quaſi unicum amplectens filium*, *Secretalem Intimum*, *& cuſtodem Capitis ſui poneret*, *cunctis diebus.* *Nam & Cancellarium eum fecit*, *& quacunque pretioſa*, *vel cariora*, *in Palatio habuit*, *ejus ſidei commiſit &c.* Sediſſe hunc Epiſcopum, ab an. 1102, ad 1139, ex *Bucelini Germania Sacra*, part. 1, *Catal. Epiſcopor. Bamberg.* pag. 23, conſtat. Conf. *Mallinkrot.* pag. 68.

Sub HERMANNO.

An. 1082, *Brun*, *Cancellarius*, *vice Sigefridi Archi-Cancellarii*, *recognovi.* Vid. *Schaten*, l. c. ad h. a. pag. 608; *Heineccius* vero l. c. ad an. 1083, pag. 97, & Dn. *Paullini*, *Diſſert. Hiſtor.* 2, pag. 23, referunt hoc Diploma ad an. 1083.

An. 1083, *Bruno*, *Cancellarius*, *vice Sigifridi*, *Archi Cancellarii*, *recognovi &c.* Dn. *Becman*, *Hiſt. Anhalt.* Part. 3, lib. 1, p. 72.

Sub HENRICO V.

An. 1107, *Albertus*, *Cancellarius*, *vice Moguntini Archi-Epiſcopi*, *Rothardi*, *Archi-Cancellarii*, *recognovi*, Vid. *Schaten*, *Annal. Paderborn.* lib. 7.

lib. 7, ad h. a. pag. 667, Conf. *Mallinkrot.* Part. 2. de *Archi-Cancellar*. pag. 69.

An. eod. ***Adelbertus*, *Cancellarius*, *vice Rotbardi*, *Moguntini Archi-Epiſcopi*, *& Archi-Cancellarii*,** *recognovi.* Vid. *Schaten* l. c. p. 668.

An. 1108, Iidem. Vid. *Heineccius*, *Antiq. Goslar*. lib. 1, h. a. pag. 110.

An. 1110. ***Albertus*, *Cancellarius*,** Vid. *Goldaſtus*, Tom. 1. *Conſtit. Imp.* p. 253.

An. 1111, Idem. Vid. *Goldaſtus* l. c. pag. 254.

An. eod. ***Arnoldus*, *vice Adelberti*, *Archi-Epiſcopi & Archi-Cancellarii*,** *recognovi &c.* Vid. *Hundius*, *Metrop. Salisburg.* Tom. 3, p. 95; & *Gewoldus* in Additionibus, ad T. 1, p. 259; Conf. *Mallinkrot.* l. c. pag. 69.

An. 1119, ***Bruno*, *Cancellarius*,** *recognovi*, ***vice Archi-Cancellarii.*** Vid. *Heineccius* l. c. ad h. a. pag. 116. Conf. *Mallinkrot.* l. c. p. 69.

An. 1120, Idem. Vid. *Leuckfeld*, *Antiq. Pældenſ.* Append. pag. 254.

An. 1122, ***Bruno*, *Cancellarius*,** *ad vicem* ***Adalberti*, *Archi-Cancellarii &c.*** Vid. *Bucelinus*, *German. Sacr.* voc. *Werthinenſes Abbates*, p. 315.

An. 1123, ***Philippus Cancellarius*,** *vice* ***Archi-Cancellarii*,** *recognovi.* Vid. *Schaten*, l. c. ad h. a. pag. 703.

An. eod. ***Philippus*, *Cancellarius*,** *recognovi*, *vice* ***Adelberti Mogontini Archi-Cancellarii.*** Vid. *Documenta Monaſteriorum Würtenberg.* p. 250; Dn. *Wachtler*, de *Cancellariis veterum*, p. 22.

Sub LOTHARIO II.

An. 1129, ***Thiemarus*, *Regis Notarius*,** *ad vicem* ***Adelberti Archi Cancellarii*,** *recognovi.* Vid. *Schaten* lib. 8, *Annal. Paderborn.* ad h. a. pag. 721. *Maderus*, *Antiq. Brunſ.* p 230. legit: *Tietmarus*; & Ill. *Obrechtus*, *Prodrom. Rer. Alſat.* Cap. 12, §. 2, p. 299. *Thietmarus*; & *Heineccius*, lib. 2. *Antiquit. Goslar.* h. a. pag. 125. ***Dhietmarus*, *Notarius Regis*, *vice Adelberti*, *Moguntini Archi-Epiſcopi & Archi-Cancellarii recognovi.***

Ann. 1131, Iidem, Vid. *Miræus*; lib. 2, *Diplom. Belg.* Cap. 45, & *Not. Eccl.* c. 141. *Heineccius* l. c. ad h. a. pag. 132. *Andreas Du Cheſne*, *Hiſt. Geneal. Domus Lucemburg.* p. 35, legit: *Teitmarus*; pariter & Dn. *Tolnerus*, *Cod. Dipl. Palat.* §. 43, p. 39.

An. 1132, ***Anſelmus Cancellarius*, *vice Adelberti Archi-Cancellarii*,** *recognovi*; Vid. *Miræi Cod. Donat.* c. 87. Conf. *Mallinkrot*, Part. 2, de *Archi-Cancell.* p. 70.

An. eod. ***Henricus*, *Cancellarius*,** *vice* ***Adelberti*, *Archi-Cancellarii*,** *recognovi.* Vid. *Leuckfeld*, *Antiquit. Walkenred.* Cap. 18, §. 3, lit. a, pag. 356; *Eckſtormius*, *Chron. Walkenred.* p. m. 40.

An. 1134, ***Erchardus*, *vice Adelberti*, *Archi-Cancellarii*, *& Moguntini Archi-Epiſcopi*.** Vid. *Maderus Antiq. Brunſ.* pag. 233. *Mallinkrot*, p. 71, eum vocat *Eckardum*.

An. eod. ***Errehardus*, *vice Noriberti*** (talis tunc non vixit) ***Archi-Cantellarii*, *& Maguntini Archi-Epiſcopi*,** *recognovi &c.* Vid. Dn. *Kettneri Hiſt. Quedlinburg.* Cap. VII, p. 43.

An. eod. ***Bertoldus*, *vice Adelberti*, *Archi-Cancellarii*,** *recognovi.* Vid. *Eckſtormius* l. c. pag. 42.

An. 1138, *Bertulfus*, *Imperatoris Cancellarius*, interfuit Conſiſtorio Cæſaris, ad Aquas Penſiles. Vid. *Petrus Diaconus*, *Chron. Caſſin.* lib. 4, cap. 109. p. m. 547.

An. eod. *Guibaldus*, Abb. Caſinenſis; teſte Epiſtola Cæſaris, ad eum data, apud *Petrum Diaconum* l. c. Cap. 125, p. 571, cui tale exordium: *Lotharius D. G. Romanorum Imperator Auguſtus*, *dilectiſſimo Fideli ſuo*, *Guibaldo*, *Caſinenſi Gerarchæ*, ***& Romani Imperii Cancellario*, *& Magiſtro Capellano &c.*** Titulum autem hunc honoris duntaxat fuiſſe, omnibus Abbatibus Caſinenſibus communem, docet idem *Petrus* l. c. Cap. 104, p. m. 531, ubi: *Lotharius Imperator* --- *juxta tenorem Edicti*, *quod Pipinus*, *& HCarolus Magnus ſtatuerunt*, *illos* (Caſinenſes Fratres) ***inter Capellanos Romani Imperii*, *juxta morem antiquum*, *conſtituit &c.***

Sub CONRADO III.

An. 1138, ***Arnoldus*, *Cancellarius*,** *recognovi & recenſui*, *vice* ***Archi-Cancellarii Moguntini.*** Vid. Dn. *Tolnerus*, *Cod. Dipl. Palat.* §. 46, pag. 42. Conf. *Mallinkrot.* Part. 2 de *Archi-Cancell.* p. 72.

An. 1139, ***Arnoldus*, *Cancellarius*, *vice Adelberti*, *Magontini*, *Archi-Cancellarii*,** *recognovi.* Vid. *Document. Monaſter. Würtemberg.* pag. 452; Dn. *Wachtler*, *de Cancellariis Veterum*, pag. 22.

An. 1140, ***Arnoldus*, *Cancellarius*, *vice Adalberti*, *Maguntini Archi-Epiſcopi*, *& Archi-Cancellarii*,** *recognovi.* Vid. *Gewoldus ad Hundii Metrop. Salisb.* Tom. 1. pag. 158. Dn. *Tolner* l. c. §. 49, pag. 43.

An.

An. 1141, *Heinricus, Notarius, vice Archi-Cancellarii, Adelberti, Moguntini Archi-Epiſcopi, recognovi.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 2, p. 521.

An. 1141, *Albertus, dilectus Ejus Capellanus.* Vid. *Goldaſtus* Tom. I, *Conſtit. Imp.* p. 262.

An. 1143, *Arnoldus Cancellarius, vice Heinrici, Moguntini Archi-Epiſcopi & Archi-Cancellarii, recognovi.* Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 158, Tom. I.

An. 1144, *Adelbertus, Capellanus, ad vicem Arnoldi Cancellarii, recognovi.* Vid. *Knaut, Antiquit. Pagorum & Comitatuum Anhaltinor.* §. 84, p. 54; Dn. *Becman. Hiſt. Anhalt.* Part. 3, lib. 4, cap. 2, p. 434.

An. eod. *Arnoldus, Cancellarius, vice Heinrici, Moguntini Archi-Epiſcopi, & Archi-Cancellarii, recognovi.* Vid. Ill. Dn *Leibnitius*. *Script. Brunſ.* p. 706; *Leuckfeld, Antiquit. Pœldenſ.* Append. pag. 281, & *Antiquit. Gandersheim*: Cap. 25, §. 15, lit. cc, p. 300. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, p. 210.

An. 1145, Iidem. Vid. *Heda*, de *Epiſcopis Ultraject.* p. 310; *Miræus, de Donationib. Belg.* lib. 2, Cap. 46; *Tolnerus* l. c. §. 48. pag. 43; *Schaten.* lib. 8, *Annal. Paderborn.* h. a. p. 763.

An. 1146, Iidem. Vid. *Tolnerus* l. c. §. 51, pag. 45, & §. 52, p. 47; *Gewoldus* l. c. Tom. 2, p. 41.

An. 1147, Iidem. Vid. *Bucelinus, German. Sacr.* voc. *Wirtbinenſes Abbates*, p. 316; *Schaten.* l. c. ad. h. a. pag. 772; *Tolnerus* l. c. §. 53, pag. 47, & §. 54, pag. 49; *Paullini, Hiſt. Virginum Collegii Vubecens.* §. 49, & 50. & diſſ. XI, *Hiſtoria Varior. Monaſter.* §. 5; Dn. *Becman.* l. c. p. 435.

An. 1150, Iidem. Vid. *Paullini, de Advocatis Monaſticis*, in *Syntagmate Rer. German.* p. 569; & *Hiſtor. Varior. Monaſter.* Diſſert. XII, §. 13. *Heineccius, Antiquit. Goslar.* lib. 2, h. a. pag. 147. *Leuckfeld Antiq. Pœldens.* Addit. p. 207.

Sub FRIDERICO I.

An. 1152, *Arnoldus, Cancellarius, vice Heinrici, Moguntini, Archi-Cancellarii, recognovi.* Vid. *Paullini, Hiſtor. Variorum Monaſter.* Diſſ. II, §. 7; *Schaten, Annal. Paderborn.* lib. 8, h. a. pag. 793. *Goldaſtus.* Tom. 3, *Conſtit. Imper.* pag. 332

An. 1153, *Joannes, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Conradi, Maguntinenſis Sedis Archi-Epiſcopi, &* GERMANIÆ ARCHI-CANCELLARII, *recognovi.* Vid. *Gewoldus ad Hundii Metrop. Salub.* T. 2, pag. 377. *Robertus Kolb*, part. 2, *Aquila certantis*, §. 2, documentor.

An. 1156, *Reynaldus, Cancellarius, vice Arnoldi, Moguntinenſis Archi-Epiſcopi, & Archi-Cancellarii &c.* Vid. *Goldaſtus*, Tom. I, *Conſtit. Imper.* p. 304; *Hundius* l. c. Tom. I, p. 113, ſcribens: *Rheinaldus*; & *Gewoldus* l. c. Tom. 2, pag. 187: *Rainaldus-Kulpiſius*, inter *Diplomata Æneæ Sylvii Hiſtoriæ Friderici III*, annexa, §. I, legens: *Reinaldus*; *Tolnerus, Cod. Dipl. Palat.* §. 56, p. 50, & §. 57, pag. 52. Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 129; *Lucæ, Fürſten-Saal*, part. I, Cap. 3, p. 90, loco *Reinaldi*, habet *Reichart*; & *Andreas, Presbyter Ratisbonenſis*, in *Chron. Bavar.* ad h. a. p. m. 28, ita: *Ego Arnoldus, vice Arnoldi &c.* Conf. *Mallinkrot*, de *Archi-Cancellariis*, Part. 2, p. 75.

An. 1157, *Rainoldus, Cancellarius, vice Arnoldi, Moguntini Archi-Epiſcopi & Archi-Cancellarii, recognovi &c.* Vid. *Heineccius* l. c. ad h. a. pag. 160.

An. 1158, *Reinaldus, Cancellarius, vice Domini Moguntinenſis Archi-Epiſcopi, & Archi-Cancellarii, recognovi.* Vid. *Hundius* l. c. Tom. I, p. 114, circa finem; *Gewoldus* l. c. Tom. 3, pag. 260, ubi legit: Vice Dn. *Arnoldi Moguntini &c. Maderus in Addit.* ad *Adamum Bremenſem*, diplom. 24, pag. 234; *Lindenbrog. Privileg. Hamburg.* §. 49, pag. 159; *Tolnerus* l. c. §. 58, p. 52, & §. 59, pag. 53.

An. eod. *Rudigerus, Cancellarius, vice Arnoldi, Moguntini, Archi-Epiſcopi, & Archi-Cancellarii, recognovi.* Vid. *Tolnerus* l. c. §. 55, p. 49.

An. 1159, *Raynaldus, Sacri Palatii Imperialis, Romanorum Imperatoris Auguſti, Cancellarius, recognovi.* Vid. *Tolnerus* l. c. §. 60, p. 54.

An. 1161, *Ulricus, Cancellarius, vice Reinaldi, Colonienſis Archi-Epiſcopi, recognovi.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 1, pag. 371 & 372 & 373, ubi ſimul, poſt verb: *Archi-Epiſcopi Colonienſis: & ITALIÆ ARCHI-CANCELLARII.* Conf. *Mallinkrot.* p. 76.

An. 1162, *Raynaldus, Archi Cancellarius, & electus Archi-Epiſcopus Colonienſis.* Vid. præced. Tit. V, §. 11, in vita *Friderici I.* Imp. v. 4. ad h. a. pag. 583.

An. eod. *Udalricus, Cancellarius, vice Reinaldi, Colonienſis Archi-Epiſcopi, & Archi-Cancellarii, recognovi &c.* Vid. Dn. *Schlegel, de Cella Veteri*, §. 6, p. 16.

An. 1163, *Heinricus, Regalis Curiæ Cancellarius, vice Dn. Chriſtiani, Moguntini Archi-Epiſcopi, recognovi.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, pag. 410. Conf. *Mallinkrot.* l. c. p. 78.

An. 1166, *Godofridus, Cancellarius, vice Chri-*

ſtiani Moguntini Archi-Epiſcopi, & Archi-Cancellarii, recognovi. Dn. Becman, Hiſt. Anhalt. Part. 3, lib. 4, c. 2, p. 436. Conf. Gewoldus, l. c. Tom. 2, pag. 113. & Mallinkrot l. c.

An. 1169, Heinricus Cancellarius, vice Chriſtiani, Moguntini Archi-Epiſcopi, recognovi. Vid. Leuckfeld, Antiquit. Poldenſ. Append. p. 286.

An. 1171, Idem; Vid. Marcus Zuerius Boxhornius, de Republ. Leodienſi, p. m. 446, & 447.

An. 1174, Gotefridus, Cancellarius, vice Philippi, Colonienſis Archi-Epiſcopi, & ITALIÆ REGNI CANCELLARII, recognovi. Vid. Tolnerus l. c §. 64, p. 58.

An. 1177, Philippus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, & ITALIÆ, Archi-Cancellarius, ſubſcripſit. Vid. Goldaſtus Tom. 3, Conſtit. Imper. pag. 358. Conf. Mallinkrot l. c. pag. 77.

An. eod. Godefridus, Cacellarius, vice Philippi, Colonienſis Archi-Epiſcopi, & ITALICI REGNI Archi Cancellàrii, recognovi. Vid. Dn. de Leibnitz, Prodrom. part. 1. Cod. Diplom. Jur. Gent. §. 4. pag. 4.

An. 1180, Gottfridus, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Domini Chriſtiani, Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopi, GERMANIÆ Archi-Cancellarii. Vid. Hundius l. c. Tom. 1, p. 115; Goldaſt. Tom. I. Conſtit. Imp. p. 285; Lindenbrog. l. c. Dipl. 62, p. 169; Gelenius, de Magnitudine Coloniæ, lib. 1, Syntagm. 7, §. 13, p. 74, legens: Godefridus &c. Luca, Reichs-Fürſten Saal, part. 1, cap. 1, p. 19.

An. 1181, Gotefridus, Cancellarius Imperialis Aulæ, vice Chriſtiani, Maguntini Archi-Epiſcopi, & Archi Cancellarii, recognovi. Vid. Document. Monaſter. Wirtemb. p. 5, Dn. Wachtler, de Cancellariis Veterum, p. 21 & 22.

An. 1182, Iidem; Vid. Lehmannus, Chron. Spir. lib. 5, cap. 64, p. 530. Tolnerus, Cod. Dipl. Palat. §. 63, pag. 57.

An. 1188, Johannes, Cancellarius, vice Conradi, Moguntini Archi-Epiſcopi, & Archi-Cancellarii, recognovi. Vid. Heineccius l. c. ad h. a. pag. 186. Conf. Mallinkrot l. c. p. 79.

Sub HENRICO VI.

An. 1193: Datum Spiræ, per manum Sigeloi, Imperialis Aulæ Prothonotarii &c. Vid. Gewoldus; ad Hundii Metropolim Salisburg. T. 1. pag. 379. Conf. Mallinkrot, de Archi-Cancell. Part. 2, p. 81.

An. 1195, Conradus, D. G. Hildenſemenſis Eccleſiæ Electus, & Imperialis Aulæ Cancellarius &c. & in fine: Actum An. Domin. Incarnat. 1195, Indict. 14, præſidente in Domino, Conrado, Hildenſemenſis Eccleſiæ Electo, Imperialis Aulæ Cancellario &c. Vid. Joh. Theodori Godefridi Sonnemanni Inculpata Jurium admodum Rever. Capituli Secularis Collegiatæ S. Andreæ Hildeſienſis Tutela; de an. 1703, §. 1. Documentorum.

Sub PHILIPPO.

An. 1199, Chonradus, Hildeſimenſis, Epiſcopus Würzburgenſis electus, Imperialis Aulæ Cancellarius, recognovi. Vid. Lindenbrog. l. c. Dipl. 63, pag. 170. Conf. Mallinkrot l. c.

An. eod. Chunradus, Hildenshaimenſis Epiſcopus, Erbipolenſis Electus, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Domini Chunradi, Maguntini Archi-Epiſcopi, totius Germaniæ Archi-Cancellarii, recognovi. Vid. Gewoldus, ad Hundii Metropol. Salisburg. Tom. 1, p. 79. & Tom. 2, p. 180.

An. 1201, Conradus, Herbipolenſis Epiſcopus, & Imperialis Aulæ Cancellarius, recognovi. Vid. Gewoldus, l. c. Tom. 3, p. 361. Conf. Mallinkrot l. c. p. 81 & 82.

An. 1204, Conradus, Ratisbonenſis electus, Regalis Aulæ Cancellarius, recognovi. Vid. Gewoldus l. c. Tom. 2, p. 179. Conf. Mallinkrot. l. c. pag. 82.

An. 1205, Conradus, Ratisbonenſis Epiſcopus, & Regalis Aulæ Cancellarius, recognovi. Vid. Obrecht, Prodrom. Rer. Alſat. cap. 12, p. 302.

An. 1207, Iidem, Vid. Gewoldus l. c. p. 380.

Sub OTTONE IV.

An. 1201, Hermannus, Monaſterienſis, Vid. Mallinkrot, de Archi-Cancell. Part. 2, p. 83.

An. 1209, Conradus, Spirenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Theodorici, Colonienſis Archi-Epiſcopi, recognovi, Vid. Eckſtormius, Chron. Walckenred. pag. 78; Leuckfeld, Antiq. Walckenred. c. 18, §. 6, lit. d, p. 361. Conf. Mallinkrot l. c. p. 84.

An. eod. Conradus, Spirenſis Epiſcopus, Regalis Aulæ Cancellarius, vice Domini Sigfridi, Maguntinenſis Archi-Epiſcopi, TOTIUS GERMANIÆ Archi-Cancellarii, recognovi. Vid. Meibomius, Tom. 3. Rer. Germ. pag. 129; Tolnerus Cod. Dipl. Palat. §. 71, p. 62.

Sub FRIDERICO II.

An. 1212, Chunradus, Metenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ

Digitized by Google

Aulæ Cancellarius, *vice D. H. Magunt: Archi-Epiſcopi*, *TOTIUS GERMANIÆ ARCHI-CANCELLARII*, *recognovi*. Vid. *Gewoldus*, *ad Hundii Metrop. Saliſb.* Tom. 2, p. 182, quamvis pro H. legas S. id eſt, *Sigfrid.* Vid. idem l. c. pag 397.

An 1213, *Conradus*, *Spirenſis & Metenſis Epiſcopus*, *Imperialis Aulæ Cancellarius*, *vice Sigefrids Moguntini*, *TOTIUS GERMANIÆ Archi-Cancellarii.* Vid. *Goldaſt.* Tom. I. *Conſtit. Imp.* pag. 291. *Mallinkrot.* l. c. pag. 85.

An. 1216, Iidem Vid. *Meibomius* l. c. Tom. 2, p. 378; *Hundius*, l. c. Tom. 2, p 592; *Tolnerus* l. c. §. 78. p. 67. Auctor *des Hiſtoriſchen Berichts von den alten Reichs-Vogtheyen*, part. 1, pag. 44, ſub lit. I. Dn. *Becman*, *Hiſt. Anhalt.* Part. 3, lib. 4, c. 2, p. 437.

An. 1217, Iidem; Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. I. p. 382.

An. 1218, Iidem; Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 383 & 384; Dn. *Tolnerus* l. c. §. 75, p. 64.

An. 1219, Idem. Vid. *Goldaſtus* l. c. pag. 292.; *Heineccius* l. c. ad h. a. pag. 210; *Tolnerus* l. c. §. 80, pag 69.

An. 1229, Iidem. Vid. *Goldaſtus* l. c. p. 298.

An. 1231, *Seyfridus*, *Imperialis Aulæ Cacellarius*, *vice Dn. Colonienſis Archi-Epiſcopi*, *TOTIUS ITALIÆ ARCHICANCELLARII*, *recognovi.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, pag. 261. *Mallinkrot* l. c. pag. 85.

An. 1235, *Sigfridus*, *Ratisbonenſis Epiſcopus*, *Aulæ Imperatoris Cancellarius*, *vice Domini Moguntini Archi-Epiſcopi*, *TOTIUS GERMANIÆ Archi-Cancellarii*, *recognovi.* Vid. *Meibom.* Tom. 3. *Rer. Germ.* p. 208.

An. 1236; Iidem. Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 2, pag. 182.

Recentiora tempora non tangam, quia de iis nulla quæſtio. Minimum hinc cernimus, ab ætate *Henrici Aucupis*, Moguntinos Præſules, in negotiis Regni Germaniæ, utplurimum Archi-Cancellariorum munere fuiſſe functos. *Conringius*, de *Republica*, Exercit. X, de *Officialibus Imperii*, §. 8, pag. 542 (rectius 641) ſub *Ottone I*, prærogativam hanc Moguntinenſem Sedem conſecutam arbitratur: *Non ante, quam ſub hoc Ottone I, perpetuo jure*, *Moguntina Sedes Archi-Cancellariatus decore eſt ornata.* Altius aſcendit Auctor *Quinquertii Cameralis*, Quæſt. V, p. 331 & 332, verb: *Ab dieſer biſsherigen* Deduction *leget ſich zu Tag*, ---- *daſs bemeldtes Ertzſtifft Maintz*, *zu dem beſtändigen*, *oder* perpetuir*lichen Ertz*-Cancellariat *durch Teutſchland*, *gleich denen Ertzſtifftern Trier und Cœlln*, per Galliam & Italiam, *zwar nicht vor dem Jahr* 913, *doch zwiſchen denen Jahren* 913, *und* 917, *zu Kayſer* Conradi *Zeiten*, *gekommen*, *und demnach nicht zu viel*, *ſondern wohl ehender etwas zu wenig*, *und gantz gewiſſes geſaget ſeye*, *wann einige die Unterſchrifften der Kayſerlichen Brieffen*, *von* Ottonis Magni; *Andere erſt von* Henrici 2 *Zeiten her*, *auf das Maintziſche Ertz*-Cancellariat, ordine non interrupto, *gerichtet zu ſeyn erachten &c.* Quid rei ſit, ex adductis ſubſcriptionibus judicandum eſt. Coronidis loco titulus ſingularis addendus, quo *Sigfridus*, Colonienſis Archi-Epiſcopus, in Indulgentiarum charta, an. 1284, Monaſterio B. *Ægidii* Brunſuicenſis, conceſſa, utitur, apud Dn. *Rehtmeyerum*, *in Antiquitatibus Urbis Brunſuigæ*, Addit. ad cap. 2, §. 15, pag. 199: *Sifridus*, *D. G. Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus*, *Sacri Imperii per Patriam Archi-Cancellarius &c.* Ab ætate *Alexandri III*, non niſi *Vice-Cancellarios* in Aula Papali vixiſſe, poſt *Onuphrium*, docet *Beſoldus*, voc. *Cantzler*, *ex Longi Breviario Chronologico* fol. 221; Conf. *Speidelius* voc. ead. pag. 169; *Limnæus Jur. Publ.* lib. 3, c. 3, §. 11, pag. 29. Spectat huc Conſtitutio *Clementis VII*, an. 1532, de *Officio Vice-Cancellariatus Papæ*, apud *Cherubinum*, Tom. I. *Magni Bullarii Romani*, p. 686.

(*c*) COLONIENSIBUS &c. Vid. præced. § 5, lit. c, pag. 1070.

(*d*) TREVIRENSI &c. Vid. præced. §. 3, lit. c. pag. 1050.

(*e*) ARELATENSIS &c. Vid. l. c. pag. 1150.

8. *Rex Bohemiæ*, ut hic eum conſideramus, *eſt Elector*, *(a) qui Regno Bohemiæ legitime præeſt.*

NOTÆ.

(*a*) EST ELECTOR &c. Benè notat Dn. *Coccejus* J. P. c. 12. §. 17, p. 225. inſani eſſe, Bohemo dignitatem Electoralem vel hodiè denegare; Præter enim Conſtitutionem *Rudolphi I*, Cæſ. de dato *Erphordiæ* 1290. 6. Kal. Oct. apud *Goldaſtum* Tom. 2. *Conſtit. Imper.* pag. 85, & 86. unde hauſi, quæ præced. Tit. XIII. Procem. lit. b, p. 1020, habentur; ad nauſeam id teſtantur, *Caroli IV.* Aur. Bulla; Ejusdemque Confirmatio, Conſtitutiones *Ludovici Bavari*, de dat. *Keyſersperg* 1354. apud *Goldaſtum* l. c. Tom. I. pag. 345; Ejusdem Decretum de an. 1356, datum *Norimbergæ*, ibidem l. c. p. 351. Add. Confirmatio *Johannis* R. Bohemiæ, in-

veſtituræ *Conradi Schlüſſelburgii*, de caſtro & oppido Grœningen, ſub dat. *Regenſpurg*, an. 1331. ap. *Thucelium* in Elect. J.P. p. 206. ibi: *Wir Johans* - - - - *verjeben offentlich* - - - - *als ein Geld und Churfürſt des Reichs &c.* & paulò pòſt: *Als ein Kœnig von Beheim, und Churfurſte des Reiches, &c.* Monitorium *Ferdinandi II.* de anno 1620, quo *Fridericum* Palatinum hortatur, ut Coronam Bohemicam intactam relinquat, *in Theatr. Europ.* Tom. I. ad an. 1620, p. 318: *Noch bey Regierung weyland Matthiaſen in Bœheimb, als des Reichs fürnehmſten Eigenthumb und weltlichen Churfürſtenthumb, entſtandene* - - - - *als nach Kayſer und Kœnigs Matthiaſen ableiben, rechtmaßiger Weiß ſuccedirender gekrœnter und belehnter Kœnig und Churfürſt zu Bœheim &c.* Formula Proclamationis *Ferdinandi III*, Romanorum Regis, de an. 1636, apud *Lundorpium* Tom. IV, *Act. Publ.* lib. 3, Cap. 89, p. 614, verb: *Ferdinand den dritten, zu Hungarn und Bœheimen Kœnig* - - - - *Ihren Mit-Chur-Fürſten, zum Rœmiſchen Kœnig* - - - *gewæhlet &c.* Literæ intimationis Electorum ad *Ferdinandum II.* Imp. an. eod. ibid. p. 617; voc. *Mit-Churfürſten &c.* Quadrant inſuper literæ Electoralis Collegii, ad Cæſarem, Leopoldum, de an. 1664. 29. Febr. in materia inveſtituræ Sabaudi, de Ducatu Montferratenti, ubi: *Wie ſolches alles in dem angezogenen vierten Articul Kayſerlicher* Capitulation, *mit allen gehœrigen Umſtanden und Clauſeln, ausführlicher begriffen iſt, welcher ſambt ubrigen Capitulations-Inhalt, Ew. Kayſ. Maj. als Kœnig in Bœhmen, und Mit-Churfurſten, nicht allein* privatim - - - - communicirt &c. De Capitulationibus ne loquar, teſtimonia, omni exceptione majora, omnino reddentibus. Conf. *Rumelin. ad A. B.* diſſ. VIII, §. 7. p. 228 &c. Adde, quod annotavit *Hübner* pag. 2. *Seines erſten* Supplementi *der hiſtoriſchen Fragen:* An. 1708. *den* 7. Septembr. *wurde zu Regenſpurg der Kœnig in Bœhmen, welches der damahls regierende Kayſer* Joſephus *ſelber iſt, in das Churfürſten-*Collegium readmittiret; *Denn obgleich die Kœnige in Bœhmen jederzeit Churfürſten des Reichs geweſen ſeyn, ſo haben ſie doch viel* Secula *her weder* ad Comitia *noch* ad Onera Imperii concurriret; it. pag. 160: *Bey dieſer* Refrequentation *des Reichs-Tages* declarirte *der neue Bœhmiſche Geſandte* Carolus *Graff von* Wratislan: *Daß nunmehro Ihro Kayſerliche Majeſtæt als Kœnig und Churfurſt von Bœhmen einen Churfurſtl.* Matricular-*Anſchlag zu ubernehmen und die* 300. floren *zum Cammer-Gerichte jæhrlich abzuſuhren entſchloſſen waren. Dem Churfurſten zu Maynz ward auch von Kayſerl. Majeſt. ein beſonderer* Revers *ausgehændiget und vom Reiche* aſſecuriret; *daß ſie nemlich als Kœnig und Churfurſt in Bœhmen nicht geſonnen wæren, dem Churfurſten zu Maynz in dero Ertz-*Cancellariat *und davon* dependirenden *Reichs-*Directorio *jemahls einigen Eingrieff zuthun.* Vide Zſchackwizens *Einleitung zum* Jure Publ. pag. 300. ſeq.

9. Ducum & Regum *Catalogum* (*a*) exhibet *idem Limn. lib. 3. c. 8. §. 79. pag. 98.* & ſupplet *Tom. V.* Hodiernus eſt invictiſſimus Imperator noſter *Leopoldus.* Eſt Archipincerna, (*b*) & quando miniſtrat, *non tenetur* (*c*) coronam regalem geſtare, *A. B. c. 4. §. 4.* Subofficiarium habet Vice-Pincernam *de Limburg* (*d*) *A. B. c. 27. §. 6.* Jura ejus, & controverſias circa ea moveri ſolitas, *videbimus lib. 3. Cap. 12.*

NOTÆ.

(*a*) CATALOGUM. Faciunt huc: *Coſmæ*, Pragenſis Decani, *Chronica Bohemorum*, à *Marquardo Frehero*, an. 1602, Hanoviæ edita; *Æneæ Sylvii*, *Hiſtoria Bohemica*, una cum *Johannis Dubravii*, Olomuzenſis Epiſcopi, libris XXXIII. ejusdem Hiſtoriæ, ſimul tunc vulgata. *Melchior Goldaſtus*, Comment. de *Regno Bohemiæ*, Francof. 1626. *Pantaleonis Candidi*, libri duo de *Ducibus Bohemiæ*, & libri V, de *Regibus*, carminicè, Argentor. 1590; *Caſpar Cropacius*, de *Ducibus & Regibus Bohemicis*, Norimberg. 1582; *Martini Cutheni*, *Catalogus Ducum Regumque Bohemiæ*, 1540. *Julii Solimanni*, *Elogia Ducum*, *Regum*, *Inter-Regum*, *qui Bohemis præfuerunt*; Pragæ, 1629. *Zachariæ Theobaldi*, *ſeries Genealogica & Chronologica*, *Judicum, Ducum*, & *Regum Bohemiæ*; Witteberg 1617. *Wenceslai Hagecii*, *Chronicon Bohemicum*: Prag. 1596. *Bohuslai Balbini*, *Miſcellanea Hiſtorica Regni Bohemiæ*, Decad. I, Liber VII, edit. Pragæ 1687; quo de *Regibus & Ducibus Gentis* tractat. *Henningeſius*, *Secundi & Tertii Regni*, *in Quarta Monarchia*, part. I, pag. 158, 270 & 276, & *Regno Sexto*, ejusdem Monarchiæ, pag. 255, ad 271; ubi Regum nomenclatura, quam & Ill. Auctor *des* Europ. *Herolds*, Tom. 2, part. 2. Cap. IX, p. 412. &c. Dn. *Thulemarius* Cap. 14. *Octovir.* §. 41. pag. 180. &c. Dn. *ImHoff* & *Lohmayerus*, noviſſimè Dn. *Hübnerus*, *Tabb. Geneal.* exhibent. Modernus Rex eſt CAROLUS, *Leopoldi* Imp. filius, nat. 1685, 1 Oct. defuncti nuper, 1711, 17 April. Sacratiſſimi Imperatoris JOSEPHI, Succeſſor.

(*b*) ARCHIPINCERNA. Conf. præced. Tit. XIII, Prœm. lit. b. & §. 2, lit. b; & §. 3, lit. g. & §. 6, lit. a, in fine.

(*c*) NON TENETUR &c. Præter A. B. confirmantur hæc per Conſtitutionem *Alberti* Cæſaris, de an. 1299.

No-

Norimbergæ promulgatam, apud *Goldaſtum in Reichs-ſatz.* pag. 28. & apud eundem *in den Beylagen, zu den zwey rechtlichen Bedencken, von der* Succeſſion, *in beeden Kœnigreichen Hungarn und Bœheimb* p. 154. cujus rubrica eſt: *Kayſer Albrecht, des I.* Conſtitution, *daß die Kœnige in Bœheim nicht ſchuldig ſeyn, ihr Churfürſtlich und Ertz-Schencken Ambt unter der Cron zu verrichten &c.* ibi: *Wir fügen, mit dieſem unſerm Brieff, männiglichen gnædig zu wiſſen, daß die Durchläuchtige Kœnige in Bœhmen, wann dieſelbe von den Rœmiſchen Kayſern, oder Kœnigen, zu Hoff erfordert, und ein Rœmiſcher Kayſer, oder Kœnig, unter der Kron ſitzen werde, dergleichen mœgen (daſern es ihnen gefällig) bey ihrem oberſten Schencken-Ampt, ihre Kron auf dem Haupt haben. Dafern es aber Ihnen nicht gefällig, ſo ſollen ſie es nicht verpflichtet ſeyn &c.* Huc etiam facit Diploma *Ruperti I.* Elect. Palat. de an. 1356. apud *Goldaſtum*, in *Conſultatione* de *Electore Bohemiæ* pag. 82. ibi: *Sereniſſimus Princeps, Dominus Rex Bohemiæ, S. R. I. Archi-Pincerna conſiſtit, ac Archi-Pincernatus Officium coram Imperatore, vel Rege Romanorum, in ſolennibus Curiis, ſub Corona Regali exercere non debet, neque tenetur ad hoc, niſi velit facere ſpontanea voluntate &c.* Conf. *Rumelinus* ad A. B. part. 3. diſſert. 5. §. 21. pag. 866, ibique *Myleri* additiones. *Limn.* libr. 3. *Jur. Publ.* c. 8, §. 6, pag. 84. Varia nomina, queis olim Pincernæ venerint, exponit Dn. *Thulemarius* Cap. XIV. *Octovir.* §. 38. pag. 180. *Ex Annalibus Francicis*, ad an. 781, addendum, quod & Magiſtri Pincernarum dicti fuerint, ibi: *Atque Eberhardo, Magiſtro Pincernarum &c.* Vid. præc. Tit. 13, Prooem. lit. b. p. 1018; *Lehmannus* lib. 2. *Chron. Spir.* C. 13, p. 77. Conf. Dn. *Coccejus* Cap. XI. J. P. §. 4. p. 211. Officia Pincernæ deſcribit Dn. *Struchius* lib. I. J. P. Tit. 22. §. 1. &c. Tempore electionis *Friderici I.* Bohemum primâ vice hoc munere functum fuiſſe, tradit Dn. *Coccejus* l. c. Cap. 12. §. 8. pag. 221.

(*d*) De LIMBURG. Non Intelligendi, hoc titulo, *Limburgii*, quorum, inter Conductores Colonienſis & Trevirenſis Electorum, ad Electionis locum, *Francofurtum*, Aurea Bulla, Cap. 1. §. 11 & 12, meminit, (quippe qui (1) ad *Lanum* fl. Francofurtum inter, & Ditionem Colonienſem, habitarunt, *an der Lahn, auf dem Weſterwald*; (2) Inſignium loco tribus Leonibus erectis, infeſtis unguibus, interjectisque oblongis crucibus, utebantur; (3) extincto, ſine hærede, *Johanne*, loci Domino, eorum dominium, jam an. 1404, vi pactionis olim initæ, *Wernero* Archi-Epiſcopo, & Eccleſiæ Trevirenſi, ceu ex *Browero*, lib. 18, *Annal. Trevir.* ad an. 1404, §. 112, p. 262, diſcimus, ceſſit;) ut *Limnæo*, ad Cap. 1. A. B. §. 11, Obſervat. 18, p. 114; videtur; Sed Illi, quorum (1) Caſtrum Gentilitium prope *Hallam Suevorum*; anno 1540, ab *Eraſmo*, Dynaſta Limpurgio, Civitati *Hallenſi* eſt venditum; (2) clypeus, à priori longe diverſus, vel Dn. *Spenero Op. Herald.* lib. 1, Cap. 53, §§. 4, 5 & 6. pag. 218. & 219; Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc. Imp.* lib. 8, Cap. 5, §. 12, p. m. 422. & Dn. *Wagenſeilio*, de S. R. J. *Summis Sufficialibus*, Cap. 15, §. 11, teſtibus; (3) Familia nuper defloruit. Conf. *Datius*, lib. 3, *Rer. German.* Cap. 7. §§. 41, 42, & 43, pag. 571. Jam an. 1180, mentionem fieri cujusdam *Godofredi, Domini Limpurgici S. R. J. Hereditarii Pincernæ*, tradit *Spenerus* l. c. §. 1. p. 217, &, ex eo, Dn. *ImHoff.* l. c. §. 2, p. 420. Hodie Comes de *Althan.* vid. Ill. *Moſeri, Comp. Jur. Publ.* Lib. III. c. 8. §. 6.

10. *Elector Bavariæ* (*a*) *eſt Elector, qui Ducatui Bavariæ legitime præeſt. Hodiernus* (*b*) eſt Maximilianus Maria Emanuel *Cajetanus* Ludovicus Franciſcus Ignatius Antonius. *Joſephus* Felix Nicolaus Pius: *Filius* Ferdinandi Mariæ, & Henriettæ Adelheidis, Sabaudæ. *Archi-Dapifer.* (*c*) Subofficiarius ejus eſt, Dominus de Waldburg. (*d*) *A. B. c. 27. §. 6.*

NOTÆ.

(*a*) BAVARIÆ &c. Electoratum hunc ab an. 1706. usque ad an. 1714. in ſuſpenſo fuiſſe, aliquoties jam monitum. Vid. præced. Tit. V, §. 11, Vita *Joſephi Imp.* v. 4, ad an. 1706, p. 790. & Tit. XI, §. 5, lit. e. &c. p. 990.

(*b*) HODIERNUS &c. In bannum Imperii declaratus, an. 1706, ob arctiſſimum fœdus cum Gallis, Imperii hoſtibus, ictum, Vid. præced. Tit. V, §. 11, in vita *Joſephi* Imp. v. 4, ad an. 1706, p. 790. Vigore vero Art. XV, Pacis Badenſis An. 1714, 7 Sept. unà cum fratre, Joſepho Clemente, Electore Colonienſi reſtitutus, & de *Archi-Dapiferatu* imperii, 19 Maji 1717. in Legatis, Viennæ ſolenniter inveſtitus fuit. Poſt obitum ejus ſucceſſit ei filius CAROLUS ALBERTUS, 26 Febr. 1726. Natus 6. Aug. 1697.

(*c*) ARCHIDAPIFER &c. Proſcripto *Friderico* Palatino, *Maximilianum* Bavarum, *Archidapiferatus* Imperii jura tituloſque ſimul ſibi, cum dignitate Electorali, vindicaſſe, vulgare eſt. Cum vero, introducto, in favorem *Caroli Ludovici, Friderici* filii, hæredumque, an 1648, Octoviratu, Palatinus *Archi-Dapiferum* ſe ſcribere pergeret, vel literis teſtibus, quibus an. 1650, Privilegia Fabrorum ahenariorum, quorum Patronus audit, confirmavit, apud Dn. *Thulemarium*, *Octovirat.* cap. 18, §. 46, pag. 279; nec Bavarus introductum ſemel Curiæ ſtylum mutare vellet, componebatur tandem controverſia, an. 1651 ut Bavarus maneret *Archidapifer*, & Palatinus de *Architheſaurarii Imperii* officio, ab Imperatore inveſtiretur. Vid. *Lundorp.* Tom. VI, *Act. Publ.* lib. 4, cap. 148, pag. 621; cap. 164, p. 637; cap. 165, p. 639; cap. 166, pag.

640; & cap. 167, pag. 642; ubi Acta Publica. *Theatr. Europ.* Tom. VII ad an. 1651, p. 10; Auctor *der wohlgegründeten Abfertigung der Chur-Beyeriſchen fernern Anzeig*, *wegen des* Vicariats &c. pag. 50; *Oldenburg. Not. Imp.* part. 1, Diſc. 10, §. 6 in fine; *Bœclerus*, *Notit. Imp.* lib. 6, cap. 10, pag. 151; Dn. *Rhetius*, Inſtit. J. P. lib. 1, Tit. XI, §. 4, p. 226; Ill. Dn. *Coccejus* J. P. cap. 13, §. 1, pag. 227. Inveſtituram quoque de novo hoc Imperii Archiofficio, in perſona Legati, *Johannis Ludovici Megii*, Pragæ, Electori fuiſſe collatam, 5 Aug. St. N. an. 1652, ex *Theatro Europæo* l. c. ad h. a. pag. 286, docent Dn. *Tolnerus*, *Hiſt. Palat.* cap. 3, §. 34, pag. 107; & Dn. *Thulemarius* l. c. cap. 15, §. 14, pag. 187. Ab anno 1708, Potentiſſimum Electorem Palatinum, JOHANNEM WILHELMUM ſolenni Inveſtitura Cæſarea, priſtina *Archi-Dapiferi* Jura & honores, recuperaſſe, præced. Tit. V, §. 11, in vita *Joſephi* Imp. v. 4, ad h. a. pag. 791, notavi. Quæ vocis: *Ertz-Truchſes*, etymologia ſit, diſputari video. *Limnæus*, ad A. B. cap. 27, §. 6, obſerv. 8, pag. 613, & *Jur. Publ.* Tom. I, lib. 3, cap. 9, §. 20, pag. 108; *Beſoldus Theſaur. Pract.* voc. *Erb-Æmpter*, in fine, p. m. 233; *Speidelius* voc. *Truchſes*, p. m. 907, & Ill. Baro *de Lyncker*, ad A. B. cap. 5, pag. 42; â *ferendis dapibus* eam deducunt; quaſi dicas: *Trug das Eſſen*: quam derivationem comprobare videtur; *Spelmannus*, Gloſſar. voc. *Dapifer*, p. m. 162, verb: *Nomen, muneris interpres, utpote quod in ferendis dapibus exhibetur &c.* pariter & Dn. *Welſerus à Neunhoff*, Comment. de S. R. J. *Summis Officialibus*, pag. 186, & 187, aliique multi. *Burgoldenſis* contrà ad *Inſtrum. Pac.* part. 1, diſcurſ. 19, §. 6; Dn. *Thulemarius* l. c. cap. 15, §. 10 & 11, pag. 185 & 186; Dn. *Tolnerus* l. c. cap. 6, §. 10, p. 172, & aſſeclæ, dictum arbitrantur *Truchſeſſium*, quaſi *Drotſetum*, compoſito vocabulo ex *Drot & Set*, quorum alterum *Regem*, ſeu *Dominum*, & alterum *tribunal*, denotet; hinc *Dapiferos*, Suecis, Danisque, *Judices Regios*, qui, Regis vice, juſtitiam exercent, denotare. Cui ſententiæ viciſſim *Loccenius*, cap. XI *Antiquit. Sueo-Gothicarum*, p. m. 64, hiſce inſurgit: *Regni Drotſetus; ex veteri voce patria, idem eſt, qui Pro-Rex; & quidem, abſente Rege, tanquam Vicarium Regis agit, cum conſilio reliquorum Procerum, ac Regni Senatorum. Quod vero quidam ex vulgo eum Archidapiferum nuncupant, illud à Germanis perperam huc traxerunt, & imperii veteris illius dictionis. Drotſeti nomen in Truchſeſium vel Dapiferum, commutarunt. Sed de hiſce Schefferus noſter ſuſius, Upſaliæ Cap. XVI.* Minimum, derivatio prior *Dapiferi* officio magis congruit; hinc & olim: *Regiæ menſæ Præpoſiti*; item, *Infertores ciborum*, nuncupati. Vid. præced. Tit. XIII, Procem. lit. b. Græcis, οἱ ἐπὶ τῆς τραπέζης, qui menſæ præfuere, *Nicephoro Gregora* teſte, lib. 7 *Hiſt. Rom.* p. m. 166. Veteribus Francis: SENESCHALLI, de quibus *Hincmarus*, de *Ordine Palatii*, cap. 23, p. m. 209: *Maxima cura ad Seneſcalcum reſpiciebat, eò, quod omnia cætera, præter potus vel victus cabellorum, ad eundem Seneſcalcum reſpiceret &c.* & *du Freſne*, voc. *Seneſcalcus*, pag. 801: *Seneſcalci munus, circa dapes, & menſam Principis fuiſſe, arguit ipſum nomen Dapiferi, quod, ut priori ſynonymum, ſemper efferunt Scriptores. Ebrardus Betunienſis, in Græciſmo*, cap. 9:

Præſentat Dapifer epulas, Coquus excoquit illas,
Eſtque Seneſcallus, cujus ſit ſub Duce juſſus.

Hinc Magiſtri & Præpoſiti Regiæ Menſæ promiſcuè appellantur. Quippe Andulfus, qui ſub Carolo Magno, Seneſcalci munus obiiſſe dicitur, in Annalibus Francorum, Regiæ Menſæ Præpoſitus indigitatur ab Eginharto, an. 786, *& à Reginone* (eod. an.) *Princeps Coquorum &c.* Vid. ſupr. l. c. Add. *Freherus*, part. 1 *Orig. Palat.* cap. 15, p. 124 & 125; *Schilterus*, de *Libert. Eccleſ. German.* lib. 2, cap. 7, §. 4, pag. 173; Ill. Dn. *Coccejus* l. c. cap. XI, §. 1, pag. 209; §. 4 & 5 pag. 211 & 212. Dn. *Paullini*, de *Advocatis Monaſticis*, §. 4; in *Syntagm. Antiquit. German.* pag. 536. Dn. *Ockel*, *de Præſcript. immemor.* cap. 3, pag. 134. Propterea vero nihil impedit, quo minus *Dapiferorum* auctoritas in aliis quoque negotiis, de quibus *du Freſne*, voc. *Dapifer*, pag. 9, & voc. *Seneſcalcus*, pag. 799 &c. *Freherus* l. c. Dn. *Coccejus* l. c. Dn. *Tolnerus* l. c. &c. evolvendi, eminuiſſe dicatur; licet appellationis rationes inde non deducamus.

(*d*) WALDPURG. In Aur. Bulla, cap. 27, vocatur: *Magiſter Coquinæ de Nortenberg*, Quo tempore *Waldpurgii* Vicarii dapiferorum facti ſint, docet *Beſoldus*, *Theſ. Pract.* voc. *Erb-Aempter*, pag. 225: Vid. ſeq. lib. 3, Tit. XI, §. 11,

11. Elector Saxoniæ, eſt Elector, qui Ducatui Saxoniæ legitimè præeſt. Hodiernus eſt Johannes Georgius III, (*a*) Filius Johannis Georgii II, & Magdalenæ Sibyllæ Brandenburgicæ.

burgicæ. Eſt Imperii Archi-Marſchallus. (*b*) Subofficiarius ejus eſt Comes de Pappenheim. A.B. *Cap.* 27, *§*.3.

NOTÆ.

(*a*) JOH. GEORGIUS III &c. Filius, hujus *Joh. Georgii III*, & *Annæ Sophiæ*, *Friderici III* Reg. Daniæ, gnatæ, FRIDERICUS AUGUSTUS, nat. 1670, 12 Maji, defuncti an. 1694, 27 April. Germani Fratris, *Johannis Georgii IV*, in Electoratu ſucceſſor. An. 1697, 17-27 Junii, tranſeundo prius ad Romano-Catholicorum caſtra, electus Poloniarum Rex, & 5-15 Sept. ejusdem anni, cinctus diademate. Amore tranquillitatis publicæ, Potentiſſimum Principem ceſſiſſe ſceptro Polonico, ex formula Inſtrumenti Pacis *Alt-Ranſtadienſis*, inter Reges Regnaque Sueciæ & Poloniæ, an. 1706, 14-14 Sept. contractæ, diſcendum eſt, cujus Art. III, ſic ſe habet: *Ut radix funeſti belli, ac inimicitiarum omnium, penitus extirpetur, Sereniſſimus, ac Potentiſſimus Dominus, Dn. Fridericus Auguſtus, Rex, & Elector Saxoniæ, amore pacis ductus, Regno Poloniæ cedit, omnique Juri ac prætenſioni in Poloniam, & Magnum Ducatum Lithuaniæ, Provinciasque illi ſubjectas, nunc & impoſterum, renunciat Sereniſſimum vero Principem & Dominum, Dn. Stanislaum I, pro Rege Poloniæ, & Magno Duce Lithuaniæ, vero & legitimo, vigore hujus Transactionis, ſolenniter agnoſcit, & declarat, adeo, ut nec Eo ſuperſtite, aut poſt fata Ejus, ſi Ipſe ſupervixerit, in Regnum Poloniæ, Magnum Ducatum Lithuaniæ, & ſubjectas illi Provincias, quicquam prætenſurus ſit. Conventum autem eſt, ut Sereniſſimus Rex, & Elector Saxoniæ, nomen honoresque Regis, ad dies vitæ, retineat, absque tamen inſignibus ac titulo Regis Poloniæ &c.* Cæſis autem, 27 Junii St. V. 1709, haud procul *Pultowa*, in Ukrania, à Moſchorum Tzaaro, ad internecionem Suecis, Sereniſſimum Principem repetendi Regni rationes ſibi eſſe legitimas, exiſtimaſſe, *Manifeſtum* Ejus an. eod. 8. Aug. *Dresdæ* vulgatum, documento eſt, cujus tenorem, Gallico idiomate, *Le Mercure Hiſtorique & Politique*, menſ. Septemb. 1709, p. 264 ad 287, complectitur. Poſt ejus obitum ſucceſſit 1733. filius FRIDERICUS AUGUSTUS, Natus 7 Octobr. 1696. Qui religionem Romanam amplexus 1717, tandem 5 Octobr 1733, Poloniarum Rex eligitur.

(*b*) ARCHIMARSCHALLUS &c. Rectius *Archi Marſchalcus*; fluit enim ex vocabulis *Mar*, Equum; & *Schalck*, Miniſtrum ſignificantibus, ceu dudum obſervarunt Eruditi. Hinc *Mahr*, Equa; *Marſtall*, ſtabulum equorum; & *Marſchalcus*, Equis præfectus. Vid. *Cujacius*, lib. 1 *Feud. I*, pag. 17; *Draco*, de *Origine & Jure Patriciorum*, lib. 2, cap 3, §. 4, pag. 118; *Wehner Obſervat.* voc. *Schalck*, p. m. 426; *Beſoldus*, *Theſ. Pract.* voc. *Marſchalck*, p. m. 626: *Spelmannus*, Gloſſar. voc. *Mareſchalus*, p. m. 399. *Du Freſne*, voc. *Mareſcalcus*, p. 453 &c. *Speidelius*, Specul. voc. *Marſchalck*, p. m. 691 &c. *Cluverius*, *Antiq. German.* lib. 1, cap. 8, pag. 69; *Limnæus* J.P. lib. 3, cap. 10, §. 25 & 26, pag. 137; Dn. *Thulemarius*, *Octovirat.* cap. 16, §. 4, 5, & 6, pag. 195. &c. Dn. *Paullini*, de *Advocatis Monaſticis*, §. 4, pag. 536, *Syntagmatis*, *Antiq. German.* Dn. *Tolnerus*, *Hiſtor. Palat.* cap. VI, §. 3, p. 166; Alii, Qui cum *Gilles Boilleau*, en ſes *Annotations*, *ſervants à plus ample intelligence de la Guerre d' Allemagne*, lit. M. cujus verba *Limnæus* l. c. §. 20, pag. 135, repetit, etymon in vocibus: *Mars & Schalck*; altera, Præliorum Deum, altera, hominem aſtutum & vafrum, denotantibus; aut, cum *Stephano Pasquier*, en ſes *Recherches de la France*, lib. 7, cap. 51, pag. 988, in vocabulis contractis: *Maire*, quaſi *Maitre*, ſeu Magiſtro; & *Chal*, quaſi *Cheval*, Equo, latitare exiſtimant, audiendi non ſunt. Anonymum de *Nominibus Germanorum*, originem ejusdem appellationis, vocibus: *Mehier*, i. e. *majori*, & *Stalher*, Equitum Magiſtro, vindicantem, caſtigat *Du Freſne* l. c. Jam Carolino ævo cognitas *Marſcalci* & *Marſchalci*, voces, Capitularium auctoritate, probat *Du Freſne* l. c. Synonyma ſunt:

(1) STABULI COMES, vid. L. 3. Cod. Theodoſ. de *Equor. Conlat.* & l. 29 de *Annona & Tribut.* *Gregorius Turonenſis*, lib. 5, *Hiſtor.* cap. 40, pag. 115; *Theſaurarius Chlodovei*, *à Cuppane*, *Stabuli Comite*, *de Biturico retractus &c.* cujus etiam lib. 10, cap. 5, p. m. 222, meminit: *Chuppa, qui quondam Comes Stabuli Chilperici Regis fuerat &c.* lib. 9, cap. 38, pag. 210, offendis: *Sunnegiſilum*, *Comitem Stabuli*, *Childeberti Regis &c.* de *Geilone & Burchardo*, *Stabuli Comitibus Caroli Magni*, nec non *Wilhelmo*, *Ludovici Pii*, dictum præced. Tit. 13. Procem. lit. b. de officio *Comitis Stabuli*, agit *Hincmarus* de *Ordine Palatii*, cap. 23, p. m. 209.

(2) COMESTABILIS, (quæ vox variè ſcribitur, apud *Spelmannum*, tit: *Conſtabularius*, p. m. 145, ubi: *Conſtabularius*, *Conſtabulus*, *Conſtaulus*, *Coneſtabularius*, *Coneſtabulus*, *Coneſtablius*, *Coneſtabilus*, *Contoſtaulus*, *Coneſtalus*, *Comiſtabilis*, *Comeſtabulus*, *Conſtafolarius*.) Vid. *Aimoinus*, lib. 3, de *Geſtis Francor.* cap. 71, p. m. 338: *Leudegiſilus*, *Regalium Præpoſitus Equorum*, *quem vulgò Comiſtabilem vocant &c.* & *Regino* ad an. 807: *Burchardum*, *Comitem Stabuli ſui*,

Digitized by Google

ſui, quem corruptè Conſtabulum appellamus, cum claſſe miſit in Corſicam &c.

(3) TRIBUNUS STABULI, Leg. Un. Cod. Theodoſ. de *Comitibus* & *Tribun.* Apud *Ammianum Marcellinum*, lib. 14, p. m. 26, habens *Agilonem, Tribunum Stabuli*; ibidemque lib. 28, p. m. 393, occurrit: *Conſtantianus, Tribunus Stabuli &c.* & lib. 30, p. m. 456: *Tribunus Stabuli, Cerealis &c.*

(4) STABULATOR: Vid. *Güntherus* Poëta, lib. 7 *Ligurini*, apud *Reuberum*, p. m. 385:

Si continget equum cuiquam reperire vacantem,
Nec Dominum norit, non detondebit, ut illum
Ignotum faciat, clauſum fraude tenebit,
Sed Stabulatori Noſtro denunciet &c.

& pag. 368:

.... *Si quis vim fecerit improbus illi,*
Id Noſter digna Stabulator corrigat ira &c.

Quæ *Radevicus* de *Geſtis, Friderici I*, Imp. lib. 1, cap. 26, apud *Urſtiſium*, Tom. I, p. 492, ad an. 1158, rectè de *Marſchalco* interpretatur, ibi: *Dicet Marſcalco, &* rurſus, p. 493: *Conqueretur Marſcalco &c.*

(5) MAGISTER STABULI; Vid. *Voſſius*, de *Vit. Serm.* lib. 3, c. 6; *Du Freſne*, voc. *Stabulator*, pag. 934; *Spigelius*, in Notis ad dictum locum *Güntheri*, pag. m. 385; *Schilter de Libert. Eccleſ. Germ.* lib. 2, cap. 7, §. 4, p. 171. Alii.

(6) REGALIUM PRÆPOSITUS EQUORUM, quo titulo *Aimoinus*, lib. 4, cap. 1, p. m. 355, *Herponem* quendam compellat.

(7) Tempore *Ottonis Magni* Inaugurationis, anno 936, *Arnulfus* (Bavarus) *Equeſtri Ordini, & eligendis locandisque Caſtris, præerat*; Vid. præced. Tit. 13, Procem. lit. b.

(8) *Ottone III*, Imp. an. 985, Paſchatos feſtum-Quedlinburgi celebrante, *Præfuit Equis, Bernhardus*, Dux Saxoniæ. Vid. l. c. De aliis evolvas Lexicographos citatos, qui ſimul de *Mareſchalcorum* munere latè agunt.

(c) PAPPENHEIM. Vid. ſeq. lib. 3, Tit. 11, §. 11.

12. Elector Brandenburgicus, eſt Elector, Qui Marchionatui Brandenburgico legitime præeſt; Hodiernus *(a)* eſt Fridericus Wilhelmus, Filius Georgii Wilhelmi, & Eliſabethæ Carolæ Palatinæ. Eſt Imperii Archi-Camerarius. *(b)* Subofficiarius Ejus, per Auream Bullam, eſt Comes de Falckenſtein. Hodiè, Comes de Hohen-Zolleren. *(c)*

NOTÆ.

(a) HODIERNUS &c. Hujus Succeſſor erat FRIDERICUS III, *Friderici Wilhelmi*, cujus hic mentio fit, an. 1688, 29 April. ad plures abeuntis, & *Luiſa Henrietta*, Arauſionenſium Principis, filius, an. 1657, 1 Jul. in lucem editus. Titulum Ejus illuſtrat Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc. Imper.* lib. 2, cap. 8. Notandum autem, Sereniſſimum Electorem, ab anno 1694, menſ. Dec. vi Transactionis cum Imperatore *Leopoldo*, titulis *Suibuſienſium* Ducis in Sileſia, quos Parens Ejus, juribus in *Jægerndorfenſem* Ducatum renunciando, an. 1686, à Cæſare erat nactus, ceſſiſſe. De conventionis articulis, ſequentia amicus mihi anno 1696, communicavit: *Menſe Decembri* 1694, *iſt, zwiſchen Ihro Kayſerl. Maj. und Ihrer Churfürſtl. Durchl. zu Brandenburg, wegen der* Retradition *des* Schwibuſiſchen *Fürſtenthums, im Glogawiſchen Hertzogthum, in Schleſien, ein Vergleich getroffen worden, da* (1) Cæſar, in compenſationem, Electori *Hundert tauſend Reichsthaler an* ſpeciebus, *baar erlegt*; (2) ad inſtantiam Sereniſſimi Electoris, *einen der Reformirten Religion, in den Reichs-Hoffrath zu* admittiren, *dann auch* (3) Electori, *den Titul vom Hertzog von Preuſſen, jedoch* ſalvo jure *des Teutſchmeiſters, zu geben, verſprochen. Mir deucht, Chur-Brandenburg habe mehrere* avantages *erhalten, welche vielleicht* ſecretirt, *und*, ſub alio titulo, *künfftig zum Vorſchein kommen dürfften. Auch hat* (4) *Chur-Brandenburg, im verwichenen Jahr* (1695) *beym Franckiſchen Craiß*, notificirt, *daß Ihme die Anwartung auf die Graffſchafft Limpurg, von Kayſerl. Majeſtaten ertheilet wäre &c.* An. 1700, 18 Febr. diademate Pruſſico redimitus, Regios Titulos adhibuit. Ad Superos migrante Potentiſſimo Britanniarum Rege, *Guilielmo III*, an. 1701, 19 Mart. Boruſſorum Monarcha, maternis juribus inſiſtens, novas appellationes admiſit, de quibus *Kraiß-Abſchied, geſchloſſen zu Cœlln am Rhein, den 17 Oct. 1702*, apud Fabrum, Tom. VII, *der Europäiſchen Staats-Cantzley*, cap. XI, §. 10, pag. 535; Edictum Regium, ſub dato *Cœlln an der Spree, den 28 Aug.* 1703; Tom. V, *der Hiſtoriſchen* Remarquen, *über die neueſten Sachen in Europa*, anno 1703, p. m. 354; Literæ Directoriales, ad Comitia Circuli Weſtphalici, de anno 1704, 5 Dec. aliaque Documenta publica, teſtantur, ubi ſemper vocatur: *Fridericus, Kœnig in Preuſſen, Marggraff zu Brandenburg, des H. R. Reichs Ertz-Cæmmerer und Churfürſt, Souverainer Printz zu Orange; zu Magdeburg, Cleve, Gülich, Berg, Stettin, Pommern, der Caſſuben und Wenden, auch in Schleſien, zu Croſſen, Her-*

tzog;

Digitized by Google

tzog: Burggraf zu Nürnberg; Fürſt zu Halberſtatt, Minden und Camin; Graf zu Hohenzollern, der Marck, Ravensburg, Lingen, Mœrs, Bühren, und Lehrdam; Marquis zu der Vehre und Fliſſingen; Herr zum Ravenſtein, der Landen Lawenburg und Bütow, wie auch Arley und Breda &c. Mortuo anno 1707, 16 Junii, *Anna Maria*, Longuevillia, *Henrici*, Nemoroſii (Nemours) Ducis, vidua, ab Ordinibus Principatus *Novocaſtrenſis*, (Neufchâtel) in Helvetiæ finibus, ſupremus Dominus *Novocaſtrenſis* unanimi ſententia, 3 Octob. 1707, declaratus, *Princeps* quoque *Novocaſtrenſis* vocari cœpit. Anno 1708, *Megapolitani* titulus & Inſignia acceſſere, de quibus inſpiciendæ literæ, Electorum cuidam transmiſſæ, hac ſub formula:

Wir Friederich von GOttes Gnaden Kœnig in Preuſſen, Marggraf zu Brandenburg, des Heil. Rœmiſchen Reichs Ertz-Kammerer und Churfürſt, Souverainer Prince *von Oranien und Neufchatel, zu Magdeburg, Cleve, Gülich, Berge, Stettin, Pommern, der Caſſuben, Wenden, und Mecklenburg, auch in Schleſien, und zu Croſſen, Hertzog; Burggraf zu Nurenberg, Fürſt zu Halberſtadt, Minden, Camin, Wenden, Schwerin, Ratzeburg, und Mœrs; Graf zu Hohen Zollern*, Ruppin, *der Marck, Ravensberg, Hohenſtein, Tecklenburg, Lingen, Schwerin, Bühren, und Lehrdam,* Marquis *zu der Vehre, und Vliſſingen, Herr zu Ravenſtein, der Lande Roſtock, Stargard, Lauenburg, Bütow, Arley und Breda.*

EW. Churfürſtl. Durchl. geben wir hiemit Freund-Vetterlich zu vernehmen, und wird es Deroſelben vermuthlich auch nicht unbekandt ſeyn, welcher Geſtalt, im Jahr 1442, *zwiſchen denen damahls lebenden Churfürſten zu Brandenburg, und Hertzog zu Mecklenburg,* pacisciret, *und verglichen worden, daß, wann der Hœchſte es dermahleinſt alſo ſchicken wolte, daß der Mansſtamm der Hertzogen zu Mecklenburg erleſchen, und aufhœren, das Churfürſtl. Hauß der Marggrafen zu Brandenburg aber, als der noch übrig ſeyn würde, die geſammte Fürſtl. Mecklenburgiſche Lande ſolchem unſern Hauſe heimfallen ſolten, welches* Pactum *dann auch von dem damahls regierenden Kayſer Friederich dem Dritten, Wohlbedæchtlich* confirmiret, *und beſtatiget, von denen ſamblichen Churfürſten ihr* Consens *dazu ertheilet, nicht weniger von allen und jeden folgenden Rœm. Kayſern, von Fællen zu Fællen, beſtætiget, auch nachgehends auf die, Krafft des Weſtphal. Friedens, an das Fürſtl. Hauß Mecklenburg gekommen* Æquivalent-*Lande, durch die, zwiſchen Uns, und denen ietzt regierenden Hertzogen von Mecklenburg,* anno 1693, *aufgerichtete neue Vertrage, auch von des letzt verſtorbenen Kayſers,* Leopoldi, *Maj. Unſers in GOtt ruhenden Herrn Vaters Gnaden, und Uns, als Churfürſten zu Brandenburg ertheilete Reichs Lehn-Brieffe* extendiret *worden. Inmaſſen ſolches alles auch die jetzo regierende Kayſerl. Majeſt. ſelbſt, jünſt verwichener Zeit, nach dem Exempel dero Vorfahren am Reich, in Kayſerl. Macht und Vollenkommenheit, erneuret, und dieſes Angefælle der ſæmtlichen ſo wol neuen als alten Mecklenburgund zugehœrigen Lande, Uns, auf das Bündigſte, verliehen, und beſtattiget haben. Wann wir nun ſeit dem, mit des Herrn Hertzogen zu Mecklenburg Schwerin Liebd. Uns ferner dahin verglichen, daß Wir, und die geſambte Marggrafen zu Brandenburg, zu deſto mehrer* Manifeſtirung *dieſes Unſers unſtreitig habenden Rechtens, (wie ſolches bey Unſerm Hauſe, auch in voriger Zeit,* Reſpectu *anderer dergleichen Angefælle, brauchlich geweſen, hinfuhro den Titul, und das Wapen, der Hertzoge von Mecklenburg, führen mœgen, wie auch bereits damit würcklich den Anfang gemacht, ſo haben wir nicht ermangeln wollen, Ew. Churf. Durchl. davon hierdurch Nachricht zu geben, nicht zweiffelnde, dieſelbe, nach ihrer vor Uns, und Unſer Hauß, jederzeit bezeigten ſonderbahren* Affection, *und Zuneigung, dieſe, zwiſchen Uns und des hochged. Hertzoges Liebd. genommen, und zu deſto mehreren Befeſtigung Unſers an mehrermeldten Mecklenb. Landen, ſeit langen Jahren habenden wolerworbenen* Juris Succedendi, *gereichende Abrede, gantz gern vernehmen, auch bey dero Cantzleyen, die Vorſehung zu thun, belieben werden, daß aus denſelben der Mecklenb.* Titul, *wie wir uns deſſen anitzo gebrauchen, Uns, und denen ſæmtl. Marggraffen zu Brandenburg, jedesmahl gegeben werden mœge; Wodurch Ew. Churf. Durchl. Uns, und Unſer gantzes Hauß, Ihro ſonderlich* obligiren. *Wir auch ins beſondere keine Gelegenheit aus handen laſſen werden, Ihro, hinwieder alle angenehmere Gefalligkeit zu erweiſen, als dero wir darzu jederzeit bereit und willig verbleiben. Geben Oranienburg den 15. April. 1708.* Huic, 25. Febr. 1713. demortuo, ſuccedit filius FRIDERICUS WILHELMUS, natus 15 Aug. 1688.

(*b*) ARCHI-CAMERARIUS &c. Officium *Camerarii* ſic deſcribit *Hincmarus* Remenſis, de *Ordine Palatii*, cap. 22. p. m. 209. *De honeſtate vero Palatii, ſeu ſpecialiter ornamento Regali, nec non & de bonis annuis militum, abſque cibo & potu, vel equis ad Reginam præcipuè, &, ſub Ipſa, ad Camerarium, pertinebat: & ſecundum cujusque rei qualitatem, ipſorum ſollicitudo erat, ut, tempore congruo, ſemper futura proſpicerent, ne quid, dum opus eſſet, ullatenus opportuno tempore defuiſſet. De Donis vero diverſarum Legationum, ad Camerarium adſpiciebat, niſi forte jubente Rege, tale aliquid eſſet, quod Reginæ ad tractandum cum ipſo congrueret &c.* Conf. *Du Freſne* Gloſſar. voc. *Camerarius*, p. 702; *Fauyn*, lib. 2. *Des Officiers de la Couronne de France*, cap. 8, p. 124; *Lehmannus*, *Chron. Spirenſ.* lib. 2, cap. 11, p. 75; *Speidelius* Spec. voc. *Camerer*, p. 165; *Limnæus, Jur. Publ.* lib. 3, cap. 11, §. 5, p. 151 &c. Ill. Dn. *Coccejus* J. P. cap. XI, §. 7, p. 212. Dn. *Welſerus de Neunhoff*, Comment, de *S. R. J. Summis Officialibus*, tot. cap. X, p. 151 ad 171. Alii. Nomen CAMERARII antiquiſſimum eſt. *Gregorius Turonenſis*, lib. 4. *Hiſt.* c. 16, p. m. 80, *Chariberti*, Regis, memor inquit: *Dirigens etiam quosdam de Camerariis ſuis &c.* Apud *Ratpertum*, de *Origine & Caſibus Monaſterii S. Galli*,

cap. 1, in fine, p. m. 2, legimus: *Talto*, *Vir Illuſtris*, *Tagoberti ſcilicet Regis Camerarius*, & *poſtea Comes ejusdem Pagi &c.* In Chronico *Fredegarii* Scholaſtici, cap. 4, apud *Freherum*, pag. m. 120, hæc extant: *Domnulus Domeſticus*, & *Wandalmarus*, *Camerarius*, *Guntramno* (Regi) *præſentant &c.* De *Adalgiſo*, *Camerario Caroli Magni* dictum præced. Tit. 13, Prooem. lit. b. *Bernhardum*, *Ludovici Pii Camerarium*, celebrant Annales ab hoc Cæſare Rerum geſtarum, apud *Reuberum*, ad an. 828. pag. 53; Conf. ſupr. l. c. De *Engilranno*, *Camerario Caroli Calvi*, ut & *Erminoldo*, *Camerario Henrici Sancti*, Vid. ſupra l. c. Synonyma ſunt

(1) CUBICULARIUS; quales erant: *Chargiſilus*, in Aula *Sygeberti*, Regis Francorum, teſte *Gregorio Turonenſi*, lib. 4, cap. 46, p. m. 90; *Meginfridus*, *Caroli Magni*; vid. Annal. Reuberiani, ad an. 791, p. 28; *Reginhartus*, *Ludovici Pii*; vid. iidem Annales, ad a. 817, p. 43.

(2) CAMERÆ PRÆFECTUS, quo titulo *Wandelmarus* venit, apud *Aimonium de Rebus Geſtis Francorum* lib. 3, cap. 75, p. 341: *Ejus* (Mummoli Patricii) *Uxor*, *Sidonia*, *cum omni theſaurorum copia*, *à Dommulo*, *Domeſtico*, *ac Wandalmaro*, *Cameræ Regis Præfecto*, *Guntranno* (Regi) *præſentatur &c.*

(3) CAMERÆ PRÆPOSITUS;

(4) MINISTRANS AD CAMERAM; Vid. præced. Tit. 13, Procem. lit. b, ubi Exempla.

(5) CAMERÆ NUNCII, *quibus Provinciarum & Urbium, quæ ad Fiſcum Regium, Cameram dictum proprie ſpectabant, cura demandabatur*, ut verbis *Du Freſne* voc. *Camerarii*, p. 703, utar, huc non pertinent: nam, ut idem pergit, *erant veluti Procuratores Fiſci in iis Provinciis, & Urbibus, eorumque cum Ducibus æquata habebatur poteſtas: ſic appellati, quod à Camera Regia, ſeu Camerario Regio, in Provincias mitterentur, eſſentque quaſi Miſſi Cameræ &c.* Eadem habet Dn. *Tentzel*, in *Vindiciis Conringianæ Cenſuræ Diplomatis Lindavienſis*, cap. XIV, §. 2, pag. 316. Ejusmodi *Nuncii* erant, *Wernerus* ille, *Bertoldus & Erchangerus*, de quibus, *Eckhardus Junior*, de *Caſibus S. Galli Monaſterii*, cap. 1, apud *Goldaſtum*, Tom. 1, part. 1, *Rerum Alamannicarum*, p. 15: *Nondum adhuc illo tempore Suevia in Ducatum erat redacta, ſed Fiſco Regio peculiariter parebat, ſicut hodie & Francia. Procurabant ambas Cameræ, quos ſic vocabant, Nuncii: Franciam, ad Alpes, tum Werinhere; Sueviam autem Pertolt & Erchinger, Fratres &c.* Qualem duo poſteriores finem habuerint, dictum præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 917, p. 89.

(c) HOHENZOLLERN &c. Vid. ſeq. lib. III, Tit. XI, §. 11. *Eitel-Fridericum*, Comitem Hohenzolleranum, *Maximiliani I*, Supremum Aulæ Præfectum, *Primum* è Familia, *S. R. Imperii Camerarium Hæreditarium* extitiſſe, annotat Dn. *ImHoff*, *Notit. Procer. Imperii*, lib. 5, cap. 1, §. 3, p. m. 223. Titulos honoresque *Principis*, *Ferdinandi* 2, Imp. gratia, Genti acquiſivit *Johannes Georgius* Hohenzolleranus, an. 1623, 28 Mart. Vid. præced. Tit. V, §. 11, in vita *Ferdinandi* 2, v. 4, ad h. a. 757.

13. *Elector Palatinus, eſt Elector, qui Comitatui Palatino ad Rhenum legitime præeſt. Hodiernus* (*a*) eſt Dux Neoburgicus, Philippus Wilhelmus, Comes Palatinus Rheni &c. &c. Eſt Imperii *Archi-Theſaurarius.* (*b*) Ejus Subofficiarius eſt Comes de *Sinzendorff* (*c*) *I. P. art. 4.* De juribus ſingulorum Electorum, & controverſiis (*d*) *lib. 3.* agemus.

NOTÆ.

(*a*) HODIERNUS &c. Defuncto *Philippo Wilhelmo* an. 1690. ſucceſſit filiorum primogenitus, *Johannes Wilhelmus*, modernus Elector, nat. 1658, 19. April. Matre *Eliſabetha Amalia*, fil. *Georgii II.* Landgravii Darmſtadienſis. Qui obiit An. 1716 8 Maji, Succeſſore relicto CAROLO PHILIPPO Fratre, nato 4. Novembr. 1661. Filia ejus Eliſabetha Auguſta, nata 17 Martii 1692. & denata 30 Jan. 1728, nuptum dabatur Joſepho Carolo Principi hæreditario Soliſbacenſi 2 Maji 1717. Cujus intuitu ille ſucceſſor Electoratus Palatini declaratus fuit. Et quum Palatinus hanc Succeſſionem quoq; ad Ducatus Juliacenſem & Montenſem producere conetur; materia ſucceſſionis horum Ducatuum inter Domum Brandenburgicam & Palatino-Neoburgicam jam ultra ſeculum diſputata, recrudeſcere incepit. De qua vide *Fabri Staats-Cantzeley* Tom. 59. pag. 607. ſeq. Tom. 60 pag. 412 ſeq. Tom. 62. pag. 401 ſeq. Tom. 63. pag. 293. ſeq. Tom. 64. pag. 113 ſeq.

(*b*) ARCHITHESAURARIUS &c. Vid. ad præced. §. 10. lit. C. Proſcripto an. 1706, 29. April. *Maximiliano Emanuele*, Electore Bavariæ, *Johannem Wilhelmum*, Electorem Palatinum, an. 1708, 23 Junii, ſolenni Inveſtitura, cum cæteris & *Archidapiferi* dignitatem recuperaſſe, præced. Tit. V, §. 11, in vita *Joſephi* Imperatoris, v. 4, pag. 790 & 791, monitum; ad hos annos, verſa vice, Potentiſſimum Electorem Brunſuicenſem & Lüneburgenſem, an. 1710, 12 April. creatum

creatum *S. R. J. Archi-theſaurarium*, ex ibidem dictis, ad h. a. p. 792, patet. Spectat huc Diſſertatio Academica, de *Germanici Imperii Archithesaurario*, quam, Præſide Dn. *Friderico Auguſto Hackmanno*, P. P. 3 Januar. 1711, publico examini, *Helmſtadii*, ſubmiſit *Henricus Erneſtus Lipman*, Leſa-Hanoveranus. *Theſaurarium*, *Regii Theſauri cuſtodem* denotare, ante me *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Theſaurarius*, pag. m. 1121, notavit. Apud Francorum Reges, Officiales hi promiſcuè vocabantur:

(1) THESAURORUM REGALIUM PROCURATORES, teſte *Breviario* vetuſtiſſimo *Bituricenſis* Eccleſiæ, ad diem 8 Maji in elogio S. Deſiderati XXII, Biturigum Epiſcopi, apud *Labbeum* T. 2. Biblioth. MS. pag. 366, ubi: *Deodatus &c. Theſaurorum Regalium*, *ſub Rege Clothario*, *Summus & fidelis Procurator effectus &c.* Obiiſſe *Deodatum*, circa an. 530, ibidem habetur. Sic *Fridegodus*, *S. Odonis* Diaconus, in Vita *S. Audæni*, Rothomagenſis Epiſcopi, cap. 4, apud *Surium*, 24 Auguſt. p. m. 257: *Rado - - - - Theſaurorum Regalium* (Dagoberti I,) *Summus Procurator effectus eſt; quos ille theſaures, juſto diſpenſans ordine, fideliter & Chriſtianè cuſtodivit &c.*

(2) THESAURARII ſimpliciter; qualis erat *Deſiderius*, cujus *Dagobertus*, in Præcepto, de Epiſcopali dignitate *Cadurcæ* Urbis, ipſi oblata, meminit, apud *Labbeum*, l. c. Tom. 1, in vita S. *Deſiderii* Cadurcenſis, cap. VII, pag. m. 703, verb: *Quoniam Virum Illuſtrem, Deſiderium, Theſaurarium Noſtrum, cognovimus &c.*

(c) SINZENDORF &c. *Pancratius Lampadius, in Politiſchen Reichshandeln* p. 26. ſcribit: *Chur-Pfaltz hat im* Junio 1653. *auf dem Reichstag zu Regenſpurg, aus Conſens der Ræm. Kayſ. Maj. und aller Churfürſten, zum Erb-Schatzmeiſter-Ampt, das Græfliche Geſchlecht von Sinzendorff belehnt, und waren der erſte, Georg Ludwig, Kayſerl. Hof-Cammer-Vice-Præſident, und* Johann Joachim *Reichs-Hofrath, beede Gebrüdere &c.* Rectè monet Dn. *Welſerus* à *Neunhof* tract. de *S. R. J. Summis Officialibus* p. 265, Comites hos non fuiſſe fratres, ſed ſaltem Agnatos. Conf. Dn. *Im-Hoff Not. Proc.* lib. 7. c. 13. §. 8. p. 383. Dn. *Tolnerus Hiſt. Palat.* cap. VI, §. 10, p. 172; Dn. *Thulemarius*, cap. 18. *Octov.* §. 48. p. 281. Cerimoniæ inveſtituræ habentur apud *Reuterum*, in Notis ad *Beckeri Synopſin* J. P. pag. 259. &c. Modernus Ejus Subofficiarius, mutato jam ſtatu, eſt Dn. de *Waldburg*, S. R. J. *Dapifer hæreditarius*.

(d) CONTROVERSIIS &c. Controverſiam inter defunctum Electorem Palatinum, *Philippum Wilhelmum*, & *Leopoldum Ludovicum* C. P. R. lineæ Veldentinæ, poſt fata *Caroli*, anno 1685, absque prole, has res relinquentis, Neoburgico *lineæ proximitatem*; Veldentino *propinquitatem gradus*, allegantibus, ob ſucceſſionem in Electoratu obortam, fusè explicat Dn. *Kulpiſius* in Comment. ad *Monzamb.* cap. 2. §. 5. Conf. *Lundorpius* Tom. XII. *Act. Publ.* cap. 84, p. 218 &c. & cap. 97, p. 232 &c. Queis addi poteſt, quæ anno 1688. ex parte Veldentini prodiit, *Fernere Erlæuterung des Pfaltz Veldenziſchen Succeſſions-Rechtens, zu der letzt erledigten Pfælziſchen Chur, und angehærigen Landen*, cum proteſtatione & reſervatione, impreſſ. Argentorati. Huc inſuper ſpectant Ejusdem Principis literæ, de dato *Straſsburg*, 1689, 29. Jul. ſt. v. ad Directoria trium Collegiorum Statuum Imperii. Tenor, mut. mut. hic eſt:

Von Gottes Gnaden LEOPOLD LUDWIG, *Pfalzgraf bey Rhein, Herzog in Bayern, Graf zu Veldenz &c.*

Es iſt manniglichen, inſonderheit dieſer Hochlœblichen Reichs-Verſammlung ſo wohl aus denen in Druck gekommenen Deductionen und Erlæuterungen, als auch einer, in unſerm Nahmen, anno 1686. *dem Chur-Mainziſchen* Directorio, *und zugleich allen und jeden des Reichs Churfürſten und Standen, eingehandigten Proteſtations-Schrifft, bekandt, daß wie die zwiſchen Pfaltz-Neuburg Ld. und Uns ſchwebende Differentz, über der Pfaltziſchen Chur und angehærigen Landen, für Ihro Kayſerl. Majeſt. und die Geſambte Churfürſten gehærig, alſo Wir auch allda deren rechtliche Entſcheidung öfftersund inſtændigſt geſuchet, der Hoffnung, es würde aus denen mit angeführten Urſachen, ein ohnpartheyiſches* Deciſum, *nach Anleitung der Güldenen Bull. und des H. Reichs Fundamental-Satzungen, dermahlen eins erfolgen. Nachdem aber Wir damit, zu unſer, und unſer Fürſtl. Poſteritat hœchſtem Prajuditz und Nachtheil aufgehalten, und unterdeſſen die geſambte Chur-Pfælziſche Lande in æuſerſten Ruin geſetzet worden; ſo gar, daß Wir dadurch auch in einer andern, von Churfürſt Ott Henrichs Verlaſſenſchafft herrührenden ſtarcken Erbforderungen, groſſen Schaden leiden, und es faſt das Anſehen gewinnen will, als ob man ſothane hochwichtige Chur-Sache lieber gar ſupprimirt ſehen mœchte: da doch Ihro Kayſerl. Majeſt. ohnerachtet Pfaltz Neuburgs Ld. durch die Chur-Pfaltziſche* Miniſtros, *bereits in die* Poſſeſſion *gedachter Lande, füreylend eingelaſſen waren, uns in dero Schreiben vom* 4. Auguſti 1685. *allergnædigſt verſichert, daß die ohnpartheyiſche Juſtitz in dieſer Sache adminiſtrirt werden, Wir aber nichts thatlichs vornehmen ſolten, ſondern Uns anderwerten Anhangs und* Recurſes, *zu Beybehaltung allgemeinen Ruheſtands, zu enthalten hætten. Nun Wir dann dieſem gehorſamlich nachgelebt, und nichts, als was die Reichs-Rechte mit ſich bringen, verlanget, als erſuchen Wir dieſelbe, Sie*

Digitized by Google

wollen die Sache dergeſtalt zu vermitteln ohnbeſchwert ſeyn, damit nach Anleit der Guldenen- und Pfaltziſchen Special-Bull, auch in beygeſchloſſener Erleuterung angezogenen Pfaltziſchen Verträgen, und herkommenen Obſervantz, dieſe Chur-Sache, fœrderlich und endlich entſchieden, und aller Zweiffel und Weiterung, auf einmahl, aufgehoben werden mœge. Dieſelbe damit GOttes Obacht wohl empfehlend. Straßburg den 29. Julii, (8. Aug.) 1689.

Der Herren, und Deroſelben

wohlaffectionirter

LEOPOLD LUDWIG,
Pfaltz-Graf &c.

Sequenti 23. Nov. 1689, ſequentes dabat ad Electorale Collegium:

Von Gottes Gnaden LEOPOLD LUDWIG, *Pfaltzgraf beym Rhein, Hertzog in Bayern, und Graf zu Veldenz &c.*

Unſern freundlichen und günſtigen Gruſs, mit allem Wohlgeneigten Willen zuvor.

Hoch-Würdige, Wohlgebohrne, Wohl-Edle, Veſt und Hochgelahrte, des H. Reichs Chur-Fürſten, zu der allgemeinen Reichs-Verſammlung zu Regenſpurg, verordnete hochanſehnliche Räthe, Bottſchafften und Geſandte; beſonders liebe Herren, auch liebe Beſondere.

Dieſe Hochlœbliche Reichs-Verſamlung wolten Wir lieber, mit gegenwærtigen wiederholten Zuſchreiben, verſchonen, wann die zwiſchen Pfaltz-Neuburg Ld. und Uns, annoch ſchwebende Pfaltziſche Succeſſion, und Chur-Sache, zu der Reichs-Dictatur wære beſordert worden; Indeſſen iſt den Herren, und Ihnen, ſo wohl aus unſerer, in Druck gekommenen, Deduction, und Erleuterung, gedachten unſers Chur-Rechtens, als auch verſchiedenen, an Churfürſten, Fürſten und Stænde des Reichs, abgegangenen Schreiben, bekandt, daß Ihro Kayſerl. Maj. unſer allerſeits Gnædigſter Herr, bereits änno 1685, *Uns die allergnædigſte Vertrœſtung gegeben, daß bemelte Pfaltziſche Chur-Sach, nach den Reichs-Fundamental-Geſetzen, entſchieden werden ſolle, und uns dabeneben befohlen, auſſer Rechtens, nichts thætliches vorzunehmen, ſondern die Sach, wo ſie, ihrer Art nach, hingehœrig, und von ihr ſelbſt anhængig worden, gebührend auszuführen, und uns allen ungeziemenden anderwærten Recurſus zu enthalten. Ob nun wohl Wir dieſem in allen Stücken gehorſamſt nachgelebt, ſo iſt jedoch, ohnerachtet unſers vielfæltigen Anſuchens, in dieſer hochwichtigen Sach, bißhero nichts vorgenommen worden. Weil aber indeſſen Pfaltz-Neuburg Ld. ſich der Pfaltziſchen Chur-Rechten und Regalien eigenthætig, gleich als wann ſelbige nicht* in lite *wæren, anmaſſet, ſind Wir genœthiget worden, Ihr Kayſerl. Majeſt. jüngſt wiederum allerunterthænigſt anzuruffen, berührte Chur-Sache, mit Zuziehung der Churfürſten des Reichs, durch einen Richterlichen Ausſpruch, fœrderlich zu entſcheiden ꝛc. Erſuchen derowegen die Herren, und Sie, hierunter gleichfals inſtændig, weil Wir ja nichts, als was die Guldene Bull, und des Reichs Fundamental-Geſetze, mit ſich bringen, begehren und verlangen, bey hœchſtgedachter Ihrer Kayſerl. Majeſt. für uns dahin einzukommen, daß uns das Recht hierin længer nicht aufgehalten werden, ſondern ein endlicher rechtlicher Ausſpruch, zu allerſeits Beruhigung, ehiſtens ergehen mœge. Die Herren und Sie, damit Gottes Obacht wohl empfehlend. Straßburg den* 23. Nov. (3. Dec.) 1689.

Der Herren, und Deroſelben,

wohlaffectionirter Freund
LEOPOLD LUDWIG,
Pfaltz-Graf. &c.

Inſcriptio:

Denen Hoch-Würdigen, Wohlgebohrnen, Wohl-Edelgebohrnen, Wohl-Edlen, Veſt- und Hochgelahrten, des H. Reichs Chur-Fürſten, zu der allgemeinen Reichs-Verſammlung zu Regenſpurg, verordneten hochanſehnlichen Räthen, Bottſchafften und Geſandten; Unſern beſonders lieben Herren, auch lieben Beſonderen. &c.

His non obſtantibus, non tantùm nihil obtinuit, ſed & hodiè, Sereniſſimo Duce laudato anno 1694. 19-29. Sept. beata morte ramum terminante, hæc lis penitus ceſſat.

14. De familiis Electoralibus, cum Catalogo Electorum, *vid. Limn. lib. 3.* Genealogias

logias Electorum, ut, in ſequentibus, circa Principes faciemus, de induſtria omittimus; tum, quia compendii noſtri ratio non admittit: tum, quia volumus, ut Domini Auditores noſtri diligenter volvant *Syllogen Genealogicam Doctoris Speneri, multis nominibus commendandam, poſt quem, videre poſſunt: Reuſnerum, Rittershuſium, & alios. (a)*

NOTÆ.

(a) ALIOS &c. In primis *Henningeſii* magnum opus Genealogicum, & quidem, *Secundum & Tertium Regnum, in Quarta Monarchia &c.* Clar. Dn. *Johannis Hubneri, 333 Tabulas Genealogicas*, an. 1708, in utilitatem publicam editas. Tabulas *ImHoff. Lohmeyerianas;* Tabulas *Tubingenſes;* Tabulas *Layrizianas*, ſereniſſimæ Principis *Erdmuht Sophiæ*, March. Brandenb. *Handlung der Welt Alter* adnexas &c.

15. Archiofficia Imperii, quonam tempore cœperint, incertum eſt. *Mallinckrot p. 170.* hæc officia, nec ad imitationem Romanorum, nec Græcorum, introducta eſſe, exiſtimat; ſed eſſe inventum Germanorum: eaque, ab initio, certis perſonis, vel familiis, non fuiſſe aſſignata, ſed nunc huic, nunc alii, ex honoratiſſimis tamen, in Curiis ſolennibus Imperatorum, fuiſſe mandata; adeò, ut nec ipſimet Reges, Germanico Imperio obnoxii, præteriti fuerint. *Goldaſt. lib. 3. de Regno Bohem. c. 8.* & quod hinc Rex Daciæ, ſeu Daniæ, *Lothario* Saxoni, Imperatori, in ſignum ſubjectionis, ad decorem Imperialis reverentiæ, gladium ſub corona prætulerit: *Otto Friſingenſis lib. 7. c. 9.* & probabile hinc ſumi argumentum, antiquis ſeculis, illa apud nullum fixas ſedes ſtatuiſſe, ſed potius, uti ſub *Ottonibus*, ita etiam ſub *Henricis*, aliisque ſequentibus longo tempore Imperatoribus, notoriam, uti in proverbio eſt, egiſſe fabulam, usque ad *Friderici II.* Imperium; ita tamen, ut hæc Archi-Officia, ipſa Electorum inſtitutione antiquiora exiſtimet, *p. 192.* *Conringius* exiſtimat, hæc Archi-Officia (a) certis familiis & quidem his, quæ hodie iis gaudent, a *Friderico Primo* Imperatore fuiſſe data, *vid. eum in not. ad Lamp. p. 3. c. 4. §. 1.* Quicquid horum ſit, illud certum eſt, ea non inſtituta eſſe ab Henrico II. *ut ab Epiſcopo* Bambergenſi *(b)* dependeant, tanquam feuda, ſecus, quàm quidam alii docent. Nam *Henricus II.* nihil aliud voluit, quàm ut hi Cives Imperii Honoratiſſimi, (tunc enim temporis Electores nondum fuerunt) hæc nobilia officia, jam olim quidem ab Imperatoribus introducta, ſed certis familiis nondum aſſignata, præſtarent Epiſcopatui Bambergenſi, *à ſe inſtituto*, *(c)* eorumque officiorum gratia, quædam ab Epiſcopo in feudum *(d)* recognoſcerent. Hæc autem tantum pertinere ad Epiſcopatum Bambergenſem, non autem ad Imperium, vel inde patet, quod, ratione hujus Epiſcopatus, Domini EE. alios Subofficiarios *(e)* habent: *Bohemus* Nobilem de Aufſſatz: *Palatinus*, Dapiferum de Pomerfelden: *Saxo*, Marſchallum de Ebnet: *(f) Brandenburgicus* nobilem de Rotenhan. Quo accedit, *primò*, quòd Epiſcopalia hæc ſemper accipiant per Plenipotentiarios, ſecus quàm Imperialia; quòd *ſecundo*, Epiſcopo ſemper hæc officia exhibeant per ſuos Vicarios, ſecus quàm in Imperialibus: quòd, *tertiò*, in inveſtitura Saxonis 1623, in Epiſcopalibus his officiis nullum juramentum præſtitum, ſed promiſſio facta fuerit ſtipulata manu, *(g) Limn. ad A. B. c. 27. obſ. 7. adde Mallinckrot;* & quamvis, ex Archivo Bambergenſi, probari poſſet, hæc Archi-Officia Imperii, Henrici Sancti beneficio, eſſe inſtituta, non tamen exinde ſequitur, & concludi ſimul poteſt: quòd eo ipſo, ab eodem, iſti Principes, qui hodie ſunt Electores, cum excluſione aliorum, privativè ſint conſtituti Officiales Imperii. *(h)*

NOTÆ.

(*a*) ARCHIOFFICIA &c. Vid. præced. Tit. 13, Procem, lit. b.

(*b*) AB EPISCOPO BAMBERGENSI &c. *Henricum Sanctum* Imperatorem, ex bonis, ab *Ottone* 2 Imp. anno Imperii Septimo, Indictione I, id eſt, An. Chriſti 973, (967 enim Co-Imperator Patris declarabatur) profluentibus, *Ottonianæ* donationis charta teſte, apud *Greiſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, in Vita *Henrici Sancti*, cap. IX, p. m. 13 & 14, & *Surium*, 14 Julii, cap. 9, p. m. 191, ubi: *Ob interventum dilectiſſimæ Genitricis noſtræ, Adelheidæ, caro Nepoti Noſtro, Bavariorum Duci, Heinrico, quoddam Juris noſtri Prædium, Civitatem videlicet, Babenberc nominatam, cum omnibus ad hanc reſpicientibus, & Nemkin Vraha; in Comitatu Bertholdi Comitis, Volckfelt nuncupato, ſita, noſtra Imperiali potentia, in perpetua uſum proprietatis, conceſſimus, firmiterque donavimus, cum utrimque ſexus mancipiis, ædificiis, Eccleſiis, terris, cultis & incultis, & cum omnibus, jure legaliterque, ad hæc jam dicta prædia pertinentibus, eo tenore, ut libero Ipſe deinceps perfruatur arbitrio, hæc tenendi, commutandi, dandi, poſteris relinquendi ſeu, quicquid ſibi libuerit, inde faciendi &c.* aliisque, ab *Heinrico*, Herbipolenſi Epiſcopo, legitimæ commutationis contractu mediante, ſibi conceſſis, an. 1005, *Epiſcopatum Bambergenſem* fundaſſe, *Francofurtenſis* Synodi, hanc ob cauſam, à Cæſare convocatæ, Acta, apud *Ditmarum Merſeburg*, lib. 6, inter *Scriptores Brunſuicenſes* Ill. Dn. *Leibnitii*, pag. 383, verb. *Epiſcopatum in Baveberga, cum licentia Antiſtitis mei, facere hactenus concupivi, & hodie perficere volo deſiderium - - - - Eberhardo tunc Cancellario, cura Paſtoralis à Rege committitur &c.* teſtantur. Biennio poſt, Romanæ Sedis confirmationem acceſſiſſe, Bullâ *Johannis XIX*, P.R. Indict. V, adeoque anno 1007, deſuper expeditâ, apud *Greiſerum* l. c. cap. XI, pag. 15 & 16; & *Surium* l. c. cap. XI, pag. 192, probari poteſt; inde huc faciunt: *Quia dilectus, & Spiritualis Noſter filius, Heinricus, Glorioſiſſimus atque Invictiſſimus Rex, divina inſpirante Clementia, de propriis hæreditariis rebus, pro ſua, ſuorumque Parentum anima, Epiſcopatum, in loco, qui dicitur Babenberc, perfectâ fidei, & charitatis devotione, in honorem Beatiſſimi Petri, Apoſtolorum Principis, eſſe conſtituit, commutatione facta, jure ac legaliter, cum Heinrico, Wirzeburgenſi Epiſcopo, de aliqua parte Parochiæ ſui Epiſcopatus - - - Noſtra quoque auctoritate ſancimus, ut - - - nullus ibi Comes, aut Judex, Legem facere præſumat, niſi quam, per conceſſionem Glorioſiſſimi Regis, Heinrici, vel ſucceſſorum Ejus, Epiſcopus loci ejusdem deligeret; nulla aliena poteſtas ibi, per violentiam, irruat: Sit Ille Epiſcopatus liber, & ab omni poteſtate extranea ſecurus, Romano tantummodo mundiburdio* (defenſioni, tutelæ) *ſubditus - - - - ſit tamen idem ſuo Metropolitano* (in Cod. Vienn. additur: *Archi-Epiſcopo Moguntino*) *ſubjectus, atque obediens* &c. Conf. *Marianus Scotus*, ad an. 1005; *Annales Einſidelenſes*, an. 1025 terminati, apud *Mabillonium*, Tom. IV. *Analectorum*, pag. 479, ad an. 1007: *Epiſcopium in Pabenberg conſtructum eſt, & Eberhardus, primus Epiſcopus ibi ordinatus eſt &c.* *Hermannus Contractus*, Edit. Urſtiſ. p. 318, an. eod. *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 219; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 1004; *Conradus Urſpergenſis*, an. 1006, p. m. 164; *Chronicon Steterburgenſe*, apud Dn. *Meibomium*, Tom. 1, *Rer. Germ.* pag. 450; & Ill. Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 851, an. eod. *Albertus Stadenſis*, an. eod. *Albericus*, *Monachus trium fontium*, pag. 42 & 43, ad an. 1004; Deductio *Bambergenſis*, anni 1641, ap. *Gaſtelium*, de *Statu Publico Europæ*, cap. 15, §. 15, pag. 465, ad annum 1007; qui & *Caſp. Bruſchio*, cap. XV de *Epiſcopis Germaniæ*, pag. 236, Catalogum Præſulum, ab *Eberhardo*, primo, usque ad *Wigandum de Redewitz* an. 1522, electum, exhibenti, arridet. Factum affirmantibus: *Burckhardo*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 4, apud *Goldaſtum* Tom. 1, part. 1 *Rerum Alaman.* pag. 66, perperam licet Caſtrum *Badenberg* vocet; Monacho *Hamerslebienſi*, de *rebus præclare geſtis Imperatorum, ab Henrico Aucupe, usque ad Henricum V*, apud *Maderum*, *Antiq. Brunſuic.* pag. 140, & Ill. Dn. *Leibnitium*, l. c. pag. 709; Vita *Meinwerci*, *Paderbornenſ.* Epiſcopi, cap. 23, apud *Surium*, 5 Junii, pag. 88; & Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 524; *Chronico Brunſuicenſi*, apud *Maderum* l. c. pag. 6; *Jacobo de Kœnigshoven* in *Chronico Alſatico*, cap. 2, §. 162, p. m. 111; *Chronico Sclavico Lindenbrogii*, cap. XI, p. m. 192; *Ænea Sylvio*, de *Statu Europæ*, *ſub Friderico III* Imp. apud *Freherum*, T. 2 *Rer. German.* p. m. 77; aliisque multis. Conſecratio facta eſt, juxta dictos *Annales Einſidelenſes* l. c. pag. 480, an. 1012, ibi: *Eccleſia in Epiſcopio Babenberg primum conſecrata eſt*; ita & *Lambertus Aſchaffenburg.* h. a. & *Chronographus Saxo*, h. a. pag. 222 &c. *Mariano Scoto* placet an. 1011; Auctor Vitæ *Meinwerci* contra, l. c. ponit annum 1013, quo *Benedictus VIII* Romanam rexerat Eccleſiam; cujus Pontificatum quoque *Leo Oſtienſis*, lib. 2 *Chron. Caſſinat*, cap. 46, p. m. 252, celebrans, ait: *Idem Auguſtus* (Henricus Sanctus) *ex proprii Patrimonii ſumptibus, conſtruxit Eccleſiam, ad honorem S. Georgii in Bambergenſe, & advocans Benedictum Papam, ab Ipſo illam conſecrari fecit, atque Epiſcopalem in ea Sedem conſtituens, B. Petro, ex integro, obtulit, ſtatuto cenſu,*

per

per annos ſingulos, Equo uno optimo albo, cum omnibus ornamentis, & phaleris ſuis, & centum marchis argenti. Poſtmodum vero Leo XI, Papa, vicariationis gratia, Beneventum, ab Heinrico, Conradi filio, recipiens, prædictum Epiſcopium Babembergenſe, ſub ejus ditione, remiſit, Equo tantum, quem prædiximus, ſibi retento. Eodem reſpicere videtur Auctor Vitæ *Henrici Sancti*, cap. 23, apud *Greſerum*, l. c. pag. 35, & *Surium* 14. Julii, pag 198 & 199: *Rex Sanctus Babenbergenſem fundum, cum omnibus pertinentiis ſuis, B. Petro contradidit, & Apoſtolico Præſuli* (Benedicto, de quo loquitur) *extunc, & ſemper, defendendum commendavit, & in commemorationem hujus pactionis, ſingulis annis, album ambulatorem,* (zelter) *cum phaleris, Romano Præſuli dari conſtituit &c.* nec non *Glaber Rudolfus*, in Præfatione, tertio Hiſtoriarum libro præfixa: *Ædificavit quoque* (Henricus Cæſar) *Monaſterium in Saxonia* (rectius, Franconiæ) *loco, qui dicitur Bavenberch, id eſt, Bavonis mons; Lingua enim Teutonica, Berch, Mons appellatur. Quod etiam Monaſterium, donis innumerabilibus locupletatum, à Romano Pontifice, ſupradicto ſcilicet Benedicto, in honorem Apoſtolorum Principis, dedicari fecit, atque, ejusdem Pontificis uſus conſilio, eandem Eccleſiam in Epiſcopalem ſublimavit Sedem, conſtitutoque in ea Epiſcopo, ampliſſimorum fundorum reditibus eſſe fecit, locupletem &c.* Quæ & *Baronius* Tom. XI, *Annal.* ad an. 1019, §. 2 & 3, pag. 61 & 62, repetit. De Etymologia, inquit Monachus Benedictinus, de *Fundationibus quorundam Germaniæ Monaſteriorum*, apud *Maderum*, in calce *Chronici Montis Sereni*, p. m. 277: *Adelbertus, filius ſororis Henrici, Primi hujus vocabul. Regis, Patris Ottonis Magni, Matrem habebat, Babam nomine, à qua Babenberg, Caſtellum ejus, nominatum eſt &c.* His ita ſe habentibus, ſuccedente tempore fabula increbuit laudatum Cæſarem novo ſimul Epiſcopo Summos Imperii Officiales, Vaſallos conſtituiſſe; & quidem ea lege, ut Archi-Officia ſua poſthac Ei accepta referrent; ita ſanè *Caſpar Bruſchius*, l. c. pag. 236: *Conſtituit amplius D. Henricus Imp. ut Seculares quatuor S. R. Imperii Electores, Feuda Electoratus, ab hujus Eccleſiæ Pontifice, ut Vaſalli, à ſuo directo Domino, petere & accipere, neceſſe habeant. Quod inſigne, & longe ampliſſimum privilegium, vulgo Sericatum D. Chunicundis filum appellant &c.* & *Caſpar Peucerus*, lib. IV. *Chronicorum*, p. m. 148, ad an. 1007: *Eodem anno, Rinoldo Comite Bambergenſi, qui filius fuit Henrici Comitis, ſine maſcula prole extincto, condidit* (Henricus S.) *Epiſcopatum Bambergenſem, quem ita munivit, ut præcipuos omnes Germaniæ Principes hujus Epiſcopi Vaſallos eſſe, & ea fide, qua Domino Feudi debetur, huic obligatos eſſe voluerit. Ex ea conſtitutione adhuc hodie Electores Imperii Vaſalli ſunt Epiſcopi Bambergenſis, quæque illi, Electorum nomine & titulo, tenent, ab eodem eis, ut Feuda, conferuntur &c.* Quam ſententiam *Spangenbergius*, *Chron. Mansfeld.* cap. 161, an. eod. p. m. 162; *Megiſerus*, lib. 7. *Annal. Carinthiæ*, cap. 6, pag. 687, (unde ſua *Limnæus*, Tom. IV. Addit. ad lib. 3, cap. 7, §. 77, p. 356 & 357;) *Daniel Otto*, c. IX. *Jur. Publ.* p. m. 373; *Hoping*, de *Jur. Inſign.* cap. 6, part. 7, §. 4, v. 1078 & 1079, p. 392; *Dreſſer*, *Iſagog. Hiſt.* millen. 6, part. 1, pag. 310 &c. reliquique omnes, à Dn. *Thulemario*, cap. 20. *Octoviratus*, §. 26, pag. m. 321, hoc nomine producti amplectuntur, quibus jungas *Lehmanni Chronicon Spirenſe*, lib. 5, cap. 16, p. m. 406, cui hæc inſerta: *Damit diß Neu Biſtum, über andere, anſehnlich und berühmt macht werden, demſelben eine ſonderbahre Herrlichkeit zugeeignet, nemlich, daß die vier weltliche hohe Reichs-Officier, der Truchſeß, Marſchall, Cæmmerer und Schenck .... hinfürter ein jeder ſein Amt von einem Biſchoff zu Bamberg, zu Lehen empfangen ſoll.* Cautius quodammodo incedit *Marquardus Freherus* part. 1. *Origin. Palat.* cap. 15, p. m. 127, aſſerendo: Imperatorem Noſtrum laudatos Officiales *ſimilibus* duntaxat *Officiis & Miniſteriis*, quibus in Imperio defungerentur, Epiſcopo quoque Babenbergico poſthac exhibendis, præfeciſſe, verba ſunt: *Comitatu Bambergenſe ad ſe devoluto, poſtquam eum Epiſcopatum erexiſſet eximiisque Privilegiis & Reditibus ornaſſet, & dotaſſet, pro ſummo affectu, quo locum proſequebatur, grandius ei tribuere nil potuit, quam ut quatuor Principes illos, Imperii Officiales, eisdem Officiis, & Miniſteriis, Epiſcopatui illi ſuo præficeret & adſcriberet. Qui & in hunc usque diem, ea in Feudum inde recognoſcere ſolent &c.* Aſſentientibus *Bertramo*, de *Comitiis*, Concl. 32; Ill. Dn. *Schützio*, Exercit. VII. J. P. . XVIII, lit. g, pag. 534; *Conringio*, ad *Lampadium*, part. 3, cap. 4. §. 23, p. m. 161; & de *Republica*, Diſſ. X, *t.* 26. p. m. 561 & 562; *Speidelio*, voc. *Bamberg*, p. m. 86 & 87; *Limnæo*, lib. 3, *Jur. Publ.* cap. 7, §. 77, p. 80; Ill. Dn. *Rhetio*, Inſtit. J. P. lib. 1. Tit. IV, §. 45, p. 168; Dn. *Thulemario* l. c. §. 27, p 322 & 323; Dn. *Spenero*, *Op. Herald.* part ſpec. lib. 2, cap. 5, §. 4, p. 388, aliisque benemultis. Sed, ſalva omnium pace, quo fundamento nititur hoc ipſum aſſertum? ubi chartæ publicæ? ubi teſtes coævi, qui ejusmodi inſtituti faciant mentionem? ego minimum in ſententiæ hujus præſidium, nihil hactenus apud Veteres reperire potui. Id quidem liquet, ab immemoriali tempore, Summos Imperii Officiales, *Pincernam*, *Dapiferum*, *Mareſchallum & Camerarium*, ſimilibus Officiis, per Subſtitutos Equites, in Aula Bambergica, congruo tempore, fuiſſe defunctos, certaque ab Epiſcopo ſuſcepiſſe Feuda; ceu rectè tradunt: Ill. Dn. *Coccejus* J. P. cap. XI, §. 14, p. 214; Dn. *Schwederus*,

rus, Introd. J. P. part. ſpect Sec. 1, cap. 8, §. 2, p. 35; Dn. *Strauchius*, Diſſert. Exoter. 3. § 12. pag. m. 84; *Limnaus* ad *Capitulat. Caroli V*, Procem. verb. *Ertz-Truchſeſs*, §. 2. p. 123; & ad A. B. cap. 27, Rubr. Obſervat. 7, p. 571; & §. 6. Obſervat. 29, p. 621; *Gaſtelius*, de *Statu Publ. Europ.* cap. 15, §. 16, p. 494; Dn. *Menckenius*, in *Notis* ad *Hornii Orbem Politicum*, part. 2, p. m. 188; Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, *ѳ.* 173, p. 166; ſexcenti alii; Originem autem ab ipſo *Henrico S.* repetendam, æque difficile probatu erit, ac nova *Ereberi*, & qui eum ſequuntur, hypotheſis: Quod ſæpe fata Imperii Archi-Officia *Ottonis III.* vel *Henrici Sancti*, ætate, *hæreditario Jure*, in Familias, adhuc hodiè ea obeuntes, tranſierint, de quo themate vid. præced. Tit. XIII, Procem. lit. b, p. 1018 add. *Limnæus*, ad A. B. cap. 27, *Rubric.* Obſervat. 6, pag. 571 &c. Vulgari ſermone, Celſiſſimos hos Officiales, *Sericatum D. Cunigundis filum*, appellari, ex *Bruſchio l. c. Hopingio* l. c. v. 1078, p. 392; Dn. *Spenero* l. c. aliisque multis, diſcendum.

(*c*) A SE INSTITUTO &c. Et quidem, ut præced. lit. b, dictum, an. 1005.

(*d*) IN FEUDUM &c. De BOHEMO inquit Dn. *Thulemarius*, cap. 20. *Octovir.* §. 28, pag. m. 325. *Inter Feuda, quæ Rex Bohemiæ, ab Epiſcopo Bambergenſi, recognoſcit, eſt Praga, Bohemiæ Metropolis, uti ſcribit Goldaſtus lib. 3. Bohemiæ, cap. 7, ſ. 6, ubi, in Notis, teſtem allegat Doct. Joh. Bapt. Eiſenium, qui ſe legiſſe diplomata Inveſtiturarum ſibi affirmaverit. Idem ſibi illius filium, Joh. Chriſtoph Eiſenium, J. U. L. & Advocatum Noribergicum, indicaſſe commemorat Celeb. Vir, Joh. Conrad. Ditericus, in Imperatore Henrico 2, §. 8,* (p. m. 75,) *& ſecum communicaſſe literas, ut vocant, Reverſales Regis Bohemiæ, nec non Inſtructionem Legati Bambergici, concernentes Pincernatum, & loca Feudo obnoxia, in quibus hæc legantur: Das Schencken-Ampt, mit allen ſeinen Ehren, Rechten, Würden und* Gerechtigkeiten, *auch die alte Stadt Prag, mit aller ihrer Zugehærung &c.* Conf. *Limnæus* ad A. B. cap. 27, ſ. 6. Obſerv. 29, §. 2, p. 621. *Conring. de Republica*, Exercit. X, *ѳ.* 26, pag. 562; (rectius 662) *Europæiſcher Herold*, Tom I, *Erſter Abſatz, vierter Punct*, p. m. 341.

De PALATINO, pergit Dn. *Thulemarius* l. c. §. 29, p. 324. *Palatinum, priſcis Seculis ab eodem Epiſcopo Bambergenſi, in Feudum habuiſſe Caſtrum Hohenſtein, Advocatiam bonorum & hominum Oppidi Hersbrück. Vilſeck, Aurbach, Pagentz, Velden. dicitur in Literis Inveſtituræ Berchtholdi, Epiſcopi Bambergenſis, Ludovico Palatino, an. 1269, 13 Kal. Jul. XII, Indict. facta, apud Gewoldum, de Septemvir. cap.* 10. *Sed Rupertus, Elector Palatinus, ſequentibus literis,* (ſub dato Hagenau, 1354 *Freytags, nach S.* Simeonis & Judæ,) *à Goldaſto, in den Bœhmiſchen Beylagen, p.* 176 *& 185, adductus, ait, Hersbrück, Hohenſtein & Aurbach, eſſe Feuda Imperii &c.* & ſ. 30, p. 325. *Hodiè, Hersbrück, Pagentz, & Velden, ſpectant ad Rempublicam Noribergenſem; Vilſeck, pertinet ad Bambergenſem; Aurſpacenſe autem Caſtrum, quod in Superiori Palatinatu ſitum eſt, altero lapide ab Amberga, ad Bojarum. Hoc tamen nunc eſſe Feudum Bohemicum, liquet ex juramento, quod Fridericus III, Elect. Palat. an. 1559, 31 Julii, Auguſtæ Vindel. dum à Ferdinando Imp. tanquam Rege Bohemiæ, inveſtiebatur, præſtitit, quod ita habet, apud Goldaſtum, in den Reichshandlungen, p. m. 193. Ich Friederich &c.* & ſ. 31, pag. 326. *Putant nonnulli, Electorem Bojariæ, nunc Ambergenſem Civitatem, in Superiori Palatinatu, ab Epiſcopo Bambergico, habere in Feudum &c.* Auctor *des wohlgegründeten Gegenberichts, des, wieder die Herren Grafen zu Lœwenſtein und Wertheim, von den Biſchœfflichen Rathen zu Würtzburg, ausgeſprengten vermeinten Berichts*, de an. 1617, cap. 1, §. 2, referentibus *Limnæo* ad A. B. l. c. & *Gaſtelio*, de *Statu publico & Europæo*, cap. 15, §. 16, p. 496, pro *Aurbachio*, militat, ibi: *Solche* Officia *haben hœchſtermeldte Churfürſten nicht blœſſlich, und allein, dem Freyen Kayſerlichen Stifft zu Ehren, übernommen, ſondern auch, von ihren Kœnigreichen, und Churfürſtenthumen, noch etliche anſehnliche Stück, darzu freywillig geſchlagen, und zu Lehen aufgetragen. Wie denn die alte Stadt Prag zu dem Bambergiſchen Erb-Schencken-Ampt gehœrig; Aurbach aber, Wittenberg, und Cüſtrin, zu den andern dreyen Bambergiſchen Erb-Aemtern, und deren gebührenden Vertretung, von den alten Churfürſten gewiedmet, und* offerirt *worden ſeyn ſollen.* Conf. Ill. Auctor *des Europaiſchen Herolds*, l. c.

SAXONIS memor *Limnæus*, ad Capitul. *Caroli V*, Procem. verb. *Ertz-Truchſeſs*, ſ. 4, p. 123, hæc profert: *Quod Archi-Mareſchallatum Electoris Saxoniæ attinet, opera Amici edoctus ſum, Johannem Georgium, Electorem Saxoniæ, an. 1623, die 19 Oct. St. N. ab Epiſcopo Bambergenſi, inveſtitum fuiſſe, mit dem Ober-Marſchall-Amt des Kayſerlichen Stiffts Bamberg, und deſſen Zugehœrungen; Wittenberg, Schloß und Stadt: Mühlberg, Schloß und Stadt, beede an der Elb gelegen; Tüben, dem Schloß, und deren Dœrffern, Berſtadt, Alſendorff, Weiſſigk und Gahgaſt, mit allen und jeglichen Zugehœrungen, nichts ausgenommen; wie dann ſolche Stück dem Churfürſten von Sachſen, von des Biſchoffs Vorfahren, am Stifft, geliehen worden. Quo in actu etiam hoc notari debet, Mandatarium Electoris Saxoniæ, nullum fidelitatis juramentum hic præſtitiſſe, ſed, poſtquam Epiſcopus dixiſſet: Se Electorem Saxoniæ inveſtire de ſupra dictis, darvon zu thun, und zu leiſten, wie ſolcher Lehen Recht: Hat der Churfürſtliche Abgeſandte dem Biſchoff, ohn alle Pflichtleiſtung, allein ein Handſchlag gethan, und mehrers nicht, mit angeführter Erklærung, daß er, wegen Ihrer Churfürſtl.*

Churfürſtl. Gn. zu Sachſen, dieſe Belehnung acceptire, *allermaſſen die vorfahrende Herren Churfürſten zu Sachſen, Hochlœblichſter Gedæchtniß, die vom Stifft Bamberg laſſen empfangen: und zweiffle nicht, Ihro Churfſ. Gn. werden um des Herrn Biſchoffs Fürſtl. Gn. ſolches, mit Freundſchafft, erkennen, und dem gantzen Capittel und Stifft gnædigen Willen zu erzeigen geneigt ſeyn &c.* Conf. Ill. Dn. *Eybenii Elect. Jur. Feudal.* cap. 11, §. 9; Dn. *Thulemarius* l. c. §. 32, pag. 326; Dn. *Schilterus*, de *Libert. Eccleſ. German.* lib. 3, cap. 9, §. 5, p. 403. *Europ. Herold*, l. c.

Quo Vaſallagio BRANDENBURGICUS Elector Epiſcopo noſtro devinctus ſit, docet Dn. *Thulemarius* l. c. §. 33, pag. 327 &c. ex *Kniehenii Opere Politico*, lib. 2, part. 3, Sect. 2, cap. 2. verb. *der älteſte Lehen-Brief, ſo im Churfürſtl.* Archivo, *über das Ober-Cammerer Ampt, bey dem Stifft Bamberg, vorhanden iſt* datirt: *Freytags nach* Dionyſii 1464, *darinnen wird aber nicht bekennet, ſo darzu gehœrig ſey, ſondern es wird alles auf Erkündigung deſſelben ausgeſtellet ---- desgleichen Inhalts iſt auch der Letzte, von 1652 --- Man iſt zwar, von Seiten des Biſchoffs zu Bamberg, in den Gedancken geſtanden, ob gienge dieſe Belehnung das Ertz-Cæmmerer-Ampt mit an; Allein ſelbiger hat gantz keine Gemeinſchafft mit demſelben, ſondern es iſt jenes nur bloß das Ober-Cæmmerer-Ampt, des Biſchoffthums Bamberg, damit Seine Churfürſtl. Durchl. hinwiederum die von Rotenhan, als Unter-Cæmmerer bey ſelbigem Stifft, beafterlehnet. Dann das Ertz-Cæmmerer Ampt* dependiret *einig und allein von der Churfürſtl. Würde, ſo von dem Rœmiſchen Kayſer, und dem Reich, zu Lehen getragen wird; und deswegen* recognoſciren *die Fürſten und Grafen zu Hohenzollern hinwiederum das Erb-Cæmmerer Ampt im Reich, von dem Chur-Hauß Brandenburg. Woraus dann ſo viel erſcheinet, daß das Ober-Cæmmerer Ampt, ſo Seine Churfürſtl. Durchl. vom Stifft Bamberg* recognoſciren, *wohl mehr*, ex devotione Majorum, *hergefloſſen, und dem Stifft zu Nutz und Beſten angeſehen, als daß derſelben dannenhero eine* Dignitæt *oder Nutzen zuwachſen ſolte. Sintemahlen auch die* Acta *darneben bezeugen, daß, obwohl Seine Churfürſtl. Durchl. mit dem Ober-Cæmmerer Ampt, und deſſen* pertinentiis, *belieben werden, ſich dennoch von ſolchen* pertinentiis *überall nichts findet, weder bey dem Bambergiſchen, noch hieſigen* Archivo, *und Lehens-Cantzleyen. Auf Bambergiſcher Seiten hat man zwar die Brauneckiſche Lehen, in Francken, als ein Stück zum Ober-Cæmmerer Ampt gehœrig, angegeben, und dem Lehen-Brieff* inſeriren *wollen; wie dann auch, zu deſſen Behauptung, ein Vertrag, ſo zwiſchen Marggraf Albrechten, Churfürſten und Marggrafen zu Brandenburg, und dem Biſchoff Georgen von Schaumburg, zu Bamberg, an. 1466, aufgerichtet ſeyn ſoll*, allegiret; *Allein auf Brandenburgiſcher Seiten, iſt man deſſen dem Stifft nicht geſtændig geweſen; Sondern es wird gedachte Herrſchafft vom dem Reich zu Lehen* recognoſcirt: *Dannenhero man auch nicht hat zugeben wollen, daß ſolcher Brauneckiſcher Lehen, in den Lehen-Brief, einige Meldung hat geſchehen dœrffen ---- Es will auch ſonſt die Stadt Brandenburg, als ein* pertinens *des Ober-Cæmmerer Ampt, mit allen andern zugehœrigen Stücken, und Lehen, in der Marck Brandenburg, und auſſerhalb gelegen, von Biſchoffliſcher Seiten, angegeben werden; So aber, von Churfürſtlicher Seiten nicht angenommen wird, mit dem Vorgeben, daß ſolche Stadt*, cum pertinentiis, *zum Reichs-Lehen gehœre &c.* Alii *Cüſtrinum*, hoc titulo, proferunt; Vid. cit. *Lœwenſtein-Wertheimiſcher Gegenbericht*, de an. 1617, l. c. *Europ. Heroldt* l. c. Ob quam incertitudinem, Inveſtiturarum literis ſemper Clauſula inſeri ſolet: *Hochernanter Unſer Herr und Freund, Marggraff N. Churfürſt, ſoll auch getreuen Fleiß ankehren, zu erfahren, welches die Stück ſeynd, ſo zu gemeltem Ober-Cæmmerer Ampt gehœren, und was Ihr Ld. erfahren, Uns ſolches zu wiſſen thun, daß wir, oder unſere Nachkommen, dieſelben Stück auch in die künfftige neüen Lehen-Brieffe, ſetzen laſſen mœgen, ohne Gefæhrde &c.* Vid. *Limnæus*, ad Capitulat. *Caroli V*, Prooem. voc. *Ertz-Truchſeß*, §. 4, p. 123; Dn. *Thulemarius* l. c. pag. 330; *Europ. Heroldt* l. c.

(*e*) SUB-OFFICIARIOS &c. De Sub-Officialibus hiſce Electorum, in Aula Bambergica, teſtantur etiam *Gabriel Bucelinus*, part. 1. *German. Sacræ*, in fine Catalogi Epiſcoporum Bambergenſium, pag. 24; *Speidelius*, voc. *Bamberg*, p. m. 87; *Limnæus*, lib. 3. Jur. Publ. cap. 7, §. 78, p. 80, & ad A. B. cap. 27, Rubric. Obſervat. 7, p. 573; *Conringius* de *Republ.* Exerc. X, c. 26, p. 563 (rectius 663) *Strauchius*, Diſſert. 3, Exoter. c. 12, p. 84; *Gaſtelius*, de *Statu Publ. Europ.* cap. 8, §. 40, p. 398, quamvis malè Saxoni *Læſerum* obtrudat; *Spenerus*, *Oper. Herald.* part. ſpec. lib. 2, cap. 5, §. 4, p. 588; *Schwederus*, *Introd.* J. P. part. ſpec. Sect. I, cap. 8, §. 2, p. 354; *Europ. Herold* Tom. 1, *Viertes Hauptſtück, und deſſen Erſten Tituls, zweyter Abſatz*, pag. m. 219; Dn. *Thulemarius Octovirat.* cap. 20, §. 35 p. 332 &c.

(*f*) EBNET &c. Rectè ſic ſcribitur. Vid. *Bucelinus* l. c. *Spener* l. c. *Europ. Heroldt* l. c. *Thulemarius*, l. c. non *Ebner*, ut reliquis, præced. lit. e, nuncupatis, videtur; multo minus *Læſeri*, hoc nomine compellandi, ceu *Gaſtelius* l. c. & *Layrizius Handlung der Welt Alter.* p. 315, autumant; ſunt quidem *Læſeri auf Pretſch*, (olim *Reefeld* dicti, mutatoque nomine, quod quidam ex iis, Electorem Saxonum periculo mortis quondam eripuerit, à voce *Erlæſen*, *Læſeri* nominati) *Mareſchalli* hæreditarii Electoratus Saxonici, quid autem dignitati huic commune cum Sub-officio Mareſchalli Aulæ Bambergicæ?

(*g*) MANU &c. Addas (4) Renovationem Inveſtituræ, quoad Officia Imperialia, petendam, quoties caſus, tam à parte Imperatoris, quam à parte Electorum, contingat; ſecus ac intuitu Officiorum Bambergenſium: ita *Knichenius*, lib. 2. *Operis Politici*, part. 3, Sect. 2, cap. 2, ex Archivo Berolinenſi, apud Dn. *Thulemarium* l. c. cap. 20, §. 33, pag. 328: *Es wird auch ſo genau auf Churfürſtlicher Seiten nicht genommen, daß, bey allen Fallen; ſo ſich mit den Biſchoffen zutragen, die* Renovation *der Leben, ſolte geſucht werden. Man hat ihnen aber dieſer Seits deßhalb nichts geſtanden, ſondern nur, wann ſich ein Fall, an Churfürſtlicher Seiten begibe, alsdann die* Renovation *der Biſchœfflichen Lehen dürffte geſucht werden; wie dann, was Sachſen und Pfaltz hierunter thate, keinen andern* præjudiciren *kœnte &c.* (5) Officia Electorum, quoad Imperatorem, vocari: *Des H. R. Reichs Ertz-Aempter;* quoad Epiſcopum Bambergenſem vero: *Des Kayſerlichen Stiffts Bamberg Ober-Aempter.* (6) Vicarios Electorum, in Aula Cæſarea, nominari: *Des H. R. Reichs Erb-Aempter;* aſt in Bambergica: *Des Stiffts Bamberg Unter-Aempter:* Sic, *Bohemus*, reſp. Imperatoris, audit *des H. R. Reichs Ertz-Schenck;* & reſp. Aulæ Bambergicæ: *Des Stiffts Bamberg Ober-Schenck;* Comes de Althan: *Des H. R. Reichs Erb-Schenck;* & Nobilis ab *Auffſatz*; *Des Stiffts Bamberg Unter-Schenck;* Pariter, *Palatinus Elector*, reſp. Cæſaris, eſt *des H. R. Reichs Ertz-Truchſeß;* reſp. Epiſcopi: *Des Stiffts Bamberg Ober-Truchſeß;* Comes de *Waldburg; Des H. R. Reichs Erb-Truchſeß;* & Nobilis de *Pommerſfelden: Des Stiffts Bamberg Unter-Truchſeß.* Similiter, *Saxo*, reſp. eſt *des H. R. Reichs Ertz-Marſchall; & des Stiffts Bamberg Ober-Marſchall;* Comes *Pappenheimius, des H. R. Reichs Erb-Marſchall;* & Nobilis de *Ebnet, des Stiffts Bamberg Unter-Marſchall.* Ita & *Brandenburgicus*, reſp. *Des H. R. Reichs Ertz-Cæmmerer, & des Stiffts Bamberg Ober-Cæmmerer;* Princeps *Hohenzolleranus: Des H. R. Reichs Erb-Cæmmerer;* & Nobilis de *Rotenhan: Des Stiffts Bamberg Unter-Cæmmerer.* (7) Omnes Electores Laicos, certis fungi Officiis, in Aula Imperatoris, ſed non æquè in Epiſcopali; argumento Electoris Brunſuicenſis & Luneburgenſis, *Archi-theſaurarii Imperii*, nullum licet munus Bambergæ obeat; (8) Feuda Electorum *Imperialia* re vera eſſe *Beneficia*, à Cæſaribus, motu proprio, in eo collata; *Bambergenſia* vero Majorum pietatem erga Clerum, an ſuperſtitionem, ſapere, procul dubio inter *Feuda*, prævio Imperatoris conſenſu, ab ipſis Electoribus, Præſuli *oblata*, referenda. Vid. *Der Grafen von Lœwenſtein und Wertheim Gegen-Bericht*, de an. 1617, præced. lit. d, & Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione Immemoriali*. cap. 3, *t.* 14, pag. 141.

(*h*) IMPERII &c. Prærogativis Epiſcopi Bambergenſis annumerandum, quod *Romano tantummodo mundiburdio*, (ut *Johannis XIX*, P. R. verbis, præced. lit. b. allatis, utar,) *ſubditus ſit &c.* Sic & *Eugenius III*, in literis, quibus, an. 1152, *Henricum II*, Imperatorem, Civitate Sanctorum donavit, apud *Cherubinum*, Tom. I. *Magni Bullarii Romani*, p. 61: *Devotionem veſtram, & Eccleſiæ Bambergenſis, quæ Sacra Romanæ Eccleſiæ, ſoli ſubeſſe dignoſcitur, diligenter conſiderantes &c.* Quo autem referas dicti *Johannis* Papæ, verba ſequentia: *Sit tamen idem ſuo Metropolitano ſubjectus atque obediens?* In compenſationem immediatæ hujus tuitionis, ſingulis annis, *Album Equum* (*ein Zelter*) ab Epiſcopo, Romano Præſuli mittendum eſſe, ex præced. lit. b, patet. Hinc forſan Epiſcopus omnes alios Germaniæ Epiſcopos antecedit. Vid. *Stephani*, de *Jurisdict.* lib. 3, part. 1, cap. 1, §. 47; *Hornius, Orb. Polit.* part. 2, p. m. 189; *Gaſtelius, de Statu Publ. Europ.* cap. XV, §. 13, p. 465; Dn. *Im-Hoff, Notit. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 3, §. 5. p. 67. Alii; imò ipſi Supremo Ordinis Teutonici Magiſtro priores honores in dubium vocat; teſte Protocollo Comitiorum an. 1640, Seſſ. IV, 12-22 Sept. apud *Lundorpium*, Tom. IV. *Act. Publ.* Lib. IV, cap. 44, pag. 880: *Bamberg, daß ſich der Hoch-Teutſchmeiſteriſche Abgeſandte abermahls des Vorſitzes angemaſſet, thaten Sie* proteſtiren, *und ſich, wieder ſolch* Alternatim, *beſchwaren, beziehen ſich uff die* Acta, *bitten um fürderlichſten Beſcheid, und dieſe* Proteſtation *dem* Protocollo *einzuverleiben &c.* & Seſſ. 153, an. 1641, 28 Sept. 8. Oct. ibidem, Tom. V, lib. 1, p. 725: *Bamberg* repetirte *die Anfangs des Reichstags wieder den Teutſchmeiſter geführte* Proteſtationes, *und verwahrte ſich, mit gewœhnlichen Reichs-Abſchieden berührter* Clauſul &c. Conf. *Gaſtelius* l. c. Inſuper Præſulem Noſtrum, una cum Marchione Brandenburgico, *directorio circuli Franconici* gaudere, ſeq. Lib. 1. Tit. 6, §. 11, probabo. Hodiernus eſt Reverend. Dn. FRIDERICUS CAROLUS Comes *de Schœnborn-Puchheim-Wolffsthal*, an. 1729, in locum an. 1729. 30. Jan. defuncti Dn. *Lotharii Franciſci*, venerabundi patrui, electus. Ab eodem anno Principem hunc & Epiſcopatui Herbipolenſi præeſſe, jam ſupra monui. De Auctoribus, res Bambergenſes Illuſtrantibus, ſcribit Ampliſſ. Dn. *Struvius*, cap. XVII, *Selecta Bibliotheca Hiſtorica*, §. 21, p. 477 & 478: *Ad Bambergenſem Hiſtoriam facit: Andreæ Goldmayers, Hiſtoriſche und Aſtrologiſche Beſchreibung, vom erſten Urſprung und Erbauung der Stadt Bamberg. Nürnberg* 1644. 4. *Martini Hoffmanni, Urbs Bamberga, & Abbates*

Montis

Montis Monachorum prope Babenbergam, verſu Elegiaco, Noribergæ 1595. 4. *Joannis Epiſcopi*, *Bambergiſche Chronica*, 1571, 8. *Joannis Cygnæi*, *Annalium Bambergenſium Prodromus; Moguntiæ*, 1603, 8. *Joannes Armbruſterus*, *de XIV. Divis, in Diœceſi Bambergenſi, egit, Francofurti*, 1654, 4. *Meliores vero ſunt Jacobi Gretſeri*, *Divi Bambergenſes*, *ſeu Henricus Imperator; Sancta Kunigundis*, *Imperatrix; S. Otto*, *Epiſcopus*, *editi cum notis*, *Auguſtæ*, 1612, 4. Add. *Gabrielis Bucelini*, *Germania Sacra*, part. 1, p. 23 & 24, ubi Catalogum Epiſcoporum, ab *Eberhardo I*, usque ad *Melchiorem Ottonem Voit de Saltzburg*, an. 1653 morte præreptum, offendis. Inſignis loco utitur Princeps Noſter *Leone nigro ſaliente, in area aurea, cui balthens diagonalis argenteus, totam aream permeans, inductus.* Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 4. pag. 66; Dn. *Spener Op. Herald.* part. ſpec. lib. 2, cap. 5, §. 1, p. 387; *Europ. Heroldt* Tom. 1, p. 341; Dn. *Bilderbeck*, *Reichsſtaat*, Tom. 2, part. 5, c. 5, §. 7, p. 37; Dn. *Zſchackwitz*, *Einleitung zum* Jure Publico, lib. 3, cap. 3, Q. 39, pag. 469. Capitulum Cathedralis Ejus Eccleſiæ XX conſtat Canonicis, & XIV Domicellariis; Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 9 & 10, p. 67 & 68. Omnes, Nobilem proſapiam, legitima XVI Majorum deductione, probare teneri, docet *Europ. Heroldt*, l. c. pag. 340, annectens: *Die* Novitii Canonici *dürffen in den erſten zwey Jahren die Meſſe niemahls verſæumen*, *auch nicht auſſerhalb der Stadt bleiben*, *bey Straffe einer zweyjæhrigen* Poſtpoſition, *und Abſchneidung behœriger Einkünffte &c.* Conf. Dn. *Bilderbeck* l. c. §. 6, pag. 37. Dn. *Zſchackwitz* l. c. Q. 36, p. 468. De ampliſſimis Præſulis noſtri Bonis, maximè in *Carinthia*, evolvas *Gaſtelium* l. c. ubi Acta Publica; *Hornium* l. c. pag. 189; *Sprengeri Lucernam*, cap. 6, p. 295; Dn. *Spenerum* l. c. §. 5, p. 388; *Europ. Heroldt* l. c. pag. 340; Dn. *ImHoff* l. c. §. 5. p. 66 & 67; Dn. *Bilderbeck* l. c. §. 5, pag. 37; Dn. *Zſchackwitz* l. c. Q. 35, p. 467 &c.

TITULUS XV.

DE PRINCIPIBUS IMPERII IN GENERE ET ECCLESIASTICIS IN SPECIE.

VOcabulum, Princeps, *accipitur (a) primò*, eminenter, & hac ratione Imperator, in inſcriptionibus literarum, dicitur: *Der Allerdurchlæuchtigſte*, *Groſſmæchtigſte und Unüberwindlichſte*, *Fürſt und Herr.* *Secundo*, generaliter, & hoc modo omnes Imperii Status, præter Electores & Civitates, Principes dicuntur, ut, in Comitiis: *der Fürſten-Rath.* *Tertio*, ſpecialiter, & ab Electoribus, Comitibus & Baronibus diſtinguuntur. *Quartò*, ſpecialiſſimè, & ſunt ſimpliciter *Fürſten*, ſeu Principes, ut ſunt Principes Anhaltini; *de quibus capite ſequenti.* *Schützius in Collegio Publico volum. 1. Exercit. 8. th. 2. & 3.* ſex acceptiones hujus vocabuli refert: quæ tamen omnes huc non videntur ſpectare.

NOTÆ.

(*a*) ACCIPITUR &c. De varia acceptione hujus vocis, evolvendi *Beſoldi Theſaurus Pract.* voc. *Fürſt*; p. m. 280; *Webner*, *Obſerv. Pract.* voc. ead. p. m. 147; *Speidelius*, voc. ead. p. m. 347; *Paurmeiſter*, de *Juriſdict. Imp. Rom.* lib. 2, cap. 9, §. 6; *Limnæus* lib. IV, J. P. cap. 2, p. 6, &c. *Calvinus* in *Lexic.* voc. *Princeps &c.* Antiquiſſimis temporibus, in Germania *Principes* vocatos fuiſſe, qui jus per pagos & vicos dixerant, ex *Tacito*, docet *Conringius* Diſſert. De *Civibus Imperii*, §. 15. &c. Conf. *Brummer* de *Scabin.* c. 3. quem hoc titulo commendat *Bæclerus* lib. 7. *Not. Imp.* Cap. 1. p. 156. Differentias circa hoc vocabulum hodiè occurrentes, comprobant, cum Dn. Authore, laudatus *Bæclerus* l. c. p. 155. & Dn. *Rhetius Inſtit.* J. P. lib. 1. Tit. 27.

Tit. 17. §. 10. p. 268. add. *Fritſchium* ad *Limn.* ad lib. 4. c. 2. §. 7. Derivationem vocis *Fürſt*, à *Führen*, ſeu ducendo, non laudat *Schwederus*, part. ſpec. *Introd.* J. P. Sect. 2. Cap. 7. §. 8. p. 821. eam cum *Beſoldo* l. c. & *Speidelio*, l. c. deduci malens, à verbo *Fürſtehen*, ſeu, ab adjectivo, *forderſt*. Parum ego diſcriminis ſubeſſe puto, quamcunque etymologiam elegeris, cum & alios ducentes regulariter aliis præſint, primique exiſtant; Vid. Dn. *Becmanni Notit. dignit. Illuſtr.* Diſſert. 7. c. 8. p. 921. Compilator *des Schwaben-Spiegels*, lib. 1, c. 141, §. 6, ait: *Der Fürſt, heiſst davon ein Fürſt, daß ihm der Kænig das Fürſten-Ampt leihet, mit ſeiner Hand, und leyhet es der Kænig einem, und leyhet es fürbaß einem andern, dir mag nicht Fürſt davon heiſen, das iſt davon, daß er der Forderſte an dem Reich nicht iſt.*

1. *Princeps Imperii, (a)* ut ſpecialiter ſumitur, *eſt Princeps, votum & ſeſſionem in Comitiis habens.* Principes Imperii ſunt, vel Eccleſiaſtici, vel Seculares.

NOTÆ.

(a) IMPERII &c. Sive, eſt Princeps, certa Feuda legitimè in Imperio poſſidens, quorum intuitu, in Senatu Principum, voto & ſeſſione gaudet. Hac ratione diſtinguitur Princeps Imperii, (1) à Mediatis Principibus, quales v. g. in Sileſia dantur feudali lege Bohemo obnoxii; (2) à merè titularibus, ceu, inter Poloniæ, Italiæque Proceres, occurrunt; quorſum etiam, (3) certo modo, trahendi apanagiati in Imperio; Hinc Gloſſ. Jur. Sax. *Landrecht*, lib. 3. art. 58. ait: *Auch wiſſe, ob zu einem Fürſtenthumb viel Brüder waren; welcher von ihnen auf beſchehene Theilung, das Fürſtenthumb behalt, der iſt der Reichs-Fürſt, die andern Brüder allein bleiben ſchlechte Fürſten, und heiſſen nur Fürſten-Genoſſen &c.* Conf. ſeq. Tit. 16. §. 12. & 15.

2. Epiſcopi (*a*) & Sacerdotes omni tempore in magno honore Germanis (*b*) fuerunt, *referente Tacito, de moribus German. c. 11. dum ait: ut turbæ placuit, conſident armati, ſilentium per ſacerdotes, quibus tum & coërcendi jus eſt, imperatur: & c. 7. Cæterum, neque animadvertere, neque vincire, neque verberare, niſi ſacerdotibus, permiſſum. Non quaſi in pœnam, nec Ducis juſſu, ſed velut Deo imperante.* Apud Imperatores & Reges Francicos, nullum bellum ſuſceptum, vel prælium commiſſum, cui Epiſcopi *non interfuerint. (c) Frodoard. in Chron. ad ann. 925*, imo, nullum negotium, ſine conſilio eorum, ſuſceptum eſt, *und, bey den Frænckiſchen Kayſern, ſeynd die* Eccleſiaſtici *in den allgemeinen Reichs-Verſammlungen, (d) da man von Religions-Sachen, guter Policey, und Diſciplin, berathſchlægt, mit und neben den Reichs-Officialen, und Stænden, Seſſion, auch die oberſte Stell, Stimm und Sitz, nach dem Kænig, gehabt, auch unter dem* complexu verbi (Principum Regni) *begriffen geweſen. Daniel Heider. in actis Lindav. lit. R. R. fol. 586. Lehman. in Chron. Spirenſ. lib. 2. c. 15.* Credebant enim antiqui Imperatores, tum demum rectè omnia proceſſura, ſi Religionis antiſtites ſuis conſiliis præſentes haberent.

NOTÆ.

(a) EPISCOPI &c. Accuratiori notitiæ Epiſcopatuum inſerviunt, *Alberti Crantzii, Metropolis*, impreſſ. *Francofurti ad Mœnum*, an. 1576; commendatum Ill. *Conringio* ad *Lampadium*, part. 3, cap. 6, §. 4, p. 209; *Provinciale Romanum*, ſive, *Notitia Epiſcopatuum, Auberti Miræi*; ejusdemque Liber de *Statu Religionis Chriſtianæ, per Orbem univerſum. Caſpar Bruſchius*, Epitom. *de omnibus Germaniæ Archi-Epiſcopatibus ac Epiſcopatibus*, cujus tamen Tomus 1 ſaltem prodiit, an. 1549; complectens Annales Archi-Epiſcopatus *Moguntini*, & duodecim Epiſcopatuum ei ſuffraganeorum, una cum *Babenbergenſi*, Ejusdem *Chronologia Monaſteriorum Germaniæ Illuſtrium*, edit. Sultzbaci, 1682. *Gabriel Bucelinus*, cujus *Germania Topo-Chrono-Stemmato-Graphica, Sacra & Profana*, an. 1655, Auguſtæ Vindelicorum, excuſa, ſeries Archi- & Epiſcoporum, præcipuarumque Abbatiarum Fundatores, Conditores & Patronos, refert. *Petri Merſæi* Cratepolii, *Recenſio Electorum Eccleſiaſticorum, ut & Epiſcoporum, qui Archi-Epiſcopatui Colonienſi ſubſunt, id eſt, Leodienſium, Ultrajectinorum, Monaſterienſium, ac Mindenſium, cum ſuccincta rerum geſtarum narratione:* Colon. 1580, 8. *Wigulei Hundii, Metropolis Salisburgenſis*; Monachii, 1620; *Davidis Chytræi, Saxonia,*

xonia, Lipſ. 1597, & 1628. *Petrus Bertius*, libro 3 Commentariorum *Rerum Germanicarum*, quo *Urbes Germaniæ* exponit. *Sebaſtianus Münſterus*, libro 3 *Coſmographia*, quo *Germaniam* illuſtrat; Baſil. 1578. *Martini Zeileri Topographia*, *Archi-Epiſcopatuum Moguntini*, *Trevirenſis* & *Colonienſis &c.* *Caroli Stengelii*, *Monaſteriologia*, Auguſt. Vindel. 1619; Dn. *Chriſtiani Franciſci Paullini*, *Diſſertationes Hiſtoricæ*, Gieſſ. 1694; *Jac. Uſſerius*, de *Origine Epiſcoporum & Metropolitanorum*; Brem. 1701; *Centuriatores Magdeburgici*, cap. 2, ſingularum centuriarum, de *Propagatione Eccleſiæ*, & cap. 10, de *Epiſcopis & Doctoribus*. De Scriptoribus ſingulorum Epiſcopatuum, debito loco agam.

(*b*) GERMANIS &c. *Joachimus Vadianus* de *Collegiis & Monaſteriis Germaniæ* lib. 1, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Rer. Alaman.* pag. 4, ait: *Conſtat, antiquos Germaniæ Epiſcopos ſumma ſemper dignitate præcelluiſſe, partim quidem, ob indulgentem Principum, omnia illis honorificè deferentium, voluntatem; partim etiam, propter exiſtimationem, quam, doctrina & pietatis nomine, ſibi conciliaſſent. Qua de re vulgò, non ſolum Epiſcopi, & Archi-Epiſcopi, ſed etiam Pontifices, ac Summi quidem, vocati ſunt, cum hodie Romano Epiſcopo propè ſoli id nomen, ceu* κατ' ἐξοχὴν, *tribuatur &c.* Conf. *Meibomius*, ad lib. 1 *Witichindi*, *Annal. Saxon.* Tom. 1 *Rer. German.* pag. 677. Dn. *Werlhof*, *Notitia S. R. Imperii enucleata*, lib. 1, cap. 2, §. 45. p. 57.

(*c*) INTERFUERINT &c. Ab *Adone Viennenſi*, ad an. 714, proditum eſt, regnantibus adhuc in Francia Merovingis, *Auepotem* Præſulem, *ſecularis converſationis fuiſſe Virum, ac duxiſſe Exercitum Francorum in Suevos*; manifeſto documento, Epiſcopos, jam ante *Carolum Magnum*, ſeculi negotiis ſe immiſcuiſſe. Conf. Dn. *Schurtzfleiſchius*, Not. in *Michaëlis Bojemi Vitam Alberti III*, *Animoſi*, *Ducis Saxoniæ* p. m. 109.

(*d*) REICHSVERSAMLUNGEN &c. Epiſcopos, diu ante *Caroli Magni* Imperium, à Francorum Reipublicæ moderatoribus, in conſilium fuiſſe adhibitos, ex antiquiſſimæ Alamannorum Legis, à *Clothario* 2, Francorum Rege, emendatæ, prologo, præced. Tit. 2, §. 7, lit. a, pag. 42, conſtat. *Dagobertum*, *cum conſilio Pontificum*, *Sigeberto* filio *Auſtraſiam* dediſſe regendam, *Fredegarii* auctoritate, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 74, nititur. *Chlodovæi III* Præceptum, de *Nocido*, ſuper *Iſeram*, in *Camiliacenſi* Pago, an. 692, ſic incipit: *Cum Nus, in Dei nomine, Luſarca, in Palatio noſtro, una cum Apoſtolicis Viris, in Chriſto Patrebus Noſtris, Sigofrido, Conſtantino, Gribone, & Urſiniano, Epiſcopis; nec non & Inluſtribus Viris, Ragnoaldo, Nordeberitho, Ermenfrido, Optemates; Madelulfo, Erconaldo, Gravionebus; nec non & Benedicto, & Chardoino, Seniſcalcis, ſeu Marſone, Comiti Palatii Noſtro, ad univerſorum cauſas audiendas, vel recto judicio terminandum, reſederimus &c.* Vid. *Mabillon* lib. 6, de *Re Diplomat.* §. 18, pag. 474. Conf. Ejusdem Placitum, de *Baldanacurte*, in *Belvacenſi* Pago, an. 693, l. c. §. 19, pag. 475; nec non Præceptum *Childeberti*, *de Nocito Villa*, ad *Tunſonis*-Vallis Monaſterium pertinente, an. 697, l. c. §. 14. p. 479: *Cum Nus, in Dei nomine, Compendio in Palatio Noſtro, una cum Apoſtolecis Viris, in Chriſto Patrebus Noſtris, Anſoaldo, Savarico, Turnochaldo .... Epiſcopis; nec non & Inluſtri Viro, Pippino, Majorim Domus Noſtro; Agnerico, Antenero &c. Optematis; Ermentheo, Athalrico, Jonathan, Comitebus; Wlfolacco, Arghilo, Madlulfo, Domeſticis; Benedicto, Ermedramno, Seniſcalcis &c. ad univerſorum cauſas audiendum vel recto judicio termenandum, reſediremus &c.* *Carolomannus*, *cum conſilio Servorum Dei*, *congregavit Synodum* an. 742, &, *per Conſilium Sacerdotum, Religioſorum & Optimatum, ordinavit, per Civitates, Epiſcopos &c.* Vid. l. c. *Pipinus, una cum Optimatibus, vel Pontificibus, Apoſtolicis Patribus, &c. in Palatio Attiniacenſi*, ann. 750, *ad univerſorum cauſas audiendas, vel recto judicio terminandas, reſedit.* Vid. l. c. Moribundus idem Princeps, an. 768, *omnes Proceres ſuos, Duces & Comites Francorum, tam Epiſcopos, quam Sacerdotes, ad ſe venire præcepit, ibique, una cum conſenſu Francorum, & Procerum ſuorum, ſeu & Epiſcoporum, Regnum Francorum, æquali ſorte inter Filios diviſit &c.* Vid. l. c. pag. 76. Nolo, ad Conſtitutionem *Caroli Magni*, de *Aquisgranenſi* Sede provocare, quam Cæſarem ita inchoaſſe tradit *Lehmannus* lib. 2, *Chron. Spir.* cap. 39, pag. 150: *Ego Carolus, qui, Deo favente, curam Regni gero, & Romanorum Imperator exiſto, conſilio Principum Regni Noſtri, Epiſcoporum, Ducum, Marchionum, ac Comitum, rogatu vero tam liberorum, quam ſervorum, in plurimo generali Conventu, in diverſis locis Regni Noſtri habito, diſcuſſi &c.* cum ob cauſas, præced. Tit. 2, §. 7, lit. a, pag. 43, & Tit. 8, §. 2, lit. t, pag. 888 allatas, dubiæ ſit fidei. Anno 813 vero, omni laude dignus hic Princeps, declaraturus filium, *Ludovicum*, futurum Imperatorem, *Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, loco poſitis, habuit grande Colloquium cum eis, Aquisgrani Palatio, pacifice & honeſte ammonens, ut fidem erga filium ſuum oſtenderent, interrogans omnes, à maximo, usque ad minimum: Si eis placuiſſet, ut nomen ſuum, id eſt, Imperatoris, filio ſuo, Ludowico, tradidiſſet?* Vid. *Theganus* præced. Tit.

2, §. 10, lit. d, p 79. Imperante *Ludovico Pio, bis in anno, Placita tenebantur; unum, quando ordinabatur Status totius Regni, ad anni vertentis ſpatium - - - - in quo Placito Generalitas Univerſorum*, **Majorum**, *tam* **Clericorum**, *quam* **Laicorum**, *conveniebat: Seniores, propter Conſilium ordinandum; Minores, propter idem conſilium ſuſcipiendum &c.* Ita *Hincmarus*, de *Ordine Palatii*, Epiſt. XIV, cap. XXIX, pag. 211, & cap. XXXV, pag. 214, pergens: *Seniorum ſuſceptacula ſic in duobus diviſa erant, ut primò omnes Epiſcopi, Abbates, vel hujusmodi honorificentiores clerici, abſque ulla Laicorum commixtione, congregarentur. Similiter Comites vel hujusmodi Principes, honorificabiliter à cætera multitudine, primo mane, ſegregarentur. &c.* An. 826, *in Publico Conventu Optimatum ſuorum, cum Sacerdotibus, cæteriſque Fidelibus ſuis, tractare cœpit &c.* Hæc *S. Rembertus*, in vita *S. Anſcharii*, cap. VI, p. m. 55. Vid. ſupr. l. c. pag. 81. Hinc *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slav.* cap. IV, §. 1, p. m. 17 & 18: *Paternis per omnia votis concordans* (Ludovicus Pius) *eadem liberalitate, qua Pater Ejus, erga cultum domus Dei, & omnem Clerum, uſus eſt, ampliſſimas Regni divitias, ad decorum & gloriam Eccleſiæ, intorquens, in tantum, ut Epiſcopos, qui, propter animarum regimen, Principes ſunt Cœli, ipſe eosdem nihilominus Principes efficeret Regni &c.* Quæ verba etiam B. *Zieglerus*, de *Epiſcopis*, lib. 3, cap. 30, §. 98, pag. 871; Dn. *Rhetius*, Inſtit. J. P. lib. 1, Tit. 2, §. 96, p. 112, aliique, proferunt. Conf. *Schilterus*, Comment. ad Codicem *Juris Alaman. Feudal.* cap. 1, §. 1, v. 7, p. 24. *Beuſt.* de *Jurib. Majeſtatis, circa Religionem*, §. 104. Quo inſuper ſpectant, ab *Alberico, Monacho trium fontium* ad an. 817, p. m. 163. tradita: *Imperator Ludovicus humilitatem Eccleſiaſtici Status exaltat, & rigorem Clericalis diſciplinæ temperat admixtione gloriæ ſecularis &c.* Add. Charta an. 838, apud *Piſtorium, Antiquit. Fuldenſ.* pag. 474; An. 833: *Nos Epiſcopi ſuper Imperio Domini & Glorioſiſſimi Lotharii Imperatoris, conſtituti, - - - - apud Compendium Palatium, generaliter convenimus, & memoratum Principem humiliter audivimus &c.* Ita Præſules, in nefanda depoſitionis charta, adverſus Ludovicum Pium edita, apud *Pithœum*, pag. 313. Cum, an. 877, in Comitiis *Ticinenſibus, Carolus Calvus* Imperator confirmaretur, *omnes Epiſcopi, Abbates, Comites, ac reliqui, qui convenerant, Italici Regni Optimates, perpetuam optarunt proſperitatem & pacem &c.* Vid. *Pithœus*, pag. 506. Recentiora tempora ne tangam.

3. Sane præfati Epiſcopi, circa honorum aucupia ſoliciti, dum reliqui bello & armis ſtudebant, literis imbuti & politicis negotiis in dies aſſueti, primariis officiis admovebantur: exemplo ſunt *Archi-Cancellariatus* Imperii noſtri.

4. Et dum Conſiliis ſuis neceſſarios ſe reddebant Imperatoribus, *magno honore (a)* quocunque tempore, eos ſunt proſecuti, & magna eorum liberalitas in eos exiſtebat. *Caroli Magni* quidem conſuetudo non fuit, integras provincias, cum Imperio, Eccleſiis donare, ſed pecuniam tantùm & mobilia, quandoque etiam prædia, ex quibus Epiſcopi & Presbyteri ſeſe ſuſtentare poterant. In teſtamento ſuo, ſive codicillis, aurum & ſupellectilem ſuam Eccleſiis diviſit. *Eginhard. in vita Caroli M.* Filius, *Ludovicus Pius*, *(b)* ob maximam in religione devotionem, & venerationem erga Clerum, ipſis Epiſcopis, aliiſque Præpoſitis Eccleſiarum, certos *(c)* fundos & reditus aſſignavit, eosque titulo Principis condecoravit, id quod *Carolus* Pater ejus nunquam fecit, ſed eos vocavit Summos Pontifices, Epiſcopos, Præſules, Abbates, Parochos, & Sacerdotes. *Frodoard. in Chron. ad ann. 926. Lehman. in Chron. Spirenſ. lib. 2. c. 16.*

NOTÆ.

(a) MAGNO HONORE &c. Huc quadrant querelæ *Hilperici* Regis *Sueſſionenſis*, apud *Gregorium Turonenſem* lib. 6. *Hiſtor. Franc.* cap. ult. p. 147, ibi: *Ecce pauper remanſit fiſcus noſter: Ecce divitiæ Noſtræ ad Eccleſiam ſunt translatæ. Nulli penitus, niſi ſoli Epiſcopi, regnant: periit honor noſter, & translatus eſt ad Epiſcopos Civitatum &c.* ſeu, ut *Aimoinus*, lib. 3, de *Geſtis Francorum*, cap. 57, p. m. 328, habet: *Ecce, divitiæ noſtræ ad Eccleſias tranſierunt; ſoli nunc Epiſcopi regnant: ſolis eis defertur honor &c.* Memor *Dagoberti* Regis, *Albinus Flaccus Alcuinus*, in vita *Richarii* Presbyteri, cap. 1, apud *Surium*, 26 April. p. m. 329, ait: *Optimates*

tes ſuos dignitatibus exaltavit, & Servos Dei honoribus excoluit &c.

(*b*) OB MAXIMAM &c. Conf. locum *Helmoldi*, præc. §. 2, lit. d,

(*c*) FUNDOS &c. Id jam antea factum, ex ſeq. §. 5. pateſcet.

5. Lapſis Francorum rebus, *(a)* ita largæ factæ ſunt Principum donationes, ut *oppida* etiam, vici & integri Ducatus Epiſcopis concederentur. Quo immenſæ privatorum largitiones accedebant, ita, ut, cum Epiſcopi ſe ſummis honoribus præfulgere, & opibus abundare, viderent, facile dignitatem Statuum Imperii, & poteſtatem ſecularem, Principibus parem, ambirent; imprimis cum natalium ſplendore (*b*) reliquis plerumque æquales exiſterent. Id quod factum *Ottonis Primi (c)* tempore; hic enim omnium primus juriſdictionem *ſecularem (d)* territorialem, cum regalibus, concedere cœpit: & *Brunoni*, Archi-Epiſcopo Colonienſi, fratri ſuo, Viro, vitâ, moribus & genere nobili, Ducatum Lotharingiæ, (*e*) cum Diœceſi Colonienſi, ſimul cum ſeculari poteſtate, contulit, illeque pariter judicio gladii temporalis, & regimine baculi paſtoralis, uſus eſt. Idem *Giſlero (f)* Archi-Epiſcopo Magdeburgenſi, Ducatum, ad Albim, Scartoviæ, gubernandum reliquit. Alios inſuper Eccleſiaſticos Ducatibus, Comitatibus, aliiſque feudis & pagis, cum temporali poteſtate & juriſdictione, æque auguſta liberalitate, ditavit, Id quod viris iſtius temporis ſecularibus cordatis, contra ordinem juris, conceſſum eſſe videbatur: & in Chron. Erfurt. M. S. emphatice ſcriptum reperitur: *Da begunten zuerſt die Biſchœffe weltliche Rechte zu haben, das daucht damals ohnbillich manchen Mann. vid. etiam Lehm. l. 4. c. 3.*

NOTÆ.

(*a*) LAPSIS FRANCORUM REBUS &c. Imò, iis adhuc florentibus. Separandæ à ſe invicem Quæſtiones: (1) *Quo tempore, Epiſcopi Juriſdictionem in Clericos obtinuerint?* (2) *Quando ſecularia Bona, eorumque intuitu Juriſdictionem Secularem, ſint conſecuti?* (3) *Quando Imperialis Banni, ſeu Superioritatis Territorialis, facti ſint participes?* (4) *Quando Comitiorum juribus frui cœperint?*

(1) Ab initio, *ſecularibus curis agitari*, penitus Epiſcopis fuiſſe interdictum, ex 2 ad *Timoth.* 2, v. 4, diſcimus. Add. *Canonum Apoſtolicorum* Sextus, Edit. Coloniæ Munatianæ, an. 1670; aliis, Septimus: *Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, Seculares curas non ſuſcipito: alioquin deponitor &c.* & Can. LXXX: *Dicimus, quod non oporteat Epiſcopum, aut Presbyterum, publicis ſe adminiſtrationibus immittere,* (immiſcere) *ſed vacare, & commodum ſe exhibere uſibus Eccleſiaſticis &c.* & Can. LXXXII: *Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui Militia vacaverit, & ſimul utrumque retinere voluerit, tam Officium Romanum, quam functionem Sacerdotalem, deponitor &c.* ad quos Canones pii ſemper Viri provocarunt. Auctor Epiſtolæ *Clementis* nomen præ ſe ferentis, ad *Jacobum*, Fratrem Domini, apud *Gratianum*, Cauſ. XI, Quæſt. I, c. 29, *Te quidem &c.* ait: *Te quidem oportet irreprehenſibiliter vivere, & ſummo ſtudio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abjicias: ne fidejuſſor exiſtas: ne Advocatus litium fias: neve in ulla aliqua occupatione prorſus inveniaris, mundialis negotii occaſione, perplexus. Neque enim Judicem, aut cognitorem ſecularium negotiorum, hodie Te ordinare vult Chriſtus: ne, præfocatus præſentibus hominum curis, non poſſis verbo Dei vacare, &, ſecundum veritatis regulam, ſecernere bonos à malis &c. S. Cyprianus,* lib. I. *Epiſtol.* Epiſt. 9: *Graviter commoti ſumus, Ego, & Collegæ mei, qui præſentes aderant, & Com-Presbyteri noſtri, qui nobis aſſiſtebant, cum cognoviſſemus, quod Geminius Victor, frater noſter, de ſeculo excidens, Geminium Fauſtinum, Presbyterum, Tutorem teſtamento ſuo nominaverit, cum jam pridem, in Concilio Epiſcoporum, ſtatutum ſit: Ne quis de Clericis, & Dei Miniſtris, tutorem, vel Curatorem, teſtamento ſuo conſtituat, cum ſinguli divino ſacerdotio honorati, & cuncti in Clericali Miniſterio conſtituti; non niſi Altari, & ſacrificiis, deſervire, & precibus, atque orationibus, vacare debeant; ſcriptum eſt enim: Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus, ut poſſit placere Ei, cui ſe probavit. Quod cum de omnibus dictum ſit,*

ſit, quando magis moleſtiis & laqueis ſecularibus obligari non debent, qui divinis rebus, & ſpiritualibus, occupati, ab Eccleſia recedere, & ad terrenos, & ſeculares actus, vocare non poſſunt &c. B. *Hoſius*, in Epiſtola ad *Conſtantinum* Imp. apud *Athanaſium*, Tom. I. Oper. in Epiſtola *ad Solitariam vitam agentes*, pag. m. 840. *Tibi Deus Imperium commiſit; Nobis, quæ ſunt Eccleſiæ, concredidit. Et, quemadmodum qui Tuum Imperium occultis conatibus invadit, contradicit Ordinationi Divinæ; ita & Tu cave, ne, quæ ſunt Eccleſiæ, ad Te trahens, magno crimini obnoxius fias --- Neque igitur fas eſt Nobis in Terris Imperium tenere, neque in thymiamatum & ſacrorum poteſtatem habes, Imperator &c.* D. *Ambroſius*, in Comment. in 2. Timoth. 2, v. 4. *Eccleſiaſticus idcirco Deo ſe probat, ut huic devotus officium impleat, quod ſpoſpondit, in Dei rebus ſolicitus, à ſeculari negòtio alienus; non enim convenit, unum duplicem poſſeſſionem habere &c. Chryſoſtomus*, in eundem locum: *Dicta ſunt quidem iſta ad Timotheum, dicuntur autem, per illum, quoque Magiſtris omnibus, atque diſcipulis. Nullus ergo Epiſcopatu præditus hæc audire detrectet, ſed agere ea plane detrectet &c.*

Patres *Oecumenici Chalcedonenſis I Concilii*, Can. 3, act. 15. *Definit S. Synodus, neminem deinceps, nec Epiſcopum, nec Clericum, nec Monachum, vel poſſeſſiones conducere, vel ſecularibus poſſeſſionum adminiſtrationibus ſe ipſum ingerere &c.* In Concilio *Carthaginenſi* IV, Can. 20, cautum: *Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe revocet, ſed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi, tantummodo vacet &c.* Sic & *Zacharias*, P. R. in Epiſt. ad Francos, apud *Baronium*, Tom. IX, *Annal.* ad an. 744, §. 5, p. m. 179. *Vobis, in vera confeſſione, & ſimplici corde, ad Deum accedentibus, ſicut Moyſes, ille amicus Dei, orando pugnabat, & Jonathas cum Populo Iſrael, bella Domini præliando, vincebat: ita & vos agere oportet, cariſſimi mihi, ut ſitis adjutores Populo veſtro, orando, & bonis actibus inhærendo, declinantes à curis & negotiis Secularibus --- Principes, & ſeculares homines, atque bellatores, convenit, curam habere & ſolicitudinem, contra inimicorum aſtutiam, & Provinciæ defenſionem; Præſulibus vero, Sacerdotibus, atque Dei ſervis, pertinet, ſalutaribus conſiliis, atque Orationibus, vacare, ut, vobis orantibus, & illis bellantibus, Deo præſtante, Provincia ſalva perſiſtat &c.* Et *Nicolaus* Papa, Epiſt. 7, ad *Michaëlem* Imper. apud *Gratianum*, Diſt. X, C. 8, *Quoniam idem &c.* & Diſt. 96, c. 6, *Cum ad verum &c. Theophylactus*, in præfatum locum *Pauli* ad *Timotheum*: *Negotiis, dicens, tumultus ac turbas notavit, per ipſa etiam vocabula dehortans. Quid te ipſum implicas? quid in turbas atque negotia te ipſum injicis? Solam militiam cura, ſic placebis Imperatori tuo, Chriſto qui te in Militiam delegit &c.* nec aliter *Bernhardus*, lib. I, de *Conſideratione*, ad *Eugenium* P. R. cap. 5; *Gratianus*, Diſt. 88, c. 3. *Epiſcopus &c. Johannes de Pariſiis*, de *Poteſtate Regia & Papali*, cap. 10, apud *Schardium*, *de Juriſdictione Imperiali*, p. m. 124; *Marſilius Patavinus*, in *Defenſore Pacis*, part. 2, cap. 5, apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Monarchia*, p. 200, 203 &c. & cap. 28, p. 299; *Guilielmus de Ockam*, in *Octo Quæſtionibus*, *ſuper Poteſtate Papali*, Quæſt. 1, cap. 4, apud eundem l. c. pag. 317; *Philotheus Achillinus*, in *Somnio Viridarii*, lib. 2, cap. 48, apud eundem l. c. Tom. 1, pag. 161; *Gregorius de Heimburg*, in *Admonitione*, *de Injuſtis Uſurpationibus Paparum Romanorum, ad Imperatorem, Regesque & Principes Chriſtianos*, apud eundem l. c. pag. 558; *Paulus Venetus*, in *Conſiderationibus Cenſurarum Pauli V, Pontificis, contra Rempublicam Venetam*, apud eundem l. c. Tom. 3, p. 293; *Nicolaus Craſſus*, in *Antiparæneſi*, ad *Baronium*, *pro Republica Veneta*, apud eundem l. c. p. 418; & ſexcenti alii. Multo minus *Juriſdictione Seculari* gaudebant, ſemper in animum revocantes Novi Fœderis præcepta & regulas: *Matth. XX, 25. Marc. X. 41 & Luc. XXII, 25 & 26. Reges Gentium dominantur illis, & poteſtatem ſuper eas habentes, Benefactores vocantur; Vos verò non ſic, ſed major inter vos, fiat ſicut junior, & dux, ſicut miniſtrans &c.* Ad *Rom. XIII, 1. Omnis anima Poteſtatibus, ſupereminentibus ſubdita eſto &c. Tit. III, 1. Commonefac eos, ut Principatibus, & Poteſtatibus, ſubditi ſint & obtemperent &c. I. Petr. 2, v. 13. Subjecti eſtote omni humanæ Creaturæ, propter Dominum, ſive Regi, & Supereminenti; ſive Præſidibus, tanquam per ipſum miſſis &c. I. Petr. 5, v. 2 & 3. Paſcite gregem Dei, qui inter vos, inſpicientes, non coactè, ſed lubenter: neque cum cupidine lucri, ſed prompte; neque ut Dominantes in Clero, ſed ut exempla ſitis Gregis &c.* Ecce, quid ad hæc Patres, aliique Viri cordati? *Origenes*, Tract. XII, in *Matthæum*: *Principes Gentium, non contenti, tantum regere ſuos ſubditos, violenter eis dominari nituntur. Inter vos autem, qui eſtis mei, non erunt hæc: ne fortè, qui videntur aliquem habere in Eccleſia Principatum, dominentur Fratribus propriis, vel poteſtatem in eos exerceant. Quoniam ſicut omnia carnalia in neceſſitate ſunt poſita, non in voluntate: ſpiritualia autem in voluntate, non in neceſſitate; ſic & Principes ſpirituales; Principatus eorum in dilectione ſubjectorum debet eſſe poſitus, non in timore corporali --- Principis*

Digitized by Google

cipes ergo Gentium dominentnr eis; Principes autem Eccleſiarum ſerviant ſubditis .... Hac antem diximus, volentes oſtendere, qnod Eccleſiarum Principes Principum mundanorum imitatores eſſe non debent, ſed imitari debent Chriſtum, acceſſibilem, & mulieribus loquentem, & pueris manus imponentem, & diſcipulis ſuis pedes lavantem, atque tergentem, exemplum eis dantem, ut & ipſi ſimiliter faciant Fratribus ſuis &c. & Homil. 6, in Eſaiam: Principes quidem Gentium dominantur eis, & qui poteſtatem habent in illis, Magiſtratus vocantur. Non ſic autem erit in vobis; ſed, qui vult veſtrûm eſſe major, erit omnium minimus. Qui vocatnr ergo ad Epiſcopatum, non ad Principatum vocatur, ſed ad ſervitutem totius Eccleſiæ &c. rurſus, lib. 9, in Epiſtolam ad Romanos, cap. 13: Ex quo apparet, Judices mundi partem maximam Dei Legis implere: omnia enim crimina, quæ vindicari vult Deus, non per Antiſtites, & Principes Eccleſiarum, ſed, per Mundi Judices voluit vindicari; & hos ſciens Paulus, rectè eum Miniſtrum Dei vocat, & Judicem in eum, qui, quod malum eſt, agit &c. his & Tertullianus, lib. de Idolis, c. 8: Chriſtus Gloriam ſeculi, & Sibi, & ſuis, aliena eſſe judicavit &c. Hoſius Cordubenſis, in Epiſtola, ad Conſtantium Imp. cujus verba modò recitavi. Gregorius Nazianzenus, in Oratione, ad Cives Nazianzenos: Inter cæteras noſtræ doctrinæ Leges, hanc quoque habemus cum primis laudandam, & à Spiritu, qui id, quod præſtare poſſumus, cum eo, quod pulchrum & honeſtum eſt, exploravit, legeque ſanxit, præclare conſtitutam, quâ ut ſervi heris ſuis, & uxores viris, & Eccleſia Chriſto, & diſcipuli Magiſtris ac Paſtoribus, dicto audientes eſſe atque obtemperare jubentur; ita nobis etiam præſcribitur, ut ſublimioribus Poteſtatibus pareamus, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam, ut qui pendendo tributo ſimus obnoxii &c. Ambroſius, Comment. in Johannem: Apoſtolus voluit ſerviri Regibus, voluit honorari Reges, & dixit: Regem reveremini. Nolite dicere: Quid mihi & Regi? Quid tibi ergo, & poſſeſſioni? Per Jura Regum poſſidentur poſſeſſiones: Per Imperatores & Reges ſeculi, Deus jura humana diſtribuit Generi humano &c. &, in Oratione, de Tradendis Baſilicis, contra Auxentium: Si tributum petit Imperator, non negamus: Agri Eccleſiæ ſolvunt tributum. Si agros deſiderat Imperator, poteſtatem habet vendicandorum &c. Et in Lucam, lib. 10, c. 20: Si tu non vis eſſe obnoxius Cæſari, noli habere, quæ mundi ſunt. Sed, ſi habes divitias, obnoxius es Cæſari &c. Chryſoſtomus, in Cap. 13 ad Romanos, verb: Omnis anima Poteſtatibus &c. Etiamſi Apoſtolus ſis, ſive Evangeliſta, ſive Propheta, ſive quisquis tandem fueris, neque enim pietatem ſubvertit iſta ſubjectio &c. & Homil. 4. in Verba Eſaiæ de Oſia: Regi corpora commiſſa ſunt: Sacerdoti animæ. .... Ille cogit: hic exhortatur; Ille habet arma ſenſibilia: hic arma ſpiritualia; Ille bellum gerit cum Barbaris: mihi bellum eſt adverſus dæmones. .... Nam Sacerdotis tantum eſt arguere, & audacter ac libere admonere, non movere arma, non clypeos uſurpare, non vibrare lanceam, nec arcum tendere, nec jacula mittere, ſed tantum arguere, ac conſtantiam oſtendere &c. Rurſus, Homil. 3, in Acta Apoſtolorum: Illic (in Republica) plures ſunt, qui adjuvant, eò quod Legibus ac mandatis omnia peragantur; Hic vero (in Eccleſia) nihil tale; neque enim licet ex auctoritate præcipere &c. Auguſtinus, in præfata verba, Rom. XIII: Omnis anima &c. Quid enim eſt omnis anima, niſi omnis homo? .... Omnis anima ſubdita ſit, id eſt, omnis homo ſubditus ſit. Quem nomine animæ ideo ſignifico, ut non ſolum corpore, ſed & voluntate ſerviatis. Omnis ergo anima ſubdita ſit, ut & voluntate ſerviat Poteſtatibus ſecularibus, bonis & malis, ſcilicet: Regibus, Principibus, Tribunis, Centurionibus, & aliis hujusmodi. Ecce quid intelligebat Apoſtolus, per Poteſtates ſublimiores, quoniam Seculares Principes tunc ſubjungit &c. &, ſuper Johannem, Salvatoris perſonam induens: Audite Judæi & Gentes, audite præputium, audite omnia Regna! non impedio Dominationem veſtram in hoc mundo, quoniam Regnum meum non de hoc mundo &c. Gelaſius P. R. apud Venericum Vercellenſem. Libr. de Unitate Eccleſiæ conſervandæ; referente Schardio, de Juriſdictione Imper. p. m. 2: Chriſtus, memor fragilitatis humanæ, quod ſuorum ſaluti congrueret, diſpenſatione magnifica temperaret, ſic actionibus propriis, dignitatibusque diſtinctis, officia poteſtatis utriusque diſcrevit, ut & Chriſtiani Imperatores, pro æterna vita, Pontificibus indigerent; & Pontifices, pro temporalium curſu rerum, Imperialibus diſpoſitionibus uterentur, ac ſic modeſtia utriusque Ordinis curaretur, ne utroque ſuffultus extolleretur &c. Symmachus P. R. in Libro Apologetico, adverſus Anaſtaſium Imp. de an. 503, apud Goldaſtum, T. 3. Conſtit. Imper. p. 615, & Baronium, Tom. VI. Annal. ad h. a. pag. m. 560: Conferamus honorem Imperatoris cum honore Pontificis: inter quos tantum diſtat, quantum ille rerum humanarum curam gerit, iſte divinarum. Tu, Imperator, à Pontifice baptiſmum accipis, ſacramenta ſumis, orationem poſcis, benedictionem ſperas, pœnitentiam rogas: poſtremò, tu humana adminiſtras: ille divina diſpenſat &c. Gregorius Magnus, P. R. lib. 2, Epiſt. 61: Ad hæc, poteſtas ſupra omnes homines, Dominorum meorum Pietati cælitus data eſt &c. Nicolaus I, P. R. Epiſt. 17: Militum Chriſti, & Chriſto ſervire: Militum Seculi, Seculo, ſicut ſcriptum eſt: Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus. Quod ſi ſeculi Milites ſeculari Militiæ ſtudent, quid ad Epiſcopos, & Milites Chriſti, niſi ut vacent orationi? &c. Idem, In Epiſt. ad Albinum Archi-Epiſcopum, apud Gratianum, Cauſ. 33, Quæſt. 2, c. 6, Inter hæc &c. Sancta Dei Eccleſia mundanis

nunquam conſtringitur Legibus: Gladium non habet, niſi ſpiritualem, non occidit, ſed vivificat &c. *Petrus Damiani*, lib. 4, Epiſt. 9, ad *Odericum*, Firmianum Præſulem: *Inter Regnum & Sacerdotium propria cujusque diſtinguantur officia, ut Rex armis utatur Seculi, & Sacerdos accingatur gladio ſpiritus, qui eſt Verbum Dei. Et Aſarias Rex, qui Sacerdotale uſurpat Miniſterium, lepra perfunditur; &, ſi ſacerdos arma corripit, quod utique Laicorum eſt, quid meretur? &c.* *Anſelmus Cantuarienſis*, in cap. 26, *Matthia*: *Sunt & Miniſtri Seculares, à quibus Temporalia: & Spirituales, à quibus debent tractari Spiritualia. Datur ergo materialis gladius carnalibus: ſpiritualis autem Miniſtris ſpiritualibus. Sed, ſicut non convenit Regibus, quod ad ſtolam pertinet; ſic nec Epiſcopis, quæ Regis ſunt, exercere &c.* *Bernhardus*, lib. 1, de *Conſideratione*, ad *Eugenium III*, P. R. apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Monarchia*, p. 70: *Habent hæc infima & terrena Judices ſuos, Reges & Principes Terræ. Quid fines alienos invaditis? quid falcem veſtram in alienam meſſem extenditis? &c.* & lib. 1, pag. 74: *Si ſapis, eris contentus menſura, quam tibi menſus eſt Deus. Nam, quod amplius eſt, à malo eſt. Diſce, exemplo Prophetico, præſidere, non tam ad imperitandum, quam ad fatigandum, quod tempus requirit; diſce: ſarculo tibi opus eſſe, non ſceptro, ut opus facias Prophetæ - - - - Eſto, ut alia, quacunque ratione, Tibi vindices; ſed non Apoſtolico jure: Nec enim Tibi Ille* (Petrus) *dare, quod non habuit, potuit. Quod habuit, hoc dedit; ſolicitudinem, ut dixi, ſuper Eccleſias. Numquid dominationem? audi Ipſum: Non dominantes, ait, in Clero, ſed forma facti Gregis. Et, ne dictum ſola humilitate putes, non etiam veritate, vox Domini eſt in Evangelio: Reges Gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, Benefici vocantur. Et infert: Vos autem non ſic. Planum eſt, Apoſtolis interdicitur dominatus. I ergo tu, & tibi uſurpare aude aut dominans Apoſtolatum, aut Apoſtolicus dominatum; plane ab alterutro prohiberis: ſi utrumque ſimiliter habere voles, perdes utrumque; alioquin non te exceptum illorum numero putes, de quibus queritur Deus ſic: Ipſi regnaverunt, & non ex me; Principes extiterunt, & non cognovi eos. Jam, ſi, regnare ſine Deo, juvat, habes gloriam, ſed non apud Deum: at ſi Interdictum tenemus, audiamus Edictum: Qui major eſt veſtrum, ait, fiat ſicut minor, & qui Præceſſor eſt, ſicut qui miniſtrat. Forma Apoſtolica hæc eſt: Dominatio interdicitur: indicitur miniſtratio &c.* & rurſus: *Ubi aliquando quispiam Apoſtolorum Judex ſederit hominum, aut diviſor terminorum, aut diſtributor terrarum; Stetiſſe denique lego Apoſtolos judicandos, ſediſſe judicantes non lego &c.* Audi *Alexandrum III*, in *Decretali*, an. 1175, ſcripta, in *C. Recolentes*, 3, X. de *Statu Monachorum*, quid Abbatibus & Conventibus totius Ordinis Ciſtercienſis, ſecularibus bonis nimis ſtudioſe inhiantibus, dicat: *Dolentes dicimus, quod, etſi non ab omnibus, neque in omnibus, à pleruque tamen, & in pluribus, ab illa ſancta inſtitutione dicitur declinatum, in tantum, ut aliqui ex vobis, primæ inſtitutionis obliti, contra Ordinis Veſtri regulam, Villas, Eccleſias, & Altaria, poſſident, fidelitates & hominia benigne ſuſcipiunt, juſtitiarias & tributarias tenent &c.* & rurſus: *Læditur hinc Ordo Veſter penitus & vitiatur; nec eſt hæc mutatio dexteræ excelſi, ſed potius de dextera in ſiniſtram, qui, relicto Seculo, ſub paupertatis habitu, Deo militare decreverunt, negotiis denuo ſecularibus implicentur. Inde eſt, quod & vobis, ab aliis, qui foris ſunt, contentiones & litigia ſuſcitantur, & Abbatibus, in cauſis forenſibus occupatis, & plurimum in commiſſis domibus, & tepor Ordinis, & diſſolutio naſcitur charitatis &c.* Exhibet hanc *decretalem*, doctiſſ. Abbas *Manrique*, in *Annalib. Ordinis Ciſterc.* ad an. 1171, Tom. 2, cap. 7; unde ſua hauſere Dnn. *Hertius & Wegelinus*, Diſſ. de *Ordinis Ciſtercienſis jactitata exemptione à ſuperioritate & Advocatia Regionum S. R. J. dominorum*, an. 1703, Gieſſæ ventilata, Sect. 2, §. 9, p. 45. *Hugo*, Abbas Canonicorum Regularium Cœnobii *Victorini*, ad muros *Pariſienſes*, *Bernhardo* coævus, lib. 2, de *Sacramentis Fidei*, p. 3, c. 4: *Terrena poteſtas caput habet Regem: Spiritualis poteſtas habet Summum Pontificem. Ad poteſtatem Regis pertinent quæ terrena ſunt, & ad terrenam vitam facta omnia. Ad poteſtatem Summi Pontificis, pertinent quæ ſpiritualia ſunt, & vitæ ſpirituali attributa univerſa &c.* *Gratianus*, Cauſ. XI, Quæſt. 1, C. 27, *ſi tributum &c.* & paſſim alibi; *Johannes de Pariſiis*, de *Poteſtate Regia & Papali*, cap. 8, apud *Schardium*, de *Juriſdict. Imper.* p. 122; cap. 10, pag. 124, & cap. 14, pag. 132; *Marſilius Patavinus*, part. 2. *Defenſoris Pacis*, cap. 4, apud *Goldaſtum*, T. 2, *Monarchia*, pag. 196 & 199; cap. 5, p. 201, 203, 204; cap. 11, p. 221; cap. 16, pag. 244; c. 24, p. 272, & c. 28, pag. 298 & 300. *Petrus de Cugneriis, & Petrus Bertrandus*, Cardinalis, de *Juriſdictione Eccleſiaſtica & Politica*, ibid. pag. 1365; Anonymus, de *Ætatibus Eccleſiæ*, cap. 1, ibid. Tom. 1, p. 25 & 26; *Guilielmus de Ockam*, de *Juriſdictione Imperatoris, in cauſis matrimonialibus*, ibid. p. 21; nec non in *Octo Quæſtionibus, de Poteſtate Papalis*, Quæſt. 1, cap. 7, ibid. Tom. 2. p. 323; cap. 10, pag. 325 & 326: Quæſt. 2, cap. 5, p. 339; Quæſt. 3, cap. 3, p. 348 & 349; Idem, in *Dialogo* lib. 1, cap. 7, ibid. pag. 478, & cap. 9, pag. 781; ut & in *Opere nonaginta dierum*, cap. 93, ibid. pag. 1156; *Rudolphus Prællæus*, de *Poteſtate Pontificali & Regia*, l. c. Tom. 1, pag. 40. *Philotheus Achillinus*, in *Somnio Viridarii*, lib. 1, cap. 90, l. c. pag. 89; cap. 100 & 102, pag. 91; Lib. 2, c. 1, pag. 149; cap. 41, 42 & 43, p. 155; cap. 47, pag. 156;

c. 84,

cap. 84, p. 161; cap. 150, 152 & 154, p. 172; cap. 156. pag. 173. *Antonius de Roſellis*, *de Poteſtate Imperatoris & Papæ*, part. 1, cap. 23, l. c. pag. 265, & c. 33, p. 269. *Gregorius de Heimburg*, in *Admonitione, de Uſurpatione Paparum*, l. c. pag. 558, 559 & 560. *M. Weſſelus, Grœningenſis*, de *Dignitate & Poteſtate Eccleſiaſtica*, cap. 13, l. c. pag. 567, & cap. 23, p. 571. *Johannes Bekinſau*, *de Supremo & abſoluto Regis Imperio* l. c. pag. 739, & 742. *Claudius Gouſtæus*, de *Poteſtate Regia in Eccleſia*, l. c. pag. 678. *Johannes Bedæus*, in *Jure Regum*, cap. 5, apud eundem, l. c. Tom. 3, p. 814, & cap. 8, pag. 821, 823; *Emundus Richerius*, de *Poteſtate Eccleſiaſtica & Politica*, ibid. pag. 799; *Johannes Servinus*, de *Delicto communi*, ibid p. 770; *Guilielmus Barclajus*, de *Poteſtate Papæ*, cap. 3, l. c. pag. 628; *Benignus Milletotus*, de *Delicto communi*, l. c. pag. 788; *Epiſtola Gallo-Franci, ad Philenetum*, *pro libertate Status & Reipubl. Venetorum*, l. c. pag. 409; Epiſtola Theologiæ Doctoris, de *nullitate cenſurarum Pauli V, contra Venetos*, l. c. pag. 369; *Paulus Venetus*, in *Conſideratione earundem cenſurarum* l. c. pag. 298; Auctor *operis eximii*, de *Vera differentia Regis poteſtatis & Eccleſiaſticæ* l. c. pag. 37 & 38; *Johannes Marſilius*, in *Exceptione contra citationem*, *per Edictum Cardinalium*, *in Cauſſa Veneta* l. c. pag. 478; *Johannes Barclajus*, in *Vindiciis, pro Regibus, adverſus Bellarminum*, cap. 3, §. 13, l. c. pag. 819; cap. 8, §. 8, p. 866, & cap. 12, §. 6, pag. 897; Auctor *Commentationis, ad Bellarmini librum: De Temporali poteſtate Papæ* l. c. pag. 843. *Hieronymus Vendramenus*, *in diſquiſitionibus, inter Paulum V, & Venetos* l. c. pag. 462, permulti alii. Fatendum interim eſt, jam Seculo IV, Epiſcopos *Juriſdictionem in ſubjectos ſibi Clericos*, exercuiſſe, *Valentiniani* Imperat. Reſcripto teſte: *Ne Clerici amplius coram Judice ſeculari cauſſam dicerent;* apud *Ambroſium*, Epiſt. 32, cujusque præc. Procem. §. 16, lit. d, pag. 18, memini. Hinc, *jure Francorum, & Germanorum, quilibet Epiſcopus, habuit, in Diœceſi ſua, Juriſdictionem in cauſſis Eccleſiaſticis, etiam mixtis; & Viduarum, & Orphanorum;* ut *Schilterus*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. 1, T. 21, §. 2, pag. 220, argum. *Capitularis Pipini* Regis, in Synodo *Vernenſi*, an. 755, Cap. penult. nec non lib. 5, Capitul. 14, vel 16, & lib. 6, Capitul. cap. 157; & Addit. IV, cap. 155; bene tradit. Imò, translatis in Eccleſias *Bonis ſecularibus*, ex quo Cæſares, & Franci, Idolorum cultui valedixerant, Præſulum auctoritatem in tantum creviſſe, ut jam ſub *Arcadio & Honorio* Impp. extraordinariam, & ſubſidiariam, aut etiam concurrentem Juriſdictionem, cum Magiſtratu Seculari, quandoque & ex compromiſſo, exercerent; l. 7, & 8, C. de *Epiſcopali Audientia;* l. 29. eod: *Novel.* 86; *Sozomenus*, lib. 1. *Hiſt. Eccleſ.* cap. 9, p. m. 413; documento ſunt.

(II) Quod *Bona Secularia*, in Eccleſias collata, indeque *fluentem* paulatim *Juriſdictionem*, attinet, notanda ſequentia.

CLODOVÆUS MAGNUS,

Francorum Rex, valde munificus erga Eccleſias noſcitur. Faciunt huc verba *Hincmari* Rhemenſis, in vita *S. Remigii*, ejusdem Eccleſiæ Archi-Epiſcopi, cap. 41, apud *Surium*, 13 Januar. p. m. 196: *Baptizatus autem Rex, cum Gente integra, plurimas Poſſeſſiones, per diverſas Provincias, S. Remigio, tam Ipſe, quam Franci potentes, dederunt: quas Ipſe, per diverſas Eccleſias tradidit, ne Franci Eum rerum temporalium cupidum eſſe, &, ob id, ad Chriſtianitatem eos vocaſſe, putarent, & fidem Chriſti, ac ſanctum Sacerdotium, vilipenderent &c.* Quem locum, ultimæ voluntatis Tabulæ *Remigii*, apud *Labbeum*, Tom. 1, *Biblioth.* MS. p. 806, illuſtrant; licet ibi non reperiam, quæ Clar. Dn. *Schurtzfleiſchius*, *in Francicarum Antiquitatum Lemmatibus*, §. 21, pag. m. 14, tradit: *Multa Clodovæi merita in Rempublicam Sacram extant, præſertim, quum Bello Gothico defunctus, jam majorem Galliæ partem, in ſua poteſtate tenebat. Quod, ſicut plerique tradunt, Remigius, cum de ultimis cogitaret, ac diſponeret, præclare teſtatum fecit, atque his conceptis verbis, plane & luculenter, deſcripſit: Cum duabus Villis, inquit, quas Ludovicus,* (Clodovæus) *à me ſacro baptiſmatis fonte ſuſceptus, amore nominis mei, Biscofesheim, ſua Lingua vocatis, mihi tradidit &c.*

Idem conceſſit *Mitiacenſi* Cœnobio, *Miciacum, & quicquid Fiſci Regii eſt, intra Fluminum alveos, corporaliter poſſidendum, absque tributis, naulo & exactione, cum Querceto, & Salicto, & utroque molendino.* Vid. ex *Dacheriani Spicilegii* Tomo V, *Mabillon*, de *Re Diplom.* lib. 6, §. 2. pag. 463 ſub an. 508. Idem, cum *Leonhardo* Confeſſori integrum nemus, *Pavum*, in *Lemovicenſi* agro, dono offerret, *inquit B. Leonardus, non totum, ſed ejus tantum partem quandam à te accipiam, Sereniſſime Rex, quando adeo promptum te expertor. Itaque quantum nocte potero, aſello meo vectus, circumire, tantum dari mihi peto. Annuit Rex libentiſſime, juſſitque omne illud ſpatium lapideis terminis definiri. Manſit autem Vir Dei in illo loco, condiditque ibi oratorium, in honorem B. Matris Dei &c.* Hæc ex Vita B. *Leonardi* Confeſſoris, c. 5, apud *Surium*, 6. Novembr. p. m. 166.

THEODEBERTUS.

Rex *Auſtraſiæ*, ex filiorum natu majori, *Theodorico*, *Clodovæi* nepos, *ingreſſus Eccleſiam S. Petri*, (Abbatiæ S. Mauri) *dedit ad ipſum locum, Fiſcum Regium qui Boſcus vocatur, cum omnibus Villis, & reditibus; qui ad eum pertinebant &c.* Ita *Fauſtus*, in vita *S. Mauri* Abbatis, condiſcipuli ſui, cap. 35, apud *Surium*, 15 Januar. p. 243.

Hac ipſa ætate, *Florus, magnis, tam in his, quam in aliis Regionibus, Poſſeſſionibus pollens, qui Primus inter primos totius Regni Francorum Proceres, decentiſſime omnia, juſſus à Rege, Palatina diſpeſuit moderamina*, (ut Fauſtus l. c. cap. 24, p. 241, loquitur) *juxta conſilium B. Mauri, Teſtamento tradidit ei omnia; &, de ſuo jure, in eius delegavit poteſtatem, atque Dominium.* Sunt ejusdem verba l. c. cap. 28, p. 241.

CLOTHARIUS I.

Rex Francorum, laudati *Clodovæi* filius, *Andegavis veniens, Viro Dei* (S. Mauro Abbati) *ad Monaſterium ſe ire velle, mandavit --- cumque veniſſet, tradidit ad ipſum locum, Fiſcum Regium, qui Blazon nuncupatur; Villam etiam, quæ Longus Campus dicitur, authoritate Regia, ibi delegavit.* Vid. *Fauſtus* l. c. cap. 41, p. 244.

Regnante eodem Principe, *Anſemundus* quidam, ejusque Uxor, *Ansleubana*, Eccleſiæ *Viennenſi*, D. *Petro*, foras Civitatis Portas exſtructæ, *dant integrum cortilo Hereditatis ſuæ, non longe à loco, qui dicitur Martis-totum, quod infra, vel foras Civitatem, hereditario jure, poſſederunt &c.* Vid. *Mabillon* l. c. §. 3, p. 463.

Deſiderii, Autiſſiodorenſis Epiſcopi, memor *Hiſtoriæ Autiſſiodorenſium Epiſcoporum* compilator, cap. 20, apud *Labbeum* l. c. Tom. I, pag. 421, ait: *Fuit, temporibus Clotharii, Glorioſi Regis ---- cujus Secularis Dignitas tanta extitit, ut ei nemo, ſuo tempore, quamvis potentiſſimus, ex æquo ſe conferre potuerit. Fuit enim propinquus Brunechildi Reginæ, & filiis ejus, tam Francorum, quam Burgundorum, Regibus &c.*

SIGEBERTUS I.

Rex Auſtraſiæ, *Clotharii I*, filius, liberalitatem ſuam ita declaravit: *Erat in Pago Cenomanico, quoddam Prædium, quod Rex Sigebertus, ejusdem ædificator Eccleſiæ, ad ejus, quam ibi Domino aggregaverat, Congregationis firmaverat Dominium &c.* Hæc *Fortunatus* Presbyter, in *Vita S. Medardi, Noviomenſis* Epiſcopi, cap. 42, apud *Surium*, 8 Junii, pag. 138.

HILPERICUS I.

Rex Sueſſionenſis, *Sigeberti* Frater, Anteceſſorum improbans largitatem nimiam, queri ſolebat: *Ecce, pauper remanſit Fiſcus noſter; ecce, divitiæ noſtræ ad Eccleſias ſunt translatæ. Nulli penitus, niſi ſoli Epiſcopi regnant, periit honor noſter, & translatus eſt ad Epiſcopos Civitatum.* Vid. *Gregorius Turonenſ.* lib. 6, *Hiſt.* cap. 46, pag. m. 147; & *Aimoinus*, lib. 3 *Geſt. Franc.* cap. 57, p. m. 318. Conf. præced. §. 4, lit. a, p. 110.

CHILDEBERTUS II.

Rex Auſtraſiæ & Burgundiæ, *Sigeberti I*, filius, Montem *Phoenus*, poſtea *Chriſmatus*, dictum, hiſce transtulit in *S. Vigorem Bojocenſium* Epiſcopum: *Novit Sanctitas tua, montem illum eſſe Regiæ ditionis, &, priſcis temporibus, Fiſcum Regalem fuiſſe. Ego vero illum, cum omnibus, quæ ad eum ſpectant, tibi trado perpetuo poſſidendum.* Vid. Auctor Hiſtoriæ *S. Vigoris*, cap. 5, apud *Surium*, 1 Novemb. p. m. 8.

DAGOBERTUS I.

Rex Auſtraſiæ, *Clotharii 2* filius, admodum largus in Eccleſias fuit. *Fredegarius Scholaſticus* cap. 79, pag. m. 147, ejus memor, inquit: *Tantæ opes ab Eodem, & Villæ, & Poſſeſſiones multæ, per plurima loca, ibique ſunt conlatæ, ut mirarentur à plurimis &c.* & *Aimoinus* lib. 4, de *Geſtis Francor.* c. 30. p. 372: *Univerſas pene Galliæ Eccleſias, Patrimonii ſui hæredes inſtituit &c.* & *Erchanberus*, in *Fragmento Breviarii Regum Francorum & Majorum Domus*, ap. *Freherum*, p. 167; *Dagobertus Rex ---- Magnificus Eccleſiarum Dei largitor, ac diſtributor fuit &c.* In fundatione Monaſterii *Wiſſenburgenſis*, de an. 624, apud *Maderum*, in Appendice *Chronici Montis Sereni*, p. m. 269 &c. his uſus eſt verbis: *Donamus ergo, & in perpetuum datum eſſe volumus, de rebus Fiſci Noſtri illic adjacentibus, quicquid ad Nos ſpectat, tam in Villis, quam mancipiis, vineis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve diſcurſibus, & omnia hæc, in uſu Fratrum, ibidem, ſub Monaſtica profeſſione Deo ſervientium, libera traditione, redigimus --- verſus Orientalem Plagam, extenditur Marcha, quam tradidimus, usque ad Morchohoven, & ad Aldenberden, & inde ad Oboldeswege; & inde*

de ſubter Vadum Lutre; & inde ad Guozdigenburſt; & inde ad limitē, qui ſtat in ſummitate Vallis Juvenesdal; & inde ducit ad Meridianam Plagam, ſuper Warsbach; & inde ad Bodemloſeſtapha; & inde ad Schach; & inde ad Kirchdale; *& inde ad Ingoldeſezahe; & inde ad ſilvoſos montes, usque Bedebur. Ad Occidentalem vero Plagam, usque Lutenbach; & Berenbach; & inde ad Erlebach; & inde ad Grünenbrunnen, & inde ad Otterichesſcheit. Ad Septentrionalem Plagam, usque ad Eichenerenberch. Locum autem ipſum, quem ſingulari ampleƈtimur amore, nunc & deinceps ab omni ſervitutis oppreſſione liberum, ſub Regali Volumus, eſſe tuitione, ita videlicet, quod nullus Judex Publicus, nullus ex judiciaria poteſtate, quicquam poteſtatis, vel negotii, in ipſa Marcha, ſine Patris Monaſterii licentia, exercere, vel habere, præſumat: nec Homines ipſius Loci vel conſtringere, vel ad cauſas audiendas, aut freda, aut tributa ſolvenda; poſtremò, nihil penitus ab eis audeat exigere &c. Adhæc, Monetam, habentem in ſe imagines, & literas, expreſſamque ſimilitudinem Nemetenſis Monetæ, eidem Loco concedimus; parique Noſtræ auƈtoritatis donatione, ratum & firmum eſſe volumus, ut Homines ejusdem Eccleſiæ, per omnes fines Regni Noſtri, libere negotiis ſuis inſerviant, ita videlicet, ut nulli debitum telonii perſolvant &c.* Conſ. *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 21, p. m. 632; *Lehmannus Chron. Spir.* lib. 3, cap. 12, p. m. 220. Suſpeƈta mihi nonnihil hæc eſt charta (1) ob frequentia vocabula Germanica, (2) ob verba, ibi occurrentia: *Patre meo, Clotario, fel. mem. defunƈto, Patri Regni curam ſuſcepi &c.* & in fine: *Fecimus in ipſo Monaſterio, menſe Majo, die XI, Anno Regni Noſtri XXIII, in Chriſti nomine feliciter, Amen. Anno Domini DCXXIV.* Quæ ſibi contrariantur; cum, juxta præc. Tit. 2, §. 10, lit. q. v. 6, p. 111, *Dagobertus*, demum an. 624 regnare cœperit; ne dicam, (3) inſuetam eſſe ſubſcriptionis formulam: *Chartam hanc, inde conſcriptam, adjeƈtione ſigilli noſtri roboratam, ſignavimus. Quod fecimus in ipſo Monaſterio, Menſe Majo, die XI, Anno Regni noſtri XXIII, in Chriſti nomine, feliciter, Amen. Anno Domini DCXXIV;* Incarnationis Domini Annis, in reliquis *Merovæorum* chartis nullibi apparentibus; nec (4) ſtylum eſſe ſimilem ei, qui in aliis Ejus chartis conſpicitur &c.

Idem donat Monaſterium *Dionyſianum* Pariſiis, *Villa Iticiniſcoa*, apud *Mabillon, de Re Diplom.* lib. 6, §. 5, pag. 465, ſub an. 632. *Palladio, Autiſſiodorenſi* Epiſcopo, eundem *tres agros Nobiliſſimos, id eſt, Mitiganna, in Territorio Senonico, cum omnibus appendiciis ſuis; & in Territorio Autiſſiodorenſi, Vincella, ſuper Icaurnam fluvium; ſimiliter, in eodem Pago, Truciacum, cum omnibus, jure ad ſe pertinentibus, conceſſiſſe*, docet Charta *Palladii*, pro Fundatione Monaſterii *S. Juliani* Autiſſiodorenſis, apud *Mabillon* l. c. §. 6. pag. 465.

Idem tradit *S. Amando*, Trajeƈtenſi Epiſcopo, Fundum, inter *Scarpum* & *Elnonem* fluvios, in *Torneacenſi* diœceſi, *cum utraque aqua, & ſilva, circumquaque ſuccreſcente;* præcipiens: *Ut nulla Secularis, vel Eccleſiaſtica, Perſona, de loco ſupra ſcriptò, cum aqua & ſilva, præfato Pontifici, ſeu Succeſſoribus ejus, ullam inquietudinem, aut refragationem, vel præjudicium, ſive violentiam, facere tentet &c.* Vid. *Marcus Zuerius Boxbornius, de Republ. Leodienſi*, p. m. 437, ſub an. 639

De *Deſiderio* coævo, *Caturcenſi* Epiſcopo, legimus, in ipſius vita, cap. 16, apud *Labbeum*, Tom. I, *Biblioth. MS.* pag. 709: *Multa Terrarum compendia, multa Villarum Prædia, adquiſivit*, quorum nomina, cap. 17, exprimuntur.

SIGEBERTUS III.

Dagoberti Magni filiorum natu major, in diplomate donationis, *Stabulenſi* Cœnobio faƈtæ, apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, p. m. 531, ait: *Teloneum, quod ad Portum ſuper fluvium Ligerim, pertinere videtur, pro ſtabilitate Regni noſtri, ad Monaſterium ſuperius ſcriptum, noſtri muneris largitate, concedimus &c.* Ejusdem memor *Notgerus* Leodienſis, in vita *S. Remacli* Trajeƈtenſis, cap. 20, apud *Surium*, 3 Sept. p. 28, hæc habet: *In honorem Dei, & cultum SS. Petri & Pauli Apoſtolorum, & B. Martini, quibus ea loca* (Monaſteria Stabulenſe & Malmundarienſe) *dicata erant, permiſit B. Remaclo, ut, in uſus ſervorum Dei, quo deinceps quietius viverent, &, absque vicinorum impreſſione, ſoli Deo liberius vacarent, per utriusque Monaſterii circuitum, Duodecim Leucæ deſignarentur, intra quarum limites, quicquid haberetur, ab ſolis utriusque Cœnobii Colonis, excoleretur. Dicitur autem Leuca apud Gallos, ſpatium mille quingentorum paſſuum, id eſt, duodecim Stadiorum - - - deinde, anno XIV Regni ſui, idem Rex, Teſtamento legavit B. Remaclo, quædam in Aquitania, puta Telonium in Portu Vetraria, ad flumen Taunacum, & Ittam; itemque Portum Sellis, & Vogatium, ad flumen Ligerim, cum omnibus ad eum attinentibus &c.*

CLODOVÆUS II.

Rex Neuſtriæ & Burgundiæ, poſtea etiam Auſtraſiæ,

ſtraſiæ, *Dagoberti Magni* filiorum natu minor, confirmando Monaſterii *S. Dionyſii*, in quo, ut Ipſe fatetur, Genitores Ipſius, *Domnus Dagoberthus*, *& Domna Nanthechildis*, *videntur requieſcere*, libertatem alt: *Jobemus*, *ut*, *ſi qua ad ipſum locum ſanctum*, *in Villabus*, *mancipiis*, *vel quibuscumque rebus*, *adque corporebus*, *à priſcis Principebus*, *ſeo Genetorebus*, *noſtris*, *vel à Deum timentebus Hominebus*, *propter amorem Dei*, *ibidem delagatum*, *aut deincepi fuerit addetum*, *dum*, *ex munificentia Parentum Noſtrorum*, *ipſe locus ſanctus videtur eſſe ditatus*, *nullus Epiſcoporum*, *nec præſentes*, *neque futuri fuerint ſucceſſores*, *aut eorum ordenatores*, *vel qualibet perſona*, *poſſit*, *quoque ordene*, *de loco ipſo alequid auferre*, *&c.* Vid. *Mabillon* l. c. lib. 6, §. 7, p. 466, ſub an. 653.

In Vita *Bathildis*, Ejus Conjugis, cap. 5, legimus apud *Surium*, 26 Januar. p. m. 443: *Domina Bathildis - - - - ipſum Monaſterium* (Corbejenſe, in Agro Ambianenſi) *ſicut à fundamento*, *ita Villis*, *& Prædiis*, *omnibusque ſumptuum neceſſitatibus*, *fundavit & ornavit &c. Domino etiam Philiberto*, *Gemmeticenſis Monaſterii Abbati*, *magno & Religioſo Viro*, *Sylvam magnam*, *ex Fiſco*, *ubi ipſum Cœnobium Fratrum ſitum eſt*, *magnaque munera*, *& paſtus*, *de Fiſco dominico*, *ad ipſum Monaſterium conſtruendum*, *conceſſit &c.* Conf. ſeq. §. 16, lit. f.

CLOTHARIUS III.

Clodovæi 2 Filiorum natu maximus, confirmavit permutationis contractum, quo *Mummolenus*, Noviomenſis Epiſcopus, *Bertino*, Abbati de *Sithiu*, *Villam*, nuncupatam *Vallis*, *quam à Venerabili Viro*, *Ebertramno*, *Abbate de Baſilica S. Quintini*, *pro alia Villa*, *cognominata Tumninio*, *ſeu & Imbrago & Inglindono*, *vel in Selerciaco*, habuerat, *pro portione Villæ*, *Vauſune*, *in Pago Couſtantino*, *in integrum*, *quam de Illuſtri Viro*, *Agulfo*, *pro alia Villa*, *Trancilliaco*, *in concambio accepit*, *& alio locello*, *qui vocatur Laudardiaca Villa*, tradidit; conſtituens, ut liberam utrinque in omnibus habeant poteſtatem, & nulla judiciaria Poteſtas eo ingredi præſumat. Vid. *Mabillon* l. c. §. 189, p. 605 & 606, ſub an. 660.

CHILDERICUS II.

Ejusdem *Clodovæi* filiorum Secundogenitus, transfert, Anno Regni ſui ſecundo, *S. Amando*, Trajectenſium Epiſcopo, *Villam ſuam*, *nuncupatam Bariſiacum*, *ſitam in Pago Laudunenſi*, *cum univerſis Villulis*, *ad eam adſpicientibus*, *& cum omni integritate*. Vid. *Boxhornius*, l. c. pag. 440. &c. Eundem *B. Remaclus* (Trajectenſis quondam Epiſcopus, jamque Abbas Stabulenſis) *adiit*, *& quod Patruus* (Sigebertus III) *ipſi donaſſet*, *ut confirmaret*, *petiit*; *Rex libens annuit*, *&*, *ut Vir Dei petierat*, *Ejus ſucceſſorem Theodardum*, *& Odonem Domeſticum*, *juſſit ejuidem menſura ſolum remetiri*, *cujus partem dimidiam ſibi Rex ſervavit*, *reliquam uſibus ſervorum Dei teſtamento addixit*, *& confirmavit &c.* Hæc *Notgerus* Leodienſis, in vita *S. Remacli*, cap. 21, apud *Surium*, 3 Sept. p. 28.

THEODORICUS III.

Laudati *Clodovæi* 2, Filiorum natu minimus, tale ſecuritatis præceptum, *Bertino*, Abbati Monaſterii *Sithiu*, ratione eorum, quæ in *Attinio Fiſco* comparaverat, fecit: *Nos Venerabili Viro*, *Bertino*, *Abbati de Monaſterio Sitdiu*, *tale beneficium conceſſimus*, *ut*, *quod infra mero Attiniacenſe*, *de Fiſco Noſtro*, *comparatum habeat*, *aut inantea ad comparandum invenire potuerit*, *præter illos manſos*, *unde operas carrarias exeunt*, *hoc habeat conceſſum*, *& nullo redditu terræ*, *nec nullas functiones publicas eidem ob hoc exigere*, *nec requirere*, *non debeatis &c.* Vid. *Mabillon* l. c. §. 190, p. 606, & 607, ſub an. 676.

Præceptum Ejus, quo Cœnobio *Dionyſiano*, facultatem de Villis, *Saucitho*, *Muntecellis*, & *Abniti*, libere diſponendi, largitur, extat l. c. §. 9, p. 469, ſub an. 678.

Ejusdem Præceptum, de *Carris S. Dionyſii*, *per totam Franciam*, *à teloneo exemptis*, cernis ibid. §. 12, p. 470, ſub an. 688.

An. XII. Regni *Teuderici*, donat *Amalfridus*, Vir Illuſter, *Sithiu*, Cœnobio, Monaſterium *Hunulfocurtim*, quod in *Kambrincenſi* Pago, *in proprietate ſua* conſtruxerat. Vid. *Mabillon* l. c. §. 191, p. 607.

Ejusdem, & *Ebroini*, Majoris Domus, *tyrannidem averſati Auſtraſiani*, *Pipino Principi ſtudebant*, *& parebant*. *Is*, *ubi didicit*, *in ſupradictis Monaſteriis* (Stabulenſi & Malmundarienſi) *cultum Religionis augeri*, *duas ex Fiſcis ſuis Villas*, *in uſus menſæ Servorum Dei*, *unam in Haſpanio*, *alteram in Arduenna*, *pro Dei*, *& S. Remacli*, *amore*, *attribuit &c.* *Ita Notgerus*, Leodienſis, in Vita *S. Remacli* Trajectenſis, cap. XXI, apud *Surium*, d. 3. Sept. p. m. 28.

CLODOVÆUS III.

Modo dicti *Theodorici III*, filius, anno Regni primo, eidem Abbati & Cœnobio *Sithiu*, tale Privilegium dedit; *Bertinus*, *Abba de Monaſterio Sithiu*, *quod eſt in*

eſt in Pago Tarwanenſe - - - Clementia Regni noſtri ſuggeſſit, eo, quod Avus noſter, Chlodovius, quondam Rex, de omnes Curticellas, vel Villas, ipſius Monaſterii, quicquid præſenti tempore poſſidebant, aut adhuc inantea, ex munere Regum, vel collata Populi, ſeu de comparato, aut de quolibet adtracto, in quibuslibet Pagis, atque Territoriis, inibi erat additum, vel collatum, integra emunitate, Anteceſſore ſuo, Mummolino, quando vel ad prædicto Monaſterio conceſſit, ut nullus Judex Publicus ibidem, ad audiendas cauſas, freta exigenda, fidejuſſores tollendos, nec manſiones, aut paratas, faciendo, nec Homines ipſius Monaſterii, tam ingenuos, quam & ſervientes, ſuper Terras ſuas commanentes, diſtringendos, nec ullas redibitiones requirendas, nec exactandas, nec Judiciaria poteſtas ibidem ingredere, quoque tempore, non deberet, niſi ſub emunitatis nomen omni tempore, cum omnis fretis conceſſis pars ipſius Monaſterii debeat poſſidere. Unde & præceptionem Principum, ſeu confirmationem Avunculorum (Patruorum) *Noſtrorum, Chlotacharii & Childerici, ſeu & Genitoris Noſtri, Theodorici, quondam Regis - - - - in Dei nomine*, confirmamus. Vid. *Mabillon*. l. c. §. 193, p. 607.

CHILDEBERTUS III.

Clodovai III, frater, reddit an. 694, Monaſterio *S. Dionyſii*, *Villam Napſiniacum*, in Bituricenſi Pago, quam *Godinus*, Lugdunenſis Præſul, pro alia, *Villa Orbana* dicta, permutationis titulo, à *Clodoveo III*, Ipſius Germano, erat nactus. à Fiſco Regio poſtea reclamatam, *cum omni merito, & attinenciis ſuis*. Vid. *Mabillon* l. c. §. 20, p. 476.

An. 695, liberum pronunciat Monaſterium *Tuſonis Vallis*, in Pago *Camliacinſe*, ab omni Judice Publico, conſtituens, *ex præceptione Genitoris ſui, Theuderici* ut nulla judiciaria poteſtas, Curtes, vel Villas, Monaſterii, ad cauſas audiendas, exigenda freda, manſiones paratasve faciendas &c. ingredi præſumat. Vid. *Mabillon*. l. c. §. 22, p. 477 & 478.

Adde Ejusdem Præceptum, de *Nociso Villa*, ad idem Cœnobium pertinente, de an. 697. Ibid. §. 24, pag. 479.

An. 703, vindicat Monaſterio *S. Germani* Pariſiis, Cœnobium *Lemanſum, cum adjacentiis ſuis, in quibuscunque Pagis, atque Territoriis, Villis, domibus, accolis, mancipiis, libertis, campis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis &c.* Ibid. §. 25. p. 480.

An. 706, Concedit *Dionyſiano* Cœnobio, *Fanomartenſis* Pagi *Villam, Solemium*. Ibid. §. 26, pag. 481.

An. 710, Placitum Ejus, de *Marcato S. Dionyſii*, habetur ibid. §. 28, p. 482 & 483.

DAGOBERTUS III.

Childeberti III, filius, hoc modo proſpexit Argentoratenſium Eccleſiæ Cathedrali, an. 706: *Sanctam Mariam in hæredem mihi accerſivi, dans, in honore ejusdem Matris Domini, ad Argentinenſis Eccleſiæ Monaſterium, tres Curtes meas, optimas & electas, quarum una ſita eſt in Pago Biſchovesheim, in Comitatu Kilicheim. Altera, in Pago Rubiaco, & in Comitatu Illiche. Tertia, in Pago, qui dicitur Speries, & in Comitatu Bargenſe &c.* Vid. *Jacobus Kœnigshoven*, in MS. *Chronico Alſatico Latino*, p. 67, & Dn. *Schilterus*, *in der zehenden Anmerckung über Kœnigshoven Elſaßiſche Teutſche Chronick*, cap. IV, §. XI, p. 592, commemorans ſimul, *Gebwilerum*, lib. 3, de *Comitibus Habſpurgicis*, cap. 10, &, ex eo, B. Dn. *Balthaſarem Bebelium*, *Antiquit. Eccleſ. Argent.* Art. 2, §. 33, pag. 72, ejusdem documenti facere mentionem; inde vero producta non omnino in textum Kœnigshovenianum quadrare.

CHILPERICUS II, qui & DANIEL.

Childerici II, filius, confirmando, an. 716, immunitates *Dionyſiano* Monaſterio conceſſas, apud *Mabillon*, l. c. lib. 6, §. 30, pag. 484, ait: *Venerabilis Vir, Chillardus, Abba, de Baſilica peculiaris Patronis Noſtri, Domini Dionyſii Marthyris Clemencia Regni noſtri ſupplicavit, ut, juxta quod ab Anteceſſoribus Regebus, Parentebus noſtris, à longo tempore, omnis emunitas de Villas præfata S. Baſilica fuit conceſſa - - - - unde petit, ut - - - - juxta quod anteriores Parentis noſtri, vel præcelſus Avuncolus noſter, Theodericus, ſeu & Conſobrini Noſtri, Chlodoveus, Childeberthus, & Dacoberthus, quondam Regis, per eorum aucturetatis, ab ipſa Baſelica hoc priſtetirunt, vel confirmaverunt, hoc iteratis circa ipſo Abbatem concidere & confirmare deberemus. Ideo cognoſcat, magnetudo, ſeu utilitas veſtra - - - - ut neque vos, neque junioris ſeu ſucceſſores veſtri, nec quislibet de judiciaria poteſtate accinctus, in curtis præfata S. Baſelica Domni Dionyſii, ubi & ubi, in quascunque Pagus in Regna Deo propitio noſtra, quod à die præſente pars ipſius Monaſterii poſſedire, vel dominare videtur, vel quod à Deo timentebus Hominebus, per legetema*

tema inſtromenta, ibidem fuit conceſſum, aut inantea fuerit adetum, atque delegatum, nec ad cauſas audiendum, nec ad fidejuſſores tollendum, nec ad freda exigendum, nec ad manſionis faciendum, nec paratas, nec nullas redebutiones requerendum, ingredire, nec exigere, quoque tempore, penetus non præſumatur, niſi quicquid Fiſcus noſter exinde potuerit eſperare, omnia, & ex omnibus, confirmamus. (Patet ſimul ex hoc diplomate, quo referendus ſit hic Princeps, quem alii vel plane omittunt, vel incertis tradunt natum Parentibus, vel *Dagoberti III*, conſtituunt fratrem; ita ſane Monachus, *Egoliſmenſis S. Eparchii*, in vita *Caroli Magni*, apud *Pithœum*, pag. 233, & *Schilterum*, de *Script. Rer. German.* p. m. 46: *Poſt Dagobertum, defecit Genus Regale à prudentia, & regnavit, poſt ipſum Dagobertum, Daniel, Clericus inſenſatus, Frater Ejus, quem Franci, mutato nomine, vocaverunt Chilpericum.* Hæc autem ita ſe non habere, noſtrum evincit diploma, utpote in quo *Chilpericus*, non ſolum *Theodoricum*, *Avunculum*, (id eſt, Patrum) ſed & *Clodovæum III*, *Childebertum III*, & *Dagobertum II*, *Conſobrinos ſuos*, vocat. Fuit itaque *Clodovæi* ex filio nepos; ſed ex quo? audiamus Ipſummet, in Præcepto de immunitate ejusdem Cœnobii à teloneis, ibid. §. XXXI, p. 485: *Chilperichus, Rex Francorum, ---- ſeu & Domnus, vel Genetur* (genitor) *noſter, Childericus, etiam & Abuncoli*, (Avunculi, i. e. Patrui) *Noſtri: Chlodocharius & Theodoricus, quondam Regis &c.* & in alio, de Centum vaccis, laudato Cœnobio, á Fiſco perſolvendis, l. c. §. XXXIII, pag. 486: *Venerabilis Vir, Chiliardus, Abba de Baſelica peculiaris Patronis noſtri, Domni Dionyſii martyris ---- Clumenciæ Regni Noſtri, ſoggeſſit, eo quod, bonæ memoriæ, Proavus Noſter, Dagobercthus, quondam Rex, per ſua auctoritate, mano ſua roborata, vaccas cento ſoldaris, quod in inferenda, de Pago Cinomanneco, in Fiſce Dicionebus, ſperabatur, ad ipſa Sancta Baſileca, annis ſingolis, conciſſit. Unde & ceſſionem Ipſius Principe, ſeu & confirmationis, Avo Noſtro, Chlodovio, &, bonæ memoriæ, GENITORE NOSTRO, CHILDERICO, vel Avunculo Noſtro, Theoderico, ſeo & Conſobrinus Noſtrus, Chlodovio, Childebercthо, & Dagobercthо, quondam Regebus, eorum manebus roboratas, ſe, ex hoc præ manebus habire adfirmat &c.* Quæ omnia, utut barbaro prolata ſermone, clara ſunt, & perſpicua. Add. ejusdem Privilegium, pro Cœnobio *Sithiu* ſcriptum, ex Chartario *Folquini*, Monachi Sithienſis, apud *Mabillon* l. c. §. CXCIV, p. 608, ſub an. 716: *Chilpericus, Rex Francorum. ---- Venerabilis Vir, Erchembodus, Abba de Monaſterio Sitdiu, qui eſt in Pago Tervanenſe --- ad Noſtram accedens præſentiam, Clementiæ Regni noſtri ſuggeſſit, quod Avus Noſter, Chlodoveus, quondam Rex, de omnibus Curtis, vel villis, ipſius Monaſterii, quicquid eodem tempore poſſidebant, aut adhuc in antea, ex munere Regum, vel collata Populi, ſiu de comparato, aut de qualibet adtracto, in quibuslibet Pagis, atque Territoriis, inibi eſt additum, vel collatum, integra emunitate, Anteceſſori ſuo, Domno Bertino ---- conceſſiſſet. Ut nullus Judex Publicus, ibidem, ad cauſas audiendas, aut freta exactanda, vel fidejuſſores tollendos, nec manſiones aut paratas faciendas, nec Homines ipſius Monaſterii, tam ingenuos, quam & ſervientes, qui ſuper Terras ſuas commanent, diſtringendos, nec ullas redibitiones requirendas, nec exactandas, Judiciaria poteſtas ibi ingredere, quoquam tempore, non deberet: niſi ſub emunitatis nomen omni tempore, cum omnes fretas conceſſas pars ipſius Monaſterii perenniter deberet poſſidere. Unde & Præceptiones Ipſius videlicet Principis, Avi Noſtri, Chlodovei, & confirmationes Præcelſorum Avunculorum Noſtrorum, Chlodocharii & Theodorici, ſeu & GENITORIS NOSTRI, CHILDERICI, etiam & Conſobrinorum Noſtrorum, Chlodovei & Childeberti, quondam Regum, ſe ex hoc præ manibus habere affirmat, & quod ipſa Beneficia conceſſa, ab eo tempore, nunc videant eſſe conſervata ---- Præcipientes enim præcipimus, ut, quicquid conſtat ſupra ſcriptum, Avum Noſtrum, Chlodoveum, quondam Regem, de ipſa emunitate, ſicut ſuperius eſt comprehenſum, præfato Bertino, vel poſtea, ipſi Avunculi Noſtri: Chlodocharius & Theodoricus, ſeu & GENITOR NOSTER, CHILDERICUS, etiam & Conſobrini Noſtri, Chlodoveus, & Childebertus, quondam Reges, juſte & rationabiliter, quondam conceſſerunt, & confirmaverunt, &, de eo tempore, usque nunc, recto tramite fuit conſervatum, ita & in antea, per Noſtro præcepto, plenius, in Dei nomine, confirmare deberemus &c.* Per *Avunculos* ſignificari hic *Patruos*, rerum circumſtantiæ oſtendunt, pariter ac *Clodovæus III*, *Theodorici III*, filius, in Diplomatibus, pro *Dionyſiano* Cœnobio, & Abbatia *Sithienſi*, confectis l. c. §. XVI, pag. 474 & §. CXCIII, pag. 607, *Patruos: Clotharium III, & Childericum II, Avunculorum*

Digitized by Google

culorum titulo compellat; quem & *Childebertum III*, *Theodorici III* filium, Patruo, *Childerico 2*, & *Chilpericum*, *Childerici* filium, Patruo, *Theodorico III*, dediſſe, Diplomata l. c. §. XXVIII, pag. 482, & XXX, p. 484, teſtantur. Pari ratione, ac *Carolus Calvus*, à *Reginone*, ad an. 876, pag. m. 56, *Ludovici Germanici 2*, *Avunculus*, cujus *Patruus* erat, nuncupatur.)

An. 716, Confirmavit *Dionyſiani* Cœnobii Privilegium: De *Immunitate Teloneorum*. Vid. *Mabillon* l. c. §. XXXI, p. 485.

An. eod. Placitum habuit, in quo *Superius Baccivum*, dicto cœnobio adſtruitur. Vid. l. c. §. XXXII, pag. 485.

THEODORICUS IV.

Dagoberti III filius, ratum habet, quicquid Francorum Reges in *Villis*, mancipiis, rebusve & corporibus aliis, in Cœnobium *S. Dionyſii*, contulerunt. Vid. *Mabillon* l. c. lib. VI, §. 36, pag. 488, ſub anno 723.

Pari liberalitate confirmavit Immunitates & Privilegia Abbatiæ *Sithienſis*; Vid. l. c. §. 195, pag. 608; & §. 196, p. 609.

Ejusdem gratia, Cenomannicos Præſules, *jus cudendæ monetæ*, exercuiſſe, docet Diploma *Ludovici Pii*, *Adalrico*, Cenomannico Antiſtiti, conceſſo, apud *Stephanum Baluzium*, Tom. 3. *Miſcellan.* p. 100. *Quia Vir Venerabilis*, *Cenomanicæ Urbis Epiſcopus*, *Aldricus nomine*, *Nobis innotuit*, *eò quod Anteceſſores ſui*, *Meroldus ſcil. & Gauziolenus*, *atque Prædeceſſores eorum*, *in prædicta Urbe*, *Monetam Publicam*, *per precepta*, *bonæ memoriæ*, *Domni & Genitoris Noſtri*, *Caroli*, & *Pippini*, *Avi noſtri*, *ſive Theoderici Regis*, *atque Anteriorum Regum*, *plena eorum auctoritate*, *conceſſam*, *prædictam monetam habuiſſent &c.* Conf. *Mabillon*, Tom. 3. *Analector.* p. 200, ubi *Aiglibertum* Præſulem, à *Theodorico*, Regali hoc donatum tradit.

Eodem regnante, *Rinulfus* quidam, *omnia ſua*, *cum agris*, *cum pradis*, *cum campis*, *cum aquis*, *cum ſilvis*, *cum pumiferis*, *tradit*, *de ſuo jure*, *S. Galloni*, *ad poſſedendum*, *& poſtea*, *quidquid exinde facere voluerit*, *vendendi*, *donandi*, *poſſedendi*, *liberam in omnibus poteſtatem &c.* Hæc ex donationis charta, apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Antiquit. Aleman.* §. 36, p. 36.

CHILDERICUS III.

Cujus Patrem nemo hactenus, authentico quodam documento, oſtendit. Reperitur equidem, in Chartario *Folquini*, Monachi *Sithienſis*, apud *Mabillon*, de *Re Diplom.* lib. VI, §. 197, p. 610, Diploma, quod Princeps noſter Cœnobio *Sithiu*, in confirmationem Privilegiorum, dedit; *Venerabilis Vir*, *Waimarus*, *Abbas de Monaſterio Sithiu*, *Clementiæ Regni noſtri detulit in notitiam*, *quod Parens Noſter*, *Theodericus*, *quondam Rex*, *per ſuam præceptionem*, *ſua manu firmatam*, *Anteceſſori ſuo*, *Erkembodo Abbati*, *ad prædictum Monaſterium ſuum*, *Sithiu*, *tale beneficium conceſſiſſet*, *ut*, *quod infra Fiſcum Noſtrum*, *ubi & ubi*, *in quibuscumquelibet Pagis*, *aut Territoriis*, *comparatum habebat*, *aut inantea*, *ad comparandam invenire poterat*; *vel quod boni homines*, *Deum timentes*, *pro animabus eorum*, *ad ſupraſcriptum Monaſterium dederunt*, *aut inantea dederint*, *hoc habuiſſe conceſſum .... & nulla Judiciaria Poteſtas*, *nullos redditus Terræ*, *nec nullas functiones publicas eidem*, *ob hoc*, *exigere*, *aut exactare*, *nec requirere*, *non deberet*. *Unde & ipſam præceptionem ipſius jam dicti Parentis Noſtri*, *Theoderici*, *quondam Regis*, *ſe præ manibus ex hoc habere adfirmat .... Præcipientes enim præcipimus*, *ut*, *quicquid conſtat ſupraſcriptum Parentem Noſtrum*, *Theodericum*, *quondam Regem*, *de ipſo beneficio*, *ſicut ſuperius eſt comprehenſum*, *præfato Erkembodo Abbati ... conceſſit ... per noſtrum præceptum*, *plenius*, *in Dei nomine*, *ſit confirmatum &c.* Verum, rectè monet *Mabillon*, in Notis ad hoc Diploma, l. c. vocum *Parentis*, non *Patrem*, (qui tunc *Genitor* dictus) ſed *agnatum* ſaltem, vel *conſanguineum*, denotare. Cujus ſententia Diplomatum fide nititur, in quibus *Patres*, non alia quam *Genitorum*, appellatione, veniunt. In primis notandum *Chlodovæi III* Præceptum; quo *Dionyſianum* Monaſterium, à teloneis, aliisque vectigalibus, eximit, apud eundem, l. c. §. 16, pag. 474, utpote in quo utrumque vocabulum diſtinctè occurrit: *Parens Noſter*, *Sigeberthus*, *ſeu & Habuncoli* (Avunculi, pro Patruis) *Noſtri*, *Chlotarius & Childericus*, *etiam & Genetur Noſter*, *Theudericus*, *condam Regis &c.* Annectit deinde, l. c. pag. 610. *Itaque Chilpericum Patrem habuit Childericus &c.* Conſentit Dn. *Werlhof*, in *Notitia Imperii enucleata*, lib. 1, cap. 2, §. 181, p. 164; *Morery*, *Diction. Hiſtor.* voc. *Childeric III*, p. 151, dubius ſcribit: *Childeric III, dit l' Idiot, ou le Faineant, Fils, Frere, ou Couſin, de Thierry 2, eſt le dernier Roy de France, de la premiere race &c.* Juxta *Vorburgium*, Tom. VI. *Hiſtoriarum*, p. 285, & *Schurtzfleiſchium*, in Tab. Geneal. Diſſertationi de *Regno Auſtraſiæ* præfixa fuit *Dagoberti III* filius, fraterque *Theodorici IV*, quem illi *Tertium* vocant. Hic Princeps, inquam, non ſolum, ut modò monui, Privilegia *Sithienſia* rata habuit, ſed &

Monaſterium *S. Stephani*, *Argentorati*, quoad *omnia*

Digitized by Google

loca, agros & poſſiſſiones, à qualibet Poteſtate judiciaria exemit; Vid. Diploma *Lotharii I*, Imp. de an. 845, apud *Guillimannum*, Cap. V, de *Epiſcopis Argentorat.* p. 26, & *Tenzelium*, Append. 3 *Vindiciarum Cenſura Conringiana Diplomatis Lindavienſis*, §. VIII, p. 96.

Ebonem quendam, cum Conjuge *Odalſinda*, omnibus Bonis ſuis, agris, pratis, campis &c. Monaſterio *S. Galli* ceſſiſſe, anno decimo *Ildirici* Regni, docet Donationis charta, apud *Goldaſtum* Tom. 2. *Antiquit. Alaman.* §. 40, p. 37 & 38.

Pieta, filia *Rckinberti*, totam hæreditatem ſuam, tam Paternam, quam maternam, *Anno tertio*, *Regnante Hiltribbo Rege, ſub Carlomano Majore Domo*, eidem Cœnobio conſecravit Vid. *Goldaſtus* l. c. §. 58, pag. 44, ubi ampla bonorum iſtorum deſcriptio.

Auctor Hiſtoriæ *Autiſſiodorenſium* Epiſcoporum, in vita coævi Præſulis, *Hainmari*, apud *Labbeum*, Tom. 1. *Biblioth.* MS. cap. 27, p. 249, ait: *Fuit* (Hainmarus) *Vir Strenuus, atque Nobilitate Generis non mediocriter decoratus, ſimulque Fundorum dignitate ditiſſimus; nam in tantum Ejus poteſtas ſeculariter excrevit, ut, usque ad Ducatum pene totius Burgundia, perveniret &c.*

De *Carolo Martello*, Majore Domus, inquit *Emundus Dynterus*, in *Magno Chronico Belgico*, pag. 30. *Iſte etiam Martellus dedit B. Huberto* (Leodienſi) *temporalitatem Provincia Leodienſis &c.*

PIPINUS NANUS.

Cum adhuc Major domus eſſet in Francia, pro Tribunali ſedens, vindicavit An. 748, *Dionyſiano* Cœnobio, manſum, apud *Marolium*. Vid. *Mabillon*, de *Re Diplom.* lib. VI, §. 37, pag. 489; ut &

An. 750, Prædia à *Fiſco Solemio* pendentia, l. c. §. 38, p. 489; &

An. 751, Vicum *Curborium*, quem *Raganana*, *Septemola* Abbatiſſa, prætenderat. l. c. §. 39. pag. 490.

An. 752, jam electus Francorum Rex, adjudicat eidem Cœnobio, in Placito ſolenni, Villam *Abaciacum*, Cenomannici Pagi, portionemque *Sibriaci*, in Pago Matriacenſi; l. c. §. 40, p. 491.

An. 754, confirmat eidem, Villam *Taberniacum*, Agri Pariſienſis; l. c. §. 43, p. 493.

An. 755, Multa Romanæ Eccleſiæ in proprium dediſſe fertur, qua de re, hæc *Leo Oſtienſis* Lib. 1. *Chron. Caſſinenſ.* cap. VIII, p. m. 118, Edit. Pariſ. anno 1668.

Fecitque idem Glorioſus Rex. (Pipinus) *una cum prædictis filiis ſuis*, (Carolo M. & Carolomanno) *promiſſionem, & conceſſionem B. Petro, Ejusque Vicario, de Civitatibus ac Territoriis Italia, per deſignatum Confinium, Alunis, cum Inſula Corſica. Inde in Surianum. Inde in Montem Bardonem. Inde in Verretum. Inde in Parmam. Inde in Regium. Inde in Mantuam, & montem Silicis, ſimulque Univerſum Exarchatum Ravenna, ſicut antiquitus fuit, cum Provinciis Venetiarum, & Hiſtria, nec non & cunctum Ducatum Spoletinum, ſeu Beneventanum, eamque donationem, propria manu ſua, filiorumque ſuorum multorumque Judicum, & Optimatum ſuorum corroboratam, &c.* Vid. tamen, quæ præced. Tit. IV, §. 5, lit. a, v. 25, p. 348, notavi.

An. 759, largitur, Cœnobio Dionyſiano, Privilegium de teloneis, in mercato *S. Dionyſii*, ad ipſum ſpectantibus, & contra *Gerhardum*, Pariſiorum Comitem, evindicatis: Vid. *Mabillon* l. c. §. 44, pag. 493.

An. 767, reſtituit, per ſolenne Præceptum, *Fulrado* Abbati, Bona, urgente gravi morbo, ab eo, ſibi commiſſa, ſcil. *Ghosmari, Audaldovillare, Anfulfiſthaim, Suntor, Grucinhaim, Ratbertovillare &c. cum omni integritate, in terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis &c.* eum facultate de eisdem liberè diſponendi. Vid. l. c. §. 47, p. 495.

Herbipolenſem Eccleſiam ditat *Proprietatis ſua Locis: Neuenſtadt, Hohenbuer, Amerbach, Stutern, & Murenhardt.* Vid. ſeq. §. 13, lit. d.

Eundem, conſentiente Fratre, *Carolomanno*, *Villam Juris ſui, qua dicitur Suncantus*, (Sonchant) *cum appendiciis, & Villis, ac terminis ad ſe pertinentibus, Monaſterio S. Benedicti Floriacenſi, delegaſſe*; teſtatur Diploma *Ludovici Pii*, de an. 835, ibid. §. 77. pag. 523.

S. Remigium, Remorum Archi-Præſulem, Eum dormientem flagellis cæcidiſſe, quod *Aniſiacum*, Laudunenſis Epiſcopatus Villam, ſub cenſum revocare voluerit, narrat *Hincmarus*, in Vita *S. Remigii*, cap. 67, apud *Surium*, d. 13 Januar. p. 200.

Eodem Regnante, *Williswinda*, *Deo ſacrata*, & *filius ipſius*, *Cancor*, *Comes* - - - - *donant ad SS. Eccleſiam S. Petri, ſeu cæterorum Sanctorum, qua eſt conſtructa, in loco, nuncupato Lauresham* - - - *Villam ſuam, in Pago Wormatienſe, in loco, qui dicitur Hagenheim*, - - - - *cum integritate ſua, terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, vineis, ſylvis, aquis, aqua-*

rumve

rumve decurſibus, farinariis, lmis, libertis, conlibertis, mancipiis, mobilibus & immobilibus, peculio utriusque ſexus, tam majore quam minore genere, vel ætate, quicquid dici, aut nominari poteſt, re inexquiſita, cum omni ſupellectile, ſicut ab ipſis, iſto tempore, poſſideri dignoſcebatur &c. Ex charta donationis, in *Chronico Laurishamenſi*, apud *Freberum*, Tom. 1. *Rer. Germ.* p. 56 & 57, & in *Originibus Palatinis*, part. 1, p. m. 171.

Warinus, Comes, donat *Othmarum*, Abbatem *S. Galli*, Villis: *Vina, Turinga, & Engi*; ſimiliter.

Raudhardus, Comes, Villis: *Antolvinga, & Uzinbaha*; & Cœnobii Advocatum, *Milonem*, Villa *Heimbach*. Vid. *Raspertus, de Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 2, apud *Goldaſtum*, Tom. 1. *Rer. Alaman.* part. 1, p. 2.

Ægilas, Fuldenſium Abbatum Quartus, in vita *Sturmi, Fuldenſis* Cœnobii Fundatoris, cap. 12, apud *Surium*, 17 Dec. p. 289, inquit: *Vir juſtus, & Deo perfectus, apud univerſos magnus, & maxime apud Pippinum Regem, habebatur, impetravit ſuis, apud ipſum Regem, ſermonibus, ut Fiſcum Omunſtat, cum omnibus, quæ in illa Villa Antiqui Reges poſſidebant, ad ſupradictum Monaſterium, in ſuam eleemoſynam, condonaret &c.* Hujus etiam ætatis ſunt donationes aliæ, Cœnobio *S. Galli* factæ veluti: *Rothpaldi*, apud *Goldaſtum* l. c. §. 42. p. 38; *Theoda* l. c. §. 44, pag. 39, *Rothardi*, l. c. §. 59. pag. 44; *Marulfi* & filiorum l. c. §. 77, pag. 51; *Strachfridi*, l. c. Tom. 3, pag. 38; *Gautzperti* l. c. pag. 39; *Podali*, l. c. pag. 41 &c.

CAROLOMANNUS.

Egilwardus, in vita *S. Burchardi, Herbipolenſis* Epiſcopi, lib. 2, cap. 3, apud *Surium*, 14 Oct. p. 218, ait: *Sponſæ ſuæ, Eccleſiæ Wirceburgenſi, Prædia in dotem contulit, quæ dudum - - - conquiſierat, ſeu preciis, in ſua proprietatis jus, ab Ingenuis Viris, comparaverat - - - Villam, quæ dicitur Michelnſtat, quam ei Carlomannus Princeps, quondam in proprium jus tradidit, ipſe, legitima Inveſtitura, Sanctis Martyribus confirmavit &c.*

Princeps noſter ratihabuit, anno 769, omnes immunitates & Privilegia, Cœnobii *S. Dionyſii* Pariſiorum. Vid. *Mabillon*, de *Re Diplom.* lib. 6, §. 48, pag. 496.

Idem, efflagitanti *Sturmo*, *Fuldenſium* Abbati, teſte *Ægila*, in vita *Sturmi*, c. 6, apud *Surium*, 17 Decemb p. 286 & 287, locum *Eiloha*, ſeu *Aichloiha*, in quo *Fuldenſe* Cœnobium conſtructum, *cum marcha, quaqua verſum, per quatuor millia paſſuum, protenſa, totum & integrum, de jure ſuo, in jus Domini, contradidit.* Quæ, totidem verbis, *Othlonus*, in vita *S. Bonifacii* Moguntini, lib. 2, cap. 13, apud *Surium*, 5. Junii, pag. m. 81, repetit. Conf. ſeq. §. 16, lit. b. *Othlonus*, in vita *Pyrminii*, coævi Epiſcopi, cap. 13, apud *Surium*, 3 Novemb. p. m. 25, hæc prodit: *Chriſtus corda multorum eo ignivit ſtimulo, ut Prædia, Poſſeſſionesque ampliſſimas, eidem loco* (Wizeburg) *ſubrogarent &c.* Quo trahenda *Wernheri* Comitis liberalitas, cujus l. c. pag. 24, meminit: *Obtulit quoque maximos limites in ſaltu, qui Vogeſus dicitur, in quo Villa extat, habens vocabulum Pyrminishusna &c.*

Pertinent huc aliæ quoque donationes coævæ, nominatim in Monaſterium *S. Galli* collatæ, v. g. *Scalcomanni*, apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Antiquit. German.* §. 45, p. 39; *Contawina*, l. c. Tom. 3, p. 44, &c. &c. Junge eam, qua an. 770, *Grimulfridus, & Adalwara*, *Dionyſianum* Cœnobium Pariſiis, variis Prædiis auxerunt. Vid. *Mabillon* l. c. §. 49, p. 497. &c. &c.

Hinc, non ſine fundamento, de *Merovæis* Regibus, ſcribit *Stephanus*, Leodienſis Abbas, in vita *S. Modoaldi*, Trevirorum Antiſtitis, cap. 14, apud *Surium*, 12 Maji, p. m. 168 & 169: *Quantum Religionis, potentiæ & honoris, Gallicis contulerint Eccleſiis, teſtantur Libri, Sanctorum decreta Patrum continentes, quos ipſi, in Synodis, ſua corroboraverunt authoritate: teſtantur & Eccleſiæ, quas cum diverſi generis ornamentis, tum etiam Prædiis, & Regalibus ſuis, Caſtris ſcilicet, & Comitatibus, Teloniis, Monetis & Bannis, cum Jure Civitatum, conceſſis, magnifice extulerunt, ne Sancta Dei Eccleſia hujus Seculi Potentibus ſubjaceret, aut tyrannide eorum paveſceret: imo, Superborum colla, Dei virtute ſuperior, calcaret. Inde eſt, quod nusquam Gentium, æqualis potentiæ Pontifices inveniri queant, vel, quod à Regio Comitatu, & opulentia, parum differant &c.*

CAROLUS MAGNUS.

In genere Principis hujus munificentiam, & monumenta in Rempublicam Sacram, hiſce celebrant: *Hadrianus*, Papa, in Epiſtola ad *Conſtantinum* Imp. Græcum, & *Irenem*, an. 785, quæ reperitur Act. 2, *Concilii Nicæni* 2, de an. 787, & apud *Baronium*, Tom. IX. *Annal.* ad an. 785, §. 14, & ſeqq. p. m. 398 &c. Inde huc faciunt, quæ l. c. §. 32, pag. m. 406, leguntur: *Filius, & Spiritualis compater noſter, Dn. Carolus, Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum,*

norum, noſtris obtemperans monitis, atque adimplens, in omnibus, voluntates, omnes Heſperiæ, Occiduæque partis, barbaras Nationes, ſub ſuis proſternens conculcavit pedibus, omnipotentatum illarum domans, & ſuo ſubjiciens Regno adamavit. Unde, per ſua laborioſa certamina, eidem Dei Apoſtolicæ Eccleſiæ, ob nimium amorem, plura dona perpetuo contulit poſſidenda, tam Provincias, quam Civitates, ſeu Caſtra, & cætera Territoria, imò & Patrimonia, quæ à perfida Longobardorum Gente detinebantur, brachio forti, eidem Dei Eccleſiæ reſtituit, cujus & jure eſſe dignoſcebantur &c. Multum hæc arrident falſorum diplomatum compilatoribus, donationemque ſolennem *Exarchatus Ravennatenſis*, aliorumque, inde fabricantibus, de qua mox plura.

Othlonus, in vita *S. Bonifacii*, lib. 1. cap. 36, apud *Surium*, d. 5 Junii, p. m. 67: *Si quis dubitet, - - - circumeat Monaſteria, quæ, ſub tempore ſuo, fundata habuit, Italia, vel Gallia, ſive Germania, & inveniet, ea, aliqua Karoli largitate ſublimata, quædam quidem Privilegio Libertatis, quædam vero Prædiorum donis &c.* & *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. V. *Rer. Angl.* in vita *Henrici I*, Regis, p. m. 166: *Carolus Magnus pro contundenda Gentium illarum* (Germaniæ) *ferocia, omnes pene Terras Eccleſiis contulerat, conſilioſiſſimè perpendens: Nolle ſacri Ordinis homines tam facile, quam Laicos, fidelitatem Domini rejicere &c.* Quem locum propterea Dn. *Hertius*, in Diſſert. *de Origine & Progreſſu ſpecialium Romano-Germanici Imperii Rerum publicarum*, de an. 1701, §. VII, p. m. 27, notari monet; obſervans ſimul, §. V, p. 15, varios Præſules Jura Imperii, hodie *Regalia* dicta, veluti: *Jus cudendæ monetæ; Jus Judiciorum &c.* ab hoc Principe conſecutos.

An. 768, Confirmat Cœnobio *Sithiu*, omnia Privilegia, & immunitates, *Villas, Poſſeſſiones &c.* quibus, ex liberalitate veterum Regum Francorum, fruitur. Vid. *Mabillon*, de *Re Diplom.* lib. VI, §. 198, pag. 610.

An. 774, largam donationem Romanæ Eccleſiæ feciſſe fertur; cujus *Leo Oſtienſis*, lib. 1, *Chron. Caſſin.* cap. XII, p. m. 126, Edit. Pariſ. an. 1668, hiſce meminit: *Cum Papiam obſideret, amore Principis Apoſtolorum, in ipſo Sancto Paſchali Sabbato, Romam, cum multis Epiſcopis, Abbatibus, atque Judicibus, venis, &, celebrata ibi Paſchali feſtivitate, à prædicto Papa commonitus ſimul, atque rogatus eſt, ut Donationem illam, quam Genitor Ejus, Pipinus, unà ſecum, B. Petro, Ejusque Vicario, Domno Stephano Papæ, dudum fecerat, adimpleret in omnibus. Cujus poſtulationibus idem Rex annuens, bono ac libenti animo, aliam donationis promiſſionem, ad inſtar prioris, deſcribi præcepit, per Etherium, Notarium ſuum, eamque, propria manu, Rex Ipſe corroborans, & univerſos Epiſcopos, & Abbates, Duces etiam & Graphiones, ac plures, qui ſecum venerant, honoratos, ibi ſubſcribere faciens, ſuper Altare B. Petri, manu propria poſuit. Et tam ipſe Rex, quam & univerſi Magnates Ejus, id ſe in perpetuum conſervaturos B. Petro, & Ejus Vicariis, Sacramento terribili, firmaverunt &c.* Conf. Diploma, *Ludovici Pii* nomen præ ſe ferens, an. 827, apud *Goldaſtum* Tom. 2 *Conſtit. Imp.* pag. 11, *Anaſtaſius*, cujus verba præced. Tit. IV, §. 5, lit. a, v. 29, pag. 354 & 355, exhibui; Fictum autem Documentum hoc eſſe ex ibidem dictis, conjici poteſt. Add. *Lehman. Chron. Spirenſ.* lib. 5, cap. 15, p. 401; *Conring. de Finib. Imp.* lib. 1, cap. 10, p. 65 &c.

An. 775. Adſcribit, in *Durienſi* Placito, *S. Dionyſii* Monachis, *Placicium* Monaſterium, in Pago *Pinciacenſi*, contra prætenſiones *Herchenradi*, Pariſiorum Præſulis. Vid. idem, l. c. §. 51, p. 498.

An. 778, Rata habet omnia *Dionyſiani* Cœnobii Privilegia & immunitates. l. c. §. 53, p. 500.

An. 782, Confirmando permutationis Contractum, Prædiorum quorundam, in *Metenſi* Pago, *Folradum* inter *S. Dionyſii* Abbatem, & *Euſemiam*, Parthenonis *D. Petri*, Metenſis Abbatiſſam, initum, ait: *Simile modo, Folradus dedit ad parte Euſemiana Abbatiſſa, & illa Congregatione S. Petri, res proprietatis ſuæ - - - - præcipientes ergo jubemus, ut, quicquid pars contulit parti - - - liberam ac firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem &c.* Vid. loc. cit. §. 54, p. 501.

An. 790, Conſentit in Contractum, quo mediante, *Hrodhardus* Comes, Monachis *Dionyſianis*, Bona in *Binuzhaim & Romaningahoba*, in Pago *Briſigavia*, vendidit; l. c. §. 56. p. 502.

An. 793, vindicat, ſolenni Præcepto, *Aniano*, *SS. Johannis & Laurentii* Abbatis, Pariſiis, Villam *Caunas*, cum omnibus rebus & hominibus l. c. §. 58, p. 503.

An. 802, 6 Cal. Maji, *in perpetuum jus donat, ad Monaſterium Helmonſtede* (Helmſtätt) *omne dominium ac proprietatem Villæ in Karlſtorff, & agrum ejusdem, cum omni jure & integritate, ac ſylvarum attinentiis &c.* Vid. *Bucelinus*, part. altera *Germaniæ Sacra*, p. 307 & 308.

An. 803, teſte diplomate, 14 Cal. Januar. Eccleſiæ *Oſnabrugenſi*, dato, in *Chronico Oſnabrugenſium Epiſcoporum Erdwini Erdmanni*, apud *Meibomium* Tom. 2, *Rer. German.* p. 196 & 197, ut & in *Monumentis Paderbornenſibus* Reverendiſſimi Præſulis *Fürſtenbergii*, p. 315, multa dicta Eccleſiæ Bona & Jura tradidit; verba hæc ſunt: *Notum ſit omnibus Fidelibus præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter donamus a Baſilicam*

licam

licam S. Petri, Principis Apoſtolorum, & SS. Martyrum, Criſpini & Criſpiniani, quam Nos conſtruximus, in loco Oſnabrugki, & corpora illorum illuc tranſtulimus, ubi præeſt Venerabilis Wiho, Epiſcopus, omne Regale, vel Seculare Judicium, ſuper ſuos ſervos, & Liddones, & liberos, Malman & Mundman & omnes utriusque Sexus Homines, eidem Eccleſiæ pertinentes, quos modo poſſidet, vel deinceps acquiſierit, & perpetuam, de Regia Poteſtate, confirmamus abſolutionem, ita, ut nullus Judex Publicus, Dux, Comes, vel Vice-Comes, vel Scultetus, ſive Miſſi Dominici, per tempora diſcurrentes, loca illius Epiſcopatus, ad Placita habenda, vel freda exigenda, & parafreda, aut aliquem de præſcriptis, eidem Eccleſiæ pertinentem, ad ſua Placita bannire, vel ad mortem usquam Terrarum dijudicare, vel aliquo modo, ullo unquam tempore, aggravare audeant. Sed liceat præfato Epiſcopo, ſuisque Succeſſoribus, & ſuo Advocato, res prædictæ Eccleſiæ, cum omnibus ſibi pertinentibus, quieto ordine poſſidere, ordinare, atque diſponere &c.

An. 804. 13 Kal. Januar. novum liberalitatis documentum apud *Oſnabrugenſes* reliquiſſe fertur, de quo *Cranzius* lib. 1 *Metropol.* cap. 2, pag. 4; *Petrus Bertius*, lib. 3 *Rer. German.* cap. VI, pag. 124; *Baronius*, Tom. IX *Annal.* ad an. 804, §. XI & XII, pag. 557 & 558, & *Fürſtenbergius*, in laudatis *Monumentis*, p. 327, evolvendi; ibi: *Quoddam nemus, vel foreſtum, infra hæc loco ſitum: Farnevinkil, Rudanſtein, Angeri, Oſning, Sinedi, Bergashovid, Drevenſmeri, Etanarfeld, Dumeri, collaudatione Regionis illius Potentum, cum omni integritate, in porcis videlicet ſylvaticis, atque cervis, avibus & piſcibus, omnique Venatione, quæ, ſub Banno uſuali, ad Foreſtum deputatur, in ſimilitudinem Foreſti Noſtri Aquisgranum pertinentis, in ſylva Oſningi, in perpetuum proprietatis uſum donavimus - - - Inſuper eidem Epiſcopo, ſuisque Succeſſoribus, perpetuam concedimus libertatem, & ab omni Regali ſervitio confirmamus abſolutionem &c.* Conf. tamen, quæ, de diplomate hoc, præced. Tit. IV, §. 3, lit. a, pag. 298 & 299, notavi.

An. 812, *ad deprecationem Geroldi Comitis, fidelis ſui, concedit, atque confirmat, ad Monaſterium S. Mauritii, quod eſt ſitum in Ducatu Bajoariorum, in loco nuncupante Altaha, ubi Orulfus Rector præeſſe videtur, locum quendam in Avaria, ubi Bieloba fluvius Danubium ingreditur, cujus æſtimatio eſt quaſi quadraginta Manſorum. Qui locus, ſub omni integritate partibus memorati Monaſterii, per hanc auctoritatis ſuæ largitionem, vel confirmationem, perpetuis temporibus, proficiat, in augmentu &c.* Vid. *Chriſtoph. Gewoldus*, in Addit. ad Tom. 2 *Hundii Metropolis Salisburgenſis*. p. m. 10.

Quibus Bonis Eccleſiam *Herbipolenſem* donaverit, ſeq. §. 13, lit. d, dicam.

De *Auguſtana*, inquit *Theodorus*, Campidunenſium Abbas, in Vita S. *Magni*, ſeu *Magnoaldi*, Confeſſoris, cap. 32, apud *Caniſium* Tom. V, *Lection. Antiq.* & *Surium*, 6. Sept. p. 81: *Conſtituit* (Carolus) *autem Epiſcopum, Sintpertum nomine, in ipſa Civitate, & dedit, ſecundum morem Regum, per firmitatis præceptum, ad præfata loca, omnia, quæ ab Anteceſſore ſuo, Pipino, illuc tradita fuerant; inſuper & addidit plurima &c.*

Ejusdem memor, Auctor vitæ *S. Arnoldi* Confeſſoris, cap. 2, apud *Surium*, 18 Julii, p. m. 229, ait: *Extractoque annulo, quem manu geſtabat, more Regio, coram cunctis Optimatibus ſuis, prædictam ſylvam* Burgela, haud procul ab Arnswilera) *Arnoldo tradidit, in jus poſſeſſionis - - - - Accepta igitur Regali poſſeſſione, annulari Traditione, diſtribuit prædictam Sylvam, adjacentibus Villis, quarum nomina - - - Wylre, Ellem, Cirim ſuperior, Cirim, Lichg, Embe, Angelſtorp, Egilsdorp, Baſſendorp, Glerſch, Eppendorp, Sidendorp, Manheim, Kerpen, Bladesheim, Godelshem, Bürin, Moirſazam, Mertzenich &c.*

De munificentia Ejus, erga Eccleſiam *Fuldenſem*, inquit *Ægilas*, in vita *S. Sturmi* Abbatis ibidem, cap. 12, apud *Surium*, 17 Decemb. p. m. 289: *Vocato ad ſe Sturmen, Abbate, conſilium cum eo iniit, & Hamelenburc, cum omnibus, quæ ad illum Fiſcum pertinent, poteſtativa manu, de Jure ſuo, in Jus Domini, & S. Bonifacii, ad Cœnobium Fulda tradidit &c.*

Auctor Vitæ *S. Gudulæ*, apud Brabantos, cap. 28, referente *Surio*, d. 8 Januar. p. 124, hæc prodit: *Rex Carolus - - - - ut Eccleſiarum Dei amator ſemper extitit, deſenſorque ſtrenuus, in cunctis devotiſſimus, eandem Villam Mortzellenſem, ſacræ Virgini Teſtamentis condonavit legalibus, & prædictum Prædiolum Ham, unde arbor advenerat, ſub pluribus ac idoneis tradidit teſtibus &c.*

Eundem, *Aurelianenſem* Eccleſiam, *ab omni judiciaria poteſtate* exemiſſe, docet *Ludovici Pii* diploma

ma de an. 840, quo Ecleſiæ hujus Privilegia confirmantur, apud *Stephanum Baluzium*, *Append. Capitularium Regum Francorum*, §. XXX, & *Tentzelium*, Append. 2 *Vindiciarum Cenſuræ Conringianæ diplomatis Lindavienſis*, §. 30, p. 68.

Diploma, quod Monaſterium *B. Mariæ Campidunenſe*, de an. 773, apud *Münſterum*, lib. 3 *Coſmograph.* cap. 186, & *Cruſium*, part. 1 *Annal. Suevicor.* lib. XII, pag. 318, & *Tenzelium* l. c. Append. 3, §. 3, pag. 77, ſe Eidem debere, jactitat, in quo hæc occurrunt: *Quoniam prædicta Conjunx Noſtra* (Hildegardis) *in eodem Cœnobio, locum ſepulturæ ſe habituram ordinavit, diverſis muneribus ditando, quicquid in Pago Ylergowe, & Augusgowe, Albegowe, materna hæreditate, legitime obtinuit, cum noſtra poteſtativa manu, & Imperiali largitione, illuc tradidit, & in proprium jus ejusdem Monaſterii transfudit, & perpetualiter poſſidendum donavit. Nos igitur - - - præcipimus, ut nullus Publicus Judex, neque Comes, aut quislibet ex Judiciaria Poteſtate, Villas, Curias aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, memorato Monaſterio præſenti tempore ſubjacentes, &c.* non produco, quia *Tenzelius* l. c. pag. 79, falſitatem ejus jam ſatis probavit; licet & *Bruſchius*, in *Chronologia Monaſteriorum Germaniæ*, voc. *Campidona*, p. 97, illud magni faciat; nec illud nomino, quo, an. 813, Monaſterio *Augiæ divitis*, Conſtantienſis Diœceſeos, *Illmam* donaſſe perhibetur, apud *Martinum Magerum*, cap. V, de *Advocatia armata*, §. 431, & *Tenzelium* l. c. §. 1. p. 70 verb; *Omnium præſentium ac futurorum comperiet induſtria, qualiter Ulmam, Noſtram Regalem Villam, pro anima noſtra, ac Parentum noſtrorum, remedio, ad Monaſterium, quod conſtructum eſt in Inſula, quæ, in Alemanniæ partibus ſita, Sintleobeſuna nuncupatur - - - cum omnibus appendiciis ſuis & locis adjacentibus, tradimus, atque transfundimus &c.* ob paria falſi indicia, *Tenzelio* l. c. pag. 72, obſervata; nec illud, quo *Burchardo Würtzburgenſi*, varia loca dono dediſſe, ſcribitur, apud *Cruſium* l. c. Part. 2, lib. 1, pag. 22, & *Tenzelium* l. c. §. 5, pag. 86, ubi: *Petiit à Noſtra Excellentia, inſtantibus chara noſtra Conjuge, Faſtrada, Reverendoque Moguntinenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopo, Bonifacio, Reverendus Wirceburgenſis Epiſcopus, Burchardus, ut quædam Dilecti Patris Noſtri, Pipini, Inclyti Regis, loca, ſibi propria, traderemus: videlicet Neuſtadium, Hohenburgum, & alias Cellas: Amerbachum, Schluchternam & Murrhartum, ad Sedem Civitatis Wirceburgenſis, ad reliquias laudati Martyris Chiliani: quas conſtat ibi ſepultas eſſe. Nos ergo Burchardo, (cui Parens Noſter, Pipinus, nondum tunc Epiſcopo, de iis locis aſſenſus erat) & ſucceſſoribus, hæc petita concedimus &c.* ob argumenta, quibus *Tenzelius* l. c. pag. 87, ſpurium quoque & illud eſſe, oſtendit; quandoquidem (1) ſtylus Carolinum ævum plane non redolet, (2) Epilogus: *Confirmamus hæc, teſtibus Zacharia Papa Venerando, & Archi-Epiſcopo Bonifacio, in perpetuum, ſigillo noſtro roborantes. Datum, menſe Octobri, XX Anno Noſtro Regni, X. Anno Italici*, impoſturam clare demonſtrat; ſi enim per XX Ejus Regni Annum, *Francicum* intelligamus, datum diploma anno Chriſti 788; aſt quomodo hoc tempus quadrat, in annum *decimum* Ejusdem *Regni Italici*, quod an. 774, debellato *Deſiderio*, auſpicatus noſcitur. Quod magis eſt, *Zachariam* Pontificem, jam dudum, & quidem juxta *Geſta Francorum Epitomata*, apud *Freherum* Tom. 1 *Rer. Franc.* p. 87, *Hermannum Contractum* ad anno 741, *Marianum Scotum*, ad anno 751; *Lambertum Aſchaffenburgenſem*, ann. eod. & aſſeclas, anno 751, aut, ut *Liber Pontificialis*, Tom. 2, Conciliorum *Petri Crabbe*, fol. 103; *Anaſtaſius Bibliothecarius*, in vita *Zachariæ* p. m. 107, aliique tradunt, an. 752, defunctum ſcimus, pariter & *Bonifacium* Moguntinum, anno 754, à Friſiis occiſum, ſi vel *Annalibus Francorum Fuldenſibus* ad h. a. & *Pithœanis* h. a. pag. 6, & *Reuberianis* h. a. pag. 16; *Mariano Scoto* h. a. *Hermanno Contracto*, an. eod. apud *Urſtiſium*, p. 297; *Sigeberto Gemblacenſi* an. eod. aliisque multis, fidem adhibeamus. Quomodo ergo an. 788, teſtes eſſe potuerunt? Alia ejusdem furfuris, ut mittam. Sunt tamen hujus loci donationes aliæ, hæc circa tempora factæ, v. g.

Giſelæ, Caroli Magni ſororis, quæ permulta Prædia à Parentibus ſibi relicta, an. 791, *Dionyſiano* Cœnobio contulit. Vid. Dipl. apud *Mabillon, de Re Diplom.* lib. 6, §. 57, p. 503.

Thaſſilonis, Bojorum Ducis, qui an. Ducatus XXII, *Attoni* Abbati, ad Eccleſiam *S. Petri*, cæterorumque Apoſtolorum, pro remedio animæ ſuæ, & Anteceſſorum, *donat. & transfundit, locum, nuncupatum Intica, vulgo Campo Gelaw.* Vid. *Gewoldus*, in Addit. ad T. 1 *Metropolis Hundii*, p. m. 125.

Walteri, Herfordenſis Comitis, de quo *Meibomius*, in Not. ad *Gobelini Perſonæ Coſmodromium*, Tom. 1 *Rer. German.* pag. 358, hæc: *Nobilium Puellarum Cœnobium, Hervordiæ, instituit, ampliſſimeque dotavit. Fundatio hæc incidit in annum Chriſti* 790, Vid. tamen ſeq. §. 18, lit. e.

Amulrici, Ad Crucem juxta *Arnapa*, an. 795, facta Cœnobio *Werthinenſi*; Vid. *Chartularium Werthinenſe*, apud Illuſt. Dn. *Leibnitium* Tom. 1 *Rer. Brunſ.* p. 106, §. 12; & p. 113, §. 37.

Liudgeri,

Liudgeri, *in Suiſtarbant*, ſeu in *Seuwald*, & in *Berelſi*, an. eod. l. c. pag. 115, §. 46.

Wracharii, *in Suiſtarbant*, ſeu in *Seuwald*, an. eod. l. c. p. 116, §. 48.

Henrici, juxta *Ruram*, an. 796; l. c. pag. 103, §. 5.

Liudgeri, filii *Hrodgeri*; an. eod. ibid. pag. 103, §. 6.

Theganbaldi, juxta *Ruram*, an. eod. l. c. pag. 106, §. 13.

Oodhelmi, an. 797, l. c. p. 116, §. 47.

Hirpingi, an. 798, l. c, p. 105, §. 9.

Theudaldi, Comitis, omnes res proprietatis ſuæ, in Cœnobium Dionyſianum tranſſcribentis, an. eod. Vid. *Mabillon*, l. c. §. 60, p. 509.

Hludwini, *ad Weretbinas*, an. 799, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 101, §. 2.

Oodhelmi, ad *Withmundum*, an. eod. l. c. pag. 102, §. 3.

Folcberti, an. eod. l. c. p. 118, §. 57.

Folchardi, *Reginaldi*, *Gerbardi &c.* in *Withmundi*, an. 800, l. c. p. 104, §. 7.

Eforwini, & Parentum ejus, an. eod. l. c. p. 105, §. 11.

Hrodulfi, *in Englandi*, an. 801. l. c. p. 104, §. 8.

Hildiradi, *in Wenaswalda*, an. eod. l. c. pag. 109, §. 23.

Bettonis, *in Holtheim*, an. eod. l. c. p. 119, §. 59.

Sigiwini, *in Hrotbertinga-Hova*, an. 803, l. c. p. 118, §. 55.

Liudgeri, filii *Hrodgeri*, & *Hiddonis*, an. 805, l. c. p. 105, §. 10.

Abbonis, Patricii, qui, an. eodem, *Novalicienſi* Cœnobio, in valle *Siguſina*, teſtamento legavit, *quicquid, tam infra muros ipſius Civitatis, quam & in ipſo Pago, ex Alode Parentum ſuorum, vel undecunque ſibi juſtiſſime ex Legibus obvenit, hoc eſt, quicquid in ipſa Valle Novaliciis, etiam & in Barro, ſeu & in Albanato, & ultra Ciniſca, ſubtus Cravaſca, & in faido, vel cætera loca, quæ ad ipſum Monaſterium adjacent, cum ſylvis, pratis, Alpibus, aquis, aquarumque decurſibus, tam de proprio, quam de conquiſto &c.* poſſedit. Vid. *Mabillon* l. c. §. 61, p. 507.

Hiddonis, ejusque Conjugis, *Madalgardæ*, an. 807, apud Dn. *Leibnitium*, l. c. p. 106, §. 14.

Gunduini & Adelboldi, anno 812, l. c. pag. 111, §. 31.

In vita *S. Wunibaldi*, *Heidenheimenſis*, Abbatis, cap. 9, apud *Surium*, 18 Dec. p. m. 295, legimus: *Egregius ille Almi Dei agonithetus, cum conſultu, atque conſilio Epiſcopi, emebat agrum illum, qui nominatur Heidenheim, in propriam poſſeſſionem ſibi, & aliam partem poſtea Regionis alii homines dabant illi, in redemptionem animæ ſuæ &c.*

Sic *Hildegardis* Abbatiſſa, in Vita *S. Diſibodi*, Epiſcopi & Confeſſoris, cap. 10, apud *Surium*, 8 Julii, p. m. 143. *Factum eſt, ut Principes & Nobiles, opulentique homines, cum reliquo ejus Regionis Populo, montem illum* (Studernheim) *cum omnibus finibus ejus, ultra decurrentes fluvios Nabam & Glan, in longum & latum, ei, & poſteris ejus, donarent &c.* & cap. 23, pag. 146. *Poſt annos autem plurimos, & aliquot Regum deceſſum, rurſum ingentia orta ſunt bella, adverſum Regionem illam, Itaque Majores natu, & Principes Terræ illius, Carolum Magnum, qui tum Romanum Imperium ſuſceperat, adeuntes, dixerunt: æquum non eſſe, ut ii, quos non carni, ſed Spiritui, non mundo, ſed Deo, ſervire oportebat, mundi pompam, & opes ſuperfluas, obtinerent, quemadmodum facerent illi, qui in monte S. Diſibodi, degerent ---- reſpondit,* (Imperator) *Se Fratribus illis, nec Fundos, aut Poſſeſſiones, neque res alias, quas ei Fideles contuliſſent, ulla ratione adempturum &c.*

Addi merentur Verba *Mabillonii* l. c. Diplomati 199, p. 611, annexa: *Caroli Magni Principatu, varia Cænobio Sithienſi Prædia conceſſa ſunt, in quibus memoranda Deodati Clerici donatio; quippe Odlando Abbati, Deodatus Clericus concedit res ſuas, ſitas in locis, in Sanctum, & in Ascio, ſuper fluvio Witbaci, & in Freſinnio, --- & Hildwalcurt, & in Lonaſto --- Erlharius vendit* (Nanthario, Odlandi Succeſſori) *manſum unum, in loco, nuncupante Fletrinio, in Pago Iſſerctio --- Eidem Nanthario Abbati, Lebdrudis vidua tradit omnem rem ſuæ proprietatis, in loco, nuncupante Gisna, ſive Totingetune, in Pago Bononieenſi, ſuper fluvium Waſconigawalla &c.*

LUDOVICUS PIUS.

Auctor Vitæ Ejus, apud *Freherum*, p. 457, & *Pithœum* p. 369, an. 817, Edicto Eum ſanxiſſe affirmat: *Ut, ſuper ſingulas Eccleſias, manſus tribueretur unus, cum penſatione legitima, & ſervo, atque ancilla.* Cæterum:

An. 814, donat Eccleſiam *S. Mauricii*, *Viennæ Allobrogum*, Villa *Faſiana*. Vid. *Stephanus Baluzius*,

xius, Append. *Capitular. Francicor.* §. 24, *Tentzelius*, *Vindic. Conringianæ Cenſuræ Diplomatis Lindavienſis*, Append. 2, p. 46.

An. 815, *Cellas, Gordanicum, & Caſam novam, cum omnibus pertinentibus, mancipiis, domibus, ædificiis, terris, vineis, ſylvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus*, Monaſterio *Aniano*, in *Magdalenenſi* Pago, haud procul à Caſtro *Monſcalmo*, in jus proprium tradidit. Vid. *Mabillon*, *Act. SS. Benedictinorum Seculi IV*, part. 1, pag. 221; *Tentzel* l. c. Append. 1, §. 1, pag. 2.

An. eod. Confirmando Paternam conceſſionem, Monachis *Montis Olivi*, Carcaſſonenſis Diœceſeos, factam, ait: *Jubemus: Ut nullus Judex Publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias, vel loca, aut agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, prædicti Monaſterii - - - - ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones, vel paratas, faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines Monaſterii, tam Ingenuos, quam & ſervos, ſuper Terram ipſius commanentes, injuſte diſtringendos, nec ullas redhibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris, & futuris temporibus, ingredi audeat, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat. Et quicquid de rebus præfati Monaſteris Fiſcus ſperare poterat, totum Nos, pro æterna remuneratione, præfato Monaſterio concedimus &c.* Vid. *Baluzius* l. c. §. 28; *Tenzel* l. c. Append. 2, §..2, p. 48.

An. 816, Eandem immunitatem largitur Cœnobio *S. Michaëlis*, prope *Virdunum*, in Lotharingia. Vid. *Mabillon*, Tom. 2, *Analectorum*, p. 408. *Tentzel* l. c. §. 3, p. 49.

An. 817, *Ducatum Romanum*, *Exarchatum Ravennatenſem*, *Agrum Sabinenſem &c.* Romanæ Eccleſiæ, vel donaſſe, vel confirmaſſe, ſcribitur. Vid. vero, quæ præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 54 & 55, & Tit. IV, §. 5, lit. f, pag. 369 & 370, annotavi. Add. & ſeq. §. 21, lit. b, voc. *Ludovicus Pius*.

An. 819, Corroborat donationem, qua *Wlfarius* Comes, Monaſterio *Anianenſi*, *Albienſis* Pagi, *Bellam Cellam* confert. Vid. *Mabillon*, *Acta SS Benedictinor. Seculi IV*, part. 1, fol. 220, *Tentzel* l. c. Append. 1, §. 2, p. 4.

An. eod. Ratihabet immunitatis Privilegium Parentis ſui, Abbatiæ *Bivonis*, in *Gandenſi* Urbe conceſſum. Vid. *Aubertus Miræus*, Cod. *Donationum piarum*, pag. 55. *Tentzel* l. c. Append. 2, §. 4, pag. 50.

An. 821, Dono dat Collegio *Buchovienſi*, *Oppida Magingam, vulgo Mengam, & Sulogow, tunc adhuc Villas, cum omnibus ad eas pertinentibus Juribus, Poſſeſſionibus, immunitatibus, ac proprietatibus, anno Imperii ſui ſexto, h. e. An. Domini 821. Ejus donationis Diploma mihi legendum exhibuit Reverendiſſima ejus loci Abatiſſa &c.* Ita *Bruſchius*, *de Monaſteriis German.* voc. *Buchaugia*, p. 66.

An. 822, Impertit *Paderbornenſi*, Eccleſiæ, eadem formula, qua Cœnobio *Montis Olivi*, cujus modo memini, perpetuæ exemptionis Privilegium, ab omnibus publicis exactionibus, & judiciariis poteſtatibus. Vid. *Conringius*, *Cenſur. Diplomatis Lindavienſis*, cap. 3, pag. 13 & 14; *Schaten*, *Annal. Paderborn.* lib. 2, ad h. a. pag. 71; *Tentzel* l. c. §. 5, pag. 51.

An. eod. Conſentit in commutationem quorundam Prædiorum, inter *Hilduinum*, *S. Dionyſii* Abbatem, & *Hildulfum* quendam, de Bonis, in Alſatia ſitis. Vid. *Mabillon*, de *Re Diplom.* lib. VI, §. 66, p. 513. *Tentzel* l. c. Append. §. 3, p. 5.

An. eod. Rata habet immunitatis Privilegia, à *Carolo Magno*, Cœnobio *Altahenſi*, conceſſa. Vid. *Gewoldus*, Addit. ad *Hundii Metropolin*, Tom. 2, pag. 10, §. 2.

An. 823, 6 Kal. Aug. Eadem formula, qua Cœnobio *Montis-Olivi*, proſpicit immunitati *Corbejenſis* Abbatiæ, addita *Villa Regia*, *Huxeri*, *ſeu Huxaria*, ad Viſurgim. Vid. *Stangefolius*, lib. 2. *Annal. Weſtphal.* p. 120; *Fürſtenberg. Monum. Paderborn.* p. 132, *Mabillon* l. c. §. 68, pag. 514; *Schaten* l. c. ad an. 823, p. 74 & 76, & ad an. 845, p. 130; *Tentzel* l. c. §. 4, p. 7. In vetuſtiſſimo *Chronico Corbejenſi*, apud *Meibomium*, Tom. 1. *Rer. German.* p. 755, legitur: *Dominus Liudwicus, Imperator Auguſtus, Karoli Magni filius, tradidit Monaſterio locum Huxeri, cum omnibus finibus ſuis; Eresburg & Meppiam, Abbatiolas, & cætera prædia in Aquilone &c.* Conf. *Ditmarus* Reſtitutus, lib. VII, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 1. *Rer. Brunſuic.* p. 403. *Anno Dominicæ Incarnationis 822, Ludovicus Imp. Auguſtus, Caroli Magni Filius, Imperii ſui anno X, per Venerabilem Adelhardum, Antiquæ Corbejæ Abbatem, hoc Cœnobium fundavit, in memoriam, unde cepiſſet, Corbeja Nova loco nomen imponens: Ipſe tradidit eidem loco multa Prædia, ſcil. Huxeri Villam Eresburg & Meppiam Abbatias &c.*

An. eod. Simile Privilegium dat *Aſcetis Balneolenſibus*, in *Biſuldinenſi* Pago, *Gerundenſis* Diœceſeos, in Catalaunia, adjecta facultate, ex ſemet ipſis, eligendi Abbatis. Vid. *Baluzius* l. c. §. 41; *Tentzel* l. c. Append. 2, §. 7, p. 52.

An. 826, Donat *Corbejenſibus* Monachis, *Eresburgum*, cum omnibus rebus, & mancipiis, eo

perti-

pertinentibus. Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 83 & 84. Conf. Diploma *Ludovici Germanici*, an. 853, apud *Mabillon*, part. I *Actor. SS. Benedict.* Seculi IV, pag. 526; *Tentzel*, l. c. Append. 1, p. 39.

An. 828, Validam reddit, auctoritate ſua, donationem *Geroldi*, *Cremiphanenſium* Comitis, de certo *Bojoariæ* diſtrictu, *Cremiphanenſi* Cœnobio, Superioris Auſtriæ, factam. Vid. *Simon Rettenbacherus*, lib. I *Annal. Cremiſanenſium*, cap. 9; *Tentzelius* l. c. §. 8, p. 54.

An. eod. Præceptum edit, pro commutatitone quorundam Bonorum in Pago *Andegavenſi*, inter *Hilduinum*, *S. Dionyſii* Abbatem, & *Fulcrinum*, quendam. Vid. *Mabillon*, de *Re Diplom.* lib. 6, §. 72, p. 516; *Tentzelius* l. c. Append. I, §. 6, p. 12.

An. 830, Conſueta formula, cujus ſub an. 815 memini, eximit Monaſterium *Sithiu*, in Pago *Tervanenſi*, (de quo ſub Clothario III, Theodorico III, Clodovæo III, Chilperico 2, Theoderico IV, Childerico III, & Carolo Magno, nunnulla recenſui) à Juriſdictione Secularium Judicum. Vid. *Mabillon* l. c. §. 200, *p. 612*; *Tentzel* l. c. §. 7, p. 14.

An. eod. Conſentit in donationem, qua *Hilduinus* Abbas, in Monaſterium *S. Germani*, cui præerat, prope Pariſios, Octo Villas transfert, quibus hæc nomina: *Antoniacum*, (Antoigny) *Cella Villaris* (La Celle pres Surene) *Matriolas*, (Marolles) *Caticantus*, (Cachant) *Novigentus*, (Nogent Lartand) *Spinogilum* (Eſpiney) *Valedronis* (Le Breul, pres la petite Riviere d'orge) *Agmantus* (Eſmans) Vid. Vita *Ludovici Pii*, apud *Freherum*, an. 817, p. 458.

An. 831, Decidit quod *Cellæ SS. Albini*, *Vincentii*, & *Audæni*, non ad Jus Regium, ſed *Aldrici*, *Cenomannicæ* Eccleſiæ Præſulis, pertineant. Vid. Vita *Aldrici*, apud *Baluzium*, lib. 3 *Miſcellan.* p. 22; *Tentzel* l. c. Append. 2, §. 9, p. 55.

An. 832, Confirmat *Villas*, quas *Hilduinus* Abbas, Cœnobio *Dionyſiano*, *per ſuam conceſſionem, viſus eſt condonaſſe, id eſt, Murnum; Toſonis Vallem, cum Flaviaco, & omnibus appendiciis ſuis excepto Temeriaco Curte; Cellam S. Martini, in Monte Iccundiaco, cum omni integritate; Villam Pratariam, cum ſuis omnibus; Pratariolam, cum Sichaldi Curte, & omnibus ad ſe pertinentibus; Nucitum Superiorem, cum appendiciis ſuis; Francorum Villam; Maſtare; Medietatem de Baliolo; Mucellam; Bedolitum; Villarem; Waſconam villam; cum integritate ſua, & omnibus appendiciis, & omne teloneum atque cenſum, quod de mercato anniverſali, per feſtivitatem S. Dionyſii, exire conſuevit &c. Trimlidum, ac Villam pictam, cum omni integritate, ac omnibus appendiciis, ad eas pertinentibus; Majorem Villam, cum integritate &c.* Vid. *Mabillon*, *de Re Diplom.* lib. 5, Tab. 26, pag. 392 & 393; *Tentzel* l. c. Append 1, §. 8, p. 17.

An. 833, Offert, laudato *Hilduino* Abbati, donationis titulo, Villam *Mintriacum*, in Agro *Pariſienſi*, *ſicut Fredebaldus* quondam in beneficio eam habuerat, cum omni integritate. Vid. *Mabillon* loc. cit. Lib. VI, §. 76, pag. 521; *Tentzel* loc. cit. §. 9, pag. 23.

An. eod. Statuit, ut bina Aſceteria Ordinis *S. Benedicti*, *Foſſatus*, in Agro *Pariſienſi*, & *S. Mauri*, ad *Ligerim*, in Antegavenſi Pago, perpetuo ſub Regimine unius ejuſdemque Abbatis ſimultaneè conſiſtant, & immunitate ab omnibus exactionibus publicis, Judiciariis Poteſtatibus, expeditione militari &c. fruantur. Vid. *Baluzius* l. c. §. 52; *Tentzel* l. c. Append. 2, §. 10, p. 56.

An. eod. Salinarii Fontibus, in Ducatu *Budinisvelt*, in Pago *Logi*, ad Viſurgim, donat Cœnobium *Corbejenſe*. Vid. *Schaten*, *Annal. Paderborn*, lib. 2, ad h. a. p. 92.

An. 834, Confirmando *S. Anſgarium*, Archi-Epiſcopum *Hamburgenſem*, contulit in eum, Cellam *Turbolt*, immunemque eum declaravit ab omni Poteſtate Publica, Tributis, Teloneo &c. Extat Diploma apud Auctores, ſeq. §. 12, lit. d, hoc nomine citatos.

An. eod. Quaſdam *Villas ſui Juris*, ſitas in *Angariis*, *in Logni*, quarum Vocabula ſunt: *Sulbichi*, & *Hemlion*, ſub integritate, Cœnobio *Corbejenſi* delegat, ut in jure, & poteſtate ipſius, perpetuo permaneant, abſque cujuslibet Comitis, vel Publici Judicis, aut cujuslibet perſonæ, contradictione, vel refragatione. Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 95 & 96.

An. eod. Eidem Cœnobio dono dat *Meppiam*, ut ſub ejus ditione, cum omnibus ad ſe pertinentibus, perpetuo conſiſtat. Vid. *Schaten* l. c. pag. 97 & 98. Conf. Dipl. *Ludovici German.* an. 853, apud *Mabillon*, *Act. SS. Benedict. Seculi IV*, part. 1, pag. 525; *Tentzel* l. c. Append. 1, p. 39.

An. 835, Supplicante *Chriſtiano* Abbate, indulget

dulget Cœnobio *S. Germani*, apud Pariſios, facultatem, ex ſuo gremio, deligendi Abbatis. Vid. *Mabillon* l. c. p. 576; *Tentzel* l. c. §. 11, p. 28.

An. eod. Idem privilegium largitur Cœnobio *Sithiu*, addita confirmatione immunitatis, ab omni poteſtate judiciaria, Vid. *Mabillon*, de *Re Dipl.* lib. VI, §. 201, p. 613; *Tentzel* l. c. §. 12, p. 30 & 31.

An. eod. Reſtituit, ſolenni Præcepto, *Floriacenſi* Cœnobio, Villas: *Suncantum*, *Marulſi-Villam*, *Sigivi-Villam*, *Hadrebledi-Villam*, *Numtri-Villam & Frodonis-Villam*, quas *Gislebarius* quidam, jure beneficiario, injuſtè uſurpaverat. Vid. *Mabillon* l. c. ſ. 77, p. 523.

An. 836, Solenni donatione, vindicat Cathedrali Eccleſiæ Civitatis *Cenomannicæ*, *Cellam S. Mariæ*, in ſuburbio ibidem, *ſub integritate, cum omnibus rebus, appendiciis, & terminis ſuis, & cum omnibus ad ſe pertinentibus, id eſt, Baſilicis, domibus, cæteriſque ædificiis, vineis, terris, pratis, ſylvis, campis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, locis cultis & incultis, mobilibus rebus & immobilibus, ac ſe ipſas moventibus, mancipiis diverſi ſexus & ætatis &c.* Vid. ex *Vita Aldrici*, *Baluzius*, lib. 3 *Miſcellan.* p. 34; *Tentzel* l. c. Append. 2, §. 11, p. 58.

An. 837, Erogat in jus & poſſeſſionem *Anianenſis* Abbatiæ, in *Magdalenenſi* Pago, *Cellam Gellonis*, in Pago *Lutevenſi*; Vid. *Mabillon*, *Act. SS. Benedict. Seculi IV*, part. 1. p. 223; *Tentzel*, l. c. Append. 1. §. 14, p. 33.

An. 838, Adſcribit *Aldrico*, *Cenomannenſium* Præſuli, *Villam Lugdunum*, quam *Banzlegbus* Comes, ſub precario & cenſu, permittente Rege uſu fruendam poſſederat. Vid. *Baluzius* l. c. pag. 103. *Tentzel* l. c. Append. 2, §. 12, p. 59.

An. eod. Confirmat eidem Eccleſiæ, *Villam Tridens*, *à Bavone* Vaſſo, beneficiali precariæ jure, Imperatoris gratia, poſſeſſam, dictæque Eccleſiæ perpetuis poſſidendam temporibus, ceſſam. Vid. *Baluzius* l. c. p. 155. *Tentzel* l. c. §. 13, p. 61.

An. eod. Cognita cauſa, ſæpe ſatum *Aldricum*, pro ſe, & Succeſſoribus, Cenomannicis Præſulibus, in legitimam poſſeſſionem Abbatiæ *Carilephi*, ſeu *Aniſolæ*, poſtliminio, & quidem ea ratione, ut illorum dominio & regimini, nullo unquam tempore poſthac ſubtrahi neutiquam debeat, immitti jubet. Vid. *Baluzius* l. c. p. 96; *Tentzel* l. c. §. 14, p. 62 &c.

An. eod. *Hervordenſe* Cœnobium, liberali donatione rerum, & mancipiorum, proprietatis ſuæ, in Villis *Remi*, in Pago *Burſibant*; & *Wattringas*, in Pago *Schoppingus* &c. locupletavit. Vid. *Schaten*, *Annal. Paderb.* lib. 1, h. a. p. 115.

An. eod. Ratihabet, *Dominicale in Oſthoven*, vel quicquid ibidem, aut in Locis *Oppenheim*, & *Wachenheim*, Matrona quædam, *Bunichonis* vidua, *Warino*, *Corbejenſi* Abbati, ejusque Eccleſiæ, cum Regali manſo *Tybeyle*, in perpetuum tradidit. Vid. *Schaten* l. c. p. 117.

An. 839, *Inſigni liberalitate, varia Monaſteria demeretur, & nunc quidem, una donatione, Augiæ diviti, Pagos: Altheim, Riedlingen, Waltbauſen, Oſtheim, Meringen, Tettingen & Rœdelingen, elargitur &c.* Ita *Gabriel Bucelinus*, in *Chronolog. Conſtantienſi*, ad an. 839; *Tentzel* l. c. cap. 5, §. 2, p. 98, & cap. 6, §. 2, p. 114.

An. eod. diploma ſcribit, ſuper Cenomanenſis Eccleſiæ Villa, *Caliſiame*, quam *Agbertus* Comes in Feudum, uſuſructuario more, per vitam ſuam poſſidendum, ab Imperatore acceperat, poſtmodum vere, accedente Regio conſenſu, eidem Cathedrali Eccleſiæ ultro reddidit, ut penes eam indivulſa perſiſtens Canonicorum uſibus perpetim deſerviat, annectendo: *Ut liceat Aldrico Epiſcopo, & ſucceſſoribus Ejus, quieto ordine, memoratam Villam, cum omnibus locis, & territoriis, ſive mancipiis, & cum omnibus ad ſe pertinentibus, Jure Eccleſiaſtico, tenere & poſſidere, & quicquid, pro oportunitate & commoditate præfatæ ſedis Eccleſiæ, exinde facere decreverint, liberam in omnibus habeant, futuris temporibus, poteſtatem faciendi &c.* Vid. ex *Aldrici* vita, *Baluzius* l. c. pag. 171; *Tentzel* l. c. Append. 2, §. 15. p. 64.

An. eod. Confirmat commutationem quorundam Prædiorum, inter *Hilduinum*, Abbatem *Dionyſianum*, & *Ermentrudim*, Abbatiſſam *Jotrenſem*, Vid. *Mabillon*, de *Re diplom.* lib. VI, §. 80, p. 525; *Tentzel* l. c. Append. I, §. 15, p. 35 &c.

An. 840, Proſpicit *Campidunenſi* Abbatiæ, *Aldrici Cella*. Vid. *Mabillon*, Tom. IV *Analector.* p. 470 &c. *Tentzel* l. c. cap. 5, §. 2, p. 98.

An. eod. Reddit *Cenomanenſi* Eccleſiæ, Villam *Bonalla*, cedente *Adelberto* Comite, cui, ad vitæ dies, in beneficium erat conceſſa. Vid. ex *Aldrici* Vita, *Baluzius* l. c. p. 167; *Tentzel* l. c. Append. 2, §. 16, p. 65.

An. eod. Liberat Abbatem, & Monachos, *S. Hilarii*, in Septimania, *Carcaſonenſis* diœceſeos, à cunctis exactionibus & præſtationibus publicis, conſtituens, ut nullus Judex Publicus, ſuper eorum hominibus, agat juſtitias, ipſique licentiam habeant, eligen-

eligendi, ex ſuo gremio, Abbatem idoneum. Vid. *Baluzius*, Append. *Capitular. Franc.* §. 29; *Tentzel* l. c. §. 17, p. 66.

An. eod. Reſtaurat immunitates à Poteſtate Judiciaria, quas *Aurelianenſis* Eccleſia *Carolo Magno* acceptas refert. *Baluzius* l. c. §. 30; *Tentzel* l. c. 18, p. 67.

Donationem Ejusdem, an. 817, ut perhibent, *Murbartenſi* Cœnobio factam, non tango, quia ſuppoſititia eſt. Formulam ſiſtunt *Cruſius, Annal. Sueb.* part. 2, p. 21 & *Tentzelius* l. c. Append. 3, §. 6, pag. 87. Vid. verò *Tenzelium* l. c. p. 89.

Ad hanc epocham ſpectant donationes aliæ, v. g. *Hrodſteini* Comitis, de an. 814. facta Eccleſiæ *Werthinenſi*, ſuper *Ruram* fl. ap. Illuſtr. Dn. *Leibnitium* Tom. 1. *Rer. Brunſuic.* p. 108, §. 18.

Ermegundis, Matronæ, *Pſalmodienſe* Cœnobium, an. 815, *Villis Salignaro, ſeu Salignanello, & Ruſticia*, aliisque prædiis multis, cum omni integritate, augentis. Vid. *Mabillon*, de *Re Diplom.* lib. VI, §. 203, p. 615.

Erici, & Ermenfridi, de Arnapa, de an. 817, *Hildigrimo* Præſuli facta, ap. Dn. de *Leibniz* l. c. p. 113, §. 38, & p. 117, §. 50.

Widradi, an. 818, eidem facta Præſuli; l. c. p. 115, §. 45.

Friderici, Hildiberti, & Altperchti in *Ripo*, an. 819; l. c. pap. 107, §. 16.

Eginharti & Emmæ, de an. 810, *Laurishamenſe* Cœnobium, Cella ſui Juris, *Michlenſtatt*, in ſylva *Ottoniana*, augentium; Vid. *Chron. Laurisham. Freheri*, p. 64. & Dn. *Tolnerus*, *Cod. Diplomat. Palat.* §. VI, p. 6. Quam latè vero *Michelſtadienſes* termini ſe extendant, ex alia *Eginharti* charta conſpicitur, ap. *Freherum* l. c. p. 65, & *Tolnerum* l. c. §. VII, p. 7.

Huntionis, filii quondam *Egilberni*, ad Eccleſiam S. Salvatoris in *Werthina*, de an. 821. Dn. *Leibnitz* l. c. pag. 114, §. 42.

Radonis, ad eandem Eccleſiam, an. eod. l. c. p. 117, §. 51.

Theodgrini Diaconi, ad eandem; an. eod. l. c. p. 119, §. 58.

Bertæ, Imperatoris Noſtri ſororis, quæ an. 823 Monaſterio S. *Medardi*, Villa *Bernogillo*, Noviomenſis Pagi, ceſſit Vid. *Mabillon*, de *Re Diplom.* lib. VI, §. 67, p. 514.

Spaneldis, Matronæ, an. 825, omnia ſua Bona Monaſterio *Caunenſi* legantis. Vid. *Mabillon* l. c. §. 71, pag. 516.

Lantfridi Optimatis, Conjugisque, Ejus, *Teudgildis*, an. 831, varia Prædia apud *Bidolidum*, *Dionyſiano* Cœnobio conferentium. Vid. *Mabillon* l. c. §. 73, p. 517.

Eburnuini, & Eburharti Fratrum, à quibus Cœnobium *S. Galli*, an. 833, nactum, *quicquid in Villa Morunswillare, & in eadem marca, viſa ſunt habere, id eſt, campis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, quicquid dici, aut nominari poteſt &c.* Vid. *Joachimus Vadianus, de Collegiis Monaſteriisque Germaniæ veteribus*, lib. 2, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Rer. Alamann.* p. 45.

Abbonis, qui an. 835, hæreditatem ſuam, in Villa *Lopanheldi*, Eccleſiæ *Werthinenſi* tradidit. Vid. Dn. *Leibnitz* l. c. p. 108, §. 19.

Eripi, filii *Aldrici*, qui an. 838, eandem Eccleſiam, parte hæreditatis ſuæ, in ſaltu *Waneswalde*, cum omnibus appendiciis, terris, ſilvis, paſcuis &c. ditiorem reddit; Vid. Dn. *Leibnitz* l. c. pag. 114, §. 40.

LOTHARIUS I, Imperator.

Memor Principis huius, *Leo Oſtienſis*, lib. 1. *Chron. Caſſinenſ.* cap. 23, p. m. 153, ait: *Præceptum fecit, confirmans omnia, quæ huic ſacro Cœnobio* (Caſſinenſi) *tam à Regibus, quam à Principibus, collata hactenus fuerant. Pratum etiam magnum, qui vocatur Cervarius, & ſervos, & hæreditates plurimas, Fiſco ſuo pertinentes, in Pago Marſorum, alio Præcepto, in hoc Monaſterio confirmavit. &c.*

An. 844, In proprietatem tradidit *Rugacen* (Rugiæ) *Inſulæ Slavos, cum tota Terra ejusdem Inſulæ*, Propinquo ſuo, *Warino*, *Corbejenſium* Abbati. Vid. *Schaten, Annal. Paderborn.* lib. 22, ad h. a. pag. 128. In Vetuſtiſſimo *Chronico Corbejenſi*, apud *Meibomium*, T. 1. *Rer. Germann.* p. 755, legitur: *Dominus Lotharius Imperator tradidit* (Monaſterio Corbejenſi) *Rugiam Inſulam, cum tota circumjacente Provincia.* Huc ſpectant illa *Chronici Mindenſis*, ad an. 878, apud *Meibomium* l. c. pag. 557: *Monachi de Corbeja Rugiam, quæ eſt Inſula maris juxta Civitatem Sundis, Deo cooperante, converterunt, & in honorem S. Viti, Patroni ibidem, Eccleſiam conſtruxerunt.* Add. *Helmoldus*, lib. 1. *Chron. Slavor.* cap. VI, §. 3 & 4, p. 21; *Crantzius* lib. 2, *Vandal.* cap. 25, & lib. 3. *Metropol.* cap. 1; *Meibomius*, in Not. ad *Chronicon Corbejenſe* cit. p. 758.

An. 845, Transfert in Cœnobium *S. Stephani*, *Argentorati*, *Undecim Dominicas Curtes, cum omnibus appendiciis, & Juſtitiis ſuis, ſibi in eis conſtitutis, videlicet Baſilicis, Capellis, Villis, Vicis, & antea tradita, tam infra muros Argentoratenſes, quam in Pagis. Infra mu-*

ros, Baſilicam S. Crucis, cum ſuis terminis, & decimis, Bothebur, & campis, pratis, paſcuis, compaſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, & piſcationibus, & utriusque ripæ litoribus, juxta vel infra Villam Skitingshenböhel, cultis vel incultis, queſitis, vel inqueſitis, quibuslibet vel uſibus, vel queſtibus aptis, ſervis, ancillis, colonis, fiſcalibus, ſilvis, Inſulis, exitibus & reditibus, & banno, & cyppo. In Pago Alſacinda, Wanga, cum ſuis appendiciis, campis, ſilvis, vineis, rivis, eorumque decurſibus, cunctisque Juſtitiis, Othenhen, Nunnenwilre, Gundoneswilre. In Pago Mortinhauga, cum ſupradicto jure de Bothebur, & Skitingshenbuel. In Pago Prisgaudi, Müninga Villa, cum ſuis appendicibus, Baſilica, Vicis, terminis, decimis, Campio, ſilvis, pratis, paſcuis, compaſcuis, cultis, incultis, queſitis, inquerendis, mancipiis, ſervis & ancillis, colonis & fiſcalibus, tam de equeſtre quam pedeſtre ordine, Banno & cyppo, Mercato, & omnibus Juſtitiis, ſicut ceteri meliores (Villæ) cis Rhenum; juxta fluvium, Illa nuncupante, Egesheim, Wibelsheim, in ſimili jure, ſicut cetera ſupra dicta, Baſilica, terminis, usque ad fines Illekiriche, & Ryno, & ſupra & inferius piſcatum. In Bolſenheim, Dominicam Curtem, & decimam - - - Cum Salica Terra, & ſuis appenſibus. Duas Curtes, ad luminaria concynnanda, cum ſuis appenſibus, Lumarshen, Lupoteshen; cum extenſione: Ut nullus Publicus Judex, vel quilibet ex judiciaria poteſtate, vel aliquis hominum, audeat, aliqua occaſione, vel alicujus conceſſione, vel juſſione, aliquas eorum Eccleſias, Poſſeſſiones, vel quaslibet res, invadere, vel aliquo modo moleſtare &c. Vid. Guillimannus, de Epiſcopis Argentorat. cap. 5, p. 26; Schilter, Achte Anmerckung über Kœnigshofen Elſaßiſche Chronick, pag. 528; Tentzel, in Vindiciis Conringiana Cenſura Diplomatis Lindavienſis, Append. 3, §. 8, p. 96 &c.

LUDOVICUS GERMANICUS I, Rex

An. 843. Concedit Monaſterio Altaha, de Terra Avarorum, a Carolo Magno capta, locum, qui nuncupatur Wachawa, qui terminatur à fonte rivuli, qui vocatur Myſtrica, usque ad eum locum, ubi ipſe Danubium influit, ac deinde tendit ſurſum, in ripam Danubii, usque in Bochbach, & ultra Bochbach, manſum unum, & inde juxta Bochbach, ſurſum, usque in verticem montis, qui nuncupatur Abornica, nec non & aliam locum, nuncupatum, Accusbach, juxta ripam Danubii, cujus menſura eſt, in Longitudine, milliarium unum, & in latitudine ſimiliter; nec non & campum unum, qui continet manſum unum - - - - totum & ad integrum, in jus & dominationem prædictæ Eccleſiæ, perpetualiter ad habendum &c. Vid. Gewoldus, Addit. ad Hundii Metropolim T. 2, p. 13, §. 6.

An. 844, Ratam habet donationem Erchanfridi, Diaconi & Capellani ſui, Monaſterio S. Emmerani, olim factam. Vid. Gewoldus l. c. Tom. 1, p. 225.

An. 845, Confirmat donationem, de Huxaria, Villa Regia, Corbejenſibus Monachis, an. 813, factam. Vid. Schaten, Annal. Paderborn. lib. 2, ad an. 845, p. 130 & 131.

An. eod. Transfert in idem Cœnobium, Undecim manſos, in Villa Hemli, in Pago Langnea, cum omnibus appendiciis, in Terris, Sylvis, aquis &c. nec non manſum dominicatum, cum caſis, & reliquis ædificiis, aliisque viginti manſis eo pertinentibus, in Villa Amplidi, in Pago Guottinga. Vid. Schaten l. c. p. 132 & 133.

An. 853, Comprobat liberalitatem Paternam Cœnobiis Corbejenſi & Herfordenſi, exhibitam. Vid. Mabillon, Act. SS. Benedict. Seculi IV, part. 1, fol. 526; Schaten l. c. ad h. a. pag. 141; Tentzel, Vindic. Conring. Cenſura Diplomatis Lindavienſis, Append. 1, pag. 39.

An. 855, Auget Corbejenſe Cœnobium, Cellula ſui Juris, Fiſchbæki dicta, in Pago Leri, cum omnibus eo ſpectantibus. Vid. Schaten, l. c. ad h. a. pag. 144.

An. 858, Ratihabet immunitatem & Privilegia, an. 822, à Ludovico Pio, Paderbornenſi Eccleſiæ conceſſa. Vid. Schaten l. c. ad h. a. p. 148 & 149.

An. eod. Statuit, in favorem Gozbaldi, Wirtzburgenſis Epiſcopi, & Abbatis ſimul Altahenſis, ut, quicquid, pro utilitate Monaſterii (Altahæ) præfatus Epiſcopus, Succeſſoresque illius, & Advocati illorum, commutaverint, in mancipiis, cæterisque rebus - ſylvis, ſeu etiam Territoriis, firmum & inconvulſum perpetuo permaneat &c. Vid. Gewoldus, l. c. Tom. 2, §. 7, pag. 14.

An. 861, Conſentit in Privilegia, & Jura, quæ S. Stephani Cœnobitæ, Argentorati, à Lothario Imp. nacti ſunt. Vid. Guillimannus, de Epiſcopis Argentorat. cap. 5, p. 32; Schilterus, in der funffien Anmerkung über Kœnigshofen Elſaßiſche Cronick, p. 479; Tentzel l. c. Append. 3, §. 9, p. 99.

An. 964; Supplicante Otgario, Abbate Altahenſi, decernit: Ut nullus Judex Publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, aut ullus ex Fidelibus ſuis, tam præſentibus, quam & futuris, neque Comites, neque Centenarii, neque

neque Exactores, in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas iſto tempore, in quibuslibet Pagis, vel Territoriis, infra Ditionem Regni ſui, juſte & legaliter, tenuit ac poſſedit, vel etiam in ea, quæ in jure ipſius Monaſterii voluerit divina Pietas augeri, ad cauſſas audiendas, vel freda & tributa exigenda, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Monaſterii, tam ingenuos, quam ſervos, ſclavos & accolas, ſuper Terram ipſius commanentes, nec juſte, nec injuſtè, diſtringendos, & nullas redhibitiones, vel manſiones, aut paratas faciendas, aut illicitas occaſiones requirendas, ſuis, nec futuris temporibus, ingredi audeat, nec ea, quæ commemorata ſunt, ullo unquam tempore, exigere præſumat &c. Vid. *Gewoldus*, l. c. Tom. 2, pag. 14 & 15, §. 8.

An. eod. In proprium dat eidem Abbati & Cœnobio, *res proprietatis ſuæ, quas quondam Reginbertus, & Reginolf, Ejus Pater, poſſidens, incoluit, in Pago Quinzingowe, in Territorio, quod eſt inter Sweinaha, & Monaſterium Altaha, contiguum &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. §. 10, p. 16.

An. 865, donat Eccleſiæ *Herfordenſi*, *quaſdam res proprietatis ſuæ in Pagis Dreini, & Borottra, in Comitatibus Burchardi & Warini, conjacentes, id eſt, Caſas dominicatas duas, cum Territorio Dominicali, unam, in Selibeim, & alteram in Stockheim; nec non & triginta manſos, pertinentes ad loca prænominata, & quicquid dici, aut nominari poteſt, quæ ad prædicta loca pertinere noſcuntur &c.* Vid. *Schaten* l. c. lib. 3, ad h. a. pag. 157 & 158.

An. 866. Tradit eidem Eccleſiæ, res proprietatis ſuæ, quas *Folcheri* hactenus, in Ducatus Weſtphalorum Pagis, *Grainga, & Trecwiti*, nec non in Comitatibus *Burchardi, Waltberti, Albrici & Letti*, in Beneficio tenuit. Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 160.

An. 867, Adjecit alias, in Villis *Kelveri, Lodre & Arpingi*, eximendo eas ab omni Juriſdictione ſeculari. Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. p. 162.

An. eod. Licentiam dat *Bribino* Duci, de rebus proprietatis ſuæ, in ipſum translatis, *Otgario* Abbati, & Cœnobio *Altahenſi*, partem quandam dono offerendi. *Dedit itaque Bribinus, fidelis Dux noſter, cum conſenſu, & licentia Noſtra, ad præfatum Monaſterium S. Mauritii, Martyris Chriſti, de ſua proprietate, in ſuo Ducatu, quicquid habuit ad Salapiugiti, infra terminos iſtos: in Orientem, ultra Salam fluviolum, usque in Slougenzim Marcham & Stresmaren, & ſic rurſum, per Salam, usque ad Waltungeſpuch, & ſic inde usque in Hrabagiſreit, & ad Ghiriſtetin &c.* Hæc Ipſe Rex, apud *Gewoldum*, l. c. Tom. 1, p. 16, §. 9.

An. 868, dono dat Monaſterio SS. Virginum *Felicis & Regulæ, Tiguri (Zürch)* Pagellum *Uraniæ*, verb: *Curtim Noſtram Turegum, in Ducatu Alemannico, in Pago Durgaugenſi, cum omnibus adjacentiis, vel aſpicientiis ejus, ſive diverſis functionibus, id eſt, Pagellum Uraniæ, cum Eccleſiis, domibus, ceteriſque ædificiis deſuper poſitis, mancipiis, utriusque ſexus & ætatis, Terris cultis & incultis, ſylvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, adjacentiis, perviis, exitibus & regreſſibus, quæſitis, & inquirendis, cum univerſis cenſibus & redhibitionibus: inſuper etiam Foreſtum Noſtrum Albis nomine, & quicquid, in eisdem Bonis, Noſtri Juris atque poſſeſſionis, jure proprietatis eſt, & ad noſtrum opus, inſtanti tempore, pertinere videtur, totum & integrum, ad Monaſterium Noſtrum tradimus, quod ſitum eſt, in eodem Vico Turego, ubi S. Felix, & S. Regula, in Chriſto, corpore quieſcunt &c.* Vid. *Guillimannus*, lib. 3. *Rer. Helvet.* cap. 1, pag. 140, & cap. 5, pag. 152; *Simler*, de *Republ. Helvet*, lib. 1, p. m. 33. *Tentzel* l. c. cap. XIV, §. 1, pag. 317.

An. 870, ditat Cœnobium *Altahenſe*, Villa *Nawawinida*, juxta rivulum *Trebinam &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. §. 11, p. 17.

An. 872, Concedit *Fratribus, conſiſtentibus in Monaſterio Altaha, ad illorum uſus neceſſarios, res, quas antea habuerunt, in iſtis locis, quorum nomina ſunt: Buechofen, Heidolfinga, Oparinhuſa, Bogama, cum Anſolfinga, Urbach, & quæ illuc pertinent, cum Schellmaha, Mülibeim; nec non etiam eas res, quas Venerabilis Otgarius, Abbas ibidem, ad illorum uſus neceſſarios, poſtea adauxit, in iſtis locis, quorum nomina ſunt: Altdorf, cum Niunhuſa, & ad Walde, poſt obitum Odali, Zullinga, Uſterlinga, Smidaha, cum decem vineis &c.* Vid. *Gewoldus*, l. c. §. 12, pag. 18.

An. 873, Præcipit: *Ut nullus hominum, vel Judex Publicus, ſeu quislibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſia baptiſmales, vel oracula, Curtes, Villas, loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, memorati Epiſcopiî* (Argentoratenſis) *ad cauſſas, judiciario more audiendas, vel freda, aut telonea exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, ſeu homines ipſius Eccleſiæ, tam liberos, quam ſervos, fiſcalinos & tabellarios, diſtringendos - - - ingredi audeat, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat &c.* Vid.

Illuſtr. *Obrechtus*, Vol. I. *Prodromi Rer. Alſatic.* cap. XII, p. 292.

An. eod. Dotat *Corbejenſes* Monachos, Villa *Lizzicha*. Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. p. 178.

Rex *Hludovicus*, *vivente Abbate Grimaldo*, *locum, qui dicitur Meccbina, ad Monaſterium S. Galli, æternæ cauſſa remunerationis, Regia auctoritate, contradidit &c.* Ita *Ratpertus, de Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 10, apud *Goldaſtum*, Tom I. *Antiquit*, *Alamann.* part. 1, p. 10.

Cæterum, regnante hoc Principe in Germania, notari quoque merentur, donationes ſequentes:

An. 843, *Wolvarati*, qui *transfundit ad Monaſterium S. Galli, quicquid proprietatis in Wilihdorf viſus eſt habere, domibus, ædificiis, terris, campis, pratis, paſcuis &c.* Vid. *Goldaſtus* Tom. 2. *Rer. Alamann.* §. 83, pag. 53.

An. 845, *Emma*, quæ, in Pago *Sutrachi*, *in Villa Aldgreposhem, Terram XX animalium, & dimidiam unius, & in alia Villa, Terram XV animalium, quæ vocatur: Kompingwerva, in ſupra dicto Pago; & in Tertia Villa, XII animalium Terram, quæ vocatur Inwoſtarburon, in Pago Weſtrachi*, de poteſtate ſua, in poteſtatem Eccleſiæ *Werthinenſis*, in perpetuum tranſtulit. Vid. Acta S. *Ludgeri*, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. I. *Rer. Brunſuic.* p. 102, §. 4.

An. 852, *Wolfgeri*, ejusque filii, *Engilgari*, qui ad Monaſterium N. tradiderunt, *quicquid in Uzzinruida, & in Bubinwilare, vel in eadem marca, viſi ſunt habere, cum domibus, ædificiis, pratis, campis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, quicquid dici, aut nominari poteſt &c.* Vid. *Vadianus*, de *Collegiis & Monaſteriis Germaniæ*, lib. 2, apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 3, p. 45.

An. 853, *Marcelli* Monachi, *transfundentis ad Monaſterium S. Galli, quicquid in Villa, nuncupata Lutaraha, adquiſitum habuit, tam domibus, quam ædificiis, ſilvis, pratis, viis, aquis, aquarumque decurſibus, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus &c.* Vid. *Goldaſtus* l. c. Tom. 2, part. 1, §. 63, p. 46.

An. 856, *Ludolphi*, Saxonum Ducis, erga *Gandesheimenſem* Eccleſiam admodum munifici, vel diplomate donationis teſte, apud *Leuckfeldum*, qui authenticum inſpexit exemplar, in *Antiquitatibus Gandesheimenſibus*, cap. 4, §. 4, p. 22, verbis ſeq. §. 18, lit. g, voc. *Gandertheimenſis*, occurrentibus; inde corrigenda *Bodonis* Lectio, in *Chronico Gandesh.* apud *Meibomium* Tom. 2. *Rer. Germ.* p. 481; Meminit donationis hujus, *Arnolfus*, in vita *Godehardi*, *Hildesheimenſis*, lib. 2, cap. 4, apud *Surium*, 4 Maji, p. m. 60. cujus verba ibidem adduxi.

An. 862, *Anſfridi*, C. P. R. qui, in Donationis charta, *Laurishamenſi* Eccleſiæ, hoc anno factæ apud *Freherum, Orig. Palat.* Tom. 1, p. 175, ait: *Trado res proprietatis meæ, in Pago Hattuaria, in Odenheimero, marca, in Villa, quæ dicitur Geizefurt, quæ ſita eſt ſupra fluvium Nerſa, hoc eſt, manſum indominicatum, cum ædificiis, atque omnibus utenſilibus; habentem Hobas tres, Hobas ſerviles XIX, & ſilvam, in quam mittere poſſumus mille porcos, perfecte ſaginari &c.* Conf. Dn. *Tolnerus*, *Cod. Diplomat. Palat.* §. IX, p. m. 8.

LUDOVICUS II, Imperator.

Confirmat, an. 873, immunitates, & poſſeſſiones Cœnobii, *Lamſpring*. Vid. *Leuckfeld*, *Antiquit. Gandersheim*, cap. 25, §. 10, p. 290 &c.

Anno Imperii Ejus tertio, tradidit quidam *Wolf* Eccleſiæ *Werthinenſi*, *quicquid hæreditatis habuit in Villa, quæ dicitur in Heſtratescethe, cum appendiciis ſuis, id eſt, terris, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus &c.* Vid. *Acta S. Ludgeri*, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitz*, Tom. I. *Rer. Brunſuic.* §. 27, pag. 110.

LOTHARIUS II, Rex Auſtraſiæ.

An. 857, Regni Ejus ſecundo, tradunt *Meginhard & Wolf*, partem hæreditatis ſuæ, in ſylva *Witi*, ad Eccleſiam *Werthinenſem*. Vid. *Acta S. Ludgeri*, apud Dn. *Leibnitium* l. c. §. 29, p. 111.

An. 858, Eandem liberalitatem exercuit *Erpo* quidam. Vid. l. c. §. 22, p. 109; nec non,

An. 859, *Evurwinus*, in *Witi* l. c. §. 21, p 109; &

An. 860, *Andgerus*, l. c. §. 60, p. 119 & 120.

Affinem, Conjugis ſuæ, *Tetberga*, fratrem, *Hugonem*, Abbatem, anno 859, Princeps noſter *Ducem* plane creavit. Vid. *Regino* ad h. a: *Lotharius, Hucberto Abbati, inter Jurem & montem Jovis,* (Ducatum) *commiſit. Eo, quod tunc fideliſſimus putaretur, utpote affinitate conjunctus, propter ſororem Thietbergam*; Add. *Otto Friſing.* lib. VI. *Chronic.* cap. 2, p. m. 119; *Chronographus Saxo*, an. eod. p. m. 140; Ejusdem meminit *Sigebertus Gemblac.* ad an. 863: *Hucbertus, Abbas & Dux, Frater Tetbergæ, Reginæ, pro repudio ſororis ſuæ, contra Lotharium inſurgit &c.* Quamvis *Regino*, rebellionem hanc in an. 866.

an. 866, rejiciat. In *Hucberto* noſtro, & *Gozlino*, itidem *Abbate & DUCE*, omnem Gallorum ſpem, contra Nordmannos, fuiſſe poſitam, ex *Annalibus Lambecianis* ad Annum 886, diſcimus; Vid. præced. Tit. V, §. 11, in Vita *Caroli Craſſi*, v. 4, pag. 469, ad h. a. De obitu Ejus, pergit *Regino*, ad an. 887: *Hugo Abbas, magnæ pietatis Vir, & magnæ prudentiæ, Aurelianis moritur, & apud S. Germanum Antiſſiodoro, tumulatur. DUCATUS, quem tenuerat, & ſtrenuè rexerat, Odoni, filio Rudberti, ab Imperatore traditur.* Conf. *Sigebertus* an. eod: *Hugo, Dux & ABBAS, miræ poteſtatis & prudentiæ, moritur &c. & Albericus, Monachus trium Fontium*, an. eod pag. 218, eadem dicens, addendo: *Cujus conſilio, per ſeptem annos, Regnum Francorum, ex quo Ludovicus Balbus obierat, fuerat commiſſum &c.*

LUDOVICUS GERMANICUS II, Rex.

An. 877, Concedit *Gandesheimenſi* Cœnobio, *res proprietatis ſuæ, hoc eſt, in Villa, quæ dicitur Tenniſteti, & in Villa, quæ dicitur Heiriki, in Pago, qui vocatur Suth-Thuringia, in Comitatu Ottonis, cum domibus, ædificiis, campis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, cultis & incultis &c.* Vid. *Bodo Chron. Gandersheim.* apud *Meibomium*, Tom. 2. *Rer. German.* p. 486; Ipſe *Meibomius*, Not. ad *Witichindi Annal.* l. c. Tom. 1, p. 671; *Leuckfeld, Antiquit. Gandersh.* cap. 14, §. 3, pag. 95; *Schatenus, Annal. Paderborn.* lib. 3, h. a. p. 183.

An. eod. Confirmat *Werthinenſium* immunitatem ab omni judiciaria poteſtate, & exactione vectigalium &c. Vid. *Gabriel Bucelinus, German. Sacr.* part. altera, p. 309; *Schaten, Annal. Paterborn.* lib. 3, ad h. a. pag. 182.

An. 882, Transfert, *quaſdam res proprietatis ſuæ, ad Monaſterium Laureſham, hoc eſt, in Pago, nuncupato Lobodengowe, locum quendam, qui nominatur Aberineſburg, & quicquid ad ipſum, jure ac legitime, pertinere videtur cum domibus, ædificiis, mancipiis, vineis &c. &c.* Vid. *Freherus Orig. Palat.* part. 1, p. 172; Dn. *Tolner, Cod. Diplom. Palat.* §. 12, p. 10.

CAROLUS CALVUS.

Hadrianus 2, P. R. Epiſt. 29, ad Ipſum ſcripta, ait: *Annunciatur etiam à pluribus Probis, quod ſis amator, exaltator, & illuſtrator ſpecialis, in orbe Terrarum, & permaximus Eccleſiarum Dei, ita, ut nullus ſit Epiſcopatus, nullumque Monaſterium, in Regno Tuo, quod non auxeris rebus propriis, & reſtitueris ſuis plurimum &c.* Conf. *Mabillon*, de *Re Diplomat.* lib. V, Tab. 31, p. 405, in fine. Simili encomio eum celebrat Vetuſtus Auctor *Relationis, quomodo Carolus Magnus à Conſtantinopoli, Aquisgranum attulerit Clavum & Coronam Domini, & qualiter hæc eadem Carolus Calvus retulerit in Eccleſiam S. Dionyſii Areopagitæ*; apud *Lambecium*, Tom. 2. *Comment. Biblioth. Vindobon.* cap. V, pag. 363: *Incomparabilis pietatis ac bonitatis cumulo præcellens*, (Carolus noſter) *priores, & futuros, Francorum Reges, Eccleſiaſtica munificentia ſuperavit. Namque totius Regni ſui Monaſteria, largitate præcipua augendo, multiplicavit. Cœnobium inſuper Beatiſſimi Dionyſii Areopagitæ, ubi ipſe Dominus noſter corpore quieſcit, mirabiliter ornamentis incomparabilibus, & Terris, ditavit, Monaſteriumque Compendii, S. Cornelii, funditus conſtruxit &c.* nec non *Martinus Polonus, in Chronolog. PP. RR. & Imperatorum*, in vita Ipſius pag. m. 364: *Hic Carolus, tam in Francia, quam in Italia, multa Monaſteria, & Eccleſias, conſtruxit, vel deſtructas reparavit &c.* In ſpecie,

An. 841, Confirmavit *Nivernenſis* Eccleſiæ immunitates, & exemptionem ab omni poteſtate judiciaria. Vid. *Mabillon* l. c. lib. VI, §. 82, p. 527.

An. 844. Concedit Prædia quædam *Pinciacenſis* Pagi, *Hincmaro* Presbytero. Ibid. §. 84, p. 528.

An. eod. Largitur *Corbionenſi* Cœnobio, facultatem eligendi ſui Abbatis, addita confirmatione omnium Privilegiorum & Poſſeſſionum, præſentium, & quibus, ex donatione Fidelium, poſthac eſſet gaviſurum. *Mabillon*, Act. SS. *Benedict. Seculi IV*, part. 2, f. 251; *Tentzel, Vindic. Conring. Cenſur. Diplom. Lindav.* Append. 1, p. 37.

An. 850, Præcepto firmat res, ab *Herimanno* Præſule, *Nivernenſi* Eccleſiæ datas. Vid. *Mabillon, de Re Dipl.* lib. VI, §. 88, p. 530.

An. 854, Conſentit in commutationem Prædiorum, in *Arolanenſi & Remenſi* Pagis, inter *Ludovicum, S. Dionyſii* Abbatem, & *Bettonem*, Virum Illuſtrem, factam. Ibid. §. 90, p. 531.

An. eod. Donat. *Wenilonem*, poſtea *Senonenſem* Epiſcopum, certis Prædiis, proprietatis ſuæ, in Pago *Stampenſi*, Ibid. §. 91, p. 532.

An. 861, Ratam habet commutationem quorundam Prædiorum, in Pago *Bragbantenſi & Belvacenſi*, in modo nominatum Abbatem *S. Dionyſii, & Witramnum.* Ibid. §. 94, p. 534.

An. 862, Præceptum ſcribit, pro commutatione Prædiorum, in Pago *Vilcaſſino, inter Gauzlinum,*

Geme-

Digitized by Google

Gemeticenſis, Monaſterii Abbatem Commendatarium, & Virum Illuſtrem, *Warnarium*. Ibid. §. 95, p. 535.

An. eod. Confert in Monachos *S. Dionyſii*, Villam *Scindelicias*. Ibid. §. 97, p. 538.

An. 865, Auget Cœnobium *S. Germani* Antiſiodorenſis Villa *Bernaico*, cum omni integritate. Ibid. §. 98. p. 539.

An. 875, Diploma edit, in confirmationem immunitatum, à *Carolo Magno*, *Caunenſi* Abbatiæ, conceſſarum, Bonorumque Monaſterii omnium. Ibid. §. 106, p. 545.

An. 877, Proſpicit immunitatibus Cœnobii *S. Theofredi*, aliàs *Calmilias*, *in Vellaico* Pago, contra *Guidonem* Vallavenſium Antiſtitem. Ibid. §. 107, p. 546.

An. eod. Delegat Monaſterio *B. Mariæ* Virginis, *Compendii*, permultas Villas, cum omni integritate, quarum nomina donationis Diploma complectitur, apud eundem l. c. lib. V, Tab. 31, pag. 404; *Acherium*, Tom. X, *Spicilegii & Tentzelium* l. c. p. 42.

An. eod. Cum *Carolus Calvus attuliſſet à Roma, B. Papæ Cornelii corpus, in Imperatorem de novo creatus, venit apud Villam ſuam Pontigonem, quæ tunc erat Fiſcus Regius, & ibidem, cum corpore Sancti, quievit; &, cum vellet recedere, non potuit corpus Sanctum moveri, donec eidem S. Cornelio, daret Rex, in Pago Depteto* (Perteto) *id eſt, Pertois, ſilvam de Hur, inter Sacrum fluvium, & Matronam, & quædam alia incluſa &c. Hæc Albericus Monachus trium fontium,* ad h. a. pag. 206.

Hujus quoque loci ſunt donationes:

Frotgarii, qui an. 847, Manſum *Montericum*, Pariſienſis Pagi, & Prædia alia, in Cœnobium *S. Dionyſii* tranſtulit. Vid. *Mabillon* l. c. lib. VI, §. 85. pag. 519.

Bernhardi Comitis, an. 849, *Brivatenſi* Eccleſiæ, Villam *Morenum*, in Pago *Arvernico*, cum terris campis, pratis, paſcuis, ſylvis &c. tradentis. Ibid. §. 87, p. 530. Aliorumque.

CAROLOMANNUS, Rex Bavariæ.

An. 876, donat Monaſterium, *Otingen*, Abbatia *Mataſeo*, Capella ad *Otingas*, & Curte *Buoche*, *cum omnibus attinentiis, Terris, cultis, incultis, agris, mancipiis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumve decurſibus, quæſitis & inquæſitis &c.* Vid. *Gewoldus*, Addit. ad Tom. 3. *Metropolis Hundii*, p. 60.

An. 878, Idem Monaſterium auget Curte *Trebina*, cum 70 manſis, agris, cultis & incultis &c. nec non monte *Sikkowa*. Ibid. p. 61.

CAROLUS CRASSUS Imp.

An. 882, Confirmat *Corbejenſi* Eccleſiæ, omnia Privilegia, & exemptionem à Judicibus ſecularibus. Vid. *Schaten*, *Annal. Paderborn.* lib. 3, ad h. a. p. 190.

An. 884, Ratam habet reſtitutionem Monachorum *S. Apri*, in Gallia, in integrum, ditando eos quibuſdam villis. Vid. *Mabillon*, de *Re Diplom.* lib. VI, §. 114, p. 552.

An. eod. *Quandam res juris ſui, in jus & proprietatem Monaſterii Laureſham, perpetuo poſſidendum, concedit, videlicet, in Comitatu Wormatienſi, ad Villam, quæ dicitur Alesheim, Curtem indominicatam, ſicut ad Imperatorem pertinet, cum manſis, ædificiis, utriusque Sexus mancipiis, terris, pratis, vineis, ſylvis, cultis & incultis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, viis & inviis, & adjacentiis, finibus, & omnia ad ſe jure legitimo pertinentia.* Vid. Diplom. apud *Freherum* Tom. I *Orig. Palat.* cap. 6, p. m. 65; & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.* §. 13, p. 12.

An. 885, *Bertha*, *ſorori*, *Abbatiſſæ SS. Felicis & Regulæ*, *Tiguri*, *poteſtatem cudendæ monetæ concedit &c.* Ita *Bucelinus*, *Chronolog. Conſtantinenſ.* p. 160, Add. *Guillmannus*, lib. 3. *Rer. Helvet.* cap. 5, p. m. 152: *Carolus Craſſus Imp. Ludovici filius, rogatu Bertæ Sororis, quæ Hildegardi ſucceſſerat, primus cudendæ monetæ licentiam, quæ non niſi locis antiquis, & ſingulari Privilegio, permittebatur, indulſiſſe fertur. Hinc, quod adhuc, Tiguri, nummi antiqui reperiri dicuntur, quibus, una facie, vultus mulieris velata, in altera ſcriptum: Carolus Imperator &c.*

An. eod. Largam donationem rerum ſuarum, in Curtibus Regiis, *Weles*, *Aternhova*, *Matachove* &c. Facit Capellæ, in Villa *Otinga*. Vid. *Gewoldus*, Addit. ad Tom. 3. *Metropol. Hundii*, p. 62.

An. 886, Suſcipit *Monaſterium Superius*, ſeu *Ober-Münſter*, Ratisbonæ, *in emunitatis ſuæ defenſionem, ea conditione, ut neque Ipſe, nec quiſquam Imperator, aut Rex, aut Dux, aut Comes, aut Regalis Exactor, ſive ex Imperiali, ſive ex propria auctoritate, quicquid ibi ordinandi, aut exigendi, habeat poteſtatem . . . . Advocatum ullum habeant, niſi eum, quem Abbatiſſa, & Sororum concors diſcretio, elegerit, qui etiam Advocatus nihil juris, nihil poteſtatis, nihil ſervitii, ibi requirere præſumat, niſi quod ei Abbatiſſa, & Sanctimonialium,* bona

Digitized by Google

bona voluntas conſtituat &c. Gewoldus l. c. Tom. 1, p. 245; Ipſe *Hundius*, l. c. Tom. 3. p. 2.

An. eod. Præceptum edit, quomodo Monaſterium *Cuciacum*, in Villa *S. Martini* Nivernenſis, ſub Nivernenſis Epiſcopi jugo eſſe debeat, ita videlicet, *ut nullus Comes, nullus Judex Publicus, nullus Epiſcopus, de hys, quæ ad uſus Sanctimonialium pertinent, neque in ipſo Monaſterio, neque alibi extra Monaſterium, aliquid dominari per potentiam præſumant &c.* Vid. *Mabillon* l. c. §. 116, p. 554.

An. eod. Rata habet *S. Germani* Autiſſiodorenſis Privilegia, & immunitates, quoad Villas, reliquasque poſſeſſiones. Ibid. §. 117, p. 555.

An. 887, Confirmando Privilegia, & exemptiones *Paderbornenſis* Eccleſiæ, à Judicibus ſecularibus, conſtituit, *ut Homines, famulatum ejusdem Monaſterii facientes, coram nulla judiciaria poteſtate examinentur, niſi coram Epiſcopo, vel Advocato, quem ejusdem loci Epiſcopus elegerit &c.* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 199.

An. eod. Renovat Poſſeſſiones Cœnobii *Heriſtenſis*; Ibid. p. 200. De liberalitate Ejus erga Cœnobium *S. Galli*, inquit *Ratpertus*, de *Caſibus hujus Monaſterii*, cap. 10, apud *Goldaſtum* Tom. I. *Rer. Alamann.* Part. I, p. 10. *Karolus, Clementiſſimus Rex, filius Ejus*, (Ludovici Germanici) *Hartmodo* (Abbate S. Galli) *intercedente, quandam poſſeſſionem Regiæ poteſtatis, in Pago Turgojenſi, ſitam, in loco, qui dicitur Robolvesriuti, S. Gallo, in perpetuam poſſeſſionem condonavit, quod & protinus ſuæ auctoritatis conſcriptione firmavit. Quendam etiam Montem, ſitum in Rhetia Curienſi, in quo conſtructa eſt Baſilica S. Victoris Martyris, cujus & nomine vocatur idem locus Mons Victoris, ipſo tempore ad Monaſterium S. Galli contradidit - - - Poſtquam vero idem Karolus, Italiam ingreſſus, pacifice eam ſuo ſubjugavit Imperio, alium etiam locum, in Pago ſupradicto, ſimiliter Regiæ auctoritatis, Domino cedentem, nomine Stainheim, cum omnibus ad illum pertinentibus, S. Othmaro, Imperatoria contradidit poteſtate &c. - - - Rogante Hartmoto, & efficiente Liudwardo, Epiſcopo atque Archi-Cancellario Imperatoris, quandam Abbatiolam, in Italia ſitam, olearium & vinearium feracem, cui nomen eſt Maſſin, ad Monaſterium S. Galli, Imperatoria auctoritate, contradidit &c.* Conf. *Ekkehardus Junior*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 1, apud. *Goldaſtum* l. c. p. 17.

LUDOVICUS,

Ludovici Balbi, Imperatoris, filius, in beneficium dedit, an. 881, *Hugoni*, *Lotharii* Regis & *Waltradæ*, filio, Abbatias & *Comitatus*. Vid. præced. Tit. V. §. 11, in vita *Lotharii I* v. 3, pag. 453. Errat *Servinus* Advocatus *Henrici IV*, R. Gall. in *Vindiciis Libertatis, Eccleſiæ Gallicanæ*, apud *Goldaſtum*, T. 3 *Monarchiæ*, p. m. 262, ſcribendo: *Reſtant aliqua, de Caroli Calvi jure in SS. Eccleſiæ miniſteria vobis dicenda: Is anno 881, in Gallias profectus, Hugonem, Hlotharii & Waldradæ filium, ad ſe venientem, in ſuum dominium tranſtuliſſe fertur; & Annales dicunt, Eum illi Abbatias & Comitatus in Beneficium dediſſe, ut ſibi fidem ſervare &c.* quandoquidem *Carolus* hic, jam. an. 877, ut Tit. V, in ipſius vita, v. 4 & 5, p. 461 & 462, probavi, ad plures abierat.

ARNOLPHUS Imp.

An. 887, Decernendo jubet: *Ut Cænobia Corbejenſe & Hervordenſe, cum omnibus ad ea pertinentibus, pleniſſima immunitatis ſecuritate fruantur, ſicut, ab Anteceſſoribus Ipſius, eis conceſſum fuerat, nec publicis exactionibus, vel quibuscunque modis, illorum homines, à qualibet Judiciaria Poteſtate diſtringantur &c.* Vid. *Schaten, Annal. Paderbor.* lib. 3, h. a. p. 205; Dn. *Paullini Syntagm. Rer. Germ.* p. m. 492.

An. eod. Reddit *Ambricho*, Ratiſbonenſis Eccleſiæ Epiſcopo, pro quadam propietate, eidem Urbi contigua, & ad Monaſterium *S. Emmerani* pertinente, nuncupata *Pruoil*, in Pago *Chelezgowe*, Eccleſiam, in Villa *Mandorff*, ejusdem Pagi, cum decima, & Curte, cæterisque ædificiis, & cenſu, cunctisque reliquis ad eam pertinentibus, agris, mancipiis, pratis, vineis &c. Vid. *Gewoldus*, Addit. ad Tom. 1 *Metropol Hundii* p. 247.

An. 888, Impertit Cœnobio *Corbejenſi*, facultatem commutandi Bona quædam, cum *Oddone* Comite, verb. *Omnibus notum eſſe volumus, quoniam inter Fideles noſtros, Bavonem, Abbatem & Oddonem Comitem, pro mutua utilitate, hanc commutationem fecimus, ut res proprietatis noſtræ in Godeleveshem, & in Pago, qui dicitur Nitherſi, Oddoni beneficiatas ad Monaſterium Novæ Corbejæ, cui præfatus præeſt Abbas, in jus proprietatis, traderemus, cum omnibus Familiis, mancipiis, Terris, pratis, ſilvis, aquis - - - - è diverſo autem res ejusdem Monaſterii, in orientali parte, ultra fluvium, Ovacrum, conjacentes, in Noſtrum Jus, cum omnibus, quæ ad eas pertinent, receptas, Oddoni in Beneficium conceſſimus - - - Utri-*

Digitized by Google

que ergo, per hoc, parti conſuluimus &c. Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. p. 213.

An. eod. Confirmat Cœnobio *Werthinenſi*, omnia Privilegia, & immunitates à Judiciaria Poteſtate ſeculari. Vid. *Bucelinus, German. Sacr.* voc. *Werthinenſes* Abbates p. 310; *Schaten* l. c. p. 214.

An. 889, Transfert in *Corbejenſe* Cœnobium, *quicquid Howardus, Vir Nobilis, in Pago Huverango, in Comitatibus Ecberti, & Reithardi, & Hermanni, & in locis Piringiſa marca, Schidara, Adikenhuſen, & Muchohuſen, Beneficii tenuit, cum conſenſu ejus, in perpetuam proprietatem* &c. Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. p. 216.

An. eod. Indulget Religioſæ Fœminæ, *Friduwi*, facultatem conſtruendi Collegii Virginum *Metelenſis, Nova Corbeja*, in fundo hæreditatis ſuæ, decernens: *Ut nullus Judex Publicus, vel quilibet ex Judiciaria Poteſtate, homines ipſius, quibuslibet publicis exactionibus, diſtringere præſumat &c.* Vid. *Schaten* l. c. p. 217.

An. 890, Juſſit *Marcham* Monaſterii *S. Emmerani*, *cui res quædam, in Pago Quiringowe, in Comitatu Hunolſi, infra terminum loci, Scovinowa vocati*, longo tempore, injuſtè *fuerant ablatæ*, circumduci. *Gewoldus* l. c. p. 248.

An. 891, Ad preces *Deotmari, Venerabilis S. Juvavenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopi, & Archi-Capellani ſui*, tradit Abbatiam *Owa*, vel *Chiemineſeo, dictam, cum omni integritate, ad SS. Archi-Epiſcopalem Eccleſiam, in honore S. Hrodberti, Confeſſoris Chriſti, conſtructam.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 2, p. 236.

An. eod. Ob interventum *Waldonis*, S. Friſingenſis Sedis Præſulis, auget Friſingenſem Eccleſiam Curte *Luberna, in Sclavinia partibus, cum curtibus, & ædificiis, Familiis ac mancipiis, decimis, cenſibus, cultis terris & incultis, agris, pratis, paſcuis &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. I, p. 128 & 129.

An. 892, Rata habet Privilegia & immunitates *Hervordenſis* Eccleſiæ. Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 226.

An. eod. Confert in Eccleſiam *Friſingenſem, Capellam ſui juris, in Sclavinia partibus, ad Curtem Regiam, quæ Lubnia, Vulgo Lurna, vocatur conſiſtentem, cum curtibus & ædificiis, familiis atque mancipiis, decimis, utraque Tharavi fluvii in parte, ad ipſam Capellam antiquitus terminatis cenſibus, terris, cultis & incultis, agris, pratis, paſcuis &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. p. 129 & 130.

An. 893, Tradit Cathedrali Eccleſiæ *Pataviensi, in ipſa Urbe Pataviensi, mediam dominicalem aream ſuam, cum omni integritate.* Vid. *Gewoldus* loc. cit. pag. 348.

An. 895. Per interventum *Walthonis*, Venerabilis Epiſcopi, ad Sedem *Friſingenſis Eccleſiæ, quoddam Monaſterium, Moſpurg nuncupatum, in veneratione B. Caſtuli, Martyris Chriſti, conſtructum, cum cortilibus, & ædificiis, campis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, vineis, terris, cultis & incultis, mobilibus, & immobilibus, cunctisque appendiciis, ad idem Monaſterium juſte legitimeque pertinentibus, poſt obitum dilectæ Matris ſuæ, Ludſwiridæ, proprietario jure, concedit &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 2, p. 505.

An. 898, Intervenientibus admonitionibus & petitionibus *Odæ, dilectæ Conjugis ſuæ*, & *Engilmari*, Epiſcopi, in proprium vindicat, eidem Eccleſiæ, *quasdam res proprii juris ſui*, id eſt, *Sal, quod, ab iſta die, deinceps, vel à ſartaginibus, vel de areis ejusdem Eccleſiæ, redimatur, ut homines jam præfatæ Eccleſiæ habeant hoc, ſine muta, ſive navigio, ſive cum ceteris,* (carris) *afferre, quodcunque eis jubetur, ſine ulla alicujus Judiciariæ Poteſtatis contradictione &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. T. I, p. 128.

An. eod. In compenſationem, pro Prædio, in Italia, quod *Summus Lacus Monaſterii Ottinga*, vocatur, Regno reſtituto, donat Eccleſiam *Otingenſem, Curte ſui Juris, Krote dicta, cum omnibus, ad eam ſpectantibus, & in quibuscunque Pagis jacentibus, ædificiis, domibus, mancipiis, terris, agris, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis &c. &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 350.

An. eod. Conſentit in Commutationem, qua Nobilis quædam Fœmina, *Winburc*, proprietatis ſuæ Curtem, quæ *Nordilinga* dicitur, in Pago *Retienſi*, cum omni integritate, curtibus, caſis, ædificiis, familiis, mancipiis, cenſibus, univerſisque appendiciis & adjacentiis, &c. *S. Emmerano*, pro loco, *Weindinga* nominato, ceſſit. Vid. Idem, loc. cit. p. 249.

Eundem tradidiſſe Cœnobio *Gandesheimenſi, Proprietates in Villis Crucht & Calcheim, &c.* oſtendunt Confirmationis Diplomata *Ottonis I*, Imp. de an. 946, apud *Bodonem*, de *Conſtructione Gandeſienſi*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. Germ.* pag. 493; *Schatenum Annal.* cit. lib. 4 ad h. a. p. 289; & *Leuckfeldum, Antiquit. Gandesheim.* cap. XIV, §. 6, p. 98 &c. It. de an. 956, ap. *Leuckfeldum* l. c. p. 99, lit. i. *Ottonis 2*, an. 975, apud *Bodonem* l. c. p. 494 &c.

LUDO-

LUDOVICUS IV.

An. 900, Corroborando *Corbejenſium* Privilegia, conſtituit, *ut, intra ipſam Abbatiam, in Villa Horohuſun, publicum eis liceat habere Mercatum, & monetam, & ibi poteſtatem habeant accipiendi teloneum, quod ipſorum Advocatus Regio exigat Banno, ab his, qui illuc, cauſa emendi, veniunt &c..* Vid. *Schaten, Annal. Paderborn.* lib. 3, ad h. a.. p. 237.

An. eod. *Per quorundam Procerum,* veluti *Adalberonis, Reverendi Antiſtitis, ac Studioſiſſimi Nutritoris ſui & Waltonis, Friſingenſis Epiſcopi, nec non Lutwaldi, Illuſtris Comitis, & Dilecti Propinqui ſui, interventum,* adſcribit lamentanti *Richario, Patavienſis* Eccleſiæ Præſuli, & querelas moventi, *quod pars quædam diœceſeos ſuæ, ubi S. Floriani Martyris Cœnobium conſtructum, à Paganis devaſtata ſit, Civitatem illam, quam Fideles Regni, pro tuitione Patriæ, unanimiter, contra eorundem Chriſtiani nominis perſecutorum inſidias, noviter in ripa Onaſi fluminis, in proprio jam dicti Martyris partimq; in Terra Præfecturæ Terminalis, ſtatuentes conſtruxerunt;* mox annectens: *Inſuper etiam, quidque ſervus noſter quidam, nomine Perhart, in Aquilonari parte Danubii, proprii in Terra & mancipiis, in ipſa Marca tenuit, eidem Sancto Dei, perpetim firmamus, ut idem Epiſcopus, tam de Civitate, quamque ex ipſo proprio, ſuique ſucceſſores, libera perhenniter fruantur poteſtate, &c.* Vid. *Gewoldus* loc. cit. Tom. 1, pag. 351.

An. 903, donat Cœnobium S. *Emmerani Ratisbonæ,* Curte quadam; verb. *Sciat omnium Fidelium Noſtrorum, præſentium ſcil. & futurorum, poſteritas, qualiter Nos, per interventionem Noſtræ dilectæ Genitricis, Outæ* (non Cutæ, ut in Heideri Parte 2, *von den Alten Reichs-und Caſten Vogtheyen,* Prælimin. IV, p. m. 28, habetur) *quaſdam res ſui proprii juris, quas a largitate b. m. Patris Noſtri, Arnolphi Imperatoris, per Imperiale Præceptum, ſuſceperat, ad Cellam S. Emmerammi, Martyris Chriſti, noſtra Regali auctoritate, donavimus - - - - id eſt, Curtem, quæ dicitur N . . . . quod antea præceptis datum non fuerat, extra vel infra terminum ejuſdem Curtis, totum, cum omni integritate, per conſilium & conſenſum Venerabilium Epiſcoporum, nec non Fidelium Comitum Noſtrorum, & cæterorum omnium - - - in perpetuam poſſeſſionem tradidimus, cum Regimine, & ejuſdem Banno, mancipiis utriuſque ſexus., ædificiis, pontibus & cenſu, ſylva, omnique uſu ejuſdem ſylvæ, aquis, piſcina, vineis, viis & inviis, exitibus ac reditibus, terris, cultis & incultis, molendinis, pratis, paſcuis, mobilibus & immobilibus, quæſitis & inquirendis &c.* Vid. *Gretſer, de Divis Bambergenſ.* Append. §. XIII, pag. 525; *Gewoldus* l. c. pag. 250.

An. eod. Efflagitantibus Comite *Arbone, & Engelmaro, Purchardi Patavienſis* Epiſcopi, Vaſallo, concedit Canonicis *Patavienſibus, loca una cum decimationibus cunctis, ad illa juſte pertinentibus, quæ antea in beneficio habuerunt, hoc eſt, in primis Prama, deinde Gurcana, Lupihchineſpach, Pollinga, Hohinhart, Althaim, Oſtarunaha, Imatachgowe; Præterea etiam Chorphaim, Hohinſtat, & Scherdinga, cum omnibus ad jam nominata loca, juſte & rationabiliter, aſpicientibus, terris, cultis & incultis, campis, ſylvis, aquis, aquarum decurſibus, mobilibus & immobilibus, quæſitis, & inquiſitis, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & regreſſibus, decimationibus totis, intus & extra, prope ac longe, omnia ex integro &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. p. 352.

An. eod. *Per interventum ac conſilium Venerabilium Pontificum, Adalperonis & Ercanpoldi, imo etiam & reliquorum Fidelium ſuorum, Luitpoldi ſcilicet, dilecti Propinqui ſui, & Gundpoldi Comitis, æternaliter poſſidendas concedit, Tutoni, Epiſcopo Ratisbonenſi, res proprii Juris ſui, in jus & proprietatem S. Emmerani, hoc eſt, in Pago Nordgerii, in Comitatu Liutpoldi, in Villa, quæ dicitur Tcorinhova, quæ pertinebat ad Otunaſſam, quæ eſt contigua loco, qui dicitur Sentilapah, cum manſis, & mancipiis utriuſque ſexus, ædificiis., Terris, pratis &c. &c.* Vid. *Gewoldus* loc. cit. pag. 249.

An. 909. In gratiam *Meginberti, Sabianenſis* (hodie Brixienſis) Eccleſiæ Epiſcopi, omnes homines, cæteraſque res, hujus Eccleſiæ, in defenſionem ſuam ſuſcipit, mandans, *ut nullus Judex Publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memoratæ ſedis, quas nunc in quibuslibet Pagis, & Territoriis, infra ditionem Imperii, poſſidet, vel quæ deinceps in Jus Eccleſiæ ipſius divina Pietas voluerit augeri, ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ injuſte deſtringendos, aut ullas redibitiones ſeu inlicitas exactiones requirendas, ullo unquam tempore, ingredi audeat, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat. Sed liceat memorato Præſuli, ſuiſque Succeſſoribus, res prædi-*

Digitized by Google

ctæ Eccleſiæ, cum omnibus ad eam pertinentibus, ſub e-munitatis Regiæ defenſione, quieto ordine poſſidere &c. Vid. *Gewoldus* l. c. p. 469.

An. eod. Attribuit *Dilecto Comiti, Chuonrato, Eburhardi Filio, opimum, ac feracis glebæ, diffuſum per ampla arborum ſpatia, Prædium, Brechene, in Pago Logana, Francicæ ditionis*, hac tamen conditione, ut poſſeſſiones has, ad inchoatæ *Limburgenſis* Baſilicæ dotem, libere & ſecurè viciſſim eroget, ceu proprias, nulliusque alterius Dominio obnoxias. In diplomate vocat Prædium: *Curtem Dominicalem, quæ, cum curtilibus, ædificiis, Eccleſia, decimis, mancipiis utriusque Sexus, Terra Salica, & univerſis quæſitis & inquirendis, in proprium, donatione, ad Comitem tranſierit.* Vid. *Browerus, Annal. Trevir.* lib. IX, ad h. a. §. 57, p. 445.

Eundem, Cœnobium *Gandesheimenſe*, Bonis & Privilegiis, ditaſſe, ſeq. §. 18, lit. g, voc. *Gandersheimenſis*, probabo.

CONRADUS I.

An. 912, *Concedit quaſdam res proprietatis ſuæ, ad Sanctum Locum, Aberinesburg dictum . . . . hoc eſt, Quicquid Folcmar proprietatis viſus fuit habere in Marcha, & in Villa, Hanſcubesheim nuncupata . . . cum domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, campis, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis, & incultis, aquis &c.* Vid. *Freherus, Orig. Palat.* part. 2, p. 174; Dn. *Tolner, Cod. Dipl. Palat.* §. XVI, p. 13.

An. 913, Largitur Monaſterio SS. *Stephani & Viti, Novæ Corbejæ*, poteſtatem eligendi Abbatis, addens, *ut à nullo Epiſcopo, de dominicalibus manſis ejusdem Monaſterii decima exigantur, neque à Comite, vel ex qualibet Judiciaria Poteſtate, Coloni eorum, & Liti, ad juſtitiam faciendam, aliquo Banno conſtringantur, ſed, coram Advocatis ejusdem loci, juſtitiam facere cogantur &c.* Vid. *Schaten, Annal. Paderborn.* lib. 3, ad h. a. pag. 245.

HENRICUS AUCEPS.

An. 922, Confirmat *Corbejenſium* Privilegia, & immunitates à jurisdictione ſeculari. Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 258.

An. 927, Rata habendo Privilegia *Hervordenſia*, præcipit, ut *Angeresgowe, Vineswalde, Overanberch, Lindwinesdorp, & Hunbech, ſecus fluvium Sigina, cum reliquis cunctis poſſeſſionibus, tam in agris cultis, & incultis, quam & in omnibus appendiciis, ad præfatum locum reſpicientibus, firma ſtabilique ſtatione, in jam dicta Familia* (Cœnobialis) *poteſtate, perenni tempore, conſiſtant.* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 262.

An. 931, Reſtaurando Privilegia *Werthinenſia*, jubet, ut *Monaſterium Werthinenſe, cum omnibus ad ſe pertinentibus, pleniſſima immunitatis facultate perfruatur, neque publicis exactionibus, vel quibuscunque modis, illorum ſervi, liti & liberi, à qualibet Judiciaria Poteſtate conſtringantur; coram Advocato eorum, ſi quid ad inquirendum, vel ad corrigendum ſit, inquiratur & corrigatur. Præfati Monaſterii Homines, ab omni vectigalium inquiſitione vel telonii, ſecuri conſiſtant &c.* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 266; *Bucelinus, German. Sacr.* voc. *Werthinenſes Abbates*, pag. 310.

An. 935, Conſentit in permutationem, qua Nobilis Vir, *Willarius, cum manu* (i. e. conſenſu) *Rasmade*, Conjugis ſuæ, & *Thoadulfi* Filii, in manum *Unnonis, Hamburgenſis* Antiſtitis, & *Ulfridi*, Advocati ipſius, in dictam Eccleſiam transfert, *Quicquid proprietatis in locis: Holtgibutli, Holthem, Fokaresha, Niantorp, Omanthorp, Walle, Magulum, Rikinburgi, & Damiſta, nuncupatis, habere viſus eſt, cum curtilibus, ædificiis, mancipiis, terris, cultis & incultis, & omnibus, quæ dici aut nominari poſſunt, appendiciis &c.* Vid. *Maderus, Append. ad Adamum Bremenſ.* §. IX, pag. 105; *Benjamin Leuberus, de Stapula Saxon.* n. 1587; *Meibomius*, Tom. 1. *Rer. German.* pag. 739.

Ex his ſatis patet, jam Francorum ævo, permulta Præſules *Secularia* pariter *Bona*, & quidem *proprietatis jure*, poſſediſſe, exemptisque eorum Eccleſiis *à qualibet Judiciaria poteſtate*, ſeu *ſeculari Judicio*, nactos eſſe *ordinariam Jurisdictionem in ſubditos, Vaſallos* maxime, accedentibus pedetentim *Regalibus* aliis, veluti *cudendæ monetæ; exigendi vectigalis; exſtruendi caſtra; exercendæ Jurisdictionis criminalis in ſecularibus, ſuper ſervos, & liddones, & liberos, Malman & Mundman, omnesque reliquos, utriusque ſexus homines, ad Eccleſiam pertinentes;* ſub *Saxonum* præſertim Imperio, OTTONE MAGNO, in prodigalitatem usque erga Eccleſias liberali; Vid. ſeq. lit. c. & d. Conflata hinc tandem *Superioritas Territorialis.* Faciunt hanc in rem illa *Henrici V*, Imp. apud *Dodechinum* in Append. ad *Marianum Scotum*, ad an. 1111, præced. Tit. V, in Ejus vita, v. 4, ad an. 1110, pag. 551: *Cum, per Nuncios noſtros, à Papa Paſchali, quæreremus: Quid de Nobis fieret? in quo Regnum noſtrum conſtat? quomodo fere omnia Anteceſſores noſtri Eccleſiis conceſſerunt, & tradiderunt? ſubjunxit: Fratres, decimis, &,* obla-

oblationibus ſuis Eccleſia contenta ſint. Rex vero Prædia, & Regalia, quæ à Carolo, & Ludovico, Ottone & Henrico, Eccleſiis collata ſunt, ſibi, & ſucceſſoribus ſuis recipiat & detineat &c. Rectè hinc Illuſtr. Dn. Leibnitius, Introduct. in Collectionem Scriptor. Brunſuic. §. XXV, ad Narrationem: De Tranſlatione S. Evergiſli, p. 13: Duces autem & rei militari præerant, & domi ſupremam Jurisdictionem, cum jure Gladii, per Provinciam adminiſtrabant. Hoc Epiſcopi Judicibus Regiis, h. e. Ducibus Comitibusque, etiam in ſuis propriis Territoriis, olim relinquebant, donec ipſi Epiſcopi tandem Ducatus, Comitatusque inter alia Regalia, accepere, atque ex eo, per Vicedominos ſuos, Jurisdictionem, & merum Imperium, exercuerunt. Et credibile eſt, exemplum Brunonis (Colonienſis) Viri, ob mores ſcientiamque, laudatiſſimi, plurimum potuiſſe, ut nec vererentur dare Principes, nec accipere Prælati, quod tantus Vir habuiſſet. Quidam longius juſto provecti, omnem Epiſcopis & Abbatibus, ſub Carolinis Regibus, ſecularem poteſtatem negant, tanquam primus omnium Otto Magnus eam contulerit. Sed, Eccleſiæ dudum Prædia ampliſſima, Allodii jure, & in illis Vaſallos, habebant, quibus Terras in Beneficium dederant, aut à quibus dominium directum, reddito utili, acceperant, quod Feudum Oblatum vocamus. Aliquot etiam Ruſticorum, & Colonorum, millia, aliquando ſub ſua ditione, habebant, quos coërcere potuiſſe, mixti Imperii jure, non dubito. Sed Jurisdictionem in Liberos Homines, (quæ tunc infima Nobilitas) aut merum Imperium in quoscunque habuiſſe, non apparet, donec ipſi Comitatus, Ducatusque, aut æquivalentem eis poteſtatem, in ſua quisque ditione, accepere. Hoc primus forte, in Occidente, Epiſcopus Romanus obtinuit, Piſ.ni I, Caroli Magni, liberalitate; Ducis etiam Jus Herbipolenſi, in Francia Orientali, Antiſtiti, antiquitus fuiſſe, ait Adamus Bremenſis; & Wormatiam, Ducis poteſtati exemtam, Epiſcopoque attributam, narrat Ditmarus. Brunonem autem (Colonienſem) in Germania cæteris viam aperuiſſe, notavit Chronicon Germanicum Wicwill.gini Magdeburgicæ, quæ Speculi Saxonici partem facit, præmiſſum, his verbi: An demſelben begunten die Biſchoff weltliche Gerichte zu haben, und zu richten: Und das fieng erſtlichen an, Sein (des Kayſers) Brüder, Bruno zu Cœlln; und Biſchoff Giſeler zu Magdeburg, befahl Kayſer Otto das Hertzogthum an der Elbe, zu Schartau. Sed vereor, ut verum ſit, quod de Ducatu ad Albim, Giſelero, Magdeburgenſi Epiſcopo, ab Ottone Magno conceſſo, refert. De Brunone plurimi conſentiunt, ſid epicriſin addit Chronicon, apud Gryphiandrum de Weichbildis, cap. 28: Da begunten zu erſt die Biſchoffe weltliche Richte zu haben, das dauchte damals unbillig manchen Manne &c. Hucusque Vir Illuſtris.

(III) Quæ fuerint Superioritatis Territorialis Epiſcopatuum initia, ex modo dictis elucet. Incrementa, ſuccedentibus temporibus, paulatim acceſſere.

(IV) Ab incunabulis Reipublicæ, Præſules Conventibus publicis interfuiſſe, magnumque pondus, inter ſuffragia ferentes, nunquam non habuiſſe, præced. §. 2, lit. d, pag. 1109. dictum eſt.

(b) NATALIUM SPLENDORE &c. Spectant huc Procerum querelæ, de Plebejis, ad Epiſcopatus honores evectis, apud Theganum, de Geſtis Ludovici Pii, Edit. Pithœanæ, p. m. 305: Jamdudum illa peſſima conſuetudo erat, ut, ex viliſſimis ſervis, Summi Pontifices fierent, & hoc non prohibuit, (dictus Cæſar) quod tamen maximum eſt malum in Populo Chriſtiano - - - - poſtquam tales culmen accipiunt, nunquam ſunt, ſicut antea, tam manſueti, & ſic domeſtici, ut non ſtatim incipiant eſſe iracundi, rixoſi, maliloqui, obſtinati, injurioſi, & minas omnibus ſubjectis promittentes, &, per hujusmodi negotia, cupiunt ab hominibus timeri, & laudari. Turpiſſimam cognationem eorum à jugo debitæ ſervitutis nituntur eripere, & libertatem imponere. Tunc aliquos eorum liberalibus ſtudiis inſtruunt; alios Nobilibus Fœminis conjungunt; & propinquas eorum Filios Nobilium cogunt accipere. Nullus cum eis æquanimiter vivere poteſt, niſi hi ſoli, qui talem conjunctionem habent; cæteri vero, cum maxima triſtitia, gemendo, flendo, ducunt dies ſuos &c. Rectè Lehmannus, lib. 2. Chron. Spir. cap. 15, p. 78 & 79: Die Geiſtliche Fürſten ſeind Biſchœff, das iſt, Oberſte Lehrer und Prediger einer gantzen Grafſchafft, oder Gaues, mehrentheils alten Adelichen Geſchlechts, daraus Kœnig, Hertzogen und Grafen in weltlichen Stand herkommen, offt der Kœnig, Hertzogen und Grafen Erben . . . . daher ſolcher Stand ſehr hoch reſpectirt, und das Lehr-Ampt der Kirchen, allen weltlichen Dignitæten fürgez·gen worden &c. Exempla apud Surium, Henſchenium & Papebrochium, in Vitis Sanctorum, alibique paſſim obvia.

(c) OTTONIS PRIMI &c. Vetuſtiſſimus Liber Florentinus, de Inveſtitura Epiſcopatuum Regum Teutonicorum, à Theodorico de Niem repertus, apud Schardium, de J.riſdictione Imperiali p. m. 261, de Imperatore hoc, inquit: Pene omnibus Cathedralibus Eccleſiis, in Italia, Gallia & Germania, Burgundia, Lotharingia, conſtitutis, multas Civitates, Caſtra, Oppida, Villas, & multa alia dominia temporalia, Jura & Jurisdictiones, donavit &c. & poſtea: Archi Epiſcopos quoque & Epiſcopos, Ducatibus, & Comitatibus, & Baroniis, communivit, quibus Nobiles

& Potentes Vaſallos ſubjecit, ut ſemper eſſent ad reſiſtendum, etiam manu forti, Paganis & hæreticis, in opportuno tempore, fortiores &c. paucisque interjectis: *Hic etiam Colonienſem - - - - nec non Moguntinenſem, & Treverenſem, ac Leodienſem, Venerandas Metròpoles, ac plures alias celebres & inſignes Eccleſias Alamanniæ, ad inſtar magnorum Principatuum, in Bonis temporalibus, dilatavit, & ditavit &c.* Integrum locum præced. Tit. V, in Vita *Ottonis I*, v. 4, pag. 495. exhibui. Conf *Lehman.* Lib. 4. *Chron. Spir.* cap. 3, p. 273, 274. & 276; *Lambecius, Origin. Hamburg.* Tom. 1, p. m. 10, memor *Ottoniani* Imperii, ait: *Hactenus quidem Archi-Epiſcopi Hamburgenſes, ſacris tantum Officiis vacantes, paucis villis, agris, ſylvis, ſervis, aliisque ejus generis, ad Eccleſiarum & Monaſteriorum ſuorum ſuſtentationem, neceſſariis rebus, contenti fuere. Adaldagi autem* (Archi-Epiſcopi) *& ſequentibus porro temporibus, nimia Imperatorum liberalitate, Urbes etiam & arces, atque adeo integros Comitatus, & Regiones, pleno Dominii jure, poſſidere cœperunt. Quæ res ita demum potentes illos reddidit, ut nonnunquam maximos etiam Principes armis laceſſere auſi fuerint &c.* moxque verbis *Adami Bremenſis*, lib. 2, cap. 1, pag. m. 41 & 42: (*Adaldagus, primo ut ingreſſus eſt Epiſcopatum, Bremam, longo prius tempore Poteſtatibus, ac judiciaria manu, oppreſſam, præcepto Regis abſolvit, & inſtar reliquarum Urbium, immunitate, ſimulque libertate, fecit donari &c.*) hanc annectit commentationem; *Hoc dicere vult, Jurisdictionem Civilem Oppidi Bremæ, quam antea Legati, & Comites, vice Imperatoris, obtinuerant, Archi-Epiſcopo Adaldago, ab Imperatore, Ottone Magno, conceſſam fuiſſe, una cum omni proventu monetæ, telonei, banni, aliarumque Fiſci Imperatorii rerum & jurium &c.* & p. 11: *Idem Imperator Otto, Fratri, Brunoni, Colonienſi Archi-Epiſcopo, Coloniam; Wilhelmo, Filio, Moguntino Archi-Epiſcopo, Moguntiam; Epiſcopo Spirenſi, Spiram, Mindenſi, Mindam, cum mero & mixto Imperio, & omnibus Fiſci Imperatorii juribus, conceſſit &c.* Quæ Ill. *Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ*, cap. 1, §. 4, aliique multi, repetunt. Add. *Limnæus*, J. P. lib. 3, cap. 3, §. 1, p. 27; *Conringius, de Republica*, Diſſert. IV, de *Ducibus & Comitibus Imperii*, §. 25 & 26, p. m. 167 & 168; *Joh. Henricus Dohauſen*, Diſſert. *de Jurisdictione Territoriali Statuum Imperii ſublimi*, an. 1672, Præſide D. *Simone*, Jenæ habita, cap. 3, §. 4, *Joh. Conrad. Dietericus*, in *Ottone Magno*, §. 12, p. 123; *Culpiſius*, ad *Monzamban.* part. 1, cap. 3, §. 6 &c. p. 24; *Schilterus*, Comment. in *Codicem Juris Alamannici Feudalis*, cap. 1, §. 9, pag. 26. & qui *Bæclero*, lib. 7. *Notit. Imper.* cap. 1, p. 157, laudantur. Quanta vero ſit *Ottonis* munificentia, perperam *Religionis Zelo* unicè eam adſcripſeris, nec tamen & *meræ Rationi ſtatus.* Utrumque concurrebat. Propaganda Eccleſia obtentui ſumebatur, quoties Imperatores Principum Seculi potentiam, ſine ſtrepitu, temperare ſtuduerant. Opportunum erat remedium, integras Imperii Regiones Epiſcopis committi, quibus extinctis, nova ſubinde Inveſtitura Cæſares novos ſemper amicos ſibi conciliabant, proindeque magis obnoxios ſibi reddebant Vaſallos; Ducibus contra, in relinquendis Familiæ hæreditario jure Ducatibus, perquam attentis, ſæpiusque Imperatoriæ Majeſtati, vel hoc intuitu, inſultantibus. Ne dicam, hac ratione pacem publicam magis firmari potuiſſe, cum titulus *Bonorum Deo dicatorum*, quem Præſules omnibus ſuis poſſeſſionibus indiſtinctè impoſuerant, præſidio illis quaſi eſſet, & impedimento, quo minus invaderentur. Vid. Lehman, l. c. lib. 4, cap. 3, p. 276 & 277. Alia Quæſtio eſt: Num regulis decori congruat: Paſtorem animarum lorica cingi? parare bella? inſtruere acies? exſtruere arces, & munimenta? criſta plumatili ſuperbire? inter tubicinum & tympaniſtarum ſtrepitum, tormentorumque tonitrua, ducere militem in hoſtes? aliisve negotiis ſecularibus vacare? de qua conſulas præced. lit. a, pag. 1111. Periculoſum eſt, talia definire, *Arnoldo*, Brixiano Presbytero, vel ad rogum damnato, quod, *Conradi III* Imp. ætate, *ſalva conſcientia, Clericos poteſtatem ſecularem uſurpare non poſſe*, docuerit. Vid. *Lehmannus* l. c. lib. 5, cap. 51, p. 494; & ante ipſum, *Güntheri Ligurinus*, lib. 3, apud *Reuberum* p. m. 322 ad 324, verſ. 269 & ſeqq.

- - - - gaudens popularibus auris,
Pontifices, Ipſumque gravi corrodere lingua,
Audebat Papam, ſcelerataque dogmata vulgo
Diffundens, variis implebat vocibus aures.
Nil proprium Cleri, Fundos, & Prædia, nullo
Jure, ſequi Monachos; nulli Fiſcalia Jura
Pontificum; nulli curæ popularis honorem
Abbatum; ſacras referens concedere Leges.
Omnia Principibus Terrenis ſubdita, tantum
Committenda Viris popularibus, atque regenda.
Illis primitias, & quæ devotio Plebis
Offerat, & Decimas, caſtos in corporis uſus,
Non ad luxuriam, ſive oblectamina carnis
Concedens, mollesque cibos, cultusque nitorem;
Illicitosque jocos, laſcivaque gaudia Cleri;
Pontificum faſtus; Abbatum denique laxos
Damnabat penitus mores, Monachosque ſuperbos:

Vera-

Digitized by Google

Veraque multa quidem, niſi tempora noſtra fideles
Reſpuerent monitus; falſis admixta monebat &c.

Ecce Doctrinæ præmium, l. c. pag. 324:

- - - - Sic læſa ſtultus uterque
Majeſtate reum gemina ſe fecerat Aulæ.
Unde etiam tandem (neque enim reor eſſe ſilendum,
Nec de funeſto repetatur poſtea ſermo)
Judicio Cleri, noſtro ſub Principe, victus,
Adpenſusque cruci, flammaque cremante, ſolutus,
In cineres, Tiberine, tuas eſt ſparſus in undas,
Ne ſtolidæ plebis, quem fecerat improbus, error,
Martyris oſſa novo cineresque foveret honore &c.

B. *Zieglerus*, lib. 3, de *Epiſcopis*, cap. 30, p. 811, inquit: *Eccleſia, ut fundata eſt, ex intentione Fundatoru, & Jure Divino, neque Territorium, neque jus gladii, neque jus Fori contentioſi, neque proinde Juriſdictionem habet, nec poſſunt ejus Paſtores Spirituales, quà tales, ſeu, quà ſpirituali poteſtate præditi ſunt, refractarios, & inobedientes, pœnis temporalibus coercere &c.*

(*d*) SECULAREM &c. Epiſcopos, dudum ante *Ottonis* tempora Juriſdictionem ſecularem habuiſſe, præced. lit. a. monitum eſt. Integros *Ducatus* vero, & *Comitatus*, liberalitati *Ottonianæ*, omnino acceptos referunt; Vid. præced. lit. c. quamvis *Lotharium I*, Imperatorem, jam an. 844, Inſulam *Rugiam*, *cum tota terra ejusdem Inſulæ, in proprietatem Corbejenſium* Abbatis, *Warini*, tradidiſſe apud *Schatenum*, lib. 2. *Annal. Paderbornenſ.* ad h. a. pag. 128, legamus, En munificentiæ *Ottonis Magni*, teſtimonia quædam:

An. 936, Confirmat Privilegia Monachorum *Novæ Corbejæ*, decernens, ut *neque à Comite, vel ex qualibet judiciaria poteſtate, Coloni eorum & Liti, ad juſtitiam faciendam, aliquo banno conſtringantur; ſed coram Advocatis ejusdem loci juſtitiam facere cogantur &c.* Vid. *Schaten, Annal. Paderborn.* lib. 4, h. a. p. 277.

An. eod. Confirmando Privilegia Monachorum *Werthinenſium*, jubet, *ut neque publicis exactionibus, vel quibuscunque modis, illorum Servi, Liti, vel liberi, à qualibet judiciaria poteſtate conſtringantur. Coram Advocato eorum, ſi quid ad inquirendum, vel ad corrigendum ſit, inquiratur & corrigatur: præfati inſuper Monaſterii homines, ab omni vectigalium inquiſitione vel telonii, ſecuri conſiſtant &c.* Vid. *Schaten* l. c. p. 278.

An. 937, *In proprium dedit* Monaſterio, *Bergenſi* prope *Magdeburgum, In Pago Northuringia, in Comitatu Thietmari, in Magdeburg, Curtem ſuam cum ædificio, & territorium illuc pertinens, cum omnibus locis, ex Occidentali parte Albiæ fluminis, ad eandem Civitatem pertinentibus, vel ſervientibus &c. Condonans eidem Congregationi, ut Familia eorum coram nullo, niſi Advocato eorum, juſtitiam ſecularem cogantur exercere &c.* Vid. *Meibomius* Tom. 3. *Rer. German.* pag. 290, perperam licet annus 936 ibi exprimatur. *Sagittarius Antiquit. Magdeburg.* §. 45, p. 20.

An. eod. *In proprium dat* Congregationi SS. *Mauricii & Innocentii Magdeburgi, Teloneum omne, quod in Magdeburg conſtituntum eſt, vel conſtituetur; concedendo eidem Congregationi, quod Familiæ eorum, coram nullo, niſi Advocato eorum, juſtitiam ſecularem cogantur agere.* Vid. *Meibomius* l. c. Tom. 1, p. 687, in Notis ad Librum 2 *Witichindi &c.* & *Sagittarius*, l. c. §. 48, p. 21.

An. eod. Quamplurima bona alia, eidem Cœnobio confert, largiens inſuper Monachis facultatem, *Abbatem inter ſe eligendi, & Advocatum, quemcunque velint.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 49, p. 21 & 22.

An. eod. Quamplurima Bona, cum territoriis, in proprietatem concedit Eccleſiæ *Quedlinburgicæ*, conſtituendo ſimul, *ut qui cognationis ipſius potentiſſimus ſit, Advocatus habeatur, & loci prædicti, & ejusdem catervæ &c.* Vid. *Maderus, Antiquit. Brunſuic.* p. m. 104 &c. Dn. *Kettnerus, Chron. Quedlinb.* §. 2. *Documentor.* p. 2. & 3. *Kurtze, doch* in Jure, Facto & Hiſtoria *gegründete Anmerckungen, auf zwey Kœnigliche Preuſſiſche gedruckte* Scripta, *in der Quedlinburgiſchen ſtreitigen* Elections-*Sache*, de an. 1710, §. 2, documentorum, p. 59.

An. eod. *S. Mariæ Hamburgenſi, concedit omnes conceſſiones, quas conceſſerant anteriores Francorum Reges cæterique Monaſteriis, ad hanc Diœceſin pertinentibus, idem Ramaslaum, Bremum, Birceſinum, & Bukkenum, videlicet, ut nullus Judex publicus, vel qualibet judiciaria poteſtas, aliquam ſibi vindicet poteſtatem, in ſupradictorum hominibus Monaſteriorum, Litis videlicet & Colonis, vel eos aliquis capitis banno, ob capitis furtum, vel quocunque banno, conſtringat, aut aliquam juſtitiam facere cogat, niſi Advocatus Archi-Epiſcopi &c.* Vid. *Diplomata Hamburgenſia Lindenbrogii* p. 130 &c. *Lambecius*, part. 1. *Origin. Hamburg.* pag. m. 38; in veteri editione, p. 139. *Maderus*, Append. ad *Adamum Bremenſ.* Dipl. XI, p. 107, & 108; rectius 207 & 208. Confirmationem hujus Privilegii, per *Ottonem II*, datam *Veronæ*, an. 967, 6 Kal. Novemb. ſuppeditant *Lindenbrogius* l. c. p. 131 & 132; *Lambecius* l. c. pag. 39; *Maderus* l. c. p. 111, rectius 211.

An. 940, *In proprium dat SS. Mauricio & Innocentio, Magdeburgi, quicquid à Bernhardo, Halberſtadenſi Epiſcopo, pro Prædio, in Winede, accepit.* Vid. *Meibomius* l. c. Tom. 1, pag. 742, ubi Bonorum nomenclatura.

An. eod. Prædivite mancipiis, agris, paſcuis, & nemoribus prædio, in *Ubtiubem*, Pagi *Logenahe*; donat

donat *Limburgenſem* Eccleſiam trans Rhenum. Vid. *Browerus, Annal, Trevir.* part. 1, lib. 9, §. 92, ad h. a. pag. 454.

An. 941, Laudatæ Eccleſiæ SS. *Mauricii & Innocentii*, *Magdeburgi*, propria ſua Bona in Villis *Uplingen*, *Roresheim*, *& Nottorp*, *jure perbenni, in proprium donat, cum omnibus adjacentiis, & appendiciis.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 52, p. 24.

An. eod. Confirmat Privilegia Virginum *Heriſienſium*, in Paderbornenſi Epiſcopatu, præcipiens, *ut nullus judex publicus, vel quilibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones dictæ Eccleſiæ, ad cauſas, judiciario modo audiendas, vel freda exigenda &c. ingredi audeat, eorumque Homines nulla judiciaria poteſtate examinentur, niſi coram Advocato, quem ejusdem loci elegerint Sanctimoniales &c.* Vid. *Schaten* l. c. lib. 4, h. a. pag. 285.

An. 942, Eccleſiæ *Corbejenſi*, *proprietatis ſuæ centum viginti jugera, cum 43 Curtibus locis in Pago, Heſſe nominato, in Villa Rotmereshuſun dicta, in Oſterbeun Marca, in Comitatu Allonis, jure perenni, in proprium donat &c.* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 286.

An. 944, Eccleſiæ SS. *Mauricii & Innocentii*, *Magdeburgi*, *donat in proprium, Prædium omne, quod ab Eberhardo, quondam Vaſallo ſuo, concambii jure, obtinuit, id eſt, quicquid proprietatis, in Villis Nethitorp, Roreshem & Uppelinga*, ille habuerat. Vid. *Sagittarius* l. c. §. 53, p. 25.

An. 945, *Corbejenſibus* Monachis, *Monetam atque Thelonium, in loco Meppia nominato, ſito inter aquas, Emiſa & Haſa dictas, in Pago Agratingum, in Comitatu Duringi Comitis, jure perenni in proprium donavit* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. p. 288.

An. eod. Mortuo *Amelrico* Epiſcopo Spirenſi, ſub Ejus ſucceſſore, *Reginobaldo*, ab Imperatore noſtro, Spirenſis *Eccleſiæ liberaliſſimè decimis, reditibus, vectigalibus, facultate cudendæ monetæ, & ampliſſimis juribus, donata eſt &c.* Ita *Bucelinus*, Part. 1 *German. Sacra*, in *Catalogo Epiſcoporum Spirenſium*, p. 9.

An. 946, Confirmando donationes Cœnobio *Gandersheimenſi*, à *Ludovico* Rege, in Villis *Tenniſtedi*, *Herike & Blitherſted*; *Arnolfo* Rege, in Villis *Crucht & Calchim*; *Luitolfo*, Proavo ſuo, in confinio Villarum: *Gandesheim*, *Riudvin*, *Alfengen*. *Denkthi*, *Lacthnathorpe*, Ejusque Conjuge, in Villa *Wantzlova*; *Ottone*, avo ſuo, in Villa *Hallenſtedi*, & *Henrico*, Patre ſuo, in Curtibus *Herrihuſen & Feldbeke*, factas addit, *quicquid proprietatis hactenus in Villa Mundulingen, in Pago Harteri, in Comitatu Erenfridi, habuit, jubens, ut nullus Comes, vel alius quilibet exactor, judiciariam poteſtatem, vel freda exigenda, ſeu manſiones, ſeu paratas faciendas, in ejusdem Monaſterii locis, niſi ex conſenſu Abbatiſſæ ejusdem Monaſterii, habere præſumat. Et Homines illius Abbatiſſæ, ſeu liberi, ſeu ſervi, nulla judiciaria coërceantur poteſtate, ſed in præſentia ejusdem Abatiſſæ Advocati eorum rectitudinem acquirant, & ceterorum perficiant &c.* Vid. *Leuckfeld, Antiquit. Gandersh.* cap. 14, §. 6, pag. 98 ad 101. *Schaten*, l. c. ad h. a. pag. 289. *Meibomius* l. c. pag. 743; & Tom. 2, in Syntagmate *Henrici Bodonis, de Conſtructione Cœnobii Gandeſiani*, p. 493.

An. eod. *Perpetualiter, in proprium donat*, Cœnobio *SS. Mauricii & Innocentii*, *Magdeburgi*, *quicquid proprietatis habuit, in Villis: Unnesburg, Brunnen Biſcopſtorp, Mackſtede, Trullinge, Adeſtanſtede, in Pago Northuringi, in Comitatu Geronis. &c.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 54, pag. 26. Nec non Bona omnia, quæ à *Bernhardo*, Epiſcopo Halberſtadienſi, pro decem manſis in *Widenehuſano Marco*, & ſeptem, in *Weſterwaltinga*, concambii jure nactus eſt, de quibus legas *Sagittarium* l. c. §. 55, p. 26 & 27.

An. 947, Eccleſiam *Trevirenſem* omni Regalis adminiſtrationis & juris conſortio liberavit, & univerſum Imperium, ſeu plenam Jurisdictionem, ad Archi-Epiſcopum, excluſo Comite tranſtulit, inſuperque à teloniis Rheni, & Moſellæ, immunitate donavit. Vid. *Browerus* l. c. §. 99, ad h. a. p. 456.

An. 948, Attribuit Monaſterio SS. *Mauritii & Innocentii*, *Magdeburgi*, quicquid ab *Haganone*, *Hirſchfeldenſi* Abbate, per cambium accepit; de quibus Bonis vid. *Sagittarius*, l. c. §. 7, p. 28.

An. 952, *Helmſtadienſi* Cœnobio, *in perpetuum jus, donat omnem decimationem Villarum: Helmonſtedi, Baſſalo, Sedrop, & Wormſtedi &c.* Vid. *Meibomius* l. c. Tom. 1, p. 744, *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 295. *Bucelinus, German. Sacr.* Rubr. *Werthinenſe Cœnobium*, p. 311.

An. eod. *Drogoni*, *Oſnabrugenſi* Epiſcopo, *Monetam, & Mercatum publicum, in loco Wydenbrugge nuncupato, fieri concedit, & quidquid Fiſcus, & pars Regia, inde obtinere poterit, vel in Moneta, vel in Telonio, aut in qualibet actione publica eidem tradit*

Digitized by Google

dis Eccleſiæ, jubens, ut nullus Judex, de præſcriptis rebus, habeat ullam poteſtatem inquietandi, vel quidquam moleſtiæ faciendi &c. Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. p. 295.

An. eod. Confirmando fundationem & donationes Collegio Canonicarum Virginum *Geſekenſium*, ab *Hoholto* Comite factas, præcipit, *ut nullus Judex publicus, nec aliquis ex judiciaria poteſtate, illud ingredi, aliquidve judiciariæ poteſtatis exercendi, in villis, aut aliquibus locis præfatæ collatis Eccleſiæ, habeat poteſtatem, vel in futuro conferendis, niſi Ipſe Hobolt, quem Advocatum, usque ad vitæ ejus receſſum, &, poſt illius obitum, Ejus, ſi habeat, filium, & ſic, dum ſeculum fiat, de illius germine fore, diſpoſuit, & nec illo, nec aliquo homini, poteſtativa conſtructione acquiſitum, nullum inde conficiatur ſervitium &c.* Vid. *Schaten* l. c. p. 296.

An. eod. Fundando Cœnobium *Poledanum*, in Ducatus Brunſuico-Grubenhagenſis, Præfectura *Hertzberg*, in *perpetuum ei donat tertiam partem Curiæ ſuæ Palithi, cum omnibus, ad eam rite pertinentibus, areis, terris, cultis & incultis &c.* Inſuper etiam *confirmat Prædia & reditus, prædictæ Eccleſiæ à quocunque collatos, in locis: Schartfelde, Alvingenpunrod, Runigerod, Monickerod, Abbaterot, Rudeſrot, Tuſerot, Ammekerod, Watterod & Elwingen, cum omnibus rite pertinentibus ſylvis, paſcuis, agris &c.* nec non tertiam partem Villarum *Berkeveld, Hattorf & Bilßhuſen; in Göttingen, Eccleſiam & telonium, & unum manſum &c.* Vid. *Maderus* l. c. pag. 108 & 109; *Leuckfeld, Antiquit. Poldenſ.* cap. 5, §. 2. p. 18 & 19.

An. 953, Sæpe dicto Monaſterio *Magdeburgenſi*, proprietatem Villarum Sclavicarum & Thuringicarum: *Heldesbuſen, cum tota marca: Helſungen, Herisle, Daſingaroth, Gelethe, Winlibenhuſen, Ageſtorp & Guttingi, cum omnibus ad eandem proprietatem pertinentibus, Pratis, paſcuis, agris, ſilvis, aquis, piſcationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, cultis & incultis, mancipiis, ædificiis, curtilibus, jure perenni donavit &c.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 58. pag. 29.

An. 954, *Iſt Ertzbiſchoff Friderich zu Maintz, verſtorben, an Deſſen ſtatt, hat Kayſer Otto, ſeinen Sohn, Wilhelm, verordnet, und denſelben zugleich zum Hertzogen zu Thuringen und Heſſen eingeſetzt. &c.* Ita *Lehmannus* lib. 4 *Chron. Spir.* cap. 3, p. m. 273. Vid. tamen ſeq. Tit. XVI, *Catalog. Ducum Thuringiæ.*

An. 955, *Lotharingiæ* Ducatum commiſit Fratri, *Brunoni*, Colonienſium Archi-Epiſcopo; Vid. ſeq. Tit. XVI, *Catalog. Ducum Thuringiæ.*

An. 956, XI Kal. Maji, denuo confirmat Privilegia & immunitates Cœnobii *Gandesheimenſis*, cujus diploma Dn. *Leuckfeldius*, cap. XIV, *Antiquit. Gandersheimenſium*, §. 6, p. 99, lit. i, exhibet, cujusque ſeq. §. 18, lit. g. voc. *Gandersheimenſis*, memini.

An. 958, *Quicquid malhuræ, in Giſiki-marca, habuit, in quibuscunque rebus, Regiæ ſuæ poteſtati ſubjectis, Virginibus Geſekenſibus in proprium donsvit, jure perpetuo tenendum &c.* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 303.

An. 959, Varias iterum *res proprietatis ſuæ*, laudato Cœnobio *Magdeburgenſi, in proprium dat, perpetuo jure poſſidendas, in Pago, Helinge & Mosde vocato, in locis, Buckſtadin & Rinckhurſt nominatis, in Comitatu & Legatione Henrici Comitis*, Scil. *omnem juſtitiam, ac cenſum, qui Saxonicè Mal vocatur, cum omnibus appenditiis, ibidem jure pertinentibus, ædificiis, curtibus, campis, pratis &c. &c.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 69, p. 36.

An. 961, *Landwardo, Mindenſium* Epiſcopo, *Regalia* largitus eſt. Vid. *Chron. Mindenſ.* apud *Meibomium* l. c. Tom. I, p. 559. Diploma ſuppeditat *Chronicon Mindenſe*, apud *Piſtorium*, p. m. 734; nec non *Schatenus* l. c. ad h. a. pag. 306 & 307; & *Meibomius* l. c. Tom. I, p. 745; inde huc faciunt: *Præcipientes ergo jubemus: ut nullus Judex Publicus, vel quilibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones jam dictæ Eccleſiæ, (quas nunc infra ditionem Regni noſtri, legibus poſſideat, vel quæ deinceps in jura ejus divina Pietas voluerit augeri) ad cauſas judiciario more audiendas, vel freda exigenda, manſiones, vel paradas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ, contra rationem, diſtringendos, nec ullas redibitiones, vel inuſitatas occaſiones requ:rendae, ullo unquam tempore, ingredi audeat, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat; Hominibus quoque famulatum ejusdem Monaſterii facientibus, qui Saxonicè Malman dicuntur, prædictum Mundeburdum, & tuitionem Noſtram, conſtituimus, ut etiam coram nulla Judiciaria poteſtate examinentur, niſi coram Epiſcopo, aut Advocato, quem ejusdem loci Epiſcopus elegerit. Quicquid vero Fiſcus exinde ſperare potuerit, pro æterna remuneratione, dictæ Eccleſiæ, ad ſtipendia pauperum, & luminaria continuanda, conceſſimus &c.* Conf. *Buſſo Watenſtedius*, in *Chronico Mindenſi*, p. 10, apud Dn. *Paullini*, in *Syntagmate Rerum Germanicarum*; & *Goldaſtus*, Tol. 3, *Conſtit. Imper.* p. 304, qui tamen generale Privilegium, omnibus Eccleſiis conceſſum, inde componit; *Lckman* l. c. pag. 276. & *Conringius*, de *Republica*, Exercit. 3, de *Urbibus Germanicis*, §. 112, p. m. 137. Memor hujus Epiſcopi, inquit *Alvertus Cranzius* lib. 3 *Metropol.* cap. 33, p. m. 78: *Hic, inter omnes Anteceſſores ſuos, primus Regalia ſuſcepit de manu Im-*

peratoris,, Ottonis I, an. 961, apud Forchem, 7 Id. Junii. Cœpit tum ea res frequentari apud Imperatores, ut darent Inveſtituram Epiſcopis, & Regalia, poſtquam Leo VIII, omne Patrimonium Imperii per Italiam reſtituit Imperio, in perſona dicti Ottonis Primi &c.

An. eod. Da biebevor die Alte Statt Magdeburg, per Carolum Magnum, Parochia Halberſtadienſi adjiciret geweſen, hat Otto Magnus, Synodali decreto, concambio, ut loquitur Hiſtoria Latina Magdeuburgenſis, dieſelbe, von dem Biſchoff zu Halberſtadt, redimiret, und das Ertzſtifft Magdenburg inſtauriret, und hernachmahls dieſe Alte Statt - - - ex juriſdictione Burggraviorum, Comitum, Judicum, gantzlich eximiret, dem Ertzſtifft ſubjiciret, und, wie die Verba Fundationis ferner lauten, omne jus ſuum Regium in poteſtatem Eccleſiæ Magdenburgenſis transfundiret; ſic enim ipſiſſima Fundationis verba, de Anno 961, ſonant: Quod ex Regio & Imperatorio ſuo jure, jus & proprietatem B. Martyris, Chriſti, Mauritii, ad Eccleſiam Magdeuburgenſem, in honorem ipſius conſtructam, liberali munificentia transfuderit, & donaverit Civitatem Magdeuburgenſem, & omnem Regionem &c. Vid. Memoriale des Fürſtl. Magdenburgiſchen Abgeſandten, an Geſambte Churfürſten und Stande des Reichs, contra die Alte Statt Magdeburg, und deroſelben prætendirte Freyheit, de an. 1653, apud Lundorpium, Tom. VII Actor. Publ. lib. 6, cap. 377, p. 377.

An. eod. Ad dotem Cripta Magdeburgicæ, in honorem SS. Mauritii, Valentini, Agapiti, & Abundii, ſacrata, donat & tradit omnem decimationem (illa parte excepta, quæ Halberſtadienſi Epiſcopo hactenus data) quam Theutoni, vel Sclavi, ad Urbem Magdeburg; nec non eam, quam ad Civitates Froſa, Barbie, & Calva, pertinentem, ſolvere debent. Vid. Sagittarius l. c. §. 72, p. 38.

An. eod. Urbem Sputinesburg (nunc Rodemburg) ſitam in Pago Nudiczi, quam Wichart in beneficium habet, ex integro, cum omnibus appendiciis, ad eandem Urbem pertinentibus, mancipiis utriusque ſexus, ædificiis, campis, pratis, paſcuis &c. Sæpe dicto Monaſterio Magdeburgenſi, jure perenni, in proprium donat &c. Vid. Sagittarius l. c. §. 73, p. 39 & 40.

An. eod. Eidem Monaſterio omnem Regionem Pagumque, vocatum Neletice, omnemque utilitatem in eo manentem, Urbem ſcilicet Givickanſtein, cum ſalſugine ejus, ceterasque Urbes cum omnibus ad eas pertinentibus aquis, ſalſis & inſulſis, terris cultis & incultis, mancipiis Teuthonicis & Sclavanicis, taleque Prædium, quale Winchart in beneficium habet, Urbem Spitnesburg, in Pago Nudiſici, cum omnibus quæ ipſe in beneficium habet, taleque Prædium, quale Huodo in beneficium habet, in Pago Helmingowe, in Comitatu Wilhelmi Comitis, in loco Breitinga & Bernhardesrotha, cum omnibus ad ea pertinentibus, taleque Prædium, quale Aldelbertus Comes in beneficium habet, in Comitatu ipſius, in Pago Northuringorum, in locis ſic nominatis: Tunninſteti, Flagitungen, Wafferdal, Adinga, cum omnibus ad ea pertinentibus, in perpetuum proprium donat &c. Vid. Sagittarius l. c. §. 75, pag. 41 & 42 Confirmata eſt hæc donatio an. 965; Vid. Sagittarius l. c. §. 77, pag. 43, & Meibom. l. c. p. 748.

An. 963, Statuit, ex rebus Monaſterii Laureshamz, in omni Imperii ſui ditione, nullam telonei exactionem fieri: nec Publicum Judicem, ſeu quemlibet ex judiciaria poteſtate, vel aliquam aliam perſonam, quicquam poteſtatis aut negotii, ſine voluntate aut permiſſu Abbatis, in omnibus ſæpedicti Monaſterii rebus, habere vel exercere. Quicquid etiam Jus Fiſci exinde exigere potuerat, ex integro in uſus Monaſterii cedere præcepit. Homines quoque ingenuos, ſeu ſervos, in poſſeſſionibus Monaſterii commanentes, diſtringere, ſive ipſas poſſeſſiones, contra Abbatis decretum, intrare, ſeu, ad cauſas audiendas, ſeu manſiones faciendas, aut freda, vel tributa exigenda, vel ullam in aliquo violentiam faciendam, omnibus omnino hominibus, prorſus interdicit &c. Vid. Meibomius l. c. Tom. 1, p. 746.

An. eod. Confirmando Privilegia Eccleſiæ Patavinæ, concedit Goslino Epiſcopo, ejusque ſucceſſoribus, in cunctis Epiſcopii ſui poſſeſſionibus, ubicunque ſibi melius viſum fuerit, Caſtella, cum turribus, & propugnaculis, erigere, negotia conſtituere, molendina componere, & publicas aquas ad utilitatem ipſius Eccleſiæ trahere, piſcationes exercere, absque alicujus contradictione; præcipiens, nullus Dux, Marchio, Comes, Vice Comes, aut aliqua Regni ſui, magna parvaque, perſona, prælibatum Epiſcopum, ſuosque ſucceſſores, de præfatis rebus inquietare, aut moleſtare, aut de ipſis rebus teloneum exigere, præſumat &c. Vid. Meibomius l. c. p. 747.

An. 965, Donat S. Mauritio, Martyri in Magdeburg, duas Curtes Juris Regni ſui, unam, quæ vocatur Calva, in Pago Northuringorum ſitam; alteram, quæ vocatur Rosburg, ultra Salam fluvium, ſitam in Pago Surimunt (Comit. Barby) cum omnibus appendiciis, tam in Eccleſiis, quam in cæteris ædificiis; notabiliter addens: Ex integro S. Mauritio Martyri donamus, atque ex Noſtro Jure, & Dominio, in jus S. Martyris, Mauritii atque Venerabilium Archi-Epiſcoporum, qui pro tempore fuerint Rectores ejusdem S. Eccle-

Eccleſia almi Martyris Mauritii, largimur, atque transfundimus, ut eidem Sanctiſſimo loco in perpetuum firmiter permaneat, omnium hominum contradictione remota &c. Vid. *Benjamin Leuberus*, de *Stapula Saxonica*, §. 1600; *Sagittarius* l. c. §. 76, p. 43; *Meibomius* l. c. Tom. 1, p. 748.

An. eod. *Donat S. Mauricio Martyri in Magadaburg, quandam Curtem Juris Regni ſui, quæ vocatur Rosbach, ſitam in Pago Haſſonum, in Comitatu Elli Comitis, & alia loca, ad præfatam Curtem pertinentia, ita nominata: Uſtoum, & altera Uſtoum, Horineshuſum, Medriki, Eliſungum, Goteredeshuſun, Bunnungheim, una cum Eccleſiis, omnibusque eorum pertinentiis, quæ dici vel nominari poſſunt &c.* & quidem præfata formula; *ex integro, S. Mauritio Martyri in Magdeburg donavimus, atque, ex Noſtro jure & dominio, in jus S. Mauritii Martyris, atque Venerabilium Archi-Epiſcoporum, qui pro tempore fuerint Rectores ejusdem S. Eccleſiæ almi Martyris Mauritii, largimur atque transfundimus &c.* Vid. *Leuberus* l. c. §. 1606; *Sagittarius* l. c. §. 78, p. 44.

An. eod. *Duas Civitates ſuæ Regiæ, vel Imperatoriæ, proprietatis, Luborn & Tuchime nominatas, in Occidentali parte Albiæ fluminis, & in Pago Moroszanorum ſitas, atque in Comitatu Marchionis Geronis, cum omnibus appendiciis ſuis, tam in mancipiis utriusque ſexus, quam ædificiis .... Deo, Sanctoque Martyri Mauritio, ſuo ſcil. Patrono in Magdeburg, liberaliter, in perpetuam proprietatem, transfundit & donat &c,* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 79, p. 45.

An. eod. *Quicquid proprietatis in locis, vel Caſtellis, ſubnotatis, videlicet: Pechouwe, & Gumbere, ad jus Regium ſive Imperatorium, pertinere videbatur, cum omni integritate, univerſisque appendiciis, aut utilitatibus, vel acquiſitis, vel acquirendis, Deo Sanctoque Mauritio in Magdeburg, transfundit & donat &c.* Vid. *Sagittarius* l. c. § 80, p. 46.

An. eod. *Pro ſtatu & incolumitate Regni vel Imperii ſui, Mercatum in Magdeburg, & monetam, omnesque telonei fructus vel uſuras, quoquomodo vel à navigio advectis, vel plauſtris, vel carrucis, vel quibuscunque vehiculis adductis, ſive ab Equitibus, vel peditibus, vel cuiuscunque modi aut conditionis hominibus, ſupervenientibus, allatis mercibus, acquirendas, vel accipiendas; ſeu quicquid hactenus utilitatis, exinde ad ſuum publicum jus pertinere videbatur, totum, & ex integro, Deo, Sanctoque Mauricio in Magdeburg, transfundit, offert, atque donat &c.* Vid. *Meibom.* l. c. p. 749; *Sagittarius* l. c. §. 81, p. 46 & 47; *Leuberus* l. c. §. 1190.

An. eod. *Bannum Regiæ, vel Imperatoriæ dignitatis, in Urbe,* (Magdeburg) *ac circumjacentibus illarum partium incolis, Regio, vel Imperatorio juri debitum, Eccleſiæ in eadem Civitate constructa, Sanctoque Mauritio, in jus perpetuum, liberaliter offert; &, ne Judæi, vel cæteri ibi manentes negotiatores, ullam aliunde, niſi ab illo, qui eidem Eccleſiæ præfuerit, diſtrictionis, aut diſciplinæ, ſententiam vel regulam, ſuſtineant, vult, & firmiter jubet. Præſcripti vero Banni, Deo Sanctoque Mauritio, ab Eo oblati, nullus vel Comes, vel Vicarius, vel Judex, vel Tribunus, vel Exactor, vel aliqua perſona, in eadem Civitate, ſibi uſurpandi, aliquam aliam in ſcriptis legem, aut diſciplinam, exercendi poteſtatem habeat, niſi ipſe, qui eidem loco, vel Eccleſiæ, præfuerit Advocatus &c.* Vid. *Leuberus* l. c. §. 1191; *Sagittarius* l. c. § 82, p. 47; *Meibomius* l. c. p. 750.

An. eod. Indulget *Jus monetæ & mercatus* Villæ *Getlide*, in Gomitatu *Ligo*, ſed ea lege, ut omnes reditus Eeeleſiæ *Magdeburgenſi* reddantur. Vid. *Sagittarius* l. c. §. 84, p. 48 & 49;

An. eod. *Venerabili Abbati, Gerbodoni, qui Cœnobio S. Nazarii in Laureshami, præeſſe videtur, in quadam ejusdem Cœnobii Villa, Wezinloch nominata, in Comitatu Conradi Comitis, Mercatum Publicum fieri concedit, & quicquid in telonei lucris, vel aliqua utilitate, exinde proventurum eſſe videtur, ad ſervitium S. Michaëlis in Abramesberg, ſeu S. Nazarii in Laureshamı, donat &c.* Vid. *Meibomius* l. c. pag 748. *Freherus Orig. Palat.* part. 1, p. m. 174 & 175; Dn. *Tolnerus, Codic. Dipl. Palat.* §. 17, p. 13.

An. eod. *Drogoni*, Epiſcopo *Oſnabrugenſi*, *quoddam nemus, vel foreſtum, infra hæc loca poſitum: Farneswinekel, Rutenſtein, Angaria, Oſnynck, Senede, Bergeshovet, Dromanameri, Egeſtervelt, & Dumeri, in perpetuum proprietatis uſum, dedit atque donavit, ea ſcil. ratione, ut nullus contumaciæ deditus, nemus prælibatum, Imperiali videlicet Banno munitum, ſine prædicti Epiſcopi licentia, ſtudio venandi, vel aliquod hujusmodi negotium peragendi, præſumat intrare &c.* Vid. *Meibomius* l. c. p. 748.

An. eod. *Pro proſperitate & incolumitate Imperii, quicquid proprietatis in Marca, vel Regno Danorum, ad Eccleſias, in honorem Dei conſtructas, videlicet Slieſwigenſem, Ripenſem, Aruſenſem, vel adhuc pertinere videtur, vel in futurum acquiratur, ab omni cenſu, vel ſervitio*

vitio Regii Juris, abſolvit, ut & Epiſcopus præſcriptarum Eccleſiarum, abſque ulla Comitis, vel alicujus Fiſci Imperatorii Exactoris, infeſtatione, ſerviant, & ſuccumbant, vult, & firmiter jubet. Servos etiam & Colonos, in eisdem proprietatibus habitantes, nulli, niſi eisdem Epiſcopis, ſervituros, ab omni Imperatorii juris ſervitio abſolvit, & ſub nullius Banno, vel diſciplina, illos, niſi ſub illarum Eccleſiarum Advocatis, eſſe vult &c. Vid. *Meibom.* l. c. pag. 749. *Maderus*, Append. ad *Adamum Bremenſem*, Dipl. XII, p. 109, rectius 209; *Privilegia Archi-Ep. Hamburg.* apud *Lindenbrogium*, §. VIII, p. m. 131; *Lambecius*, part. 1. *Orig. Hamburg.* pag. m. 39; *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 1, cap. 14, §. 6, pag. m. 130 & 131.

An. eod. Fundato Epiſcopatui *Miſnenſi*, in favorem *Burchardi*, Præſulis, Imperiali poteſtate, hunc ponit terminum: *Ubi oritur fluvius, qui dicitur Orientalis Milda, inde, usque quo idem fluvius intrat in Albeam, & ſic ſurſum, & ultra Provinciam Niſizi, ad eundem terminum, ſine dubio, nec non in altera parte Luzizi, & Seſpoli, illam videlicet infra eundem terminum, & inde in aquam, quæ dicitur Odera. Et ſic Odera ſurſum, usque adcaput ejus. Inde, quaſi recta via, ad caput Albeæ. Inde deorſum, in Occidentalem partem, ubi diviſio confinium duarum Regionum eſt Behem, & Niſenen, ibidem ultra Albeam, & per ſylvam, in Occidentalem partem, usque ad caput prædicti Fluminis Orientalis Mildæ. Homines vero, qui infra prædictum terminum habitant, in omni fertilitate Terræ, frugum & pecudum, in argento, veſtimento, nec non, quod Teutonici dicunt, Ovarcapunca, & Calunga, Familiarum; inſuper tota utilitate, & in omnibus rebus, quibus mortales utuntur diverſis modis; Decimationes, quas Deo, cuncta gubernanti, debent, ad Miſnenſem Eccleſiam, primo Deo, deinde S. Johanni Evangeliſtæ, univerſa dubitate procul remota, pleniter perſolvant, & reddant &c.* Vid. *Maderus*, in *Antiquit. Brunſuicenſ.* p. 186 & 187. Meminit *Fundationis* hujus *Hieronymus Emſer*, in vita *S. Bennonis*, Epiſcopi *Miſnenſis*, apud *Surium*, 16 Junii, p. m. 230. Legitur, quidem in ſubſcriptione Diplomatis: *Datum, 3 Idus Januarii, Anno Incarnationis Domini DCCCCXLVIII, Indict. VIII, Anno vero Magni Ottonis Imperatoris, in Domino feliciter regnantis, tertio. Actum Moguntiæ, feliciter &c.* Verum, loco DCCCCXLVIII, legendum eſſe: DCCCCLXV, non ſolum docent: *Indictio VIII*, & annus *tertius* Imperii *Ottonis*, quibus diploma datum, anno 965 exacte reſpondentes, Imperatore ſiquidem an. 962, ceu præced. Tit. IV. §. 3, lit. m, v. 8, p. 315, probavi, Romæ inaugurato; ſed & *Johannis XIII*, P. R. anno 968, Regiminis ſui *tertio*, laudatique *Ottonis* Imperii VI, ejusque filii, *Ottonis Jun.* anno *primo*, deſuper ſcripta, confirmatio, apud *Maderum* l. c. pag. 188 &c. Conſtat enim ex *Baronio*, Tom. X. *Annal.* ad an. 966, p. 778, dictum Pontificem, tunc *primum Pontificatus annum* egiſſe; ut adeo annus 968, ſedis ejus fuerit *tertius*; pariterque Imperii *Ottonis I*, *ſextus*, ejusque Filii, *Ottonis* 2, *primus*. Vid. cit. pag. 315, & præced. Tit. V, §. 11, in vita *Ottonis* 2, v. 4, ad h. a. pag. 503. Patet hinc, ſubſcriptionem formulæ dictæ fundationis, quam *Meibomius* l. c. Tom. 1, pag. 752 & 753, ſuppeditat: *Rudbertus Cancellarius, ad vicem vacationis Archi-Capellani, recognovi. Data IV Kal. Novemb. Anno Dominica Incarnationis 968, Romæ in Eccleſia S. Petri, Indict. XI, feliciter*; ex altera parte mendoſam eſſe, cum triennio prius acciderit.

An. 966, *Adaldago*, *Hammaburgenſis* Eccleſiæ Archi-Epiſcopo, non ſolum *conſtruendi Mercatum, in loco, Bremum nuncupato, concedit licentiam*, ſed & *Bannum, & theloneum, nec non Monetam, totumque, quod inde Regius Regi publicè Fiſcus obtinere poterit, prælibatæ confert ſedi; nemoque inibi aliquam ſibi vindicet poteſtatem, niſi præfati Pontificatus Archi-Epiſcopus, & quem ipſe ad hoc delegaverit &c.* Vid. *Privileg. Archi-Ep. Hamburg. Lindenbrogii*, §. IX, p. m. 131; *Maderus*, *Append. ad Adamum Bremenſem*, §. XIII, p. 110, rectius 210; *Meibomius* l. c. pag. 751. *Lambecius* part. 1. *Orig. Hamburg.* p. m. 39; Meminit hujus Privilegii *Adamus Bremenſis* lib. 2, cap. 1, verb: *Adaldagus primo ut ingreſſus eſt Epiſcopatum, Bremam longo prius tempore, Poteſtatibus, ab judiciaria manu, oppreſſam, præcepto Regis abſolvit, &, inſtar reliquarum urbium, immunitate, ſimulque libertate, fecit donari &c.*

An. eod. *Quicquid Prædii, vel hæreditatis, aliquando Bilingo, Comiti jure concambii, in Neletici conceſſit, ipſeque contra, quicquid conjux ejus hæreditarii juris habere videbatur, ſibi donavit, jam rupto concambio, Fratribus, die noctuque, Deo Sanctoque Mauritio in Magdeburg*, ſervientibus, in proprium *tradit*, *in locis ſubnotatis, videlicet: Nova Urbs Debrogora, Uppineng, & Brochſtad, & omnia, quæ iſtis Urbibus juſte & legaliter ſubjacere videntur, tam in villis, quam in curtilibus, Eccleſiis, mancipiis, terris, cultis & incultis &c. cum omni integritate, ſeu cujuscunque modi utilitatem ad jus Regium habere videbatur, Fratribus, die noctuque Deo, Sanctoque Mauritio in Magdeburg famulantibus, concedit, & ſub perpetua immunitatis Regia tuitione eſſe vult, ita, ut nullus Comes, vel Judex, aut* Vica-

Digitized by Google

Vicarius, vel publicus Fiſci exactor, audeat ſe intromittere, ad exigendas, vel paratas faciendas, aut hominibus inibi habitantibus ullam moleſtiam ingerendi poteſtatem habeant &c. Vid. *Sagittarius* l. c. §. 85, p. 50.

An. eod. *Monaſterium Puellarum Keſcelenheim, in Pago & Comitatu Meineſeldt, quod, judicio Optimatum Francorum, in Imperiale jus devenit, quum Conradus, & Eberhardus, qui illud hactenus poſſidere viſi ſunt, exheredes & inlegales ſunt adjudicati; cum omnibus ſuis appenditiis, vel utilitatibus, Deo, Sanctoque Mauritio Magadeburg, perpetualiter ſerviturum, Imperiali munificentia, liberaliter offert, & à ſuo jure, in perpetuum illius Eccleſiæ jus transfundit, & donat &c.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 87, p. 52.

An. eod. *Civitatem Wiſila, quæ judicio Optimatum Francorum, in Imperiale jus devenit, quum Conradus, & Eberhardus, qui illam hactenus poſſidere viſi ſunt, exheredes & illegales ſunt adjudicati, cum omnibus appenditiis ſuis, vel utilitatibus, tam in mancipiis, quam in ædificiis, vinetis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis &c. &c. Deo, Sanctoque Mauritio Magdeburg, perpetualiter ſerviturum, Imperiali munificentia, liberaliter offert, &, à jure Regio, in perpetuum illius Eccleſiæ jus, transfundit & donat &c.* Vid. *Sagittarius*, l. c. §. 88, pag. 53.

An. eod. Transfert in idem Cœnobium, Dominium Monaſterii *Hagemünſter*, infra Urbem *Moguntiam*, quod iidem *Conrado & Eberbardo*, in *Wormacienſi* Procerum Germanicorum conventu, abjudicatum fuit; una cum Prædio, quod iidem in Villa *Spirdorff*, in Pago *Spiriebgeu*, viſi ſunt habere.

An. 967, Eidem Cœnobio quoddam *propietatis ſuæ Prædium, Wulferſtede nominatum, in Pago Hardegowe, in Comitatu Titmari Comitis, cum omnibus ad illud rite pertinentibus, areis, ædificiis, mancipiis &c. à Regio Jure, in ejus jus ac Dominium, perpetualiter ibi manendum, Regia vel Imperiali donatione, tradit.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 90, p. 56.

An. 968, *Proprietatis ſuæ Prædium, quale in Bodenhuſen habuit, cum omnibus appenditiis ſuis, tam in mancipiis, quam in ædificiis, terris, cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis &c. Sancto Mauritio in Magdeburg, liberaliter offert, & Archi-Epiſcopis illius Eccleſiæ perpetualiter concedit, ut teneant, & poſſideant, & ſuis uſibus, ſicuti res Eccleſiaſticas, juxta libitum, adjungant &c.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 116, pag. 88.

An. eod. Eadem plane formula, dictæ Eccleſiæ, offert dominium Monaſterii in *Bebera, à Billingo* Comite, in Prædio Imperatorii juris, conſtructi, *cum Caſtello & Villa, & omnibus appenditiis vel proprietatibus, quas dictus Belingus, de ſuis, eidem Monaſterio contulit & tradidit &c.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 117, p. 89.

An. eod. Dedicavit eidem Eccleſiæ, Dominium Abbatiæ *Angeranæ*, à *Mechtilde*, Matre ipſius, quondam exſtructæ. Vid. *Leuberus* l. c. n. 1609; *Sagittarius* l. c. §. 118, pag. 90; *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 311.

An. eod. Abbatiam *Weiſſenburgenſem*, in Spirenſi Pago, laudato Archi-Epiſcopatui *Magdeburgico* conjunxit, ita quidem, ut Monachi libera eligendi Abbatis poteſtate fruerentur, accedente duntaxat voluntate & conſenſu dicti Archi-Præſulis. Vid. *Leuberus* l. c. §. 1610; *Sagittarius* l. c. §. 119, pag. 91. Meminit hujus Privilegii *Meibomius* l. c. pag. 753.

An. 969, *Quoddam Prædium, Hunoldeshuſen nominatum, ſitum in Provincia Haſſorum, Sancto Mauritio, Martyri Chriſti, in opem & ſupplementum operis Magdeburgi incepti, cum omnibus appendiciis & utilitatibus, tam in ædificiis, quam in mancipiis &c. in perpetuam proprietatem transfundit & donat, ut Archi-Epiſcopi illius Eccleſiæ, ſecure & inoffenſe, teneant & poſſideant, & ſuis, ut Eccleſiaſticas res, uſibus adjungant &c.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 121, pag. 92 & 93.

An. 970, ſimili formula, *in jus perpetuum* dicti Archi-Epiſcopatus *transfundit, & donat S. Mauritio*, quicquid hactenus in *Guddenſtein habere viſus eſt, tam in ædificiis, quam in mancipiis, terris, pratis, paſcuis &c.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 122, pag. 93 & 94.

An. eod. *Sancto Mauritio Magdeburgenſi, in perpetuam poſſeſſionem, liberali munificientia, offert & donat, Municipium Spuitne dictum, in Orientali parte Salæ fluminis ſitum, cum omni Burgiwardo ſuo, & quicquid juris ibi habuit, ex toto, & ex integro, cum omnibus appendiciis ſuis, tam in ædificiis, quam in Familiis, vel mancipiis, terris, pratis, paſcuis, aquis &c.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 123, p. 94 & 95.

An. eod. *Quidquid Prædii habere viſus eſt in Brunningiſtede* (Bornſtedæ) *in Pago Northuringia, in Comitatu Geronis Comitis, cum omnibus appenditiis ſuis, mobilibus & immobilibus, terris, viis &c. ad opus & ſervitium S. Mauritii Martyris liberaliter, in perpetuam proprietatem, in Magdeburg, tradit & donat, ut Archi-Epiſcopi illius Eccleſiæ, omni contradictione remota, inoffenſe teneant, & poſſideant, & ſuis, ut Eccleſia-*

ſticas res, juxta libitum, uſibus adjungant &c. Vid. *Sagittarius* l. c. §. 124, p. 95 & 96.

An. eod. *Quoddam Prædium*, *Retha nominatum, in confinio Vulde & Wiſare ſitum, cum omnibus appenditiis ſuis, tam in mancipiis, quam in ædificiis, pratis, paſcuis &c. & quendam Imperatoriæ proprietatis lidum, Opoldum nuncupatum, cum omni ſua familia, ad opus & ſervitium S. Mauritii Martyris, in perpetuam proprietatem, tradit & donat in Magdeburg, ut Archi-Epiſcopi illius Eccleſiæ, omni contradictione remota, inoffenſe teneant, & poſſideant, & ſuis, ut res Eccleſiaſticas, juxta libitum, uſibus adjungant.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 125, p. 96 & 97.

An. eod. *Quoddam Prædium, quod Guntramus, fidelis Ejus, ex ſuo, ſuaque Conjugis, proprio, in Villis, Wikkara & Noranſtat, nominatis, Ei tradidit, ad Monaſterium S. Johannis Baptiſtæ, quod in ſuburbio Magdeburg ſitum, cum omnibus appenditiis & utilitatibus, &c. liberaliter obtulit, ut Monachi præfati Monaſterii teneant, & poſſideant, & ſuis, ut res Monaſticas, juxta libitum, uſibus adjungant &c.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 126, p. 97 & 98.

An 971, *quoddam Prædium, Chotirodizi, in Pago Northuringa, in Comitatu Huodonis Comitis, cum omnibus appendiciis ſuis, pratis, paſcuis &c. ad opus & ſervitium S. Mauritii, Martyris, liberaliter, in perpetuam proprietatem, tradit & donat, in Magdeburg, ut Archi-Epiſcopi illius Eccleſiæ, omni contradictione remota, inoffenſe teneant, & poſſideant, & ſuis uſibus, ut Eccleſiaſticas res, juxta libitum, adjungant &c.* Vid. *Sagittarius* l. c. §. 127, p. 98 & 99. Qui, §. 128, p. 99 & 100, alias quoque donationes, Sancto *Mauritio Magdeburgenſi*, factas, ſine die vero & Conſule, addit; ut adeò jure *Ditmarus*, lib. 2, *Chron.* p. m. 17, & apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, Tom. I. *Script. Rer. Brunſvic.* p. 333, dicere queat: *Quicquid in Prædiis, vel rebus in aliis, promiſſo contraxit in tempore, totum hoc Domino, Militiique Ejus, Mauricio* (in Magdeburg) *conceſſit hæredi &c.* nec non Patres congregatæ Synodi *Ravennatenſis*, apud *Chronographum Saxonem*, ad. an. 969, p. 178: *Ad eorundem* (Canonicorum S. Mauricii Magdeburgi) *victum, & Eccleſiæ utilitatem, Caſtra, Villas, Prædia, decimasque, cum univerſis adjacentiis, affluenter, ex proprio conceſſit &c.*

An. 973, Munificum ſe exhibuit erga Cœnobium *Gandesheimenſe*, teſte Diplomate, ſub dato *Tribure*, an. 973, Non. Octob. Indict. XIII, apud Dn. *Leuckfeldium*, *Antiquit. Gandesheim.* cap. XIV, §. 6, lit. m. pag. 102: *Ob interventum dilectiſſimæ Conjugis Noſtræ, Adelheidæ, prædium quoddam Boldeshuſon vocabulo, quondam Eberhardi Comitis, dum vixit, proprium, & inſuper quantum ipſe Eberhardus, in Ollingu tenuiſſe perhibetur, in Comitatu Gerungi, Comitatu Tabergowe nuncupato, ſitum, Gerbyrga, Cantheresheimenſi Abbatiſſæ, Neptique Noſtræ, Imperiali Noſtra poteſtate, in proprietatis uſum conceſſimus, cum utriusque ſexus mancipiis, ædificiis, Terris, cultis & incultis pratis, paſcuis &c.*

A laudato Imperatore, *Otgerum* quoque, *Spirenſem* Epiſcopum, *propria Juriſdictione* fuiſſe donatum, ex Privilegio *Ottonis III*, an. 989, *Ruperto* Epiſcopo conceſſo, apud *Lehmannum* lib. 4. *Chron. Spir.* cap. 3, p. 274, diſcimus, ubi: *Renovari & reſcribi, per Regalem Noſtram munificentiam, jubemus quoddam præceptum, quod Piiſſimus b. m. Avus Noſter, D. G. Cæſar Auguſtus, cum etiam pii nominis, Genitor Noſter, Dei nutu, ſimiliter Imperator Auguſtus, Spirenſi Eccleſiæ, ſuique Proviſoribus, videlicet Epiſcopis, donavit, atque conceſſit, hoc eſt: Ut nullus Dux, ſive Comes, vel nullus publicus Judex, ex judiciaria poteſtate, aut aliqua cujuslibet poteſtatis ignota perſona, niſi ſolus Epiſcopus, & Advocatus ipſius, ſupradictæ Spirenſis Eccleſiæ, ex juſſione, & conceſſione noſtra, deinceps poteſtatem habeat, pro quocunque negotio, vel pro aliqua re, parva aut magna, placitum retinere, ſeu publicum judicium facere, infra Civitatem, Spira, ſeu Nemeta, vocatam, aut in circuitu extra Civitatem, id eſt, in Villa Spira, & in marcha, quæ eidem Urbi adjacens eſt, aut aliquid, per Regale Bannum, in uſum noſtri, ſucceſſorumque noſtrorum, exigere; neque aliquid de Prædiis, vel de Moneta, ſeu de Teloneo, vel ex ulla re, in Fiſcum Regium transferre; nec ullus hominum, ex fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, ac Noſtris in Eccleſiis aut locis, vel agris, ſeu in reliquis poſſeſſionibus præfatæ Eccleſiæ . . . ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones, vel paradas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut ullas redhibitiones, vel illicitas occaſiones requirendas, aut homines ipſius Eccleſiæ, tam ingenuos quam ſervos, injuſtè conſtringendos, ullo unquam tempore, inire audeat, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere, aut exactare, præſumat &c.* Conf. *Conring* de *Republ.* Diſſ. 3, de *Urbibus Germanicis*, §. 106, pag. m. 136 & 137.

Glembacenſis Eccleſiæ memor *Sigebertus* Monachus, in Vita *S. Guiberti*, Fundatoris ac Patroni dictæ Eccleſiæ, cap. 10, apud *Surium*, 23 Maji, pag. m. 295, ait: *Pius Rex Otho, vere, ad reſtaurandam Rempublicam, & reparandam Dei Eccleſiam, directus à Deo, ſalutis monitis aurem advertit gratanter, & petitionem fidelium Chriſti accepit dignanter. Annuit enim, communi*

Digitized by Google

muni Palatinorum conſilio, & Regali cenſuit Edicto, ut rata & inconvulſa permaneret Novella Gemmelacenſis Cœnobii conſtructio, & quicquid illi Eccleſiæ, ab ipſo Domino Guiberto, vel etiam aliorum Venerabilium Virorum, largitione, fuerat conceſſum, ut nullus infidelium, vel aliquis hæredum ejus, infringere audeat, omnino eſt interdictum. Inſuper permiſſa eſt eis poteſtas, Advocatum, & Regularem Abbatem, cum Imperio Regis eligendi, Caſtellum conſtruendi, Mercatum, percuſſuram Monetæ materiam faciendi. Ipſe locus, ab omni ſervitio immunis eſt redditus in Civitate, in Caſtello, in Villa, ſuper aquas in pontibus, in omnibus Imperii ſui locis, ab omni telonio & tributo eſt abſolutus, ſub ſolo Regiæ defenſionis munimine ſubjectus &c.

Quis autem enarret omnia Beneficia, ab Eo in Eccleſias collata?

(*e*) LOTHARINGIÆ &c. Vid. præced. lit. c. pag. 1141. & ſeqq. Tit. XVI, *Catal. Ducum Lotharingiæ.*

(*f*) GISLERO &c. Auctor Chronici, *Weichbildo* præfixi, Rubr. (*von Kœnig Otten dem Groſſen*, inquit: *Nach ôm* (Alberto, Magdeburgico) *wart ein Biſchoff gekohrn, des his Geiſſeler; In denſelben begunten die Biſchœffe weltliche Gerichte zu haben, und zu richten, und das begunt erſt ſin* (Ottonis I,) *Bruder, Bruno von Cœlln, und Biſchoff Geiſeler zu Magdeburg, den befahl Kayſer Otto, das Hertzogthum Over-Elbe, zu Schartau &c.* quæ Dn. *Ockel*, Tract. de *Palatio Regio*, §. 132, p. 130, repetit. Aſt nihil horum recenſent Veteres, bene verò, quod *Gilerus*, ob deſtructum & diſcerptum Epiſcopatum *Merſeburgicum*, cui prius præerat, *Ottonibus II, & III*, nec non *Henrico Sancto*, Imperatoribus, male oluerit. Vid. *Ditmarus*, lib. 3, p. m. 31, & apud Dn. *Leibnitium*, Tom. 1. *Script. Brunſuic.* p. 345; nec non Auctor *Chronici Magdeburgenſis*, in vita *Giſelharii*, ſecundi Archi-Epiſcopi, apud *Meibomium*, Tom. 2. *Rer. German.* pag. 278, ad 282. Merito hinc Ill. Dn. *Leibnitius*, in *Introductione* in laudatam *Collectionem Scriptorum Brunſuicenſium*, §. XXV, verbis, in fine præcedentis lit. a, pag. 1140. extantibus, ea, quæ de *Schartovienſi Ducatu* traduntur, in dubium revocat; præſertim, ſi, ex *Ditmaro*, lib. 2, in fine, pag. m. 25 & 26, & lib. 3, ſub initium, pag. 27. notemus, *Gilerum*, poſt fata demum *Ottonis I, Magdeburgenſem* ſedem, ab Ejus filio, & ſucceſſore, *Ottone Secundo*, fuiſſe conſecutum, quod & *Lupoldus de Babenberg, de Zelo Veterum Germanorum Principum*, cap. 9, apud *Schardium, de Juriſdictione Imperiali*, pag. m. 222; dictum *Chronicon Magdeburgicum* l. c. *Paulus Langius, Chron. Citizenſi*, ad an. 981, p. m. 767, aliique, comprobant; quomodo ergo hæc ſibi cohærent?

6. Exemplo horum, poſtea ambitio licentiæ, & regnandi ſtudium, in cauſa fuerunt, ut etiam Monachi, & Epiſcopi, alibi, *Imperia mixta & mera appetere*, aucupari, vel mercari, & ſua facere, vel reclamante profeſſione ſua, veriti non fuerint, *Vadian. apud Goldaſt. in Aleman. antiq. tom. 2. part. 1.* Epiſcopos etiam Abbates ſecuti ſunt. Abbas S. Galli, 1204, Principalem dignitatem obtinuit. *Stumpff. Chron. lib. 5. c. 6.*

7. Abbas zu *Einſiedel*, 1274, Principis titulum, Imperatoris gratia, impetravit, *Heider. in act. Lindav. fol. 52.* Abbati & Monaſterio S. *Emerani* (*a*) Ratisbonæ, 1313. ſub *Henrico* Imperatore ab ejus filio, tunc Bohemiæ Rege, Principalis dignitas, cum regalibus, eſt adquiſita. *Heid. von Reichs-Voigteyen, fol. 40.* De Abbatibus (*b*) quoque *Fuldenſibus, Hirſchfeldenſibus, Campidonenſibus Murbacenſibus, Prumenſibus, Corbejenſibus, Stabulenſibus; nec non Præpoſitis Elwangenſibus & Berchtolsgadenſibus*, quod ſeculo demum ſuperiori, à Prælatorum ordine ſejuncti, & parem cum reliquis Principibus, in ſubſelliis Eccleſiaſticis, vulgo *der geiſtlichen Banck*, dicendæ ſententiæ poteſtatem in ſolidum obtinuerint, *demonſtrat Tobias Paurmeiſter lib. 2. c. 9. de Jurisdict. n. 7. & ſeqq.* Plures recenſet *Theodor. Spreng. in Inſtit. Jur. Publ. lib. 2. c. 44. pag. 366.* Abbatiſſa quoque *Lindavienſis*, ad lacum Bodamicum, fere omnium prima, principalem dignitatem obtinuit, &, poſt eam, Abbatiſſæ Monaſteriorum Ratisbonæ ſuperioris & inferioris, *Ober- und Nieder-Münſter*, regnante *Friderico Secundo*, anno 1216. *Daniel. Heider. von Reichs-Voigt. fol. 41.*

Digitized by Google

NOTÆ.

(*a*) S. EMERANI; Vid. ſeq. §. 16, lit. l.
(*b*) ABBATIBUS &c. Vid. de his ſeq. §. 16 & 17.

8. Quamvis autem, à temporibus *Ottonis Primi*, Eccleſiaſtici cœperint eſſe Principes Imperii, tamen ſemper fuerunt adhuc *ſub Advocatis* (*a*) tutelaribus & Vicedominis, *unter den Kaſten-Vægten. Der Kaſten-Vægt Amt war (b) nicht nur die Stifft und Klæſter, ſamt ihren Leuten und Gütern, vor ungerechten Gewalt zu beſchützen: zumal in- und auſſerhalb Rechtens zu vertreten, ſo wol ihre Bürgerliche Gericht* (omnem enim jurisdictionem (*c*) in territorio Eccleſiaſticorum, ſeu monaſteriorum, exercebant: Ita tamen, ut de proventibus fiſcalibus, ſeu malitiis, *von Frevel und Buſſen*, Abbates unam, protectores verò alteram reciperent ſemiſſem. (*d*) *Lehm. lib. 2. Chron. Spir. c. 35. & paſſim) da ſie deren gehabt zu beſitzen, ſondern auch ihre Haußhaltungen, des Einnehmens und Ausgebens, ſich zu beladen, und dem Kayſer deswegen Rechnung zu geben. Lehm. d. c. 35 & 36. Heider. von Reichs-Vægten fol. 8. 53. & ſeqq. Dann, obwolen den Biſchoffen Æbten*, ſub Ottonibus, & ſequentibus Imperatoribus, *gantze Hertzogthum, Graf- und Herrſchafften, auch Stædte, vergabet worden: auch etwan alle Obrigkeit eingeraumet, ſo ſind doch ihnen die Kaſten-Vogteyen nicht gleich gar abgenommen, ſondern die Kæyſerliche Güther*, Regalia, *Zæll, &c. noch eine geraume Zeit dem Reich vorbehalten worden; Conring. de Epiſc. Germ. fol. 269 & ſeqq.*

NOTÆ.

(*a*) SUB ADVOCATIS &c. Extat de *Advocatia*, Diſput. *Lud. Myleri*, an. 1594, *Marpurgi* habita. Huc inſuper faciunt: *Martini Mageri à Schœnberg*, Archi-Duci *Leopoldo*, Argentoratenſium Præſuli, à Conſiliis, Tractatus Juridico-Hiſtorico-Politicus, de *Advocatia Armata, ſive, Clientelari Patronorum jure & poteſtate, Clientumque officio &c.* an. 1625, *Baſil.* rurſusque an. 1702, *Norimbergæ*, editus; *Grundlicher Hiſtoriſcher Bericht von denen alten Reichs-Vogteyen, bey den Erb-Frey- und Reichs-Stætten; wie auch, bey den Hohen und andern Stifften und Clæſtern &c. gedruckt in Stuttgart*, an. 1655; cujus Auctor fuit *Daniel Heiderus*, JCt. & Syndicus Lindavienſis. Clariſſimi Dn. *Chriſtiani Franciſci Paullini*, Exercitatio: *De Advocatis Monaſticis*, Syntagmati *Rerum & Antiquitatum Germanicarum*, an. 1698, *Francofurti*, publici facto juris, p. 533, inſerta. *Speidelius*, voc. *Vogt*, p. m. 944 &c. *Du Freſne*, Gloſſar. voc. *Advocati Eccleſiarum*, p. m. 78 &c. *Spelmannus*, Gloſſar. voc. *Advocatus Eccleſiæ*, p. m. 19 &c. *Beſoldus* Theſaur. Pract. voc. *Kaſtenvogt*, p. m. 451 & 452; & voc. *Vogt, & Vogtey*, pag. m. 972 &c. ibidemque Additiones Dn. *Chriſtophori Ludovici Dietherrns*. Laudati *Dietherr*, *Orbis Novus Literatorum*, ſive *Continuatio Theſauri Practici Beſoldiani*, edit. *Norimbergæ*, an. 1699, voc. *Vogt, & Vogtey*, p. m. 613. *Webner*, Obſervat. Pract. voc. *Kaſtenvogtey*, pag. m. 311, & voc. *Vogt*, p. m. 484. *Lehmannus*, lib. 2, *Chronici Spirenſis*, cap. 36, p. m. 141 &c. *Robertus Kolb, in Aquila certante, pro immunitate & exemptione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Status Eccleſiaſtici, à Poteſtate Seculari; Francofurt.* 1687, *Artic.* 23, *Confutationis Signi I Solmenſis*, p. m. 74. &c. præcipuè Art. 3, *Confutationis Signi IV Solmenſis*, p. 37, quo, in ſpecie, de *Jure Advocatiæ* agit. *Draco*, de *Origine & Jure Patriciorum*, lib. 2, cap. 6, §. 19 & ſeqq. pag. m. 180 &c. *Joachimus Vadianus*, lib. 1, *de Collegiis Monaſteriisque Germaniæ veteribus*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Rer. Alamann.* pag. 3 &c. *Reinkingius*, *de Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, lib. 3, Claſſ. 1, cap. 9, p. m. 1124 &c. *Hoſpinianus*, *de Templis*, lib. 5, cap. 6, fol. 125; *Eraſmus Chokier*, de *Advocatis feudalibus*, edit. Colon. 1624; *Lazius*, *in Geneal. Auſtriac.* f. 12; *Jodocus Coccius*, de *Dagoberto Rege*, edit. *Moltzhemi*, 1625, pag. 60; *Aubertus Miræus*, cap. 32, & 54, *donationum piarum*; *Meibomius*, in *Chronico Marienthalenſi*, Tom. 3. *Rer. German.* pag. 248 &c. aliique, quorum *Kolbius* cit. loc. poſter. meminit. *Advocatum* denominari ab *advocando*, innuunt verba *Dantis Aligherii*, de *Monarchia* lib. 3,

apud

apud *Sebardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 101. *Adrianus Papa Carolum Magnum ſibi, & Eccleſiæ, advocavit Longobardorum tempore Deſiderii Regis eorum, & quod Carolus ab eo recepit Imperii dignitatem: non obſtante, quod Michael imperabat apud Conſtantinopolim. Propter quod dicunt, quod omnes, qui fuerunt Romanorum Imperatores poſt ipſum, & ipſe, Advocati Eccleſiæ ſunt, & debent ab Eccleſia advocari &c.* cui Etymologiæ *Draco* quoque l. c. §. 28, pag. 188. inhæret; & rectè quidem, ſi, cum *Du Freſnio*, voc. *Advocare*, p. 77, per verbum hoc, intelligamus: *Rem quandam in ſe ſuſcipere;* quod ille latius exponit. *Germanicum*: *Vogt*, deducunt à Græcorum voce βοηθός, *Adjutorem*, *Curatorem*, *defenſorem &c.* ſignificante; *Wenerus* voc. *Vogt*, p. 484; *Beſoldus* voc. ead. p. 972; *Speidelius*, voc. ead. p. 915. Ejuſmodi *Eccleſiarum Advocatos*, poſt Conſulatum *Stiliconis*, primum inſtitutos, ex Can. 99, *Carthaginenſis Synodi VIII*, adverſus Donatiſtas, Paganoſque, *Stiliconis* ſucceſſu animatos, in Eccleſiam inſurgentes, convocatæ, probari poſſe, cenſet *Du Freſne*, voc. *Advocati Eccleſiarum*, p. 78, cauſam ſimul annectens: *Quia, ut eſt in Chronico Moſomenſi: Eccleſia ſemper juſto Advocato, contra malignantes, opus habet &c.* *Spelmannus*, l. c. & quos Dn. *Paullini* l. c. §. 1, pag. 534, hoc titulo compellat; *Renatus Choppinus*, lib. 1 *Sacræ Politiæ* Tit. 7, §. 18, p. 144; & *Lindenbrogius*, voc. *Advocatus*; Add. Dn. *Hertius*, & *Wegelinus*, diſſ. an. 1703, de *Jactitata Ordinis Ciſtercienſis exemptione à Superioritate & Advocatia Regionum S. R. I. Dominorum;* Sect. 3, §. 7, pag. 101. Ab ipſorum munere, modo *Defenſores*, modo *Cauſidici*, *Mundiburdi*, *Tutores*, *Procuratores*, *Vice-Domini*, *Schutz-und Schirm-Herrn*, *Kaſten-Vœgt*, quaſi Præfecti *des Kaſtens*, i. e. Cameræ granarii, redituum, proventuum, frumenti &c. per metonymiam, continentis pro contento; *Vogtheyherren*, *&c.* vocati ſunt. Vid. *Du Freſne* l. c. pag. 78 & 79; *Lehmannus* l. c. pag. 141. *Speidelius* l. c. *Reinkingius* l. c. §. 76 & 77, pag. 1139; Quandoque, ſignificatione laxiori, *Patroni*; propriè enim *Patronum* & *Advocatum* à ſe invicem diſtingui, res nota eſt. Vid. *Reinking* l. c. §. 79. pag. 1140; Nonnunquam, *Adminiſtratores Eccleſiaſticorum proventuum*, *& Oeconomi*, quamvis itidem impropriè, ſic ſane *Fridericus I* Imp. in Privilegio, an. 1188, Eccleſiæ *Goslarienſi* dato, apud Dn. *Paullini* l. c. §. 13, p. 545. *Perlata ad Nos importunitate, quam, in bona Eccleſiæ noſtræ Goslarienſis, aliquando exercere præſumſerint Advocati, vel villicationes ejus locando, quod nihil ad eos; vel hereditates litonum Eccleſia ſibi uſurpando; vel etiam manſos Eccleſiæ novis collocando colonis, Nos hæc illicita de cetero fieri, authentico prohibentes Edicto, nullam permittimus Advocatis, ad talia perpetranda, poteſtatem. Cum enim, de Jure Advocatorum, coram Nobis, in Palatio Goslarienſi, quæſtio moveretur, de communi Principum conſilio, ſententiatum fuit: Quod, in bonis Eccleſiarum, Advocati nihil juris haberent, niſi tantum in tribus caſibus: in Furto videlicet, in Pugna, & in Raptu; & omnes aliæ quæſtiones eſſent ad Oeconomum, ſeu Villicum Eccleſiæ, referendæ &c.* Conf. Dn. *Tentzel*, *Vindic. Conring. pro Cenſura Diplomatis Lindavienſis*, cap. 8, §. 6, p. 171. Originem *Advocatiæ* hiſce depingit *Meibomius* l. c. *Sancitum ſæpe fuit in Conciliis, de Monaſtici Ordinis hominibus, ne ſe mundanis, vel ſecularibus, negotiis immiſcerent, nec ea, quæ mundi ſunt, tractarent: ne, dum cognoverint inferiora bona diſponere, non valerent ſuperioribus bonis deſervire; ut utar verbis Gregorii Magni. Cum vero Monaſteriis, ex liberalitate Principum, ſæpe numero Territoria ampla, cum Oppidis, Pagis, Præfecturis, Villis, Paſcuis, Vineis, Piſcinis, Nemoribus, cum omnibus ſimul juribus & Privilegiis, tam Civilibus, quam Eccleſiaſticis, donarentur, ne cogerentur, ob hanc cauſam, Abbates & Monachi ſecularia negotia, omiſſis ſpiritualibus, tractare, juſſi ſunt, ab Imperatoribus & Regibus, Laicos eligere, quibus iſta bona, & poſſeſſiones, curandas adminiſtrandaſque, commendarent, ipſi interim piis exercitiis, precum & ſtudiorum, ſedulo vacantes. Non raro etiam Centauri Harpyiæque potentiores, Eccleſiaſticis bonis, tanquam corvi rapaces, inhiantes, ea ſibi vendicabant, inque profanos uſus convertebant, ut inde Miniſtrorum Eccleſiæ & pauperum ratio nulla haberi potuerit. Ad horum corvorum & Harpyiarum rapacitatem, & petulantiam, infringendam, opus erat Eccleſiis defenſoribus, qui non minus juſti, quam potentes eſſent. Vocati ſunt vulgo hi: Advocati, ſeu Patroni, Germanicè: Kaſten-Vœgte, Edel-Vœgte, oder Schirmherren: nonnulli appellarunt Vicedominos, quæ vox mutilata adhuc in uſu eſt, Viztum,* ſimilia profert *Draco* l. c. §. 19, p. 181.

(*b*) DER KASTEN VOEGT AMPT WAR &c. De *Officio Advocatorum* inſpicienda vetus conſtituendi *Advocati* formula ex præcepto *Clotharii* Regis, in *Chronico Beſuenſi*, à *Bignonio*, transſcripta, apud *Spelmannum*, voc. *Advocatus Eccleſiæ*, p. 20. *Waldelenus Abbas, petiit à Nobis, ut Illuſtris Vir, Gengulfus, omnes cauſas ipſius Monaſterii, ad proſequendum, & redintegrandum, deberet recipere. Cui Nos hoc beneficium præſtitiſſe, cognoſcite. Quapropter, per præſens hoc præceptum, jubemus, ut memoratas omnes cauſas ipſius Monaſterii, Illuſtris Vir ille, ex Noſtro permiſſu, licentiam habeat proſequi, & unumquodque, ut juſtum eſt, reſtituat, ſic tamen, quamdiu eorum pariter fuerit voluntas. Datæ*

Digitized by Google

15. *Kal. Sept. an. VIII Regni Domini Chlotarii Regis.* Clarius illud deſcribit *Lehmannus* lib. 2 *Chron. Spir.* cap. 36, p. m. 142. *Worinn ſolcher Advocaten Ampt, und Verrichtung, beſtanden, iſt aus folgenden zu mercken: Erſtlich, daſs dieſelbe, in jedem Gaw, die Gemeinden, im Namen der Biſchoff, regirt, und das weltliche Oberkeitliche Ampt, ſo dergleichen den Biſchœffen zugeſtelt worden, verwaltet, und die Partheyen mit Recht entſchieden. Capit. lib. 5, c. 234: Hoc ſtatuimus, ubicunque Epiſcopi ſubſtantiam habuerint, Advocatum habeant, in ipſo Comitatu, qui, absque tarditate, juſtitiam faciat, & ſuſcipiat. Und ſo jemand einen Geiſtlichen, nicht deſſen Perſohn, ſondern wegen der Erbſchafft, oder Güter, wollen beklagen, der hat denſelben, vor dem Advocaten, oder Vogt, müſſen fürnehmen: Volumus primo, ut neque Abbates, neque Presbyteri, & Diaconi, & Subdiaconi, neque quilibet de Clero, de perſonis ſuis, ad publica, vel ſecularia judicia, trahantur, ſed à ſuis Epiſcopis adjudicati juſtitias faciant. Si autem de poſſeſſionibus ſuis, ſeu Eccleſiaſticis, ſeu propriis, clamor ad Judicem venerit, mittat Judex clamantem, cum miſſo ſuo, ad Epiſcopum, ut faciat eum, per Advocatum, juſtitiam recipere, Anſeg. lib. 5, Tit. 37, c. 23. Zum Andern, daß Sie, durch ihre Diener, und Beampte, der Kirchen, und Biſchœffe, Güter, und Feld beſtelt; und die Leibeigene, zu Frondienſten und Arbeit, angehalten; gebührende Sorge für die Hauſshaltung getragen; aller Früchte und Gefälle Einnahm und Ausgab, zu der Kirchen Nutz und Beſten, zu rechter Zeit, und Ort, verfügt. Dan ſolche Ding zu verrichten, den Geiſtlichen durchaus, allenthalben auf den* Conciliis, *und* Synodis, *ernſtlich, und bey Vermeidung zeitlicher und ewiger Straffen, verbotten: Darzu dieſer Spruch des Apoſtels Pauli angezogen: Nemo, militans Deo, implicet ſe negotiis ſecularibus.* (Vid. præced. §. 5, lit. a.) *Das Dritt, wan Sachen ſich zugetragen, daß der Biſchoff, oder Geiſtliche, wieder Weltliche von Adel, oder andere, zu klagen gehabt, iſt der Vogt, oder deſſen hierzu beſtellter in deren Nahmen, vor den Graffen, und Gericht, kommen, und hat die Klag fürgetragen, und erœrtert. Capit. lib. 4, c. 3. Syn. Cabillon. an. 813, cap. 11.* Quamvis, membro ſecundo comprehenſa, ad *Oeconomum* potius, quam ad *Advocatum*, ceu ex *Friderici I* Imp. Privilegio *Goslarienſibus* dato, præced. lit. a. vidimus, ſint referenda. Accuratius *Du Freſne*, voc. *Advocati Eccleſiarum*, p. 80 &c. (1) *Advocatos habere juſſi ſunt Epiſcopi, Abbates & Sacerdotes, quia, cum ii ſecularia placita adire vetentur, ſi quid quærere, aut in jure reſpondere, neceſſe haberent, id per Advocatos, facere poſſent; ut eſt in Codice Canonum African. Cap. 97; in Concil. Mogunt. C. 12; in Lege Longobard. lib. 3, Tit. I §. 11, & alibi paſſim.* (2) *Cum Legibus cautum ſit: Ut nemo Clericorum jurare præſumat, &, in prima litis conteſtatione, jusjurandum calumniæ, omnes principales perſonæ ſubire teneantur; ut hoc officium Advocatis ſuis delegare poſſint, ſanxit Lex Longobard. lib. 2, Tit. 47, §. 8, 11; lib. 3, Tit. 32, §. 1; Iterirant igitur Comitum Placitis, &, ut Patroni, Eccleſiarum ſuarum jura tuebantur.* (3) *In diſtractionibus, ac alienationibus, rerum Eccleſiaſticarum, requirebatur eorum conſenſus; ut colligitur ex Joanne Sarisberienſi, Epiſt. 6 & 10.* (4) *Si donationes, aut reſtitutiones, fierent Eccleſiis, eas illi ratas habebant; ut eſt in Privilegiis Eccleſiæ Hamburgenſis, p. 168, & in Tabulario Verſiacenſi, apud Perardum, p. 23,* (5) *Advocatorum etiam munus erat, Monaſterii bona, ab omni rapina, & indebitis exactionibus, illæſa conſervare; ut eſt in Charta Eberti, Bambergenſis Epiſcopi, in Metropoli Saluburgenſi, Tom. 2, p. 29;* (6) *Eorum denique conſiliis Abbates utebantur, in majoris momenti negotiis, ut eſt in Chronico Laurisbamenſi, p. 74.* Immediatè, p. 81, pergit: *Poſtmodum vero Advocati, qui ad hoc primò inſtituti erant, ut in Comitum Placitis ac mallis, jura Eccleſiarum, tanquam Patroni, tuerentur, ipſimet judicia exercuere, jusque dixere Eccleſiarum ſuarum Vaſallis. Ter autem in anno, quemadmodum Comites, Placita ſua, ſeu Malla, tenebant, quæ tria Generalia Placita dicuntur, in Charta Adalberonis, Epiſcopi Metenſis, an. 1065, apud Meuriſſium, &c.* Brevior eſt Dn. *Paullini*, de *Advocatis Monaſteriis*, §. 14 in *Syntagm. R. German.* pag. 546. *Erat autem primarium illorum* (Advocatorum) *munus,* (1) *Eccleſias & Monaſteria, bona & homines eorum, in mundiburdium, ſeu tutelam, & patrocinium, recipere. Inde ipſi Mundiburdi dicti.* (2) *Fundationes, oblationes, donationes &c. à fidelibus hominibus, ſeu ipſis Epiſcopis, & Abbatibus, factas Eccleſiis, majoris fidei gratia, acceptare & confirmare.* (3) *Cognoſcere, & dicere jus in cauſis criminalibus, ſeu majoribus,* (ut *Fridericus Halberſtadienſis* vocat) *ſuper Furto, ſtupris, rapinis, incendiis &c. à quibus abſtinere oportet Religioſos homines &c.* Unde ſua hauſit Dn. *Leuckfeld*, *Antiquit. Walckenred.* part. 2, cap. 2, §. 4, pag. 13 & 14; & *Antiquit. Gandersheim.* cap. 25, §. 1, p. 276 & 277; eadem proferente *Meibomio*, in Oratione de *Origine Helmſtadii*, Tom. 3 *Rer. German.* p. 228 & 229. Junge Dn. *Hertium*, de *Origine & Progreſſu ſpecialium Romano-Germanici Imperii Rerumpublicarum*, §. 7, p. 25: *Præter adminiſtrationem bonorum, ad Eccleſiam pertinentium, jus quoque dicebant hominibus illius Eccleſiæ, & alia jura exercebant* (Advocati) &c. Diverſæ hinc *Advocatiæ* definitiones: *Lupoldus de Babenberg*, de *Juribus Regni & Imperii*, cap. 9,

apud

Digitized by Google

apud Schardium, de juriſdictione Imperiali, pag. 188, Advocatio Eccleſiæ, ait, nihil aliud eſt, niſi jus defendendi Eccleſiam &c. Juxta Henricum Bocerum, Claſſ. IV, Diſp. 13, §. 40, Advocatia, eſt officium, à Juriſdictione ſejunctum, tuendi, & defendendi, univerſitatem aliquam & perſonas, ac jura, & bona earum &c. Mylero diſſ. de Advocatia, th. 2, eſt Jus, alienas perſonas, & bona, ab injuria defendendi, Lege, hominisve conventione, conſtitutum &c. Wehnerus voc. Vogt, p. 484, inquit: Advocatia, eſt jus, clientes fiduciarios, contra vim majorem, & violentiam aliorum, protegendi &c. Eandem ſic definit Magerus, de Advocatia armata, cap. 4, §. 22: Advocatia eſt jus, in clientelam ſuſceptos, eorumque bona, contra vim & injuriam, de jure & facto, defendendi, ſub annuo plerumque honorario, jure conſtitutum, vel conventione, aliisve modis, introductum &c. Ex mente Reinkingii, de Regimine Secul. & Eccleſ. lib. 3, claſſ. 1, cap. 9, §. 75, pag. 1139. Advocatia Eccleſiaſtica, nihil aliud eſt, quam jus defenſionis & protectionis Eccleſiarum, cum aliqua juriſdictione conjunctum, & inſpectione Adminiſtrationis oeconomicæ &c. Apud Gryphiandrum, de Weichbildis, cap. 63, §. 9, p. 185, legimus: Neque quicquam aliud ſignificat Advocatia, quam Juriſdictionem ſuper cauſis Civilibus & criminalibus &c. Aliorum ſententias ſuppeditat Kolbius, in Aquila certante, Art. 3 Confutationis Signi IV Solmenſis, §. 1, p. 37, ſuam hiſce exponens: Advocatia eſt jus, in clientelam ſuſceptum Monaſterium, vel Sacerdotale Collegium, ejusque bona, & perſonas, contra vim & injuriam, ſub certo honorario, vel voluntarie, propter Deum, de jure & facto, defendendi, jure, commiſſione, conventione, vel aliis legitimis modis, conſtitutum &c. Genuina definitio dari nequit, priusquam ſciamus: Num Advocatia Juriſdictionem involvat? & qualem? Qua de Quæſtione ſeq. lit. c. plura.

(c) OMNEM JURISDICTIONEM &c. Antiqua Controverſia eſt: Num Advocatia, qua tali, competat Juriſdictio? An vero, nudam Cœnobii, vel Eccleſiæ, protectionem, ſeu defenſionem, vocabulum hoc involvat? Tradit Magerus, de Advocatia armata, cap. 2, §. 232, quondam Advocatis Eccleſiarum, præter adminiſtrationem redituum Eccleſiaſticorum, competiiſſe Civilem, & Criminalem Juriſdictionem, idque vigore Legum, obſervantia & conſuetudinis; quod cum non parum diminuiſſet Prælatorum poteſtatem, progreſſu temporis, Monaſteria ipſa Civilem uſurpaſſe juriſdictionem, Criminali ſola Advocatis relicta. De modernis pergit l. c. §. 233: Si naturam hodiernæ Advocatiæ recte perpendamus, aſſerendum eſt, modernis Protectoribus, qualescunque ſint, & quocunque nomine indigitentur, occaſione ac virtute Advocatiæ, Krafft des Schutzes, præter tuendi poteſtatem, eique annexa, plus juris non competere, ideoque in protectione tam Eccleſiarum, quam locorum ſæcularium, regulariter Advocatis jus defendendi tantum tribui &c. Sententia Beſoldi, voc. Kaſten-Vogt, p. m. 451, hæc eſt: Olim Monaſteria inſtar pupillorum erant, quibus vel Imperatores, vel Fundatores, dabant Advocatos, Pfleger, Vœgte, qui ea defendebant, quique Judicia exercebant, tam Civilia, quam Criminalia, qui etiam rationes inſpiciebant, & omnia Civilia adminiſtrabant, ſed nomine Monaſterii, non jure proprio. Iis ergò recompenſæ dabantur, das Vogt-Recht, tertia pars der Freveln, hoſpitium, Jagen, Atz &c. Dn. Kolbius, in Aquila certante, Confutat. Signi 2 Solmenſis, Art. XII, §. 1, pag. 55. ait: Geſtalt dan Klockius zuvor, Conſil. XI, §. 39, Tom. 1, geſtehet, ex Zaſio, quod Advocati, nomine Prælatorum, merum Imperium exerceant. Wie dan auch Magerus, in Advocatia armata, c. 10, §. 477, beweiſt, quod olim Advocati, nomine Monaſteriorum, & Prælatorum, merum Imperium exercuerint: ideoq; Advocatos, pro arbitratu ſuo, Juriſdictionis Criminalis exercendæ cauſa, elegerint, vel illud jus in aliquos, Feudi titulo, contulerint; Magerus cap. 6, §. 601, & Cap. 9, §. 975, & cap. 11, §. 96; quod vero, progreſſu temporis, quæſita ſit Monaſteriis Juriſdictio Civilis, ſola Criminali apud Advocatum remanente. Ex quo concluditur, quod Monaſteriis debuerit competere Juriſdictio, ſi illam Advocati, nomine Prælatorum & Monaſteriorum, exercuerint &c. Quæ in Confutatione Signi IV Solmenſis, Art. 6, §. 1, pag. 53; Confutat. Signi X, Art. 3, §. 1, p. 149, & paſſim alibi, repetit. Definitioni, qua Bocerus, verbis præced. lit. b, extantibus, Advocatiam delineat, annectit Kolbius cit. Confut. Sign. IV, Art. 3, §. 1, p. 37: Ex quo colligitur, quod Advocatia, ex ſui natura, non importet Juriſdictionem, etiamſi Dominus Territorialis hoc officium gerat &c. & rurſus, Confutat. Signi X, Art. 3, §. 1, p. 149: Apud omnes Canoniſtas, & Legis peritos, receptiſſimum, & in utriusque Scholis decantatiſſimum, quod Advocatia, regulariter conſtituta, Juriſdictionem in Eccleſias, & Perſonas Religioſas, & Bona Eccleſiaſtica, nullatenus importet, etſi Criminalem, aut etiam Civilem Juriſdictionem, annexam habeat &c. Conf. Lambecius lib. 1 Orig. Hamburg. Edit. 1706, p. m. 11; & in Edit. priori, p. 33. Speidelius voc. Vogt, p. m. 945, ait: Communiter, tradente Knichenio (de Sublimi Territorii jure, cap. 4, §. 394, p. 386) Vocabulum Vogtey accipitur, pro omnigena Juriſdictione Civili, Domino Loci competente, cui inſunt, atque inhærent, va-

ria jura, alle Herrſchafft, ſo einer an einem Ort hat; & *ſic conſiderata* ***Vogtheia****, eſt, quæ diſtrictum* ***cum Jurisdictione*** *continet. Dn. D. Beſoldus, in Diſcurſ. de Jurisdictione, in fin.* p. 95; *Matth. Weſenbec. Conſil.* 95. §. 19 *&c.* & p. 946: *Ut Jurisdictione generice accepta, ita* & ***Vogtey merum mixtumque Imperium complectitur.*** *Mynſinger, dict. Reſponſ.* (3. Decad. 13) §. 9, 110 & 152, & *in primis* §. 11, *ubi tradit, daſs man gemeiniglich einen Vogt für einen ſolchen Richter in der Stadt achte, qui* ***non tantum de Civilibus, ſed etiam de Criminalibus cognoſcat cauſis &c.*** Apud *Gryphiandrum,* de *Weichbildis*, cap. 63, §. 9, p. 185, legimus: *Nec quicquam aliud ſignificat Advocatia, quam* ***Jurisdictionem ſuper cauſis Civilibus & Criminalibus &c.*** *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Advocatio*, p. 89: *Advocatio, idem quod Viaria, ſeu Vicaria,* ***Jurisdictio media****, moyenne Juſtice &c.* Illuſtr. Dn. *Coccejus Jur. Publ. Prudent.* cap. 23, §. 58, p. 383: *Vogtheia, ſeu* ***Mixtum, non merum, Imperium &c.*** Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, c. 48, p. 43: *Ad Friderici 2 tempora usque, obtinuit, ut Imperatores ſupremam Jurisdictionem in Epiſcopos & Monaſteria retinuerint, illisque, ad* ***Jurisdictionem Secularem, & merum Imperium*** *exercendum, Advocatos, & Burggravios, darent &c.* Ita & Dn. *Rhetius*, lib. 1 *Inſtit.* J. P. Tit. 2, §. 98, pag. 113. Diverſas has opiniones conciliaturus *Daniel Heiderus, im Gründlichen Hiſtoriſchen Bericht, von denen alten Reichs Vogteyen*, cap. XI Apologiæ, p. m. 364 & 365, inquit: *Darnach iſt den Gelehrten bewuſst, daſs nicht nur die Lateiniſche Vocabula* ***Advocatiæ*** & ***Advocati*** *(wie ſchon mehrmahls gemeldet, auch noviſſimè Hœppingius Diſſ. de Jure Protectionis, Concl. 7, ſub lit. b, & Magerus, de Advocatia, cap. 2, §. 204, & ſeqq. ein ſolches ausführlich beleuchten) ſondern gleichfals die Teutſchen Wærter:* ***Vogt und Vogtey****, mancherley Bedeutungen unterwürffig ſind; dahero Mynſingerus, Decad. 13, f. m. 121, n. 110, §. dieſe oberzehlte &c. Col. 2, nach Erzehlung vieler Fælle, ex variis collectis ſpeciebus factorum, ac differentiis vocabuli, ſchlieſst: Daſs das Wort* ***Vogtey****, gar zweiffelhafftig, und ambiguum ſeye, und, pro diverſitate Locorum, variire, auch keine ſpecialem ſignificationem habe, oder etwas gewiſſes importire; ſondern müſſe, nach Gelegenheit und Herkommen des Landes, der Herren, und Stædte, die es gebrauchen, juxta materiam ſubjectam, & circumſtantias, ausgelegt und accommodirt werden &c.* Pari ſtylo utitur *Wehnerus* voc. *Vogt*, p. 485: *Eſt igitur* ***Vogtey****, verbum valde ambiguum, und gantz zweiffelhafftig, hat auch keine ſpecial Signification, oder etwas gewiſſes zu impertiren, ſondern muſs, nach Gelegenheiten und Gebrauch, oder Gewohnheit des Landes, der Herren, der Stadt, die es brauchen, interpretirt, und accommodirt werden &c.* quod variis præjudiciis illuſtrat; nec non *Gilmannus I*, Deciſ. 2, §. 154; *Knichen*, l. c. cap. 4, §. 411; *Beſoldus*, voc. *Vogtey* p. m. 973; *Dietherr*, in Addit. ibidem, & quos alios ibi teſtes oſtendis. Re vera etiam hæc ita ſe habent. Diſpiciendum ſane: *Quo titulo quis Advocatiam poſſideat?* Num (1) *ex liberalitate Regum?* hocque caſu, rurſus: *Num titulo meræ commiſſionis? an donationis? an beneficii? an ex contractu? quid propriè in Advocatum Princeps transtulerit? quo tempore? &c.* (2) num *ex Electione ipſorum Prælatorum?* ubi itidem indagandum: *Quo jure Prælati Advocatum elegerint? An quis in verum Advocatum? an vero in nudum Protectorem, Proviſorem, vel Oeconomum, fuerit adſcitus? num electio contigerit tempore, quo Monaſterium, vel Epiſcopus, jam exemptus fuit à Jurisdictione Seculari, an prius?* (3) *Num Fundator Monaſterii alicujus ſibimet ipſi hoc jus reſervaverit?* ubi ſcitu opus: *Quid juris ei antea ibi competierit? &c.* CAROLUS MAGNUS, mediante Diplomate, an. 803, Eccleſiæ *Oſnabrugenſi* dato, *transtulit* ***omne Regale, vel Seculare Judicium****, ſuper omnes utriusque ſexus homines, eidem Eccleſiæ pertinentes, ita, ut* ***non niſi Epiſcopo Loci, ejusque Advocato****, liceat, res prædictæ Eccleſiæ poſſidere, ordinare & diſponere &c.* Vid. præced. §. 5, lit. a. LUDOVICUS GERMANICUS I, eximendo an. 868, Cœnobium *SS. Felicis & Regulæ, Tiguri*, ab omni judiciaria poteſtate, addit: *Sub noſtra defenſione, & immunitatis tuitione,* ***cum Advocatis, ibi conſtitutis****, res illæ ſecura, per diuturna tempora, permaneant &c.* Vid. *Guillimannus*, lib. 3. *Rer. Helvet.* c. 5, p. 152. LUDOVICUS GERMANICUS II, confirmando an. 877, *Werthinenſia* Privilegia, liberandoque Monachos à judicibus ſecularibus, annectit: ***Eorum Advocato****, quem Abbas conſtituerit, ſi quid eſt rationandum, vel corrigendum,* fiat &c. Vid. *Bucelinus, German. Sacr.* voc. *Werthinenſes Abbates*, p. 309; *Schaten, Annal. Paderborn.* lib. 3, h. a. pag. 183. An. eod. parem immunitatem largiens *Gandeſienſibus*, ait: *Homines illius Abbatiſſæ, ſive liberi ſint, ſive ſervi, nulla judiciaria coërceantur poteſtate, ſed, in præſentia* ***ejusdem Abbatiſſæ Advocati****, & eorum rectitudinem acquirant, & cæterorum perficiant &c.* Vid. *Bodo, Syntagm. Gandesh.* apud *Meibomium* Tom. 2. *Rer. Germ.* pag. 485; Dn. *Leuckfeld, Antiquit. Gandesh.* cap. 14, §. 3, p. 94: In Diplomate immunitatis, an. 887, à CAROLO CRASSO Imp. *Paderbornenſi* Eccleſiæ conceſſo, legimus: *Conſtituimus, ut* (homi-

nes

nes dictæ Eccleſiæ) *coram nulla judiciaria poteſtate examinentur, niſi coram Epiſcopo, vel Advocato, quem ejusdem loci Epiſcopus elegerit &c.* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 199. ARNOLFUS, confirmans Privilegia *Werthinenſia*, an. 888. inquit: *Neque illorum ſervi, liti, vel liberi, à qualibet judiciaria poteſtate conſtringantur, coram Advocato eorum, ſi quid inquirendum eſt, aut corrigendum, inquiratur, & corrigatur &c.* Vid. *Bucelinus* l. c. pag. 310; *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 214. CONRADI I Diploma, quo *Corbejenſium* privilegia, an. 913, rata habentur, hæc habet: *Neque a Comite, vel ex qualibet judiciaria poteſtate, Coloni eorum, & Liti, ad Juſtitiam faciendam, aliquo banno conſtringantur, ſed coram Advocatis ejusdem loci, juſtitiam facere cogantur &c.* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 245; Quæ HENRICUS I, verbotenus, an. 922, repetit. Vid. l. c. ad h. a. pag. 258. Qui etiam, an. 931, *Werthinenſium* Privilegia corroborando, ſimili phraſi uſus eſt, qua *Arnolfus* an. 888. Vid. *Bucelinus* l. c. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 266; ita & OTTO MAGNUS, in confirmatione eorundem, ut & *Corbejenſium* Privilegiorum, an. 936; Vid. præced. §. 5, lit. d, ad h. a. Qui ſimul, anno 937, Cœnobium *Bergenſe*, prope *Magdeburgum*, dotando, voluit, *Ut Familia eorum, coram nullo, niſi Advocato eorum, juſtitiam ſecularem cogantur exercere.* Vid. l. c. Idem privilegium, adhuc eodém anno, largitus eſt Eccleſiis *Magdeburgenſi, Hamburgenſi & Quedlinburgenſi*; Vid. l. c. & *Heriſienſi* an. 941, l. c. Anno 946, conſtituit: ut homines *Gandesheimenſis* Eccleſiæ, *non niſi in præſentia Advocati, rectitudinem acquirant.* Vid. l. c. & an. 961, ut Homines *Mindenſis* Eccleſiæ, *nulla judiciaria poteſtate examinentur, niſi coram Epiſcopo, aut Advocato, quem ejusdem loci Epiſcopus elegerit &c.* Vid. l. c. Anno 965, iterum decrevit, neminem in Eccleſiis *Magdeburgenſi, Sleſwicenſi, Ripenſi, & Arbuſenſi, niſi Advocatum*, exercendæ Juſtitiæ poteſtatem ibi habere debere. Vid. l. c. Idem voluit: *Ut ſolus Epiſcopus Spirenſis, & Advocatus ipſius, poteſtatem haberent publicum ibi judicium facere.* Vid. l. c. OTTO II, confirmando Privilegia *Magdeburgenſia*, an. 973, ſtatuit: *Ne quis Comes, vel Judex, vel Vicarius publicus, in Magdeborg Civitate, vel territoriis ejus, aliquam poteſtatem, aut bannum, habeat, niſi Advocatus, quem Archi-Epiſcopus illius Eccleſiæ, ſecundum ſuum libitum, ſibi elegerit &c.* quæ an. 979, renovavit. Vid. *Meibomius* l. c. Tom. 2, pag. 373 & 374. OTTO III, liberando Eccleſias *Sleſwicenſem, Ripenſem, Arbuſenſem, & Ottoneſwigenſem*, an. 988, *ab omni infeſtatione Comitis, vel alicujus Fiſci exactoris*, voluit *ſervos & colonos, in earum proprietatibus habitantes, ſub nullius banno, vel diſciplina, eſſe, niſi ſub illarum Eccleſiarum Advocatis &c.* Vid. *Conring.* de *Finib. Imp.* lib. 1, cap. 14, §. 7, p. 131. HENRICUS SANCTUS, confirmando an. 1002, Privilegia *Corbejenſia*, jubet: *Ut ſolus illius loci Proviſor, & Advocatus prædicti Monaſterii, in Eccleſias, aut loca, aut agros &c. ingredi audeat &c.* Vid. *Schaten* l. c. l. 4. h. a. p. 364; ſimile Diploma dedit Eccleſiæ *Oſnabrugenſi*, l. c. pag. 365; & *Paderbornenſi*, an. 1013, & 1016; l. c. lib. 5. ad hos annos, p. 403 & 417. In confirmatione Fundationis Monaſterii *Kemnadenſis*, an. 1016, conſtituit: *Ut nullus Marchio, nullus Comes, nullaque Imperii magna parvaque perſona, in ea Eccleſia placitum facere, vel publicam fruitionem exigere, queat, niſi Advocatus, quem Abbatiſſa, cum Sanctimonialium conſenſu, voluerit &c.* Vid. l. c. ad h. a. pag. 423. An. 1023, in favorem Monaſterii *Abdinckhoffenſis*, ſanxit: *Ut nullus Dux, aut Comes, aut aliqua perſona, parva vel magna, quomodolibet Abbatem ipſius Monaſterii, cum ſuis Fratribus, ſuper eisdem bonis, inquietare, moleſtare, aut diveſtire, aut aliqua judiciaria poteſtate ſe intromittere præſumat, niſi Advocatus Eccleſiæ, ab Abbate, & Fratribus, in Defenſorem electus &c.* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 455; CONRADUS SALICUS, reſtaurando Privilegia *Werthinenſia*, an. 1024, præcipit: *Ut eidem Monaſterio ſubjacentes Liberi & ſervi, a nulla poteſtate judiciaria conſtringantur, ſed Advocatus eorum, ſi quid inquirendum eſt, aut corrigendum, inquirat, ac corrigat.* Vid. l. c. ad h. a. p. 463. Eadem ſtatuit in favorem *Corbejenſium, Kemnatenſium & Mindenſium*, an. 1025, l. c. pag. 466 ad 468; *Abdinckhofenſium*, an. 1032, l. c. ad h. a. pag. 486; & *Werthinenſium*, an. 1033, l. c. ad h. a. pag. 491. Similiter & HENRICUS III, in Privilegiis, conceſſis, an. 1039, *Mindenſibus, Corbejenſibus & Kemnatenſibus*; Vid. *Schaten* l. c. lib. 6, ad h. a. pag. 515, 518 & 519; denuo *Mindenſibus*, an. 1049, l. c. ad h. a. pag. 532. LOTHARIUS II. Imp. in Fundatione S. *Ægidii Brunſuicenſis*, de an. 1134, apud Dn. *Rhetmeyer*, part. 1, *Antiquit. Eccleſiaſt. Brunſuicenſ.* §. 1, *der Beylagen zum V Capitel*, p. m. 34, inquit: *De Vogedie aver, eſte wartlike Gerichte, beholden wy Uns, und unſen Erven, tho dem Slote Danquarderode &c.* voculam *eſte*, idem eſſe ac *oder*, vulgo notum. Ex quibus, aliisque documentis

mentis permultis, patet, tranſtuliſſe Cæſares *Jurisdictionem Secularem* modò in ſolos *Advocatos*, unum pluresve; modo in *Epiſcopos & Advocatos* cumulative; modo in *Advocatos*, ſemetipſis concurrentibus; modo *ſibi ſolis* eam reſervaſſe. Quibus ita ſe habentibus, dicendum puto, *Advocatos* Jurisdictionem illam exercuiſſe, *nomine Imperatorum*, ſeu *Regum*, in iis Eccleſiis, quibus ab Imperatoribus, Regibusve dabantur; in illis vero, quibus Principes jure eos conſtituendi ceſſerint, *nomine Prælatorum*, ſeu *Eccleſiarum ipſarummet*; quale privilegium impetraſſe noſcuntur *Werthinenſes*, à LUDOVICO GERMANICO II, an. 877, teſte *Bucelino*, *Germ. Sacr.* voc. *Werthinenſes*, p. 309; Dn. *Schaten*, l. c. lib. 3, h. a pag. 183; *Paderbornenſes*, à CAROLO CRASSO, an. 887; Vid. præced. §. 5, lit. a, ad h. a. *Quedlinburgenſes*, an. 937, ab OTTONE MAGNO, vid. l. c. ad h. a. *Heriſienſes*, an. 941, ab eodem, l. c. ad h. a. *Mindenſes*, an. 961, ab eod. l. c. ad h. a. *Gemblacenſes*, ab eod. l. c. ad an. 971. *Magdeburgenſes*, ab OTTONE II, an. 973 & 979; Vid. *Meibomius*, Tom. 2. *Rer. Germ.* p. 373 & 374; annoque 985, ab OTTONE III, l. c. p. 376; *Paderbornenſes* ab HENRICO SANCTO, an. 1003, & 1013, & 1016. Vid. *Schaten*, l. c. lib. 4, an. 1003, pag. 367, & lib. 5, an. 1013, p. 403, & an. 1016, pag. 417. *Visbetenſes*, an. 1004, ab eodem; Vid. *Mader. Antiq. Brunſuic.* p. 210; *Magdeburgenſes*, an. 1009, ab eodem. Vid. *Schaten* l. c. lib. 5, h. a. pag. 392; *Kemnatenſes*, an. 1016, ab eodem, l. c. ad h. a. p. 423; *Abdinckhoffenſes*, an. 1023, ab eodem, l. c. ad h. a. pag. 455; *Kemnatenſes*, an. 1025, à CONRADO II, l. c. ad h. a. p. 467; & *Mindenſes*, an. eod. l. c. pag. 468; & *Abdinckhofenſes*, an. 1032, l. c. ad h. p. 468; Rurſus *Mindenſes*, an. 1039 & 1049, ab HENRICO III, Vid. *Schaten* l. c. lib. 6, ad hos annos, pag. 515 & 523; *Korbejenſes*, & *Kemnatenſes*, anno 1039, ab eodem, l. c. ad h. a. pag. 518 & 519. *Cappenbergenſes*, ab HENRICO V, an. 1123, l. c. lib. 7, h. a. pag. 703; *Hamburgenſes*, an. 1158, à FRIDERICO I, Dn. *Tolner*, *Codic. Dipl. Palat.* §. 59, p. 53. &c. &c. In illis denique, ubi *Advocatus*, à Principe, vel Eccleſia ipſa, rite de *Advocatia* fuerit inveſtitus; aut alio legitimo modo eam ſibi, ſuisque poſteris, acquiſiverit; *nomine proprio*. Diſtinguendum autem omnino inter veros *Advocatos*, & nudos *Oeconomos*; de quibus HENRICUS V, reſtituendo, an. 1107, *Corbejenſibus*, Decimas, ab *Ezelino*, intruſo Abbate, interverſas, apud *Schatenum* l. c. lib. 7, h. a. pag. 668: *Præpoſitus loci, juſſu & conſenſu Abbatis, qui pro tempore fuerit, Proviſorem annonæ Fratrum, quem cautiorem judicaverit, habeat &c.* & clarius adhuc FRIDERICUS I, Imp. in Privilegio, an. 1188, *Goslarienſibus* dato, docens, in Comitiis deciſum fuiſſe: *In Eccleſiarum bonis, Advocatos nihil juris habere, niſi tantum in tribus caſibus: in Furto videlicet, in Pugna, & in Raptu; omnesque alias Quæſtiones eſſe ad Oeconomum Eccleſiæ referendas &c.* Vid. præced. lit. a. Rectè hinc judicante Dn. *Ockelio*, de *Palatio Regio*, t. 108, pag. 104: *Errant, qui omnes Advocatos Monaſteriorum, pari modulo cum Protectoribus nudis, & jure clientelari, metiri ſtudent, & pleno ore illud dicterium crepant: Schutz und Schirm geben keine Obrigkeit; de quo Klok. Tom. 1, Conſil. 29, §. 310; Vultejus, de Feudis, lib. 2, c. 8. &c.* Quid ſequioris ævi Principes *Advocatiæ* nomine intellexerint, elucet ex Diplomate, quod *Otto Strenuus*, Dux Brunſ. & Luneb. an. 1307, Dominica *Quaſimodogeniti*, Cœnobio noſtro *S. Michaëlis Lineburgenſis*, tradidit: *Notum facimus univerſis, Nos, in ſalutem animæ noſtræ, & Parentum noſtrorum, donare proprietatem cujusdam Dominationis Noſtræ, quæ Voghedye Teutonico dicitur, in Caſtro Luneborg, Conventui S. Michaëlis, quam Fredericus, filius Dn. Leonis, Militis, quondam coquinæ noſtræ Magiſtri, à nobis in Feudo tenebat, de quadam Curia, juxta Eccleſiam in Wenthuſen ſita, quam Curiam dictus Conventus emit à Frederico præfato, perpetuo poſſidendam &c.* add. ejusdem Principis charta permutationis, an. 1312, 4 Kal. Mart. cum *Thoma* Abbate, totoque dicti Monaſterii Conventu, initæ: *Prædicti Abbas & Conventus, dimiſerunt Nobis, & noſtris legitimis heredibus, in perpetuum, Curiam in Wrilede, quæ ad eos, cum omni jure, pertinebat; pro qua eis dictæ Curiæ Padelenborch, cujus cenſus & proprietas pertinebat ad eosdem, dimittimus Advocatiam, ſive Jurisdictionem, quietè & libere poſſidendas, in perpetuum &c.* cujusmodi documenta plura poſſideo, ſatis probantia, vocabulum *Advocatiæ*, non ſemper, nec ubique, idem ſignificaſſe. *Speidelius*, voc. *Vogt*, p. 946, dividit *Advocatiam*, in Superiorem & Inferiorem, inquiens: *Vogtheja dividitur in Superiorem, & Inferiorem. Illa eſt, ſecundum Kulchen, cap. 4, §. 407, Quando Principi, vel etiam pluribus, conceditur, Feudi lege, Præfectura quædam, vel Dynaſtia, Territorii jure, mit aller Landsfürſtlichen hohen Obrig- und Oberbottmaßigkeit. Nam tunc vocabulo Vogtey, exprimitur Territorium, Grund und Boden, cum omni cauſa & Regaliis &c. Altera ſpecies Vogteja,*

qua

quæ non Principatus, aut Territorii jure exercetur, ob id Inferior,' Under Vogtey, Vogt-Recht, alibi Hoffmarcks-Gericht, Gericht und Vogtbarkeit, Hoffmarckliche Frey-heit, Nieder-Gerichtliche Obrigkeit, nominatur, quia competit, Superioritatis lege & Imperio ſemper ſalvo &c.

(*d*) SEMISSEM &c. Vid. *Beſoldus*, voc. *Kaſtenvogt*, p. m. 451, præeed. lit. c; *Wehner*, voc. *Vogt*, p. m. 485. *Roſenthal* de *Feudis*, cap. 4, Concluſ. 14, §. 2.

9. Et hinc hæ Advocatiæ in Feudum *(a)* interdum concedebantur, & quod emolumentum Cœnobium Imperatori præſtare debeat, id omne Duci, *(b)* aut Comiti, de Advocatia inveſtito, præſtabat. *(c) Heider, von Reichs-Vægt, lit. k, fol. 43.*

NOTÆ.

(*a*) FEUDUM &c. Ab initio, *Advocati* dabantur Monaſteriis & Eccleſiis. à Regibus, vel Imperatoribus; poſtea eligebantur ab ipſis Prælatis; primò quidem ex mandato Regum; dein vero, ex privilegio, ipſis indulto; tandem, ipſi Fundatores *jus Advocatiæ* ſibi, poſterisque, reſervarunt. Sunt autem præcipui modi hujus Juris acquirendi, ſequentes:

(1) *Reſervatio*, quando Fundator alicujus Monaſterii, pro ſe ipſo, & poſteris, Agnatis, Cognatisque, illud reſervat. Vid. Dipl. *Ottonis I*, de *Inſtitutione Sanctimonialium Quedlinburgi*, apud Dn. *Keſtnerum*, *Hiſt. Quedlinb.* cap. 26, p. 189: *Si aliquis Generationis Noſtræ, in Francia & Saxonia, Regalem poteſtativa manu poſſideat Sedem, in Illius poteſtate ſint ac Defenſione prænuncupatum Monaſterium, & Sanctimoniales, inibi in Dei ſervitio congregatæ. Si autem alter è Populo eligatur Rex, Ipſe in eis ſuam Regalem teneat poteſtatem, ſicut in cæteris catervis, in obſequium S. Trinitatis ſimili modo congregatis: Noſtræ namque Cognationis, qui Potentiſſimus ſit, Advocatus habeatur & loci prædicti, & ejusdem catervæ &c.* Add *Magerus*, de *Advocatia armata*, cap. 5, §. 489 &c. & cap. 9, §. 469 ad 471; *Beſoldus Theſ. Pract.* voc. *Kaſtenvogt*, p. 451; *Lehmannus Chron. Spir.* lib. 2, cap. 36, p. 142; Dn. *Hertius*, & *Wigelinus*, *de Exemptione Ordinis Ciſtercienſis, à ſuperioritate & Advocatia Regionum S. R. I. dominorum*, Sect. 3 §. 8, pag. 102 §. 9 & 10, p. 103, & §. 12, pag. 105; *Kolbius* in *Aquila certante*, *Confutat. Signi IV Solmenſis*, Art. 3, §. 2, p. 38; Dn. *Paullini*, de *Advocatis Monaſticis*, §. 6, p. 537; *Syntagmatis Rerum & Antiquitatum Germanicarum.*

(2) *Commiſſio*; quando Reges *Advocatiam* olim alicui committebant; & quidem modò efflagitantibus Epiſcopis, ſeu Eccleſiis, juxta *Capit.* lib. 5, cap. 31. *Defenſores Eccleſiarum, adverſus potentias Secularium, vel divitum, ab Imperatore ſunt poſcendi &c.* Conf. lib. 7. *Capit.* cap. 303; modò urgente neceſſitate, iis quoque invitis. Vid. *Lehman* l. c. pag. 141; *Magerus* l. c. cap. 5, §. 384 ad 440; *Draco*, de *Origine Patriciorum*, part. 2, cap. 6, §. 20, p. m. 181; *Du Freſne* voc. *Advocati Eccleſiarum*, p. 80; Dn. *Paullini* l. c. §. 2, p. 535; Dn. *Ockel* de *Palatio Regio*, c. 51, p. 45; Dn. Hertius, de *Origine S. R. I. ſpecialium Rerumpublicarum*, §. 7, pag. 25.

(3) *Jus Territoriale*; Quando Monaſteria ſunt de Territorio; Vid. *Beſoldus* l. c. *Reinking*. de *Regimine Secul. & Eccleſ.* lib. 3, Claſſ. 1, cap. 9, §. 78, pag. 1139.

(4) *Inveſtitura*; Quando Princeps quidam de Territorio concluſo inveſtitur; cujusmodi Inveſtiturarum literis ſingulariter inſeri ſolet formula: *Mit allen Prælaten, und Klaſtern, derſelben weltlichen Obrigkeit, Schutz, Rechten und* Advocatien &c. Vel, quando Prælati *Advocatum* eligunt, eumque de *Advocatia* inveſtiunt. Vid. *Beſoldus* l. c. *Bechtius*, de *Securitate & Salvo Conductu*, cap. 10, in fine; *Draco* l. c. §. 21, p. 183; *Wehner, Obſervat. Pract.* voc. *Vogtey*, p. m. 485; *Reinking* l. c. *Lehman* l. c. *Magerus* l. c. cap. 9, §. 769 ad 797, & §. 801 ad 803; *Eraſmus à Chockier*, de *Advocatiis Feudalibus*, Quæſt. 14, §. 2; *Roſenthal*, de *Feudis*, p. 1, cap. 4, Concluſ. 14; *Conringius*, de *Republ.* Diſſ. 3, de *Urbibus Germaniæ*, §. 116, p. 140 & 141; *Kolbius* l. c. *Hertius*, de *Superioritate Territoriali*, §. 11, p. 207 &c. Idem & *Wigelinus*, de *Exemptione Ordinis Ciſtercienſis*, Sect. 3, §. 10, p. 103.

(5) *Electio*; quando quis vel præſentibus Comitibus, aut Regiis Miſſis; aut, ex conceſſione Regia, iis abſentibus pro lubitu, à Prælatis ipſis, in *Advocatum* fuit lectus. Vid. *Magerus* l. c. cap. 5, §. 441 &c. *Du Frêne* l. c. pag. 79 & 80; *Draco* l. c. §. 21, p. 183; *Paullini* l. c. §. 7, p. 538; *Kolbius* l. c. *Hertius & Wigelinus*, de *Exemptione Ordinis Ciſtercienſ.* Sect. 3, §. 8, p. 102. & §. 13, p. 106; *Lambecius*, lib. 1, *Orig. Hamburg.* Edit. 1706, p. 11; Dn. *Becman. Hiſt. Anhalt.* Part. 3, lib. 1, cap. 5, p. 171.

(6) *Conventio mutua*; quando *Jus Advocatiæ* toti Familiæ cuidam inhæret, & ex conventione, unus

tan-

tantum, v. g. ſenior, illud exercet. Vid. *Magerus* l. c. cap. 9, §. 990 ad 1081. *Kolbius* l. c.

(7) *Donatio &c.* Vid. *Magerus* l. c. §. 1117. *Kolbius* l. c.

(8) *Matrimonium*; Quando v. g. Fœmina, ex fundatione, hæres eſt *Advocatiæ*, ſuumque jus in maritum transfert. Vid. *Magerus*, l. c. §. 1126 &c. *Kolb* l. c. pag. 39. *Alberonem*, *Bremenſem* Epiſcopum, contuliſſe an. 1126, *Nuenburgenſis* Eccleſiæ *Advocatiam*, in *Elicam*, *Magni*, Saxonum Ducis, filiam, ex libello, de *Fundatione* Eccleſiæ *Gozicenſis*, Chronico *Montis Sereni* annexo, p. 234, diſcimus, conf. ibid. p. 236, ubi: *Elika Advocatiſſa.* De *Ottone IV.* Imp. inquit *Cunradus de Fabaria, de Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 8, apud *Goldaſtum*, Tom. 1. *Rer. Alaman.* p. 77. *Confirmatus in Regno, quæque ſui Juris non ſolum, ſed ea, quæ Philippo attinebat, jure ſibi proprietatis uſurpabat; Advocatiam etiam hujus Eccleſiæ, quaſi hæreditario ad ſe jure transmiſſam, Conjugis, quam acceperat, Filiæ videlicet Philippi, ad ſe jure transmiſſam &c.*

(9) *Succeſſio Hereditaria.* Hinc *Albertus Urſus*, Marchio Brandenb. literis, quibus Villam *Pozelebe*, ad *Ballenſtadenſem* Eccleſiam ſpectantem, in *Udalricum* de *Bletcindorp* tranſtulit, in compenſationem ab eo recipiens octo manſos in *Snetlinge*, an. 1167, hunc titulum præfixit: *Adalbertus, Dei Gratia, Brandenburgenſis Marchio, & Ballenſtadenſis Cenobii Hereditarius Advocatus &c.* Vid. Dn. *Becmannus*, l. c. Part. 3, Lib. 1, cap. 5, p. 154. Add. *Lucius* 2, P. R. qui, an. 1194, Monaſterium *Ballenſtedenſe*, in immediatam Romanæ Eccleſiæ protectionem ſuſcipiens, ait: *Advocatiam vero ejus nullus ſibi uſurpare preſumat, niſi qui de Genere prefati Marchionis* (Alberti Urſi) *propinquior Heres fuerit &c.* Vid. Dn. *Becman.* l. c. p. 153. Conf. *Magerus* l. c. cap. 9, §. 1031 &c. *Kolbius* l. c.

(10) *Teſtamentum &c.* Quando e. g. *Conradus* Miſniæ Marchio, inter alia, teſtamento cavit, ut filiorum natu maximus eſſet Advocatus, ſive *ein Vogt S. Petersberg; und ſolten alle ſeine Kinder ihre Begræbniß allda haben.* Vid. Wolfgang Krauſſii *Stamm und Ankunfft-Büchlein des Hauſes Sachſen*; in vita *Conradi*; *Draco* l. c. §. 21, p. 183; *Kolbius* l. c.

(11) *Emptio Venditio*; Quando v. g. *Widekindus*, *Waldeccenſis* Comes, an. 1189, Jus ſuum *Advocatiæ*, indeque pendentia, *Bernhardo*, Paderbornenſium Epiſcopo, mediantibus trecentis argenti marcis, in caſum, ſi in expeditione ſacra eſſet moriturus, vendidit. Vid. Transactionis charta, apud *Schatenum*, lib. 9. *Annal. Paderborn.* ad h. a. pag. 883 &c. Conf. *Gobelinus Perſona*, ætat. 6. *Coſmodromii*, cap. 60, pag. m. 273. De *Hohnſteinis*, inquit *Eckſtormius*, *Chron. Walckenred.* pag. m. 90 & 91, *Theodoricus, Comes ab Honſtein, cum Conjuge Hedwige, bona quadam in Novo monaſterio attribuit, Anno Chriſti* 1229. *Pro Advocatia, quam Comites Honſteinii, ab Imperio, in Feudo habebant, Monaſterium ipſis numeravit* 36 *argenti marcas &c.* Add. Dn. *Paullini* l. c. §. 11, & 12, & pag. 543 & 544.

(12) *Pignus*; teſte *Cunrado* de *Fabaria*, qui l. c. pergit: *Quoniam Heinricus, frater Abbatis, partem hujus receperat Advocatiæ, Ipſe Rex Otto (IV) ut cederet Advocatia S. Galli, Abbatia Fabarienſis Advocatiam, tricentarum marcarum pondo pignori obligavit &c.*

(13) *Conſuetudo immemorialis*; Vid. *Magerus* l. c. cap. 9, §. 838 &c. *Panrmeiſter*, de *Juriſdict.* lib. 1, c. 24, §. 22, *Kolbius* l. c.

(14) *Præſcriptio*; Vid. *Magerus* l. c. cap. 9, §. 863; *Kolbius* l. c. pag. 40.

(*b*) DUCI &c. Ex Africanorum Canonum Codice, cap. 97, oſtendit *Du Freſne*, voc. *Advocati Eccleſiarum*, p. 79, ab initio, Advocatos ejusmodi, *Ordinis* fuiſſe *Scholaſticorum*, poſtmodum vero id muneris non Viris Scholaſticis attributum, ſed Militaribus, & Potentibus, qui armata manu, nec lingua duntaxat, Eccleſiarum jura, quarum protectionem in ſe ſuſceperant, tuerentur. Hoc ſenſu conſtituit DAGOBERTUS, Francorum Rex, *Arnolphum*, potentem Ducem Moſellanicum, *Advocatum* Eccleſiæ D. Petri Treviris; teſte *Lehmanno*, lib. 2. *Chron. Spir.* cap. 36, p. 141; &, quem citat, *Franciſco de Roſieres*, *Stemm. Lotar. ac Barræ Ducum*, fol. 1 & 3. Apud *Emundum*, in *Magno Chronico Belgico*, p. m. 27, legitur: *Sciendum, Pipini pellicem, Alpaidem, fundaſſe Eccleſiam & Collegium Canonicorum in Hugardis, cui Advocatum & Patronum, Ducem Auſtraſiorum, ſive Auſtriæ Inferioris, pro tempore exiſtentem, dedit &c.* Sic CAROLUS MAGNUS *ordinavit* an. 788 (ut verbis utar Diplomatis, quod in *Meibomii* Notis, ad librum 2, Annalium *Witichindi*, Tom. 1. *Rer. German.* pag. 689, integrum, & in *Vindiciis Billingianis*, Tom. 3. *Rer. German.* p. 40, ex parte ſaltem extat, quamvis *Gryphiandro* de *Weichbildis* cap. 33, §. 5, &c. pag. 83, & cap. 55, §. 8 & 9, p. m. 137, ſuſpectæ ſit fidei,) *Trutmannum, Virum Illuſtrem, in illa parte Saxoniæ*, (ubi hodie Weſtphaliæ Comitatus Marcanus) *Comitem, ut reſideat in curte, ad campos, in mallo publico, ad univerſorum cauſas audiendas, vel recta judicia terminanda &c.* Quibus immediatè annectitur: *Isque Advocatum omnium Presbyterorum in Saxonia fideliter agat, ſuperque Vicarios, & Scabinos, quos ſub ſe habet, diligenter inquirat &c.* Conf. *Conringius*, ad *Lampadium*, part. 3, cap. 4, §. 28, p. m. 203; Dn. *Ockel*, de

Digitized by Google

de *Palatio Regio*, c. 74, p. 70. Eundem Principem demandaſſe Cœnobii *Divitis Augiæ Advocatiam*, *Adelberto*, *Brigantino* Comiti, ex *Cruſii Annal. Sueb.* lib. 1, part. 2, cap. 7, pag. 10 &c. tradit *Draco*, de *Origine Patriciorum*, part. 2, cap. 6, §. 20, pag. 181. *Ludovicus Pius*, *in ipſa fundatione Novæ Corbejæ, an. 812, potentes Rugravios Daſſelenſes, Illuſtris Monaſterii Vaſallos, jure hæreditario, conſtituit, fecitque Nobiles Advocatos &c.* Ita Dn. *Paullini*, de *Advocatis Monaſticis*, §. 2, pag. 535, *Syntagmatis Rerum & Antiquitatum Alamannicarum.* Auctore *Andrea Witichindo*, part. 1. *Geneal. Ducum Saxon.* c. 12, fol. 81, quem *Draco* l. c. ſequitur, conceſſit HENRICUS AUCEPS, *Arnolpho* Duci, *non exiguas Ditiones, & unà Diœceſium earum, & Monaſteriorum, Advocatias.* OTTONIS I gratia, *Lambertum*, *Lovanii* Comitem, an. 948, *Gemblacenſis* Abbatiæ *Advocatiam*, in Brabantia, fuiſſe conſecutum, ex diplomate, in Codice donationum piarum *Auberti Miræi*, c. 23, docet Dn. *Paullini*, l. c. In alio diplomate, an. 937, quo Eccleſiæ *Quedlinburgicæ* quam plurima bona dono, obtulit, ſanxit, ut, qui *Cognationis ſuæ potentiſſimus, Advocatus habeatur*, *& loci prædicti*, *& ejuſdem catervæ &c.* Vid. *Maderus Antiquit. Brunſuic.* p. 106. Dn. *Kettner, Hiſtor. Quedlinb.* cap. 25, pag. 189, & §. 2 Document. pag. 3. Recentiora exempla ut proferam, palam eſt, HENRICUM V Imp. *Cameracenſem Advocatiam Flandriæ* Comiti dediſſe, confirmatam poſtea, an. 1164, à FRIDERICO I, ſeu; *Barbaroſſa*. Vid. *Schilter Inſtit.* J. P. lib. 1, Tit. 25, §. 2, pag. 246; CONRADUS III, commiſit an. 1145, *Advocatiam* omnium Eccleſiarum, ſub Principatu *Lotharingiæ*, Duci cognominis; Vid. *Schilter* l. c. Advocatiam *Pegavienſem*, obtinuit an. 1197. *Tidericus*, Com. *Sommerſeneburgicus*, à PHILIPPO Imp. Vid. *Chronicon Montis Sereni*, ad an. 1223, p. 149. Plura alia ſilentio prætereo, de quibus adducti Auctores evolvantur. De ſuprema totius Eccleſiæ *Advocatia*, Imperatoribus Germaniæ competente, ſeq. Lib. 3, Tit. 2, §. 11, agam.

(c) PRÆSTABAT; Conf. præced. §. 8, lit. d. pag. 1159. Non rarò Advocatiis, compenſationis cauſa, Feuda adhærere, inde *Advocatiæ* dicta, pluribus oſtendit *Draco* l. c. §. 22, p. 184.

10. Tempore Friderici II *(a)* Imperatoris, Advocatias haſce tutelares, plurimi ex Epiſcopis & Abbatibus, vel grandi pecuniæ ſumma, vel quocunque alio titulo gratioſo, redemerunt, & ab hoc jugo ſeſe in totum paſſim exemerunt. *Vadian. de Monaſt. lib. 2, fol. 103.* Vid. *de his omnibus latius Myler ab Ehrenbach*, *in Archologia, c. 13, 14, 15.*

NOTÆ.

(a) FRIDERICI II &c. Nonnullos Præſules jam ante Principis hujus ætatem, ab *Advocatorum* jugo ſe liberaſſe, rectè monet Dn. *Rhetius* lib. 1 Inſtit. J. P. Tit. 2, § 99, p. 113. Teſtis *Erlungus*, *Herbipolenſis* Epiſcopus, qui confirmationem Privilegiorum Eccleſiæ ſuæ efflagitans, an. 1120, ab HENRICO V Imp. obtinuit; *Ut ſolus Epiſcopus Herbipolenſis dignitatem judiciariam, in tota Orientali Francia, exerceat*; Vid. ſeq. §. 13, lit. d. In Diplomate, quo *Keminadenſe* Cœnobium *Corbejenſi* Monaſterio, an. 1147, donatur, conſtituit CONRADUS III Imp. *ut nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Advocatus, poteſtatem habeat, exercendi judicium, in atrio prædictæ Eccleſiæ, ſed, quicquid, præter jus & æquum, à famulis, qui tam Abbati, quam Congregationi, obſequio quotidiano deſerviunt, commiſſum fuerit, ab Abbate, vel ab eo, cui ipſe mandaverit, corrigatur &c.* Vid. Dn. *Paullini, Diſſ. de Monaſterio Virginum Keminad.* pag. 104, & Dn. *Tolner*, *Codic. Dipl. Palat.* §. 54, pag. 49. Eccleſiam *Goslarienſem* ſimile privilegium, à FRIDERICO I Imp. obtinuiſſe, docet Ejus Diploma, apud Dn. *Leuckfeldum* l. c. pag. 287, §. XIV, ibi: *Cognoſcat univerſitas, Nobis placere, Fratres Goslarienſes ea libertate & honore perſiſtere, ac permanere, quod, in domibus eorum, & curtibus clauſtralibus, nullus Advocatus, nec aliqua perſona ſecularis, præter Noſtram propriam perſonam, aliquid juris, vel judicii, habeat, vel in poſterum ſibi uſurpare præſumat &c.* Ejuſdem Principis memor Chronicon *Hildesheimenſe*, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium* Tom. I *Scriptor. Brunſuic.* pag. 749, inquit: *Epiſcopus noſter* (Adelogus) *amplioris benevolentiæ nobis munus impertiens, ſuper memorata Fratrum bona, Domino Fritherico Imp. conſentiente, ab Advocatis penitus abſolvit &c.* An. 1197, renunciavit in perpetuum, & reſignavit, HENRICUS C. P. R. *Johanni*, *Trevirenſium* Præſuli, *Advocatiam* iſtius Eccleſiæ. Vid. *Tolnerus* l. c. §. 67, p. 59. Quibus modis *Jus Advocatiæ* in genere extinguatur, oſtendit Dn. *Coccejus Juris Publici Prudent.* cap. 26, §. 15 & 16, p. 397 &c.

Digitized by Google

11. Et ſic à temporibus *Ottonis Primi*, Eccleſiaſtici duplicem poteſtatem habent, & Secularem & Eccleſiaſticam. Nec obſtat, quod ſuperius diximus, *Ludovicum Pium* ipſos condecoraſſe titulo *Principis*. Nam honoris gratia ita ab Imperatore vocati ſunt, & nullum Ducatum, aut Comitatum, cum ſuperioritate, & jurisdictione ſeculari, ſimul obtinuerunt. *(a)* Et hinc *Carolus Craſſus in Conſtitutione de Expeditione Romana*, de qua nos ſupra egimus, Eccleſiaſticos Antiſtites primarios ſpirituales Principes nominat, & ſic principalem titulum habuerunt ſine re: *ut late Lehman.* hoc, contra *alios, demonſtrat, lib. 2. Chron. Spirenſ. c. 16.* Atque, ab eo tempore, adhuc hodie inveſtiuntur, cum omnimoda jurisdictione *(b) mit aller weltlichen oder Landsfürſtlichen Obrigkeit.* A. B. *tit. 26. in pr. wann ſie ihre Kœnigliche Leben vom Kœnig oder Kayſer nehmen &c.*

NOTÆ.

(*a*) OBTINUERUNT &c. Nec tamen crude ſtatuendum eſt, Clericos Principes ab eo momento, quo Feuda, & Dominia ſecularia, ab Imperatoribus ſint nacti, de Principatu ſimul, tanquam de Feudo Regali, fuiſſe inveſtitos; quia ſæpiſſimè Jura Regalia in Epiſcopatibus penes Cæſares Regesque remanſerant, quæ per Advocatos adminiſtrabantur, Comitesve; non obſtante, quod Præſules iſti, Imperii Statuum cenſu venirent. Vid. *Schilter*, Comment. ad Cap. 1 *Juris Feudalis, Alamannici*, §. 4. p. 22; Dn. *Ockel* de *Palatio Regio*, *c.* 132, p. 129 & 130.

(*b*) JURISDICTIONE &c. Irrito conatu hæc infringere conabatur *Sigismundus* Cæſar, in Concilio Conſtantienſi, exhibito peculiari libello, cujus copia in *Goldaſti Reichs-Satz*, Cap. IX. ſic ſonat: *Es ſoll kein Biſchoff kein Schloß haben, weder Veſte noch Stadt, ſie ſollen ſitzen auf der Haupt-Kirchen eines jeglichen Biſtumbs, und ſollen ein recht geiſtlich Leben führen, daß alle Pfaffen an ihnen gebeſſert werden &c.* Cap. XII. legitur: *Ein Ertz-Biſchoff ſoll haben zehen tauſend Gülden Rheiniſch, und ein Suffragant, fünff oder ſechs tauſend Gülden. &c.* Cap. 37, ita: *Man ſoll wiſſen, daß notbdürfftig iſt, als vorgeſchrieben ſtehet, von den Biſchœffen und Aepten, und den Geiſtlichen Hauptern, daß Sie kein Schloß, Veſte noch Stadt, Zwang noch Peen haben ſollen, noch reche iſt. Sie ſollen alle ſtehen und fallen an einen Rœmiſchen Kœnig, zu dem Reiche, der ſoll ſie zu Lehen machen den Herren, Rittern, und Knechten, und Reichs-Stadten, daß ſie dem Reiche beſtændig ſeyn. &c.* Addit *Conringius* ad *Lampadium* part. 3. c. 6. p. 231: *Non etiam ſpes ulla videtur ſupereſſe, tale quid impetrandi, vitio dudum inolito, & ex ipſa Romana Curia in omnem pene Europam diffuſo, quamdiu ſane apud Nos Papalis Regni duravit reverentia. Ut proinde ſaltem in Epiſcopis ferendum ſit, quod mutari non poteſt &c.*

12. *Princeps Imperii Eccleſiaſticus eſt Princeps, qui feudo (a) eccleſiaſtico & ſeculari ritè præfectus eſt, & votum & ſeſſionem in Comitiis habet.* Principes eccleſiaſtici ſunt primò *Archi-Epiſcopi.* Quales in Imperio noſtro, præter tres Electores, fuerunt Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis, Primas Germaniæ, (*b*) Salisburgenſis, (*c*) Bremenſis (*d*) & Veſontinus: (*e*) Ex quibus Salisburgenſis adhuc hodie ſupereſt, & Primas Germaniæ. *Conringius in notis ad Lamp. part. 3. c. 6, §. 4.* numerat novem, & addit Pragenſem (*f*) & Rigenſem. (*g*) Archi-Epiſcopi Primatibus ſeu *Patriarchis* (*h*) reverentiam & obedientiam debent, & ab illis ad hos appellatur. In Belgica provincia Trevirenſis Primas eſt. *Becker. in Synopſi lib. 3. c. 3.* De Patriarchis aliis, *Conſtantinopolitano*, (*i*) *Alexandrino*, (*k*) *Antiocheno*, (*l*) *& Hieroſolymitano*, (*m*) *vid. Spreng. lib. 2, Inſtit. Jur. Publ. c. 34.*

NOTÆ.

(*a*) FEUDO &c. Duplici munere Epiſcopos noſtros fungi, *Epiſcopali* ſcil. & *Territoriali*, fœdæ Transactioni *Henrici V*, cum *Calixto* 2, P. R. an. 1121, cujus præced. Tit. 2, §. 8. lit. a, pag 65, memini, tribuendum; cum antea, non ſolum quoad *Dignitatem Civilem*, ſed etiam quoad ipſum *Munus Sacrum*, per annulum & baculum, ipſis delatum, Cæſaribus eſſent obnoxii. Vid. ſeq. §. 22. lit. d. Utuntur autem gemino

iſto

iſto munere, jure diverſiſſimo, nam, (1) ut *Epiſcopi*, ſubjecti ſunt Archi-Epiſcopo, vel Pontifici Romano; ut *Principes Territoriales*, Imperatori & Imperio. (2) In cauſſis Eccleſiaſticis, provocant ad Archi-Epiſcopum, vel Curiam Romanam; in Secularibus, ad Cameram; (3) Fines *Territorii* alii ſunt; aliique *Diœceſeos*, qui per Secularium terras vicinas ſe extendunt; (4) Fieri hinc poteſt, ut Epiſcopatus Germanicus extra limites Germaniæ exiſtat; exemplo *Rigenſis*, *Veſontini &c.* & (5) Epiſcopus Germaniæ loca extra Germaniam, ad Epiſcopatum ſpectantia, poſſideat, veluti Tridentinus, *Tridentum*, quæ Civitas Italiæ; & (6) *Metropolitanus* ſit Germaniæ, *Suffraganei* vero extranei, v. g. *Trevirenſis*, cui *Metenſis*, *Tullenſis* & *Virodunenſis*, Gallis ceſſi, ſubſunt &c. Quæ in Principatibus Secularibus aliter ſe habent. Vid. Ill. Dn. *Coccejus*, *Juris Publici Prudent.* cap. 18, §. 37, pag. 313 & 314. Jurisdictionem Papalem dudum in Terris Proteſtantium ſuſpenſam eſſe, ex formula *Religioſæ Pacis*, an. 1555, §. 20, *damit auch &c.* & Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ, Art. V, §. 48, *Jus Diœceſanum &c.* manifeſtum eſt.

(*b*) PRIMAS GERMANIÆ &c. Ex Privilegio *Johannis XIII.* P. R. de an. 969, *Adelberto* Præſuli dato, apud *Sagittarium*, de *Antiquitatibus Magdeburgicis*, §. 102, p. m. 73 & 74; & Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, p. m. 177, ubi: *Quia Sedem Magdeburgenſem, cui, Deo auctore, præſides, Noſtra tuorumque Comprovincialium authoritate, Archi-Epiſcopalem eſſe decrevimus, quem, inter cæteras Eccleſias, ordinem, vigorem, Primatum, & æquitatem habere in poſterum debeat, Apoſtolicæ Sedis privilegio muniri ſancimus. Dei igitur Omnipotentis auctoritate, & B. Petri, Apoſtolorum Principis, & Noſtra, Te, tuosque Succeſſores, in perpetuum, & Eccleſiam Tuam omnium Eccleſiarum Archi-Epiſcoporum & Epiſcoporum, in Germania ſunt ordinati, in ſedendo, in judicando, in confirmando, in ſubſcribendo, in ſententiis dandis, omnique Eccleſiaſtico Ordine, Primatum habere volumus. Eorum vero, qui ſunt in Gallia, item Mogoncienſi, Trevirenſi, & Colonienſi, Eccleſiæ, in omnibus parem honorem, & ſimilem vigorem, præſente privilegio confirmamus &c.* Meminit hujus Privilegii Auctor Vitæ *S. Norberti*, inſertæ Lib. 2. *Biblioth. Præmonſtrat.* cap. 39: *Eo quippe Primatu, ſeu ſuprema inſpectione in omnes Germaniæ Archi-Epiſcopos, olim Otho Imp. nomine Primus, de aſſenſu & conſilio Pontificis Summi, & Ravennatis Concilii, Magdeburgenſem Eccleſiam ornari fecerat &c.* & *Chronographus Saxo* ad an. 970, p. m. 181, verb: *Privilegio Apoſtolicæ Auctoritatis ſanxit & confirmavit* (Joh. XIII) *eum* (Adelbertum, Magdeburgicum) *in omni ordine Eccleſiaſtico, Primatum habere omnium Eccleſiarum Archi-Epiſcoporum, qui in Germania ordinati ſunt: in Gallia quoque, Colonienſi, Moguntinenſi, Trevirenſi, Archi-Epiſcopis, per omnia honore ſimilem eſſe &c.* Quæ Auctor *Chronici Magdeburgici* apud *Meibomium*, Tom. 2. *Rer. Germ.* p. 273, & 274, repetit. Conf. *Theodoricus de Niem*, *de Privilegiis & Juribus Imperii*, in vita *Ottonis I*, apud *Schardium*, *de Juriſdictione Imperiali*, p. m. 261; *ArchiEpiſcopum Magdeburgenſem, qui eſſet pro tempore, per Papam ejus ætatis, Primatem Germaniæ fieri procuravit &c.* Et *Wernerus Rolewinckius*, in *Faſciculo Temporum*, ætat. 6, ad an. 974, p. m. 70: *Eccleſia Magdeburgenſis glorioſè extruitur, & dotatur, per Othonem I, & Archi-Epiſcopus ejus fit Primas Almaniæ &c.* nec non *Erdwinus Erdmannus*, in *Chronico Epiſcoporum Oſnabrugenſium*, ap. *Meibomium* l. c. pag. 204: *Otto I Imperator Eccleſiam Magdeburgenſem fundavit, & Archi-Epiſcopus ejus eſt Primas in Almania &c.* Add. *Æneæ Sylvii Germania*, cap. 31, apud *Schardium* Tit. 1. *Rer. German.* pag. 23; *Pomarius*, *Chron. Saxon.* pag. 150; *Mallinkrot*, de *Archi Cancellariis*, lib. 2, c. 4, p. 193; *Schilterus*, *de Libertate Eccleſ. German.* cap. 7, §. 1, p. 351; *Sagittarius l. c.* §. 101 & 102, p. 72 ad 75; Dn. *Ockel* l. c. §. 117, p. 114. & 115, Sexcenti alii. Quo reſpicit §. final. *der Ordnung des Regiments zu Augſpurg*, de an. 1500, ibi: *Wir von deſſelben* (*GOttes*) *Gnaden, Ernſt, Ertz-Biſchoff zu Magdeburg, Adminiſtrator des Stiffts zu Halberſtatt, Primas in Germanien &c.* & *Oſnabrückiſcher Vergleich*, Archi-Epiſcopo Magdeburgenſi *das vierte Votum im Fürſten-Rath zu geben*, de an. 1645, 11 Dec. apud *Lundorpium* Tom. VI. *Act. Publ.* lib. 5, cap. 59, pag. 887, verb: *Uber der Admiſſion des Hochwürdigſten, Durchleuchtigſten, Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn* Auguſti, *Poſtulirten zum Ertz-Biſchoff zu Magdeburg, und Primaten durch Germanien &c.* Miror hinc, *Albertum Crantzium*, ib. 3 *Metropolis*, c. 28, p. m. 76, ſcribere: *Quomodo & unde conſecuta ſit hæc* (Magdeburgenſis) *Eccleſia, ut Primas dicatur Germaniæ Archi-Epiſcopus ejus, necdum comperi &c.* De Jurisdictione *Primatis* noſtri, ſcribit *Pomarius* l. c: *Alſo iſt Magdeburg* - - - - *der vortreffliche Ehren-Titul gegeben, daß er* Primas Germaniæ, *und* Metropolitanus, *genennet werden ſolte, darmit alle andere Biſchoffe in Teutſchland auf ihn ſehen, und, in zweiffelhafftigen Kirch-Sachen ſeines Raths und* Deciſion *lebeten &c.* & Dn. *Rhetius*, lib. 1, *Inſtit.* J. P. Tit. 16, §. 23, pag. 256: *Poteſtas & jus Ejus hoc fuit: Ne Germani, ob cauſſas Eccleſiaſticas, vel appellare, vel ſupplicare Romam, teneantur, ſed in Germania ejus Primatus habeant Tribunal &c.* nec aliter *Stephanus de Juriſdict.* lib. 4. c. 5. §. 32; *Laurentius Olm*, Diſſ. de *Jure Epiſcop.* c. 3, lit. e; Dn. *Ockel* l. c. §. 117, p. 114 & 115. Hinc eſt forſan, quod *Benedictus VI*,

Johannes XIII, Succeſſor, in literis ad Epiſcopos Germaniæ, de an. 979, *Adelbertum*, primum Archi-Epiſcopum Magdebergicum, *Germaniæ Patriarcham* appellaverit. Exordium tale eſt: *Dilectiſſimis in Chriſto Filiis, Ruperto, Mogontino; Theodorico, Treverenſi; Alberto Magdeburgenſi, Patriarchæ Germaniæ; Gerioni, Agrippenſi; Friderico, Juvavienſi; Adaldago, Bremenſi, Archi-Epiſcopis &c. Benedictus, Divina Gratia, Apoſtolicæ Sedis Pontifex, Servus Servorum Dei, in Domino ſalutem &c.* Vid. *Aventinus*, lib. V. *Annal. Bojor.* cap. 2, pag. 476; *Chytræus* l. c. *Matth. Stephanus* l. c. lib. 3, P. 1. c. 7; *Schützius* Vol. 1. *Jur. Publ.* Exerc. VIII, *t.* 5, lit. b. pag. 609; *Sagittarius* l. c. §. 103, p. 74. Quæ cum cap. XIX. Collectionis *Africanorum Conciliorum*, ubi: *Quisquis Epiſcoporum accuſatur, ad Primatem Provinciæ ipſius cauſam deſirat accuſator &c.* nec non Can. XXVIII, quo, de apellatione Clericorum, ſtatuitur: *Ut provocent ad Primates ſuarum Provinciarum &c.* Conſ. *Petrus de Marca*, Diſſ. de *Primatibus*, §. 3, pag. 11, conveniunt. Ab initio, *Metropolitanos*, ſeu *Archi-Epiſcopos, & Primates*, fuiſſe ſynonyma; poſtea vero, hos poſteriores dictos, qui pluribus Metropolitanis præſiderent, *Petrus de Marca* l. c. §. 4, 5, &c. pag. 11, & ſeqq. Dn. *Du Pin*, de *Antiqua Eccleſiæ diſciplina*, Diſſ. 1, §. 1, 2, & 3, p. 3, ad 7; *Salmaſius*, de *Primatu Papæ*, cap. 7, p. m. 118 &c. *Zieglerus*, de *Epiſcopis*, tot. cap. XI, pag. 180 &c. *Conringius* de *Republ.* Diſſ. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum*, §. 17 &c. p. m. 348 & ſeqq. *Schilterus*, l. c. lib. 1, cap. 8, §. 5 &c. pag. 83 &c. aliique multi, abunde docent. Nonnunquam & *Trevirenſi* Archi-Epiſcopo *Primatis* honores tributos, teſtis eſt, *Henrici* IV & V, Impp. coævus, *Golſcherus*, *S. Matthiæ* apud *Treviros* Monachus, de *Geſtis Treverorum*, cap. 67, pag. m. 108: *Ad cujus* (Trevirenſis) *Præſulatum* - - - *totius Galliæ, atque Germaniæ, pertinet Primatus &c.* Conſ. *Mallinkrot*, de *Archi-Cancellariis*, lib. 2, cap. 4, p. 192. Eoſdem titulos & jura à tempore Reformationis, competere Archi-Epiſcopo *Salisburgenſi*, aſſerere auſus eſt Jeſuita Hiſpanus, *Johannes Azorius*, Tom. 2. *Inſtit. Moral.* c. 35, ſub finem, cui propterea Illuſtr. Dn. *Schützius* l. c. pag. 609 & 610; & Ill. Dn. *Rhetius* l. c. contradicunt, aſſertum ſundamento carere dicentes; vid. ſeq. lit. c. Id interim verum, ab anno 1680, quo *Magdeburgicus* Præſulatus, *Ducali titulo*, in Electoralem domum Brandenburgicam tranſiit, *Primatus* hujus vocabulum evanuiſſe. Vid. *Europ. Herold.* l. c. Reliqua de hoc Archi-Epiſcopatu, ſeu Ducatu, quoad Fundationem, confirmationem, Inaugurationem, Scriptores huc ſpectantes, ſuffraganeos, Inſignia &c. ſcitu neceſſaria, ſeq. §. 13, lit. bb, exponuntur.

(*c*) SALISBVRGENSIS &c. Faciunt, ad Hiſtoriam hujus Archi-Epiſcopatus: Fragmentum pervetuſtum, *de Origine Juvavienſis, ſeu Salisburgenſis, Eccleſiæ*, circa an. Dn. 858, ſcriptum, & à *Marquardo Frehero*, Codici *Rerum Bohemicarum*, an. 1602, p. m. 15 &c. inſertum. *Chronicon Salisburgenſe* Anonymi, ab an. 580, usque ad an. 1475, ap. *Caniſium*, Tom. VI, *Lectionum Antiquarum*; *Wiguleji Hundii, Metropolis Salisburgenſis*, Monach. 1620; *Joſephi, Franciſci & Pauli, Mezgerorum Hiſtoria Salisburgenſis*, Salisburg. 1692, & quorum Dn. *Struvius*, cap. 17. *Selectæ Biblioth. Hiſtor.* §. 20, p. 476, meminit, *Joh. Bapt. Mayeri, Saltzburgiſche Chronica, & Franciſci Duckeri, Saltzburgiſche Chronica &c.* Catalogum Archi-Epiſcoporum ſiſtunt. Anonymus de *Epiſcopis Salisburgenſibus, & Eberhardus*, de *Geſtis Archi-Epiſcoporum Salisburgenſium*, ambo apud *Caniſium* l. c. Tom. 2. *Joh. Dominicus Heſſius*, in *Catalogo Epiſcoporum Salisburg.* à D. *Ruperto*, *totius Bavariæ Apoſtolo*, *usque ad an.* 1584, Ingolſtad. 1584, 4. *Hundius* l. c. Tom. 1, pag. 1, ad 36, ab eodem *Ruperto*, usque ad *Johannem Jacobum Khuen*, an. 1560, electum; *Bucelinus* l. c. pag 42; *P. Bertius*, lib. 3. *Comment. Rer. German.* cap. VI. voc. *Saltzburgum*, pag. 246 &c. *Metzgeri*, per totum Tractatum. Recentiorum nomina complectitur Dn. *Im Hoff*, *Notit. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 1, §. 8, p. 59, & §. 15, p. 60; add. *Europ. Herold*, Tom. 1, pag. 327; Hodiernus eſt Reverendiſſ. Dn. Leopoldus Antonius Eleutherius. Lib. Bar. de *Firmian*, natus 30. May 1679; eligebatur Epiſcopus Lavantinus 8. May 1718; Deinde Epiſcopus Seccovienſis an. 1723; & 1727, Labacenſis; tandem Salisburgenſis Archi-Epiſcopus 3. Octobr. 1727. Hujus ſub regimine magna eſt facta emigratio ſubditorum *Lutheri* doctrinis addictorum. Primum Epiſcopum fuiſſe perhibent *S. Maximum*, an. 476, ab Oſtro-Gothis & Herulis, Duce *Vidomaro*, in Italiam proficiſcentibus, ex patibulo ſuſpenſum; Vid. *Bertius* l. c. *Bucelinus* l. c. Rectius tamen laudatum vetuſtum Fragmentum Seculi IX; *Marcus Velſerus*, ſub init. Lib. 4. *Rer. Boic.* & reliqui adducti omnes, hoc titulo *S. Rutbertum*, ſeu *Rupertum*, Vangionum Præſulem, celebrant; de quo Auctor Vitæ Eius, apud *Caniſium*, l. c. Tom. VI, & *Surium*, 27 Mart. p. m. 267, §. 2: *Tempore Hildeberti, Regis Francorum, anno ſcil. Regni Ejus ſecundo*, (adeoque, circa an. 580,) *S. Confeſſor Chriſti, Rudbertus, in Wormatia habebatur Epiſcopus, qui, ex Regali proſapia Francorum Nobilitate ortus, nobilior fide & pietate fuit.* Eum, à *Theodone*, Bojorum Duce, in Bavariam evocatum, Gentilium idola hinc inde deſtruxiſſe, & *Juvaviæ*, Epiſcopalem Sedem erexiſſe, idem Auctor l. c. §. 6, cum reliquis, teſtatur. Sequenti Seculo, cum perverſa *Erenvolſi* cujuſdam dogmata, Inſigne Religioni Chriſtianæ detrimentum cauſarentur, & priſtina impietas popularium animus iterum invaderet,

Beni-

Bonifacius, magnæ exiſtimationis Vir, ab *Odilone*, Duce, accitus, lapſas Eccleſiæ res demum reſtauravit, huncque Pontificatum *Johanni* cuidam commiſit. Vid. *Willibaldus*, primus *Aichſtadenſium* Epiſcopus, in *Vita S. Bonifacii*, cap. IX, apud *Surium*, 5 Junii, pag. 54: *Provinciam Bavarorum, Odilone Duce conſentiente, in quatuor diviſit Parochias, quatuorque his partibus præſidere fecit Epiſcopos, quos, ordinatione ſcil. facta, in Epiſcopatus gradum ſublevavit: Quorum primus, nomine Johannes, Eccleſiæ, in Oppido, quod dicitur Saltzburg, Epiſcopatus Cathedram ſuſcepit. Secundus, Erenberch, qui Friſingenſis Eccleſiæ Speculatoris tenuit principatum. Tertius, Gaivaldus, qui Eccleſiæ Civitatis Reginæ, paſtorale excubitoris ſubiit magiſterium. Quartus Vivilo, qui ſuper Patavienſem Eccleſiam, ſacræ indagationis obtinuit dignitatem &c.* Conf. *Othlonus*, in Ejusdem Vita, cap. 31, ibid. p. 65. Vid. ſeq. §. 13, lit. ii. Favore *Caroli Magni*, *Arno* Epiſcopus, à *Leone III*, R. P. primus *Archi-Epiſcopale Pallium* obtinuit; à quo temporè, omnes Ejus ſucceſſores *Archi-Epiſcopi* inclaruerunt. Obiit *Arno* an. 821, teſte cit. Fragmento, l. c. pag. 18: *Poſt diem tranſitus de hoc Seculo Arnonis Archi-Epiſcopi, an. 821 &c.* Ex liberalitate *Gregorii VII*, P. R. audiunt hi Præſules: *Legati Nati Sedis Apoſtolicæ*, (*Gebohrne* Legaten *des Apoſtoliſchen Stuhls zu Rom*,) quem titulum *Gebhardus*, Archi-Epiſcopus, è Comitibus *Helffenſteiniis* oriundus, deſerendo *Henrici IV*, Imp. partes, primum meruit. Vid. *Hundius* l. c. p. 8; Dn. *Im Hoff* l. c. §. 12, pag. 59 & 60. quamvis *Petrus Lambecius*, lib. 2. *Comment. Bibliothecæ Cæſareæ*, cap. 8, pag. 672, & 673, *Gebhardi* noſtri memor, ſcribat: *A. C.* 1060, *Archi-Epiſcopus Saltzburgenſis electus eſt; & an.* 1062, *Paullium Archi-Epiſcopale impetravit à Summo Pontifice, Alexandro II, atque ab eodem, S. Sedis Apoſtolicæ, in Germania, Legatus declarari meruit &c.* Sunt autem, Dn. *Becmanno* judice, *Notit. Dignit. Illuſtr.* Diſſ. 15, cap. 1, §. 6, *Legati nati, qui non ſunt miſſi de latere, ſed habent, ratione privilegii beneficii poſſeſſi, poteſtatem à Pontifice Maximo, tanquam Legati Ejus*; vel, *Qui ſuarum Provinciarum prætextu Legatione funguntur &c.* De veteri *Juvavia, Juvavo, Colonia Hadriana Juvavienſi* &c. legas, poſt *Cluverum*, in *Vindelicia & Norico*, cap. 5. p. m. 28 &c. Dn. *Cellarii Geographiam Antiquam*, lib. 2, cap. 7, p. 343 & 344; & *Lambecium* l. c. lib. 2, cap. 3, pag. 62, ubi ſimul, ex Conſtitutionibus *Gwidonis*, Tit. *S. Laurentii in Lucina*, Presbyteri Cardinalis, in Concilio Viennenſi an. 1267, promulgatis, rectè monet, legendum eſſe: *Saltzburg*, & non *Salisburg*; cum *Saltzburgum*, à fluvio *Salza*, ad quem urbs ſita eſt, nomen ducat; & lib. 2, c. 8, p. 672 & 673. Cui aſſerto inſervit Formula diviſionis theſauri *Caroli Magni*, de an. 811, apud *Freherum*, Tom. 2. *Rer. Franc.* p. 444, ubi: *Juvauſum, quæ & Saltzburgum*; vel, ut *Reuberus*, *de Script. Rer. German.* pag. 13, legit: *Vivanum* (Vivavum) *quæ & Saltzburgum &c.* Conf. *Sigebertus Gemblacenſ.* ad an. 810: *Juvanum, quæ & Saltzburg &c.* add. ſeqq. §. 13, lit. hh, ubi ſimul *Suffraganeæ* Eccleſiæ. Coronidis loco, addenda Dn. *Lehmanni*, in *Novis Literariis Germaniæ*, anni 1707, Menſ. Auguſt. p. m. 281, verba, quibus ſummam Orationum, Dn. *Franciſci Ignatii Wolleri*, JCti. Imperatori, & Archi-Epiſcopo Saltzburgenſi, à conſiliis, & Academiæ Saltzburgenſis Primarii Juris Publici & Civilis Profeſſoris, an. 1704, habitarum, ob oculos ponit: *Archi-Epiſcopum Saltzburgenſem Orator Wollerus, in Eccleſiaſticis: Epiſcopum Epiſcoporum; in Politicis: Principem Principum, meritò appellari cenſet, ob duodecim Prærogativas, quas inter, Eccleſiaſtica:* (1) *Inter Præſules Salisburgi ſexaginta & aliquot, triginta numerantur Sancti & Beati*; (2) *Archi-Epiſcopus eſt Legatus Apoſtolicæ Sedis Natus ac perpetuus*; (3) *Ab eo, in ſacris, ad nullum alium, per Germaniam, appellare licet, non ad Nuncios Apoſtolicos, ſive Viennenſem, ſive Lucernenſem, ſive ad Rhenum, ad quos tamen ab aliis Germaniæ Præſulibus provocatur.* (4) *Primas eſt Germaniæ*; (5) *à Pontifice, & Cæſare, ſpecialibus & extraordinariis honoribus condecoratur; à Pontifice enim Illi Metropolitanorum Canonicatuum iis menſibus collatio, quos alibi, vi Concordatorum Germaniæ, Papa ſibi reſervatos habet; Cæſar eundem, ex Statibus Eccleſiaſticis ſolum (extra Electores) Dilectionis compellatione dignatur; ubi, erga omnes reliquos Eccleſiaſticos Principes, non niſi Devotionis & Pietatis voce utitur.* (6) *Epiſcopus eſt Epiſcoporum; in toto quippe Chriſtiano Orbe, ſolus, (præter Romanum Pontificem) nominans, confirmans, & inaugurans, quatuor Epiſcopos: Gurcenſem, Chiemſeenſem, Seccovienſem & Lavantinum, ſine ullo ad Romanam Curiam recurſu; quod in Concilio Tridentino adeo rarum & extraordinarium decus viſum fuit, ut ingentem admirationem excitaverit in univerſis Eccleſiæ Patribus. Quoad Politica, competit ipſi* (7) *Imperiale Directorium in Comitiis, inter omnes Imperii Principes, alternativè cum Domo Auſtriaca*; (8) *Directorium perpetuum Circuli Bavarici, junctim cum Domo Bavarica*; (9) *Præcedentia Legati Salisburgenſis in Comitiis, præ ceteris Imperii Principibus, etiam perſonaliter præſentibus.* (10) *Ob maximas impenſas in Metallifodinas, ex antiquo, gaudet ſpeciali in moneta*

cudenda additionis jure, pra cateris Imperii Principibus; quo de vid. Speculum monetarium, ſeu Acta Publica monetaria, Part. 3, p. 229; (11) In Comitiis, cum Archiducibus Auſtria, in pracedentia alternat, adeoque pares cum iisdem, ab aliis Principibus Imperii, honores recipit. (12) Princeps Principum cenſendus eſt, cum ab ipſo creatos Epiſcopos ipſa Aula Caſarea, caterique omnes, ceu veros Principes, compellatione, titulis, & cultu, honorent. Qua creatio Epiſcoporum & Principum tam rara & extraordinaria Salisburgenſis Sedis Prarogativa eſt, ut neque ipſis Imperii Electoribus ſimile quid competere uſpiam legamus &c. Quibus ſimul docemur, titulum Primatis, publicè jam vindicari Salisburgenſi Archi-Epiſcopo, Magdeburgenſi Præſulatu in Ducatum mutato; quamvis Ipſum Archi-Epiſcopum eum ſibi arrogaſſe nondum vidi. Vid. Europ. Herold, Tom. 1, p. 330, & 879. Conf. Zweyburg, part. 2. Theatri pracedentia, Tit. 3, ad Schema Seſſionis & Ordinis Statuum Imperii, p. 133 &c. Inſigne Archi-Epiſcopatus conſtituunt Leo niger, in laterculo aureo, & faſcia argentea, in rubeo. Vid. Dn. ImHoff, Notit. Proc. Imp. lib. 3, cap. 1, §. 9, pag. 59; Officiales hæreditarii ſunt: Pincerna, Comites de Khuenborg; Dapiferi, Comites de Thanhauſen: Mareſchalli, Comites de Lodron; & Camerarii Comites de Töring. Vid. l. c. §. 14, pag. 60. Collegium Canonicorum Metropolitanorum, conſtat XXIV ſodalibus, quos omnes illuſtri ſanguine cretos eſſe oportet. Vid. l. c. §. 16, p. 60. Conf. Europ. Herold, T. 1, pag. 330 &c. Dn. Bilderbeck, Reichsſtaat, Tom. 2, part. 5, cap. 2, §. 4 & 6, p. 24 & 25. Dn. Zſchackwitz, Einleitung zum Jure Publ. lib. 3, cap. 3, Q. 4, pag. 448; Q. 10, pag. 451, & Q. 12, pag. 453.

(d) BREMENSIS &c. De Origine hujus Eccleſiæ, ſcribit Auctor Chronici de Fundatione quarundam Saxoniæ Eccleſiarum, apud. Ill. Dn. Leibnitium, Tom. 1, Rer. Brunſuic. p. 260, & Maderum, Antiquit. Brunſuic. pag. 160: Anno Domini 781, quartum (Epiſcopatum) in Brema, in honorem B. Petri Apoſtoli, fundavit, (Carolus Magnus,) ubi S. Wilhadum primum Epiſcopum præfecit &c. In Chronico Mindenſi, apud Meibomium Tom. 1. Rer. Germ. pag. 556, legitur: Quartam, Bremenſem, Eccleſiam, S. Petri Apoſtoli, Anno Chriſti DCCLXXIX, (forte DCCLXXXI) fundavit &c. Henricus Wolterus, in Chronico Archi-Epiſcopatus Bremenſis, apud Meibomium, l. c. Tom. 2, p. 19, ait: Anno Domini ſeptingenteſimo, octuageſimo octavo, B. Karolus, qui, juxta numerum litterarum alphabeti, in Almania partibus, ad laudem Omnipotentis Dei, Ejusque digniſſimæ Genetricis, ſolemnes fundavit Eccleſias, huic Bremenſi, de S. Willehado, digniſſimo Chriſti Sacerdote, digne providit &c. idem docet Auctor Vitæ S. Willehadi, apud Surium, 8 Novemb. cap. 5, p. m. 207. Facit hanc in rem, ipſum Diploma Regium, datum in Palatio Nemetenſi, an. 788, apud Adamum Bremenſem, lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. X, p. 12 &c. Albertum Stadenſem, an. eod. p. 81 &c. Albertum Crantzium, lib. 2. Saxon. cap. 15, & lib. 1. Metropol. cap. 7, & Surium l. c. cap. 10, pag. 208, &c. ubi: Eandem Bremenſem Eccleſiam, cum omnibus ſuis appendiciis, Willehado, probabilis vitæ Viro, coram Deo & Sanctis Ejus, commiſimus. Quem etiam Primum ejusdem Eccleſiæ, 3 Id. Julii, conſecrari fecimus Epiſcopum &c. Mutato ſtylo, partem ejusdem Diplomatis exhibet Wolterus l. c. p. 22, & 23, nec non Auctarium Veterum Diplomatum, Lindenbrogianis Privilegiis Archi-Eccleſiæ Hammaburgenſis, annexum, pag. m. 177, §. 75. Num vero integræ fidei ſit, vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. q. v. 20, pag. 225. Non multo poſt, fundata quoque Eccleſia Hamburgenſi, ex duabus, Archi-Epiſcopatus unus evaſit. Audiamus, de rectione hac, ipſum Ludovicum Pium Imp. apud Philippum Cæſarem, in Appendice Tri-Apoſtolatus Septentrionis, anno 1642, Colon. Lindenbrogium, inter Privilegia Hamburgenſia, p. 125 & 126; Maderum, Append. ad Adamum Bremenſem, pag. 179 &c. Mabillonium, in Actis Sanctorum Ord. Benedicti, Sec. IV, part. 2, pag. 111 &c. Lambecium, Orig. Hamburg. part. 1, pag. m. 35 & 36, (in priori Editione, p. 121.) & in Chronologia & Auctario libri 1, Rerum Hamburgenſium, ad an. 834, p. m. 105 ad 107; & Tentzelium, in Vindiciis Conringianis, pro Cenſura Diplomatis Ludoviciani Lindavienſis, Append. I, Dipl. 10, pag. 25 & 26. Diplomate, Idib. Maji, an. 834, Aquisgrani, in Palatio Regio, confecto: Progenitor Noſter, glorioſæ memoriæ, Karulus, omnem Saxoniam Eccleſiaſticæ Religioni ſubdidit, jugumque Chriſti, ad usque terminos Danorum atque Sclavorum, corda ferocia ferro perdomans, docuit, ubi, inter has utrasque Gentes, Danorum, ſive Winedorum, ultimam Saxoniæ partem ſitam, & diverſis periculis, temporalibus videlicet & ſpiritualibus, interjacentem perſpiciens, Pontificalem ibidem Sedem fieri decrevit trans Albiam - - - - Sed ne quisquam eorum hanc ſibi deinceps parochiam vindicaret, ex remotis Galliæ partibus, quendam Epiſcopum, Amalarium nomine, direxit, qui primitivam Eccleſiam ibidem conſecraret - - - - ſed, quia conſecrationem jam dicti Viri, velox ex hac luce tranſitus Pii Genitoris Noſtri fieri prohibuit - - - - ne quid Ejus imperfectum remaneat, ſtatuimus, una cum conſenſu Eccleſiaſtico, præfata ultima in Regione Saxonica trans Albiam, in loco nuncupato Hammaburg, cum univerſa Tranſalbinorum Eccleſia, proprii vigoris conſtituere Sedem Archi-Epiſcopalem, cui primum præeſſe, atque ſolenniter conſecrari, per manus Drogonis, Metenſis, & ſummæ ſanctæ Palatinæ Dignitatis Præſulis,

Ans-

Ansgarium, fecimus Archi-Epiſcopum &c. Junge Diploma *Gregorio IV*, P. R. Auctore *Baronio* Tom. X, *Annal.* ad an. 843, §. 13, pag. m. 4, hoc anno defuncti, de *Confirmatione Ansgarii*, apud *Lambecium* l. c. pag. 36, (in priori Editione, pag. 128) & *Lindenbrogium* p. m. 127: *Rex Karulus, tempore Prædeceſſorum Noſtrorum, divino afflatus Spiritu, Gentem Saxonum ſacro cultui ſubdidit, jugumque Chriſti, quod ſuave ac leve eſt, ad usque terminos Danorum, ſive Sclavorum, corda ferocia ferro perdomans, docuit, ultimamque Regni ipſius, partem trans Albiam, inter mortifera Paganorum pericula conſtitutam, videlicet ne ad ritum relaberetur Gentilium, vel etiam, quia lucrandis adhuc Gentibus aptiſſima videbatur, proprio Epiſcopali vigore, fundare decreverat. Sed quia mors effectum prohibuerat, ſuccedente Ejus Præcellentiſſimo filio, Hlodewico, Imperatore Auguſto, pium ſtudium ſacri Genitoris ſui efficaciter implevit. - - - - Nos igitur omnem ibi Deo dignam ſtatutam providentiam cognoſcentes, instructi etiam præſentia Fratris Filiique Noſtri, Anſcharii, primi Nordalbingorum Archi-Epiſcopi, per manus Drogonis, Metenſis Epiſcopi, conſecrati, ſanctum ſtudium Magnorum Imperatorum, tam præſenti auctoritate, quàm etiam Pallii donatione, more Prædeceſſorum Noſtrorum, roborare decrevimus - - - - ipſumque Filium Noſtrum, jam dictum Anſcharium, & ſucceſſores ejus, Legatos in omnibus circumquaque Gentibus: Danorum, Sueonum, Nortwehorum, Farriæ, Gronlandon, Halſingolandan, Islandan, Scridevindum, Slavorum, nec non omnium Septentrionalium & Orientalium Nationum, quocunque modo nominatarum, delegamus &c. - - - - ipſamque Sedem Nordalbingorum, Hammaborch dictam, in honore S. Salvatoris, Ejusque intemeratæ Genitricis, Mariæ, conſecratam, Archi-Epiſcopalem eſſe decernimus &c.* Nec aliter *Leo IV*, in confirmatione ejusdem Archi-Epiſcopatus, de an. 849, apud *Maderum*, l. c. pag. 187 &c. *Lindenbrogium* l. c. pag. m. 127, & *Lambecium*, in *Chronologia & Auctario Libri I, Rerum Hamburgenſium*, ad h. a. pag. m. 110; *Nicolaus I*, in Confirmatione Eccleſiæ *Rameſloënſis*, de an. 861, apud *Lindenbrogium* l. c. pag. 128 &c. *Maderum* l. c. pag. m. 189; & *Lambecium*, lib. 1. *Orig. Hamburg.* pag. 37, &, in veteri Editione, 131; *S. Rimbertus*, in vita *S. Anſcharii*, cap. XI, apud *Lambecium* l. c. pag. 58; in veteri Edit. pag. 185; *Gualdo*, Corbejenſis Monachus, in vita ejusdem Sancti, cap. 28, apud *Lambecium* l. c. pag 94 & 95; & in priori Edit. pag. 269; Auctor Vitæ *S. Remberti*, Bremenſis, cap. 1, apud *Surium*, 4 Febr. pag. m. 42 & 43; *Adamus Bremenſis*, lib. 1. *Hiſt. Eccleſ.* cap. 17; *Helmoldus*, lib. 1, *Chron. Slavor.* cap. 4, §. 1, p. m. 17 & 18; *Albertus Stadenſis*, ad an. 833; Auctor *Chronici Slavici*, apud *Lindenbrogium*, de *Script. Septentr.* cap. 4, p. m. 190; aliique multi. De tempore vero fundati *Archi-Epiſcopatus Hamburgenſis*, non una ſententia. In antiquiſſima Editione *Adami Bremenſis*, quæ an. 1579, cura *Andreæ Severini Velleji*, Hafniæ prodiit, lib. 1, c. 17, legitur: *Imperator* (Ludovicus Pius) *cum Magnatibus, S. Ansgario, de ſalute Gentium, congratulatus, ingentes Chriſto gratias perſolverunt. Habito igitur Generali ſacerdotum conſilio, pius Cæſar, votum Parentis implere cupiens, Hammaburg, Civitatem Tranſalbinorum, Metropolim ſtatuit omnibus Barbaris Nationibus, Danorum, Sueonum, itemque Slavorum, & aliis conjacentibus in circuitu Populis. Eique Cathedræ Primum Archi-Epiſcopum ordinari fecit Ansgarium. Hoc factum eſt Anno Domini DCCCXXXII, qui eſt Ludovici Imperatoris XVIII &c.* Unde ſua hauſere *Baronius*, Tom. XI. *Annal.* ad an. 832, §. 7, p. m. 865 & 866; & *Sethus Calviſius*, in *Magno Opere Chronologico*, an. eod. Annum ſequentem, 833, præ ſe ferunt: *Adamus Bremenſis*, lib. 1, cap. 17, Editionis *Maderianæ*, Helmſtadii an. 1670 procuſæ, p. 18, nec non *Lindenbrogianæ*, 1706, p. m. 6, ubi, in fine adductorum ejus verborum: *Hoc factum eſt, Anno Domini DCCCXXXIII &c. Albertus Stadenſis*, h. a. p. m. 89; & *Albertus Crantzius*, lib. 1. *Metrop.* cap. 20; Alii, auctoritate citati Diplomatis Imperialis, procurrunt in annum 834. Omnibus contradicens *Lambecius*, in laudata *Chronologia & Auctario Libri I Rerum Hamburg.* ad an. 831, pag. m. 102 &c. refert fundationem iſtam in annum 831, quod (1) *Ludovicus Pius* in Diplomate ſuo teſtetur, *S. Anſcharium* conſecratum fuiſſe in Generali Conventu totius Imperii, & quidem (2) Anno Imperii ſui XVIII; quæ dicto tempori ad unguem congruant; quandoquidem iſti anno maxima ex parte, à die nempe 28 Januarii, quo *Carolus Magnus* obiit, usque ad finem, reſpondet *Ludovici* Auguſti Annus XVIII; inſuperque an. 831, ſolemnia *Theodonis Villæ* celebrata Comitia, quorum præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. p. 82, memini; poſt hac ſecutæ, anno 832 & 833, graviſſimæ turbæ, quibus flagrantibus, Cæſarem à filiis ſolio deturbatum, ibidem, ad an. 833, commemoravi; quare nec mirum, Confirmationis Diploma demum anno 834 promulgatum. De conjunctione *Bremenſis & Hamburgenſis* Eccleſiarum, evolvendum *Nicolai I*, P. R. diploma, datum *pridie Cal. Junii, Imperante Domino Piiſſimo Auguſto, Ludovico, à Deo coronato Magno Imperatore, Anno Quinto decimo, Indictione XII*, apud *Crantzium*, lib. 1. *Metropol.* cap. 38 & 39, p. m. 26, ad 28; *Maderum* l. c. pag. 194 &c. *Philippum Cæſarem*, in Appendice *Tri-Apoſtolatus Septentrionis*, p. 182, & *Lambecium*, in *Chronol. & Auctario lib. 1. Rer. Hamburg.* ad an. 858, pag. m. 112, ubi, inter alia: *Quia Ludovicus*, (Germanicus) *Sublimiſſimus*

Rex,

Digitized by Google

Rex, per Salomonem, Venerabilem Epiſcopum Civitatis Conſtantiæ, noſtro ſtuduit Apoſtolatui intimare, quod, pia memoria, Ludovicus Imperator, Genitor ſuus, quendam Monachum, nomine Anſcharium, de Monaſterio Corbeja tuliſſet, & collocaſſet eum juxta Albiam fluvium, in confinibus Danorum & Sclavorum, ſive Saxonum, in Caſtello Hammaburg, inter duos Epiſcopatus, Bremen & Verde, de quibus tollens Eccleſias & decimas, ad ſuſtentationem provehendi jam fati Epiſcopi, Clericorumque ejus, condonaſſet, in prædicto loco, annuente, ac ſolemnia Sedis Apoſtolicæ privilegia præbente, Prædeceſſore Noſtro, b. m. Papa Gregorio: cujus etiam auctoritate, in ſupradicto Nordalbingorum Populo, Sedes conſtituta eſt Archi-Epiſcopalis, in Caſtello ſuperius memorato, Hammaburg; & in eadem quoque Sede Archi-Epiſcopus, accepta à Sede Apoſtolica Pallio, primus eſt ordinatus Ansgarius - - - . Unde Nos veſtigia tanti Pontificis & Prædeceſſoris Noſtri ſequentes Gregorii - - - jam dictum Ansgarium, Legatum in omnibus circumquaque Gentibus, Sueonum, ſive Danorum, necnon etiam Slavorum, vel in cæteris, ubicunque illis in partibus, conſtitutis, divina Pietas oſtium aperuerit, publicam evangelizandi tribuimus auctoritatem, ipſamque Sedem Nordalbingorum, Hammaburg dictam, in honorem S. Salvatoris, ſanctæque Ejus intemeratæ Genitricis, ſemper Virginis Mariæ, conſecratam Archi-Epiſcopalem deinceps eſſe decernimus - - - - Verum, quia Karolus (Calvus) Rex, frater ſæpe dicti Regis Ludovici, (Germanici) poſt diſceſſum Imperatoris Patris ſui, p. m. Ludovici, abſtulit à præfato loco, qui dicitur Hammaburg, Monaſterium, quod appellatur Turbolt, utpote quod, poſt partitionem inter Fratres ſuos, in Regno ſuo conjacere videbatur, ſitum in Occidentali Francia, quod illic Genitor ſuus, ad ſupplementum & victum, Epiſcopo & Clericis ejus, dederat; cœpere, ſicut fertur, omnes Miniſtri Altaris recedere, deficientibus quippe neceſſariis ſumtibus, at ipſis recenſerunt Gentibus, & eadem ad Gentes Legatio, per hujusmodi factum, defecit, ipſaque Metropolis Hammaburg pene deſerta facta eſt. Igitur dum hæc agerentur, mortuus eſt Bremenſis Epiſcopus, (Leudericus) quæ huic contigua eſſe dicitur: cumque ſæpe dictus Rex, & hanc Diœceſin vacantem, & illam novellam inſtitutionem deficientem, inſuper & utramque hanc Eccleſiam, Dei permittente occulto judicio, per Barbarorum ſævitiam, admodum attenuatam, quærere cœpit, qualiter prædicta Bremenſis Eccleſia prædictæ quoque novellæ Archi-Epiſcopali uniretur, ac ſubderetur Sedi, noſtro hoc votum roborante Decreto - - - - Quamobrem, Omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolicorum, Petri ac Pauli, & hoc noſtro decreto, decernimus, ſecundum Reverendiſſimi Ludovici votum, ipſas prædictas Diœceſes, Hammaburgenſem & Bremenſem ſcilicet, non deinceps duas, ſed unam eſſe, & vocari, ſubdique Sedi, quæ Prædeceſſoris noſtri decreto, Archi-Epiſcopali eſt munere ſublimata, reſtituta duntaxat, de Bremenſis Eccleſiæ rebus, Epiſcopatui Verdenſi, parte inde ante ablata. - - - - Nullus vero Archi-Epiſcopus Colonienſis ullam ſibi deinceps in eadem Diœceſi vindicet poteſtatem. Quin imò & ipſis & omnibus omnino ſuademus veræ Religionis cultoribus, ut ſacra hac Legatione fungentibus adjutorio & ſolatio ſint - - - - Et quia Te, chariſſime Fili, Ansgari, divina Clementia nova in Sede primum diſpoſuit eſſe Archi-Epiſcopum, Noſque Pallium Tibi, ad Miſſarum ſolemnia celebranda, tribuimus &c. Quæ S. Rembertus, in vita S. Anſcharii, cap. 20, pag. m. 65 & 66, & Gualdo l. c. cap. 48, repetunt. De tempore, quo conjunctio hæc contigerit, nova quæſtio eſt. Bulla Papalis, Indictionem XII, complectitur, ſimulque annum XV Imperii Ludovici 2; quæ tamen ſibi contrariantur: illa enim reſpondet anno Chriſti 864; & annus decimus quintus Imperii Ludovici 2, an. 870, qui fuit tertius Hadriani 2, mortuo an. 867, Nicolao I ſurrogati. Adamus Bremenſis, Edit. Mader. lib. 1, cap. XXIV, pag. 23, eundem annum 864, innuere videtur, verb: Anno Luthewici Secundi Nono (ergo 864) Dn. Ansgarium, ab Aldrico Clerico, & Comite Regenbaldo, Legatis Cæſaris, ductum in Epiſcopatum (Bremenſem) Scriptum Libro III (Donationum,) cap. 20. &c. & rurſus l. c. cap. XXVII, p. 24 & 25: Bremenſem ac Hammaburgenſem Epiſcopatum Apoſtolica auctoritate copulari, & pro uno ſanxit haberi. (Nicolaus I) Cujus rei privilegia diligenter adhuc in Bremenſi conſervantur Eccleſia. In quibus etiam additum eſt, quod idem Papa Nicolaus, tam ipſum Ansgarium, quam Succeſſores ejus, Legatos & Vicarios Apoſtolicæ Sedis conſtituit, in omnibus Gentibus Danorum, Sueonum atque Sclavorum; quod & antea Gregorius Papa conceſſit. Igitur Bremenſis atque Hammaburgenſis Parochiæ coadunatio facta eſt, ultimo S. Ansgarii tempore. Vita ejus annum non ponit; Præceptum autem Regis (Ludovici Germanici) ponit Annum Regni XXI, (ergo, à Nato Salvatore, 864; regnare enim cœpit an. 843, facta diviſione Verodunenſi,) Privilegium Papæ notat Annum Domini DCCCLIIX. qui eſt ab ordinatione Archi-Epiſcopi XXIIX. In noviſſima Editione Adami, Codicis Lindenbrogiani, de an. 1706, pag. 9; perperam, pro Anno Domini DCCC LIIX, legitur DCCCLII; annum 858, propugnat poſt Baronium, Tom. X Annal. h. a. §. 16, pag. 145, Lambecius, in Chronologia l. c. ad h. a. pag. 112; in præſidium ſententiæ afferens, pro anno Ludovici 2 XV, legendum

eſſe,

Digitized by Google

eſſe III; & pro *Indictione XII, Indict. IV:* cur non VI? quæ an. 858 deſignat. Supradictus Auctor de *Fundatione quarundam Eccleſiarum Saxoniæ*, apud *Maderum*, de *Antiq. Brunſ.* p. 161 & Dn. *Leibnitium*, T. 1. *Rer. Brunſ.* pag. 260, de *Carolo Magno*, ait: *Anno Domini* 811, *decimum* (Epiſcopatum) *in Hammonis, quod eſt Jovis caſtrum, quod olim Hochburch, nunc vero Hamburch dicitur, fundavit, in honorem Virginis Glorioſæ. Qui poſtea, tempore Anſcharii Epiſcopi, Bremenſi conjunctus, Archi-Epiſcopatus factus eſt, Anno Domini* 836. *Et ſic B. Anſcharius primus fuit Archi-Epiſcopus Bremenſis, & ultimus Hamburgenſis &c.* Eundem annum retinet *Chronicon Mindenſe Meibomii* Tom. 1 *Rer. German.* p. 554. *Decimam* (Eccleſiam) *Hammonis, quæ & Jovis caſtrum, & Hamborg, dicitur, An. Chriſti* 798, *fundabit*, (Carolus Magnus) *in honorem B. Mariæ Virginis. Iſta Eccleſia fuit omnium Aquilonarium partium Metropolis, quæ tandem, tempore B. Anſcharii, Bremenſi Eccleſiæ conjuncta eſt, & Archi-Epiſcopatus factus, Brema appellatus eſt, Anno Domini* 836. *Et ſic B. Anſcharius fuit Primus Archi-Epiſcopus Bremenſis, & ultimus Epiſcopus Hamburgenſis &c.* Quæ omnino falſa; tunc enim Archi-Epiſcopatus *Hamburgenſis* vix erat erectus; cum tamen *Adamus* loc. cit. teſtetur, coadunationem dictarum Eccleſiarum demum *ultimo S. Ansgarii tempore* factam; quem, ann. 865, defunctum, auctoritate ipſius *S. Remperti*, in vita *S. Anſcharii* cap. 33, pag. m. 77, *trigeſimo quarto Epiſcopatus anno*, gravi corporis morbo Eum laborare cœpiſſe, ex quo ad plures tranſierit, narrantis probari poteſt, quippe qui Annus, facto ab anno 831, qui Archi-Epiſcopatus primordia inſcribit, initio, anno 865 apprimè convenit; quem etiam *Adamus* l. c. cap. XXXI. p. 27; *Albertus Stadenſis* ad an. 865, pag. 93; *Wolterus* l. c. p. 25; Chronicon *Archi-Epiſcoporum Bremenſium Lindenbrogii*, in Vita ejus, p. m. 71; *Lambecius* l. c. pag. m. 115, aliique multi, hoc titulo, proferunt. Minimum, certum eſt, *Colonienſem* Archi-Epiſcopum conjunctioni huic fortiter ſe oppoſuiſſe, quod *Bremenſis* Eccleſia ſibi eſſet *ſuffraganea*; obtinuiſſe etiam *Hermannum* Colonienſem, ut an. 895, in *Triburienſi* Concilio, dicta Eccleſia *Adalgario Hamburgenſi* adjudicaretur, ſibique *ſuffraganea* reſtitueretur, *Formoſo* Papa cuncta habente rata, cujus Diploma, ex *Philippi Cæſaris* Appendice *Tri-Apoſtolatus Septentrionis*, *Lambecius*, *Chronologiæ* ſuæ & *Auctario Lib* 1 *Rer. Hamburg.* ad h. a. pag. m. 120, inſeruit. *Hogerus* tamen Hamburgenſis, à *Sergio III*. P. R. an. 911, in integrum noſcitur reſtitutus. Vid. *Lambecius* l. c. ad h. a. pag. 114. Errant, qui ex præfata coadunatione Præſules, *Archi-Epiſcopos Bremenſes* ſe ſcripſiſſe jactitant; cum, Diplomatum Cæſareorum, Bullarumque Papalium, fidelium, fide, conſtet, ad *Ottonum* tempora usque, Archi-Epiſcopos, non niſi *Hamburgenſes* vocatos. *Adaldagus*, ab *Ottone* 2, in diplomate an. 983, ut & ab *Ottone III*. an. 988, primus *Venerabilis Bremenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus*, compellatur, apud *Lindenbrogium* l. c. pag. 133 & 134, toties in aliis, *Sanctæ Hammaburgenſis Eccleſiæ Venerabilis Archi-Epiſcopus* dictus, vid. ibid. pag. 130 ad 132. Succeſſor Ejus, ſub eadem veteri appellatione, in diplomate *Henrici Sancti*, an. 1003, inclareſcit, l. c. pag. 135, ibi: *Vir Venerabilis, Liebizo, S. Hammaburgenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus &c.* nec non hujus ſucceſſor, in ejusdem Cæſaris Diplomate, de an. 1014, l. c. pag. 136, ubi: *Vir Venerabilis Unwo, Hammaburgenſis Eccleſiæ Archi-Præſul &c. Conradus Salicus* promiſcue *Becelinum*, in Dipl. an. 1035, *S. Bremenſis Eccleſiæ Archi Epiſcopum*, & an. 1038, *Venerabilem Hammaburgenſem Archi-Præſulem*, nuncupavit; vid. l. c. pag. 137. *Henricus III*, in Dipl. an. 1040, eidem titulum poſteriorem impertivit, l. c. pag. 138; Succeſſor vero *Becelini*, Privilegium de Fundatione *Gozenſis* Monaſterii, an. 1053, ſic orditur: *Ego, Albertus, S. Bremenſis Eccleſiæ Metropolitanæ Archi-Epiſcopus &c.* aſt in Fundatione Cœnobii *Raſtandenſis*, an. 1059, tali titulo uſus eſt: *Adelbertus, Sanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedis Legatus, nec non univerſarum Orientalium ac Septentrionalium Nationum Archi-Epiſcopus, Hammaburgenſis quoque Eccleſiæ Proviſor indignus &c.* Vid. l. c. pag. 139; & in alia charta, an. 1068, tali: *Adalbertus, Almæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Vicarius Papæ, nec non omnium ſeptentrionalium Nationum Archi-Epiſcopus, Sanctæ quoque Hammaburgenſis Eccleſiæ Proviſor indignus &c.* In tribus Diplomatibus *Henrici IV*, an. 1062, & in alio an. 1064, ſemper celebratur *Adalbertus*, *S. Hamaburgenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus &c.* Vid. l. c. pag. 140, ad 142. Eodem autem anno, quo Præſul hic deceſſit, id eſt, 1072, Urbe *Hamburgo* incenſa, &, *Adamo Bremenſi* teſte, lib. 4, cap. 31, pag. 128, bis à Paganis vaſtata, *Liemarus*, qui eum excepit, continuo *Bremenſem Archi-Epiſcopum* ſe ſcripſit; fidem facientibus documentis ann. 1088, apud *Lindenbrogium* l. c. pag. 146 & 147. Succeſſori ejus, *Friderico*, prior titulus iterum arriſit; vid. Privilegium ejus de *Hollandis*, an. 1106, l. c. pag. 148. *Fridericus D. G. Hammaburgenſis Eccleſiæ Antiſtes &c.* & aliud, an. 1110, l. c. pag. 140; pariter & hujus ſucceſſori, *Adalberoni*, in chartis ann. 1136, 1141, 1142, 1143, & 1144, l. c. pag. 151 ad 154; & an.

an. 1146, pag. 156; add. Reſcripta *Innocentii* 2 P. R. & Diploma *Lotharii* Imp. l. c. pag. 149 & 150, Succeſſor Ejus *Hartwicus*, in deſcriptione Paludis, infra *Oldene*, *Berne* & *Horſebe*, ſitæ, utrumque adhibuit, an. 1149, charta ſic inchoans: *Ego Hartwicus*, *Deo donante*, *Bremenſis*, *ſeu Hammaburgenſis*, *Archi-Epiſcopus &c.* vid. l. c. pag. 157. Hujus, vel certe *Baldewini*, an. 1169 in locum ejus ſuffecti, tempore, *lis primum inter Canonicos Hamburgenſes*, *& Bremenſes*, *ſuper Metropolitana dignitatis jure & honore*, *orta videtur. Nempe Hamburgenſes priſtinam ſibi praecellentiam vendicare annitebantur*, *literas jactantes Summorum Pontificum*, *& Imperatorum diplomata*, *& annorum amplius trecentorum præſcriptionem; tantum etiam abeſſe*, *ut*, *ob crebras direptiones*, *& excidia*, *debito honore Urbs privari potuerit*, *ut eo majori inſuper afficienda fuiſſet*, *quo plus*, *pro Chriſtiana Religionis profeſſione*, *eſſet perpeſſa*: *Bremenſes contra*, *præſenti rerum ſtatui inſiſtentes antiquitatem contemnebant*; *nec rebira*, *ſed titulo tantum tenus*, *poſt primum Hamburgi excidium*, *quod ſub Anſchario contigit*, *Metropolitanam dignitatem penes Hamburgenſes remanſiſſe argumentabantur*, *quod omnes deinceps Archi-Epiſcopi Bremæ habitaſſent*, *Hamburgi autem*, *tantum in tranſitu*, *nonnunquam eſſent commorati.* Hæc *Lambecius*, lib. 1 *Orig. Hamburg.* p. m. 22; de exitu litis, immediate addens: *Et ſane*, *poſt quinquaginta annorum litigium*, *anno demum milleſimo*, *ducenteſimo vigeſimo tertio*, *Eccleſia Hamburgenſis Bremenſi ceſſit*, *eique*, *quam*, *inde à S. Anſcharii temporibus*, *jure obtinuerat prærogativam*, *ſponte tranſmiſit &c.* Ipſam Tranſactionis formulam, in qua, inter alia: *Eccleſia Hamburgenſis recognoſcit titulum*, *& Archi-Epiſcopalem dignitatem*, *apud Eccleſiam Bremenſem remanere &c.* exhibet l. c. ad an. 1123, p. m. 33. Catalogum Archi-Epiſcoporum *Bremenſium*, à *S. Willebado*, usque ad *Henricum* Com. *Schwartzburgicum*, qui an. 1463, Sedem conſcendit, habes in *Henrici Wolteri Chronico Archi-Epiſcopatus Bremenſis*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.* p. 19, ad 82; Eundem ſiſtit *Bucelinus*, part. 1, *Germania Sacræ*, p. 52 & 53, perperam vero obitum *Henrici* hujus, in an. 1463, referens, cui adhuc duos ſubjungit, ſcil. *Johannem Rode*, & *Chriſtophorum* Duc. Brunſ. & Luneb. Quibus *Albertus Crantzius*, in Appendice ad *Metropolim*, totidem annectit: *Georgium* D. Brunſ. & *Henricum*, D. Saxoniæ. Apud *Petrum Bertium* l. c. Eundem offendis, continuatum, in *Johannem Adolphum*, Holſatiæ Ducem, qui Archi-Epiſcopatu ſe abdicabat, quem acceperat, an. 1585; Frater ejus, *Johannes Fridericus*, Archi-Epiſcopus *Bremenſis*, obiit an. 1634; cui ſurrogatur *Fridericus III*, poſtea Rex Daniæ, ſub quo, Archi-Epiſcopatus hic & Epiſcopatus *Verdenſis*, per Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, an. 1648, Art. X, §. 7, in Seculares converſi Ducatum & Principatum, Sueciæ Regibus, & Regno, in perpetuum ac immediatum Imperii Feudum, cum omnibus & ſingulis, ad eos pertinentibus, Eccleſiaſticis & Secularibus bonis ac juribus, traditi ſunt, ceſſante Capitulorum, cæterorumque Collegiorum Eccleſiaſticorum, eligendi & poſtulandi, omnique alio jure, adminiſtratione & gubernatione eo ſpectantium terrarum; ſalvis inſuper domui Holſaticæ, ut & Civitati, Capituloque *Hamburgenſi*, ſuis reſp. Juribus, Privilegiis, libertate, pactis, poſſeſſione, & ſtatu præſenti. De *Suffraganeis* quondam Epiſcopatibus, per Daniam, Sueciam & Norvagiam, ab *Erico III*, Daniæ Rege, ob excommunicationem, à *Liemaro* Archi-Epiſcopo, adverſus ſe temerè decretam, *Londinenſi* Archi-Epiſcopatui, in *Scania* inſtituto, ſubjectis, evolvas *Pauli & Johannis Adolphi*, *Cypræorum*, *Annales Epiſcoporum Sleſuicenſium* cap. 18; Reliquorum: *Lubecenſis*, *Raceburgici*, *Suerinenſis*, *Sleſuicenſis*, *Caminenſis & Lebuſienſis*, excepta *Lubicenſi*, mutata jam eſt conditio; quam ex *Inſtrum. Pac. Weſtphal.* Art. XI, §. 5; Art. XII, §. 1, &c. cognoſces. Conf. *Chytræus*, *Chron. Saxon.* pag. 948; & ſeq. §. 13, lit. tt.

(e) VESONTINUS &c. *Claudium*, ex Illuſtri *Salinenſium* Principum Familia originem ducentem, jam an. 626, à Nato Chriſto, Archi-Epiſcopatum hunc rexiſſe, ex ejus vita, cap. 3, apud *Surium*, 6 Junii, p. m. 107, diſcimus. Utut *Veſontina* Civitas, in Comitatu *Burgundiæ*, quem *Liberum*, vulgo *Franche Comté*, vocant, ſita, libera quondam & Imperialis, ſolemni Cæſareo Diplomate, an. 1651, 15, Maji, Viennæ exarato, eodemque anno, 23 Maji, Electorum, & an. 1654, 13 Febr. omnium Statuum Imperii conſenſu confirmato, Hiſpaniarum Regi, in compenſationem *Franckentalii*, vigore *Inſt. Pac. Weſtphal.* Art. IV, §. 6, Electori Palatino reſtituendi, pleno jure ſit ceſſa; (qua de ceſſione, *Lundorpium*, Tom. VI *Act. Publ.* lib. 4, cap. 148, pag. 621, cap. 161, p. 634; & cap. 164 & 168, pag. 637 ad 644; *Theatr. Europ.* Tom. VII, pag. 6 ad 11; *Gaſtelium*; de *Statu Publico Europæ*, cap. 13, §. 5, pag. 459 &c. & *Limnæum*, Tom. V, *Addit.* ad lib. VII *Jur. Publ.* cap. 6, pag. 103 ad 107, legas,) inſuperque, toto cum Comitatu Burgundico, an. 1674, armis Gallicis obruto, & vigore Art. XI & XII *Noviomagenſis* Pacis, an. 1678, formula teſte apud *Lundorpium*, Tom. X *Act. Publ.* lib. XI, cap. 200, pag. 687; *Theatr. Europ.* Tom. XI, ad an. 1678, pag. 1411; *Diar. Europ.* Tom. XXXVII Contin. in Appendice p. 448 & 449; *Theatr. Pacis*, Tom. 2, pag. 680 &c. victori relicto, in Galliarum Regem tranſcripta; nihilominus tamen retinet Archi-Epiſcopus cognominis priſtina Comitiorum jura, votumque, inter primos Scamni Eccleſiaſtici Principes Imperii, exponit, ſeſſione que fruitur. Prærogativis ejus annumerandum, quod Dn. *Zwelburg*, Part. 2 *Theatri Præcedentiæ*, in

Anno-

Digitized by Google

Annotatis *ad Schema Seſſionis & Ordinis inter Principes Imperii*, Tit. V, p. 134, commemorat: *Der Pabſt hat die Gewohnheit, daß Er, wann ein Ertz-Biſchoff zu Biſantz bey Ihm Audientz hat, und in den Audientz-Saal eintritt, demſelben zu Ehren, ſich von ſeinem Pæbſtlichen Stuhl erhebet, und etwas aufſtehet; und der Kayſer giebt demſelben eben den Titul, und erweiſet ſelbigem eben den Reſpect, welchen ein Ertz-Biſchoff zu Saltzburg von Ihme zu empfangen hat &c.* Conf. Dn. *Zſchackwitzii Einleitung zu dem Teutſchen* Jure Publico, lib. 3, cap. 3, Qu. 15, p. 454. Quæ Dn. *Zweyburgius* l. c. immediatè annectit: *Dieſer Ertz-Biſchoff hat an. 1641, aufm Reichstage, verlanget, daß ſeine abgeſchickte Geſandſchafft auf dem Fuß der Oeſtreichiſchen und Burgundiſchen, tractirt würde, und den Vortritt, vor allen Reichs-Fürſten in Perſohn, erhielte; allein, Er iſt*, per decretum Cæſaris, (d. 21 Sept.) *mit ſeiner* Prætenſion *gantz abgewieſen &c.* Deſumpta ſunt ex Auctore *der Grund-Veſte des H.R.R.* part. 2, cap. 5, p. m. 9, & Dn. *Schwedero, Introd. J. P.* Part. Special. Sect. 1, cap. 10, §. 14, p. m. 397. Hodiernus Epiſcopus eſt: Reverendiſſ. Dn. FRANCISCUS e familia de *Mornay*, qui ab anno 1717. menſ. Sept. ſuæ metropolitanæ ſedi præeſt. vid. Dn. *Koehler.* ad *ImHoffii Notit. S. R. Imp. Proc.* Lib. III. c. 1. §. 8. p. 101. Suffraganeos recenſet Dn. Author, ſeq. §. 13.

(*f*) PRAGENSEM &c. Fundavit Epiſcopatum hunc *Bolesl aus* 2, cogn. *Pius*; Bohemorum Princeps, circa an. 967, *Diethmaro* cuidam, Magdeburgenſi Monacho, eum commendans, juſſu *Ottonis Magni* Imp. ab *Hattone*, Moguntino Præſule, conſecrato. Vid. *Coſmæ Pragenſis*, *Chronicon Bohemicum*, in Codice *Rerum Bohemicarum Freheri*, p. m. 11 & 123 ubi ſimul *Johannis XIII*, P. R. literæ, quibus id poteſtatis ei conceſſum. *Æneæ Sylvii*, *Hiſt. Bohem.* cap. 16, p. m. 130; *Dubravii Hiſt. Bohem.* lib. 6, p. m. 38. Conf. ſeq. §. 22, lit. c, ſub *Ottone Magno.* Auctore *Carolo IV* Imp. Eccleſiam hanc *Metropolitanam* evaſiſſe, ex *Ænea* l. c. cap. 33, p. 139, diſcimus, ubi: *Eccleſiam Pragenſem ad Metropoliticum decus erexit*, (Imperator noſter) *cum antea Maguntino Pontifici ſubjecta eſſet &c.* Conf. Ejusdem *Germania*, cap. 31, apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.* p. 234; *Dubravius* l. c. lib. 22, pag. 179: *Epiſcopum Pragenſem, nomine Arneſtum, in contumeliam Metropolitis Moguntini, qui Carolo adverſas partes foverat, Archi-Epiſcopum à Clemente* (VI) *Romano Pontifice, creari - - - procuravit &c.* Add. Dn. *ImHoff. Notit. Proc.* lib. 3, cap. 1, §. 3, p. m. 57: *Novum Archi-Epiſcopum titulis: Legati Nati, & S. R. J. Principis, exornavit; quo jure Legationis non modo Regni Bohemiæ, Moraviæ, Sileſiæ, Luſatiæ, ſed etiam Miſniæ & Saxoniæ ſeptem Epiſcopatus illi ſubjectos fuiſſe, Balbinus* (Miſcell. R. Bohem. lib. 7, Sect. 2, cap. 2) *refert. Hac vero ætate duos tantum Suffraganeos habet, ab Imperatore Ferdinando 2, in Bohemia, excitatos, videlicet: Litomericenſem - - - & Reginohardecenſem.* Conf. *Europ. Heroldt*, Tom. 2, pag. 460 &c. Antiſtites hos ad ætatem usque *Friderici* 2 Imp. ad Comitia Imperii fuiſſe vocatos, demoſtravit *Goldaſtus*, lib. 5 de *Regno Bohemiæ*.

(*g*) RIGENSEM &c. Archi-Epiſcopum hunc, una cum quatuor Suffraganeis Epiſcopis: *Revalienſi, Dorpatenſi, Oſilienſi & Curonienſi*, ſeu, (ut *Bruſchius*, de *Epiſcopis Germaniæ*, cap. 1, pag. 3, legit,) *Curienſi*, Sec. XIII, in Claſſe Germaniæ Epiſcoporum, Principumque Imperii, locum & ſeſſionem obtinuiſſe, Annalium fide conſtat. Facit huc Legati Suecici *Informatio circa Livoniam*, in Tractat. *Olivienſi*, an. 1660, prodita, apud *Lundorpium*, Tom. VIII. *Act. Publ.* lib. IX, cap. 1, §. XI, p. 657, ubi: *Germani, circa an.* 1160, *formam certi Regiminis ibi* (in Livonia) *conſtituerunt, exſtructis Urbibus & Caſtellis. Et quidem evocati ſunt, è Collegio Canonicorum Bremenſium, Præſules & Epiſcopi: primum Menardus; deinde Bartholdus; & poſtmodum Albertus, ad ſacra Chriſtiana ibi propaganda; quorum Albertus omnem Livoniam ſubegit, &, condita à ſe Urbe Rigæ, circa an. 1200, illam ſibi Sedem elegit. Subegit autem eam Gentem Albertus, ope Enſiferorum, ſive Ordinis Fratrum Militiæ Chriſti, & Mariani Cruciferorum, in quem Magiſter Livoniæ paulo poſt cooptatus, certis autem Legibus Magiſtro Pruſſico ſubjectus fuit. Quæ omnia, cum à Cæſaribus, publica auctoritate, confirmata eſſent, Livonia inde, atque in primis à Seculo XIII, ſucceſſive in Provinciam Imperii Germaniæ recepta eſt. Et primo quidem Archi-Epiſcopus Rigenſis, & Epiſcopi Revalienſis, Dorpatenſis Oſilienſis & Curonienſis, in numerum Epiſcoporum Germaniæ adſcici. Tandem etiam Magiſter Ordinis, cum libertatem à ſubjectione Pruſſica redemiſſet, an.* 1513, *in Claſſem Principum relatus eſt &c.* Certè R. J. *Spirenſ.* de an. 1529, §. 45, ſubſcripſit: *Von wegen des Ertz-Biſchoffen zu Riga, Doctor Matthias Unverfordt; auch von wegen der Biſchoffen: Torbat, Oeſel, Churland und Revel &c.* Pariter & *R. J. Auguſtan.* an. 1530, §. 145: *Von wegen des Ertz-Biſchoffen zu Riga, Anthonius Morgenſtern, Secretarius &c.* Hinc *Mameranus*, Lucemburgus, de *Inveſtitura Mauritii El. Saxon. facta Auguſtæ*, an. 1548, 24 *Febr. ſedendique in publicis hujusmodi celebritatibus, Principum Imperii ordine*, apud *Schardium*, Tom. 2 *Rer. German.* p. 513: *A dextris Cæſaris, aut Regis Romanorum, ſedent: Elector Moguntinus; Rex Bohemiæ; Elector Palatinus; Archi-Dux Auſtriæ; Archi-Epiſcopus Salisburgenſis; Archi-Epiſcopus Bremenſis; Archi-Epiſcopus Rigenſis; Archi-Epiſcopus Biſunti-*

nus &c. Add. *Lampadius*, de *Republ. Rom. German.* part. 3, cap. 6, §. 4, p. 66, ibique *Conringius* in *Annotatis*, p. m. 211; *Stephani*, de *Jurisdict.* lib. 2, cap. VII, §. 46; *Beſoldus*, voc. *Ertz-Biſchoff*, pag. m. 242. In præſidium dictorum, proſtant Literæ Inveſtiturarum *Henrici*, Romanorum Regis, an. 1224, *Hermanno*, *Dorpatenſium* primo, & an. 1226, *Alberto*, tertio *Livonorum*, Epiſcopis, conceſſæ, in quibus hæ phraſes occurrunt, in prioribus quidem: *Ad petitionem dilecti Fidelis Noſtri, Hermanni, Venerabilis Torpatenſis Epiſcopi, Marchiam unam, per totum Ejus Epiſcopatum per has videlicet Provincias: Ugenois, Waigel, Soboliz, Saccale, Moeke, Alumbus, Nurmegunde, conſtituimus, & eundem Ei Principatum, jure aliorum Principum conceſſimus; dantes Ei auctoritatem monetam faciendi, ac fundandi Civitatem, in Tarbato, & in aliis locis, in quibus eas fieri oportet &c.* & brevi poſt: *Nos Ipſum, tanquam Dilectum Imperii Principem, ſincere diligimus &c.* & in poſterioribus *Ad petitionem Alberti, Venerabilis Livonienſis Epiſcopi, Marchiam unam, per totum Ejus Epiſcopatum, per Livoniam videlicet, & Lettiam, Leale, & Terras maritimas, inſtituimus, & eundem Ipſi Principatum, jure aliorum Principum, munificentia Regali, conceſſimus; dantes Ei poteſtatem faciendi monetam, & fundandi Civitatem in Riga, & in locis aliis, in quibus eas fieri oportuit - - - - Ipſum, tanquam Dilectum Principem Imperii, ſincere diligimus &c.* Vid. *Lundorpius* l. c. pag. 658. Subſtitit ita res, ad annum usque 1555, quo orto, inter *Wilhelmum Rigenſem* Archi-Epiſcopum & Brandenburgenſium Marchionum ſanguine, Patre *Friderico*, an. 1498, & Matre *Sophia*, *Caſimiri IV*, Poloniarum Regis, filia, natum, atque *Henricum* à *Galen*, Ordinis Magiſtrum, hujusque Coadjutorem, *Wilhelmum Fürſtenbergium*; *Hermannum* Dorbatenſem, *Johannem à Münchhauſen* Oſilienſem & Curenſem, Epiſcopos, cæterosque Livoniæ Status, civili bello, quod laudatus Archi-Epiſcopus, inſcio Collegio, & Conſiliariis ac Nobilitate Diœceſis, *Chriſtophorum*, Megapolitanum Ducem, utut à *Carolo V*, Imp. Daniæ, Poloniæque Regibus, & plerisque Imperii Electoribus & Statibus, commendatum, contra *Wolmarienſe* Decretum, de an. 1546, vetans extraneos Principes, ſine Ordinum conſenſu, in Livoniam vocari, multo minus in Coadjutores adoptari, Coadjutorem ſibi adjunxerit; accedente ſimultate inter *Caſparum* à *Münſter*, Ordinis Mareſchallum & dictum *Wilhelmum Fürſtenbergium*, ob Coadjutoratum Magiſterii, quem, in poſteriorem delatum, prior jure majori ſe prætendere poſſe jactabat, propterea communem cauſam cum Archi-Epiſcopi, *Wilhelmi*, Factione, contra Ordinem, faciens; *Johannes Baſilidis*, Magnus Moſchorum Dux, magnam *Livoniæ* partem ſub jugum rapiebat; contra cujus armorum torrentem, cum fruſtra ab Imperio auxilia Livoni flagitaſſent, detulit *Carolus V*, Imp. an. 1556, univerſæ Provinciæ protectionem Regibus Regnoque Sueciæ; à quo tempore *Revalia*, *Paaies*, *Borckholm*, ac deinceps tota *Eſthonia*, juramento fidelitatis, Magiſtro Livoniæ præſtito, renunciantes, *Erico XIV*, Regi Sueciæ, an. 1561, 4. Junii, ſponte ſe ſubjecerunt. Reliqua pars Livoniæ, quæ ad *Magiſterium*, & Archi-Epiſcopatum *Rigenſem*, ſpectabat, primum an. 1559, *Sigismundi Auguſti*, Poloniarum Regis, clientelæ ſe commiſit, ſalvo tamen Imperii Romano-Germanici jure, oblatis, in compenſandos belli ſumptus, novem arcibus cum Præfecturis. Rege autem plenariam deditionem urgente, *Rigenſis* quoque Præſul, *Wilhelmus*, & novus Ordinis Magiſter, *Gothardus Kettler*, penitus ſe Polonis, an. 1561, 28 Novemb. ſubmiſere, quorum poſterior in remunerationem, pro ſe, & Poſteris, *Dux Curlandiæ*, & *Semigalliæ*, creatus, Directo Dominio penes Reges Poloniæ manſuro; homagio an. 1562, 5 Mart. à Subditis ipſi præſtito; & Archi-Epiſcopo *Wilhelmo*, an. 1563, 4 Febr. extincto, cum quo ſimul *Rigenſium Archi-Epiſcoporum* nomen & dignitas evanuerunt. Vid. *Tilmannus Bredenbachius*, de *Bello Magni Ducis Moſchoviæ, contra Livones*, apud *Freherum*, Cod. *Rerum Moſcoviticarum*, p. m. 212, &c. *Paulus Oderbornius*, in Vita *Johannis Baſilidis*, Moſchorum Magni Ducis, lib. 2, apud *Freherum*, loc. cit. p. m. 275, &c. *Reinhardus Heidenſteinius*, de *Bello Moſcowitico*, lib. 6, ibid. p. 421 &c. *Salomon Neugebauer*, lib. VIII. *Hiſt. Polon.* P. *Bertius*, Lib. 3. Commentar. *Rer. German.* cap. 6, voc. *Riga*, p. 239 &c. *Thuanus*, lib. 22. *Hiſtor.* ad an. 1559, p. m. 612 &c. Author *deſcriptionis Livoniæ*, in Faſciculo *Rerum Polonicarum*, qui, ex Officina *Elzeviriana*, an. 1648, Lugduni Batavorum, prodiit. p. 343 &c. *David Chytræus*, lib. 1. *Saxon.* pag. 17 ad 21; lib. 18, p. 484 & 485; Lib. 19, pag. 495, 497 & 498; Lib. 20, pag. 519, & 528, 529, ubi ipſa Conventionis formula, qua Livoni, an. 1561, 28 Novemb. Polonis ſe dederunt, ad 535 usque. *Zeileri*, *Topograph. Livoniæ*, pag. 4 &c. *Micrælius*, *Syntagm. Hiſtor.* lib. 3, Sect. 6, p. m. 402; Præfata *Informatio* Suecici Legati *circa Livoniam*, de an. 1660, apud *Lundorpium* l. c. pag. 657 & 658; Reſponſio Suecia, *ad Juſtas Vindicias, & Summam Armorum Juſtitiam, ex parte S. R. M. Poloniarum, contra Sereniſſimum Regem & Coronam Sueciæ*, de an. 1700, in Faſciculo Tertio *Actorum Publicorum Livonicorum*, §. 37 ad 44, p. 52 ad 57; & inter documenta, Lit. N. pag. 130; Lit. O, qua, à pag. 131, ad 133, continentur ſubjectionis tabulæ, quibus *Revalienſes*

cum,

Digitized by Google

cum diſtrictibus *Harrico*, *Wierlandico*, & *Jervico* Suecorum Regi, *Erico XIV*, an. 1561, 4 Junii, ſubditos ſe addixerunt, *Erico* Rege, ſub dato *Norcopiæ*, d. 1. Auguſti, 1561, cuncta habente rata, cujus Confirmatio, ibidem, p. 134, *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 2, cap. 29, §. 34 ad 37, pag. 493 &c. Dn. *Schurtzfleiſch*, in *Lineamentis Sarmaticis*, an. 1670, 1. Oct. publicè ventilatis, Reſp. *Joh. Chriſtoph. Alberti*, θ. XIV, p. 11, & Diſſ. de *Ordine Enſiferorum*, an. 1685, Reſp. *Andrea Hornung*, Revalia-Livono, habita, §. 9, p. 14, & §. 11 & 12, p. 17 ad 20; nec non in *Characteribus eventorum* an. eod. Reſp. *Axelio Dæninger*, Lemſal-Livono, defenſis; in fine, p. 20, *Gaſtelius*, *de Statu Publico Europæ*, cap. 13, §. 6 & 7, p. 461; Dn. *ImHoff*, *Notit. Procer. Imper.* lib. 3. cap. 1, §. 4, p. m. 58. Catalogum Archi-Epiſcoporum *Rigenſium*, ſiſtit *Chytræus*, l. c. Lib. 1, p. 17 ad 19.

(*b*) PATRIARCHIS &c. *Primates*, ſeu *Patriarchas*, & *Archi-Epiſcopos*, ſynonyma ab initio fuiſſe, præc. lit. b, pag. monui. Hic ſumitur *Patriarchæ* vocabulum in ſenſu ſublimiori, quatenus *Archi-Epiſcopi* inferiores cenſendi; quo de diſcrimine, hæc *Anicetus* Papa, ad Epiſcopos Galliæ, apud *Gratianum*, Diſt. 99, cap. 2, *Nulli: Nulli Archi-Epiſcopi Primates vocentur, niſi illi, qui primas tenent Civitates, quarum Epiſcopos Apoſtoli, & ſucceſſores Apoſtolorum, regulariter Patriarchas & Primates eſſe conſtituerunt. Niſi aliqua Gens deinceps ad fidem convertatur, cui neceſſe ſit, propter multitudinem eorum, Primatem conſtitui. Reliqui vero, qui alias Metropolitanas Sedes adepti ſunt, non Primates, ſed Metropolitani, nominentur.* Primis temporibus, tres ſaltem fuere, ſcil. *Romanus*, *Alexandrinus & Antiochenus:* quorum quilibet αὐτοκέφαλος, & independens, in ſua fuit diœceſi; *Nicæni* Concilii Oecumenici, de an. 325, Canone VI, cautum: *Antiqua conſuetudo ſervetur, per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, ita, ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quia & Urbis Romæ Epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam, cæteraſque Provincias, ſuis privilegia ſerventur Eccleſiis &c.* Vid. *Friderici Spanhemii* Diſſ. Hiſtorica, *ad Canonem VI, Concilii Nicæni, de Æqualitate & Juribus Veterum Metropoleon &c.* Add. *Beveregius*, in Annotat. ad *Canones Nicænos*; *Edmundus Richerius*, *Hiſtor. Concil. General.* lib. 1, c. 2, §. 11 &c. *Valeſius*, in Obſervat. ad *Socratem & Sozomenum*, lib. 3, c. 3. p. m. 189 & 190; *Du Pin*, Tom. 2, de *la Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques*, Edit. anno 1690, pag. m. 316. Quæ Jurisdictio ipſis, an. 381, in Concilio *Conſtantinopolitano* Oecumenico, Can. 1, confirmata: *Alexandriæ Epiſcopi ſolius Orientis curam gerant, ſervatis honoribus Primatus Eccleſiæ Antiochenæ, qui in Regulis Nicænæ Synodi continentur. Sed & Aſianæ Diœceſis Epiſcopi ea, quæ ſunt in Aſia, & quæ in Aſianam tantummodo Diœceſin pertinent, gubernent &c.* licet Can. IV, in favorem *Byzantini*, interea conſtituti, nonnihil ordo mutaretur; utpote quo deciſum: *Conſtantinopolitanus Epiſcopus obtineto præcipuum honorem, & dignitatem, poſt Epiſcopum Romanum, ideo, quod Conſtantinopolis Nova Roma eſt &c.* unde ſimul apparet, qua ratione *Romano Patriarchæ* primus locus competierit! ſcil. intuitu *Antiquæ Romæ*, quam Cæſares, ante *Conſtantinum*, ſedem *Byzantium* transferentem, inhabitaverant. Conf. *Socrates*, lib. V, *Hiſt. Eccleſ.* Cap. VIII, p. 265 & 266; *Theodoretus* lib. V, c. VIII, p. m. 148 & 149; *Sozomenus* lib. VII, cap. VII & IX, p. m. 711, 714 & 715; *Caſſiodorus* lib. IX, *Hiſt. Tripart.* cap. 12 & 13, pag. 144; *Nicephorus Calliſtus* lib. XII, cap. 10, p. 717, & cap. XIII, pag. 720 & 721. Decrevit hinc *Damaſus* Papa, in peculiari Synodo Romana, an. 382, argum. *Matth. XVI*, verb. *Tu es Petrus &c. Eſt ergo Prima Petri Apoſtoli Sedes, Romana Eccleſia, non habens maculam, neque rugam, neque aliquid hujusmodi. Secunda autem Sedes apud Alexandriam, B. Petri nomine, à Marco, Ejus diſcipulo, atque Evangeliſta, conſecrata &c. Tertia autem Sedes eſt apud Antiochiam, B. Apoſtoli Petri, quæ habetur honorabilis, eò, quod illam primitus, quam Romam veniſſet, habitaverit, & illic primum nomen Chriſtianorum novellæ Gentis exortum eſt &c.* metu forte, ne *Byzantinus*, tanquam Præſul *Regiæ*, favore Principum, Romanis poſthac Epiſcopis priores honores in dubium vocaret. In *Chalcedonenſi* autem Oecumenico, anno 451, Can. XXVIII, rurſus definitum: *Antiquæ Romæ Throno, quod Urbs illa imperaret, Patres haud immerito privilegia tribuerunt, & eadem conſideratione moti centum & quinquaginta Deo amantiſſimi Epiſcopi, Sanctiſſimo Novæ Romæ Throno, æqualia Privilegia* (τὰ ἴσα πρεσβεῖα) *tribuerunt, recte judicantes: Urbem, quæ & Imperio, & Senatu honorata ſit, & æqualibus cum antiquiſſima Regia, Roma, Privilegiis, fruatur, etiam in rebus Eccleſiaſticis, non ſecus ac illam, extolli, & magni fieri, ſecundam poſt illam exiſtentem &c.* Sic congregati 630 Præſules, in Epiſtola Synodali ad *Leonem* P. R. quem definitio hæc valde torſerat, apud *Baronium*, Tom. VI. Annal. ad an. 451, pag. m. 161: *Confirmavimus autem & centum quinquaginta SS. Pa-*

trum, qui in Conſtantinopoli congregati ſunt, Regulam ſub p. m. Theodoſio, qua præcepit: poſt Veſtram Sanctiſſ. & Apoſtolicam Sedem, honorem habere Conſtantinopolitanam, qua Secunda eſt ordinata &c. Conf. *Evagrius* lib. 2. *Hiſtor. Eccleſ.* cap. 4, in fin. pag. m. 517: *Decretum eſt præterea, ut Sedes Epiſcopalis Novæ Romæ, i. e. Conſtantinopolis, propterea, quod ſecundas poſt Romam Antiquam obtinebat, primas inter alias Urbes ferret &c.* & iterum, cap. 18, in fin. p. m. 541: *Ad extremum decretum fuit: Ut Epiſcopalis Sedes Conſtantinopolitana proximum locum poſt Romanam obtineret &c.* Add. *Nicephorus* l. c. lib. XV, cap. 7, p. m. 965, & cap. 30, pag. 1006; *Barlaam* Monachus, de *Principatu Papæ*, cap. 5. *Nilus Theſſalonicenſis*, lib. 2, de *Primatu Papæ*, ſub initium, Dn. *Du Pin, de Antiqua Eccleſiæ diſciplina*, Diſſ. 1, §. XI, p. 47, 54 & 55; & Diſſ. IV, cap. 2, §. 2, p. 327 &c. Quare & in Oecumenico *Byzantino*, an. 553, cap. 36, Patres: *Renovantes Sancti Conſtantinopolitani Decreta Concilii* (an. 381) *petimus: Ut Conſtantinopolitana Sedes ſimilia Privilegia, quæ Superior Roma habet, accipiat, nec non in Eccleſiaſticis rebus, magnificetur ut illa: Sed hæc ſecunda poſt illam exiſtens, prius quam Alexandrina Sedes numeretur; deinde Antiochena; & poſt eam Hieroſolymitana &c.* Vid. *Gratianus*, Diſt. XXII, C. 6. *Renovantes.* Quibus argumentis motus Imperator *Juſtinianus*, Nov. 131, ait: *Sancimus, juxta Sanctarum Synodorum Decreta, Sanctiſſimum Veteris Romæ Epiſcopum, primum eſſe omnium Sacerdotum; Beatiſſimum vero Conſtantinopoleos, Novæ Romæ, Epiſcopum, Secundum locum obtinere, poſt Sedem Veteris Romæ, reliquis vero omnibus honore præire &c.* Quæ omnia in Synodo *Conſtantinopolitana*, an. 869, quam *Octavam Oecumenicam* vocant, can. 21, referente verba *Gratiano* l. c. Can. 7, *diffinimus*; nec non in *Lateranenſi IV*, de an. 1215, cujus canon X; de *Privilegiis* cap. 13, *Antiqua*; habetur, confirmata ſunt. Conf. *Nilus* l. c. *Albericus Monachus trium fontium*, ad an. 1215, pag. m. 489; *Lupoldus*, de *Babenberg*, de *Jure Regni* cap. 5; *Barlaam* l. c. cap. 6. Hos quinque Patriarchas conjunctim caput totius Eccleſiæ conſtituiſſe, diſcimus, inter alia, ex *Theodori Balſamonis*, circa an. 1180, celeberrimi Juris Canonici Doctoris, Reſponſo: De *Patriarcharum Privilegiis*, apud *Johannem Leunclavium*, in *Jure Græco*, lib. 7, ubi: *Sanctiſſimos quinque Patriarchas pro ſolo capite Corporis omnium Eccleſiarum Dei agnoſcimus &c.* & porro: *Cum ſacræ Literæ, Patrumque Traditiones Epiſcopum Romanum appellent Papam: itidemque Alexandrinum, & ipſum quoque Conſtantinopolitanum, ac Hieroſolymitanum, Archi-Epiſcopos; ſolum vero Antiochenum, Patriarcham; qui fieri poteſt, ut Antiochena Eccleſia non patiatur injuriam, quæ intelligat, reliquos etiam publice dici Patriarchas; omnino fit hoc, propter identitatem honoris, & quod hi Quinque Patriarchæ vicem unius Capitis univerſi Corporis obtineant, ſanctarum videlicet Eccleſiarum Dei &c.* his annectit: *Licet ergo Papa, Patriarchæ & Epiſcopi, ſignificata Linguæ ratione, diverſa ſint, nullo tamen modo poteſtate differunt &c.* Conf. Dn. *Zieglerus*, de *Epiſcopis*, Lib. 1, cap. VI, §. 12, pag. m. 101. Licet igitur *Romanus Patriarcha*, reſpectu *Antiquæ Romæ*, tot Imperatorum quondam Sedis, primum locum inter Collegas obtinuerit, tamen nihil Juris in eos propter ea erat nactus; in tantum, ut ne quidem peculiare nomen uſurpare auderet: *Hormiſda* P. R. Sec. VI, primus criſtam erexit, inflatus literis Archimandritarum, cæterorumque *Secundæ Syriæ* Monachorum, de an. 517, quas, ut jam præced. Procem. §. 16, lit. d, pag. 18, dictum, ſic ordiebantur: *Sanctiſſimo ac Beatiſſimo Univerſi Orbis Terræ Patriarchæ, Hormiſdæ, continenti Sedem Principis Apoſtolorum, Petri &c.* Vid. *Baronius*, Tom. VII, ad h. a. p. 695 lit. C, & T. VIII, ad an. 595, p. 92, lit. D. nec non Legatorum *Juſtini* Imperatoris; *Juſtiniani* Comitis, & *Pompeji* V. C. de an. 519, quorum alter hoc exordio uſus: *Domino meo, Sanctiſſimo Hormiſdæ, Primo Archi-Pontifici & Papæ Urbis Romæ, Juſtinianus Comes ſalutem &c.* alter hoc: *Domino meo, Beatiſſimo & Apoſtolico Patri, Harmiſdæ, Archi-Epiſcopo Univerſalis Eccleſiæ, Pompejus &c.* Vid. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 36 lit. C. Ad cujus comprimendam vanitatem Patres quadraginta Conſtantinopolitanæ Synodi, an. 518, *Johanni* Cappadoci, *Byzantino* Præſuli, toties viciſſim *Oecumenicum Patriarcham* ſalutarunt, Actis teſtibus, apud *Baronium* l. c. ad an. 518, p. 4, lit. A: *Hæc cum exclamaſſent, data eſt eis reſponſio a Sanctiſſimo & Beatiſſimo Archi-Epiſcopo & Patriarcha Oecumenico, Joanne &c.* & lit. D: *Et acclamavit Sanctiſſ. ac Beatiſſ. noſter Patriarcha Oecumenicus, Joannes &c.* & p. 5, lit. C: *Facto introitu à Sanctiſſ. & Beatiſſ. Archi-Epiſcopo, Patriarcha Oecumenico, Joanne &c.* Quo minus etiam Romanorum Præſulum arrogantiæ Aula indulgere videretur, dedit *Juſti-*

nianus

nianus Imp. an. 533, literas ad *Epiphanium* Byzantinum, hac præfatione præfixa: *Imperator Epiphanio, Sanctiſſimo ac Beatiſſimo Archi-Epiſcopo Regiæ hujus Urbis, & Oecumenico Patriarchæ &c.* Vid. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 205; add. *Nov. VII.* Succeſſori Ejus, *Mennæ*, eundem titulum familiarem fuiſſe, vel ſola proclamatio, adverſus *Anthimum, Trapezuntinum*, in Conſtantinopolitana Synodo, 50 Epiſcoporum, an. 536, promulgata, documento eſt, apud *Baronium* l. c. ad h. a. pag. 183, lit. C, ubi: *Mennas, Archi-Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Oecumenicus Patriarcha, & tota Synodus, in ipſa Deo amata* Roma *Conſtantinopoli congregata, Anthimo Venerabili &c.* In cujus ſententiæ præſidium adduci poteſt *Nov. LXXXIII*, qua laudatus Cæſar, *Johanni*, Prætoriorum per Orientem Præfecto, reſcripſit: *Petiit ſummus à Menna, Deo amabili Archi-Epiſcopo hujus feliciſſimæ Civitatis, & Univerſali Patriarcha &c.* Vid. *Johannis Bedai, Jus Regum*, cap. 4, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Monarchiæ*, pag. 813. Salvo interim ſemper *Præſulis Romani* priori loco, de quo Nov. IX, & CXXXI, cap. 2. evolvas. Add. *Baronius* l. c. ad an. 534, pag. 225, lit. D; ad an. 535, pag. 240, lit. C. &c. & anno 541, pag. 343. lit. C. *Du Pin*, de *Antiqua Eccleſiæ diſciplina*, Diſſ. I, §. XI, pag. 58, & Diſſ. IV, cap. 2, §. 1. pag. 326. Quo ſenſu etiam accipienda Lex. 24. C. de *SS. Eccleſiis: Conſtantinopolitana Eccleſia omnium aliarum eſt Caput &c.* Subſtitit ita res ad tempora usque *Pelagii* 2, qui *Byzantinorum*, Præſulis, *Johannis*, auſa infracturus, anno 587, hæc, literis ad Conſtantinopolitani Concilii Patres, inſeruit; *Univerſalitatis nomen, quod ſibi illicite uſurpavit, nolite attendere .... Nullus enim Patriarcharum hoc tam profano vocabulo unquam utatur; quia, ſi Summus Patriarcha Univerſalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed abſit hoc, abſit à fidelis cujusquam mente, hoc ſibi vel velle quempiam arripere, unde honorem Fratrum ſuorum imminuere, ex qualicunque parte videatur &c.* Vid. Epiſt. 1, *Pelagii*; *Gratianus*, Diſt. 99, cap. 4, *Nullus*; *Angeli Mariæ Cherubini Magnum Bullarium Romanum*, Tom. 1, pag. 23. Operis eximii, de *differentia Regia & Eccleſiaſtica poteſtatis*, part. 2, apud *Goldaſtum* Tom. 3. *Monarch.* pag. 28; Veſtigiis ejus inſiſtens *Gregorius Magnus* P. R. Epiſt. 30 ad *Mauritium* Imp. quam *Goldaſtus*, l. c. Tom. 2, p. 33 & 34, exhibet graviter inquit: *Ego autem fidenter dico, quia quisquis ſe Univerſalem Sacerdotem vocat, vel vocari deſiderat, in elatione ſua, Antichriſtum præcurrit; quia ſuperbiendo ſe cæteris præponit, nec diſpari ſuperbia ad errorem ducitur; quia, ſicut perverſus ille,* (Diabolus) *Deus videri vult ſuper omnes homines; ita quisquis ille eſt, qui ſolus Sacerdos appellari appetit, ſuper cæteros Sacerdotes ſe extollit &c.* Idem repetit paſſim in Epiſtolis, v. g. Lib. IV, Regeſti, Epiſt. 32 ad *Mauritium* Imp. Epiſt. 36, ad *Eulogium* Alexandrinum, & *Anaſtaſium*, Antiochenum. Epiſt. 38, ad *Johannem* Conſtantinopolitanum; Epiſt. 39, ad *Sabinianum* Diaconum, & Lib. VI, Regeſti, Epiſt. 4, & 28, ad *Cyriacum*, Conſtantinopolitanum; Epiſt. 24, ad *Anaſtaſium* Antiochenum; Epiſt. 70 ad *Euſebium*, Theſſalonicenſem; *Urbicum*, Dirachinum; *Andream*, Nicopolitanum, alioſque Præſules; & Lib. IX, Epiſt. 47, ad præfatum *Cyriacum*; quibus omnibus *Oecumenici Patriarchæ* nomen, tanquam profanum, pacem unitatemque Eccleſiæ evertentem, & propterea damnandum titulum execratur. Conf. *Hotomannus*, in *Fulmine bruto Sixti V, adverſus Henricum, Regem Navarræ*, cap. 6, circa finem, apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 3, p. 82. His tamen non obſtantibus, *obtinuit Bonifacius III*, (al. IV) *apud Phocam Principem: Ut Sedes Apoſtolica B. Petri Apoſtoli, caput eſſet omnium Eccleſiarum, id eſt, Eccleſia Romana: quia Eccleſia Conſtantinopolitana Primam ſe omnium Eccleſiarum ſcribebat &c.* Hæc *Anaſtaſius* Bibliothecarius, in vita *Bonifacii III*, ad an. 606, p. m. 62 & 63. Qua de re plura, præced. Procem. l. c. p. 19. A quo tempore omnia, in Ecclesia, confundi cœperunt.

(*i*) CONSTANTINOPOLITANO &c. Secundum locum inter Patriarchas *Byzantino* Præſuli, an. 451, in Oecumenico *Chalcedonenſi* Concilio, fuiſſe conceſſum, præced. lit. h, monui. Ex profeſſo, de hoc Patriarcha agit B. *Zieglerus*, Tr. de *Epiſcopis*, lib. 1, cap. VII, p. 152 &c. Conf. cit. lit. h, dicta. De Jurisdictione ejus moderna vid. ſeq. lit. k.

(*k*) ALEXANDRINO &c. De hoc legas *Zieglerum*, de *Epiſcopis*, lib. 1, cap. VIII, p. 170. Ante Concilium *Chalcedonenſe* an. 451, ſecundum ei inter Patriarchas fuiſſe locum, præced. lit. h, dictum eſt. Reſidet *Cairi*; Vid. *Gaſtelius*, de *Statu Europæ*, cap. XI, §. 12, p. 457. Modernam ejus Jurisdictionem ita deſcribit *Beſoldus*, voc. *Patriarch*, p. m. 723: *Patriarchas Græci hodie adhuc (teſte Dn. Fürero, in Itinerario Ægypti, fol. 76) habent quatuor: Conſtantinopolitanum, qui Europæis præeſt Eccleſiis; Antiochenum, qui Monaſteria & Eccleſias curat Beryti, Tripolis, Halebi, aliisque Aſiæ locis; Alexandrinum, qui Eccleſiis præeſt in Ægypto & Arabia, Sedemque Memphi, ſive Cairi, habet;* & *Hieroſolymitanum, qui Monaſteriorum per Syriam diſperſorum curam gerit, quotannis, 15 Auguſti, in Monaſterio*

Libani

Libani montis, *ſacra peragit*. Conf. *Gaſtelius* l. c. §. 11, & ſqq.

(*l*) ANTIOCHENO &c. Hic, ab initio, tertius ordine erat. Vid. præced. lit. h. Plures de eo *Zieglerus* l. c. cap. 9, pag. 173 &c. Jurisdictionem ejus modernam, lit. k, modò tetigi. Sedem habet in Urbe *Damaſco*. Vid. *Gaſtelius* l. c. §. 13.

(*m*) HIEROSOLYMITANO &c. Vid. *Zieglerus* l. c. cap. 10, pag. 177 &c. Conf. præced. lit. h. & k. De Patriarchis minoris notæ: v. g. *Aquilejenſi*, inquit Ill. Author *des Europaiſchen Heroldts*, Tom. 2, p. m. 507: *Hiebevor iſt er Metropolitan des Herzogthumbs Venedig, und über gantz Iſtrien, geweſen, hat aber ſeither viel verlohren, doch erſtreckt ſich deſſen Primat noch über die Biſtümmer zu* Padua, Treviſi, Ceneda, Vicenza, Verona, Feletri, Belluno, Concordia, Capo d'Iſtria, Citta nuova, Parenza *und* Pola, *ferner uber* Friaul, *und einige Kayſerliche Erblænder, wie auch uber den græſten Theil der Provincien, welche die* Republique *Venedig in der Lombardey beſitztet. Er prætendiret den Vorſitz auf* Conciliis, *vor allen Ertz-Biſchæffen, und Primaten, hat auch das Recht ſeinen* Coadjutorem *ſelbſt zu erwehlen, und von dem Senat zu Venedig denſelben beſtætigen zu laſſen &c.* Reſidet *Utini* ſeu *Udinæ*, in Foro Julii. Conf. Ill. *Petrus* de *Marca*, Diſſ. de *Primatibus*, c. 20, p. m. 21 & 22; *Amelot* Tom. I, du *Guoverment de Veniſe*, Tit. *Du Patriarche d'Aquileé*, p. m. 237 &c. *Gaſtelius* l. c. §. 16, pag. 457; *Schilter*, de *Libert. Eccleſ. Germ.* cap. 8, §. 8, pag. 86. *Veneto*, ait *Petrus de Marca* l. c. *occupata ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis Iſtria & Venetiæ Provinciæ parte maritima, Epiſcopatus Aquilejenſis ſectus eſt, & Gradi, quæ eſt Maris Venetici Inſula, conſtitutus eſt Candidianus Epiſcopus, an ſexcenteſimo quinto, Romanæ communioni & Imperio adjunctus. Qui Patriarcha Gradenſis, ſeu Novæ Aquilejæ, dictus eſt. Sopito tandem ſchiſmate, Aquilejenſis Patriarcha, (qui aliquando Foro Julii quoque reſedit, unde dictus quoque Forojulienſis) nomen & locum ſuum retinuit, ea lege, ut Gradenſis quoque dignitate ſua non excideret, quæ tandem tranſlata eſt in Civitatem Venetiarum, Nicolai V Papæ beneficio, an.* 1451 &c. De Jurisdictione annectit *der Author des Europ. Heroldts* l. c: *Er iſt* Primas *durch Dalmatien, und über einige Landſchaſſten* in Terra Ferma, *und Metropolitan der Ertzbiſtümmer auf* Candia, *und* Corfu, *wie auch der Biſtümmer zu* Chiozza, Torcello, *und* Caorle &c. Eadem probat Ill. Dn. *Amelot* l. c. Tit. *Du Patriarche de Veniſe*, p. m. 232 &c. ubi & alia, notatu digna. Conf. *Gaſtelius* l. c. §. 16, p. 457; *Mercure Hiſtorique & Politique*, Tom. XLI, ad an. 1706, *menſ. Septemb.* p. m. 146, & 269 &c. *Moſcovitico*, vid. *Gaſtelius* l. c. §. 28, p. 457; *Paulus Jovius*, de *Legatione Moſcovitarum*, apud *Freherum*, Cod. *Rer. Moſcoviticarum*, de an. 1600, p. m. 127; *Alexander Gwagninus*: in *Deſcriptione Moſchoviæ*, cap. 2, ibid. pag. 171; *Olearius*, *Perſianiſche Reiſſbeſchreibung*, lib. 3, cap. 29, p. m. 159; Deſcriptio *Ruſſiæ Elzeviriana*, cap. 4, p. m. 80 & 81 &c. *Georgianorum*, qui habitat in Monaſterio *S. Catharinæ*; Vid. *Gaſtelius* l. c. §. 20, p. 457; *Neſtorianorum*, cui Sedes eſt Urbs Meſopotamiæ, *Muzal*, *Moſul*, ſeu *Moſel*; Vid. idem l. c. §. 21; *Armenianorum*, qui ſedet in Ciliciæ Oppido *Sis*, vid. idem l. c. §. 22; & qui ibi teſtes alii producuntur; add. *Neubeſtellter Agent von Hauſs aus*, de an. 1744, *Erſte* Fonction, *Sechſte* Depeche, §. 96, p. m. 501 &c. ubi plures alii.

13. *Archi-Epiſcopi (a)* in ſuffraganeos, *(b)* & reliquos Epiſcopos provinciæ totius, jurisdictionem habent. *Moguntino (c)* ſubſunt ſuffraganei ſeu comprovinciales Epiſcopi; *Herbipolenſis*, *(d) Spirenſis*, *(e) Argentinenſis*, *(f) Conſtantienſis*, *(g) Wormatienſis*, *(h) Auguſtanus*, *(i) Paderbornenſis*, *(k) Hildeſienſis*, *(l) Eychſtetenſis*, *(m) Curienſis*, *(n) Halberſtadenſis (o) & Verdenſis*. *(p) Colonienſi (q)* ſubſunt, *Leodienſis*, *(r) Monaſterienſis*, *(s) Mindenſis*, *(t) Oſnabrugenſis (u) & Ultrajectinus*; *(w)* ſed hic, tradente eodem *Beekero*, cum tot novi Epiſcopi in Belgio eligerentur, in Arhi-Epiſcopatum excitus, & Colonienſis ſuperioritati ſubtractus eſt. *Trevirenſi (x)* parent *Metenſis*, *(y)* Verdunenſis, *(z)* & Tullenſis. *(aa)* Verùm & hic mutatio interceſſit. *Magdeburgenſi (bb)* ſubſunt, vel potius ſubfuerunt: *Miſnenſis*, *(cc) Merſeburgenſis*, *(dd) Naumburgenſis*, *(ee) Brandenburgenſis (ff) & Havelburgenſis*. *(gg) Salisburgenſi (hh)* parent *Ratisbonenſis*, *(ii) Paſſavienſis*, *(kk) Tridentinus (ll) Friſingenſis (mm) Brixienſis*, *(nn) Gurcenſis*, *(oo) Chiemenſis*, *(pp) Seccovienſis (qq) Lavantinenſis (rr) & Viennenſis*. *(ss) Bremenſi (tt)* ſubſunt, vel *potius* ſubfuerunt, *Lubecenſis*, *(uu) Ratzeburgenſis*, *(ww) Schwerinenſis*, *(xx) Slesvicenſis (yy) & Lebuſienſis*. *(zz) Veſontino (aaa)* ſubfuerunt, *Baſilienſis*, *(bbb) Lauſanenſis (ccc) & Belienſis*. *(ddd) vid. Winzl. de jur. Epiſcop. tit. 2.*

NOTÆ.

Digitized by Google

NOTÆ.

(*a*) ARCHI-EPISCOPI &c. Sumitur hic vocabulum *Archi-Epiſcopi*, in ſenſu proprio, quatenus *Metropolitanum*, à *Patriarchis* & *Primatibus* diſtinctum, denotat. Hinc aliena ſignificatio, in Reſcripto *Marciani* Imperatoris, ad *Leonem* P.R. de an. 450, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.* pag. 601: *Victor Marcianus, Glorioſus Triumphator, Semper Auguſtus, Leoni, Reverendiſſimo Archi-Epiſcopo Glorioſa Civitatis Roma &c.* Qui titulus eidem Pontifici, in Concilio *Chalcedonenſi*, an. 451, ſæpe datus, in Actis legitur. Conf. *Nicolaus Cuſanus*, de *Concordantia Catholica*, lib. 1. cap. 15, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 303; *Du Pin*, de *Antiqua Eccleſiæ diſciplina*, Diſſert. 1, §. 5, p. 13; *Zieglerus de Epiſcopis*, lib. 1, cap. 5, §. 7, pag. 78; ſic *Juſtinus* Imp. in Reſcripto, de *Unitate Eccleſiæ*, an. 519, apud *Baronium* Tom. VII Annal. ad h. a. pag. 34, lit. D. & *Goldaſtum* l. c. pag. 622, compellat *Hormiſdam* P. R. *Sanctiſſimum ac Beatiſſimum Archi-Epiſcopum & Patriarcham &c.*

(*b*) SUFFRAGANEOS &c. De Etymologia inquit *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Suffraganei*, pag. m. 1002: *Suffraganeos dictos putant Gretzerus, & alii, quod, à Metropolitano ad Synodum vocati, ſuffragii jus habebant; vel, quia, absque Metropolitani ſuffragio, conſecrari non poterant. Malim ego ſic appellatos, quaſi Metropolitanorum adjutores, quomodo vocantur apud Lupum Ferrarienſem, Epiſt. 81, maxime, in conſecrandis Epiſcopis, quod ſoli facere non poſſunt Metropolitani. Id firmat, præ cæteris, Anonymus, in vita S. Remberti, Archi-Epiſcopi Hamburgenſis*, §. 13 (apud *Surium*, d. IV. Febr. p. m. 45, in vita *Remberti*, occurrunt hæc, §. 9,) *Cum hujus ergo, ad ordinandum eum, tenoris inſinuatione, Venerabilem Rembertum Glorioſus Rex* (Ludovicus) *direxit ad Luitbertum, Archi-Epiſcopum Moguntienſem, à quo, juſſu Ejus, eſt conſecratus: Ut proinde actum ſit, quatenus in adjutorium conſecrationis, non unius Metropolis, ſed duarum, convenirent Suffraganei &c.* & paucis interjectis; *Dicuntur præterea Suffraganei Metropolitanorum, quod, (ut inquit Johannes de Janua,) Epiſcopi nihil poſſunt ſtatuere, vel diſponere, de his, quæ ſpectant ad communem ſtatum Provinciæ, absque Metropolitano: ita, nec è contrario Metropolitanus, absque conſilio Epiſcoporum &c.* Sic *Spelmannus* Gloſſ. voc. ead. pag. m. 528: *Suffraganei dicuntur Epiſcopi, qui Archi-Epiſcopo Suffragari, & aſſiſtere tenentur: Vocati enim ſunt in partem ſollicitudinis Archi-Epiſcopi, non in plenitudinem poteſtatis &c.* Conf. *Wehnerus*, *Obſervat. Pract.* voc. *Biſchoff*, p. m. 58, *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. ead. p. m. 105;

(*c*) MOGUNTINO &c. *Arnoldus*, in vita S. *Godehardi*, Hildeſienſis Epiſcopi, lib. 2, cap. IX, apud *Surium*, 4 Maji, p. m. 62, & Dn. *Leibnitium*, Tom. 1 *Rer. Brunſuic.* pag. 493: ait: *Eo item Anno* (M. XXIV) *Aribo, Moguntinus, Franconovordi, Concilium Synodi coadunavit - - - - in Orientali parte, ante Altare, Archi-Epiſcopus Aribo, cum ſuis ſuffraganeis: Wernero, Argentinenſe; Brunone, Auguſtenſe; Meginwerco, Batherbronnenſe; Everhardo, Bavebergenſe; Meginhardo, Wirciburgenſe; Godehardo, Hildenesheimenſe; Branthoo, Halverſtadenſe; Wiggero, Verdenſe; Hazecone, Wormatienſe, conſedit &c.* Ab initio verò, omnes hos Epiſcopos, ad Moguntinam diœceſin non dum pertinuiſſe, ex Epiſtola ipſius *Zachariæ* P. R. ad *Bonifacium*, primum Archi-Epiſcopum, Auctore *Othlono* Presbytero, in vita *Bonifacii*, lib. 1, cap. XI, apud *Henricum Caniſium*, Tom. IV *Lectionum Antiquarum*, & *Surium*, 5 Junii, p. m. 81, diſcimus, verbis præced. Tit. XIV, Prooem. lit. a, jam extantibus: *Auctoritate B. Petri Apoſtoli, ſancimus: Ut ſupradicta Eccleſia, Moguntia, perpetuis temporibus, tibi, & ſucceſſoribus tuis, in Metropolim ſit confirmata, habens ſub ſe has Civitates, id eſt: Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam & Trectis, & omnes Germaniæ Gentes, quas tua Fraternitas, per ſuam Prædicationem, Chriſti lumen cognoſcere fecit &c.* In Antiquiſſimo Codice de *Metropolibus*, circa an. 810 ſcriptus, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Rer. Alaman.* pag. 88, aliud documentum occurrit, ubi: *Secunda Provincia* (Germanica) *habet Civitates, numero Octo. Metropolis, Civitas Moguntiacus. Civitas Argentoratenſis, id eſt, Stratburg. Civitas Nemnetis, id eſt Spira. Civitas Wangionum, id eſt, Wormatia. Civitas Wirtzburgenſis. Civitas Conſtantia. Caſtrum Rubilocus, quod Eichſteti dicitur. Civitas Auguſta Vindelicûm, id eſt Auverpurch.* Ne dicam de *Bambergenſi*, altum tunc adhuc fuiſſe ſilentium. Verſa vice, præter Eccleſias ab *Arnoldo* nominatas, in præſentiarum adhuc alias eidem *Metropolitano* ſubeſſe, rectè, poſt *Bruſchium*, & Dn. *Spenerum*, *Op. Herald.* part. ſpec. lib. 1, cap. 64, §. 21, pag. 268, docet Dn. Auctor, conſentientibus Ill. Auctore *des Europ. Herolds*, Tom. I, p. 199; Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc. Imp.* lib. 2, cap. 2, §. 10, pag. 22; Dn. *Zſchackwitz*, *Einleitung zum* Jure Publico, lib. 2, cap. 8, Qv. 3, pag. 176; Dn. *Bilderbeck*, *Reichsſtaat* Tom. 1, part. 4, cap. 2, §. 3, p. 468. Ante erectionem Archi-Epiſcopatus

Digitized by Google

tus *Magdeburgici*, *Brandenburgicum* quoque & *Habelbergenſem Epiſcopatus*, eo ſpectaſſe, ſeq. lit. bb. probabo.

(*d*) HERBIPOLENSIS. De Origine hujus Epiſcopatus, inquit MS. Codex Viennenſis, de *Vita Caroli Magni*, apud *Lambecium*, Tom. 2 *Biblioth. Cæſar.* cap. 5, pag. 346, ad an. 746: *Bonifacius Archi-Epiſcopus*, (Moguntinus) *cum auctoritate Sedis Apoſtolicæ*, *annuente Carlomanno*, *duas Sedes Epiſcopales conſtituit*, *unam in Caſtro Wirziburg*, *ubi Burchartum*, *Collegam ſuum*, *ordinavit Epiſcopum*; *alteram*, *in loco*, *qui vocatur Eihſtat*, *cui Willibaldus Epiſcopus ordinatus eſt &c.* Eadem docent *Annales Fuldenſes Freberiani*, an. eod. p. m. 3. In Annalibus *Fuldenſibus* & *Laurishamenſibus* MSS. celebratæ Vindobonenſis Bibliothecæ, l. c. pag. 369, ad eundem Annum, legitur: *Bonifacius*, *Vir Sanctus* - - - - *in Caſtro Wirziburg*, *Sedem Epiſcopalem conſtituens*, *annuente Carlmanno*, *& auctoritate Apoſtolicè Papæ &c.* Quæ, totidem verbis, in *Annalibus Hildeshemenſibus*, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, Tom. I *Rer. Brunſuecenſ.* p. 711, repetuntur. Comprobant hæc: *Hermannus Contractus*, Cod. Nov. *Urſtiſ.* ad an. 746; *Lambertus Aſchaffenburg.* an. eod. *Marianus Scotus*, an. eod. *Sigebertus Gemblacenſis*, an. eod. Monachus *Herveldenſis* h. a. apud *Schardium*, T. 1 *Rer. German.* p. 372; alii multi. *Egilwardus* verò, Monachus Cœnobii *S. Burchardi*, prope *Herbipolim*, in vita *S. Burchardi*, lib. 1, cap. 10, apud *Surium*, 14 Octob. p. m. 217, loquitur de an. 751: *Acta eſt hæc nova inſtitutio novi Pontificatus*, *apud Urbem Wirceburg*, *Anno Dominicæ Incarnationis*, *Septingenteſimo*, *quinquageſimo primo*: *Anno vero Sexageſimo ſecundo*, *poſt paſſionem SS. Martyrum*, *Kiliani*, *ac ſociorum ejus*, *quæ incidit in annum Incarnationis Domini*, *Sexcenteſimum Octogeſimum nonum.* *Ad incrementum Eccleſiarum Germaniæ*, *maximeque ad ſalutem totius Orientalis Franciæ*; *authoritate nimirum Zachariæ Papæ*; *conſenſu quoque Pipini Junioris*, *Principis Franciæ*, *mediante Bonifacio*, *Præſule Moguntino*, *Beato vero Burchardo primo Pontifice ad eandem Cathedram conſecrato &c.* & *Albericus*, *Monachus trium Fontium*, p. 84, de an. an. 747: *Quidam Presbyter*, *Arehalongus*, *cum eſſet cæcus*, *ammonitus eſt quærere corpus Kiliani Martyris*, *ſociorumque ejus.* *Inventis SS. corporibus*, *viſum recepit*, *eaque re S. Bonifacius*, *Moguntinus Epiſcopus*, *ab Athalongo*, *ad ſe relata*, *Caſtrum Wirziburg*, *ad honorem Kiliani Martyris*, *qui*, *ad prædicandum*, *à Papa*, *canonice Epiſcopus ordinatus fuerat*, *ibique mortis & quietis locum*, *à Deo*, *receperat*, *Epiſcopalis Sedis privilegio inſigniri decrevit*, *primumque ibi Epiſcopum*, *S. Burchardum*, *ordinavit &c.* Qui, pag. 88, ad an. 751, perperam legit *Wiſeeburg*, loco *Wirceburg*. Literas, quibus S. *Bonifacius*, de fundato hoc Epiſcopatu, *Zachariam* P. R. certiorem reddidit, exhibet *Othlonus*, in vita *Bonifacii*, lib. 2, cap. 1, apud *Surium*, 5 Junii, pag. 68, &c. *Baronium*, Tom. XI *Annal.* an. 741, . 22, & ſeq. p. m. 157 &c. & *Vorburgium*, Tom. IX, *Contin. Demonſtrationis*, ad an. 742, p. 385 &c. verb. *unam eſſe Sedem Epiſcopatus decrevimus in Caſtello*, *quod dicitur Würtzburg &c.* Reſponſionem *Zachariæ* ſiſtit idem, apud *Surium*, l. c. cap. 2, pag. m. 70; *Baronium*, l. c. an. 742, § 5 &c. pag. 161 &c. & *Vorburgium* l. c. pag. 388. Vitam *S. Kiliani*, *Würtzburgenſis*, complectuntur, *Caniſius*, Tom. IV *Antiquarum Lectionum*, & *Surius*, 8. Julii, p. m. 135 &c. Cognitioni Hiſtoriæ hujus Eccleſiæ porrò inſervit *Othlonus*, Fuldenſis, in *vita S. Pyrminii* Epiſcopi, apud *Surium* 3 Novemb. cap. 13, p. m. 25. *Joh. Trithemius*, lib. 1 *Annal. Franc.* ad an. 751, apud *Schardium*, Tom. 1 *Rer. German.* p. m. 158, & 166. *Johannis Reinhardi*, *Würtzburgiſche Chronica.* *Laurentii Frieſens*, Hiſtoria *und Geſchlechte der Biſchœffe zu Würtzburg.* *Andreæ Goldmeyer*, *Hiſtorica*, *Aſtronomica*, *Aſtrologica Deſcriptio Epiſcopatus Wurtzburgenſis.* Seriem Epiſcoporum, à *S. Burchardo*, usque ad *Laurentium de Bibera*, ordine LXI, an. 1495 electum, offendis apud *Trithemium* l. c. pag. 155 ad 158; *Caſparum Bruſchium*, cap. IX, de *Epiſcopis Germaniæ*, pag. 151, ad 176, & *Petrum Bertium*, part. 3 Comment. *Rer. German.* cap. VI, voc. *Herbipolis*, p. m. 159, ad 162, qui duo eam, in annum 1544 usque, quo *Melchior Zobelius*, laudati *Laurentii*, intermediis duntaxat *Conrado* à *Thüngen*, & *Conrado* à *Bibra*, ſucceſſor, Epiſcopatum nactus, continuarunt, & *Bucelinum*, part. 1 *Germaniæ Sacræ*, pag. m. 13 &c. ubi eandem, in annum 1642, quo *Joh. Philippus Schœnbornius*, poſtea Elector & Archi-Epiſcopus Moguntinus, ſedem obtinuerat, productam habes. Reliquos Antiſtites, ad *Johannem Godofredum* usque, generoſo *Guttenbergiorum* ſanguine prognatum, annoque 1684, 15 Oct. electum, recenſet *ImHoff*, *Notit. Proc. Imper.* lib. 3, c. 4, §. 8, Hodiernus eſt: Reverendiſſimus Princeps Dn. FRIDERICUS CAROLUS, Comes Schœnborn-Wolfsthal, natus 3 Martii, 1674; antea Vice-Cancellarius Imperii. Electus 20 Jun. 1729 Epiſcopus Bambergenſis, & 18 May ejusd. anni Herbipolenſis, nec non Dux Franconiæ Orientalis. Anteceſſorem hoc loco habuit Chriſtophorum Franciſcum Lib. Bar. de Hutten. Vetuſtiſſima Traditio eſt, *Pipinum*, Majorem Domus, ignavi Francorum Regis, *Childerici*, *Burchardo*, *Herbipolenſi*, ad *Zachariam*, P. R. interrogatum miſſo: *Uter ad Rempublicam gerendam magis idoneus*, *Regiſque titulo eſſet dignior*, *iſne*, *qui*, *deditus ventri & otio*, *nullam Reipublicæ haberet curam*; *an*, *qui virtute & induſtria*, *publicis negotiis vacaret?* & tale prorſus reſponſum, quale Regnum affectanti ſummopere arriſerat, Româ referenti, in bene geſtæ rei præmium, Civitatem *Wirtzburg*, Caſtellum *Carlspurg*, *cum Villa Carleſtat*, *totoque Orien-*

Digitized by Google

Orientalium Francorum Ducatu, qualiter à Duce Hetano, circa Annum 740, abſque maſcula prole mortuo, fuerat relictus, pro Ipſo, & ſucceſſoribus in Epiſcopatu, pleno cum jure & emolumento, tradidiſſe. Vid. Trithemius l. c. pag. 155: Hetanus, Patri (Gosberto Franciæ Orientalis Duci) ſucceſſit in Ducatu, Annis 20, qui ſine filiis moritur, an. Dn. 740 - - - - Itaque Pippinus, Major Domus - - - Anno Dn. 752, cum jam Rex eſſet, Ducatum S. Burckhardo, Epiſcopo Würtzburgenſium I, & ejus Succeſſoribus, de conſenſu Caroli, filii ſui, & omnium Procerum totius Regni Francorum, donavit in proprium ſempiternum &c. Donationis diploma, quod Dn. Caſpar Achatius Beck, Onoltzbachio-Francus, in Diſſert. Inaugurali, de Ducatu Franconiæ, an. 1709, 18 Sept. Jenæ habita, §. 3 ad 11, ſolidè deſtruxit; hactenus reperire non potui, bene tamen, quæ Otto III Imp. an. 993, pridie Id Decemb. Lullide, in favorem Berwardi, Herbipolenſis Epiſcopi, factarumque Eccleſiæ Ejus donationum, reſcripſit, apud Dn. Leuckfeldum, in Antiquitatibus Pældenſibus, Append. 2, lit. D. pag. 248: Vir Venerabilis, Berewardus, S. Wirtzeburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Noſtris obtutibus præſentavit præcepta Regum Pipini, &, Filii Ejus, Caroli, in quibus continebatur, quodmodo Ipſe præfatus Rex Pipinus, ob petitionem Bonifacii, Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopi, Capellano ſuo, Burckhardo, ſuæ proprietatis loca tradiderit: Neuenſtadt, Hohenbuer, Amerbach, Stutern & Murenhardt, nuncupata, ut ibi Monaſticam & regularem vitam ordinaret & conſtitueret. Poſtea vero, cum idem Burckhardus, Zacharia, & Bonifacio Archi Epiſcopo, ordinantibus, Wirtzburgenſi Eccleſiæ præficeretur Epiſcopus, apud Dominum ſuum, Carolum Regem, rogatu Faſtradæ, Conjugis ſuæ, Reginæ, præſcriptique Bonifacii Archi-Præſulis, impetravit, ut eadem loca, cum omnibus appenditiis ſuis, S. Kiliano Martyri, ad integrum ſubderentur, & traderentur, à ſe, ſuisque Succeſſoribus, perpetualiter tenenda, & ſecundum Monaſticam vitam ordinanda &c. ubi nullum Ducatus veſtigium; Extat diploma quoddam Caroli M. datum menſe Octobri, Anno Regni Ejus XX, in Cruſii Annalibus Suevicis, part. 2, lib. 1, pag. 22, in ſimilitudinem horum compoſitum; cujus præced. §. 5, lit. a, ſub Carolo M. memini, illud autem fictitium eſſe, rationes Tentzelii, in Vindiciis cenſuræ Conringianæ diplomatis Lindavienſis, Append. 3, §. 5. pag. 87, ei oppoſitæ, ſatis ſuperque evincunt. Henricus Sanctus, confirmando hujus Eccleſiæ Privilegia, Aquisgrani, an. 1017, apud Dn. Leuckfeldum l. c. App. 3, §. 1, p. 251 & 252, inquit: Henricus, SS. Wirtzburgenſi Eccleſiæ Præſul, moribus & vita probatiſſimus, Nobisque ob ſua merita, chariſſimus, quasdam chartulas Noſtris obtulit conſpectibus, in quibus continebatur, quod Glorioſiſſimi Anteceſſores Noſtri, tam Reges, quam Imperatores, Carolus, Ludovicus, Arnolphus, Conradus, Henricus, tresque Ottones, divæ memoriæ Imperatores, cunctas res, tam mobiles, quam immobiles, ad Eccleſiam S. Salvatoris, in qua pretioſus Chriſti Martyr, Chilianus, ſociique ejus, corporaliter requieſcunt, juſte & legaliter pertinentes, ſub immunitatis clypeo ſemper tuerentur. Adhoc etiam, in eisdem cartulis, ſcriptum habebatur, quod prædicti Reges, ſeu Imperatores, auctoritatis ſuæ præceptis, præfatæ Eccleſiæ Præſulibus conceſſiſſent, & confirmaſſent: Ut nullus Comes, vel Publicus Judex, ejusdem Eccleſiæ Servos, vel Sclavos, ſive Parrochos, quod (quos) Bargildon vocant, ſeu Saxones, quod (quos) Nordelbinga vocant, ſive cætores acolas, pro libris hominibus, in ejusdem Eccleſiæ Prædiis manentes, qui ſe, vel ſua novalia, ex viridi ſylva facta, in jus & ditionem prædictæ Eccleſiæ tradidiſſent, vel adhuc tradere vellent, ad cauſſas audiendum, vel freda exigendum, aut manſiones, vel paratas, faciendum, vel ab eis ullam redibitionem requirendum, vel ad aliquid opus omnino diſtringendum, ullo unoque loco, vel tempore, audeat præſumere &c. & paulo poſt: Nec quisque Comes, vel aliquis publicus Judex, in ulla penitus re, præfatæ Eccleſiæ Homines, vel res, audeat, ullo unquam tempore, aut loco, diſtringere, vel inquietare, vel aliquam poteſtatem, aut Jurisdictionem, in toto Ducatu, vel Cometiis, Orientalis Franciæ, niſi ſuper Parrochos, quos Bargildon vocant, exercere. Quid ad honorem precioſiſſimi Martyris Chyliani, ſociorumque ejus, auctoritate digno ſuperaddere decrevimus &c. (quæ poſteriora verba nonnihil corrupta.) Hinc forſan Adamus Bremenſis, lib. IV Hiſtor. Eccleſ. c. 5, p. m. 113: Solus erat Wirceburgenſis Epiſcopus, qui, in Epiſcopatu ſuo, neminem dicitur habere conſortem. Ipſe enim cum teneat omnes Comitatus ſuæ Parochiæ, Ducatum etiam Provinciæ gubernat &c. Et Ipſe Imperator, Henricus V, in diplomate confirmationis eorundem Privilegiorum, ſub dato Wirtzburg, an. 1120, in Feſto Philippi & Jacobi, apud Dn. Leuckfeldium l. c. §. 1, pag. 253: Omnium præſens & futura cognoſcat induſtria: Qualiter Dignitas Judiciaria, in tota Orientali Francia, à Prædeceſſoribus Noſtris, Regibus & Imperatoribus, ad domum, in honorem S. Salvatoris, & Sanctæ Dei Genetricis, Mariæ, Sancti-

que Chiliani, Martyris Chriſti, in Urbe Wirtzburg, dono tradita, noſtris temporibus inde eſt alienata; Erlungus autem, Wirtzburgenſis Eccleſiæ. (Epiſcopus) - - - - ſuppliciter adiit Majeſtatem noſtram - - - - rogans: Ut honorem privatæ Dignitatis, Regali munificentia, & Noſtræ auctoritatis Clementia, Eccleſiæ memoratæ - - - reſtitueremus. Cujus quidem petitioni - - - - - ſatisfacientes, per hoc Imperialis Magnificentiæ Inſigne, reſtituimus, confirmamus, & validiſſime corroboramus, ad domum præfatam S. Salvatoris, & pretioſi Martyris Chiliani, prædictam dignitatem, cum omni poteſtate - - - ut, ſine omnium contradictione, majorum ſive minorum, Regum & Principum, in Jure dictæ Eccleſiæ perpetuo permaneat, & ſolus prædictus Epiſcopus, & ſui ſucceſſores, hanc judiciariam poteſtatem, poteſtative, juxta Anteceſſorum Noſtrorum traditionem, exercendi poteſtatem habeat &c. Quæ ut intelligantur, adducam verba Conradi Urſpergenſis, ad. an. 1116, p. m. 192, commemorantis, Herbipolenſem Præſulem, Miſſam, præſente Imperatore, eò quod anathematis fulmine eſſet perculſus, non niſi coactum, celebrare voluiſſe; quibus addit: Qua commotione ſuccenſus Imperator, Ducatum Orientalis Franciæ, qui Wirtzburgenſi Epiſcopo, antiqua Regum ſucceſſione, competebat, Chunrado, Sororis ſuæ filio, commiſit &c. Ducatum hunc clarius adhuc innuit Fridericus I Imperator, in eorundem Privilegiorum Confirmatione, an. 1168, 6 Id. Julii, Wirtzburgi conceſſa, apud Dn. Leuckfeldum l. c. §. 3, p. 254 &c. In Generali Curia, Würtzburg celebrata - - - Heroldus, ejusdem Civitatis Venerabilis Epiſcopus - - - Noſtram ſuppliciter imploravit Clementiam: Ut omnem Jurisdictionem, quam Anteceſſores ſui, & Eccleſia, & Ducatus Würtzburgenſis, à Carolo Magno, & omnibus Succeſſoribus ſuis, usque ad præſens tempus, juſta & quieta poſſeſſione, ſine diminutione, tenuerunt & poſſederunt, Sibi, & Eccleſiæ, & Ducatui, Imperiali authoritate, & Privilegii Noſtri imminutione, (communitione) confirmare dignaremur. Quia vero rationales petitiones ſupplicum libenter amplectimur, qui, & non rogati, juſta cogitare debemus, diffinitas res ab antiquis Imperatoribus, quas tamen conſtat rationabiliter eſſe decretas, & ab Eccleſia, & Ducatu Würtzburgenſi, longiſſimis poſſeſſionibus, ut & hominum memoriam excedant, irrefragabiliter habitas, & uſitatas, nulla volumus deinceps ambiguitate titubare - - - - Inde eſt, quod præfato Heroldo, Venerabili Epiſcopo, ſuisque Succeſſoribus, in perpetuum - - - - damus, & concedimus, & præſentis Privilegii munimine confirmamus, omnem Jurisdictionem, ſeu plenam poteſtatem faciendi Juſtitiam, per totum Epiſcopatum & Ducatum Würtzburgenſem, & per omnes Cometias, in eodem, Epiſcopatu, NB. vel Ducatu, ſitas, de Rapinis, & Incendiis, de Allodiis & Beneficiis, de Hominibus, & de Vindicta ſanguinis; ſtatuentes Imperiali authoritate, & Lege perpetuo valiturum, decernentes: Ne aliqua Eccleſiaſtica, Secularisve Perſona, aliqua temeritatis præſumptione, contra inſtituta Antiquorum Principum, contra diuturnam & juſtam poſſeſſionem Würtzburgenſis Eccleſiæ, & Noſtra intemeranda Decreta, veniens, per totum Würtzburgenſem Epiſcopatum & Ducatum, & Cometias, infra Epiſcopatus terminos & Ducatus ſitas, Judiciariam poteſtatem, de Prædiis, (prædationibus) vel Incendiis, aut de Allodiis, ſeu Beneficiis, ſive Hominibus, deinceps exerceat, niſi Solus Wirtzburgenſis Epiſcopus & Dux, vel cui Ipſe commiſerit, hoc excepto, quod Comites de liberis hominibus, qui vulgo Bargildi vocantur, in Cometiis habitantibus, ſtatutam Juſtitiam recipere debent. Imperiali quoque authoritate & præcepto inhibemus: Ne aliquis, in præfato Epiſcopatu & Ducatu, vel in Cometiis, in eis ſitis, aliquas centurias faciat, vel centigrafios conſtituat, niſi conceſſione Epiſcopi Ducis Wirtzburgenſis &c. Add. Privilegium Henrici, Romanorum Regis, de Renunciatione exactionum, & omnium impedimentorum, quæ Sculteti Imperii Hominibus Eccleſiæ Würtzburgenſis inferre ſolebant, de an. 1134, Non. Cal. Decemb. ibidem l. c. §. 4, pag. 258. Cum Dilectus Venerabilis Princeps Noſter, Dn. Hermannus, Herbipolenſis Epiſcopus, pluribus ſit conqueſtus, ſe, & ſuos, per Noſtros, in mulis fatigari & impediri, videlicet, in Jurisdictione ſua, & in Villis: Damsdorff, Gochsheim, Urheim, Bernheim, Huttenheim, & in aliis pluribus Villis, ſibi & Eccleſiæ ſuæ attinentibus, in ſervitio ſpeciali, in Villa Tutenſtetein, in quo Forenſe ſignum eſt erectum, contra Noſtra Statuta; in moneta, apud Schweinfurt; in ſtrata ibidem, quæ declinatur contra jus, in centis quibuslibet Ducatus ipſius, qui mutantur & impediuntur - - - - in pignorationibus, quæ fiunt extra caritates Noſtras, in Ducatu ipſius &c. Lucem his affert Privilegium Caroli IV. Imp. ſub dato Nürnberg, am Sambſtag vor S. Eliſabeth an. 1347, Alberto Epiſcopo exaratum, ibid.

Digitized by Google

ibid. §. V, pag. 259 &c. *Wenn das Land-Gericht zu Franckhen, von Alter her, geweſen iſt des Biſthums zu Würtzburg, von des Hertzogs* (Hertzogthums) *wegen zu Frankhen, das zu demſelben Biſthum gehœret, und von Alters her gehœret hat; ſo mag, von Rechts wegen, niemand, noch ſoll, richten, mit der Acht, in dem Hertzogthum, und dem Land-Gericht zu Franckhen, denn ein Biſchoff zu Würtzburg der allein da Landrichter iſt; und ſollen auch vor demſelben Landrichter zu Recht ſteben, alle Herren, Graffen, Freyen, und auch des Reichs Dienſt-Leuthe, und Stadt-Leuthe, und auch alle andere Leuthe, beyde Edel und Unedel, wie ſie Nahmen haben, die in dieſem vorgenanten Hertzogthum und Land-Gerichte zu Franckhen, geſeſſen ſeyn. Es ſoll auch in dem vorgenanten Hertzogthum und Land-Gerichte zu Franckhen kein ander Land-Gericht ſeyn; auch ſoll kein ander Land-Gerichte in dem vorgenanten Hertzogthum, oder Land-Gerichte, zu Franckhen richten &c.* Ut & aliud, ſub dato *Nürenberg, des nechſten Montags nach S. Bartholmes*, anno 1353 ibid. §. 7, p. 261, ubi: *Wir Carl &c. thun kund öffentlich, - - - - daß der Ehrwürdig Albrecht, Biſchoff zu Würtzburg, Unſer und des H. R. Reichs, lieber Fürſt, ſein, und ſeines Stiffts zu Würtzburg, und ihr beydes Fürſtenthums in Franken, Regalien und Lehen, wie man die mit ſonderlichen Nahmen benennet, die von dem Reich zu Lehen rühren, von uns, als von einem Rœmiſchen Konig, in gewœhnlicher Schœnheit und Zierheit, recht und redlichen empfangen &c.* Junge Confirmationem Privilegiorum, quam *Laurentius* Epiſcopus, an. 1510, 23 April. *Auguſtæ Vindelicorum, à Maximiliano I.* Imp. obtinuit, ibid. §. XI, p. 267; *Wiewol Wir Seiner Andacht alle und jegliche, Sein und Seines Stiffts, Land-Gerichts und Hertzogthums zu Francken, Privilegia - - - confirmiret und beſtetigt hatten &c.* quæ formula adhuc quater ibi occurrit. Per *Ducatum vero Franconiæ*, non integer ille Ducatus, quem *Conradus I*, ejusque Frater, *Eberhardus*, cum Succeſſoribus, moderabantur, intelligendus venit; ſed, cui *Hetanus*, an. 740, defunctus, præerat, per *Herbipolenſis* Diœceſis tractum, diffuſo. Notanda formula, qua *Fridericus* Imp. in cit. Diplomate utitur: *Epiſcopatu VEL Ducatu &c.* Recte hinc *Jacobus Spigelius*, in Not. ad *Güntheri Ligurinum*, lib. 1, pag. m. 278: *Ultimus* (Dux Franconiæ) *Hetanus nomine, quum migraſſet ſine hærede, Pipinus, Franciæ, ſeu Galliæ, Rex, donavit Ducatum Burchardo Epiſcopo, & omnibus ſuis Succeſſoribus, Anno ſcil. Chriſti 752. Legimus autem, poſt illud tempus, & alios Duces fuiſſe in Franconia, inter quos Chunradus quidam appellatus eſt, qui in Romanorum Regem electus fuit. Non igitur tota Provincia Franconiæ primum Epiſcopo data fuit, ſed, temporis ſucceſſu, ambitioſi Epiſcopi Ditionem ſuam mirum in modum ampliaverunt, & præſertim quum ultimus Dux Voitlandiæ ſine virili decederet prole &c.* & *Knichen*, de *Sublimi & Regio Territorii Jure*, cap. 4, §. 255 &c. *Ducatus intelligitur Würtzburg, & adjacentes Civitates, nec non Oppida - - - - & Dominatus, quem Hetanus, ultimus Dux, poſſedit &c.* *Quæ Speidelius*, quoque voce. *Würtzburg*, p. m. 989, & *Limnæus*, Tom. 1. Addit. ad lib. 3, cap. 3, §. 10, pag. 325, aſſentiente Dn. *Tolnero* cap. VII. *Hiſtor. Palatinæ*, pag. 174, 175, & 178, proferunt. Quo tempore Præſules *Ducum Franconiæ* titulo uti cœperint, non ſatis liquet. *Petrus Bertius*, l. c. pag. 162, §. 56, ait: *Goldefridus, Baro à Limburg*, (56 Epiſcopus) *ſedit an. 12. Hic primus ſe Franconiæ Ducem ſcripſit, eo quod Albertus Brandenburgicus hunc uſurpaſſet: defunctus eſt an. 1455 &c.* & *Knichen*, l. c. *Godefridus, ex Baronum Pincernarum de Limburg Familia Generoſiſſima, primus, in publicis literis & Diplomatibus ſeſe Francorum Ducem ſcripſit, monetaque incudi voluit; cui anſam præbuit Albertus, Marchio Brandenburgicus, Achilles Germanicus dictus, quod cum Oppida, & alia, poſſideret in Francia Orientali, eundem quoque titulum aſſumere non dubitaret. Papa namque Pius 2, Mantuæ advocans Principes Alemanniæ, contra Turcam, ipſi conceſſerat titulum, ut ſe indigitaret Ducem Franciæ Orientalis, ex quo Marchiones Brandeburgici Epiſcopos Würceburgicos Duces Franconiæ non ſalutarunt &c.* Eandem ſententiam amplectentibus *Bruſchio*, l. c. pag. 173, b. §. 56; *Cruſio*, de *Præeminentia*, lib. 2, cap. 13, p. m. 250. *Bucelino* l. c. pag. 15, in vita Epiſcopi, *Godefredi*, § 58. Dn. *Hertio*, de *Origine & Progreſſu ſpecialium Romano-Germanici Imperii Rerumpublicarum*, §. V, p. 18; Ill. Auctore *des Europ. Heroldts*, Tom. 1, p. 343; Dn. *Zweyburgio*, Tom. 2. *Theatri Præcedentiæ*, Tit. 6, p. 135; Dn. *Ludewigio*, §. IV. *Formulæ Brandenburgici Ducatus*, p. 44; Dn. *ImHoffio*, *Notit. Proc. Imper.* lib. 3; cap. IV, §. 5, pag. m. 69; aliiſque multis. Lites, quas anni 1521, *Albertus*; Moguntinus; *Fridericus* Saxoniæ, & *Joachimus* Brandenburgicus, Electores, una cum *Georgio* Pincerna L. B. de *Limburg*, Bambergenſi Epiſcopo, *Caſimiro & Johanne* Marchionibus Brandenburgicis, Burggraviis veluti Norimbergenſibus, atque *Georgio & Johanne* Ducibus Saxoniæ; *Conrado de Thüngen*, *Herbipolenſi* Epiſcopo, 5 Martii, per Oratores à *Carolo V*, Imp.

Wormatienſibus in Comitiis, Franconiæ Ducatus Inveſtituram efflagitanti, intenderint, ſolenni interpoſita proteſtatione: Dieweil Ihre Chur- und Fürſtliche Gnaden im Hertzogthum zu Francken, treffliche Fürſtenthum, Land und Gebiet, hatten, darin, oder darüber, Sie dem Biſchoff von Würtzburg, oder Sr. Gnaden Stifft, keines Hertzogthums, Obrigkeit, Herrlichkeit oder Gebiets geſtünden, Ihre Chur- und Fürſtl. Gn. Gn. auch in ſolche vermeinte Belehnung, und Empfahung nicht willigen, noch gehelen, kænten; ſondern wolten derſelben Empfahung, wo die geſchehen ſolte, ſoviel die Ihren Churfürſtlichen und Fürſtlichen Gnaden, an Ihren Fürſtenthümbern, Obrigkeiten, und Gerichtbarkeiten, Landen und Gebieten, im Hertzogthum zu Francken gelegen, zu Abbruch, Schmælerung und Nachtheil, jetzt oder künfftiglich gereichen ſolte, offentlich wiederſprochen haben; und ſonderlich die Chur- und Furſten Marggrafen zu Brandenburg, gedachten Herrn Biſchoff von Wurtzburg, gar kein Hertzogthum zu Francken geſtunden &c. docet: Unterricht, welcher Maß Biſchoff Cunraden zu Würtzburg, in Sr. Gn. vermeinten Empfahung des Hertzogthums Francken, geredt, und Verhinderung gethan iſt, anno 1521; offendis apud Limnæum, Tom. 1. Addit. ad lib. 3. Jur. Publ. cap. 3, §. 10, pag. 326 &c. Obtinuiſſe quoque Principes, ſub dato Worms, den 4 April. à Cæſare literas Reverſales, Herbipolenſis Inveſtituram, conſuetis formulis factam, in ipſorum præjudicium nec proceſſiſſe, nec unquam hoc titulo allegandam, documento eſt earum tenor, ibid. pag. 330. Hodie tamen, contradictione omni procul, ſcribit ſe Herbipolenſis: Franconiæ Ducem, teſtibus paſſim Imperii Receſſuum ſubſcriptionibus: e. g. Spirenſis, de an. 1529, §. 45, ubi: Conrad, Biſchoff zu Würtzburg, Hertzog in Francken; Auguſtani, an. 1530, §. 145, & Ratisbonenſis, de an. 1532, §. 5, in quibus idem comparet; Spirenſis, de an. 1570, §. 166, quem ſignarunt Friederichen, Biſchoffen zu Würtzburg, und Hertzog zu Francken, Legati: Neidhart von Thüngen, Thum-Herr zu Würtzburg; Martin, von und zu der Thann; und Hieronymus Hager, Secretarius, alle Ræthe; pariter & Receſſum Deputationis Francofurtenſis, anni 1571, §. 44: Julius Echter zu Meſpelbrunn, Thumdechant zu Würtzburg; Albrecht Eitel von Wirberg zu Walda und Grentzendorff; und Conrad Dünner &c. Spirenſis, de an. 1600, §. 152: ubi Von wegen Juliuſſen, Biſchoffen zu Würtzburg, und Hertzog zu Francken Wolff von der Thann &c. Johann Servatius von und zu Demantſtein, & Bartholomæus Kobald &c. Noviſſimi Ratisbonenſis, an. 1654, §. 200, cui nomen appoſuit Johann Philip. Ertz-Biſchoff zu Maintz, und Churfurſt, als Biſchoff zu Würtzburg, und Hertzog in Francken &c. non obſtante, quod in reliquis Receſſibus, nulla Dignitatis Ducalis fiat mentio, velnti Wormatienſi, 1521, §. 40; Auguſt. 1525, §. 7; Spirenſ. 1526, §. 33; Eslingenſ. 1526, §. 18; Ratisbon. 1527, §. 19; Wormat. 1533, §. 55; Ratisbon. 1541, §. 83; Spirenſ. 1542, §. 145; Norimberg. 1542, §. 45, & 1543, §. 40; Spirenſ. 1544, §. 104; Wormat. 1545, §. 18; Auguſtan. 1548, §. 108; 1551, §. 109 & 1555, §. 144; Ratisbon. 1557, §. 89; Auguſtan. 1559, §. 86; Wormat. 1564, §. 53; Auguſtan. 1566, §. 181, & 1567, §. 70; Norimberg. 1569, §. 65; Ratisbon. 1576, §. 123; Auguſt. 1582, §. 77; & Ratisbonenſibus, 1594, §. 133; 1598, §. 76, 1603; §. 70; 1613, §. 18, & 1641, §. 100; Inter Acta Publica, eandem theſin firmantia, occurrit, Unverfængliche Inſtructio, und Ausführung, durch alle Reichstæge von an. 1552, was in Religions-Weſen vorgangen, und, wegen Reſtitution der Geiſtlichen Güter, auf dem Convent zu Franckfurt, in an. 1631 celebrirt, in acht zu nehmen, apud Lundorpium, Tom. IV, lib. 2, cap. 1, §. 16, v. 51, p. m. 252; So iſt bey Unſerm Stifft Würtzburg, dieſes ſonderbahr in acht zu nehmen, daß demſelbigen, von Anfang deſſen Stifftung, durch Kayſer Carl den Groſſen, das Hertzogthum Francken incorporiret, und dero Geſtalt zugeeignet, auch von derſelben Zeit an, wir, und unſere Vorfahren, die Biſchœffe zu Würtzburg, von dem H. R. Reich, jederzeit zu Lehen recognoſciret, erkannt und getragen; inmaſſen dann, neben andern Regalien, ſo Uns, obverſtandener Maſſen, gleich andern Fürſten des Reichs, Geiſtlichen und Weltlichen, zuſtehen, wir auch noch darüber, und inſonderheit, mit dem Hertzogthum Francken, und deſſelben Kayſerl. Land-Gericht, wie nicht weniger alle bißhero geweſene Unſere Geehrte Herren Vorfahren, Biſchæffe zu Würtzburg, in ſpecie, auch wann es die Gelegenheit des Orts, und der Zeit, gegeben, auch gar unter freyem Himmel, und mit der Fahnen, gleich andern weltlichen Hertzogen, belehnet - - - - Inmaſſen dann, von der Kayſerl. Majeſtæt Uns ſolche Regalien, und Hertzogthum zu Francken, noch jüngſtlich, den 4 Januar. des 1625 Jahrs, allergnædigſt verliehen &c. Add. Bedencken und Einfuhrung dem Churfürſtl. Maintziſchen Directorio übergeben, wegen des neuen Puncti, welchen die Religions Verwandten den Catholiſchen aufgeſetzt, die Suſpenſion der Geiſtlichen Jurisdiction betreffend, an ex Jure Territorii? de an. 1631, apud Lundorpium l. c. §. XVII, p. 257; nec non Titulus, litteris ſub dato Bamberg, 21 Aug. 1677, ad Comitia tranſmiſſis, præfixus: Von GOttes Gnaden, Peter Philipp, Biſchoff zu Bamberg, und Würtzburg, Hertzog zu Francken &c. apud Lundorpium, Tom. X. Act. Publ. lib. XI, cap. 171. §. 13, p. m. 456; Verum quidem eſt, hoc charactere à multis Imperii Statibus Eum non ſalutari, Indeſſen aber (ut Dn.

Zwey-

Zweyburgii l. c. pag. 136, verbis utar,) *hat das Stiffi Würtzburg ſich am Kayſerl. Hoff, nach und nach, in die* Poſſeſſion, vel quaſi, *des* Tituls *und* Characters: *eines Hertzogen in Francken, geſetzet, und giebet die Reichs-Cantzley itzo, mit* Conſens *des Ertz-Cantzlers, Churfürſten von Maintz, dem Biſchoffen zu Würtzburg, den* Titul *und* Character: *Hertzog in Francken &c.* Quod & *Schilterus*, Comment. ad *Jus Feudale Aleman.* cap. 42, §. 11, pag. 254, aliique multi, comprobant; Documenti loco, habes literas *Leopoldi* Imp. an. 1700, 28 Febr. in cauſa *Michaelis Caroli Wigandi*, contra *Würtzburg*, apud *Antonium Fabrum*, Tom. VI. *der Staats-Cantzley*, cap. X, pag. 672 &c. ſic inchoatas: *Wir Leopold &c. entbieten dem Ehrwürdigen, Johann Philippen, Biſchoffen zu Würtzburg, und Hertzogen zu Francken, unſerm Fürſten, und lieben Andachtigen &c. Unſer Gnad, und alles Guts &c.* de antiquo dicterio:

Herbipolis ſola judicat enſe & ſtola,
vel, ut *Bruſchius* l. c. pag. 152, habet:
Herbipolenſis ſola, enſe judicat ſtola.
vel, ut *Bertius* l. c. pag. 158, tradit:
Herbipolenſis Stola enſe judicat ſola;

Vid. *Knichen* l. c. §. 262; *Speidelius* l. c. pag. 990; *Cruſius* l. c. *Höping* de *Jur. Inſign.* part. 1, cap. 6, §. 3, n. 58; *Limnæus*, lib. 3, *Jur. Publ.* cap. 3, §. 10, pag. 28; Ill. Dn. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* cap. 18, §. 14, p. 299; *Europ. Heroldt*, Tom. 1, p. 343; *Zweyburg* l. c. pag. 135. Conf. de hactenus dictis: *Scipio Gentilis*, de *Juriſdict.* lib. 3, cap. 16; *Centuriatores Madeburgici*, Centur. VIII, cap. 10, pag. 807; Ill. Dn. *Leibnitius*, Introd. in *Collectionem Hiſtor. Brunſuic.* §. XXV, pag. 13. Ad jura Epiſcopi pertinet, quod *Æneas Picolomini* in Comment. de *Statu Europæ*, *ſub Friderico III*, cap. 31, apud *Freherum*, Tom. 2, *Rer. Germ.* pag. 77, commemorat: *In Herbipoli Nobilis Epiſcopi ſedes eſt, qui & Francorum Dux habetur, &, cum rem Divinam facit, gladium in Altari nudum ante ſe habet &c.* Sic & *Bruſchius*, l. c. pag. 152. *Quoties Epiſcopus Herbipolenſis, ad aram ſtans, ſub infula & aliis Pontificalibus, ſacra facit, ſemper nudum & evaginatum enſem, ad eandem aram, prope ſe collocatum, habet, quo Franciæ Orientalis Ducatus, ac plenum jus vitæ necisque innuitur &c.* Perpetuam & ſpecialem conceſſionem, *per Ducatum Franconiæ*, exigendi Telonii, ut vocant, *aurei*, vigore cujus, *Epiſcopus Herbipolenſis, ejusque ſucceſſores, aut vicegerentes, de quolibet plauſtro vini, perpetuo unum florenum Renenſem, & de medio plauſtro dimidium florenum, & de urna vini, aut qualibet alia modica vini quantitate, pro rata præſcriptæ ſolutionis, petere, exigere, & percipere, poſſint, & valeant, & in uſum ſuum Eccleſiæque convertere, quæ ſolutio ab omnibus & ſingulis, undecunque per Orientalem Franciam Diœceſis Herbipolenſis, hujusmodi vinum duxerint, tam per terram, quam per aquas, ſive negociationis, ſive ex quacunque alia cauſa, ſine contradictione & impedimento, peti, exigi, percipi & levari poſſit &c.* an. 1468, die Sabbati ante Dominicam: *Judica*, Epiſcopo *Rudolpho* factam & confirmatam, ſiſtunt: Dn. *Schilterus*, inter *Diplomata & Documenta*, *Friderici III*, hiſtoriam illuſtrantia, p. m. 79 &c. & Dn. *Leuckfeld*, *Antiquit. Pældenſ.* Append. III, §. XII, pag. 269 &c. Locum quoque Epiſcopo huic, inter ordinarios Imperii Deputatos, competere, ex *Textore*, *ad Rec. Ratisbon.* Diſp. 1, §. 16, obſervavit *Gaſtelius* de *Statu Publ.* cap. 15, pag. 496. Circa proëdriam, inquit Auctor *von denen Reichstagen*, apud *Lundorpium*, Tom. IV, lib. 4, cap. 43, pag. 862: *Auf der Geiſtlichen Banck - - - wann Oeſtreich vorſitzt, hat Würtzburg, vor Wormbs; und Münſter, vor Lüttich, den Vorſitz*, & vice verſa, *ſo Saltzburg das* Directorium *führet &c. Limnæus*, Addit. ad lib. IV, cap. 9, §. 97, pag. 658, ait: *Inter Epiſcopos Herbipolenſem & Wormatienſem, in ſeſſione & voto, alternatio eſt; ſed primo & ultimo die, Herbipolenſis primas tenet, & eaſdem ſibi, in ſubſcriptione Receſſus, abſque alternatione, deberi contendit &c.* Conf. *Irenicus*, *ad Burgoldenſem*, p. 2, p. 35. *Sprenger Lucerna*, p. 27; *Gaſtelius*, loc. cit. *Cruſius* l. c. lib. 2, cap. 13, pag. 249 & 250. Evergetas nominat *Sprenger*, in *Ellychniis*, ad cap. 6. *Lucernæ* p. m. 1745; Conf. *Gaſtelius* l. c. divitias innuit Proverbium: *S. Kilian* (Patronus Würtzburgicus) *iſt Vermœgens genug*, *S. Martino* (Patrono Moguntino) *den Mantel ſticken zu laſſen.* Reliqua notatu digna congeſſit Ampliſſ. Dn. *Im-Hoff* l. c. §§. 4 ad 8, p. m. 69, recenſens, §. 7, Officiales hæreditarios, id eſt, *Mareſchallos:* Comites de *Dernbach*, quorum Vicarii (*Unter-Marſchalk*) Nobiles de *Bibra*; *Pincernas:* Comites de *Caſtel*, quorum Sub Officiales, Equites *Grumbachii*; *Dapiferos:* Comites *Eyſenbergios*, quibus ſubſtituti, Equites de *Thungen*; *Camerarios*, Comites *Stolbergenſes*, quorum Vicarii, Equites *Zobel de Gibelſtad.* Inſignis loco utitur Epiſcopus vexillo, ex minio & argento quadripartito, lanceæ aureæ, obliquo ſitu locatæ, affixo, in campo cœruleo. Vid. Idem l. c. §. 2. pag. 68. Capitulum XXIV Canonici, Equeſtris Ordinis, conſtituunt; l. c. §. 9, pag. 70; Singulare quid de Canonicis referunt *Europ. Herold*, T. 1, p. 343; Dn. *Bilderbeck Reichsſtaat*, T. 2, part. 5, cap. 6, §. 8, pag. 40. & Dn. *Zſchackwitz*, Introd. Jur. Publ. lib. 3, cap. 5, Q. 45, p. 474.

(*e*) SPIRENSIS &c. *Spira*, *Nemetum* quondam Civitas fuit, *Julio Cæſari*, *Plinio*, *Tacito*, & *Ammiano Marcellino*, quorum verba ſeq. lit. f & h, recitabo, celebrata. Conf. *Lehmanni Chron. Spir.* lib. 1 cap. 2

2, 3 & 4, pag. 2 &c. ibi, cap. 4, p. 5: *Civitas Nemetum, Spira &c. &c.* In Codice *Carolino*, anno 810, audit *Nemnetis;* Vid. præced. lit. e. *Cluverius*, *German. Antiq.* lib. 2, cap. 12, pag. 45; *Zeilerus*, *Itiner. German.* cap. 9, pag. m. 219 &c. & *Cellarius* *Geograph. Antiq.* lib. 2, cap. 3, pag. m. 194 &c. eidem *Noviomagi* quoque fuiſſe nomen, *Peutingeriana Tabula*, & *Antonini Itinerario*, probant. De *Nemetis*, evolvendi adhuc Commentatores in *Taciti Germaniam*, apud *Schardium* T. 1. *Rer. German.* veluti *Althamer*, pag. 22, *Willichius*, pag. 59; *Glareanus*, pag. 73; *Melanchthon*, p. 78, & *Gebwiler*, de *Libertate German.* cap. XI, ibid. pag. 225, Epiſcopatus, Hiſtoriam illuſtrant: *Wilhelmi Eiſengreinii Chronicon Spirenſe, oder Hiſtoriſche Beſchreibung aller Biſchœffe, von Anfang, deren Stamm Nahmen, Leben und Regierung; Dillingen*, 1564, 8*vo*, *vermehrt durch Philippum Simon, Fryburgi*, 1610, ſol. modo laudati *Chriſtophori Lehmanni* Chronica *der Freyen Reichs-Stadt Speyer;* Francofurti 1612, Fol. denuo, 1662, 4to. & 1698, ſol. *Petrus Bertius*, Part. 3. Comment. *Rer. German.* cap. 6, voc. *Spira Nemetum*, p. 257, ad 262, exhibens Epiſcoporum ſeriem, à *Jeſſio*, qui circa annum Chriſti 348 vixit, usque ad *Gibothonem*, an. 1314, defunctum. *Caſper Bruſchius* cap. VI, de *Epiſcopis German.* pag. 77, ad 101, recenſens Præſules, à *Jeſſio*, usque ad *Philippum à Flersheim*, an. 1530, 25 Mart. inauguratum; *Bucelinus*, part. 1. *German. Sacra.* tit. *Epiſcopi Spirenſes*, pag. 8 ad 10, eorundem Catalogum ſiſtit, à *Jeſſio*, ad *Lotharium Fridericum de Metternich* usque, qui ſimul Archi-Epiſcopus Moguntinus, & Præſul Wormatienſis, an. 1675 3-13 Jun. ad plures abiit. Succeſſorem Ejus, JOHANNEM HUGONEM, ex inclyta ORSBECKIORUM, Juliacenſis agri ſtirpe, proſatum, ſimulque Electorem Trevirenſem, atra mors abſtulit an. 1711, 6 Januarii, in cujus locum, an. eod. 27 Febr. ſurrogatus, Reverendiſſimus Dn. HENRICUS HARTARDUS à ROLLINGEN, alioquin Capituli Decanus, & Præpoſitus ad S. Guidonis. Et hunc 30 Nov. 1719. ad plures abeuntem ſecutus eſt DAMIANUS HUGO PHILIPPUS, Comes de Schœnborn-Puchheim, natus 1 Nov. 1676, Cardinalis 29 Maji 1715, Coadjutor 21. Julii 1716, Epiſcopus Spirenſis 30 Nov. 1719; Coadjutor Conſtantienſis 1722; & tandem Epiſcopus Conſtantienſis 1737. Præſules Superioris Seculi XVII, recenſet Dn. *ImHoff* l.c. lib. 3, c. 7, §. 6, p. m. 76. Communis Traditio eſt, *Jeſſium*, ſive *Jaſimum*, & *Jeſum*, aut, ut Tom. 1. *Concil.* habetur, *Teſſium*, primum fuiſſe *Spirenſium* Antiſtitem, qui *Euphratem*, ſeu *Euphratam*, Colonienſium Præſulem, Ariana imbutum hæreſi, in Colonienſi Synodo, an. 346, ut *Placentio*, *in Catalogo Antiſtitum Trajectenſium*, p. m. 232, *Magni Chronici Belgici* Compilatori, pag. m. 8, *Baronio*, Tom. 3. *Annal.* ad h. a. §. 7, pag. m. 558, Illuſtri *Obrechto*, Prodrom. *Rer. Alſat.* cap. 9, pag. m. 175; B. Dn. *Bebelio*, *Antiquit. Germaniæ Primæ*, Art. 2, §. 28, p. m. 66, aliisque, videtur, vel, an. 347, ut *Albericus*, h. a. pag. 27, habet; vel, an. 348, judice *Lehmanno*, l. c. lib. 1, cap. 5, pag. 15, nequaquam vero, an. demum 375, ceu *Trithemius*, in Vita *Maximi* Moguntini, cap. 16, apud *Surium*, 18 Novemb. arbitratur, congregata, una cum reliquis, Sede indignum judicaverit. Addit. *Lehmannus* l. c. cap. 28, p. 46: *Nach dieſem* Jeſſio *liſt man von keinem Speyeriſchen Biſchoff, biß zur Zeit des Frantzœſiſchen Kœnigs*, Dagoberti, &, paucis interjectis: *Kœnig* Dagobertus *hat, umb das Jahr Chriſti* 610, *dieſes Biſthumb wiederum glücklich aufgericht, und den* Athanaſium, *ſeinen Hoffprediger, demſelben vorgeſetzt, daher dann die Speyrer Kirch dieſen* Dagobertum, *als für ihrem erſten Stiffter rühmt &c.* Conf. idem lib. 3, cap. 13, p. m. 220; *Bruſchius*, l. c. pag. 77, *Bucelinus* l. c. pag. 8; *Bertius* l. c. pag. 257; apud Dn. *ImHoff* l. c. cap. 7, pag. m. 75, & *Europ. Heroldt*, l. c. pag. 348, ex errore typographi, loco an. 348, reperitur an. 398. Sedes Epiſcopi eſt *Bruchſaliæ*, ab *Henrico III* Imp. an. 1056, 2 Non. Maji, Eccleſiæ huic dono datæ. Vid. *Lehmannus* l. c. lib. 5, cap. 41, pag. 477. Inter Rhenanos Epiſcopatus, obtinet *Spirenſis* nomen Sanctiſſimi, ſeu Religioſiſſimi, teſte *Bertio* l. c. pag. 37, & *Lehmanno* lib. 1, cap. 28, p. 47, ubi: *Es iſt ein gemeiner Nahmen, daß die Landſchafft am Rhein, von wegen der Biſtumb, ſo daran gelegen, die Pfaffen-Gaß genennet wird, und unter denſelben das Biſtumb Chur, das Obriſt; darüm, daß es am Urſprung des Rheins gelegen; Coſtantz: das Græſeſt, oder weitlæuffigſt, ſintemahl es* 1800 *Pfarren, und* 400 *Klœſter, im Begriff haben ſoll, Baſel; das Luſtigſt, Straßburg: das Edelſt; - - Speyer: das Heiligſt, oder Andæchtigſt; Worms: das Armſt; Maintz: das Würdigſt, weil es nach Rom, der Ander Stuhl zu Maintz, vom Pabſt Gregorio dem III genant; Trier; das Aeltiſt; Cœlln: das Reichſt &c.* Ab obitu *Rudigeri*, *Piſcatoris*, qui Abbatiam *Weiſenburgenſem* à *Dagoberto M.* Gall. Rege, in *Wasgovia* fundatam, & à *Carolo IV.* Imp. dignitate Principali exornatam, an. 1526, in *Præpoſituram ſecularem* mutari paſſus erat, *Philippum* de *Flerſtein*, ſucceſſorem ejus, ſimulque Spirenſem Epiſcopum, à *Carolo V*, Imp. & *Paulo III* P. R. præpoſituram hanc Epiſcopatui *Spirenſi* inſerendam obtinuiſſe, ex *Sprengeri Lucerna*, cap. 6, pag. 296; Dn. *ImHoff* l. c. lib. 3, cap. 7. §. 5, p. 75 & 76, *Europ. Heroldt*, T. 1, pag. 388, &c. patet. Ἐπίσημα eſt, *Crux argentea, in ſolo cæruleo.* Vid. *ImHoff* l. c. §. 1, pag. 75. Canonicorum XI ſunt *Capitulares*, & 16 *Domicellarii.* Vid. l. c. §. 7 & 8, pag. 76; aliter de his *Europ. Heroldt*, l. c. pag. 349; Dn. *Bilderbeck*, *Reichs-*

ſtaat.

ſtaat, T. 2, part. 5, cap. 9, §. 4, pag. 45. Dn. *Zſchackwiz Introd. Jur. Publ.* lib. 3, cap. 3. Qu. 68, pag. 485. Evergetas laudat Dn. *ImHoff* l. c. §. 3, pag. 75; add. *Sprengeri Lucerna*, l. c. pag. 296 & 297, & *Ellychnia* ad hunc locum, pag. 1747. *Gaſtelius*, de *Statu Europ.* cap. 15, p. m. 499; *Europ. Heroldt* l. c. pag. 348. Litem quam Præſul noſter, an. 1653, circa prærogativam ordinis, quoad votum & ſeſſionem in Comitiis Imperii, *Aichſtadienſi* movit, cognoſcas ex *Biſchoff-Speyriſchen* Memorial, *an Ihr. Kayſ. Maj.* Seſſionem & Votum *vor Eichſtatt betreffend*, apud *Lundorpium*, Tom. VII. *Act. Publ.* lib. VI, §. 114 &c. pag. 19 ad 26; ut & *Biſchoff-Eichſtættiſchen Antwort*, dictat. in Comitiis, an eod. 13 Junii, l. c. §. 120, pag. 26 &c. Conf. *Biſchoff-Speyriſche Antwort*, dictat. ibidem, an. 1653, 16 Junii, l. c. §. 122, pag. 34 &c. *Nochmahlige Biſchoff-Eichſtættiſches* Memorial, in puncto Præcedentiæ, contra *Speyer*, dictat. ibid. 1653, 22 Junii, l. c. §. 129, pag. 50 &c. *des Biſchoffs von Eichſtatt Abgeſandtens* Memoriale, *an das Hochlæbl. Churfürſtl.* Collegium, *den Præcedentz-Streit mit dem Biſchoff von Speyer, betreffend*, l. c. §. 141. p. 61. Epiſcopi *Spiræ*, quandoque *Lauterburgi*, vel *Bruchſalii*, Sedem figunt.

(*f*) ARGENTINENSIS &c. De Epiſcopatu hoc legi meretur: Antiquiſſimum *Erckenbaldi*, Epiſcopi Argentinenſis, ſub *Ottone Magno*, de *Anteceſſoribus ſuis in Epiſcopatu*, Carmen, ex Auguſtanæ Bibliothecæ Codice, à Dn. *Obrechto, Prodrom. Rer. Alſatic.* c. 9, p. m. 178 & 179, & plenius, à *Schiltero*, inter Scriptores *Rer. Germ.* an. 1702, vulgatum; *Jacobi von Kœnigshoven Elſaſſiſ. und Straſburgiſche Chronicke, von Anfang der Welt, biß ins Jahr, nach Chriſti Geburth*, 1386; *mit Hiſtoriſchen Anmerckungen, in Truck gegeben, von D. Johan Schiltern; Straſburg*, 1698. *Franciſci Guillimanni* Comment. de *Epiſcopis Argentoratenſibus*, Friburgi, 1608; *Jacobi Wimphelingii* Catalogus *Epiſcoporum Argentinenſium*, cum ſupplementis *Joh. Michaelis Moſcheroſché*, Argentorati, 1660; *Balthaſaris Bebelii*, b. m. Avunculi mei, *Antiquitates Germaniæ primæ, &, in hac, Argentoratenſis Eccleſiæ*; Argentorati, 1669. *Jodoci Coccii*, Theol. D. & Cancellarii Academiæ Molsheimenſis, de *Dagoberto Rege, Argentinenſis Epiſcopatus Fundatore*, Molshem. 1623. *Bruſchius*, de *Epiſc. German.* cap. 5. p. 54, ad 76, ubi à *S. Amando*, ad *Eraſmum*, Pincernam Limburgium, Epiſcoporum ſeries; *P. Bertius* lib. 3 Comment. *Rer. German.* cap. 6, Rubr. *Argentoratum*, pag. 50 &c. ad 55, ubi eorundem Catalogus, à *S. Amando*, ad ſchiſma usque, an. 1592, poſt fata *Johannis Manderſcheidii*, Canonicos inter Proteſtantes & Pontificios, exortum; *Bucelinus*, part. 1 *German. Sacræ*, p. 6 ad 8, eundem exhibens Catalogum in *Leopoldum Wilhelmum*, Archiducem, usque, continuatum. Dn. *ImHoff*, Notit. *Proc. Imp.* lib. 3, cap. 8, §. 3 &c. p. m. 77 &c. memòr *Franciſci Egonis* Pr. *Fürſtenbergii*, an. 1663, 29 Jan. in locum laudati Archiducis, electi; *Europæiſcher Herold*, Tom. I, pag. 350 &c. mentionem faciens *Wilhelmi Egonis*, Princ. *Fürſtenbergii*, qui defuncto an. 1682, 22 Mart. Fratri, ſurrogatus, 8 Jun. ejusd. anni inauguratus fuit; Quo, an. 1704, 10 April. itidem mortuo, modernus Epiſcopus, Sereniſſ. Dn. ARMANDUS GASTO, Princeps de ROHAN, *Franciſci*, Principis de *Soubize*, & *Annæ de Rohan Chabot*, filius, natus 1674, 24 Junii, & ab an. 1701, 31 Januar. *Fürſtenbergii* Coadjutor, cathedram conſcendit. 1704. Cardinalis S. R. E declaratus 18 Maji 1712; & Eleemoſinarius primarius Galliæ 3. Junii 1713. Fundatorem Epiſcopatus celebrant *Dagobertum*, Francorum Regem, *Kœnigshovenus* l. c. cap. IV, pag. m. 233, cujus verba ſunt: *Der Künige Dagobertus gewan Sant* Amandum *gar liep, und machte In einen Biſchof zu Trichte* (Trajectenſis) *by Oche do Sant* Amandus *was do drü Jor geweſen, do belangete den Kinig noch Sant* Amando, *und ſchickete noch Ime. Und do kam Sant* Amandus *und wart dem Künige, und der Künigin, alſo liep, das ſü In nüt woltent von In laſſen us dem Lande Elſas. Herumbe ſo machtent ſü zu Tricht einen andern Biſchof, und hieſſent diſen zu Strosburg Biſchof ſin, das er deſte neher by In were. Und was vormols zu Strosburg, noch zu Honowe, kein Biſchof geweſen - - - Er was nüt lange Biſchof zu Strosburg, was ſine Untertone woltent ſiner Gœtlichen Leren nüt volgen, alſo er gerne hatte geſehen. Dovon gap er das Biſtum uf, und kam in ein Cloſter, noch Gottes Geburte, DC und XL Jor &c. Wimphelingus* l. c. in Prologo; & in vita *Amandi*, pag. 7; *Hieronymus Gebwilerus*, in Comment. de *Comitibus Habſpurg.* lib. 3, cap. 10; & in *Panegyri Carolina* p. 24. quorum verba Dn. *Bebelius* l. c. Art. 2, §. 24, p. m. 60 & 61, recitat; nec non *Jodocus Coccius* l. c. cap. 14; *Bertius* l. c. pag. 51; *Bruſchius*, pag. 55, *Bucelinus*, l. c. pag. 7; aliique, quorum *Bebelius* l. c. meminit; noviſſimè, *Franciſcus Ego, Fürſtenbergius*, Eccleſiæ Præſul, cum an. 1681, 14. 24 Octobr. *Ludovicum Magnum*, Galliarum Regem ad valvas Summi Templi, ſequenti Oratione exciperet:

C'eſt preſentement, Sire, me voyant remis, par Vos mains Royales, en poſſeſſion de ce Temple, dont la violence des Miniſtres de l'Hereſie Nous a tenüe ſi long tems exilés, moy & mes Predeceſſeurs, que j'ay lieu de dire à Vôtre Majeſté, à l'exemple du Bon Homme Simeon, que j'attendray dorenavant la fin de mes jours en repos, & que je pourray, lorsqu'il plaira à Dieu de m'appeller à luy, quitter le Monde avec beaucoup de conſolation. Cette Illuſtre Egliſe doit, ſans doute, Sire, une bonne partie de ſon établiſſement, à Vos Auguſtes Predeceſſeurs, Cloüis & Dagobert desquels l'un a placé la premiere pierre de ce ſomptueux Vaiſſeau, & l'autre l'a fait eriger en Evêché, en la dotant de pluſieurs Terres & revenus. Mais V. M. parce qu'Elle fait aujourd'huy s'en rend comme le nouveau Fondateur, d'une maniere encore plus glorieuſe. Je ſouhaitterois, Sire, d'avoir aſſez d'eloquence, pour pouvoir Vous exprimer l'exces de la joye,

Digitized by Google

que Moi & mon Chapitre, dont une partie eſt preſente, reſervions, pour l'avantage, que cette grande action, & vrayement digne de la Pieté d'un Roi Tres-Chrêtien, va procurer, tant pour la gloire de Dieu, que pour la reputation de V. M. mais, manquant de termes, & la facilité à m'expliquer en cette langue cy, je ſuis contraint, Sire, de laiſſer renfermés dans nos cœurs, mille ſentiments de reſpects, de reconnoiſſance, de tendreſſe, ſi je l'oſe dire, & de veneration pour la Tres-Auguſte Perſonne de V. M. & de l'aſſurer ſimplement, que nous ne ceſſerons jamais, comme tres-obeiſſants, tres-Fideles ſerviteurs & Sujets, de pouſſer continuellement nos voeux au Ciel, dans cette maiſon de Dieu, ou Elle vient de retablir le veritable Culte, afinqu'il plaiſe à la divine Majeſté, de Vous combler, Sire, de proſperité & de benediction.

Quam etiam Ill. Auctor *des Europ. Heroldes*, Edit. an. 1688, p. m. 1451, &, in Idiomate Germanico, *Lundorpius* Tom. XI *Act. Publ.* lib. 12, cap. 70, pag. 131, *Theatr. Europ.* Tom. XII, ad an. 1681, pag. 279, & *Diar. Europ.* Tom. 44, an. eod. pag. 395 & 396, exhibent. Quorum omnium ſententia, *S. Amandus*, Trajectenſis Præſul, à *Dagoberto* Rege Primus *Argentorati* Antiſtes conſtitutus. Meliori autem fundamento altius aſcendunt *Godofredus Henſchenius*, Jeſuita, in *Diatriba* de *Tribus Dagobertis*, lib. 4, c. 4; Dn. *Bebelius* l. c. §. 28, pag. 65 & 66; & Ill. Dn. *Obrechtus*, *Prodrom. Rer. Alſat.* cap. 9, p. m. 174 &c. oſtendentes, *Amandum*, Argentoratenſium Præſulem, jam Synodo Colonienſi, an. 346, contra *Euphratam*, Colonienſem Epiſcopum, ut præced. lit. e, monui, congregatæ, interfuiſſe; adeoque diu ante *Dagoberti* tempora. Ex Tomo I Concil. recenſent *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 347, p. 27, *Magni Chronici Belgici* Compilator, p. m. 8; *Lehmannus*, lib. 1 *Chron. Spir.* cap. 28, p. m. 46; *Baronius* Tom. 3 *Annal.* ad an. 346, §. 8, pag. 558; Dn. *Bebelius* l. c. pag. 66 & 67 &c. Epiſcoporum nomina, tunc congregatorum, inter quos etiam *Amandus Argentinenſium* conſpicuus. Eundem, an. 347, ad Edictum *Conſtantii* & *Conſtantis* Imperatorum, *Sardim* quoque, cum reliquis eo convocatis Præſulibus, ſe contuliſſe, ex *Athanaſii Apolog. Secunda*, Tom. 1 Operum, p. m. 767, diſcimus, ibi: *Eorum autem, qui in Synodo ſcripſerunt, cæterorumque aliorum Epiſcoporum, iſta ſunt nomina; - - - Galliæ - - - Jeſſes, Ariſton, Simplicius, Amantus &c.* Per *Amantum* autem, non alium, quam *Amandum Argentoratenſem*, intelligendum eſſe, dudum *Ægidius Bucherius* Atrebatenſis, Jeſuita, in *Belgio Romano Eccleſiaſtico & Civili*, an. 1655, *Leodii* edito, ad an. 347, §. 5; *Baronius* l. c. *Bebelius* l. c. pag. 67; *Obrechtus* l. c. pag. 176, aliique Viri Eruditi, probarunt. Si de dotatione loquamur, res aliter ſe habet; *Dagobertum* enim Eccleſiam hanc *tribus optimis & electis curtibus* auxiſſe, præced. §. 5, lit. a, monui, quamvis nec de *Dagoberto Magno*, ſed *Tertio* id aſſerendum veniat. Qua ratione *Amandus*, *Trajectenſis*, cum *Argentoratenſi* confundatur, ſolidè demonſtrat *Bebelius* l. c. §. 33, ad 40, p. 70 ad 78. Antiquitatem Oppidi, *Tribocis* (de quibus, *Cæſar*, *Tacitus* & *Plinius*, quorum verba ſeq. lit. h. habentur; *Althameri* Scholia in *Taciti Germaniam*, ap. *Schardium* T. 1 *Rer. Germ.* pag. 12; *Willichius*, in eundem Libellum, §. 4, l. c. pag. 59; *Glareanus*, in eundem l. c. pag. 73; *Melanchthon*, in eundem l. c. pag. 78; *Birckheimer*, de *Locis Germaniæ*, l. c. p. 83; *Gebwiler*, de *Libertate Germaniæ*, c. 11, l. c. p. 225, aliique evolvantur) quondam inſeſſi, ceu *Cluverius* lib. 2 *Germaniæ Antiquæ*, cap. XI, pag. 38 &c. *Zeilerus Itiner. German.* cap. 8, pag. 209 &c. & *Cellarius*, *Geograph. Antiq.* lib. 2, cap. 3, pag. 192 &c. pluribus oſtendunt; illuſtrat, *Ptolemæus* Ἀργεντόρατον illud nuncupans. A *Juliano* Cæſare, *modicis copiis, apud Argentoratum, Galliæ Urbem, ingentes Alamannorum copiæ extinctæ ſunt &c.* inquit *Eutropius* lib. 10 *Hiſt. Rom.* cap. 7, §. 5, pag. m. 262 & 263; *Caſſiodorus*, in Chronico, ſub Conſulatu *Conſtantii*, & *Juliani*, p. m 695; & *Paulus Diaconus*, lib. XII *Rerum Romanarum Continuationis Eutropianæ*, p. m. 163, in Vita *Gratiani*, eodem vocabulo utuntur; *Hieronymus* vero, *Contin. Chronici Euſebiani*, ad an. 378, Edit. *Scaliger*, p. m. 187, & *Proſper Aquitanus*, in *Chronico*, ſub *Gratiano IV*, & *Merobaude*, Coſſ. apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth. MS.* p. m. 44, eam *Argentariam* nuncupant; quam appellationem etiam, in Opere *Thegani*, de *Geſtis Ludovici Pii*, ad an. 833, apud *Pithœum*, p. m. 312, & lib. 3, *Nithardi*, *Hiſtor.* ad an. 842, ibid. 471, oſtendimus. Apud *Ammianum Marcellinum* lib. XV, p. m. 59, legitur *Argentoratus*, ibi: *Prima Germania, ubi, præter alia Municipia, Magontiacus eſt, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratus, barbaricis cladibus nota &c.* Conf. idem. Lib. XVI, pag. m. 65, 81 & 93; Lib. XVII, pag. 96, & 107, & Lib. XX, pag. 175. *Zoſimus*, lib. 3, cap. 3, p. m, 240 & 241, ait: περὶ πόλιν Ἀργέντορα, τὴν πρὸς τῇ τοῦ Ῥήνου κειμένην ὄχθῃ, id eſt: *Circa Urbem Argentora, in ripa Rheni ſitam &c.* In Diplomate *Lotharii* Imp. an. 845, pro Monaſterio *S. Stephani* Argentoratenſi, condito, apud *Guillimannum*, de *Epiſcopis Argentinenſibus*, cap. 5, p. 26; Dn. *Schilterum*, *in der Achten Anmerckung über Kœnigshovens Elſaſſiſche Cronick*, §. 9, p. m. 529, & *Tenzelium*, in *Vindiciis Conringianis*, pro *Cenſura Diplomatis Ludoviciani Lindavienſis*, Append. 3, §. 8, p. 98, audit *Argentoracum*. Nummum *Ludovici Pii*, altero latere verba: *Argentina Cytas* (Civitas,) referentem, adducit *Tenzelius* cit. *Vindic.* cap. 7, §. 14, p. m. 154. Junge *Erckenbaldi*, ſub

Digitized by Google

Ottone Magno Imp. Argentoratenſium Præſulis, Carmen, de *Anteceſſoribus ſuis in Epiſcopatu*, apud *Schilterum*, de *Script. Rer. German.* in vita *Ruthardi* Epiſcopi:

Suevia, quem docuit flens Argentina dolebit &c.

& *Ditmarum*, lib. 5 *Chron.* p. m. 54: *Caput Ducatus ſui, Argentinam, quæ Strasburg dicitur - - - milite petit armato &c.* ſermo eſt de *Hermanno*, Alamannorum Duce. Conf. *Odilo*, in vita *S. Adelheidis*, *Ottonis I* Imp. Conjugis; apud *Surium*, 16 Decemb. p. m. 279, cap. 8, & Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Rer. Brunſuic.* p. m. 265, cap. 7: *Wideraldo Argentinæ Civitatis Epiſcopo &c.* & *Adelboldus*, in vita *Henrici S.* Imp. §. 8, apud Dn. *Leibnitium* l. c. p. 432, *Conradus de Fabaria*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 17, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 Scriptorum *Rerum Alamannicarum*, part. 1, p. 85. Vita *S. Florentii*, *Argentinenſis* Epiſcopi, apud *Surium*, 7 Novemb. pag. 184, §. 1. In vetuſtiſſimo Codice *Carolino*, de *Metropolibus*, an. 810, conſpicitur: *Civitas Argentoratenſis, id eſt, Stratburg.* Vid. præced. lit. e. Quoad denominationem Germanicam, reperio, in Hiſtoria *Gregorii Turonenſis*, lib. 9, cap. 36, p. m. 210, Edit. Freher. vocabulum *Strataburgum: Childebertus Rex morabatur cum Conjuge, & Matre ſua, intra terminum Urbis, quam Strataburgum vocant &c.* Intelligi autem hic *Argentoratum*, evincit ejusdem oratio, lib. 10, cap. 19, p. m. 133: *Qui* (Egidius Remenſis) *ſtatim ad Argentoratenſem Urbem, quam nunc Strataburgum vocant, deductus, exilio condemnatus eſt &c.* Sic *Nithardus* l. c. *Lodowicus & Karolus, in Civitate, quæ olim Argentaria vocabatur, nunc autem Strazburg vulgo dicitur, convenerunt &c.* & *Annales Francorum Pithœani*, ad an. 842, pag. 39: *Occurritque Ei* (Ludovico) *Carlus, apud Urbem Argentoratum, quæ nunc Strazburgus vocatur &c.* & *Fuldenſes*, ad h. a. totidem verba exhibentes; & Diploma *Lotharii* Regis apud *Vignerium*, in *Eliſatenſis Familiæ Genealogicis probationibus* p. 77, unde ſua hauſit *Mabillon*, de *Re Diplom.* lib. 4, pag. 248: *Dat. Idib. Octob. Anno, Chriſto propitio, Regni Domni Hlotharii Regis IV, Ind. ct. VII, actum Strazburg, Palatio Regio &c.* & *Ludovicus Germanicus*, in Diplomate an. 871, pro Monaſterio *S. Stephani* Argentoratenſi, dato, apud *Guillimannum* l. c. pag. 871, & *Tentzelium* l. c. Append. 3, pag. 99: *Abbatiſſa, Baſilla, S. Stephani infra muros Argentoratenſes, ſive Strasburc, Noſtram adiens Majeſtatem &c.* & p. 100, in fine: *Actum Strasburg Palatio Regio &c.* In Tabulis *Procaſpidanæ* Conventionis, inter *Ludovicum Germanicum*, & *Carolum Calvum*, Galliarum Reges, de an. 870, apud *Nithardum*, lib. 4, p. m. 488, reperis: *Straſburch &c.* & lib. V, *Aimoini*, cap. 25, p. m. 482: *Strasburg*, i. e. *Argentinam &c.* In Indice *Civitatum Primæ & Secundæ Germaniæ*, quem Dn. *Obrechtus* l. c. cap. V, p. 37, ex Tomo I Scriptorum *Rer. Franc. Andreæ Du Chesne*, producit, conſpicitur: *Civitas Argentina, id eſt, Stratzburgis &c.* & rurſus, pag. 39: *Civitas Argentoratenſium, Strateburgo &c.* Hinc toties *Strasburgenſium Epiſcoporum* mentio, ut in Epiſtola *Zachariæ* P. R. ad varios Præſules, de an. 748, Auctore *Othlono*, in Vita *S. Bonifacii* Moguntini, lib. 2, cap. IV, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 74, ubi: *Hattoni Strasburgenſi Epiſcopo &c.* quamvis *Baronius* Tom. IX Annal. ad an. 748, §. 13, p. m. 210, rectius legat: *Ottoni, Strasburgenſi Epiſcopo &c.* Add. Diploma *Ludovici Germanici*, de an. 873, quo Epiſcopatum noſtrum Juriſdictione Seculari exemptum declarat, apud Ill. *Obrechtum* l. c. cap. 12, pag. 292: *Venerabilis Rataldus, Strazburgenſis Urbis Epiſcopus &c.* & *Regino*, ad an. 925: *Witgerus Epiſcopus obiit, cui Benno, ex ordinariis Strasburgenſibus - - - - ſucceſſor eligitur &c.* *Arnoldus*, in vita *S. Godehardi*, Hildesheimenſis, cap. 10, apud *Surium*, 4 Maji, p. m. 62, verb. *Wernerus quoque Strazburgenſis Præſul, ſuſtollitur &c.* *Adelboldus*, l. c. §. 6. *Epiſcopus Strasburgenſis &c.* & §. 8. *Super Epiſcopum Strasburgenſem &c.* Solum Chronicon *Montis Sereni*, ad an. 1186, pag. m. 51, habet: *Straceburg.* Errat minimum *Johannes Craws*, Presbyter in *Motznig*, Tract. de *Vitis Imperatorum è domo Brunſuicenſi oriundorum*, apud *Maderum*, *Antiq. Brunſ.* pag. 79, ſcribens: *Otto I, vocatus Magnus, anno Domini 938, regnavit annis 35, filius Henrici ſupradicti. Iſti oppoſuit ſe Rex Francorum, volens ſibi Imperium uſurpare, quaſi ad ſe devolutum, ex Paterna ſucceſſione, quia de Genere fuit Carolorum, & linea transverſali, & maſculino ſexu. Otto vero, de eadem ſtirpe, ſed fœminino ſexu. Civitas itaque Argentinenſis contra Ottonem, adhæſit Regi Francorum, & plures Germani Principes, & Barones, ab eo diſpendiati. Sed Strenuus Otto Cæſar Argentinam potenter obſedit, quam quotidie Rex Franciæ eripere promiſit, ſed Ottoni reſiſtere non valens Argentinis auxilio non venit. Otto igitur, Argentinam deſtruens, muros in quatuor partes dividens, deridens vocavit Civitatem, alio nomine, Strasburg, quæ prius vocabatur Silberthal &c.* Quam fabulam, *Matthiæ* quoque, *Theatr. Hiſtor.* p. 873, familiarem, antecedentia refellunt. Conf. Dn. *Obrecht* l. c. cap. 9. pag. 193; Dn.

Cellarius & Dn. *Schurtzfleiſch* de *Principio Moſellæ Auſonii*, 0.10, p. m. 8; Num propterea etymon *Straſburg*, à ruinis *Attilæ*, in Rhenana ora relictis, deducendum ſit, ut *Lehmanno*, lib. 1 *Chron. Spir.* cap. 31, pag. 50, illisque, quorum authoritatem commendat, videtur, aſſerere non auſim, *Moguntia*, *Spira*, *Wormatia &c.* paria tunc fata ſubeuntibus. Conf. de his *Limnæus* lib. 7 *Jur. Publ.* cap. 3, p. 58 & 59. Nunquam Præſuli Juriſdictionem in Urbem competiiſſe, funditus demonſtravit *Obrechtus*, l. c. cap. 9, p. 173 &c. &, poſt eum, *Tentzelius*, l. c. Append. 3, p. 91 &c. Jam Seculo IX, Epiſcopatum hunc à Juriſdictione Seculari liberum fuiſſe pronunciatum, præced. §. 5, lit. a, monui. De lite Epiſcopi, circa priores honores, cum *Conſtantienſi*, inquit Dn. *Zweyburg*, Tom. 2 *Theatr. Præcedent.* Tit. 7, p. 136: *Weilen die alte Biſchoffe von Straßburg, mit denen von Conſtanz, wegen der* preſeance, *viele alte* Diſputen *und Streitigkeiten gehabt, und beyde Stiffter,* vel ob antiquitatem, vel ob potentiam, vel ob ſplendorem, *einander faſt gleich, und unter einander ſelbſt ſich, wegen der Præcedentz, nicht vertragen konten, als haben Sie unter ſich die* Alternation *beliebet, und wechslen* in præcedentia, & præſeſſione, *bey ſolennen Conventen, umb.* Intuitu Bonorum, quæ *Johannes* de *Liechtenberg*, Epiſcopus an. 1358, ab ultimo Provinciali Comite Alſatiæ, *Johanne*, comparaſſe perhibetur, (vel *Alberto Argentinenſi* teſte, ad an. 1376, apud *Urſtiſium*, Tom. 2 *Rer. German.* p. 166: *Eodem Anno* (1376) *Nono Cal. Auguſti, obiit Domicellus, Joannes, Landgravius Alſatiæ, in quo ceſſavit progenies Landgraviorum Alſatiæ. Licet idem Joannes ipſum dominium prius vendiderit Joanni de Liechtenberg, Epiſcopo Argentinenſi, ſub anno Domini* 1358. *Ipſi etiam Domini Landgravii quondam dicti ſunt Comites de Werde &c.*) nec non Utilis dominii Feudorum, quæ *Ludovicus* Senior & *Ludovicus* Junior, Comites Oelingenſes, Alſatiæque Landgravii, ab Epiſcopatu tenebant, laudatoque Præſuli an. 1359, mediante ſumma viginti milium florenorum auri de Florentia, vendebant, tabulis Contractus, apud Dn. *Obrechtum* l. c. cap. 12, p. 286 & 287, extantibus; titulo *Alſatiæ Landgravii* primus uti cœpit, quem Succeſſores ejus hactenus conſervarunt. Conf. *Spangenberg Adelſpiegel*, lib. 10, c. 18, fol. 308, *Sprenger, Lucerna*, cap. 6, p. 297; *ImHoff* l. c. §. 3, p. 77; *Europ. Herolds*, Tom. 1, p. 352. Scuto utitur, cujus *aream rubeam diagonalis argenteus baltheus permeat.* Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 2, p. 76. Canonicorum, XII *Capitulares*, totidemque *Domicellarii*, appellantur, qui omnes Illuſtris proſapiæ ſuæ XXXII Majorum, vel olim fidem facere tenebantur; quare & Epiſcopatus hic, inter Rhenanos, *Nobiliſſimi* nomen meruit; Vid. Idem, §. 7, 8 & 9, p. 78 & 79; *Europ. Herold*, l. c. pag. 351 &c. Dn. *Bilderbeck, Teutſcher Reichs-Staat*, T. 2, part. 5, cap. 10, §. 5 & 8, p. 46 & 47; Dn. *Zſchackwitz, Einleitung, zum Teutſchen* Jure Publico, lib. 3, cap. 3, Qu. 76, p. 489. Neſcio, qua fide; *Oldenburgius, Theſ. Rerump.* Tom. IV, pag. 1216, ſequentes officiales hæreditarios recenſeat:

Würtenbergia	eſt	*Mareſcallus.*
Suevia.		*Camerarius.*
Alſatia Super.		*Pincerna.*
Alſatia Inf.		*Dapifer.*

Conf. *ImHoff* l. c. §. 6, p. 78, *Zſchackwiz* l. c. Qu. 74, pag. 487; Epiſcopi plerumque *Tabernis Alſaticis*, aut *Moltzhemii*, ſederunt; ſecuta metamorphoſi, *Argentorati.*

(g) CONSTANTIENSIS &c. *Conſtantienſe* Chronicon *Jacobi Manlii*, Brigantini Doctoris, ab Anno Chriſti 68, ad 1519, usque, extat inter Scriptores VI, quos *Piſtorius*, an. 1607, Francofurti publicavit, pag. 617 &c. adeſt inſuper *Gabrielis Bucelini, Conſtantia, Rhenanæ Urbis antiquiſſimæ, cum adjacente Provincia, & Epiſcopatu ejusdem nominis, deſcriptio topo-chrono-ſtemmatographica*, Francof. 1697, 4to. nec non *Jacobi Merek*, Paſtoris Simmaringenſis, Chronica *des Biſtums Conſtans. Augſpurg*, 1628. Seriem Epiſcoporum, à *S. Paterno*, ad *Chriſtophorum Metzlerum* usque, anno 1548 inauguratum, exhibet *Caſpar Bruſchius*, cap. IV, de *Epiſcopis Germaniæ*, p. 33, ad 54, & *Bertius*, lib. 3. *Rer. Germ.* cap. VI, p. 97 ad 100; eandem ſiſtit *Bucelinus*, part. 1. *German. Sacræ*, p. 4, ad 6, inchoatam, à *S. Beato*, laudati *Paterni* Anteceſſore, quem ipſe D. *Petrus* Apoſtolus, *Vindoniſſæ*, conſtituiſſe fertur, usque in *Johannem Franciſcum de Prasberg*, cognom. *Vogt de Summeraw*, an. 1644, ex Suffraganeo, electum, productam; quousque etiam *Zeilerus, Topograph. Sueviæ*, voc. *Conſtanz*, p. 53, ad 55, progreditur. Defuncto an. 1689, 7. Mart. *Prasbergio*, ſucceſſiſſe *Marquardum Rudolphum* Bar. *de Rodt*, eod. an. 14 April. ex Decano, lectum Præſulem, Dn. *ImHoffius, Notit. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 9, §. 1, pag. 79, annotavit. Mortuum an. 1704, menſ. Majo, hunc Principem, exegit JOHANNES FRANCISCUS, L. B. SCHENCK de STAUFFENBERG, menſ. Jul. proximè ſequenti Ei ſurrogatus. Hujus ſucceſſorem DAMIANUM HUGONEM PHILIPPUM in coadjutorem adſcitum 1722, & Epiſcopum an. 1737. electum videas p. 1184. Officiales hæreditarii Ejus ſunt: *Mareſchalli*, Barones de *Sirgenſtein*; *Dapiferi*, Barones *Zweyer de Ebebach. Pincernæ*, Nobiles *Segeſer de Branegg*; & *Camerarii*, Nobiles de *Razenried*; Vid. Dn. *ImHoff* l. c. pag. 80, §. 5. Initia igitur Epiſcopatus hujus, jacta eſſe in Urbe *Vindoniſſa* vulgo *Windiſch*, ab *Alamannis* everſa, in *Ergovia* Tractu, apud *Helvetos*,

Digitized by Google

vetos, ad confluentes *Arolæ*, *Ruſæ & Limagi*, vulgaris traditio eſt; quem *Clotharium* 1, Francorum Regem, inde *Conſtantiam*, à *Conſtantino*, *Conſtantini Magni* Imp. Patre, inter *Acronium*, *Venetumque* lacus, appellatam, translatum perhibent omnes, quamvis annus 570, quem *Bertius* l. c. p. 97, *Bucelinus* l. c. *German. Sacræ*, aliique, hoc titulo proferunt, tempori non reſpondeat, *Chilperico*, *Clotharii* Patre, tunc adhuc in vivis exiſtente. Celebratur hoc Oppidum, in antiquiſſimo Codice *Carolino*, de *Metropolibus*, an. 810, præc. lit. e. Ultimus *Vindoniſſenſis* Præſul, ſimulque Primus *Conſtantienſis*, fuit *Maximinus*. Tam late fines Diœceſeos ſe extendunt, ut omnes Germaniæ Epiſcopatus amplitudine ſuperet. Hinc ei *Magni* cognomen, *in der Pfaffen-Gaſ*, cujus præced. lit. c. memini. In Synodo, an. 1415, ibi celebrata, ſeptendecim millia amplius Presbyterorum, & Parochorum, in ea comparuiſſe, vulgaris traditio eſt. Vid. *Zeiler* l. c. pag. 55; Dn. *ImHoff* l. c. §. 3, pag. 81: *Europ. Heroldt* l. c. pag. 354. add. *Sprengeri Lucerna*, cap. 6, pag. m. 197. Sexaginta ſex *Decanatus*, quos complectitur, recenſet *Manlius* l. c. pag. 701, ad 713, ſequentibus Religioſas quoque domos, Abbatias, Præpoſituras & Collegia, Comites, Barones & Civitates, nec non Sanctos hujus diœceſeos, enarrans. Evergetas laudant iidem ll. cc. Eſt, de cætero, Epiſcopus noſter *Director Circuli Suevici*, cum Duce Würtenbergico, ſedetque, in Circularibus diætis, loco primo. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 4, pag. 80. Circa XXIV *Canonicorum* conditionem obſervanda, commemorat idem l. c. §. 7, pag. 80. De ſcuto, ait, §. 2, pag. 97. quod conſtet *cruce argentea*, *in ſolo rubeo*.

(*b*) WORMATIENSIS &c. Wormatiam *Vangionum* quondam Oppidum fuiſſe, caret dubio. *Tacitus*, *German.* cap. 28, ait: *Ipſam Rheni ripam haud dubie Germanorum Populi colunt: Vangiones, Triboci, Nemetes &c.* Memor *Arioviſti* exercitus Ipſe *Cæſar*, lib. 1. de *Bello Gallico*, cap. 51 p. m. 39, inquit: *Germani ſuas copias è Caſtris eduxerunt, generatimque conſtituerunt, paribusque intervallis, Harudes, Marcomannos, Triboccos, Vangiones, Nemetes, Seduſios, Suebos &c.* Conf. *Plinium*, lib. 4, *Hiſt. Natur.* cap. 17. p. m. 236. *Rhenum autem accolentes Germaniæ Gentium in eadem Provincia, Nemetes, Tribochi, Vangiones &c.* & *Ammianum Marcellinum*, lib. XV, pag. m. 59, cujus verba præced. lit. f, extant. *Ptolomæo*, vocatur Βορβητόμαγος (Borbetomagus) & *in Itinerario, Antonini, Borbitomagus*; Vid. *Cluverius*, lib. 2. *Antiq. German.* cap. 13, p. m. 46 & 47; *Zeilerus*, *Itiner. German.* cap. 13, p. 311. &c. *Eſſe autem noſtram Wormatiam, ſive Worms, cum ſitus oſtendit,* *& itinerariorum rationes, tum Provinciarum & Civitatum Notitiæ, quarum quibusdam ſimpliciter: Civitas Vangionum; in aliis autem: Civitas Vangionum Warmatia; in aliis: Civitas Vangionum; id eſt, Warmatia, vel Garmatia, aut Guarmatia: & Civitas Vangionum, id eſt, Warmacia, per lit. c, pro t. Circa Caroli Magni ætatem, Annales Wormacia, vel Wormatia, referunt &c.* Hæc ex Dn. *Cellarii Geographia Antiqua*, lib. 2, cap. 3, pag. m. 198. Quibus fidem faciunt, præc. Tit. XIV, Procem. lit. a, nec non hoc Tit. præced. lit. e, dicta; In *vita Ludovici Pii*, apud *Freherum*, Tom. 2. *Rer. Franc.* pag. 468, & *Pithœum*, p. m. 408, ad an. 836, legimus: *Civitatem Vangionum, quæ nunc Wormacia vocatur, ſecundum condictum, ad celebrandum Conventum Generalem, adiit &c.* Sic in formula Conventionis inter *Henricum Ancupem*, & *Carolum* R. Gall. anno DCCCCXXIV, apud *Schilterum*, Tom. 2. *Inſtit. Jur. Publ.* Tit. 9, p. m. 77: *Epiſcopi, ex parte Regis Inclyti, Heinrici - - - - Ricawdo, Epiſcopus Vangionum, quæ nunc dicitur Warmatia &c.* *Bilibaldus Birckeimer, de Locis Germaniæ*, apud *Schardium*, Tom. 1. *Rer. German.* p. 83, per *Vangiones*, *Spirenſes*, & per *Nemetes*, *Wormatienſes*, intelligendos, tradit, contra teſtimonia longè vetuſtiora, queis *Althameri* Scholia, in *Taciti* Libr. de *Moribus Germanor.* ibid. p. 22, *Willichii* Comment. in eundem Libellum, §. 4, l. c. p. 59; *Henricum Glareanum*, in eundem, l. c. p. 73; *Melanchthonem*, de *Vocabulis Regionum & Gentium, in eodem occurrentium* l. c. pag. 78; *Hieronymum Gebwilerum*, de *Libertate Germaniæ*, cap. XI, l. c. p. 225, aliosque, jungas. Annum 790, *Carolum Magnum*, apud *Wormaciam*, tranſegiſſe, teſtantur *Annales Fuldenſes Freheri*, h. a. *Pithœani* h. a. pag. 13; & *Reuberiani* h. a. pag. 28. Hiſtoriæ Epiſcopatus hujus inſerviunt: *Georgii Helwichii*, *Annales Wormatienſes*, Mogunt. 1615, 4; paſſimque *Lehmanni Chronicon Spirenſe*; nec non *Zeileri Itinerar. German.* de Epiſcopis, evolvas *Bruſchium*, cap. VII, *Epiſcoporum Germaniæ*, pag. 102, ad 128, qui, una cum *Petro Bertio*, lib. 3. Comment. *Rerum German.* cap. 6, p. 313 ad 316, ſeriem eorum, à *Victore*, an. 345 claro, usque ad *Henricum IV*, an. 1533, ſedem occupantem, recenſet; *Bucelinus*, part. 1. *German. Sacræ* p. 10, ad 12, eandem, in *Georgium Antonium de Rottenſtein*, an. 1629, electum, productam, ſiſtit. Succeſſores Ejus oſtendimus apud Dn. *ImHoff Notit. Proc.* lib. 3, cap. 5, §. 5, pag m. 72. Quibus addi poteſt Sereniſſimus Dn. FRANCISCUS LUDOVICUS, C. P. R. *Philippi Wilhelmi*, Elect. Palat. filius, an. 1644, 24 Julii, in lucem editus, annoque 1694, 12 Julii, in locum defuncti Fratris, *Franciſci Ludo-*

Digitized by Google

Ludovici Epiſcopus *Vratislavienſis*, & Præpoſitus *Elwangenſis*, poſtulatus Præſul. Succeſſorem ejus habes pag. 1050 Electorem Trevirenſem, FRANCISCUM GEORGIUM. Vetus Tradito eſt, Eccleſiam hanc extitiſſe olim Metropolitanam, vel *Golſchero*, de *Geſtis Treverorum*, cap. 39, Tom. 1. *Acceſſionum Hiſtoricarum* Ill. Dn. *Leibnitii*; p. m. 53, teſte ubi: *Zacharias Papa, audiens fidem & doctrinam Dn. Bonifacii, conſtituit eum Archi-Epiſcopum Moguntinæ Eccleſiæ; nam antea Mogontinè Epiſcopi Suffraganei erant Wormatienſium Epiſcoporum &c. & Alberico Monacho trium Fontium*, ad an. 751, p. m. 89: *S. Bonifacius, Germaniæ Legatus, qui Sedem Archi-Epiſcopatus, quæ erat in Wormatia, poſuit in Moguntia &c.* nec non Auctore *Hiſtoriæ Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, apud *Lindenbrogium, de Script. Rer. Septentrional.* p. m. 73, cap. XI: *Præſens erat B. Bonifacius, quem Papa Zacharias primum fecit Archi-Epiſcopum Maguntinenſem. Cum antea tam Maguntia, quam Colonia, Eccleſia, ſubjecta fuerint Wormacienſi Eccleſiæ. Quare autem Wormatienſis Eccleſia tali privata fuerit dignitate, à memoria hominum eſt elapſum: Dicitur tamen illud, ob quoddam valde enorme crimen illius Eccleſiæ Archi-Epiſcopi, contigiſſe*; tacentibus autem, de tanta metamorphoſi, Scriptoribus coævis, meritò narrationem, ex *Othloni* Presbyteri Hiſtoria *S. Bonifacii*, verbis præced. Tit. XIV, Procem. lit. a, pag. 1043 extantibus, forte deſumptam, refellunt Illuſtr. *Petrus de Marca*, Diſſert. de *Primatibus*, §. 77, p. 56; Dn. *ImHoff* l. c. §. 3, p. 71. Conf. præced. Tit. XIV, Proœm. lit. a. pag. 1043 Veram Epiſcopatus originem nemo hactenus detexit; *Victorem* tamen *Vangionum Præſulem*, jam an. 346, Synodo Colonienſi, contra *Euphratam*, Antiſtitem loci Arianum, convocatæ, interfuiſſe, ex Actis Tom. I. Concil. *Magno Chronico Belgico* pag. 8; *Lehmanno*, l. c. lib. 1, cap. 28, pag. 46, &c. *Bruſchio*, l. c. pag. 102, *Bretio* l. c. pag. 314; *Bucelino* l. c. pag. 10, aliisque, diſcimus. Inter Rhenanos Epiſcopatus, audit: *Das Aermſte.* Vid. præced. lit. e. Obtinet nihilominus Antiſtes *Directorium Circuli Rhenani Superioris.* Sedes Epiſcopalis plerumque in Urbe *Wormatia* eſt, quandoque *Durnſteinii*, quod Caſtrum duabus inde leucis diſtat. Juramentum fidelitatis, quod Cives *Wormacienſes* Epiſcopo præſtare ſolent, nullam ſubjectionem involvit, hinc nec ei in Urbe Juriſdictio. Noviſſima Acta Publica, circa lites Senatum inter & Epiſcopum, Clerumque Wormatienſem, collegit Dn. *Faber*, *in der Staats-Cantzley*, Tom. 3, cap. 1. Faſcic. 2, pag. 147 &c. & cap. 8, pag. 677 &c. Tom. IV, cap. 2, Faſcic. 1, pag. 191 &c. Tom. VI, cap. 1, p. 2 &c. Tom. VII, cap. 1, pag. 1 &c. Tom. IX, cap. 1, pag. 2 &c. Præſulem noſtrum frui alternarum Jure cum *Herbipolenſi*, præced. lit. d, in fine, notavi. Quibus titulis terras poſſideat, docet Dn. *ImHoff* l. c. §. 4, p. 71. Scutum refert *clavem argenteam, in ſolo nigro, Diagonali ſitu locatam, adjectis lapillis tetragonis aureis.* Vid. Idem l. c. §. 2, pag. 71. Capitulum conſtat XII *Capitularibus* & VIII. *Domicellariis*; Vid. l. c. §. 6 & 7, p. 72 & 73. Conf. *Europ. Heroldt*, Tom. 1, p. 345 & 346; Dn. *Zſchackwitz*, *Einleitung zum Teutſchen* Jure Publico, lib. 3, cap. 3, Q. 53 & 56, p. 478 & 479; Dn. *Bilderbeck, Reichsſtaat*, Tom. 2, part. 5, cap. 7, §. 4, & 5. pag. 42.

(*i*) AUGUSTANUS &c. Variis nominibus antiquis effertur *Auguſta*, dicta *Ptolemæo*: Αὐγοῦστα Οὐινδελικῶν, *Auguſta, Vindelicorum*; in *Itinerario Antonini*, & Codice *Carolino*, an. 810, de *Metropolibus*, præced. lit. c, pag. 1177 *Auguſta Vindelicûm*; *Tacito*, cap. 41. *German. Splendidiſſima Rhætiæ Provinciæ Colonia &c.* Peregrina adducit *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Friderici I.* Imp. ad an. 1168, p. m. 215 & 226. *Vindeliciæ* licet caput fuerit *Auguſta* noſtra, poſtea tamen, tota *Vindelicorum Terra* à Romanis in Provinciam redactâ, integer Tractus à *Rheno* fl. & *Acronio* Lacu, ad *Oenum* usque & *Danubium*, *Rhætiæ* nomen ſortitus eſt; hocque ſenſu Urbs noſtra *Colonia Rhætiæ*, vocatur. Sigillum Civitatis documento eſt, verba continens: S. (Sigillum) *Auguſtæ Rhetiæ*; Monetæ inſcribitur: *Auguſtæ Vindelicorum.* Vid. *Zeileri Itiner. German.* c. 12. p. 271 &c. *Cluverius* de *Vindelicia*, cap. 4. p. m. 13, 14 &c. *Cellarius, Geograph. Antiq.* lib. 2, cap. 7, pag. 328 &c. *Bertius, Comment. Rer. German.* lib. 3, cap. 6, p. m. 55; & ante hos, *Ægidii Tſchudi*, Glaronenſis, Epiſtola ad *B. Rhenanum, de Lentienſium Germanorum Auguſtæ Vindelicorum, Octodori Veragrorum, Equeſtris coloniæ nomine & ſitu*; apud *Schardium*, Tom. 1. *Rer. German.* p. 304; *Andreas Althamerus*, in *Cornelii Taciti* libellum de *Moribus Germanorum*, ibid. pag. 31; *Henricus Glareanus*, in eundem libellum, l. c. pag. 47; *Bilibaldus Birckeimer*, de *Locis per Germaniam*, ibid. pag. 82; Ad Hiſtoriam *Auguſtanam* faciunt: *Wolfgangi Hartmanni, Chronicon Auguſtanum*, Baſil. 1596, Fol. *Marci Velſeri*, Libri VIII. *Rerum Auguſto-Vindelicarum*, Venet. 1594, Fol. & Norimb. 1682; *Engelberti Werlichii*, Chronicon *der Stadt Auſpurg*, Francof. 1595; *Zeilerus* l. c. p. 271 &c. *Caroli Stengelii*, Commentarii *Rerum Auguſto Vindelicarum, cum mantiſſa*, Auguſt. 1650, 4. Catalogum Epiſcoporum, à *Sozimo*, circa an. 618 Eccleſiæ huic præfecto, ad *Marquardum*, an. 1576 conſecratum, ſiſtit *Bertius* l. c. pag. 59 &c. *Caſpar Bruſchius*, cap. VIII. *Epiſcoporum Germaniæ*, p. 129 ad 150, eundem complectitur, finitum in *Ottone Waldburgio*, an. 1543, Dillingæ electo, ſequentique purpura Cardinalitia donato; *Bucelinus*, part. 1. *German. Sacr.* p. m. 12 &c. eundem exhibet, productum usque in an. 1646, quo *Sigismundus Franciſcus*

Archi-

Archi Dux, Præſul factus. Nonnullos recenſet *Sigemundus*, Religioſus, in *Chronico Auguſtano Eccleſiaſtico*, part. 1. cap. 7, 8 & ſeqq. apud *Piſtorium*, inter ſcriptores ſex Rer. German. an. 1607 Francof. editos, pag. m. 596 &c. Eorundem meminit *Matthæus Mareſchallus de Pappenheim*, in *Chronica Auguſtenſi* ab an. 973, in an. 1165, continuata, apud *Freherum*, Tom. 1. *Rer. German.* p. 343 &c. *Zeilerus* l. c. p. 272. Præſules Seculi XVII, reperis apud Dn. *ImHoffium*, lib. 3. *Notit. Proc. Imp.* cap. 10, §. 7. p. 82; Hodiernus eſt Dn. JOHANNES FRANCISCUS Lib. Bar. *Schenck* de *Stauffenberg*, natus 1658. Epiſcopus Conſtantienſis eligebatur d. 12 Julii 1704, Coadjutor Auguſtani Epiſcopatus d. 11. Junii 1714; & tandem 1737, Epiſcopus Auguſtæ Vindelicorum. Quo tempore Epiſcopatus ſit fundatus, certo dici nequit. *Bertius* l. c. *Zeilerus* l. c. aliique, primum Epiſcopum *Sozimum* vocant, an. 618 clarum. *Bucelinus* l. c. ejusdem ſententiæ eſt, referens autem ætatem ejus ad an. 300, quo martyrium paſſus ſit. Alii *Dionyſium* eum nuncupant, à *Narciſſo* ordinatum. Vid. *Bruſchius* pag. 130. Dn. *ImHoff* l. c. §. 3, pag. 81; Sedes Epiſcopi *Dilingæ* eſt, ad Danubium. Quibus titulis Terras poſſideat, docent *Sprengeri Lucerna*, cap. 6, pag. 298; Dn. *ImHoff* l. c. §. 4, pag. 82; *Europ. Heroldt*, Tom. 1, p. 354; qui, p. 355, de ſcuto, addit: *Das eigentliche Wapen des Hochſtiffts Augſpurg, iſt ein in die Lange hinab geſpaltenes Schild, deſſen vorderes Theil roth, das hintere aber weiß iſt. Auf dem Schild, ruhet auf einem Engels-Kœpffgen, über einem rothen Küſſen, die Biſchoffs-Mütze &c.* Conf. Dn. *Spener, Op. Herald.* part. ſpec. lib. 3, c 40, §. 1, p. 729; *ImHoff* l. c. §. 2, p. 81; *Zſchackwitz*, *Einleitung zum teutſchen Jure Publico*, lib. 3, cap. 4, Q. 9, pag. 497; *Bilderbeck*, *Reichsſtaat*, Tom. 2, part. 5, cap. 12, §. 4. pag. 50. Officiales hæreditarii ſunt: *Mareſcalli*, Equites *Weſternachii*; *Dapiferi*, Equites de Stadion; *Pincernæ*, Nobiles de *Welden*; & *Camerarii*, Barones de *Freyberg*. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 6, p. 82; *Europ. Herold*, l. c. Dn. *Bilderbeek* l. c. §. 3, pag. 50; Dn. *Zſchakwitz*, l. c. Q. 4, pag. 496; Quæ *Bucelinus* l. c. pag. 13, & Dn *Spenerus* l. c. §. 3, p. 729, de *Mareſchallo & Camerario*, tradunt, olim obtinuerunt. De Capitulo XX Canonicorum *Capitularium*, totidemque *Domicellariorum*, evolvas Dn. *ImHoff* l. c. §. 8 & 9, p. 82 & 83; *Europ. Heroldt* l. c. *Bilderbeek* l. c. §. 4; *Zſchakwitz* l. c. Q. 6, p. 497.

(*k*) PADERBORNENSIS &c. Hiſtoria Epiſcopatus hujus cognoſci poteſt ex *Coſmodromio Gobelini Perſonæ*, ætat. 6, cap. 38 & ſeqq. apud *Meibomium* Tom. 1. *Rer. German.* p. 238 &c. qui Epiſcoporum vitas, à prima Eccleſiæ fundatione, ad ſua usque tempora, recenſet; *Crantzii Metropoli*, lib. 1, cap 11, p. 10, alibique paſſim; *Ferdinandi Fürſtenbergii Monumentis Paderbornenſibus*, Amſtelod. 1672, 4; *Nicolai Schateni*, S. J. *Annalibus Paderbornenſibus*, Neuhuſ. 1693, Fol. Catalogum Epiſcoporum ſuppeditant: *Hermannus Kerſenbruch*, laudatus *Meibomio*, in Notis ad *Gobelinum Perſonam* l. c. pag. 369, exhibenti ſimul Epiſcopos, in quibus *Gobelinus* ſubſtitit, à *Theodorico*, Com. Morſenſi, & Archi-Ep. Colonienſi, anno 1463 defuncto, usque ad *Theodoricum Fürſtenbergium*, an. 1585 cathedram conſcendentem; *Crantzius* in Appendice ad *Metropolin*, à Primo, quem *Harimarum* vocat, usque ad *Salentinum* Com. *Iſenburgicum*, *Caſpar Bruſchius*, cap. XII, de *Epiſcopis German.* pag. 216, ad 233, à *S. Hadumario*, usque ad *Hermannum* 2, Com. à *Wida*, an. 1549, ob mutatam Religionem, exauctoratum; *Bucelinus*, part. 1. *German. Sacra*, p. 20 & 21, omnes ſiſtit, ad *Theodoricum Adolphum* Bar. *de Reck* usque, an. 1650 electum, & an. 1661 extinctum; cujus Succeſſores: *Ferdinandum Fürſtenbergium*, an. 1683, mortuum, & *Hartmannum Wernerum* Bar. *Wolff Metternich in Gracht*, exuvias mortales an. 1704, 21 Maji deponentem, Dn. *ImHoff Notit. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 12, §. 1 & 8, pag. m. 85 & 86; & Illuſtr. Author *des Europ. Heroldts*, Tom. 1, pag. 358. celebrant. Modernus eſt Elector Colon. CLEMENS AUGUSTUS pag. 1070, laudatus, cujus Anteceſſor erat FRANCISCUS ARNOLDUS, L. B. WOLFF METTERNICH IN GRACHT, naturæ debitum 25. Dec. an. 1718, exſolvens. De Fundatione Epiſcopatus noſtri, legimus in Vita *B. Meinwerci*, Paderbornenſis Antiſtitis, cap. 1. apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 84, & Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 1. *Rer. Brunſuic.* pag. 518. *Inter omnia loca, principalibus Eccleſiis conſtituendis deſtinata, ſpeciali quadam dignitate Patherbrunnenſis Sedes præeminebat .... locum eundem tuitioni Præſulum Wirciburgenſis Eccleſiæ commiſit;*) Carolus Magnus) *ſub quorum regimine, ſtatus ipſius nec profecit, nec longa vitæ intercapedine, publicaque negotiorum neceſſitudine proficere potuit. Unde Rex, cum ſuis, habito & initio conſilio, eundem locum proprii Paſtoris vigilantia tuendum & gubernandum adjudicavit. Præpoſuitque ei, Anno Salvatoris Mundi, poſtquam de Virgine naſci dignatus eſt, Septingenteſimo Nonageſimo Quinto, præfatæ Wirciburgenſis Eccleſiæ Canonicum, ius rudis in fide adhuc Populi exculturum, Hathumarum &c.* deſumpta hæc ſunt, ex Libello *de Translatione S. Liborii*, Cenomannorum Antiſtitis, cujus Auctor, quem *Gobelinus Perſona*, ætat. 6. *Coſmodromii*, cap. 41, pag. m. 242, & *Baronius*, Tom. IX. *Annal.* ad an. 836, §. 12, p. 898, *Idonem*, Paderbornenſem Presbyterum, fuiſſe

arbi-

Digitized by Google

arbitrantur, tempore *Biſonis*, quarti Paderbornenſium Antiſtitum, cui eum inſcripſit, adeoque circa an. 837, floruit, ubi, cap. 3, apud *Surium*, 23 Julii, p. m. 282: *Inter omnia loca, conſtituendis principalibus Ecclefiis, in hac, de qua loquimur, Provincia deſignant, Paderbornenſis Sedes ſpeciali quadam dignitate præcellit &c.* & cap. 5, l. c. *Hoc igitur ordine, Paderbornenſis Eccleſiæ Sedes Epiſcopalis, tam Imperatoria Sanctione, quam Apoſtolicæ benedictionis authoritate, primitus conſtituta - - - - commendata fuit aliquamdiu tuitioni Præſulum cujusdam Caſtelli Orientalis Franciæ, quod ſermone barbaro, Virtziburg appellatur. Sub quorum regimine ſtatus rerum ipſius parum proficere potuit - - - - Quocirca merito utilius viſum eſt, hanc Sedem ſuum per ſe habere Antiſtitem, qui, non alibi occupatus, hic tantum agendis rebus præſens inſudaret. Erat tunc temporis, in Clero Wirtziburgenſi, Vir magnæ humilitatis, atque modeſtiæ, Hathumarus nomine, de Gente noſtra, hoc eſt, Saxonica, oriundus, qui, cum adhuc puer eſſet, belli tempore, Carolo Imperatori obſes datus, illic ſervari juſſus eſt; ubi poſtea tonſuratus, ac ſtudiis literarum traditus, in Virum perfectum moribus & eruditione profecit. Hic, ex præcepto Principis, primus eſt Paderbornenſis Eccleſiæ ordinatus Epiſcopus. Poſt cujus ordinationem, paucis annis transactis, idem Glorioſiſſimus Princeps, ab hac luce migravit &c.* Eundem Annum 795 ponunt: *Vetus Chronicon Franconicum* à *Paulo Bollando* editum verb. *Anno 795, Regio omnis, quæ Paderbornam circumjacet, quaque Wirtzeburgenſi Epiſcopatui addicta erat, in peculiarem Epiſcopatum eſt diviſa, eique Hathumarus, ex Clero Wirtzeburgenſi, primus Epiſcopus præfectus, &c.* *Gobelinus Perſona* l. c. ætat. 6, cap. 38, p. 238; *Albertus Crantzius* lib. 1. *Metropol.* cap. 2, p. m. 10, quamvis ſibimet ipſi contrarius, lib. 2. *Saxon.* cap. 16, primum Epiſcopum *Liborium* vocet. *Bruſchius* l. c. pag. 217. *Bucelinus* l. c. pag. 20; *Schatenus* l. c. lib. 1. ad h. a. pag. 29; Alii, *Zeilero, Itiner. German.* cap. 30, p. m. 645, arridet Annus 794; Auctor *Chronici Mindenſis* apud *Meibomium* l. c. pag. 554, de fundatione Eccleſiæ loqui videtur, inquiens: *Carolus igitur, anno Conſtantini, quo ſupra* (intelligit annum 2 Conſtantini VII & Chriſti 780), *quatuor Epiſcopatus, ſuper fluvium Weſeram, ne Saxones, de Patria expulſi, eam reviſere geſtientes, aliquid novæ ſeditionis excitarent, ſcil. Mindonenſem, Bremenſem, Herſtellenſem, qui poſtea eſt translatus in locum, qui Paduli fons dicitur, nunc vero Padelborn nuncupatur, & Verdenſem, fundat &c.* quæ erectione Epiſcopatus omnino antiquior. Audit hic locus in *Annalibus Francicis Fuldenſibus & Pithœanis*, ad an. 777. *Padrabrunno*; & ad an. 799, *Padraprunno*; in *Reubertanis*, an. 777, pag. 22. *Paderborna*; Apud *Adelmum*, Tom. 2. *Rer. Franc. Freheri* pag. 391; an. eod. *Padrabunno*; Poëtæ *Saxoni* vetuſtiſſimo, an. eod. apud *Leibnitium* l. c. pag. 127. *Pathalbrunnon &c.* Inter Evergetas eminere *Ludovicum Pium, Ludovicum Germanicum, & Carolum Craſſum*, præced. §. 5, lit. a, ad annos 811, 858 & 877, monui. De *Henrico Sancto* monumenta ſuppeditat *Schatenus*, l. c. lib. 4, ad an. 1003, pag. 366; an. 1005, pag. 374; Lib. V, ad an. 1011, pag. 394; an. 1013, pag. 402; an. 1016. pag. 418; an. 1017, p. 424; an. 1018, pag. 429; & 430; an. 1019, pag. 435; an. 1020, pag. 439, paſſim alibi, ut &, de Imperatoribus eum ſecutis. Conf. *Sprengeri Lucerna*, cap. 6, p. 298, ejusdemque *Ellychnia*, ad hunc locum, p. 1750; Dn. *ImHoff* l. c. §. 5, p. 85 & 86; *Europ. Herolds*, l. c. pag. 358. Potentiam Epiſcopi depingens *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, cap. 15, §. 51, pag. 500, ait: *Habet Epiſcopatum opulentum, qui conſtat 20 Civitatibus, 52 Vogtiis & arcibus, 16 Monaſteriis, 54 Parochiis &c.* Unde ſua hauſit Dn. *Zſchackwitz*, l. c. Q. 21, p. 503. Locum Epiſcopi in Comitiis prodit legatus *Hildeſienſis*, voto Comitiali, an. 1641 ap. *Lundorpium*, Tom. V, *Act. Publ.* cap. 174, p. m. 726, verb. *Weil Paderborn* inſeparabiliter *nach Hildesheim folget &c.* Scutum Epiſcopi, ut verbis Ill. Auctoris *des Europ. Herolds*, l. c. pag. 539, utar, *iſt im rothen Felde, ein Goldgelbes Creutz; dergleichen wegen der Grafſchafft Pyrmont, im Silberweiſſen Feld, ein roth auf Ancker Art ausgehendes Creutz.* Capitulum conſtat XXIV Canonicis, qui proſapiam nobilem XVI Majoribus probare tenentur; Officiales hæreditarii ſunt: *Pincernæ*, Nobiles de *Spiegel zu Deſſenburg*; *Dapiferi*, Equites de *Sepel*; *Mareſchalli*, Equites de *Spiegel zu Bekelſen*; *Camerarii*, Nobiles de *Schiller*; *Magiſtri Aulici* (*Erb-Hoffmeiſter*) Dnn. de *Haxshauſen*; & *Archimagiri* (*Erb-Küchenmeiſter*) Nobiles de *Weſtphal*. Vid. *Gobelinus Perſona*, Bilfeldenſis Decanus, qui tempore Concilii Baſileenſis, & non *Arnulphi* Imp. ætate, ut *Hæpingio* de *Jur. Inſign.* cap. 6, part. 1, §. 2, v. 64, pag. 240, videtur, ſcripſit, ætat. 6. *Coſmodromii*, cap. 38, apud *Meibomium* Tom. 1. *Rer. Germ.* p. 237; Dn. *Spener, Op. Herald.* part. ſpec. lib. 3, cap. 25, §. 18, p. 648; Dn. *ImHoff* l. c. §§. 3, 7, 8 & 9, pag. 85 & 86; Dn. *Bilderbeck, Reichsſtaat*, Tom. 2, part. 5, cap. 14, §. 3, pag. 52. Dn. *Zſchackwisz* l. c. Q. 23 & 26, p. 504 & 505.

(l) HILDESIENSIS &c. Ad Hiſtoriam *Hildeſienſem* faciunt: *Antonii Mockeri*, *deſcriptio Hildeſiæ Saxoniæ*, Francof. 1573, 8. *Jacobi Reutelii*, Paſtoris Eimbeccenſis, *Hildeshemia*, *in Epiſcopis ſuis repræſentata*, à prima Epiſcopatus origine, ad *Erneſtum* Bavarum

varum usque, an. 1573 electum Præſulem; apud Dn. *Paullini*, in Syntagm. *Rerum & Antiquitatum Germanicarum. Tangmari* Presbyteri, Vita *S. Bernwardi*, Hildesheimenſis, apud *Surium*, 20 Novemb. pag. m. 444 &c. & Dn. de *Leibnitz*, Tom. 1 *Rer. Brunſuic.* pag. 441, &c. Vita *S. Godehardi*, Hildesheimenſis, apud Dn. *de Leibnitz* l. c. pag. 482 &c. *Annales Hildenesbemenſis*, ab an. 714, ad an. 1138, ibid. pag. 710 &c. Chronicon *Epiſcoporum Hildesbemenſium*, ab initio erecti Epiſcopatus, usque in *Gerhardum* Bar. de *Monte*, prope Mindam, qui, exeunte Sec. XIV, mortalitatem explevit, ibid. pag. 742 &c. *Catalogum Epiſcoporum*, ſumtum de *Chronicis Eggehardi*, *Vragienſis* Abbatis, ad *Egbertum*, *Corbejenſem* Abbatem, ad *Sifridum* usque, an. 1280 electum, exhibet Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 772; *Juſtini Bartramii*, *Pontifices Hillesheimenſes* metro vinctos, usque ad *Erneſtum* C. P. R. Ducemque Bavariæ, an. 1612 extinctum, annexuit Dn. *Paullini* l. c. *Hillesbemia Reuteliana.* Eandem ſeriem à *Gunthario*, usque ad *Valentinum Theutlebium*, an. 1537, proxima die Dominica, poſt feſtum *D. Michaëlis*, reperis apud *Caſparum Bruſchium*, cap. XI, de *Epiſcopis Germaniæ*, p. 197, ad 215. Eandem, usque ad prædictum *Erneſtum* Bavarum, continet P. *Bertius* lib. 3. *Comment. Rer. German.* cap. 6, pag. 163 &c. nec non *Bucelinus*, part. 1. *German. Sacr.* pag. 17 &c. continuatam in an. 1650, quo *Maximilianus Henricus*, Bavarus, Eccleſiæ huic præeſſe cœpit. Excepiſſe hunc, an. 1688, vivis exemptum, JODOCUM EDMUNDUM de BRABECK in *Lesmate*, Comitatus Marchiæ, 19 Jul. ex capituli Decano, electum, bene tradunt Dn. *ImHoff. Notit. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 11, §. 1, p. 83; *Europ. Heroldt*, Tit. ·, pag. 356; Dn. *Zſchackwiz*, *Einleitung zu dem Teutſchen* Jure Publico, lib. 3, cap. 4, Qu. 16, p. 501. Nactus quidem erat hic Præſul, an. 1694, 18 Januar. Sereniſſ. *Joſephum Clementem*, Colonienſem Archi-Epiſcopum, *Coadjutorem*, Eum vero, an. 1702, 13 Aug. ad plures abiens, ob conſpirationem cum Gallis, cujus intuitu etiam, ut præced. Tit. V, in vita *Joſephi* Imp. pag. 790, moniti, an. 1706, 29 April. in Imperii bannum declaratus eſt, ſucceſſorem non habuit. Vid. *Schreiben von Chur-Cœlln, an Chur Bayern, das Stifft Hildisheim betreffend*, an. 1701, 28 Aug. apud *Antonium Fabrum*, Tom. VII *der Staats-Cantzley*, cap. XI, p. 513 &c. Memoriale Legati Colonienſis, *Ferdinandi Erneſti Zelleri von Leiberſtorf*, in Comitiis productum, l. c. pag. 516, &c. *Kayſerl.* Commiſſions-Decret, contra *die Chur-Cœllniſche* Admiſſion, *in beeden Hæhern Reichs*-Collegiis, an. 1702 23 Sept. l. c. pag. 521; Dn. *Conradus Bertholdus Behrens*, *in Hiſtoria Præpoſitorum, Decanorum, & Scholaſticorum Eccleſiæ Hillesheimenſis*, de an. 1705, p. 70; *Mercure Hiſtorique*, Tom. XVI, ad an. 1694, pag. 212; Dn. *ImHoff* l. c. Dn. *Lehman*, *Jetztherſchend* Europa, pag. 161; & Dn. *Hübner*, *Tabb. Geneal.* 134; fruſtra interim Colonienſi titulum uſurpante, teſte Ejus Reſcripto, ad Ordines Provinciales Colonienſes, ſub dato Bonn, 12 Oct. 1702, ap. *Fabrum*, l. c. §. IV, pag. 525. Hunc tamen Præſulem Art. XV. Pacis Badenſis, An. 1714. in integrum fuiſſe reſtitutum ad Tit. XIV, §. 10, lit. b. pag. 1093 jam monitum. Succeſſorem habes pag. 1070 Electorem Colonienſem. *Chronica Monaſterii S. Michaëlis in Hildesheim*, extant apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.* p. 517 &c. Lepida ſunt, quæ, p. 523, de *Theodorico Birckmanno*, 27 Abbate, circa Miſſam in Baſileenſi Concilio, an. 1434 celebrandam, ibi enarrantur. *Catalogum Reverendiſſimorum ac Illuſtriſſ. Præpoſitorum Cathedralis Eccleſiæ Hildeshemenſis*, à primo, *Bavone*, qui an. 893 vixit usque ad *Franciſcum Joſephum* L. B. *Landsbergium in Erwette*, an. 1704, 9 Sept. Præpoſituram obtinentem, edidit laudatus Dn. Doctor *Behrens*, an. 1705, Hanover. Fol. De origine hujus Eccleſiæ, inquit Auctor *Fundationis quarundam Germaniæ Eccleſiarum, à temporibus Caroli Magni, ad Ottonem Magnum*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.* p. 161, & Ill. Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 260: *Anno 796, nonum*, (Epiſcopatum,) *in Aulica Eltze, in honorem S. Petri, fundavit*, (Carolus Magnus) *quæ* (Eccleſia) *poſt in Hildenſem translata eſt, eo quod reliquiæ Mariæ de Hildenſem in Aulicam aſportari non poterant, per Ludewicum, Filium ſuum, an. 818 &c.* & Auctor *Chronici Mindenſis*, apud *Meibomium* l. c. Tom. 1, pag. 556: *Nonam*, (Eccleſiam, fundavit Carolus M.) *in Hiltinesheim B. Mariæ Virginis. Iſte Epiſcopatus de Aulica Villa, dicta Eltze, eò quod Reliquiæ S. Mariæ Genitricis de Hildenesheim in Aulicam aſportari non permittuntur, per Lodewicum Pium, anno Imperii Ipſius ſecundo, Domini vero DCCCXIX, translatus eſt.* Factum comprobant *Lambertus Aſchaffenburg.* ad an. 814: &, qui verba ejus repetit *Monachus Herveldenſis*, an. eod. ap. *Schardium*, T. 1 *Rer. German.* p. 373: *Carolus Magnus Imp. obiit, cui Ludovicus ſucceſſit, qui Epiſcopatum in Hildensheim conſtruxit &c.* Auctor *Chronici Hildesheimenſis*, ap. Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 742: *Karolus Imperator Magnus, qui ſupremo vitæ ſuæ tempore, Saxones, diverſis variisque conflictibus, duodecimo demum bello, ad fidem Chriſti compulit, & Dei auxilio, Epiſcoporum conſilio, Chriſtianam Religionem ſuper eos corroboravit, Eccleſias ſcil. per loca Patherburne, Corbeja, Mynden, Hildenesheim, Herſtelle, & cæteras ædificari fecit, & Epiſcopatus ibidem futuros præordinavit &c.* de filio Ejus, *Ludovico Pio*, pergens: *Eosdem Epiſcopatus, juxta decretum Patris, inſtituit, & Ipſe Gunthalium, primum Epiſcopum in Hildeneshem, ordinari fecit &c.* Conf. *Catalogus Epiſcoporum Hildenesheimenſium*, ſumtus de Chronicis *Eggehardi*, Vragienſis Abbatis, ibid. pag. 772: *Karolus in Aulica, quæ nunc Elcen dicitur, juxta Hildeſen, ad duo milliaria, ubi Sala rivulus perennis Leynæ influit, ſita, Epiſcopatum*

patum eſſe decrevit, & ibidem Eccleſiæ fundamenta ponens S. Petro Apoſtolo dedicavit. Ludewicus, filius ejus, eam in Hildenſem transferens - - - in honore Glorioſæ Virginis, Epiſcopatum fundavit, & Guntharium, primum Epiſcopum, ordinari fecit &c. Chronogr. Saxo ad an. 781, p. m. 125; *Wolterus, Chron. Bremenſ.* in Vita *Reimberti* Archi-Epiſcopi, apud *Meibomium* l. c. Tom. 2, p. 27; *Siffridus* Presbyter, lib. 1 *Epitomes*, apud *Piſtorium*, p. m. 687; *Gobelinus Perſona* ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 41, apud *Meibomium* l. c. Tom. 1, pag. 242; *Compilatio Chronologica*, apud *Piſtorium*, pag. 729. *Reutelius* l. c. §. 1, p. m. 73; *Bertius* l. c. pag. 163. *Albertus Cranzius*, lib. 1 *Metropol.* cap. 10, qui iamen, una cum *Reutelio*, Fabulam de *miraculoſa nive*, ad circumſcribendos Eccleſiæ fines, cœlitus demiſſa, interſternit, Dn. *Meibomio*, in *Irmenſula Saxonica* cap 8. Tom. 3 *Rer. German.* pag. 18, & de *Origine Helmeſtadii*, l. c. pag. 228, natum Hildeſiæ nomen, à vicino nemore, *der Hilles* appellato, majori fundamento perhibente; *Gryphiander*, de *Weichbildis Saxonicis*, cap. 29, §. 3, pag. 72. Alii. Singulare Synonymon eſt, cujus *Hieronymus Emſer*, in vita *S. Bennonis*, Miſnenſis, c. 1, ap. *Surium*, 16 Junii, p. m. 231, meminit: *Inter claras Saxoniæ Civitates, ea, quæ nunc vulgo Hyldesheym, olim Bennopolis dicta eſt, à Bennone quodam, ut ajunt, Conditore Phriſio &c.* Sed, qua auctoritate hæc? *Bellum Hildensheimenſe*, inter *Ericum*, Ducem Brunſ. & Luneb. & Epiſcopum Hildensheimenſem, eorumque complices, an. 1519 geſtum, deſcribit *Juſtinus Goblerus*, apud *Schardium* l. c. Tom. 2. pag. 81 &c. De litibus, inter Civitatem *Hildeſienſem*, & Epiſcopum, quoad Jurisdictionem &c. legas *Lundorpium* Tom. VII *Act. Publ.* lib. 7, cap. 202, §. 29, ad an. 1655, pag. 1068 &c. Conf. *der Statt Hildesheim Bericht, gegen den Biſchoff von Hildesheim, in puncto Juris Præſidii militaris*, an. 1696, 4. *Vindiciæ des Biſchoffs von Hildesheim, gegen einige Dero Vaſallen*; Hildesh. 1696, fol. *Gründliche Rett- und Behauptung der Statt Hildesheim Freyheit, und anklebenden Regalien*, an. 1700, ibid. fol. *Antivindiciæ Statuum Epiſcopatus Hildeſienſis Evangelicorum*, Hildeſ. 1703, Fol. *Licita, legitimaque Defenſio, ſive inculpata Jurium admodum Reverendi Capituli Secularis collegiatæ S. Andreæ, Tutela; hoc eſt; In Jure & facto legalis deductio, quæ clare ad oculum demonſtratur, Reverendiſſimo & Per Illuſtri Cathedrali Capituli Hildeſimenſi non convenire, in immunitate Cathedrali, privativam ſupremam Territorialem Juriſdictionem in omnes ibi habitantes, ſeu Clericos, ſive Laicos &c.* edita à *Joh. Theodoro Godefrido Sonnemann*, an. 1703. *Von der Braunſchweig-Zelliſchen* Evacuation *der Statt, und habenden* differentien *mit dem Hoch-Stiffte Hildesheim, in Eccleſiaſticis*, de an. 1703, reperis Acta Publica ap. *Fabrum*, Tom. VIII *der Staats-Cantzley*, cap. XII, p. 818 &c. Quibus rationibus copiæ Brunſuicenſes & Luneburgenſes Epiſcopatum hunc, an. 1711, occupaverint, exponit. *Species* Facti, *wegen der Chur-Braunſchweig-Luneburgl. Differentien, mit dem Dohm-Capitul zu Hildesheim*, an. 1711. De Evergetis vid. *Excerpta, ex Libro donationum, Eccleſiæ Hildesheimenſi factarum*, apud Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 770; *Sprengeri Lucerna*, cap. 6, pag. 298 &c. & ibi in *Ellychniis* p. 1749; Dn. *Spenerus, Op. Herald.* part. ſpecial. lib. 3, cap. 8, §. 20, pag. 594; *ImHoff* l. c. lib. 3, cap. 11, §. 3, pag. 83; *Europ. Heroldt* l. c. pag. 355 &c. Locum Præſulis in Comitiis indicat Protocollum Comitiorum an 1641, apud *Lundorpium*, Tom. V *Act. Publ.* cap. 174, pag. 726. In Collegio *Canonicorum* Eccleſiæ Cathedralis numerantur XLI Sodales, in *Capitulares* & *Domicellares* diviſi, quorum nulli titulus *Baronis*, in Calendario, juxta Capituli decretum, dari ſolet. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 6, pag. 84; *Europ. Herold*, pag. 357; Dn. *Bilderbeck Reichs-Staat*, Tom. 2, cap. 13, §. 5, pag. 51. Dn. *Zſchackwitz, Einleitung zu dem Teutſchen* Jure Publico, lib. 3, cap. 4, Qv. 14, pag. 501. Inter Miniſteriales, eminent Nobiles *de Schwichelt, Mareſchalli Hereditarii*, & Nobiles de *Cram, Dapiferi hereditarii*, quorum Genealogias laudatus Dn. D. *Behrens*, in Appendice *der Beſchreibung des Hochwohlgebohrnen Hauſes der Herren von Steinberg*, an. 1697; Rubr. *Stamm-Taffel der Herrn von Cramm*, pag. 65; & *Stamm-Taffel, der Herrn von Schwichelt*, pag. 99, exhibet. Conf. Dn. *ImHoff* l. c. §. 5, pag. 84; *Europ. Heroldt* l. c. *Zſchackwitz* l. c. Qv. 12, pag. 499. De Inſigni ait *Europ. Heroldt*, l. c: *Im Wapen führet das Hoch-Stifft ein in die Länge herabgetheiltes Schildlein, deſſen Vordertheil weiß, der Lincke aber roth iſt, und ruhet oben die gewöhnliche Biſchoffs-Mütze drauf, darhinter der Biſchoffs-Stab, und Schwerdt*; ita & Dn. *Bilderbeck* l. c. & Dn. *Zſchackwitz* l. c. Qv. 17; Dn. *ImHoff* l. c. §. 2, pag. 83, aream, dextro latere *rubeam* ſiniſtro *auream*, eſſe perhibet; tincturæ ordinem, aliquando inverſum obſervavit Dn. *Spenerus* l. c.

(*m*) AICHSTETENSIS &c. Ad Aichſtatenſem Hiſtoriam, faciunt: *Jacobi Gretſeri Philippus*, 39 Eccleſiæ Epiſcopus, vitæque SS. *Richardi*, *Wilibaldi*, *Wunibaldi* & *Walpurgis*, una cum duobus obſervationum libris, & Catalogo Hiſtorico omnium Epiſcoporum Aiſtadenſium; Ingolſtad. 1617, 4. Eundem Catalogum à *S. Wilibaldo*, usque ad *Mauritium*, ex Nobiliſſima in Oſtfrancis *Huttenica* Familia, an. 1539, 27 Junii, conſtitutum, offendis apud *Caſpar. Bruſchium*, cap. X, de *Epiſcopis Germaniæ*, pag. 177 ad 196; Eundem, usque ad *Marquardum Schenck de Caſtel*, an. 1637 electum, exhibet *Bucelinus*, part. 1 *German. Sacr.* pag. 15 ad 17; Principem hunc, *Marquardum*, Octogenarium annorumque 47 ſpatio, Epiſcopatum moderato imperio regentem, an. 1685,

18 Ja-

18 Januar. extinctum, ſecutus eſt *Johannes Euchar.us*, ejusdem Gentis Princeps, 13 Mart. eod. an. in Ipſius locum evectus; cui viciſſim an. 1697, 16 Mart. defuncto, proxime ſequenti 16 April. *Johannes Martinus* ab *Eyb*, Nob. Franc. ſucceſſit. Quo itidem an. 1704, 7 Dec. exuvias mortales deponente, Pedo dignus judicatus eſt, prævia electione, an. 1705, 14 Januar. *Henricus Ferdinandus* L. B. à *Leyen*, ab an. 1700, 16 Febr. Moguntinenſis Capituli Præpoſitus; Eo autem modeſte dignitatem recuſante, unanimibus ſuffragiis, Epiſcopatum tandem, an. eod. 1705, 9 Febr. obtinuit, Reverendiſſ. Dn. JOHANNES ANTONIUS, Baro, KNOEBEL de KATZENELLNBOGEN, Aichſtadienſis hactenus & Auguſtanus Canonicus. Hodiernus Præſul eſt Reverendiſſimus Dn. JOHANNES-ANTONIUS, Baro de Freyberg & Eiſenberg, electus 8 Decembr. 1736. Cujus Anteceſſor fuit Franciſcus Ludovicus Schenck Baro de Caſtel, an. 1736, vitam ſuam cum morte commutans. Eandem cum *Wuntzburgenſi* Epiſcopatus noſter originem habet; *S. Willibaldo, S. Bonifacii* Moguntini, ex ſorore *Bonna*, Nepote, primo Præſule conſtituto, quem tamen, ſine fundamento, *Bucelinus*, *Richardi*, Angliæ Regis, qualis iſto ævo nullus extitit, filium compellat. Vid. præced. lit. d. In antiquiſſimo Codice *Carolino*, an. 810, de *Metropolibus*, vocatur hoc Oppidum: *Rubilocus*, ſive *Eichſteti*; Vid. præc. lit. c. & in Vita *S. Williwaldi*, cap. 9, apud *Surium* 7 Jul. p. m. 121: *Eiſtadi*; & in Itinerario ejusdem, cap. 11, ibid. pag. 127: *Eyſtet*. Inſignis loco utitur Præſul *argenteo Epiſcopali Pedo, in area rubea*. Miniſtri hæreditarii ſunt: *Mareſcalli, Shenckii, L. B.* & Comites de *Caſtel*: ante hac *Durneri*, quorum *Bucelinus* l. c. p. 15, meminit; *Camerarii*, Nobiles à *Schaumberg*; *Dapiferi*, Nobiles à *Leonrod*; *Pincernæ*, Nobiles *ab Eyb*. Capitulum Cathedrale compoſitum eſt ex XVI Canonicis Capitularibus, & XI Domicellariis. Vid. Dnn. *Spener*, *Op. Herald.* part. ſpec. lib. 3, cap. 42, §. 1, 2 & 3, p. 713. *Im Hoff*, *Notit. Procer. Imp.* lib. 3, cap. 6, §. 2, 6, 8 & 9, p. 73 & 74; *Europ. Herold*, Tom. 1, p. 347 & 348; *Bilderbeck*, *Reichsſtatt*, Tom. 2, part. 5, cap. 8, §. 4 & 5, p. 43; *Zſchackwiz* l. c. Qu. 59, 61 & 64, p. 481 & 482. Evergetas celebrat *Sprenger*, cap. 6 *Lucerna*, p. 296, & in *Ellychniis* ad hunc locum p. 1746; cui addas Auctores modo nominatos. Priores honores à *Wormatienſi* Præſule aliquando in dubium vocatos, in Comitiis Norimbergenſibus, ſub *Alberto I.* Aichſtadenſi fuiſſe vindicatos, ex *Bruſchio* docet Dn. *Spenerus* l. c. §. 5, p. 734: litem parem, inter Eundem, & *Spirenſem* Epiſcopum, tangit *Limnæus*, Tom. V, Addit. ad lib. 4, cap. 7, pag. 252 & 253; Decretum Viennenſe, in hac cauſa, an. 1662, tale fuit;

In ſtreitigen Pracedenz-Sachen, ſich enthaltend zwiſchen Herrn Marquard, Biſchoff zu Aichſtatt, an einem, und Herrn Lothario *Friderichen, Biſchoffen zu Speyer, am andern Theil, iſt die Sache von Amtswegen vor beſchloſſen angenommen, und darauf, allem Vorbringen nach, zu Recht erkant, daß dem Herrn Biſchoffen zu Speyer nicht gebühre, noch gezieme, den Herrn Biſchoffen zu Aichſtatt, an ſeinem, in dem Reichsfürſten Rath hergebrachten, Vorſitz, Stand und Stimm, zu turbiren, zu hindern, und zu beſchweren, ſondern daran zu viel, und unrecht, gethan habe; derowegen Er von ſolchen allen abzuſtehen, und ſich deſſen hinführo zu enthalten, ſchuldig ſeyn ſolle; maſſen Er denn zu dem allen hiemit condemnirt und verdamt wird.* Signatum *Wien*, 39 April. 1662.

(*n*) CURIENSIS &c. Agunt de hoc Epiſcopatu *Gabriel Bucelinus*, *in Rhætia Ethnica, Romana, Gallica, Sacra & Profana*, Auguſtæ Vindel. 1666, 4. *Ægydius Schudius*, in deſcriptione *Alpinarum Gentium*, cap. 12, apud *Schardium*, T. 1, *Rer. German*, p. 279 & 280; *Münſterus*, lib. 3, *Coſmograph.* cap. 122, p. 736; *Gulerus*, in Deſcriptione *Rhætiæ*; *Cruſius*, part. 3 *Annal. Suev.* f. 415; *Zeilerus*, *Topograph. Helvetiæ & Rhætiæ*, p. 80 &c. Epiſcoporum Catalogum ſiſtunt: *Münſterus* l. c. *Caſpar Bruſchius*, de *Epiſcopis German.* cap. 3, pag. 22, ad 31, à *S. Lucio*, usque ad *Lucium Iterum*, an. 1541, 5 Octob. electum; *Zeilerus* l. c. p. 81 & 82; & *Bucelinus*, part. 1. *German. ſacra*, p. 3. Rhætiæ Oppidum *Curiam* eſſe, nulla eget probatione. Fabulas proferunt, originem Epiſcopatus hujus ab ipſo D. *Petro* repetentes. Primum Epiſcopum vocant *Bruſchius* & *Bucelinus* l. c. *Lucium*, ex Rege Angliæ Præſulem ordinatum, atque an. 180, 3 Dec. Martyrio coronatum. Sed qua fide? Alii Aſimoni id tribuunt honoris, qui *Chalcedonenſi* Concilio, an. 451, interfuerit; *Zeiler* l. c. p. 82, & *Itineran. German.* cap. 26, p. 551; *Bruſchius* l. c. *Dreſſerus* part. 4. *Iſag. Hiſt.* *Münſterus* l. c. p. 736, Dn. *Spener*, *Op. Herald.* part. ſpec. lib. 3, cap. 11, §. 2, p. 600; Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc. Imp.* lib. 3 cap. 20, §. 3, p. 103; *Europ. Herold*, T. 1, p. 379; Dn. *Bilderbeck Reichsſtaat*, Tom. 2, part. 5, cap. 25, §. 1, p. 67; Dn. *Zſchackwiz Einleitung zum Teutſchen* Jur. Publico, lib. 3, cap. 4, Qv. 105, pag. 535. In vita *S. Fridolini*, à *Noggero*, *S. Galli* Abbate, Sec. VII, conſcripta, referente *Schudio* l. c. p. 280, legimus: *Anni Domini* 495, *Venit S. Fridolinus ad Epiſcopum Curienſem, tempore Ludovici I, Francorum Regis, qui etiam Clodoveus Magnus vocatus fuit.* Hinc non male arguit *Shudius*, Epiſcopatum tunc jam extitiſſe. De *Paſchali*, Sec. VIII Epiſcopo, ſingulare eſt, quod *Bruſchius*, l. c. pag. 23 commemorat: *Paſchalis, Comes Brigantinus, Vigilii, Præſidis Rhætiæ, filius, Epiſcopus Curienſis*,

7 M 2 *habuit*

habuit Uxorem, Dominam Eſopejam, Comitiſſam de Rhatia alta: qua etiam, inVetuſtis Diplomatibus, nominatim ponitur & ſe ſubſcripſit: Antiſtitam Churienſem, præſertim in fundatoriis literis vetuſtiſſimi Monialium Cœnobii Caczes, in Tumiliaſca ſupra Rhetium ſiti. Ejus Cœnobii Fundatores fuerunt: Iſte Paſchalis Epiſcopus & ejus filius, Victor, ſucceſſor Patris in Epiſcopatu. Prima ejusdem Abbatiſſa legitur fuiſſe Domina Veſpula, Paſchalis Epiſcopi, ex Eſopeja Conjuge, filia, cujus ſoror, Urſicina, ejusdem Cœnobii Monialis fuit &c. Conf. Dn. *Spener*, l. c. *Zeiler, Topograph. HelVet.* pag. 81; Dn. *Im Hoff* l. c. §. 3, p. 103; *Europ. Herold.* l. c. Dn. *Bilderbeck* l. c. §. 6, p. 68; Dn. *Zſchackwitz* l. c. Qv. 105, pag. 535. Hodiernus Epiſcopus eſt IOSEPHVS BENEDICTVS, Lib. Baro de Roſt, in Aufhofen, Kohlburg ex Schrattwinckel, electus 15 Dec. 1728. Poſtquam Anteceſſor ejus Ulricus de Federſpiel 13 Octob. ejusdem anni ad plures abierat. Sedes Epiſcopi eſt in veteri arce, *Marſoila*; Inſignis loco, utitur *Capricorno ſaliente nigro, in arca argentea.* Capitulum Cathedralis Eccleſiæ conſtat XXIV Canonicis. De officialibus hæreditariis, inquit *Bruſchius* p. 32, in *Paulo Zieglero à Ziegelbergo*, 73 Præſule: *Obiter ſciat Lector, Auſtria Archiduces eſſe, Pincernas; Dominos de Marmoribus, Marſcallos; Comites Metenſes, Vel Amaſios, Dapiferos fuiſſe Epiſcopatus Churenſis. Hodie vero, Dapiferos & Camerariorum officium confert Epiſcopus ſuo arbitratu, cui Familia voluerit &c.* Quæ *Bucelinus* l. c. pag. 4, & qui eum ſequntur, de officialibus, recenſent, antiqua ſunt & obſoleta; quandoquidem hodierni *Dapiferi*, ſunt *Equites de Monte; Camerarii, Flugii ab Aſpermont; Marſchalli, Planta de Wildenberg.* Vid. Dn. *Im Hoff* l. c. §§. 2, 6, & 8, pag. 103 & 104; *Europ. Herold* l. c. p. 380, quamvis *Plantis* de *Wildenberg*, *Pincernatum*, & Equitibus de *Marmel*, *Mareſchallatum*, vindicet. Ex *Bruſchio* l. c. pag. 30, b. adhuc notandum, Archiduces non ſolum *Pincernatum*, feudali lege, à Præſule noſtro, tenere, ſed & Comitatum *Tyrolenſem*; ita enim ille, in *Hartmanno* Epiſcopo, pag. 30: *Ab hoc Epiſcopo, accepit in Feudum, Erneſtus, Auſtria Dux, Officium Pincerna Churenſis, & totum Comitatum Tirolenſem, Anno Domini* 1415, *ſicuti antea acceperant, ab Ulrico Epiſcopo, Duces Auſtria, Fridericus, Albertus & Otho &c.* Rurſus, de *Ortliebo* Præſule, pag. 31: *Is inVeſtiVit feudis Officii Pincernarum, & Provinciarum, ad Comitatum Tirolenſem pertinentium, Sigismundum, Auſtria, Styria & Charinthia Ducem, Anno domini* 1460 *&c.* Hinc ſua Dn. *Spenerus* l. c. annectens: *Succeſſores, etiam Auguſti, Feuda hac ab Epiſcopis recipere non graVati ſunt*; add. Dn. *Im Hoff* l. c. §. 6, p. 103; *Zeilerus* l. c. p. 82; Quibus titulis terras Epiſcopus poſſideat, ex Auctoribus citatis petendum eſt; add. *Sprengeri Lucerna*, cap. 6, pag. 304. De voto & ſeſſione, quibus Præſules in Comitiis quondam gaviſi ſunt, teſtantur ſubſcriptiones Receſſuum Imperii, *Spirenſ.* an. 1529; *Auguſtani* 1530; *Ratisbon.* 1532 & 1541; *Norimberg.* 1543; *Wormat.* 1545, & *Auguſtani*, 1548; ſucceſſu temporis vero, nulla eorum in ſubſcriptionibus mentio, donec. an. 1640, Epiſcopi, *Johannis Flugii ab Aſpremont* Legatus, poſt Baſileenſem, Monaſterienſem & Leodienſem, votum iterum expoſuiſſe legatur. Vid. Protocollum, apud *Lundorpium*, Tom. IV. *Act. Publ.* lib. IV, cap. 44, Seſſ. 3, an. 1640, 10-20 Sept. p. 877; Seſſ. 5, 1640, 14-24 Sept. pag. 887; Seſſ. 6, 16-26 Sept. 1640, pag. 893; & paſſim alibi. Seſſ. 153, 28 Sept. ſt. v. 1641, Tom. V, lib. 1, pag. 726, habetur: *Chur hatte, wie andere Stande gethan, bey Anfang des Reichs Abſchieds, nicht* proteſtiren *kœnnen*, (ſcil. contra præcedentiam Halberſtadenſis) *weil er davon einige* Information *nicht gehabt, da er aber Ihro Fürſtl. Gn. den* Seſſions-*Zettul zugeſchickt, hatten ſie ſich beſchwart befunden, und befohlen, weil, durch die* Deſolation *des Kriegs, Ihr* Archiv diſtrahirt, per generalia *Kayſ. Maj. und allen Standen, dero* Seſſions *Gebühr Vorzutragen, ſo darinn beſtünde,* (1) *daß es der alteſten Biſtümber, eines Anfang her Von* 1500 *Jahren;* (2) *Vor der Religions-Spaltung unter den Fürnehmſten geweſen,* (3) *uber* 500 *Jahr, Fürſtlich geweſen, und, als Reichs-Fürſt, Erſter* Suffraganeus ſub Metropoli Moguntina, Seſſion *gehabt, nach Speyer, vor Augſpurg, wie dann Anno* 1595, *dieſer Biſchoff nach Eichſtadt und Speyer, würckliche* Seſſion, *Vor Augſpurg, gehabt; beſchehe alſo Ihro Fürſtl. Gn. jetzo in der* Seſſion *Viel zu kurtz, und wolten dannenhero wieder alle unbefugte Vorſitzere alle* competentia Juris, cum proteſtatione ſolenni, *Vorbehalten haben, und, weil Annis* 1521, 1571, *jedesmahls Chur, Halberſtadt vorgeſeſſen, gebeten haben, es ſchriftlich* ad Protocolla *anzunehmen, und zu beobachten.* His tamen non obſtantibus, Legati Ejus, *Wilhelmus Fürſtenbergius & Bernhardus Wüdenbrück*, noviſſimum Receſſum, an. 1654, non niſi poſt *Lubecenſem*, ſubſcripſerunt. Ad Comitia quoque Circuli Suevici dudum non vocatus, an. 1642, in Conventu Ulmenſi, in integrum reſtitui petiit, votoque pariter eſt gaviſus. Vid. *Lehman.* Tom. IV, Addit. ad Lib. 4, cap. 7, pag. 482; Dn. *Spener.* l. c. §. 9, p. 601; Dn. *Im Hoff* l. c. §. 5, p. 103. Ad onera Imperii, Præſulem noſtrum nihil conferre, tradunt *Europ. Heroldt* l. c. pag. 279; Dn. *Bilder-*

Digitized by Google

Bilderbeck l. c. §. 4, pag. 68; Inter Rhenanos Epiſcopatus competit *Churenſi*, cognomen *Supremi*, vulgo *das Oberſte*. Vid. præced. lit. e.

(o) HALBERSTADENSIS &c. De Epiſcopatu hoc legi meretur *Bertius* lib. 3. *Rer. German.* cap. 6, pag. 150 &c. exhibens ſimul Epiſcoporum Catalogum, ab *Hildegrin*, quem an. 780 electum, an. 827, ad plures abiiſſe, ſcribit, usque ad *Henricum Julium*, Ducem. Brunſ. & Lüneb. an. 1566, bimulum infantem, ea conditione lectum, ut gubernatio, 12 annos perpetuos, penes Capitulum eſſet, certaque Præſuli pecuniæ ſumma quotannis perſolveretur, reſiduo ad uſus Collegii neceſſarios reponendo. Eundem Catalogum, ab Origine, usque ad *Johannem Albertum*, Marcb. Brandenburg. complectitur Appendix *Alberti Cranzii Metropoli* annexa; nec non *Caſpar Bruſchius* cap. XIII, de *Epiſcopis Germaniæ*, pag. 224, ad 228, laudatum Principem an. 1548, electum tradens; Eundem, usque ad an. 1558, Serveſtæ, edidit *Melchior Neofanius*, an. 1586, Carmine Heroico. *Guilielmo Budæo*, tribuitur *Chronologia* eorundem Præſulum, edita Halberſtadii, 1624; *Gabriel Bucelinus*, part. 1, *German. Sacra*, pag. 21 & 22, eorundem nectit ſeriem, à *S. Hildegrino*, usque ad *Leopoldum Wilhelmum* Archiducem, an. 1628, inauguratum. Huc inſuper ſpectat *Johannis Bætticher*, *Iſagoge Hiſtorica Epiſcopatus Halberſtadenſis, das iſt, kurtze Anleitung und Hiſtoriſcher Bericht, von dem Stifft Halberſtadt. Halberſt.* 1648. *Caſparis Sagittarii*, *Hiſtoria Halberſtadienſis*, per ſingulos Epiſcopos, usque ad tempora recentiora, prodiit Jenæ, 1675. Fundationis Eccleſiæ hujus memor *Chronicon Mindenſe*, apud *Meibomium* Tom. 1, *Rer. German.* p. 554, ait: *Eccleſia, quæ prius Selingenſtede dicebatur, Anno Chriſti 777, fundata eſt, quæ, poſt annos quadraginta, ſcil. an. 809, translata eſt in Halverſtadt &c.* In eandem ſententiam ſcribit Auctor, de *Fundatione quarundam Eccleſiarum Saxoniæ, à temporibus Caroli Magni, ad Ottonem Magnum usque*, apud *Maderum*, *Antiq. Brunſuic.* p. 160 & Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Script. Rer. Brunſ.* pag. 260: *Anno Domini 777, & anno Regni ſui decimo tertio, erexit* (Carolus Magnus) *Eccleſiam in Salingeſtede, qui locus nunc Oſterwieck dicitur, quæ poſtea an. 40, in Halberſtad translata eſt, in honorem B. Stephani &c.* Primum Epiſcopum fuiſſe *S. Hildegrinum*, à Catalaunenſi Eccleſia, ad hanc, translatum, fatentur omnes. Eum autem anno 777 nondum inter Epiſcopos locum habuiſſe, ſeq. lit. ſ, probabo. *Altfrido*, Monaſterienſi Præſuli, in vita *S. Ludgeri*, anno 809 extincti, cui, intermedio ſaltem *Gerfrido*, ſucceſſit, in Prologo, apud Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 85, audit *Hildigrimus*: *Exempla etiam, & actus S. Lutgeri ideo plene comprehendere nequeo, quia non ea viſu, ſed auditu, didici, illis atteſtantibus, qui ab infantia illum noverant: Hildigrimo ſcil. Epiſcopo, fratre ejus, & Gerfrido Epiſcopo, nepote ejus &c.* Conf. Chartas, ibid. p. 110, §. 24; 111, §. 31; 115, §. 45; 117, §. 50; 119, §. 58 &c. Eodem nomine vocatur *Chronographo Saxoni* ad an. 827, pag. 135, tunc extinctus; *Hildigrimus, primus Halberſtadenſis Eccleſiæ Epiſcopus, obiit: eique Thiatgrimus ſucceſſit &c.* Priorem appellationem retinet *Albertus Crancius* lib. 1. *Metropol.* c. 3, p. 5, & cap. 26, p. 19 &c. *Lupoldus de Babenberg*, *de Zelo Veterum Principum German.* cap. 2, p. m. 212, habet, *Hildegernus*, an. 1648, vigore *Inſtr. Pac. Oſnabrug.* Art. XI, §. 1, Epiſcopatus hic, *cum omnibus Juribus, Privilegiis, Regalibus, Territoriis, & Bonis, Secularibus & Eccleſiaſticis, quocunque nomine vocatis, nullo excepto, in perpetuum & immediatum Feudum*, traditus eſt, ab Imperatore & Imperio, Sereniſſ. & Potentiſſ. Electori Brandenburgico, *Friderico Wilhelmo*, in compenſationem ſumptuum bellicorum, *ut, eo nomine, Seſſionem & votum, in Comitiis Imperii, & Circulo Inferioris Saxoniæ, habeat. Religionem autem, & Bona Eccleſiaſtica, in eo Statu relinquat, quemadmodum per Dominum Archi Ducem, Leopoldum Guilielmum,* (ultimum Præſulem) *inita, cum Capitulo Cathedrali, pactione, ordinata fuerant; ita tamen, ut nihilominus Epiſcopatus Dn. Electori, totique ſuæ domui, & Agnatis maſculis, cum eorum ſucceſſoribus & heredibus maſculis, ordine, quo ſibi invitem ſuccedent, hereditarius maneat, atque Capitulo nullum jus, in eligendo & poſtulando, vel etiam Regimine Epiſcopatus, & iis, qui eo pertinent, reliquum ſit; ſed modo dictus Dn. Elector, &, juxta ordinem ſucceſſorium, reliqui, ſupra nominati, ea poteſtate in hoc Epiſcopatu utantur qua reliqui Principes Imperii in ſuis territoriis utuntur; liceatque quartam partem Canonicatuum (excepta Præpoſitura, in hanc computationem non numeranda) decedentibus ſucceſſu temporis modernis eorum poſſeſſoribus, Auguſtanæ Confeſſioni addictis, extinguere, eorumque reditus menſæ Epiſcopali incorporare. Quod ſi tot Canonici Aug. Confeſſ. non ſint, qui quartam partem totius corporis Canonicorum, dempto Præpoſito, conficiant, numerus ſuppleatur, ex Catholicorum decedentium beneficiis &c.* Rectè vero, contra *Poppingium*, monet *Gaſtelius*, de *Statu Publ. Europ.* cap. 15, §. 52, p. 500, Præſulatum hunc, non in *Ducatum*, ſed *Principatum* duntaxat, ad exemplum reliquorum Epiſcopatuum, fuiſſe evectum, ſolis *Archi-Epiſcopatibus* in *Ducatus* mutatis. Conf. Ill. Dn. *Coccejus Jurisp. Publ.* c. 15, §. 6, p. 256; Dn. *Spener, Op. Herald*, part. ſpec. lib. 1, cap. 13, §. 21, pag. 87; *Europ. Herold*, T. 1, pag. 279; Dn. *ImHoff, Not. Proc. Imp.* lib. 2, cap. 8, §. 13, p. 48; Dn. *Bilderbeck*, *Reichsſtaat*, Tom. 1, part. 4, cap. 8, §. 6, pag. 530 &c. Spectat huc, *Kayſerl. Decret, an das Chur-Mayntziſche Reichs*-Directorium, *die*,

Digitized by Google

rat. Magdeburg, Halberſtadt und Minden, Chur-Brandenburg competirende Titulos betreffend; Signat. zu Regenſpurg, den 7 Febr. 1654, & dictatum, 31 Mart. an. eod. apud Lundorpium, Tom. VII, Act. Publ. lib. 6, §. 530, p. 619, verb: Als haben Ihr Kayſ. Maj. vorwohlbeſagtes Reichs Directorium, zu dem Ende zu erinnern, allergnadigſt anbefohlen, daß daſſelbe denen læblichen Standen des Reichs hievon ferner Nachricht erſtatten, und bedeuten wolle, hochgedachter Ihrer Churfl. Durchl. zu Brandenburg (allermaſſen von der Kayſ. Reichs-Hoff-Cantzley aus, in allen fürfallenden Expeditionibus beſchicht,) den Titul: Hertzog zu Magdeburg, Fürſten zu Halberſtadt und Minden, dem Friedenſchluß zu folg, ebener geſtalt zu geben &c. Add. Kayſerl. decret, an das Chur-Maintziſche Reichs-Directorium, Titulaturæ rat. Magdeburg, Halberſtadt und Minden, extenſionem auf Brandenburg-Culmbach, und Onoltzbach betreffend; ſign. Regenſpurg, 7 Maji, 1654, dictat. 13 Maji eod. apud Lundorpium l. c. §. 614, p. 713. Lites, quas Epiſcopus Halberſtadienſis quondam, cum Hildeshemenſi, circa proëdriam, habuit, cognoſcas ex Protocollo Comitiorum an. 1640 & 1641, Seſſ. 150, apud Lundorpium l. c. Tom. V, lib. 1, p. 706. & 707. Scutum, ad perpendiculum ſectum, hinc argento, iſtinc minio, tinctum, referunt Dn. Spener l. c. Im Hoff l. c. §. 5, p. 45; Europ. Herold. l. c. pag. 283; Bilderbeck, l. c. §. 8, p. 537. Controverſiam, circa collationem Præpoſituræ, quam Sereniſſ. Elector, ex Inſtr. Pac. l. c. verb. cum omnibus juribus, ſibi ſoli vindicat, exponit; Gründliche Aſſertion Seiner Churfurſtl. Durchl. zu Brandenburg habenden Rechten und Gerechtigkeit an der Domb-Probſtey zu Halberſtadt; unde ſua Burgoldenſis, part. 3, diſcurſ. 14, §. 1; & Gaſtelius l. c. Quid turbarum Albertus Anhaltinus, Ditionem Aſcanienſem (Aſcherſleben) ope Eliſabethæ, Ottonis Anhaltini, Patrui ſui, viduæ, quæ Bona iſta dotalitii jure tenebat, Familiæ ſubtrahendo annoque 1318, poſt fata Bernhardi 2 Fratris, Capitulo Halberſtadienſi mancipatum eundo, excitaverit, Ritterſhuſius, Exegeſ. Hiſtor. Geneal. pag. 142 & 143; Dn. Spenerus l. c. lib. 1, cap. 5, §. 16, pag. 35 & 36; Dn. ImHoff l. c. lib. 4, cap. XI, §§. 3, 4, 5 & 6, pag. 213; Europ. Herold, T. 1, pag. 546 &c. in primis Caſpar Sagittarius, Hiſtor. Principum Anhaltinorum, cap. VI, §. 4, pag. 39 &c. cap. VII, §. 4, &c. pag. 43. cap. VIII, §. 1 & ſeqq. pag. 47 &c. Lairizius, Palmwald, Tom. XIV, §. 2 & 3, pag. 655 &c. aliique, teſtantur. Reſtitutionem in integrum efflagitantibus toties Anhaltinis, ab Imperii Proceribus tandem an. 1680, 28 Aug. ſcitum eſt: ut Anhaltinis Principibus, ob ceſſum, pacis amore, Comitatum Aſcanienſem, Electori Brandenburgico, (tanquam Principi Halberſtadienſi) ſatisfieret, utque, eo nomine, Cæſari, de meliori nota, commendarentur; Qui cum hæc ſcita, ſententia ſua, comprobaſſet, d. 24 Maji, anni 1683, alio Ordinum Imperii conſulto, decretum eſt: Ut Anhaltinis, loco ſatisfactionis (1) Nova Inveſtitura, eademque ſimultanea cum Electore Brandenburgico, in Comitatum Aſcanienſem, concederetur, nec non (2) Ipſi, eorumque Ditiones, ab omnibus Imperii oneribus, per quatuor & viginti annorum ſpatium, eximerentur, ita tamen, ne id præſenti paratui bellico, ad Imperii defenſionem inſtituto, vel tertio cuique, damno eſſet &c. Dn. Im Hoff l. c. §. 6, pag. 213. Conf. Europ. Herold, l. c.

(p) VERDENSIS &c. De Origine Epiſcopatus hujus, inquit Auctor Fundationis quarundam Saxoniæ Eccleſiarum, à temporibus Caroli Magni, ad Ottonem Magnum usque, ap. Maderum, in Antiquitatib. Brunſ. p. 160, & Ill. Dn. Leibnitium, de Scriptorib. Rer. Brunſuic. pag. 260: Anno Domini 782, Sextum, (Epiſcopatum, fundavit Carolus Magnus) in Bardewick, quæ nunc Verdenſis, in honorem Mariæ & Ceciliæ, cui S. Gwibertus præfuit &c. In Chronico Mindenſi, apud Meibomium, T. 1, Rer. Germ. pag. 556, legitur: Sextam, (Eccleſiam, fundavit laudatus Princeps) Bardewicenſem, B. Mariæ Semper Virginis, & S. Ceciliæ, quæ nunc eſt Verdenſis, anno Chriſti 786 &c. Memor Fundationis Eccleſiæ Bremenſis, ad an. 788, Henricus Wolterus, in Chronico Bremenſi, apud Meibomium l. c. Tom. 2, pag. 19, ait: Biennio ante (ergo 786) Verdenſem fundaverat Eccleſiam, ubi præfecit Chriſti Sacerdotem, Suibertum, quem à partibus accerſiri fecit Freſonum, de Civitate Trajectenſi, quam paulo ante Beato commiſit Wilibrodo &c. Add. Albertus Crantzius, lib. 1 Metropol. cap. 6, p. 6. Circumfertur plane diploma Caroli Magni, de Fundatione hujus Epiſcopatus, datum 3. Kal. Julii, anno Dominicæ Incarnationis 86, Indict. XII, Anno Regni Karoli XVIII; Actum Moguntiæ, feliciter; in Auctario Diplomatum & Privilegiorum, Lindenbrogii Scriptorib. Septentr. annexo, pag. m. 177 & 178, nec non apud Maderum, in Append. ad Adamum Bremenſem, pag. 175 & Dn. Conringium, Annotat. ad lib. 1, cap. IV de Finibus, pag. 11 &c, qui illud, ex antiquiſſima membrana, deſcripſiſſe ſe teſtatur, addens, Gloriæ Caroli, quam plæclare geſtis rebus meruit, ad omnem poſteritatem, illud publicari, intereſſe; aliter contra de eo judicat Gryphiander de Weichbildis, cap. 33, §. 5, &c. pag. 83. Re vera, fidei ejus obeſt, quod (1) Editiones non unius ejusdemque tenoris ſint; Conringius enim legit: Interventu Lullonis illius Metropolis Eccleſiæ, in memorato Pago &c. reliqua vero Exemplaria, poſt vocem: Eccleſiæ, habent: Epiſcopi, eam ſubjecimus. Inſuper & ad præfata ſtructuram Eccleſiæ, in memorato Pago &c. quæ ſenſum pleniorem reddunt; in exemplari mihi tranſmiſſo, copula &, omiſſa eſt. Deinde, tria hæc Exemplaria impreſſa

impreſſa, dicunt: *donec orationibus ſervorum ſuorum interpellatus*; meum vocem *Fidelium* interſerit: *Donec orationibus ſervorum ſuorum Fidelium interpellatus &c.* In *Conringiano* reperis: *Wikenam*; in *Maderiano* & *Lindenbrogiano*: *Wizenam*; in meo: *Witzenam*. *Maderiana* & *Conringiana* ſubſcriptiones ita ſonant: *Signum Domini Caroli Regis Sanctiſſimi*; aſt *Lindenbrogiana*, inverſo ordine: *Signum Domini Sanctiſſimi Caroli Regis*; mea: *Signum Domini Karoli*, *Regis Invictiſſimi*. Porrò, *Conringius* habet: *Lullo*, *Archi-Epiſcopus Moguncienſis*, *recognovi*; *Maderus*: *Luilo*, *Archi-Epiſcopus Moguncienſis*, *recognovi*; *Lindenbrogianum* Codex, & meum exemplar: *Luilo*, *Archi-Epiſcopus Moguntinenſis*, *recognovi*. (2) Ubique, *Indicto II* occurrat, in annum 786, minimè quadrans; (3) Diploma fundationis *Bremenſis* de an. 788, quod *Wolterus* l. c. pag. 22 & 23, exhibet, ipſiſſima fere verba *Verdenſis*, ad paragraphum usque: *Maguntinenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopatui*, *interventu Lullonis*, *illius Metropolis Eccleſiæ Epiſcopi*, *eam ſubjecimus &c.* complectatur; Tabulis, quas *Adamus Bremenſis*, lib. 1, cap. 10, pag. 11 &c. *Albertus Stadenſ.* ad an. 788, & alii, quorum præced. §. 12, lit. d, pag. 1166 memini, proferunt, hinc inde mutatis; (4) Phraſis, qua *Maderus* l. c. pag. 176, *Conringius* l. c. pag. 13. & *Lindenbrogius* l. c. utuntur: *Terram eorum* (Saxonum) *ſecundum antiquorum Romanorum morem*, *in Provinciam redigentes*, *&*, *in Epiſcopatus*, *certo termino diſtribuentes &c.* occurrens quoque in documento *Bremenſi* citato, de an. 788, imò, reliqua omnia, ſtylum *Caroli* plane non redoleant; (5) Saxones an. 786, nullatenus ita debellati fuerint, ut Terræ eorum *in Provinciam* redigi poſſent, Bello Saxonico in Seculum IX usque continuato, ceu præced. Tit. 2, §. 10, lit. q, v. 20, pag. 224 & 225, probavi; (6) non conſtet de *Epiſcopis*, inter quos terræ iſtæ *certo limite* fuerint *diſtributa*; (7) Coævi ſcriptores, in primis *Eginbardus*, res longe minoris momenti, à *Carolo* geſtas, recenſens, nihil horum commemorent; (8) *Hildebaldus*, Colonienſis Archi-Epiſcopus, cujus nomen in ſubſcriptione conſpicitur, dicto an. 786, Sedem iſtam nondum occupaverit; Vid. *Levoldi* à *Northof*, *Catalog. Archi-Ep. Colon.* apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. Germ.* pag. 5; *Grombachius* S. J. in *Urſula vindicata*, T. 1, lib. 1, c. 47, apud eundem l. c. pag. 14; *P. Bertius*, lib. 3 *Rer. German.* cap. 6, in Catalogo Præſulum Colonienſium, pag. 92; *Bucelinus*, part. 1 *German. Sacra* p. 25. Alii; (9) Idem obſervandum veniat, in Amalhario, Trevirenſi, ibidem ſubſcripto, cujus Anteceſſorem, *Wazonem*, demum ann. 804 defunctum, *Bucelinus* l. c. pag. 34, teſtatur, *Petro Bertio*, loc. cit. in Catalogo *Trevirenſium* Antiſtitum, pag. 284; annum 805, & *Browero*, lib. 8 *Annal. Trevirenſ.* §. XX, pag. 393, planè annum 801, hoc titulo indicantibus; (10) Rariſſimæ ſint iſtius ævi chartæ, invocatione SS. Trinitatis præfixa, (11) *S. Suibertus*, ſeu *Guibertus*, primus ibi celebretur Epiſcopus, quem jam anno 717, Kal. Mart. *Marcellinus* Presbyter, itineris ejus comes, in Ipſius vita, cap. 27, apud *Surium*, 1 Mart. p. m. 14, exuvias mortales depoſuiſſe tradit: *Igitur anno*, *à Nativitate Domini*, *Septingenteſimo*, *decimo ſeptimo - - - defunctus eſt Sanctiſſimus Swibertus*, *Werdenſis Epiſcopus*, *anno ætatis ſuæ 69*, *Cal. Martii*, *feria ſexta*, *hora 12 &c.* Conf. *Baronius* Tom. IX *Annal.* ad an. 717, §. 9, pag. 20; quamvis frateri cogar, *Marcellini* ſcriptum, vel purum eſſe figmentum, vel valdè interpolatum, ſola *Brunſwici* mentione, in fine cap. 17, p. 11, inibi facta, teſte, Oppido hoc ſatis diu poſt *Carolum Magnum*, à Saxonum Duce, *Brunone*, demum condito; in favorem hinc diplomatis, duos ſtatuit *Henricus Turckius*, Jeſuita, in *Faſtis Carolinis*, an. 1704, ex muſeo Viri Clariſſ. Dn. *Conradi Bertholdi Behrens*, prodeuntibus, ad an. 786, p. 30, *Suibertos*, alterum, de quo *Marcellinus*, & alterum, de quo Diploma, loquantur: *Fuit Suibertus iſte*, (primus Verdenſium Epiſcopus) *longe poſterior S. Suiberto Werdenſi*, *quem jam ante 50 annos Cælo intulimus &c.* Conf. *Meibom. Introd. ad Hiſtoriam Saxon. Infer.* pag. 54; & Dn. *Conring.* de *Republ.* Diſſ. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum*, §. 6, p. m. 333; ne (12) repetam, quæ Tit. 2, §. 10, lit. q, v. 20, pag. 225, contra Chartam Bremenſem de an. 788, huc quoque trahenda, diſputavi. Negari interim nequit, *Ludovico Pio* imperante, Verdenſem Epiſcopum jam floruiſſe; ita enim *S. Rembertus*, Hamburgenſis Præſul, in vita *S. Anſcharii*, cui ſucceſſit, cap. XIX, apud *Lambecium*, in Appendice Libri I *Rer. Hamburg.* p. m. 64: *Ne in aliquo ſcrupulum Ferdenſis pateretur Epiſcopus*, *quod etiam partem de ſuo Epiſcopatu ultra Albiam ſumptam*, *ipſe cum Bremenſi tota ſimul Parochiam retineret*, *ſtatuerunt*, (congregati, cum *Ludovico Germanico* Rege, Epiſcopi cæterique Fideles Publico in Conventu) *ut*, *ſicut tempore Domini Ludovici Imperatoris*, *primo fuerant Epiſcopatus*, *ipſe*, (Hamburgenſis) *& Bremenſis ſcilicet*, *& Ferdenſis*, *reſtituerentur - - - Porrò*, *partem Parochiæ*, *quæ ultra Albiam ad ſe pertinere debebat*, *Waldgarius recepit tunc Ferdenſis Epiſcopus &c.* Idem propugnat *Gualdo*, Corbejenſis Monachus, in Poëmate, de *Vita S. Anſcharii*, cap. 45, apud *Lambecium* l. c. pag. 101. Catalogum Epiſcoporum, à *S. Suiberto*, usque ad *Chriſtophorum* Duc. Brunſuic. an. 1503, conſtitutum, habes apud *Caſpar. Bruſchium*, cap. XIV de *Epiſcopis Germaniæ*, p. 229, ad 235; Eundem, usque ad *Eberhardum ab Holle*, an. 1586, mortuum, complectitur Appendix *Metropolis Cranciana*, eundem, in *Fridericum* Holſatiæ Ducem, Archi-Epiſcopum Bremenſem, poſteaque Daniæ Regem, productum, ſiſtit *Bucelinus*, part. 1, *German. Sacr.*

Digitized by Google

Sacr. pag. 22 & 23. Moderna Eccleſiæ hujus conditio, ex Art. X, *Inſtr. Pac. Weſtph.* §. 7, quo Regi Sueciæ tanquam *Principatus* ſeculo redditus, in compenſationem ſumptuum bellicorum, traditus legitur, judicanda eſt. Legatum Suecicum, an. 1653, *Verdenſe* votum, immediatè poſt *Oſnabrugenſe*, evocari poſtulaſſe, *Lundorpius*, Tom. VI *Act. Publ.* lib. 5, §. 62, pag. 889, annotavit. De *Cruce Verdenſi* qua Rex in ſcuto utitur, Vid. Dn. *Spener*, *Op. Herald.* part. ſpec. lib. 2, c. 95, §. 14, p. 544.

(q) COLONIENSI SUBSUNT &c. In vetuſtiſſimo Codice de *Metropolibus*, an. 810 ſcripto, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Rer. Alaman.* pag. 88, habetur: *Prima Provincia Germanica, habet Civitates, numero duas; Metropolis, Civitas Agrippina, id eſt, Colonia. Civitas Tungris &c.* *Arnoldus*, familiaris *S. Godehardi* Hildenesheimenſis, Epiſcopi in ipſius vita, lib. 2, c. 9, apud *Surium*, 4 Maji, p. m. 62, & Dn. de *Leibnitz*, de *Scriptoribus Rer. Brunſuic.* pag. 493, memor Francofurtenſis Synodi an. 1024, ait: *A dextris Ejus*, (Imperatoris, Henrici 2,) *Piligrinus, Coloniæ Archi-Epiſcopus, cum ſibi ſubditis: Sigiberto, Mindenſe; Sigifrido, Mimigardenſe; Bennone, Trajectenſe.* Apud *Albericum*, Monachum trium Fontium, ad an. 731, pag. 79, legitur: *Usque ad hac tempora, non habuit Colonienſis Archi-Epiſcopus, niſi unum Suffraganeum, ſcilicet Leodienſem; & iſte Ultrajectenſis* (Willebrordus) *fuit ſecundus; alii tres ceperunt ſub Karolo Magno: Mindenſis, Monaſterienſis & Osburgenſis &c.* *Caſpar Bruſchius*, cap. 1, de *Epiſcopis Germaniæ*, pag. 5, inquit: *Secunda Sedes Archi-Epiſcopalis eſt Colonia, in Inferiori Germania, ad Rhenum ſita. Hujus Sedis Comprovinciales Epiſcopatus, ſunt: Monaſterienſis, olim Mimigardevordenſis; Trajectenſis; Leodienſis, olim Tungrenſis, Mindenſis, Oſnabruggenſis.*

(r) LEODIENSIS &c. Faciunt huc *Scriptores Epiſcoporum, rerumque Leodienſium*, à *Johanne de Chapeauville*, Leodienſis Epiſcopatus Vicario, Tomis tribus, an. 1612, 1613 & 1616, in IV. editi, Leodii, interque eos: *Notgeri*, Epiſcopi Leodienſis, & *Herigeri*, Lobienſis Abbatis, *Geſta Epiſcoporum Tungrenſium, Trajectenſium & Leodicenſium, à S. Materno, usque ad obitum S. Remacli*, Seculi VII Epiſcopi; *Anſelmus*, Decanus ad *D. Virginis*, Namurci, circa an. 1150, *de Rebus geſtis Epiſcoporum Leodicenſium, à S. Theodardo, ad obitum Waſonis Epiſcopi*; ut adeo auctarii inſtar *Notgeri* & *Herigeri* Hiſtoriæ ſit. *Lambertus Parvus*, Monachus *S. Jacobi* Leodii, de *Rebus geſtis Epiſcoporum Leodicenſium*, ab an. 988, usque ad an. 1194, quo è vita abiit. *Ægidius Leodicenſis, Vallis aureæ*, in Luceburgico Ducatu, Monachus Ciſtercienſis, de *Epiſcopis Tungrenſibus Trajectenſibus, & Leodicenſibus, à S. Materno, ad annum usque* 1251; *Johannis Stabulani, S. Laurentii* Leodicenſis Monachi, *Chronicon Leodicenſe, à S. Materno, ad an.* 1449. *Adriani de Veteri Buſco, S. Laurentii*, prope Leodium, Monaſterii, Religioſi, *Chronicon Leodienſe*, ab an. 1449, ad 1483 &c. Conf. *Johannis Placentii* Trudonenſis, Cœnobii Trajectenſis ad Moſam, Monachi, *Catalogus Antiſtitum Tungrenſium, Trajectenſium & Leodienſium*, à *S. Materno*, ad *Eberhardum*, Com. Marcanum, an. 1506 electum, apud *Marcum Zuerium Boxbornium*, *de Republica Leodienſi*, Amſtelod. 1633, p. 211, ad 427. *Chronicon Leodienſe*, ab an. 400, ad an. 1132, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth.* MS. p. 334; Ejusdem *Appendix* ab an. 1133, ad an. 1384, l. c. pag. 405 &c. *Ægidius Buſcherius*, de *Primis Tungrorum & Leodienſium Epiſcopis*. *Jacobus Piccolomineus*, Cardinalis Papienſis, lib. IV Commentariorum, De *Leodienſium diſſidio cum Epiſcopo ſuo, Ludovico, & de Civitatis Leodii excidio lamentabili*, an. 1468, ap. *Freherum* T. 2 *Rer. German.* p. 129 &c. *Bartholomæi Fiſenii*, *Hiſtoria Eccleſiæ Leodienſis*, Leodii, 1642, fol. *Stephanus Rauſinus*, de *Leodio, Eccleſia Cathedrali*, Namurci, 1639. *Johannis Erhardi Fullonii*, *Compendium Hiſtoriæ Leodienſis*, Leodii, 1642, fol. *Johannis Matthæi Hovii*, *Compendium Univerſæ Hiſtoriæ Leodienſis*, Leodii, 1655. *Gabrielis Bucelini*, *Catalogus Epiſcoporum Tungrenſium, ſive Trajectenſium & Leodienſium*, à *S. Materno*, usque ad *Maximilianum Henricum*, Elect. Colonienſ. an. 1688, 3 Jul. defunctum, part. 1 *Germaniæ Sacræ*, pag. 28 ad 30. Excepiſſe hunc Principem, *Johannem Ludovicum L. B. ab Elderen*, Capituli Decanum, 17 Aug. St. N. electum, *ImHoffii Notitia Procerum Imperii*, lib. 3, cap. 18, §. 1, p. m. 97, & *Europ. Herold.* Tom. 1, p. m. 369, teſtantur. Mortuo an. 1694, 1 Febr. hoc Præſule, ceu laudatus *Europ. Herold* l. c. & *Mercure Hiſtorique & Politique* Tom. XVI, pag. 213, annotarunt, an. eod. 10-20 April. JOSEPHUS CLEMENS, Bavariæ Dux, XXIV votis, ad Pedum hujus Epiſcopatus, vocatus eſt, viginti duo licet Capitularium, ei adverſantes, Anteſignano Dn. *Johanne Ferdinando* de *Mean*, Capituli Decano, poſtridie ſuffragia in *Ludovicum Antonium*, Duc. Neoburgicum, Magnum ordinis Teutonici Magiſtrum, tranſtuliſſent; qua durante lite, extincto 4 Maji, proxime ſequenti, Neoburgico, Romanus Pontifex Bavari Electionem ratam habuit, addita tamen lege, ut *Friſingenſi* & *Ratiſbonenſi* Eccleſiis, quibus itidem præfuit, cederet; cui mandato etiam præſtitit obedientiam; Vid. *Mercure* loc. cit. pag. 426 ad 450, & 523 ad

557. &

557, & Tom. XVII, pag. 354 &c. *Europ. Herold.* l. c. Denato eo 12 Novembr. 1723; ſucceſſit GEORGIUS LUDOVICUS, Comes de Berghes, nat. 1660. Electus 7 Febr. 1724. De *Leodienſium* diſſidio, cum Epiſcopo ſuo, *Ludovico Borbonio*, ſimulque lamentabili Civitatis Leodienſis excidio an. 1468, Narratio Hiſtorica, ex *Jacobi Picolominei*, Cardinalis Papienſis, lib. IV Commentariorum, deſumpta, apud *Freherum* Tom. 2. *Rer. Germ.* p. 129 &c. nec non Epiſtola Anonymi, de Laudibus *Caroli*, Burgundiæ Ducis, & Victoris, & *Leodienſium* clade atque excidio, ibid. pag. 135 &c. propriè huc non pertinent. Quæ fuerit nuper hujus Epiſcopatus facies, ex proſcriptione Sereniſſimi Præſulis, an. 1706, 29 April. Viennæ, & 11 Maji, Ratisbonæ, vulgata, conjiciendum. Cœpit Epiſcopatus hic *Tungris.* Antiquiſſimos inter Germaniæ Populos, celebrat *Cæſar*, lib. 2 Comment. de *Bello Gallico*, cap. IV, §. 10, p. m. 36, *Eburones*, ſcribens: *Condruſos, Eburones, Caræſos, Pæmanos, qui uno nomine Germani appellantur, arbitrari ad quadraginta millia.* Eorundem meminit l. c. lib. 6, cap. 32, §. 1, pag. m. 136: *Segni, Condruſique, ex Gente & numero Germanorum, qui ſunt inter Eburones, Trevirosque, Legatos ad Cæſarem miſerunt &c.* Paucis interjectis, de *Eburonum* caſtro pergit: *Cæſar - - - copiis in tres partes diviſis, impedimenta omnium Legionum Atvatucam contulit; id Caſtelli nomen eſt; hoc fere eſt in mediis Eburonum finibus;* Conf. idem, l. c. cap. 35, pag. 138 & 139. Quos autem *Cæſar Eburones* vocat, *Tacito* ſunt *Tungri*, lib. IV *Hiſtor.* cap. 55, §. 5: *Interfuere quidam Ubiorum, Tungrorumque, ſed plurima vis penes Treveros, ac Lingonas &c.* & cap. 2 de *Germanorum moribus*, §. 6: *Germaniæ vocabulum recens, & nuper additum: quoniam, qui primi Rhenum transgreſſi Gallos expulerint, ac nunc Tungri, tunc Germani, vocati ſunt &c.* Reſpiciunt hæc præfatum *Cæſaris* locum, quo *Eburones* ſub generali *Germanorum* vocabulo comprehenduntur. Commentarii inſtar eſſe poſſunt illa *Ptolomæi* lib. 2, cap. 9: *Poſt Tabudam fluvium Tungri, & Oppidum illorum Atuacutum: deinde, poſt Moſam fluvium, Menapii &c.* nec non, quæ in *Itinerario, Antonini* nomen præ ſe ferente, à *Chriſtophoro Longolio* edito, apud *Petrum Divæum*, Lovanienſem, lib. 1 *Antiquitatum Belgicarum*, recenſente *Schardio* Tom. 1 *Rer. German.* p. 352, occurrunt, ubi ſermo de itinere, à *Caſtello*, Coloniam verſus. *A Caſtello, Agrippinam. Millia plus minus* 175.

Minariacum	*XI.*
Nemetacum	*XIX.*
Cameracum	*XIV.*
Bajacum (Bagacum)	*XVIII.*
Vodogoriacum (Vodgoriacum)	*XII.*
Geminiacum	*X.*
Perviciacum (Perniciacum)	*XXII.*
Aduaticum Tongrorum. (al. Advocam Tongrorum)	*XIV.*
Coriovallum	*XIX (al. XVI.)*
Juliacum	*XVIII*
Colonia Agrippina	*XVIII.*

Clare hinc conſpicimus: *Cæſaris Atuatucam, Eburonum Caſtellum*, eſſe *Ptolomæo*, & Auctori *Itinerarii Antonini*, *Tungrorum Oppidum*, licet ille, tranſpoſitis errore literis, Ἀτυάκυτον, pro Ἀτυάτυκον, legat. Jam ratio, cur *Cæſar*, & ætati Ejus proximus Geographorum, *Strabo* lib. IV, ſilentio *Tungros* prætereant, quia nimirum Eis ſunt *Eburones;* viceque verſa, *Tacitus*, & *Plinius*, lib. IV *Hiſt. Natural.* cap. 17, p. m. 236, nihil de *Eburonibus* memorent, utpote quos, *Tungrorum* vocabulo, intelligunt. Amplitudinem ejus innuit *Ammianus Marcellinus*, lib. XV, p. m. 59: *Secunda Germania prima ab Occidentali exordiens cardine, Agrippina, & Tungris, munita, Civitatibus amplis & copioſis &c.* Add. *Plinius* l. c. lib. XXXI, cap. 2, p. m. 343: *Tungri, Civitas Galliæ, fontem habet inſignem, plurimis bullis ſtellantem, ferruginei ſaporis: quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur. Purgat hic corpora, tertianas febres diſcutit, calculorumque vitia &c.* nec non *Flavius Vopiſcus*, in *Numeriano*, apud *Fridericum Sylburgium*, Tom 2 *Hiſtor. Auguſtæ*, p. m. 302: *Dum Diocletianus apud Tungros, in Gallia, quadam in caupona, moraretur, in minoribus adhuc locis militans, & cum Druide quadam muliere, rationem convictus ſui quotidiani faceret, atque illa diceret: Diocletiane, nimium avarus, nimium parcus es, joco non ſerio, Diocletianus reſpondiſſe fertur: Tunc ero largus, quum Imperator fuero. Poſt quod verbum, Druias dixiſſe fertur: Diocletiane, jocari noli; nam Imperator eris, quum Aprum occideris &c.* Plus centum primariis templis ſuperbiviſſe, Recentiores aſſerunt. Sed, de his plura, *Hubertus Thomas, Leodius*, Comment. de *Tungris & Eburonibus, aliisque Inferioris Germaniæ Populis*, apud *Schardium*, l. c. pag. 337 &c. *Petrus Divæus* l. c. pag. 358 &c. *Cluverius*, lib. 2 *Antiquit. German.* cap. 20, pag. 100 &c. *Zeilers Itinerarium Germaniæ*, cap. 20, p. m. 460; *Cellarius*, lib. 2 *Geograph. Antiq.* cap. 3, pag. 216 & 217. De Epiſcopatus origine, ſequentia ſuppeditat *Golſcherus*, ad *D. Matthiæ, Treviris*, Monachi, in *Geſtis Treverorum*, cap. 26, apud Ill. Dn. de *Leibniz*, Tom. 1 *Acceſſionum hiſtoricarum*, p. m. 33 & 34: *Anno Incarnationis Dominica 54 - - - S. Eucharius, tertius in ordine LXXII*

Diſcipulorum Domini, cum Sociis ſuis, Valerio & Materno, ad prædicandum, Gentibus Gallicis directus, demum Treberem pervenit, Cujus infidelitatis aciem (arcem) devincens, veræ Religionis arcem obtinuit, & ejusdem Urbis Pontificatum XXIII annis tenuit - - - poſt cujus obitum, Valerius, in Miniſterium ſacerdotale ſucceſſit, illudque, per 15 *annos, ſanctè vivendo, & verbum vita prædicando, probatiſſime rexit - - - poſt cujus deceſſum, B. Maternus, Pontificalem ſuſcipiens apicem* 40 *annis talentum ſibi creditum fideliter multiplicavit. Hic Tungrenſes, & Agrippinenſes, ad fidem Chriſti convertit, & his tribus Civitatibus, Pontificali Jure præſedit, in quibus ſingulis fertur, uno eodemque Paſchali die, divinum officium celebraſſe &c.* Omnes inſuper ſupradicti Catalogi, *B. Maternum* primum celebrant Epiſcopum; ita & *Levoldus à Northof*, in *Catalogo Archi-Epiſcoporum Colonienſium*, apud *Meibomium* T. 2 *Rer. Germ.* pag. 4: *Apud Agrippinam, Nobilem Civitatem Galliæ, primus adeptus eſt Epiſcopatum S. Maternus, Trevirorum & Tongrorum pariter Epiſcopus, an. Domini* 94, *Domitiano Imperatore regnante, ſeditque annis* 40, *& obiit Coloniæ, ſub Adriano Imp. anno Domini* 129. Ultimus *Tungrorum* Præſulum, ordine decimus, fertur fuiſſe *S. Servatius*, de quo portentoſa, an fabuloſa, *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 399, apud *Piſtorium* pag. 487 & 488: *Servatius, Decimus Tungrenſis Epiſcopus, Domini Noſtri Jeſu Chriſti Conſanguineus, non ſolum ex eo, quod voluntatem Dei Patris faciebat, ſed etiam ſecundum Carnem. Qui natus quidem in Perſide, filius fuit Eminiu, cujus Pater fuit Eliud, frater Elizabeth, quæ peperit Johannem Baptiſtam. Mater vero Eliud & Eliſabeth, Eſmeria, ſoror fuit Annæ, quæ genuit Mariam, Matrem Domini.* Inde ſua *Joh. Placentius*, in *Catal. Trajectenſium Antiſtitum* l. c. pag. 227 & 228; *Surius* in Vita *S. Servatii*, §. 6, 13 Maji, pag. 187; & alii. Locum nativitatis *Peneſtram* ſeu *Pheſtam*, in confinio *Perſidis & Armeniæ*, nominat *Magni Chronici Belgici* compilator p. m. 6. Quomodo ſolenniſſimo in Conventu, eligendi novi Præſulis gratia, an. 316, *Tungris* coacto, ab *Angelo* quodam cœlitus miſſo, Pedum, ab ara ablatum, ei porrectum fuerit, idem Compilator, & *Placentius* l. c. narrant. Priusquam Hunni *Tungros* depopularentur, exeidium *Romæ* exiſtenti annunciante *De Petro*, Eum *Trajectum ad Moſam* ſeceſſiſſe, ibidemque migraſſe ad ſuperos, *Gregorius Turonenſis*, lib. 2 *Hiſt.* cap. 5, apud *Freherum* T. 2 *Rer. Franc.* p. 31, auctor eſt; cui jungas *Sigebertum* ad an. 453: *Attila, Hunnorum Rex, - - - à Pannoniis egreſſus, Occidentale Imperium invadit, cum quingentis millibus armatorum, & primo, per totas Gallias, per eos tanta efferbuit Dei indignatio, ut nullam omnino Civitatem, Caſtellum, vel Oppidum, aliqua à furore eorum potuerit tutari munitio - - - Hoc exeidium Galliis impendere, Servatius Tungrenſis, longe ante in ſpiritu præviderat, & Romæ, à Petro Apoſtolo, hoc judicium Dei inevitabile fore, didicerat, ideoque relicta Tungrenſi Urbe, quæ evertenda erat, ad Trajectum Sedem Epiſcopalem tranſpoſuit &c.* add. *Compilatio Chronologica Piſtorii*, p. m. 718; *Magnum Chronicon Belgicum* l. c. pag. 15, *Surius* l. c. §. 1, 2, &c. *Placentius* l. c. pag. 236, de obitu ejus, & ætate, annectens: *Populo concionatus, quarto Id. Majas, animam Deo, Terræ commendavit oſſa; quæ ibidem* (Trajecti) *ab Angelis, in conſpectu omnium, tapetis ſericis, veſtita ſunt, & mirifico odore virtutum cooperata. Ob cujus eximia tandem merita, omnibus demonſtranda, cum, ſub brumali algore, univerſa in circuitu nix repleret, nunquam illud ſepulchrum attigit, donec Civium induſtria, ſuper ipſum Baſilica ædificata eſt. Sicque in ſumma, natus D. Servatius, anno Salutis trigeſimo, Imperii Tiberii an. XVI, aſſumptus, ut volunt, in Tungarorum Antiſtitem anno ætatis XC, Pontificatus Sylveſtri anno tertio decimo, Imperii Magni Conſtantini XIX; præfuit annis circiter Centum ſeptuaginta ſex. Obiit anno ætatis ſuæ tricenteſimo ſeptuageſimo tertio &c.* Narrationem de *nive*, ex *Gregorii Turonenſis* Libro de *Confeſſorum Gloria*, cap. 72, ſumptam, *Surius* quoque l. c. §. 5, pag. 187, extollit. Reliqua & Compilatori *Magni Chronici Belgici* pag. 6 & 7, *Bucelino* l. c. aliisque, probantur. Qua fide autem hæc omnia, nullis documentis, omni exceptione majoribus, extantibus, inſuperque Scriptoribus coævis tacentibus? minimum, *Diocletiano* Imperante, Chriſtianorum res nullius adhuc momenti *Tungris* fuiſſe, adducta modo *Flavii Vopiſci* verba monent; Conf. *Hubertus Thomas* l. c. pag. 337; Quomodo inſuper quadrant hæc in ſententiam vulgarem, ante *Servatium*, non fuiſſe ſpeciales *Tungris* Epiſcopos, cum tamen in Catalogo *Trevirenſium* Antiſtitum alia plane nomina occurrant. Id interum verum, *Servatium* noſtrum in Colonienſi Synodo, an. 346 (348) adverſus *Euphratam*, ut præc. lit. e, notavi, congregata, comparuiſſe; Vid. *Magnum Chron. Belgicum* p. m. 8; *Lebmannus* lib. 1 *Chron. Spir.* cap. 28, p. 46, ibi: *Servatius Tungrorum.* Omnes Ejus ſucceſſores, ad *Hubertum* usque, *Tungrenſes* vocat *Chronicon Leodienſe Labbeanum* l. c. ut & *Magnum Chronicon Belgicum* l. c. pag. 29: *S. Hubertus, filius Ducis Bertrandi, Ducis Aquitaniæ, ex ſorore S. Odæ, Vidua, & ex regali Franciæ ſanguine ortus, Eccleſiæ Tungrenſis triceſimus, & Leodienſis Primus, Epiſcopus, cœpit an. Dn. ſeptingenteſimo, Pontificatus Sergii Papæ*

ultimo

Digitized by Google

ultimo anno &c. & p.30: *Sedem Epiſcopalem Leodii inſtituit. Urbem egregiam fecit - - - - Nomen Civitati Leodium dedit, cum prius Legia vocaretur - - - Monetam ſua imaginis impreſſione formavit - - - - Martellus dedit B. Huberto temporalitatem Provinciæ Leodienſis &c.* Conf. *Werneri Rolewinckii Faſciculum Temporum*, ætat. 6, pag. 61, b. Eſt igitur *S. Hubertus* primus *Leodienſium* Epiſcopus, in omnibus Catalogis hoc titulo laudatus; *Legiæ* nomen ortum, ex intercepta à Germanis, peneque deleta *Q. Ciceronis Legione*, à Cæſare, in eam vallem, ubi nunc Urbs *Leodium*, miſſa. Vid. *Hubertus Thomas* l.c. pag. 341. Vocabulum hoc, à *Germanis*, poſtea in *Ludich* detortum, Latine *Leodium* fuiſſe redditum, pariter ac *Ludger*, Leodegarius; *Ludpold* Leopoldus &c. dicantur, idem l.c. affirmat. Per Tabulas diviſionis *Regni Lotharii*, an. 870, inter *Ludovicum* Germaniæ, & *Carolum Calvum* Galliæ, Reges, *in Procaſpide ſuper Moſam*, inſtitutæ, portioni *Ludovici* acceſſit; legimus enim ibi: *Liugas, quod eſt de iſta parte;* ſcil. de *Comitatu Teſtrebant.* Vide formulam in Appendice Contin. XL *Diarii Europæi*, pag. 476, & apud Auctores, præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 59, citatos. Perperam inter *Civitates Imperiales* referri, dudum *Trithemius*, in fine Libri, de *Francorum Origine*, apud *Schardium* l.c. pag. 169, &, ex eo, Dn. *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano* cap. XII. §. 26, p. m. 127, notandum cenſuerunt; add. *Zeiler* l. c. pag. 459. Mandata & Reſcripta Cæſarea ad *Principem Leodienſem*, in Latino Idiomate exarari, documento ſunt, quæ apud *Fabrum*, Tom. VI *der Staats-Cantzley*, cap. VIII, §. XXV, an. 1702, contra *Joſephum Clementem* Epiſcopum, ejusque Miniſtros, à pag. 574 ad 585, decreta habentur. Alternat, cum *Monaſterienſi*, in Comitiis. Vid. *Lundorpius* Tom. IV *Act. Publ.* lib. IV, cap. 43, pag. 861: *Wan Oeſtreich vorſitzt, hat auch Wurtzburg, vor Wormbs; und Münſter, vor Lüttig, den Vorſitz &c.* & *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, cap. XV, §. 72, pag. 517. Inſignia ejus deſcribit Dn. *Spenerus*, *Op. Herald.* part. ſpec. lib. 8, cap. 8, §. 13, pag. 592: *Clypeus Leodienſis quadripertitus eſt; inque eo, primam areolam rubeam inſignit Columna argentea, baſi quadrangulari; aliquot conſtanti gradibus, innitens, coronide, ſeu epiſtylio, aureo ornata.* Hoc *Wapenbuch*, part. 1, p. 220, *Leodienſi Civitati datur ſymbolum, & in monetis etiam Epiſcopatui dari video: Ita tamen, ut conſpiciam Columnam meliori metallo tingi, & imponi ſummitati cruciculam &c.* Conf. *Europ. Herold* T. 1. pag. 371; Dn. *Bilderbeck*, *Reichs-Staat*, Tom. 1, part. 5, cap. 21, pag. 62; Dn. *Zſchackwitz*, *Einleitung zum* Jure Publico, lib. 3, c. 4, Qv. 81, p. 525. Dn. *ImHoff* l. c. §. 2, pag. 97, loquitur de *Columna aurea.* Cathedralis Eccleſiæ *Canonicorum* numeros ad *ſexageſimum* usque excurrit. Qui ex iis, ſolenni Conventui, ſingulis diebus feſtis *S. Ægidii* celebrando, non intereſt, in electionibus, voto activo privatur. Vid. *Europ. Herold* l. c. pag. 370; Dn. *ImHoff* l. c. §. 8, pag. 98; Dn. *Bilderbeck* l. c. §. 5, pag. 61 & 62. Dn. *Zſchackwitz* l. c. Qv. 78, pag. 525, numerat eorum ſaltem quinquaginta quinque. De *Officialibus hereditariis*, mihi nihil conſtat. Ex errore, audit Præſul *Archi-Epiſcopus*, in R. J. Spirenſi, de an. 1542, §. 145 verb. *Des Ertz-Biſchoffs zu Lüttich, (Geſandter) Arnold von Bucholtz, Thumb-Herr zu Maintz.* Potentiam & divitias Eccleſiæ recenſet *Sprenger*, in *Ellychniis*, ad cap. VI *Lucernæ*, pag. 1756 &c. numerans 24 Civitates, 52 Abbatias, & 1700 Pagos Parochiales. Cur *Bullionii Ducem*, ſe ſcribat Epiſcopus, rationem reddit *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 1096, in *Acceſſionibus Hiſtoricis* Ill. Dn. *Leibnitii*, p. 147: *Epiſcopo Leodienſi, Otberto, Dux Godefridus Caſtrum Bullonium venale expoſuit, vivente adhuc matre ſua, Ida, & conſentiente, pro mille & quingentis Marcis argenti. Facta fuit hæc diſtractio, & ita Caſtrum oblatum eſt in eleemoſynam B. Lamberto &c.* & ad an. 1099, p. m. 182: *Hoc etiam, in cæteris, ſuis inſignibus geſtis adjecit,* (Godefridus Dux) *quod Caſtrum ſuum, dictum Bullione, quod caput erat ſui Ducatus, cum jam haberet peregrinandi propoſitum, in perpetuam eleemoſynam B. Lamberto, & Eccleſiæ Leodienſi, conceſſit habendum. Hoc ita factum eſt, per induſtriam Otberti, Epiſcopi Leodienſis, quod ipſe Dux Caſtrum illud vendidit, & ſuper altare obtulit, & quia, cruce ſignatus, indigebat pecunia, ipſa pecunia poſita fuit ſuper altare, videlicet quantum altare majus tenere potuit ad cumulum, de denariis argenteis videlicet, id eſt, mille & quinquaginta marcas, & quando Dux Caſtrum ſuum detulit, denarios recepit. Tamen ne videretur ſuos poſteros exhæreditare, tres hæredes ſibi proximiores ſcripſit hoc modo: Quod ſi poſſent in vita ſua Caſtrum redimere, illud rehaberent, videlicet alter; quicunque tamen illorum alteri jure hæreditario ſuccederet; & ſi hoc modo non eſſet redemptum, tribus illis hæredibus mortuis, in perpetuum Caſtrum B. Lamberto maneret &c.* Idem docet *Magnum Chronicon Belgicum* p. m. 133 & 134 annectendo: *Dux interim, & hæredes ejus, ante diem ſignatam, Jeruſalem obierunt, & ſic poſſeſſio* (dicti Caſtri) *ceſſit Epiſcopatui. Acquiſivit Obertus etiam Tuwinum, cum pertinentibus, eodem anno, à Balduino, Comite Hannonienſe, pro quinquaginta marchis auri puri. Item, Obertus, anno Præſulatus ſui octavo, Caſtrum de Mirewalt reformavit; Caſtrum de Claremonte B. Lamberto multo pretio acquiſivit &c.* nec non *Placentius* l. c. in vita *Oberti*, p. m. 304, quamvis, non niſi 1300 marcas argenti, pro præfato Ca-

ſtro *Bullionenſi*, numeratas eſſe, contendat. *Bucelinus* l. c. pag. 29, eandem ſummam exprimens; *Gaſtelius* l. c. *Morery*, voc. *Bouillon* p. m. 515, & voc. *Godefroi de Bouillon*, p. m. 54; *Sprenger* l. c. Dnn. *Spener* l. c. §. 14, pag. 592; *ImHoff* l. c. §. 5, pag. 98; *Europ. Herold* l. c. pag. 371. Alii. Invaſerat quidem, ſub Epiſcopo *Alexandro*, Berenſis Comes, *Ramaldus*, corruptis pecunia cuſtodibus, dictum Caſtrum; *Albero* vero, *Alexandri* ſucceſſor, illud an. 1141, teſte *Roberto de Monte*, ad h. a. apud *Piſtorium*, pag. 626, recuperavit. Conf. *Placentius* l. c. in vitis *Alexandri* & *Alberonis*, Præſulum, pag. 312 & 318. Nihilominus *Sedanenſis* Principes, jura ſua in iſtum Ducatum producendo non ſolum alienationi ſemper contradixerunt, ſed & auxilio *Henrici* 2, Gall. Reg. an. 1552, Caſtro iſto potiti ſunt, utut per *Pacificationem Cameracenſem* an. 1559, 3 Non. April. inter *Franciſcum* 2, Gall. & *Philippum*, Hiſpaniarum, Reges, initam, Præſuli reſtituto. Vid. *Thuanus* lib. 10, Hiſtor. ad an. 1552, p. m. 283, & lib. 22, ad an. 1559, p. m. 618, ubi: *Bullionia arx Leodienſi Antiſtiti reſtituatur, negotio Sedanenſi nihilominus reſervato.* Gente *Turria*, an. 1594, in Sedanenſium Principum hereditatem & jura ſuccedente, cautum eſt, Art. 28, Pacificationis *Noviomagenſis*, an. 1679: *Ut, Duce Bullionenſi in ea, qua nunc eſt, poſſeſſione manente, controverſia illa amicabili via, vel per arbitros, à partibus, intra trimeſtre, à ratihabita pace, nominandos, terminetur, via facti penitus excluſa &c.* Colonienſem autem Electorem, qua Epiſcopum Leodienſem, ob hunc articulum, proteſtationem interpoſuiſſe, obſervavit Dn. *ImHoff* l. c. Integram Hiſtoriam *Bullionenſem* ſuppeditat Dn. *Spenerus* l. c. lib. 1, cap. 92, §. 7 & 8, pag. 364 &c. Vigore Inſtr. *Pacis Ryswicenſis*, an. 1697, Art. 12, Epiſcopo noſtro, Caſtrum quoque & Oppidum *Dinant*, à Gallis reddita ſunt.

(*s*) MONASTERIENSIS, Catalogum Epiſcoporum *Mimigardevordenſium*, à *S. Ludgero*, usque ad *Johannem Gulielmum*, Juliaci & Cliviæ Ducem, an. 1574 electum, oſtendimus in Appendice *Metropolis Alberti Cranzii*. Eundem, addito *Erneſto* Bavaro, ſuppeditat *P. Bertius*, lib. 3 *Rer. German.* cap. 6, tit. *Monaſterium Weſtphaliæ*, p. 210, ad 215; nec non *Bucelinus*, part. 1 *German. Sacra*, p. 27 & 28, extenſum in *Chriſtophorum Bernhardum de Galen* an. 1650, ſolium conſcendentem, cui anno 1678, 19 Sept. defuncto, *Ferdinandus L. B. Fürſtenbergius*, Coadjutor, & Præſul Paderbornenſis, ſucceſſit; Vid. Dn. *Spener*, *Op. Herald.* Part. ſpec. lib. 3, cap. 25, §. 17, pag. 648; Dn. *ImHoff*, *Not. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 19, §. 10, p. 102; *Europ. Herold*, T. 1, p. 374; quo an. 1683, 6 Junii, ad plures abeunte, an. eod. Epiſcopatus hic *Maximiliano Henrico*, Colonienſium Electori, 1 Sept. delatus eſt; Vid. Dn. *ImHoff* l. c. *Europ. Herold* l. c. Dn. *Schowart*, *Obſervat. Hiſt. Geneal.* cap. 7, §. 22, pag. 220. Quem an. 1688, 3 Junii, St. N. extinctum, an. eod. 19 Jul. *Fridericus Chriſtianus* Baro de *Plettenberg* excepit. Vid. Dnn. *ImHoff* l. c. lib. 2, cap. 4, §. 3, pag. 27, & lib. 3, cap. 11; §. 1, p. 83, & lib. 3, cap. 18, §. 1, pag. 97, & cap. 19, §. 1, pag. 100; *Schowart* l. c. *Europ. Herold* l. c. Hoc itidem, 1706, 5 Maji, has res relinquente, ad Eccleſiam hanc, adhuc eodem anno, 30 Aug. à majori Canonicorum parte, beneficio *Indulti Eligibilitatis*, vocatus eſt, *Paderbornenſis* Præſul, FRANCISCUS ARNOLDUS L. B. WOLFF METTERNICH IN GRACHT; qui tamen, idem jus, Imperialis Aquilæ alarum ſub umbra, fortiter prætendente *Carolo Joſepho*, Epiſcopo Oſnabrugenſi, non niſi an. 1707, confirmationem Papalem obtinuit. Vid. *Mercure Hiſtorique & Politique*, Tom. XLI, ad an. 1706, pag. 276 ad 278; Dn. *Zſchackwiz*, *Einleitung zum Teutſchen* Jure Publico, lib. 3, cap. 4, Qv. 88, pag. 529. Acta Publica ſuppeditat *Faber*, Tom. XI *der Staats-Cantzley*, cap. 13, pag. 689, ad 753. Conf. Dn. *Lange*, lib. 2 *der Einleitung zu den Geſchichten, und dem daraus flieſſenden* Jure Publico, Sect. 5, §. 9, p. 116; Dn. *Bilderbeck*, in Addit. ad Tom. 2 *des Reichs-Staats*, cap. 23, p. 13 & 14. Succeſſorem reperias pag. 1070. Electorem Colonienſem.

De Origine Epiſcopatus hujus, legimus apud Auctorem de *Fundatione Eccleſiarum quarundam, à tempore Caroli M.* ad *Ottonem Magnum*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptorib. Brunſuic.* pag. 260; & in *Mederi Originibus Brunſuic.* pag. 161: *Anno Domini DCCLXXXIV, Octavum Epiſcopatum fundavit* (Carolus Magnus) *in Mimisgafforde, quod eſt Monaſterium Weſtfaliæ, paci & quieti Gentis Chriſticolæ, quam in terras illas duxerat, ſatagens providere, in honorem S. Pauli Apoſtoli &c.* In Chronico *Mindenſi*, apud *Meibomium* Tom. 1 *Rer. German.* pag. 556, habetur: *Octavam* (Eccleſiam) *Mimigavordenſem, quæ nunc eſt Monaſterienſis S. Pauli, fundavit* (Carolus) *anno, quo ſupra*, id eſt, DCCLXXXVI. Falſum autem eſſe hoc aſſertum, docet *Altfridus*, in vita *S. Ludgeri*, Monaſterienſium Præſulum primi, cujus ipſe, intermedio duntaxat *Gerfrido*, extitit ſucceſſor, lib. 1, §. 20, apud Ill. Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 91: *Per diſpoſitionem Miſericordiæ Dei, Saxones converſi ſunt ad Dominum, & Rex, Karolus, eundem Virum Dei, Lutgerum, Paſtorem in Orientali parte Saxonum conſtituit, cujus Parochia ſedes eſt principalis in loco Mimigernefor, ubi Domino ipſe honeſtum conſtruxit Monaſterium, ſub regula Canonica, Domino famulantium - - - cui cum Hildibaldus* (Colonienſis) *Epiſcopus perſuaderet, ut Epiſcopus ordinari debuiſſet; illud Apoſtolicum ei reſpondit: Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. At ille, ut erat humilis, & Viro Dei amiciſſimus, cum gemitu dixit: Hoc in ſe minime fuiſſe completum. Tandem*

Digitized by Google

dem, conſenſu omnium ſuperatus, & magis diſpoſitione Dei coactus, acquievit, ne plurimorum conſilio, ymmo Dei voluntati, contrarius eſſe videretur &c. Eadem habet Auctor *Vita S. Ludgeri*, lib. 1, cap. 22 & 23, apud *Surium*, 26 Mart. p. m. 256. Hinc duo notanda, (1) *S. Ludgerum*, demum, poſt converſionem Saxonum, conſtitutum Præſulem, adeoque non ante annum 804; (2) cum ab *Hildibaldo* Colonienſi inauguratum, de quo conſtat, quod an. 784 & 786, Colonienſem Eccleſiam nondum rexerit, nominando hoc tit. *Hildeberto*, quem an. 804 defunctum *P. Bertius* l. c. in Catalogo Epiſcoporum Colonienſium, p. 92; *Bucelinus* l. c. pag. 25, aliique, teſtantur. Accedunt (3) Publicæ chartæ, ex MS. *Chartularii Werthinenſis*, apud Ill. Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 101 & ſeqq. quibus patet, *S. Ludgerum*, ante annum 805, non *Epiſcopum*, ſed, vel *Presbyterum, vel Abbatem*, vocari; v. g. In *Traditione XII*, an. XXVII *Caroli* Regis, conſequenter an. Chriſti 795, ſcripta, l. c. pag. 106, habetur: *In manus Liutgeri Presbyteri &c.* & mox: *Presbyter Liudgerus.* Rurſus, in Traditione V, de an. 796. ſeu XXVIII Regni Carolini, pag. 103: *In manus Liudgeri Presbyteri &c.* quæ in Traditione VI, an. eod. l. c. repetuntur. In Traditione XIII, ejusdem anni, pag. 106, extat: *Tradidi partem hæreditatis meæ Liudgero Abbati*; & in Traditione IX, an. 798, p. 105: *Accepto pretio, à Liudgero Abbate.* In Traditione II, an. 799, l. c. pag. 102, occurrit: *Venerabilis Abbas Liudgerus*; & in ſequenti III, ejusdem anni, l. c. *in manus Liudgeri Presbyteri.* In Traditione VII, an. XXXII Caroli, i. e. 800, pag. 104, legimus: *Liudgero Presbytero & Abbati*; & in XI, ejusdem anni, pag. 105: ſaltem *Liudgero Presbytero.* In Traditione VIII, an. Caroli XXXIII, i. e. 801, pag. 104: *Abbas Liudgerus.* Decima vero, an. Caroli XXXVII, adeoque an 805, pag. 105, prima vice *Epiſcopi* mentionem facit, verb: *Ego Liudgerus, filius quondam Hrodgeri, & ego Hiddo, filius quondam Herewini, tradidimus partem propriæ hæreditatis noſtræ, Liudgero Epiſcopo, pro remedio animæ noſtræ, & pro æterna retributione, in Villa, quæ dicitur Thornſpic, in his duobus locis, id eſt, in Quarſingſeli, & in Borugtanſcotan, quicquid ibi habuimus, aut per jus hæreditatis, aut per comprehenſionem, aut per aliam quamcunque adquiſitionem, omnia hæc, ad integrum, ipſi Liudgero Epiſcopo, in eleemoſynam noſtram tradidimus, traditamque in perpetuum eſſe volumus &c.* Similiter Traditio XIV, an. Caroli XXXIX, id eſt, 807, pag. 106; ubi: *Partem hæreditatis noſtræ tradidimus Liudgero Epiſcopo &c.*

& pag. 107. *Liudgerus Epiſcopus poteſtatem habeat &c.* Merito hinc Illuſtr. Dn. *Leibnitius, in Introductione in Collectionem Scriptorum Brunſuicenſium*, memor præfati *Chartularii*, ait: *Plerique Oſterwicenſem* (Epiſcopatum) *poſtea in Halberſtad* (*ſic fertur*) *translatum, an. Domini 777, Monaſterienſem autem, an. 784, fundatos ſcribunt; cum tamen Ludgerus*, (Monaſterienſis) *prius non niſi Presbyter, anno 798 primum, & an. 801, poſtremum, in noſtris Traditionibus, Abbas; & primum in iisdem, an. 805, Epiſcopus appelletur; & frater Ejus, Hildegrinus, ſerius adhuc, ad Halberſtadienſis Eccleſiæ regimen pervenerit. Certe, anno 796, in iisdem Tabulis, adhuc vocatur Diaconus &c.* Innuit autem Vir Illuſtris, Traditionem *Oodhelmi*, numero *Quadrageſimam ſeptimam*, factam *Withmundi, an. XXIX Regni Domini Religioſi Regis, Caroli, 3 Kal. Jul.* qui reſpondet an. Chriſti 797, in cujus calce, hæc: *Ego Hildigrinus, indignus Diaconus, ſubſcripſi*; cui, prima vice, an. 812, ſeu XII Imperii Caroli, *Epiſcopales* honores tributos, deprehendi, ibid. pag. 111, in Charta XXXI; cui tale initium: *In Chriſto Fratri, Hildigrim Epiſcopo, emtori, Gundwinus & Adelboldus, venditores &c.* Conf. ibid. Chartas: de an. 817, §. 50, pag. 117; an. 818, §. 17, p. 107, & §. 45, pag. 115; an. 820, §. 24, pag. 110, & an. 828, §. 58, pag. 119; in quibus omnibus celebratur *Hildigrimus Epiſcopus.* Perperam igitur, ante an. 804, *Ludgerus* noſter, ejusque frater, *Hildegrimus, Halberſtadienſis, Epiſcopi* appellantur. Conf. de fundatione *Monaſterienſis*, Epiſcopatus, *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 731, pag. 79, præced. lit. q. *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo veterum Principum Germanorum*, cap. 2, apud *Schardium, de Juriſdictione Imperiali*, p. m. 212, nominans Præſulem Noſtrum: *Linderum Mumdegardenordenſem &c. Cranzius*, lib. 1. *Metropol.* cap. 5, pag. 6. Obiit *Ludgerus* noſter an. 809, teſte *Altfrido* l. c. lib. 2, §. 8, pag. 93. *Inito conſilio ad Monaſterium ab eo conſtructum, vocabulo Mimigerneford, perduxerunt illud* (corpus ejus exanime) *atque in Eccleſia S. Mariæ inhumatum reliquerunt, donec Venerabilis Epiſcopus Eccleſiæ Cadolonenſis, Hildigrimus nomine, Germanus ejusdem Viri Dei, atque eruditus ab eo, ageret cum Glorioſo Rege, Karolo, ut Ejus Imperio, immo Dei conſilio, in loco, ubi ipſe vivus decreverat, ſanctum illius conderetur corpus, extra Eccleſiam, in parte Orientis, ut juſſerat ipſe. Non enim erat unquam conſentiens, ut in Eccleſia ſua conſecrata, ſepeliretur corpus humanum. Defunctum eſt itaque anno*

Dominicæ Incarnationis Octingenteſimo nono, 7. Kal. April. &c. & triceſimo ſecundo die ſui ſancti obitus, hoc eſt, ſexto Kalend. Maji, mirificè fragrans, in eodem loco ſepultus eſt &c. Ita & Auctor Vitæ ejus, apud *Surium* l. c. lib. 1, cap. 37, p. 260. *Ditmarus* vero, lib. 4 Chron. p. m. 49, & apud Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 362, ponit an. 808: *Luidigerus, primus Mirmingerdevordenſis Eccleſiæ Paſtor, à Carolo Cæſare effectus eſt, & optime ordinata ſuimet Parochia, & loco, Wirdunum, ex propriis conſtructo impenſis, anno Domini DCCCVIII præmium cæleſte recepit &c.* & *Lambertus Aſchaffenburg.* an. 811. Notanda ſimul diverſa loci appellatio; en aliam, ex Pacti *Bonnenſis*, *Henrici Aucupis*, Germaniæ, & *Caroli* Galliæ, Regum, Tabulis, quarum præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 62, memini, apud Dn. *Schilterum* lib. 2 *Inſtit. Jur. Publ.* Tit. IX, p. 77: *Epiſcopi, ex parte Regis Inclyti, Heinrici - - - - Nithardus, Epiſcopus Mimmogerneferdæ.* Retinuerant hoc nomen Præſules, ad *Hermannum I*, usque, de quo *Bucelinus* l. c: *Hermannus, inſigni vita integritate praſtans, qui Monaſterium, in honorem B. Mariæ Virginis, trans aquas condidit, à quo deinceps, mutuato & mutato nomine, Epiſcopatus Monaſterienſis eſt appellatus; obiit A. C.* 1050. Errore Typographi, legit *Bertius* l. c. pag. 211, an. 1105, pro 1050. Conf. *Cranzius* l. c. *Munſter, Coſmograph.* lib. 3, cap. 451, p. m. 1079; *Hæping*, de *Jur. Inſign.* cap. VI, part. 1, §. 3, v. 3, p. 240; Dn. *Spener* l. c. §. 2, pag. 643; Dn. *ImHoff* l. c. §. 4, pag. 100 & 101; Tumultuum Anabaptiſtarum Sect. XVI Monaſterii, liber *Lamberti Hortenſii Montfortii*, extat apud *Schardium*, Tom. 2 *Rer. Germ.* p. 298 &c. pariter ac Libellus *Antonii Corvini*, de *Miſerabili Monaſterienſium Anapatiſtarum Obſidione, excidio &c.* an. 1526, pag. 314; præſtat tamen *Conradi Heresbachii* liber de *Factione Monaſterienſi*, ad *Eraſmum* ſcriptum, cum notis *Theodori Starckii*, Amſtelod. 1637, 8. Latiſſimus hic Weſtphaliæ Epiſcopatus, *Friſia* utraque, *Tranſiſalania*, *Geldria*, *Clivia*, *Marca*, *Weſtphaliæ Ducatu*, *Mindenſi & Oſnabrugenſi* diœceſibus, fere cingitur. Incrementa recenſent Dnn. *Spener* l. c. §. 3 & ſeqq. *ImHoff* l. c. §. 5, 6, &c. *Sprenger*, *Lucern. Imper.* cap. 6, p. 303; & in *Ellychniis*, ad h. l. pag. 1754, & 1755. Scutum continet *faſciam auream, in area cærulea*, &, ratione *Burggraviatus Strombergenſis*, (de quo vid. ſeq. Tit. XVII, §. 14;) *Tres nigras aviculas, in area, ex argento & minio ſecta, parte argentea, pedibus, inferiorem rubeam tangentes.* Vid. Dnn. *ImHoff* l. c. §. 3, p. 100; *Spener* l. c. §. 10, p. 645; *Europ. Herold*, T. 1, pag. 375; *Bilderbeck*, *Reichsſtatt*, T. 2, part. 5, cap. 23, pag. 65; *Zſchackwitz*, *Einleitung zum Teutſchen* Jure Publico, lib. 3, cap. 4, Qv. 89, p. 529. Alternat Epiſcopus, cum *Leodienſi*, in Comitiis; vid. præced. lit. r. Officiales hæreditarii ſunt: Libri Barones de *Morden*, in *Falckenhof & Reme*, ambientes, ab an. 1691, quo *Johannes Bernhardus*, ultimus L. B. *de Morden in Notkerken*, penes cujus proavos, ab immemoriali tempore, *Mareſchallorum* munus ſtetit, mortuus eſt, *Mareſchallatum*; voto tamen, ob Proteſtantium dogmata quibus inhærent, hactenus geviſos non legi. *Dapiferorum*, quos *Erb-Troſten* vocant, officio funguntur Barones de *Droſte in Viſchering*; *Camerarii* dignitatem, annexo ſtipendio, contulit, circa an. 1673, Epiſcopus, *Chriſtophorus Bernhardus*, Gentilibus ſuis, Baronibus de *Gahlen*. *Pincernæ* deficiunt. Vid. *Europ. Herold* l. c. *ImHoff* l. c. §. 9, pag. 101 & 102; *Bilderbeck* l. c. §. 6, pag. 65; *Zſchackwitz* l. c. Qu. 84, pag. 527. *Hermannum* 3, Epiſcopum, ex Comitibus Catimelibocenſibus oriundum, ab Imperatore, *Friderico* 2, quem in Italiam comitabatur, titulum *Principis*, gladiique ſecularis, poteſtatem, primum meruiſſe, anno 1246 defunctum, *Bucelinus* l. c. *Bertius* l. c. *ImHoff* l. c. §. 4, pag. 101, aliique tradunt. Ex *Petri Merſſæi Catalogo Epiſcoporum Monaſterienſium*, inſuper notandum, non obſtante Transactione *Henrici V*, Imp. cum *Calixto* 2, P. R. an. 1122, de qua præced. Tit. 2, §. 8, lit. d, pag. 65; laudatum *Hermannum* ultimum fuiſſe, ab Imperatoribus conſtitutorum Præſulum, ejusque ſucceſſorem, *Ottonem* Com. Benthemium, primum an. 1246, à Clero electum. Conf. Dnn. *Spener* l. c. §. 2, pag. 643; *ImHoff* l. c. *Europ. Herold* l. c. *Bilderbeck* l. c. §. 5, pag. 65; *Zſchackwiz* l. c. Qu. 82, pag. 526. Capitulum Cathedralis Eccleſiæ conſtat *Quadraginta* Canonicis, Equeſtri Genere natis, qui fidem proſapiæ nobilis, demonſtratione octo Majorum, tam à latere paterno, quam materno, facere tenentur. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 11, pag. 102; Hinc lites Epiſcopi & Capituli, cum *Erbmannis*, id eſt, Familiis, *à geſto multorum annorum Magiſtratu Monaſterii* ita dictis, quibus equidem Jura Nobilitatis non denegantur, benè tamen qualitas occupandi loci in Capitulo. In *Camera* an. 1685, in favorem eorum, pronunciatum ſcimus, inſuperque *Beneficium*, ſeu *Præbendam*, ab *Alexandro VIII*, P. R. in Dn. *Johannem Jacobum von der Tinnen*, Erbmannum, collatum; *Reviſionem* autem petentibus Epiſcopo & Capitulo, nec tamen latâ ſententiâ, placuit tribus Ordinum Imperii Collegiis, an. 1706, 30 April. cognitionem cauſæ extraordinariis Reviſoribus, citra ullum præjudicium, & quidem, ex Electorali Collegio: *Moguntino & Saxoni*; Principum: Epiſcopo *Spirenſi*, & Landgravio *Caſſellano*; Civitatum: *Auguſtæ Vindelicorum*, & *Francofurtenſi*, committendam, ratihabente Concluſum Cæſare, an. eod. 19 Julii; (Vid. *Acta Publica*, apud *Fabrum*, Tom. XI. *der Staats-Canzeley*, cap. VII, pag. 239, ad 348.) Enimvero, actis reviſis, vota paria cum notarentur, teſtibus ipſorum *Reviſorum* literis,

ad

ad Comitia, dat. Wetzlariæ, 1707, 27 Aug. (apud *Fabrum*, Tom. XII, cap. IX, p. 703 &c. ubi ſimul alia Acta publica; ad p. 736 usque;) concluſit Electorale Collegium an. 1708, 30 April. *Reviſionem* denuo ſuſcipiendam, addendo duntaxat Commiſſario Cæſareo, Principes vero, publicato, 17 Aug. 1708, Concluſo, una cum Civitatibus Imperialibus, rem, pro deciſa in favorem *Erbmannorum*, habendam judicarunt. Vid. *Faber* l. c. Tom. XIII, cap. VIII, §. 14, p. 372; §. 16 & 17, p. 378 &c. Finem controverſiæ dies docuit. An. 1709, 3 Nov. Legatum Monaſterienſem *Dietericum de Plettenberg*, novum Memoriale in Comitiis dictaſſe, refert *Faber* Tom. XV *der Staats-Cantzley*, Cap. 4, p. 276 ſeq. Sicut quoque ibid. p. 283 ſcriptum ſatis prolixum habet, quod Erbmannorum Patronus edidit. Emanavit tandem 19. Dec. 1709. Decretum Commiſſionis Cæſareæ, cujus beneficio, Sententia in Camera Imperiali An. 1685, 10 Oct. tam impetitorio quam in poſſeſſorio pro Erbmannis lata, confirmata fuit. Et eum referente Fabro l. cit. p. 306 Legati Monaſterienſes An. 1715, 25 Julii litem in Comitiis renovare tentarunt, Imperator Reſcriptis 30 Octobr. 1715, ad Moguntinum Epiſcopum Monaſterienſem, & Commiſſarium Principalem in Comitiis rem malè habuit, omnemque litem de hac re impoſterum movendam interdixit. De lite Epiſcopi, *Chriſtophori Bernhardi à Gablen*, cum Senatu Monaſterienſi, rat. Præſidii &c. legas *Lundorpium* Tom. VII Contin. Act. Publ. lib. 7, cap. 278, p. 1195, an. 1656, & Tom. VIII, lib. 8, cap. 52 ad 57, pag. 58 ad 62, an. 1657; & cap. 95, pag. 164; cap. 123, pag. 197, cap. 168, pag. 245, an. 1658; cap. 423, 424 & 425, pag. 579 & 580, an. 1659; & lib. 9, cap. 4, pag. 676 & 677, ad an. 1660; cap. 20, pag. 699; cap. 44, pag. 729; cap. 58, pag. 736, an. 1661; cap. 78. pag. 753. Quibus legibus, dura obſidione & diuturna, preſſa Civitas, ſe tandem Præſuli, an. 1661, 12-22 Mart. dederit, ex *Lundorpio*, Tom. VIII, lib. IX, cap. 77, pag. 753; *Theatro Europ.* Tom. IX, pag. 309; *Diario Europæo*, Contin. VI, ad h. a. pag. 4 & 5; *Theatro Pacis*, Tom. 2, p. 112; *Galeazzo Gualdo*, Tom. 1, *dell' Hiſtoria di Leopoldo Ceſare*, fol. 621, aliisque, diſcendum eſt. Nummum ab Epiſcopo, in rei memoriam cuſum, (antica, imaginem *S. Pauli*, dextra gladium, ſiniſtra librum, tenentis, ſuperimpoſita inſcriptione: *S. PAUL. PATRON*, & ſubjacente Monaſterienſi Oppido, cum verbis: *MONAST. WESTPH. AD. OBED. REDUCTUM*; & in circulo: *à Rmo CELſmo. DD. CHRISTOPH. BERH. EPo. ET PRINCIPE. MONAST. Ao. M. DC. LXI*; & poſtica, Epiſcopale ſcutum, hac circumdatum epigraphe: *PROTECTOR MEUS. ET. IN. IPSO. SPERAVI. QUI. SUBDIT. POPULUM. MEUM. SUB. ME. Pſal.* 143: exhibentem) recenſet Dn. *Lehman*, Tom. VI *der Hiſtoriſchen* Remarques an. 1704, §. XI, pag. 81 & 82. De Controverſia *Borcoloënſi*, vid. *Deductio* apud *Gaſtelium*, *de Statu Publ. Europ* cap. XV, § 74, pag. 517 &c. Laudatum Præſulem Caſtrum hoc an. 1665, in ordinem redegiſſe, teſtantur *Theatr. Europ.* T. X, pag. 56 & 57; *Diar. Europ.* T. XII, pag. 186 & 187; *Brewer*, *Hiſt. Decennal.* p. 395; *Biſotte Hiſt. Metall. de Hollande*, T. 2, pag. 256 &c. quamvis, vigore Pacificationis *Cliviensis*, de an. 1666, 18 April. Hollandis reſtitutum; vid. *Diar. Europ.* Contin. XIII, pag. 91, & XIV, pag. 260 &c. *Lundorp.* Tom. IX, cap. 124 pag. 481 &c. & X, pag. 461; *Theatr. Pac.* Tom. 2, pag. 239; *Theatr. Europ.* Tom. X, pag. 157 &c. & 339 &c. *Valkenerii verwirt* Europa, part. 2, pag. 97; *Brewer*, part. V, pag. 1, c. 2. *Biſotte* l. c. pag. 257. Recuperavit quidem illud, armata manu, Præſul, Colonienſis Archi-Epiſcopi auxilio, an. 1672; vid. *Diar. Europ.* Contin. XXIX, pag. 175; *Valckeneri* l. c. part. 3 pag. 227; *Biſotte* l. c. pag. 281; ex formula vero Transactionis *Colonienſis*, an. 1674, 22 April. illud Hollandis reſtitutum probant: *Diar. Europ.* Contin. XXVIII, Append. & XXX, pag. 552, ad 555; *Theatr. Europ.* Tom. XI, p. 685; *Lundorp.* T. X, cap. 101. p. 160, & cap. 200, pag. 674; *Theatr. Pac.* l. c. pag. 269; Dn. *ImHoff* l. c. §. 6, pag. 101. Lites Capituli, cum Romana Curia, an. 1700, cognoſci poſſunt ex gravaminibus, *Dieterici Plettenbergii*, in Comitiis deſuper prolatis, apud *Fabrum*, l. c. Tom. V, Faſc. 2, cap. 4, pag. 140 &c. Add. *Allerunterthanigſt* Interceſſions-*Schreiben, an Kayſ. Maj. von dem Evangeliſchen* Corpore *zu Regenſpurg, die Domb-Præbſtliche Wahl zu Münſter betreffend*, an. 1703, 18 April. ib. T. IX, Cap. 11, pag. 769 &c. aliaque Acta Publica l. c. pag. 777 &c.

(*c*) MINDENSIS; Lucem afferunt Hiſtoriæ Epiſcopatus hujus: *Buſſonis Wadenſtedii*, Hamelenſis Canonici, *Chronicon Mindenſe*, à primordiis Eccleſiæ, id eſt, *S. Eremberto*, ad *Wullebrandum* Hallermundenſem Comitem, an. 1407, electum Epiſcopum, apud Dn. *Paullini*, in *Syntagmate rerum & antiquitatum Germanicarum*; Anonymi *Chronicon Mindenſe*, ab *Hercumberto*, primo Antiſtite, ad *Henricum III* usque, an. 1473, inauguratum, apud Dn. *Meibomium* Tom. 1 *Rer. German.* pag. 555 ad 572; *Chronicon Mindenſium Epiſcoporum* ab *Erkanberto*, usque ad *Chriſtianum*, Duc. Brunſ. & Luneb. an. 1599, deductum, apud *Piſtorium*, inter *Scriptores VI Rer. German.* an. 1607 editos, pag. 723, ad 733; Cui varia Imperatorum Regumque diplomata, in favorem Eccleſiæ hujus conſcripta, annectuntur; *Wedechindi Duldorps*, Vicarii, *in Venerabiles Epiſcopos Mindenſes* Poëmata, ab *Eremberto*, usque ad præfatum *Wullebrandum*, apud Dn. *Paullini* l. c. *Alberti Fryſchmeds, de Polle*, in Effigies eorundem Epiſcoporum Diſticha, ab *Herimberto*, usque ad *Albertum*, laudati *Wullebrandi* ſucceſſorem; *Paullini* l. c. *P. Bertius*, Lib. 3 *Rer. German.* cap. 6, voc. *Minda*, p. 207 & 208, exhibens Epiſcoporum ſeriem, ab *Herimberto*, ad *Hermannum* Com. Schauenburgicum usque, qui an. 1581 reſignaſſe legitur; Eundem Catalogum complectitur *Appendix Metropolis Alberti Cranzii*, necnon *Bucelinus*, part. 1 *German. Sacra*, pag. 30 & 31, addendo quatuor ſubſequentes Epiſcopos: *Henri-*

cum

Digitized by Google

cum Julium Duc. Brunſ. *Antonium*, Com. Schaumburg. *Chriſtianum*, Duc. Brunſ. ann. 1633 extinctum, & *Franciſcum Wilhelmum*, Comitem Wartenbergicum, *Ferdinando*, Bojorum Duce, & *Maria Pettenbeckia*, Parentibus, natum, variiſque dignitatibus Eccleſiaſticis, Epiſcopi nimirum *Oſnabrugenſis*, *Mindenſis*, *Verdenſis*, & *Ratisbonenſis*, nec non *Cardinalis Presbyteri Romanæ Eccleſiæ*, cumulatum, demumque an. 1661, 1 Dec. animam efflantem. Vid. Dnn. *Spener*, *Op. Herald.* part. ſpec. lib 1, cap. 13, §. 23, pag. 89, & lib. 3 cap. 27, §. 44, pag. 680. *ImHoff*, *Notit. Proc. Imper.* lib. 2, cap. 6, §. 15 & 16, pag. 35 & 36; *Rittershuſ. Tab. Geneal. Bavar.* Præſtat omnibus *Johannis Cruſii*, *Chronicon Mindenſe*, Mindæ 1675, 4to. De Origine Epiſcopatus, inquit Auctor de *Fundatione Eccleſiarum Germaniæ*, *à temporibus Caroli Magni*, *ad Ottonem Magnum*, apud *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.* p. 160, & Ill. Dn. *Leibnitium*, T. 1 *Script. Brunſuic.* p. 260. *An. DCCLXXX, Epiſcopatum Mindenſem fundavit* (Carolus Magnus) *in honorem B. Petri, in loco, ubi Rex Angarorum, Wedekindus, Caſtrum habuit, quam, multis & diverſis privilegiis, ac dignitatibus, præ aliis Epiſcopatibus, decoravit. Verſus:*

En Septingentis Octoginta ſimul annis,
Eccleſiæ Mindæ locus aptus conditur inde.

In Chronico *Mindenſi Meibomiano* l. c. pag. 555. *Anno Chriſti DCCLXXX . . . Eccleſiam & Epiſcopatum Mindenſem, tempore Conſtantini VII, anno Ejus ſecundo, in honorem Principis Apoſtolorum, S. ſcil. Petri, & SS. Martyrum, Gorgonii & Dorothei, in loco, ubi prius fuit Caſtrum Wedekindi, Regis Angarorum, fundat . . . . cui præfecit Venerabilem Virum Dn. Hercumbertum, primum illius Eccleſiæ Paſtorem, & Epiſcopum. De cujus fundatione tales extant verſus:*

En Septingentis Octoginta ſimul annis,
Eccleſia Mindæ locus aptus conditur inde,
Deliciis plenus ſit pace fruens & amœnus.

Nec aliter *Watenſtedius* l. c. pag. 6, & Recentiores. De Etymologia vocabuli, addit *Watenſtedius* l. c. *Witiebindum* Saxonem, Chriſtianorum ſacris nondum imbutum, forte in Paſchatos Feſto, *Carolum M.* cujus Caſtra, ſub mendicantis habitu, eſſet luſtraturus, ſacra ſynaxi utentem deprehendiſſe, inque conſecrata hoſtia, ſpecioſiſſimum notaſſe puerulum, di verſa facie, mox hilari, mox ſubtriſti, apparentem, prout homines, ad ſacram tabulam accedentes, conſtitutos inveniſſet, indeque motum, myſterium ſibi exponi curaſſe, ſimulque, ad Chriſtianorum Caſtra tranſeundo, proprium Paſtorem dari, efflagitaſſe, reponenteque *Carolo*, ſe lubenter ejus preces adimpleturum, modo, quoad victum, Antiſtiti forei conſulturus; reſpondiſſe: *Caſtrum meum ad Wiſara, Me, & illum*, (Epiſcopum) *commodè capiet. Sit ergò Min & Din*, (meum & tuum) *hinc poſtea Urbis Mindin nomen &c.* Adſtipulantibus *Alberto Cranzio*, lib. 1 *Metropol.* cap. 9, pag. 9; & lib. 2 *Saxon.* cap. 16; *Laurentio Fauſto*, Schirmenicenſi Paſtore, *in der Erklærung des Fürſtlichen Stammbaums, aller Hertzogen, Chur- und Fürſten zu Sachſen*, de an. 1588, pag. 34; *Büntingio*, *Chronic. Brunſuic.* *Münſtero*, lib. 3 *Coſmographia*, cap. 446, pag. 1009; Paulo aliter *Wolterus*, in *Chronico Bremenſi*, apud *Meibomium* l. c. Tom. 2. pag. 38; & *Bertius*, l. c. pag. 207. Aſt ſubleſtæ hæc fidei; quia (1) Charta Fundationis authentica nullibi reperitur, (2) *Eginhartus*, aliique Scriptores coævi, ſilentio rem tantam prætereunt; (3) Nemo veterum vocabulum *Mindin* uſurpat, ſed, ejus loco, vel *Mimnithum*, ut antiquiſſima Traditio *Hirpingi*, *Ludgero* Abbati, *Anno XXX Regni Domni Religioſiſſimi Regis Carli, XIV Kal. Auguſti*, adeoque, à Nativitate Chriſti, 798, facta, apud Ill. Dn. *Leibnizium* l. c. pag. 105, §. 9, ubi: *Acta eſt autem publicè in Saxonia, ubi tunc temporis fuimus in hoſte, in loco, qui nuncupatur Mimnithum &c*, quod Ill. Vir rectè *Minden* interpretatur; vel *Munda*, ut *Annales Franc. Reuberiani*, ad an. 798, p. 31; vel *Minda*, ut *Regino*, an. eod. vel *Mindim*, ut *Otto Magnus* Imp. in Privilegio, an. 861, Mindenſibus dato, apud *Piſtorium* l. c. p. 734. (4) Anno demum 785, *Witichindus* ſacro baptiſmatis fonte ablutus; juxta præced. Tit. 1, §. 10, lit. q, v. 16, pag. 221. Propterea tamen nec *Chytræo*, lib. 3 *Saxon.* p. 83, & *Baronio* Tom. IX Annal. ad an. 785, §. 49 &c. p. m. 412 & 413, Epiſcopatus ortum ab an. 785 repetentibus, aſſentior, deficiente itidem probatione, exceptionibus majori; veroſimilius fundatus adparet ſub *Ludovico Pio*; vid. *Gryphiander* de *Weichbildis*, cap. 29, §. 8 pag. 73 & 74. Paria, cum *Halberſtadienſi* fata ſubiit, an. 1648, per Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ hæreditario & immutabili jure, in Electorem totamque Domum Brandenburgicam, translatus; verba Art. XI, §. 4, huc facientia, ſunt: *Eidem Domino Electori, pro ſe, & Succeſſoribus ſuis, ſupra ſcriptis, tradatur Epiſcopatus Mindanus, cum omnibus juribus, & appertinentiis, pari ratione, ut ante memoratus Epiſcopatus Halberſtadienſis, in Feudum perpetuum, à Sacra Cæſarea Majeſtate, de conſenſu Statuum Imperii, ſtatimque, poſt concluſam & ratificatam hanc pacificationem Dominus Elector, pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, in poſſeſſione ejusdem quieta & reali conſtituatur, eoque nomine, Seſſionem & votum, in Comitiis Imperii univerſalibus, & ſingularibus, ut & Circuli Weſtphalici; obtineat. Salvis tamen Civitati Mindenſi ſuis Regaliis & juribus, in ſacris & profanis,*

cum

Digitized by Google

cum mero & mixto Imperio, in criminalibus & civilibus, præſertim jure diſtrictus, ejusque juriſdictionis exercitio conceſſo, & pro nunc apprehenſo, aliisque uſibus, immunitatibus & privilegiis, circa priſtina jura, ipſis legitime competentibus; ita tamen, ut Pagi & Villæ, domusque, ad Principem, Capitulum, totumque Clerum, & Equeſtrem Ordinem pertinentes, & reſpective in diſtrictu & intra mœnia Civitatis; ſitæ, omnino excipiantur, & de cætero jus Principis & Capituli inviolatum maneat &c. & §. 11: *Ratione tituli, conventum eſt: ut jam dictus Dominus Elector, cum tota Domo Brandenburgica, & in ea omnes & ſinguli Marchiones Brandenburgici, Duces Magdeburgenſes, & Principes Halberſtadienſes, & Mindenſes, appellentur & ſcribantur.* Conf. Decretum Cæſareum, ad Directorium Moguntinum, *ratione Titulaturæ, Magdeburg, Halberſtadt und Minden, extenſionem auf Brandenburg-Culmbach und Onoltzbach, betreffend, de an.* 1654, 7 *Maji, dictatum Ratisbonæ in Comitiis*, 13. *ejusd.* apud *Lundorpium*, Tom. VII *Act. Publ.* lib. 6, §. 614, p. 713: Dn. *Spener* l. c. lib. I. Cap. 13, §. 23, p. 89; Dn. *ImHoff* l. c. lib. 2, Cap. 8, §. 13 & 14, p. 48. competens Inſigno *duas Claves argenteas, decuſſatim locatas, in area coccinea*, refert. Vid Dn. *Spener* l. c. Dn. *ImHoff* l. c. §. 5, p. 45. De loco in Comitiis, inquit Dn. *Zweyburg*, Tom. 1. *Theatri Præcedentiæ*, Tit. 27, p. 156: *Das ſeculariſirte Stifft, und dem Hauſe Brandenburg*, per Inſtr. Pac. de an. 1648, *conferirte Fürſtenthum Minden, iſt*, per Decretum Cæſareum, de dato, *d. 5 Maji*, 1654, *angewieſen worden, daß ſelbiges die* Seſſion, *auf Reichs-und andern Conventen*, immediate *nach Sachſen-Lauenburg, und vor Holſtein nehmen ſolle; worauf auch ſelbiges den* locum *occupiret, und ſich bey der* Poſſeſſion *allezeit geſchützt hat. Sonſten hat zwar, wie man vernimt, vor einigen Jahren, das Hauß Holſtein - Glückſtadt und Gottorff, bey Chur-Brandenburg, inſtændige Anſuchung gethan, daß das Fürſtenthum Minden zum wenigſten mit beyden Holſtein Glückſtadt, und Holſtein-Gottorff, alterniren mœchte; und hat endlich Chur-Branderburg*, an. 1663, *ſo weit nachgegeben, daß Minden zwar mit dem Kœnigl. Holſtein - Glückſtadt, aber gar nicht mit Holſtein-Gottorff*, in voto & ſeſſione *alterniren mœchte. Dabey es jetzige Kœnigl. Maj. zu Preuſſen auch werden verbleiben laſſen, &c.* Prætenſiones tangit *Sprenger, in Ellychniis*, p. 1759.

(*u*) OSNABRUGENSIS &c. Legi hic meretur *Chronicon Epiſcoporum Oſnabrugenſium Erdwini Erdmanni*, Oſnabrugenſis Civitatis Pro-Conſulis à *Guibone*, primo Epiſcopo, ad ſchiſma usque, ab obitu *Henrici*, Com. Morſenſis, Sec. XV, exortum, apud *Meibomium*, Tom. 2. *Rer. Herman.* pag. 195 ad 264. Catalogum eorundem Epiſcoporum, à *Wibone*, ad *Henricum*, Saxoniæ Ducem, an. 1585 defunctum, usque, ſiſtit Appendix *Metropolis Alberti Cranzii*. Eundem, à *Viſone*, ad *Philippum* (rectius, *Philippum Sigismundum*) Duc. Brunſuic. & Luneb. an. 1623, menſ. April. ad ſuperos migrantem, deductum, continet *Bertius*, lib. 3 *Rer. Germ.* cap. 6, pag. 225 & 226; pariter ac *Bucelinus*, part. I *German. Sacr.* pag. 32 & 33, à *S. Withone*, ad *Franciſcum Wilhelmum*, Com. Wartenbergium, an. 1625 electum. Quo, ceu præced. lit. t, monui, an. 1661, Cal. Decemb. mortuo, & *Gaſtavo*, Com. de *Waſeburg*, *Guſtavi Adolphi*, Suecorum Regis, filio naturali, (quem Sueci, pulſo *Wartenbergio*, an. 1634, 28 Jan. *Theatro Europæo*, Tom. 3, ad h. a. pag. 157, 158, & 191; *Loccenio*, lib. 9 *Hiſt. Suec.* pag. 634; *Puffendorffio* lib. 6 *Rer. Suec.* §. 29, pag. 144; *Burgoldenſi*, ad *Inſtr. Pac.* pag. 1348 & 1349, aliisque teſtibus, Eccleſiæ huic præfecerant) jam an. 1648, juxta formulam *Inſtr. Pac. Weſtphal.* Art. XIII, §. 2, mediantibus octoginta talerorum millibus, quatuor annorum ſpatio, Hamburgi, ſibi exſolvendis, in favorem *Wartenbergii*, juribus ſuis renunciante, Sereniſſimus Princeps, *Erneſtus Auguſtus*, Dux Brunſ. & Luneb. poſteaque Elector primus, vigore laudati *Inſtr. Pac.* Art. XIII, §. 5, Epiſcopatum obtinuit, quemque an. 1698, 23 Januar. itidem extinctum ſecutus eſt CAROLUS JOSEPHUS, LOTHARINGIÆ DUX, licet non ſine contradictione, quandoquidem octo Canonicorum vota in *Franciſcum Arnoldum* L. B. *Wolff Metternich in Gracht, poſtea Paderbornenſem & Monaſterienſem* Præſulem, totitemque in *Carolum Franciſcum*, L. B. de *Wachtendonck*, transtulerant, novem duntaxat reliquis, in favorem Lotharingi ſua exponentibus; *Metternichio* autem, cujus exemplum *Wachtendonckius* ſecutus, ſponte jure ſuo cedente, Lotharingus tandem *poſtulatus* cathedram an. eod. 4 - 14. April. conſcendit. Huic 2 Martii 1716 ſucceſſit Erneſtus Auguſtus Dux Brunſuic. & Lüneb. denatus 1728. Succeſſorem modernum habes pag. 1070. Electorem Colonienſem.

Epiſcopatus hujus Fundatorem, ſemetipſum vocat *Carolus Magnus*, in Diplomate an. 804, apud *Albertum Cranzium*, lib. 1. *Metrop.* Cap. 2, pag. 2; *Baronium*, Tom. IX Annal. ad an. 804, §. XI & XII, p. 557 & 558; *Bertium* l. c. pag. 224, & Reverendiſſ. Præſulem *Fürſtenbergium, Monument. Paderbornenſ.* p. 327. verb. *Notum ſit omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus Noſtrisque, præſentibus ſcil. & futuris, qualiter Nos, ob noſtræ mercedis augmentum, Wiboni, Oſnabrukgenſi Epiſcopo, ſuæque Eccleſiæ, quam Nos primam omnium in Saxonia, in honore S. Petri, Principis Apoſtolorum, & SS. Martyrum, Criſpini, & Criſpiniani, conſtruximus &c.* Annum deſignat Author *Fundationum*

quarundam Eccleſiarum Saxoniæ, à temporibus Caroli Magni, ad Ottonem Magnum uſque apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. I *Rer. Brunſuic.* pag. 260, & *Maderum Antiquit. Brunſuic.* p. 160: *Anno Domini DCCLXXII, Karolus Magnus, Anno Regni ſui ſexto, Epiſcopatum Oſnabruggenſem, quæ eſt prima Eccleſia Saxoniæ & Weſtphaliæ, fundavit in honorem S. Petri Apoſtoli.* Ita & *Erdmannus* l. c. pag. 196; Dn. *ImHoff* Lib. 3 *Not. Procer.* Cap. 21, §. 4, p. 104; Recentiorum alii. *Chronicon Mindenſe*, apud *Meibomium* l. c. Tom. 1, p. 554, ponit an. 776, verb: *Prima Eccleſia Saxoniæ & Weſtphaliæ, Oſenbrugge, anno Domini DCCLXXVI fundatur &c. Alberto Cranzio* l. c. pag. 3, arridet Annus 780. Alii aliter. Sicut autem adductum diploma *Carolinum* ipſum ſubleſtæ fidei eſt, ceu præced. Tit. IV, §. 3, lit. a, p. 298 & 299, monui, ita & omnia incerta, quæ de fundationis tempore afferuntur. *Wibobonem*, ſeu qualecunque nomen geſſerit, an. 804 abiiſſe ad plures, communis ſententia eſt. Dubio caret, Imperante *Ludovico Pio* Epiſcopatum hunc floruiſſe, diplomate *Ludovici Germanici*, an. 853, pro Monaſteriis *Corbejenſi & Herbordenſi*, dato, teſte, apud *Mabillonium*, Act. SS. *Benedictinor.* Sec. IV, part. 1, fol. 526, & *Tentzelium*, in Append. 1 *Vindiciarum Conringianæ cenſuræ Diplomatis Lindavienſis*, pag. 40, ubi: *Ad Herifordenſis autem Monaſterii adjumentum, dedit* (Ludovicus Pius, ejus Parens) *in Epiſcopatu quidem Aſnabruggenſi, Eccleſiam Bruginithi &c.* &, paucis interjectis: *Nos igitur rata eſſe volentes cetera omnia, tantum expenſas, adminiſterium Epiſcopi,* (Oſnabrugenſis) *propter ægritudinem & ſenectutem ejus, qui nunc eſt, Gozberti, augere debemus &c.* Dicta differentiam etymologiæ ſimul produnt. In formula Pacti conventi inter *Henricum Aucupem*, & *Carolum*, Regem Galliæ, cujus præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 62, facta mentio, occurrit: *Dodo, Epiſcopus Oſnobroggæ.* Vid. *Schilter* Tom. 2 *Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 9, p. 77; & præced. Tit. 5, §. 11, p. 488, ad an. 921. *Alberico, Monacho trium fontium*, ad an. 731, p. m. 79, audit Epiſcopus noſter, *Osburgenſis.* Mirare, Lector, poteſtatem XVIII Præſulis, *Bernhardi*, ſeu *Bennonis II*, de quo *Erdmannus* l. c. pag. 208, in vita ipſius, anno 1088, 11 Kal. Aug. defuncti: *Iſte Venerandus Pater excommunicavit glires, de Civitate & Diœceſi Oſnabrugenſi, per certam eleemoſynam; quam Gotfridus de Arnsberg dimiſit, & tunc redierunt glires, & ſic in 280 annis non erant ibi glires, ut notat Venerabilis Magiſter Johannes Kleinkock, Ordinis Eremitarum B. Auguſtini*, conf. *Bucelinus* l. c. pag. 32; *Europ. Herold* T. 1, p. 371. Dn. *ImHoff* l. c. pag. 105; Dn. *Zſchackwitz*, *Einleitung zum Teutſchen* Jure Publico, lib. 3, Cap. 4, Q. 90, pag. 530. Si eidem *Erdmanno* l. c. p. 229, credamus, primus Præſulum fuit *Johannes Hoet*, Decretorum Doctor, qui à Romana Sede Epiſcopatum impetravit; inſuperque à *Carolo IV* Imp. an. 1350, Diploma, vi cujus *Princeps Imperii* declaratus, quales Anteceſſores ipſius fuiſſe conſtat. Conf. Dn. *ImHoff* l. c. Inſigne Antiſtitis eſt *Parma argentea rotam rubeam continens.* Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 3, p. 104; *Europ. Herold* l. c. pag. 373; Dn. *Bilderbeck*, *Reichsſtaat*, Tom. 2, part. 5, Cap. 22, §. 7, pag. 63; Dn. *Zſchackwitz* l. c. Q. 97, pag. 532. Officialem unicum habet hæreditarium, *Erb-Land Droſt* dictum, ſcil. Equitem *de Babe in Barnaw.* Capitulum XXV Canonicis, proſapiæ Nobilis, abſolvitur. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 7. *Europ. Herold.* l. c. Dn. *Bilderbeck* l. c. *Zſchackwitz* l. c. Q. 92 & 94, pag 53. De Terris ad Eccleſiam ſpectantibus, legas *Sprengeri Ellychnia*, ad Cap. VI *Lucernæ*, p. 1756; *Gaſtelium*, de *Statu Europ.* Cap. 16, §. 2, pag. 535; Modernam Epiſcopatus faciem depingit *Inſtrum. Pac. Oſnabrug.* cit. Art. XIII, §. 1 ad 8, quibus cautum, Sereniſſimam Domum Brunſuicenſem & Luneburgenſem, eo quod, Pacis publicæ gratia, Coadjutoriis in Archi-Epiſcopatus *Magdeburgenſem & Bremenſem*, itemque *Halberſtadenſem & Raetzeburgicum* Epiſcopatus, ceſſiſſet, alternativa ſucceſſione in Epiſcopatu *Oſnabrugenſi*, cum Romano-Catholicis, gaviſuram, addita lege, ut (1) Status Religionis, ac cœtus Eccleſiaſtici, totiusque Cleri utriusque Religionis, tam in ipſa Urbe Oſnabrugenſi, quam in reliquis pertinentibus ad hunc Epiſcopatum ditionibus, Oppidis, Villis, Pagis, omnibusque aliis locis, maneret & reducatur in eum, qui fuit die prima Januarii an. 1624, ſtatum; (2) Sereniſſimus *Erneſtus Auguſtus* Sereniſſimi Ducis *Georgii* filiorum natu minimus, Epiſcopo *Franciſco Wilhelmo*, Com. Wartenbergio, (ſponte, ut jam dictum, *Guſtavo Waſenbergio* juri ſuo renunciante,) in integrum reſtituto, vel reſignanti vel exuvias mortales deponenti, certo foret ſucceſſurus; (3) aut, eo prius mortuo, alius ex laudati Ducis *Georgii* poſteris, poſtulandus; (4) Poſtulatio reſpiceret unicè modo nominati Ducis Deſcendentes, & quidem exiſtentibus pluribus Principibus, natu minores; illisque deficientibus Sereniſſimi demum *Auguſti* Guelpherbytani progeniem &c.

(w) ULTRAJECTINUS, De Scriptoribus hujus Eccleſiæ, inquit Clariſſ. Dn. *Struvius*, Cap. XV *Biblioth.* Hiſtor. §. 18, pag. 383 & 384: *Joannes de Beka, in Chronico ſuo, Geſta Epiſcoporum Ultrajectinæ Sedis deſcripſit, Lugduni Batavorum*, 1615, 4; *quod poſtea cum Wilhelmi Heda Tractatu, de Epiſcopis Ultrajectinis, recognitum, ab Arnoldo Buchello, & Giberto Labbio continuatum, cum Suffridi Petri appendice, prodiit Ultrajecti*, 1643, *fol. Hi autem Scriptores, in Epiſcoporum Hiſtoria, & rebus antiquioribus, optimi ſunt. Alias,*

Adria-

Adrianus Barlandus edidit Indigitamenta vetuſtiſſima Ultrajectenſium Pontificum, Coloniæ, 1603, 8. *Petrus Corneliſſonius Bockenbergius*, *Catalogum & Hiſtoriam Epiſcoporum Ultrajectenſium, & Antiſtitum Egmondanorum*, 1586, 8. *Gothofredus Henſchenius Diatriben, de Epiſcopatu Trajectenſi, Epiſcoporum, Regumque Franciæ iis coævorum, Chronologia, Antwerpiæ*, 1654, 4. *Lambertus Hortenſius Seceſſiones Civiles Ultrajectenſes, usque ad translationem Epiſcopatus, deſcripſit, Amſtelodami*, 1647, *fol. atque Auctor eſt egregius* &c. Add. *P. Bertius*, lib. 3, *Rer. German.* cap. 6, voc. *Trajectus Inferior ad Rhenum*, pag. 268, ad 276, ubi ſimul Epiſcoporum ſeries, à *S. Willebrordo*, usque ad *Fridericum Tautenburgicum*, an. 1680 defunctum; & *Gabriel Bucelinus*, part. 1. *German. Sacra*, p. 60 & 61, eandem exhibens, addito duntaxat *Johanne de Bubeſen*, Epiſcopo, Canonico antea Colonienſi. *In Itinerario Antonini*, *Arenacum* à *Lugduno* tendentibus, occurrit *Trajectum;* quod tamen B. *Rhenanus* malè *Trajectum ad Moſam* interpretatur, cum dictum iter facientibus nulla, per *Maſtricum*, tranſitio ſit. Rectius etiam *Cluverio*, lib. 2. *Antiquit. German.* cap. 36, p. 184; *Zeilero Itiner. German.* cap. 20, p. 446; *Bertio* l. c. & aliis, ſcribitur *Trajectûs*, in quarta declinatione, quaſi *tranſitus*, ſeu *tranſitio*, & quidem *per Rhenum;* ut *Maſtricht*, *Trajectum*, i. e. *tranſitum per Moſam; Dortrecht; Trajectum per Dortam* amnem &c. denotant. In Transactione Procaſpidana *Ludovici Germanici & Caroli Calvi*, fratris, an. 870, Contin. XL, *Diar. Europ.* p. 474. Appendicis, & apud Auctores, præced. Tit. 2, §. 8. lit. a, p. 59, citatos, audit *Utrech.* Non ſatis accurata vocabuli Etymologia, apud *Venerabilem Bedam*, utut ſcriptorem coævum, lib. 5 de *Geſtis Anglorum*, cap. 12: *Poſtquam per annos aliquot in Friſia, qui advenerant, decurrent, miſit Pipinus, favente omnium conſenſu, Virum Venerabilem, Willebrordum, Romam; cujus adhuc Pontificatum Sergius habebat, poſtulans, ut eidem Friſonum Genti Archi-Epiſcopus ordinaretur: quod ita, ut petierat, impletum eſt, anno ab Incarnatione Domini DCXCVI. Ordinatus eſt autem in Eccleſia S. Martyris Cæciliæ, die natali ejus, impoſita ſibi à Papa memorato, nomine Clementis, ac mox remiſſus eſt ad Sedem Epiſcopatus ſui, poſt dies quatuordecim, ex quo in Urbem venerat. Donavit autem Ei Pipinus locum Cathedræ Epiſcopalis in Caſtello ſuo illuſtri, quod antiquo Gentium illarum vocabulo Wiltenburg, iſt eſt, Oppidum Wiltorum, Lingua autem Gallica, Trajectum, vocatur, in quo ædificata Eccleſia* &c. Unde ſua *Sigebertus Gemblacenſis* ad an. 697: *Willibrordus, à Sergio Papa, Clemens agnominatus, &, ad prædicandum Genti Friſonum, Epiſcopus conſecratus, ex dono Pipini Principis, Sedem Epiſcopalem ſtatuit, in loco Vultabuch dicto, qui nunc Ultrajectum dicitur, à nomine Gentis Vultarum, & Trajecto compoſitum, quaſi Vultarum Oppidum; nam Trajectum, Lingua Gallica, Oppidum dicitur &c.* & *Vincentius Bellovacenſis*, part. 3 *Spec. Hiſtor.* lib. 23, cap. 134, ad an. 697, ſub Imperatore *Leone*, hæc eadem repetens excepto, quod *Vultaburch* legat; & *Petrus Divæus*, Lovanienſis, lib. 1 *Antiquitatum Belgicarum*, cap. XIX, apud *Schardium* Tom. 1, *Rer. German.* p. 365, aliisque. Si enim *Trajectum* ſignificet *Oppidum*, qua ratione locus hic *Antonino* crude *Oppidum* vocari queat, ſine additamento, cum innumera per Galliam *Oppida* fuerint? accedit, incognitum *Vultarum* Gentis nomen. Vera igitur nominis derivatio, à voce *Oud, Oult, Olt, Alt, Vetus;* & *Trajecto*, id eſt, *tranſitione;* ita, ut *Oltrajectum*, ſeu *Oultrajectum*, nihil aliud, quam *Veterem trajectum*, involvat. Vid. *Cellarius*, lib. 2, *Geograph. Antiq.* cap. 3, p. 222, & 223. *Querius*, *Theatr. Holland.* *Zeilerus* l. c. Contin. 1, cap. 20, §. 37, p. 254 & 255. Errorem *Bedæ, Sigeberti, Vincentii*, & ſequacium, inde natum, quod vel hodiernum *Wiltenburgum*, ubi multa, ſua ætate, effoſſa antiquitatis rudera, *Junius* teſtatur, prope *Trajectum* noſtrum ſit, ſicque hæc duo loca invicem confundantur, notavit *Cluverius* l. c. pag. 185. Quæ, de Origine Epiſcopatus, *Beda* l. c. tradit, confirmat *Marcellinus*, in vita *Suiberti*, cap. 13, apud *Surium*, 1 Mart. p. 9, niſi quod *Willibrordo*, *Archi-Epiſcopi* nomen tribuat: *Licet S. Swibertus, egregius Pontifex, præceſſerit S. Willibrordum tempore, tamen S. Willebrordus præcedit S. Swibertum dignitate, & primus Archi-Epiſcopus Trajectenſis reputatur, eò, quod à S. Sergio, Papa, Archi-Epiſcopus Friſonum ſpecialiter conſecratus, & à Sede Apoſtolica, ad eundem Populum, miſſus fuerit; atque, quod ab Illuſtri Principe, Pipino de Herſtallo, & à Glorioſo filio Ejus, Carolo Martello, ex Regali donatione, Civitatem Trajectenſem, cum ſuis appendicibus, pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, Epiſcopis Trajectenſis Eccleſiæ, impetraverit. Et ideo S. Swibertus non Epiſcopus Trajectenſis appellatur, ſed CoEpiſcopus S. Willebrordi &c.* Add. *Albini Flacci Alcuini* Vita *S. Wilibrordi*, *Trajectenſis Epiſcopi*, lib. 1, cap. 12, apud *Surium*, 7 Nov. pag. 177: *Friſiam, Devicto Radbodo, paterno ſuperaddidit, Imperio*, (Carolus Martellus) *in qua tunc Gente S. Willebrordus poſitus eſt Prædicator, Sedique Epiſcopali, in Trajecto Caſtello, delegatus eſt &c.* Quibus fere verbis *Altfridus quoque Monaſterienſis* Præſul, in *Vita S. Ludgeri*, Monaſterienſis, cap. 4, apud Illuſtr. Dn. *Leibni-*

tium, de *Script. Rer. Brunſuic.* p. 86, utitur: *Freſiam, extincto Radbodo, Paterno addit Imperio,* (Carolus Marcellus) *in qua tunc Gente S. Willibrordus poſitus eſt Prædicator, Sedesque Epiſcopalis in Trajecto Caſtello, delegata eſt &c.* Audiamus *S. Bonifacium*, in literis ad *Stephanum* Papam III, apud *Baronium*, Tom. IX, *Annal.* ad an. 755, §. 31, 32 & 33, p. m. 256: *Tempore Sergii, Apoſtolicæ Sedis Pontificis, venit ad Limina SS. Apoſtolorum, Presbyter quidam mira abſtinentia, & ſanctitatis, Generis Saxonum, nomine Willebrord, & alio nomine Clemens vocatus, quem præfatus Papa Epiſcopum ordinavit, & ad prædicandum, ad Paganam Gentem Friſonum, transmiſit, in littoribus Oceani Occidui, qui, per quinquaginta annos, prædicans, præfatam Gentem Friſonum, maxima ex parte, convertit ad fidem Chriſti, fana & delubra deſtruxit, & Eccleſias conſtruxit, & Sedem Epiſcopalem, & Eccleſiam, in honore S. Salvatoris, conſtituens, in loco & Caſtello, qui dicitur Trajectum &c.* Add. *Othlonus*, in vita S. Bonifacii, Cap. 10, apud *Surium*, 5 Junii, p. 60: *Sub eodem tempore*, (quo Ratbodus Rex ad plures abierat) *per Venerabilem Willibrordum, Trajectenſis Eccleſiæ Præſulem, buccina cæleſtis doctrinæ in Freſiam inſonuit &c.* Errat hinc omnino *Regino*, lib. 1, *Chronic.* ad an. 622, ſcribens: *His temporibus, Venerabilis Vir Willibrordus, cognomento Clemens, de Britannia Gentis Anglorum, ob gratiam Evangelii, in Gallias tranſitus, à Sergio Papa Epiſcopus Friſonum conſecratur &c.* quandoquidem non *Sergius*, ſed *Bonifacius V*, Romanæ Sedi tunc præſuit; inſuperque *Willebrordus* nondum lucem aſpexerat. Conf. de hoc *Willebrordo*, *Vincentius Bellovacenſis*, lib. 24 *Speculi Hiſtorialis*, cap. 33, *Lupoldus de Babenberg*, *de Zelo Veterum Principum Germanorum*, cap. 2, apud *Schardium*, *de Juriſdictione Imperiali*, p. m. 112. Errat inſuper *Servinus*, Advocatus *Henrici IV*, Regis Galliæ, in *Vindiciis Libertatis Eccleſiæ Gallicanæ*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Monarchiæ*, p. 261, initia Epiſcopatus hujus à *Pipino*, *Caroli Magni* Patre, repetens; confundendo ſic Nepotem cum Avo. Obiit *Willibrordus*, an. 739, & quidem, ut *Alcuinus* l. c. cap. 23, p. 179, tradit, *die ſeptima Menſis Novembris, ſepultus in Monaſterio Epternaco;* quamvis lib. 2, pag. 182, diem ſequentem ponat, canens, §. XXIV:

Qui poſtquam vita meritis perfectus in annis
Bis octena pius complevit Luſtra Sacerdos,
Ter quater & Menſes, menſis jam jamque Novembris
Idibus Octenis, cæli migravit ad Aulam &c.

Vixit ergo an. 81. Memorabile eſt, *Eugenium IV, P. R.* an. 1444, 16 Januar. *Trajectenſi* Epiſcopo injunxiſſe, ut Epiſcopum titularem deputet, qui Epiſcopalibus muneribus, per Ducatum Clivenſem, juxta beneplacitum *Adolphi* Ducis, ſublata omni poteſtate ſpirituali Archi-Epiſcopi Colonienſis, & *Henrici* Monaſterienſis, fungeretur; cujus Epiſtolam Ill. Dn. *Leibnitius*, Tom. 2, *Cod. Diplom. Juris Gent.* §. XXXIV. *Mantiſſa*, p. 168 ad 170 ſuppeditat. De monderna Epiſcopatus facie, ſcribit *Zeilerus in der Reiſe-Beſchreibung durch Teutſchland*, Cap. XX, p. 446, §. 36: *So viel nun Utrecht belangen thut, ſo iſt ſolches die Hauptſtadt im Lande Utrecht, ſo eine von den XVII Provintzen in Niederland iſt, und vorhin einen eigenen Biſchoff gehabt hat, deme daſſelbe unterworffen geweſen; Jetzt aber gehært ſolches den General-Staden, und wird zu Holland referirt, nachdem ſchon zu* Caroli V, *des Kayſers Zeiten, daſſelbe ſich an die Regierung von Holland begeben &c.* & in Continuat. I, Cap. XX, pag. 254, §. 37: *Das Land von Utrecht, ſo viel das Weltliche anbelangt, hat Biſchoff Heinrich, gebohrner Hertzog aus Bayern, Pfaltzgraf, als er vom Hertzog zu Geldern bekriegt ward, und die von Utrecht ihm ſelbſt rebellirten,* an. 1527, *dem Kayſer* Carolo V, *aufgetragen, daß er hergegen ſein, und ſeines Biſtumbs, Schutzherr ſeyn ſolte; und hat ihme allein den Geiſtlichen Gewalt, Regierung, und Gefall &c. über Utrecht und Ober Yſſel, behalten; und iſt ſolches* an. 1528, *vollzogen und vom Babſt beſtatiget worden. Und hat der Kayſer auch des Reichs Leben, als deſſen dieſes Stiffts geweſen, bekommen. Guicciard. in Belgii Deſcript. &c.* Eadem docent *Rechts-Anſprüche hoher Potentaten*, pag. 224 &c. *Der Biſchoff von Utrecht regierte ſein Land im Jahr* 1521 *als ein geiſtlicher und weltlicher Herr, da Ihme nun von dem Hertzog von Geldern, mit welchen er ſich nicht vergleichen konte, Uberdrang angethan wurde, beruffte Er* Carolum V *um Hülffe an, und ergab ſich Ihm mit ſeinem gantzen Lande. Dieſe Handlung wurde beſchloſſen im Jahr* 1528, *durch Pabſt Clemens den VII, welcher den Biſchoff, und ſeine Unterthanen, von dem Eyd der Treue loßſprach, welcher auf Kayſer* Carolum V *transmittiret wurde. &c.* Add. *Gaſtelius*, de *Statu Publ. Europ.* cap. 18, §. 4, pag. 572. Lucem quandam dictis affert Transactio Burgundica, *Auguſtæ Vindelicorum*, de an. 1548, 26 Junii, inter *Carolum V* Imp. & *Status Imperii*, ratione Provinciarum Belgicarum, in perpetuum poſthac Imperii tutela & defenſione gaviſuram, ſub duplici tamen Electorali quota, ad onera Imperii inde ſolvenda, apud *Lundorpium*, Tom. V *Contin. Act. Publ.* lib. 2, cap. 102, p. 933 &c. & *Limnæum*, lib. V. *Jur. Publ.* cap. 2, §. 50, p. 58 &c. Quam *Pontus Heuterus*, *Hiſt. Belg.* ad finem lib. 2, p. 175, in compendium redegit.

(x) TREVIRENSI &c. *Caſpar Bruſchius*, cap. 1 de *Epiſcopis Germaniæ*, p. 5, ait: *Tertia Sedes Archi-Epiſcopalis in Germania, eſt Treveris, ad Moſellam, in Lotharingiæ finibus, ſita. Hæc habet ſub ſe Com-Provinciales, & Suffraganeatus titulo, ſibi conjunctos, Epiſcopos:*

Meten-

Metenſem, Tullenſem, & Virdunenſem. Nituntur hæc auctoritate vetuſtiſſimi Codicis, an. Regni *Caroli Magni* XLII, Imperii IX, adeoque an. 810. ſcripti, de Metropolibus, eisque ſubjectis Civitatibus, apud *Goldaſtum*, Tom. 3, *Rer. Aleman.* pag. 88, ubi: *Prima Provincia Belgica habet Civitates numero IV. Metropolis, Civitas Treveris; Civitas Medomartis, id eſt Metis: Civitas Lecorum, id eſt Tullo; Civitas Viriduno.*

(y) METENSIS &c. Hiſtoriam Epiſcoporum *Metenſium*, inſeruit *Acherius* Tomo VI *Spicilegii* ſui; proſtat & *Pauli Diaconi*, Liber, de *iisdem Epiſcopis*, à *S. Clemente*, D. *Petri* Apoſtoli diſcipulo, usque ad *Angilramnum*, ſua ætate, id eſt, regnante *Pipino* electum, deductus, apud *Freherum*, Tom. I. *Rer. Franc.* p. 172, ad 177; annexus ei eſt eorundem Præſulum Index, a laudato *Clemente*, usque ad *Walam Archi-Epiſcopum*, an. 882, teſtibus *Annalibus Pithoeanis* h. a. p. 106, & *Fuldenſibus Freherianis* h. a. pag. 45, occiſum. Huc etiam faciunt: *Fragmentum Pauli Warnofridi, de iisdem Epiſcopis*, apud *Pithoeum*, p. 288 & 289; *Chronicon breve S. Vincentii Metenſis, ab an.* 511, *ad an.* 1279, apud *Labbeum*, Tom. I. *Biblioth. MS.* p. 344 &c. *Vita Adalberonis, Metenſis Epiſcopi*, ibid. p. 670; *Genealogia B. Arnolfi, Metenſ. Epiſcopi*, ap. *Pithœum* p. 219; Ejusdem *Vita*, apud Surium, 15 Aug. p. 143; *Andreæ Valaderii, Chronicon Metenſe &c. Divodurum*, hodie *Metz* (Metis, Mettis, Metæ) &c. Caput *Mediomatricorum* fuit, de quibus *Cæſar*, de *Bello Gallico*, lib. IV, cap. 10, p. m. 72: *Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, & longe ſpatio, per fines Nantuatium, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricorum, Tribocorum, Trevirorum, citatus fertur &c.* Clarior *Tacitus*, lib. 1 *Hiſtor.* cap. 63, §. 1: *Et Treveros quidem, ut ſocios, ſecuri adiere. Divoduri (Mediomatricorum id Oppidum eſt) quamquam omni comitate exceptos, ſubitus pavor exterruit &c.* Et *Itinerarium Antonini*, in deſcriptione itineris, ab *Argentorato, Tullum*, notante *Cluverio*, lib. 2 *Antiqua German.* Cap. IX, p. 33: *Argentorate. Tabernis. Ponti Saravi. Ad decem Pagos. Ad Duodecimum. Divoduri Mediomatricorum. Searponna. Tullio &c.* quorum locorum nomina moderna *Cluverius* l. c. pag. 34 exprimit. In aliis itineribus frequens ibidem *Divioduri*, & *Divoduri*, mentio. Gentis vocabulum Civitati huic impoſuiſſe jam *Tacitus* videtur, lib. IV *Hiſtor.* cap. 70, §. 10, ſcribens: *Legiones in Mediomatricos, ſociam Civitatem, abſceſſere &c.* Minimum de *Ammiano Marcellino*, lib. XV, p. m. 59, id conſtat: *Prima Germania, ubi, præter alia Municipia, Magontiacus eſt, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratus, barbaricis cladibus nota. Poſt has* (Civitates) *Belgica Prima Mediomatricos prætendit, & Treviros, domicilium Principum clarum &c.* Hinc depravatum nomen *Metis*, in veteri *Notitia Imperii*, ſub diſpoſitione Magiſtri Peditum, *Præſentalis*, in Legionibus pſeudocomitenſibus: *Prima Flavia, Metis*, ſcil. præſidet; & apud *Fortunatum Venantium*, lib. 3. Carm. XII, ad *Villicum*, Mediomatricorum Antiſtitem, de ſitu huius Urbis:

Hinc dextra de parte fluit qui Salia (la Seille) *fertur*
Flumine, ſed fluctus pauperiore trahit.
Hinc ubi perſpicuis Muſellam curſibus intrat,
Alterius vires implet, & ipſe perit.
Hoc Mettis fundata loco, ſpecioſa coruſcans,
Piſcibus obſeſſum gaudet utrumque latus &c.

Sic *Aimoinus*, lib. 2 de *Geſtis Francorum*, cap. 1, p. m. 272, memor diviſi, inter *Clodovei* filios, an. 512, Francorum Regni: *Theodoricus quidem Sedem Regni ſortitus eſt Metis &c.* & rurſus, lib. 3, cap. 1, p. 297, ubi de altera diviſione, inter *Clotharii* quatuor filios, an. 562, facta, loquitur: *Sigeberto autem Mediomatricum, quæ & Metis, ceſſit &c.* Conf. *Annales Francor. Reuberiani*, ad an. 805, p. 34: *Per Theodonis Villam, atque Metis, tranſiens &c.* & *Pithoeani*, p. 62, ad an. 863; *Synodus in Mettis congregata eſt &c.* & p. 64: *Synodum, quæ nuper, i. e. ſub Piiſſimo Imperatore, Ludovico, per Indictionem XI, menſe Junio, in Metenſium Urbe, ab Epiſcopis* (Gunthario, Colonienſi, & Theotgando, Treverenſi, in cauſſa Lotharii, Auſtraſiæ Regis, & Waldradæ) *qui noſtrum* (Nicolai P. R.) *prævenerant judicium, collecta eſt ... in æternum judicamus eſſe caſſatam, &c.* In Transactione *Procaſpidana* anni 870, inter *Ludovicum* Germaniæ, & *Carolum* Galliæ Reges, cujus præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 59, memini, apud *Nithardum*, lib. IV. *Hiſtor.* p. m. 489, offendis ſimiliter *Civitatem Mettis.* Plura *Cluverius* l. c. *Zeilerus, Itiner. German.* Cap. X, p. 235 & 236, & in *Topographia Galliæ*, part. 3, Tit. *Mets*, p. 20; *Cellarius*, lib. 2 *Geograph. Antiqua*, cap. 3, p. 173 & 187; rectè ſimul notantes, malè *Ptolemæo* legi: Μεδιομάτρικες, *Mediomatrices*, quos tot Scriptores Latini *Mediomatricos* vocant. Solus Libellus *Caroli Magni*, de *Metropolibus*, an. 810, habet *Medomartis*; vid. præced. lit. x. Minus etiam accuratè, deducit *Sigebertus*, Levit a *S. Vicentii* Metenſis in vita *Theoderici I*, Metenſis Epiſcopi, cap. 17, apud Illuſt. Dn. *Leibnitium*, T. 1, *Rer. Brunſ.* p. 307, etymon, à quodam Romanorum Duce, *Metio.* Seriem Epiſcoporum, à *Clemente, D. Petri* diſcipulo, uſque ad *Henricum Borbonium, Henrici IV*, Galliarum Regis, ex *Henrietta de Palzac*, Domina de *Verneüil*, ſuſceptum

Digitized by Google

filium naturalem, qui an. 1663 demum Epiſcopatui, quem, XI annorum puer, an. 1612 obtinuerat, valedicendo, *Vernulii Ducis* titulos adſcivit, ductaque an. 1668, in Uxorem *Carola Sequier*, *Petri* Com. de *Gyen* filia, & *Maximiliani Pethunii*, Ducis *Sullii* vidua, an. 1682, 28 Maii improlis deceſſit, recenſet *Gabriel Bucelinus*, part. I *German. ſacr.* p. 35. ad 37. De *Henrico* Antiſtite dicta probat Dn. *Imhoff* Part. I *Geneal. Gall.* Tab. XXV, pag. 65 & 66. Antiqua Traditio eſt, *Clementem* fuiſſe primum *Mediomatricorum* Præſulem, vel *Paulo Diacono*, de *Epiſcopis Metenſibus*, apud *Freherum* T. 1 *Rer. Franc.* p. 172, teſte: *Cum apud Galliam Belgicam Mediomatricum, quæ etiam Mettis appellatur, civitas in ipſa Moſellæ amnis ripa poſita, copioſis Populorum turbis abundaret, ad eandem B. Petrus Apoſtolus Virum, Clementem nomine, virum egregium, ac meritis probatum, ſublimatum Pontificali dignitate direxit &c.* nec non Indice, ei ſubjecto, l. c. pag. 177: *Nomina Pontificum Mettenſis Sedis & Actus &c. Clemens Epiſcopus, ſedit Ann. XXV, & Menſ. IV. Obiit IX. Kal. Decemb. & Alberico Monacho trium fontium*, ad an. 446, p. 35: *Anno 446, Treveris, poſt Mauritium, præfuit Legontius, primo, ut dicitur, Metenſis Epiſcopus. Uſque ad iſtum Legontium, iſti Metenſium fuerunt Epiſcopi, per ordinem: S. Clemens, Cæleſtis, Felix, Patiens, Victor I, Victor II, Symeon, Abacius, Rubertus, Adelfus, Firminus, Legentius &c.* Addi tamen meretur Gloſſema *Morery, en ſon dictionaire*, voc. *Mets* p. m. 507: *On pretend, qu'un St. Clement, diſciple de S. Pierre, en ait eté le premier Prelat: mais cette Tradition eſt peu certaine.* Documenta ſanè tantæ antiquitatis, ad eam provocantibus, deſunt, præſertim, ſi Gentilitatis, tunc floreſcentis, rationem habemus. In hiſtoria vero Francica, medii ævi, frequens horum Antiſtitum mentio, v. g. *Auctoris*, apud *Paulum Diaconum* l. c. pag. 173; *Urbici*, ſeu *Urbicii*, ap. *Gregor. Turonenſ.* lib. IX *Hiſtor. Franc.* cap. 41, p. m. 214; *Arnolfi*, apud *Paulum Diaconum*, l. c. pag. 175. & *Pithoeum*, p. 219 &c. *Gundulfi*, & *Dragonis*, in *Vita Ludovici Pii*, apud *Pithoeum*, an. 823, p. 380; *Walah*, an. 882 occiſi, in *Annalib. Pithœanis* h. a. pag. 106, & *Fuldenſibus Freherianis* h. a. pag. 45; *Wigerici*, apud *Frodoardum* an. 923, p. 118; *Bennonis*, ibid. an. 927, p. 128; *Alberonis*, ibid. an. 929, p. 132, & an. 947, p. 168, aliorumque; Nonnunquam *Archi-Epiſcopales* eis tributos honores, obſervavit *Mabillion* lib. 2 de *Re Diplomatica*, cap. 2, §. 13, pag. 65: *Epiſcopis quibusdam conceſſum eſt Archi-Epiſcopi nomen, ut, ex Mettenſibus, Urbicio, Chrodegango, Angelramno, Drogoni, Adventio, & Waloni.* Nituntur hæc auctoritate dicti Indicis, *Pauli Warnefridi Diaconi* libello de *Epiſcopis* noſtris, annexi l. c. pag. 178, ubi: *Urbitius, Archi-Epiſcopus, ſedit an. 49, obiit 13 Id. April.* &, interjectis viginti ſucceſſoribus, *Chrodegangus, Archi-Epiſcopus, ſedit an. 23, menſes quinque, dieſque quinque; obiit prid. Non. Mart. Angbibrammus, Archi-Epiſcopus, ſedit ann. 23, dieſque 28. Obiit 7. Kal. Nov.* Quem *Gundulfus*, *Epiſcopus* excipit, huncque *Drogo*, *Archi-Epiſcopus. Sedit annos 34, menſ. quinque, dies ſeptem. Obiit 6 Id. Decemb.* Succeſſor Ei fuit *Adventius*, *Epiſcopus*, quem ſecutus *Wala, Archi-Epiſcopus, ſedit ann. ſex, dies quinque. Obiit 3 Id. April.* Huc usque Index. De *Chrodegango*, teſtatur inſuper Membranaceus codex *Annalium Francorum* Bibliothecæ Cæſareæ, ad an. 765, apud *Lambecium*, lib. 2, *Comment. Vindeb. Biblioth.* cap. 5, p. 346: *Anno 765, Hruodgangus, Metenſis Urbis Archi-Epiſcopus, Corpora SS. Gorgonii, Naboris, & Nazarii, à Paulo Romanæ Sedis Apoſtolico, de Roma, in Franciam tranſtulit &c.* ut & *Annales Laurishamenſes* MSS. ejusdem Bibliothecæ, an. eod. ibid. pag. 371. *Hruotgangus, Metenſis Urbis Archi-Epiſcopus, poſtulavit à Paulo Romanæ Sedis Apoſtolico, Corpora SS. Martyrum, Gorgonii, Naboris, & Nazarii, & impetravit &c.* & Annales *Laurishamenſes Freheri*, ad an. 764, p. 56: *Monaſterium Laureshamm, in Inſula, quæ nunc appellatur Aidenmunſter, initiantes, Venerabili Rutgango, Metenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopo, ad inſtituendam inibi Monaſticæ profeſſionis militiam, tradiderunt &c.* & in ſubſtrata *Williſwindæ*, & filii eius, *Cancroris*, Comitis, Donationis charta l. c: *In loco, nuncupato Lauresham --- ubi præeſt Vir Venerabilis, Ruodgangus, Archi-Epiſcopus, & Abbas &c.* & in ſubſcriptione, p. 57: *Ego, in Dei nomine, Helmericus, Notarius, ex juſſu Domini Ruodgangi, Archi-Epiſcopi, cartam hanc ſcripſi &c.* & Annales *Hildesheimenſes*, ad an. 764, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, T. 1, *Rer. Brunſuic.* p. 712. De *Drogone*, res itidem clara, vel teſte ipſius epiſtola, ad *Adricum* Cenomannenſem, in *Geſtis Aldrici*, à *Balutio* vulgatis, lib. 3, *Miſcellan.* p. 143, cui tale initium: *Dilecto Filio, Aldrico, vocato Epiſcopo, Drogo, indignus Archi-Epiſcopus &c.* Conf. Inſtrumentum *Recuperationis capturæ, Fuldenſi Monaſterio ablatæ*, de an. 838. in *Antiquitatibus Fuldenſibus Piſtorii*, p. 474, verb: *Coram his teſtibus: Trugone Archi-Epiſcopo, Otgario Archi-Epiſcopo &c.* vid. præced. Tit. V, vita *Caroli Magni*, verſ. 5, pag. 442. Quo jure id factum ſit? diſputatio eſt.

eſt. Auctor *Fragmenti Chronici S. Trudonis*, *in Hiſtoria Metenſium Epiſcoporum* editi, pag. 276, occaſione *Pallii*, à *Johanne VIII* P. R. *Waloni*, Metenſi conceſſi, ait: *Ex cujus rei enarratione, liquet, ex qua cauſa, præfati Metenſes Epiſcopi* (quorum nomina ex Mabillione, modo conſignavi) *nomine Archi-Epiſcoporum intitulati leguntur &c.* Calculum addit *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Pallium*, pag. 103, verbis ſeq. §. 30, lit. i occurſuris. Ejusdem ſententiæ eſſe *Stephanum Baluzium*, diſcimus ex Syntagmate *Epiſtolarum Conringianarum* Epiſt. XXV, cujus ſummam Dn. *Tenzelius*, in *Vindiciis Conringiana Cenſura Diplomatis Lindavienſis*, Cap. VIII, §. 12, pag. 182 &c. ſuppeditat; Quibus regerit *Mabillio* l. c: *Quidam id factum exiſtimant propter uſum Pallii. Verum, Pallium accepit Syagrius, Æduenſis Epiſcopus, nec, ob id, Archi-Epiſcopus dictus eſt: & Pallium non legitur conceſſum Urbicio, Ejus Civitatis* (Metenſis) *Epiſcopo, qui tamen primus omnium ipſius Urbis Archi-Epiſcopus nominatur, in Hiſtoria Epiſcoporum Mettenſium, apud Acherium,* (Specileg. Tom. IV, p. 649) *noſtrum & indice, qui Pauli Diaconi libro, de iisdem Epiſcopis, ſubjectus eſt, in Wala deſinens &c.* Veram hinc rationem, à *Dignitate Sacri Pallatii Archi-Capellani*, qua *Metenſes Antiſtites*, tanquam Auſtraſiæ Regum Aulæ Epiſopi, ſæpè ornabantur, derivandam cenſet, quam vel ipſe agnoſcit Dn. *Baluzius*, in *Notis ad Capitularia*, pag. 1047, *Angilramni Metenſis*, memor: *Vocabatur autem Archi-Epiſcopus, quamvis Metropolitanus non eſſet, quia Summus Sacri Palatii Capellanus erat &c.* Quod argumentum Dn. *Tenizelius* l. c. pag. 182 ad 189, latè proſequitur.

Paruit *Mediomatricum* Imperio, à Carolingorum ætate, id eſt, à diviſione *Regni Lotharii Procaſpidana*, an. 870, cujus præc. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 59, memini, qua *Ludovicus Germanicus*, inter alia, ſortitus: *Civitatem Mettis*; usque ad an. 1552, quo, 10 April. ductu *Anna Mommorentii*, Comeſtabilis, Proteſtantium Principum oppreſſæ libertati, quaſi, ex fœdere, iiscum contracto, conſulturus, dictique Oppidi, ut & *Tulli & Viroduni*, protectionem nudam in ſe ſuſcepturus, dominum ejus ſe conſtituit, *Tullo & Viroduno* jam antea interceptis; fruſtra reſtitutionem in integrum, ann. 1559, 1633 &c. petente Imperio; Vid. Auctores, præced. Tit. V, in Vita *Caroli V* verſ. 4, ad an. 1552, adductos. Superius dicta probant etiam, quæ in Appendice Continuationis XL *Diarii Europ.* p. 484 &c. reperiuntur. In Inſtrumento tandem *Pacis Weſtphalica*, an. 1648, Art. 70, (juxta Corpus Receſſuum Imperii, Edit. Mogunt. 1692, pag. 1092,) cautum eſt: *Quod ſupremum Dominium, Jura Superioritatis aliaque omnia, in Epiſcopatus Metenſem, Tullenſem & Virodunenſem, Urbesque cognomines, eorumque Epiſcopatuum Diſtrictus, & nominatim Moyenvicum, eo modo, quo hactenus ad Romanum ſpectabant Imperium, inpoſterum ad Coronam Galliæ ſpectare, eique incorporari debeant in perpetuum, & irrevocabiliter, reſervato tamen Jure Metropolitano, ad Archi-Epiſcopatum Trevirenſem pertinente &c.* vid. *Theatr. Pac.* Tom. I, pag. 239. Quæ traditioni huic à Lotharingo fuerint oppoſita, exponit *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europa* cap. 18. §. 10 ad 13, p. 573 &c. Vocem *Hactenus*, eo uſque Jura Imperii ſarta tecta manſiſſe, innuere, nemo non videt; quo ſpectat *des Churfürſtlichen* Collegii *Gutachten, auf die Kayſerliche* Propoſition, in conventu Electorali Ratisbonenſi, an. 1636, 15 Sept. apud *Lundorpium*, Tom. IV. *Act. Publ.* lib. 3, cap. 89, §. 2, pag. 587, &c; *Weiter iſt den Rechten &c.* nec minus, Subſcriptiones Receſſuum Imperii, v. g. *Auguſtani*, An. 1566, quem nomine *Caroli, der H. Römiſchen Kirchen, Tit. S. Appollinaris, Presbyteri Cardinalis, Adminiſtratoris des Stiffts Metz*, ſubſcripſit, *M. Johannes Veteris &c. Spirenſis*, an. 1570, ubi, nomine *Carln, der H. Ræmiſchen Kirchen Prieſtern, Cardinaln von Lothringen, Adminiſtratorn des Stiffts Metz*, comparuere: *Johan Verus, D. Rath, und Johan Aubertin, Cantzler &c. Ratisbonenſis*, an. 1576, cui, loco *Ludwigen der H. Ræmiſchen Kirchen, Tit. S. Thoma in Parione Prieſtern Cardinaln von Guiſe, Biſchoffen zu Metz*, nomine appoſuere: *Johan Aubertin, Canzler im Biſtumb Metz, und Deſiderius Lable, der Rechten Doctor &c. Auguſtani*, an. 1582, quem juſſu & auctoritate *Carln Poſtulirten Biſchoffen zu Metz, Herzogen zu Lotthringen*, ſignavit: *Johann Baulard, der Rechten Licentiat, Rath &c. Ratisbonenſis*, an. 1594, qui, nomine laudati Præſulis, ſubſcriptus eſt à *Joſepho Bilonio, der Rechten D. und Rath*; pariter ac *Ratisbonenſis* an. 1598. à *Johanne Gieß von Igni, der Rechten D.* & *Ratisbonenſis* an. 1603, ab eodem. Conf. *Conringius* de *Finibus Imperii*, lib. 2, cap. 26, §. 30 & ſeqq. pag. 416 &c. Circa Feuda vero, à dictis tribus Epiſcopatibus pendentia, graves poſtea exortæ ſunt lites, Rege Galliæ, *Reunionis* titulo, ad Cameram Metenſem trahente, quoscunque ſibi ſubditos arbitrabatur, de quibus inſpicienda *Acta Publica* ann. 1662. - 1670, apud *Lundorpium* Tom. IX, lib. X, cap. 205 & 206, p. 695 ad 715. *Diar. Europ.* Contin. XXXIX, Append. pag. 444 &c. ubi: *Bericht, was wegen der Metz- Tull- und Verduniſchen Lehen-Sachen, vorgangen, und derenthalben für Memorialien, von an. 1667, biß 1670*, incluſive, *eingebracht und übergeben. Gedruckt*

Digitized by Google

druckt in Regenſpurg. Add. *Fritſchii Annotat. ad Inſtr. Pac.* Ipſum Lotharingiæ Ducatum , quaſi annexum dictis Eccleſiis, vindicatum ſibi iviſſe Gallum , inter alia, ex *Memoriali* Dn. *Georgii Caſimiri May* , Legati Lotharingici, an. 1689, 22 Oct. in Comitiis Ratisbonenſibus exhibito , diſcimus , ap. Dn. *Fritſchium*, in Not. ad Art. XII *Pacificationis Noviomagenſis* an. 1679, pag. 96 &c. Quomodo controverſia hæc finita ſit , ex Inſtr. *Pacis Ryſwicenſis*, an. 1697, Art. 28, ad 43 , petendum eſt. Conf. *Cortreji Obſervat. ad Pacificat. Caſareo-Gallicam Ryſwicenſem*, p. 86 &c.

(z) VERDUNENSIS &c. Inſerviunt Eccleſiæ hujus Hiſtoriæ: *Chronicon Virdunenſe* , (à quibusdam *Flaviniacenſe* dictum) *Hugonis*, *S. Petri Flaviniacenſis* , in Burgundia, Abbatis , à Nativitate Chriſti, usque ad an. 1085, apud *Labbeum*, Tom. I *Biblioth.* MS. pag. 75 ad 272; *Laurentii Leodienſis* , Cœnobii *Laurentiani*, apud Leodium, Monachi, & ad *S. Vitonum* in Lotharingia , *Geſta Epiſcoporum Virdunenſium & Abbatum S. Vitoni*, ab an. Chriſti 1018, ad 1147, quorum *Boxhornius*, de *Republ. Leodienſi* , p. 204 meminit; *Chronicon S. Vitoni Virdunenſis* , *ab an.* 952 , *ad* 1598. apud *Labbeum* l. c. pag. 400 ad 404. Catalogum Præſulum *Virdunenſium*, à S. *Sanctino* , circa an. 118 , Eccleſiæ huic præſidente, usque ad *Franciſcum*, Lotharingiæ Ducem, an. 1623, per ceſſionem *Caroli* Fratris, factum Epiſcopum, recenſet *Gabriel Bucelinus* , part. 1 *German. Sacra*, pag. 38 & 39. In Itinerario *Antonini*, appellatur hoc Oppidum *Virodunum*, teſte itineris tractu, à *Durocortoro*, verſus *Divodurum* , ſeu *Metas*, ibi:

Durocortorum	
Baſilia	M. P. (mille paſſus) X.
Auxuenna	M. P. XII.
Virodunum.	M. P. XVII.
Fines	M. P. IX.
Ibliodurum	M. P. VI.
Divodurum.	M. P. VIII.

Vid. *Cluverius* , lib. 2 *Antiquit. German.* Cap. IX, p. 33 &c. & *Cellarius Geograph. Antiq.* lib. 2, Cap. 3, p. 188 ; *Venantio Fortunato*, lib. 3 Carm. XXVII, ad *Agericum*, Epiſcopum hujus Civitatis decimum, vocatur *Vereduna*:

Urbi Vereduna brevi quamvis claudaris in Orbe,
Pontificis meritis amplificata places.

Apud *Gregorium Turonenſem*, lib. 3 *Hiſt.* cap. 34, p. m. 67, Tom. 1 *Scriptorum Rer. Francic. Freheri*, legimus: *Deſideratus autem Viridunenſis Epiſcopus . . . . & Epiſcopatu apud Virurunenſem*, (forte: *Viridunenſem*) *Urbem, potiretur &c.* Sic *Aimoinus* , lib. 1 de *Geſtis Francorum* , cap. 17, l. c. p. 266 : *Contra hunc Regem* (Clodoveum) *Cives Viridunenſis Urbis rebellaverunt &c.* & lib. 2, cap. 25, p. 289: *Deſiderato, Viridunenſi Epiſcopo &c.* Eadem eſt electio in *Transactione Procaſpidana*, ſuper *Regnum Lotharii* , inter *Ludovicum Germaniæ*, & *Carolum Calvum*, Galliæ, Reges, an. 870, cujus præced. Tit. 2 , §. 8 , lit. a, pag. 59 memini, apud *Nithardum* , lib. IV *Hiſt.* p. 490 , Edit. Pithoean: *Hac eſt diviſio, quam Karolus , de eodem Regno , ſibi accepit : Lugdunum , Veſontium , Viennam, Tungris, Tullum , Viridunum , Cameracum &c.* Add. *Annal. Franc. Pithœani* , ad an. 879 , p. 101: *Cum magno exercitu in Galliam perrexit* , (Ludovicus German. jun.) *venitque usque Viridunum &c.* ita & *Annal. Fuldenſ. Freheri* h. a. pag. 43. In Codice antiquiſſimo , de *Metropolibus* , an. 810 ſcripto, habetur *Viriduno* ; vid. præced. lit. x. Alibi extat *Virdunum*, v. g. in *Annalib. Pithœanis*, ad an. 843. p. 40, & *Fuldenſibus* an. eod. p. 19 : *Apud Virdunum, Galliæ Civitatem &c.* & Chron. *Frodoardi* , ad an. 923, Edit. Pithoean. p. 119 : *Dado, Virdunenſium Epiſcopus, obiit &c.* & ad an. 925, p. 126: *Heinrico* (Aucupi , Germaniæ Regi) *cuncti ſe Lotharienſes committunt, & Ipſe Bernuino , Dadonis Epiſcopi Nepoti, Epiſcopium Virdunenſe concedit &c.* rurſus, ad an. 940, p. 149 : *Berengarius, Virdunenſis Epiſcopus, conſecratur ab Artaldo , Remenſi Archi-Epiſcopo &c.* An. 948, interfuit *Berengarius*, *Virdunenſis*, Ingelheimenſi Synodo , in cauſa, *Ludovicum* Regem inter & *Hugonem* Principem , nec non, inter modo dictum *Artaldum* Remenſem, & *Hugonem* , illicitè ei ſubſtitutum Antiſtitem , convocatæ, ibid. p. 170. De *Lothario* , R. Gall. inquit *Wilhelmus Nangius* , in Chronico, ad an. 984, p. 210, Edit. Pithoean: *Virdunum quoque ad deditionem coëgit &c.* & ad an. 985, l. c: *Virdunum Urbem reddidit &c.* Primus, ut dictum, Epiſcopus celebratur, *Sanctinus* , *Dionyſii Areopagitæ* diſcipulus; ſed quo fundamento? vid. *Zeiler*, part. 3 *Topograph. Gall.* voc. *Verdun.* p. 35. In *Procaſpidana* Transactione an. 870, *ceſſiſſe* hoc Oppidum *Carolo Calvo* , Galliarum Regi, una cum *Tullo* , jam monui. Utrumque autem , ſub *Henrico Aucupe* , ad Germaniam rediiſſe, Tabulæ, de quibus præced. Tit. 2, §. 8 , lit. a, pag. 62 evolvas , adductusque *Frodoardi* locus ad an. 925, teſtantur. Cæterum, paria cum *Mediomatrico* fata ſubiit , *Henrico* 2, Galliarum Rege, an. 1552, præſidium ei imponente , quamvis nec Imperium juribus ſuis propterea renunciaverit, nec *Virdunenſes* Epiſcopi , qui conſtanter *Receſſibus Imperii* nomina Legatorum ſuorum, apponi curarunt, v. g. *Auguſtano*, an. 1566, quem, auctoritate

Nicolai

Nicolas Pſaulme, *Biſchoffen zu Verdun*, ſubſcripſit *Claudius von Seresourt &c.* *Spirenſem* An. 1570, ejusdem juſſu, ſignavit: *Franciſcus le Clere, D. Procurator Generalis.* *Ratisbonenſem* an. 1576, corroborarunt, cum aliis: *des Stiffts Verdun*, (Legati) *Jacob Lasle, und M. Humbertus de la Plume, Syndicus &c.* *Auguſtanus*, an. 1582, ſubſcriptus eſt nomine: *Niclauſen Bauſmar, Biſchoffen und Grafen zu Verdun;* à *Johanne Boucard, der Rechten Licenciat.* *Ratisbonenſem*, an. 1594, nomine: *Dechanten und Capituls zu Verdun*, ſubſignarunt: *Jacobus Bulrurault, Thumbherr daſelbſt, und M. Rupertus de la Plume.* In ſubſcriptione *Ratisbonenſis*, an. 1641, loco *Frantzen, Hertzogen zu Lotthringen, als Biſchoffen zu Verdun*, occurrunt: *Sebaſtian Denich, der H. Schriffs D. der Domſtiffter zu Regenſpurg, Augſpurg und Verdun, reſp. Dom-Dechant und Domherr, und Anthonius Rouſſelot von Hedinal, der Rechten Lic. &c.* Magno animi fervore Præſulem hunc priſtina Eccleſiæ ſuæ Jura propugnaſſe, documento eſt libellus, an. 1641, 30 April. Ejus nomine, in Comitiis lectus, apud *Lundorpium* T. V *Act. Publ.* §. 97, p. 229, §. *So haben wir Ew. Ld. und Euch, freund und wohlmeinend zu Gemüth führen ſollen, welcher geſtalt Unſer Biſtumb Verdun, ein unmittelbahrer gehorſamer Stand des H. R. Reichs, nun von vielen Seculen hero, biß auf gegenwertige Stund, geweſen, demſelben offters für eine Vormauer gedient, und einiges anderes Oberhaupt niemahls, als einen Ræmiſchen Kayſer, erkennen wollen &c.* His autem non obſtantibus, an. 1648 per *Inſtr. Pac. Weſtphal.* Galliæ Regi & Coronæ, Epiſcopatus hic in perpetuum traditus eſt. Vid. præced. lit. y, & *Zeiler*, *Topographia Palatinatus Rheni*, voc. *Verdun.*

(*aa*) TULLENSIS; Seriem Epiſcoporum *Tullenſium*, à *S. Manſueto*, ab ipſo *Petro* Apoſtolo, miſſo, ad *Carolum*, Lotharingiæ Ducem, uſque, ſubminiſtrat *Gabriel Bucelinus*, part. 1, *Germ. Sacræ* p. 37 & 38. Duo *Leucis* Oppida vindicat *Ptolemæus*: Τοῦλλον & Νάσιον, *Tullum* & *Naſium*, quorum poſterius de moderno *Nancejo*, (Nanſy) Lotharingiæ Ducum Sede, *Cluverius*, lib. 2 *German. Antiq.* Cap. IX, p. 33, interpretatur; reluctari vero ſententiæ huic *Antonini Itinerarium*, itinere à *Durocortoro*, *Divodurum*, ſive, à *Rhemis*, *Metim* verſus, probat *Cellarius* lib. 2 *Geograph. Antiq.* cap. 3, p. 186, utpote cujus hæ rationes:

Durocortorum	
Fanum Minervæ,	M. P. (mille paſſus) XIV.
Ariolam.	M. P. XVI.
Caturigas.	M. P. IX.
Naſium,	M. P. IX.
Tullum.	M. P. XVI.
Scarponam.	M. P. X.
Divodurum.	M. P. XII.

Jam omnibus notum eſt, *Durocortoro Divodurum* proficiſcentibus *Tullum* prius objici, & *Nancejum* demum poſtea. Hinc *Valeſio*, in *Tulla*, accipiendum id videtur, de Vico: *Grand Nanci*, haud longe à fluviolo *Orna*. Frequens *Tulli* mentio, in dicto Itinerario; vid. *Cluverius* l. c. p. 33 & 34; *Tabula Peutingeriana* appellatur *Tullium*, vid. l. c. Antiquiſſimus Codex de *Metropolibus*, an. 810 ſcriptus, legit *Tullo*, vid. præced. lit. x. Tranſactio *Procaſpidana* an. 870, habet *Tullum*, vid. præced. lit. z. *Goſienus*, *Tullenſis* Antiſtes interfuit Ingelheimenſi Synodo, an. 948, cujus l. c. memini. De Primis Epiſcopis, ſcribit *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 446, p. 35: *Apud Tullum fuerunt iſti Epiſcopi: S. Manſuetus, S. Amon, S. Alcha, S. Celſinus, S. Aſpitius, S. Urſus, S. Aper, S. Albinus, Triſorigus* Nonus. Reliquos recenſet *Bucelinus* l. c. Dominos, pari paſſu, cum *Mediomatrico*, & *Viroduno*, imitavit an. 1552, à Galliarum Rege, *Henrico* 2. interceptum. Vid. præced. lit. y & z. Epiſcopi tamen Jura ſua in Imperio diu ſalva retinuerant, ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii teſtibus, veluti *Spirenſis* an. 1570, quem, nomine *Petri de Caſtelleto, Biſchoffe und Graffen zu Tull*, ſignavit: *Johan Byſanzer, von Beſſurt D. Lotthringiſcher Rath &c.* *Auguſtani*, an. 1582, cui, juſſu *Carln von Lotthringen, Cardinals von Vaudemont, Biſchoffen, und Graffen zu Tull*, nomen ſubjecit: *Reilatus Olerius, Lothringiſcher Rath und Secretarius &c.* *Ratisbonenſis*, an. 1594, ſubſcripſit, auctoritate *Chriſtophori à Valle, Biſchoffen zu Tull, à Franciſco Navell, der Collegiat Kirchen S. Euchari zu Liberdun Dechant, und Claudio à Valle, Herr zu Vallee &c.* Anno vero 1648, per Inſtr. Pac. Weſtphalicæ tranſlatum hunc Epiſcopatum in Regem Coronamque Galliæ, in perpetuum, præced. lit. y, oſtendi. Conf. *Zeiler*, part. 3. *Topograph. Gall.* voc. *Toul*, p. 34. Exorto bello *Lotharingico*, an. 1670, cum Galliæ Rex, ductu Mareſchalli *Crecquii Carolum* Ducem ſedibus ejiceret, isque, pacis amore, præſcriptas ſibi Leges, cedendo, inter alia, Victori *Nancejo*, ſuſcipere cogeretur, cautum eſt in *Inſtr. Pac. Noviomagenſis*, an. 1679, Art. XVII; *Viciſſim etiam S. R. Maj. Chriſtianiſſima, pro ſe, & Corona Galliæ, cedit, in compenſationem dictæ Urbis Nancei, transfertque in prædictum Ducem, ejusque Hæredes & Succeſſores, Superioritatem, Supremum Dominium, & proprietatem Urbis Tullenſis, & ejusdem Suburbiorum, cum omnibus aliis juribus, ſpeciatim Patronatus, prærogativis & præeminentiis, quæ Coronæ Galliæ in dicta Urbe Tullenſi, ejusque Suburbiis, & Banno, vulgo Finage, competebant, aut competere debebant, ita, ut prænominatus Dux, ejusque Hæredes & Succeſſores, iis omnibus, ſine ulla retentione, aut reſervatione, plenariè fruatur &c.* & Art. XIX: *Rex Chriſtianiſſimus renunciabit, uti &, præſenti Tractatu, renunciat, in perpe-*

perpetuum, pro ſe, Hæredibus & Succeſſoribus ſuis, ad manus Summi Pontificis, juri nominandi, ſive præſentandi, Epiſcopum Tullenſem, ſibi, à Summo Pontifice, Clemente IX, indulto, ita, ut liberum ſit prædicto Duci, pro eo obtinendo, ad Sedem Apoſtolicam recurrere &c. Quæ tamen, per *Inſtr. Pac. Ryſwicenſ.* an. 1697, Art. XXVIII & ſeqq. ad XLIII usque, rurſus immutata, Sereniſſimo Duce Lotharingiæ, in plenariam poſſeſſionem eorum Statuum, Locorum Bonorumque, quæ Parens Ejus, Dux *Carolus*, an. 1670, poſſederat, nonnullis faltem inde exceptis, reſtituto. Vid. Dn. *Cortrejus, Obſervat.* ad hoſce Pacis Articulos, p. 329 &c. & Dn. *Fritſchius*, in Notis ad eosdem, p. m. 198 &c.

(*bb*) MAGDEBURGENSI &c. Suffraganeos hujus Archi-Epiſcopatus complectitur Bulla ipſius Romani Pontificis, *Johannis* XIII, de erectione Ejus, aliarumque ſubjectarum ei Eccleſiarum, ſcripta an. 967, apud *Sagittarium* de *Antiquitatibus Magdeburgicis*, §. 97, p. 68: *Suffraganeos vero eidem Metropoli* (Magdeburg) *omnes unanimiter præordinavimus, Brandenburgenſem Epiſcopum, & Havelbergenſem - - - poſtea vero, idem Archi-Epiſcopus, & ſucceſſores ejus, habeant poteſtatem, per congrua loca, ubi, per illorum prædicationem Chriſtianitas creverit, Epiſcopos ordinare, nominatim, nunc, & præſentaliter: Merſeburg, Cici & Miſni, à præſenti decima Indictione* (adeoque an. 967) *perpetualiter confirmamus permanendum &c.* Eorundem meminit *Adamus Bremenſis*, lib. 2 *Hiſt. Eccleſ.* cap. VIII, p. m. 47: *Magdaburgenſi* autem *Archi-Epiſcopatui ſubjecta eſt tota Sclavonia, usque ad Penem fluvium. Epiſcopatus Suffraganei quinque, quorum Merſburg & Cicia, ſuper Salam flumen condita; Miſnia vero ſuper Albiam; Brandenburg & Hevelberg, interius vadunt &c. Sextus Epiſcopatus Slavoniæ eſt Aldinburg, quem, quia nobis vicinior eſt, Imperator Hammaburgenſi Archi-Epiſcopatui ſubjecit, ibique Archi-Epiſcopus noſter, Edwardum, primum ordinavit Epiſcopum, quem latine dicimus Evagrium &c.* Quæ *Helmoldus* lib. 1 *Chron. Slavor.* cap. XI, p. m. 30, & *Albertus Stadenſis*, ad an. 971, p. m. 108, repetunt: Conf. *Speculum Saxonicum*, lib. 3, Art. LXII, §. 3, apud *Goldaſtum* de *Conſuetudinib. Imper.* p. 162, *Theodoricus de Niem*, de *Privilegiis & juribus Imperii*, in vita *Ottonis I*, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. 261, & præced. pag. 495; *Theodericus Engelhuſius*, de *Imperatoribus, è Domo Brunſuicenſi oriundis*, apud *Maderum, Antiquit. Brunſ.* p. 32; *Pauli Langi Chron. Citizenſe*, apud *Piſtorium*, p. 755, 758 & 761. *Caſpar Bruſchius*, de *Epiſcopatibus Germaniæ*, cap. 1, p. 2; *Alberti Cranzii, Metropol.* lib. 3, cap. 28, p. 76, *Baronius* T. X Annal. an. 971, §. XI, p. m. 807. Alii. *Ditmarus Merſeburgienſ.* lib. 1 *Chron.* p. m. 20, addit *Poſnanienſem*, ad an. 970, de *Adelberto*, primo Archi-Epiſcopo, ſcribens: *In his feſtivis diebus conſecravit Boſonem, Merſeburgenſis Eccleſiæ Paſtorem; Burckardum, Miſnenſis Eccleſiæ Proviſorem; Hugonem, Epiſcopum Cicenſem. Havelburgenſis Eccleſiæ Cuſtodem, his Tudonem cooptavit, prius conſecratum. Omnes hos, inquam, conſecravit, ſubjectionem ſibi ſuisque promittentes Succeſſoribus diſpoſita ſingulis quibusque Parochia ſpeciali.*

Additus eſt his Confratribus, Brandeburgenſis Eccleſiæ Paſtor, Ditmarus, ante hos unctus, & Jordan, Epiſcopus Poſnanenſis &c. Ita & *Chronographus Saxo*, ad an. 970, p. m. 182: *Præterea, ſtatuit* (Pontifex) *eum eſſe Metropolitanum totius, ultra Salam & Albiam, Sclavorum Gentis, tunc ad Deum converſæ, vel convertendæ, &, ut, ſecundum deſiderium Imperatoris, in his Civitatibus, in quibus olim Barbari ritus maxima viguit ſuperſtitio, id eſt: Cizi, Miſni, Merſeburch, Brandeburch, Havelberga, Poznani, in honore Domini, Epiſcopia fundarentur, quorum Paſtores, ſecundum Canonicam autoritatem, Magdeburgenſi Archi-Epiſcopo, fidem & ſubjectionem debendo, ſociarentur &c.* & *Gobelinus Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, cap. 48, apud *Meibomium* T. I *Rer. German.* p. 251, & 737; & *Chronicon Magdeburgenſe*, apud eundem, l. c. Tom. 2, p. 274, quamvis, loco *Poſnam*, legat *Pornam*; Conf. *Sagittarius* l. c. §. 96, p. 66; & §. 113, p. 86. Ante erectum hunc Archi-Epiſcopatum, *Havelbergenſem* & *Brandeburgicum* paruiſſe *Moguntinæ* Sedi, præced. lit. c, innui. Teſtes ſunt, vel ipſe *Hatto*, Moguntinus Præſul, in conſenſus diplomate, deſuper exarato, apud *Sagittarium* l. c. §. 114, p. 87: *Epiſcopos vero ultra Albiam, Brandenburgenſem ſcil. & Havelbergenſem; Noſtræ hactenus Eccleſiæ ſubjectos, à debita Nobis obedientia abſolvimus, & præſcripta Magdeburgenſi Eccleſiæ, ejusque Archi-Epiſcopo, obedituros, æque permittimus, & conſentimus &c.* & *Chronographus Saxo* ad an. 939, p. m. 157: *Otto Imperator Brandenburg & Havelberg Epiſcopia fundat, & Moguntini Suffraganeos eſſe conſtituit &c.* & *Chronicon Magdeburgicum* cit. p. 274: *Dudo quoque, Havelbergenſis, & Dudellinus Brandenburg. Epiſcopi, prius quidem Moguntino Archi-Epiſcopo ſubjecti, ſed tunc, agente Imperatore* (Ottone Magno) *à debita ſui obedientia abſoluti, Magdeburgenſi Eccleſiæ, & ejus Archi-Epiſcopo, cum præfatis Confratribus* (Merſeburgenſi, Miſnenſi & Cizenſi, Epiſcopis) *fidem, & ſubjectionem promiſere &c.* De aliis ne dicam.

Quantum ad ipſam *Archi-Epiſcopatus* noſtri originem,

Digitized by Google

129 &c. *Pauli Langi*, Bozavienſis Monachi, *Chronicon Citizenſe*, ab an. 968, ad an. 1515, apud *Piſtorium, Tom. 2, Rer. Germ.* p. 755 &c. *M Juſtini Pertuchii*, Monaſterii *Portenſis*, Rectoris, *Chronicon Portenſe*, an. 1612, Lipſ. 4. *Gabrielis Bucelini*, *Catalogus Epiſcoporum Naumburgenſium, ſive Citizenſium*, ab *Hugone*, usque ad *Julium Pflugium*; part. I. *German. Sacr.* pag. 41 & 42. *Caſparis Sagittarii*, *Hiſtoria Eccardi 2, Marchionis Miſniæ*, &, in ea, *Tranſlatio Sedis Epiſcopalis Ciza-Numburgum*, Jenæ, 1680, 4; Ejusdem *Hiſtoria Epiſcoporum Numburgenſium*, ab Epiſcopatus origine, ad præſentem usque ſtatum; Jenæ, 1683, 4. Erectum hunc Epiſcopatum, ab *Ottone Magno*, *Ciza*, an. 968, perhibent *Conradus Evermotus*, *de Epiſcopis Aldenburgenſibus*, præced lit. cc. Ejusque primum Præſulem, *Hugonem*, ex Monacho, ab *Adelberto* Magdeburgico, inauguratum, præced. lit. bb, dicta teſtantur. Contigiſſe hanc inaugurationem an. 968, *Johannes Iſenacenſis*, ab initio *Chronici* ſui; *Paulus Langus* l. c. p. 755; *Büntingius*, *Chron. Brunſuic.* p. 92, aliique multi, affirmant, vid tamen l. c. allata; ubi ipſe *Adelbertus* anno demum 970, vel 971, conſecratus dicitur. Succeſſere ei: *Fridericus; Hugo 2*, & *Hildewartus*, ſub quo, *Conradus 2.* Imperator, an. 1029, per *Johannem* XX P. R. Epiſcopatum *Cizâ Numburgum transferri* curavit. Exhibet translationis Bullam, Indict. XII, (adeoque, an. 1029,) 10 *Dec. per manus Georgii, Notarii, Regionarii, atque Scriniarii S. Apoſtolicæ Sedis*, ſcriptam, *Sagittarius*, cit. Hiſtoria *Eccardi* 1, Sect XI, §. VI, pag. 15. &c. ubi, inter alia: *Quia Filius Noſter, Chriſtianiſſimus Imperator Conradus, ferbens hoc deſiderio petiit, ſuis litteris ac nunciis, rogans .... licentia, qua inconſulta, aggredi tantum opus nolebat, liceret Vobis*, (Ildewardo, ſeu Hildewardo, Epiſcopo) *& Sibi, cujus intuitu, providentia, ac moderatione, erat inventum, Epiſcopatum Siticenſem, ad honorem SS. Apoſtolorum, Petri & Pauli, conſecratum, in Nuenburgum, locum munitum, & ab hoſte, ſolito deprædari eum, remotum, tranſmutare; quem locum hæres cujusdam Wichardi Ducis, cotidianam deſolationem illius, & deprecationem dicti Imperatoris non ferens, Sancta Eccleſia Sitizenſi, perpetuo jure contulit, inclinati precibus .... Confratris noſtri, H.* (i e. *Hunfridi*) *Magdeburgenſis, Archi-Epiſcopi, & hæredum dicti Wichardi, videlicet: Hermanni Marchionis, & Germani ſui, Eccardi, conſilio omnium Epiſcoporum, & Clericorum noſtrorum, licentiam damus, ac inde tranſmutari, & in Numburgo extrui, & in perpetuo manere, Apoſtolica auctoritate, vindicamus &c.* Conf. ejusdem Pontificis *Bullam Confirmatoriam*, per manus dicti Notarii, *in Menſe Martio, Indict. XV*, conſequenter an. 1032, apud *Sagittarium* l. c. §. VIII, p. 19: *Rogatu Filii Noſtri, Chriſtianiſſimi Imperatoris Kunradi, & Confratris Noſtri, Hunfredi, Magdaburgenſis Archi-Epiſcopi, nec non illorum, qui hæreditatem ſuam Eccleſiæ contulerunt, videlicet Hermanni Marchionis, & Germani ſui, Ekkihardi, & maximè, pro magna utilitate, & ſecuritate Eccleſia tua*, (Hildewardi Epiſc.) *conſilio Epiſcoporum, & Clericorum noſtrorum, Sedem Epiſcopalem de Ziza, in Nuenburg, transferre conceſſimus &c.* Audiamus ipſum Cæſarem, in Diplomate, *Quedlinburgi*, an. 1032, 16 Kal. Januar. Indict. XV, exarato, quo Eccleſiæ *Numburgenſi* Regalem Curtem, *Balgſtadt*, dono dat, apud *Maderum, Antiq. Brunſuic.* p. 216, & *Sagittarium* l. c. Sect. XI, §. 9, p. 21 & 22: *Quarum nimirum* (Eccleſiarum) *neceſſitati condolentes, &, Dei nutu, conſulere cupientes, Epiſcopatum, in Citicenſi loco, à Venerabili Progenitore Noſtro, Ottone, conſtructum, ad Nuwenburg, propter pacis firmitatem, & Religionis augmentum, tranſtulimus, & immutavimus &c.* Idem docent: *Johannes Iſenacenſis* l. c. in Vita *Hildewardi*, p. 130; *Paulus Langus* l. c. in ejusdem vita, p. 771; *Albinus, Chron. Miſn.* lib. 1. T. 22, p. 283; Dubio interim caret, ad fundationem hujus Epiſcopatus, laudatum *Eckardum*, Miſniæ Marchionem, multum quoque contribuiſſe; quam in rem, in *Chronico Montis Sereni*, ſub finem an. 1171, p. m. 39, legimus: *Mortuo Dithmaro, Suanebildis, ejus relicta, nupſit Ekkehardo Marchioni, filio Guntharii Marchionis de Thuringia, qui Nuenburgenſem fundavit Epiſcopatum &c.* Jung. *Sagittarius* l. c. Sect. XI, §. 5, p. 15, & Sect. XIII, p. 25. De metamorphoſi Sec. XVI, legas præced. lit. cc. Ab an. 1559, nulla horum Epiſcoporum, in Receſſibus Imperii, mentio; quandoquidem, poſt fata *Julii Pflugii*, an. 1564, Epiſcopatus hic non niſi Ducibus & Electoribus Saxoniæ paruit; è quibus, *Johannes Georgius I*, per ſæpius adductum Teſtamentum, an. 1652. 20 Jul. Dresdæ, conditum, Filiorum natu minimo, Dn. *Mauritio*, eum vindicavit, conſtituens: *Und dann Unſer Vierdter Sohn, Hertzog* Mauritius &c. *über das gantze Stiffe Nauenburg und Zeits, welches Sr. Ld. durch Unſern, vor deſſen angewandten Fleiß, und gehabte Vorſorge, ebenmæſſig zufallet; die Herrſchafften Taudenburg, Frauen-Prieſnitz, Niedertrebra, Vogtsberg, Plauen, Pauſſa,* (non *Panſſa*) *Triebtis*, (non *Triebtin*,) *Arnshaug, Wenden, Zügenrück, und Unſern Antheil an der Graffſchafft Henneberg &c. haben und behalten &c.* Vid. *Sprengeri Lucerna*, cap. 2, p. 129, & 30. Ill. Dn. *Stryck de Cautelis Teſtamentorum*, Append. p. 36; *Europ. Herold* Tom. 1. p. 244, & 245, memor obitus *Julii Pflugii* ſcribens: *Nun wüſte Churfürſt Auguſtus zu Sachſen wohl, worzu Seinem Hauſe die Stiffter behæglich waren, recommendirte alſo ſeinen Printzen,* Ale-

Alexandern, zum Adminiſtratoren, und als dieſer des Jahrs hernach (obiit autem an. 1565, 8 Oct:) plœtzlich verſiele, capitulirte Er mit dem Capitul, auf ein und zwanzig Jahr, daß bey Ihme, und ſeinen Chur-Erben, das Stifft ſo lange bleiben ſolte. Und weil Chur-Brandenburg, und andere Reichsfurſten mehr, die Stiffts-und Kloſter-Intradem theils ad pias cauſas verwandeten, theils zur Kammer einzogen, und denen Capitulen ihre Gerechtſame und Helungen überlieſſen, ſo brauchte ſich der Churfürſt auch dieſer Freyheit, und ließ die Eccleſiaſtica, durch das Conſiſtorium verſorgen. Nach Churfürſt Chriſtian I, hat Hertzog Auguſtus zu Sachſen, und nach Ihme, Churfürſt Johan Georg I, die Adminiſtration überkommen, und, wie obgemelt, auch von dieſem Stiffte, in ſeinen letzten Diſpoſitionen, Verordnung gethan; gegen gewiſſe Reverſales aber, und daß der Churfürſtl. Hoheit nicht ſolte Nachtheil zuwachſen, hat Churfurſt, Johann Georg II, geſchehen laſſen, daß ſein jüngſter Herr Bruder, Hertzog Moritz an. 1660, Vor dem Kayſerlichen Thron, die Inveſtitur, über die Stiffts-Regalien, geſucht und erworben hat. Er vereinbart ſich, auf gleiche art wie ſein Hr. Bruder zu Merſeburg, mit dem Capitul, einer ewigwærenden, obwohl auf die Primogenitur, und Lineal-Succeſſion, reſtringirten Poſtulation. Und ereigneten ſich, zwiſchen Churfürſten Johann Georg III, und ſeinem, Hertzog Moritzens, Hr. Sohn, Hertzog Moritz Wilhelmen, wegen der Stiffts-Gerechtſamen, nicht geringe Irrungen, welche, biß dieſe Stunde, ihre Erledigungen noch nicht völlig erhalten können &c. Dn. ImHoff Not. Proc. Imp. lib. 2, Cap. VII, §. 26, & 27, p. 43. Hæc lites hodie evanuere. Adminiſtratore MAURITIO WILHELMO Joannis Georgii I. Electoris Nepote, qui adminiſtrationem Epiſcopatus Naumb. ab an. 1681 obierat, atque an. 1717 Religionem Romano-catholicam profeſſus erat, eamque paullo poſt an. 1718 repudiarat, die 14 Nov. ejusd. anni pie defuncto. Capitulum enim Numburgenſe, ſvadente Inſtr. Pac. Weſtph. art. V. §. 15. Si igitur Catholicus &c. in locum Adminiſtratoris Romanam Religionem amplectentis, Menſ. Maj. an. 1717 hodiernum Sereniſſimum Dn. Electorem Saxoniæ FERIDERICUM AUGUSTUM II, tunc temporis Principem Elect. hereditarium jam poſtulare non dubitaverat. Quin imo glor. m. Rex & Elector FRID. AUGUSTUS I. poſt deceſſum Mauritii Wilhelmi terras hereditarias Citizenſes ſtatim occupavit, Eique anno 1726, beneficio Capitulationis certæ, homagium in Epiſcopatu Naumburgenſi eſt præſtitum. Conſtat Epiſcopatus Inſigne Clavi & Gladio argenteis, decuſſatim trajectis, rubea in area. Quibus titulis, Votum & Seſſionem in Comitiis Imperii prætendat, præced. lit. ee, commemoravi.

(ff) BRANDENBURGENSIS &c. Parum de Epiſcopatu hoc mihi conſtat, niſi quod, præced. lit. bb, ex Chronographo Saxone, locum, quo initia ejus ad annum 939 referuntur, adduxerim, inſuperque teſtes nominaverim, Eum, ab initio, Suffraganeum fuiſſe Moguntinæ Eccleſiæ. Quibus addas Ebermotum, in Catalogo Epiſcoporum Aldenburgenſium, præced. lit. ee, repetentem ſimul ejus initia ab anno 960. Ditmarus lib. 3, Chron. p. m. 32, ait, eum, dudum ante Magdeburgenſem, fundatum: Transactis autem trium ſpaciis dierum, Slavorum conſpirata manus Brandenburgenſem Epiſcopatum, triginta annos ante Magdeburgenſem, conſtitutum, cum jam prima ſonaret, invaſit, fugiente prius tertio Antiſtite ejusdem, Volcmero, & Defenſore ejus, Thiedrico, ac Militibus ipſa die vix evadentibus. Clerus ibi capitur, & Dodilo, ejusdem ſedis Antiſtes, qui, à ſuis ſtrangulatus, tres annos jacuit ſepultus, tunc vero è tumulo eruitur, & integro adhuc ejus corpore, ac Sacerdotali apparatu, ab avaris canibus prædatur, & iterum temere reponitur &c. Memor Oppidi huius Zeilerus, in Itiner. German. Cap. XVII, pag. 383, Fundatorem Epiſcopatus celebrat Henricum Aucupem, verb: Und hat der Kayſer - - - - an. 927, ein Biſtumb daſelbſt angericht. In Topographia Brandenb. vero, voc. Brandenburg, p. 34, dubie ſcribit: Was das Brandenburgiſche Biſtumb anbelanget, ſo hat Kayſer Otto der Erſte ſolches an. 960, aufgerichtet, und zum Erſten Biſchoff dahin den Dylim, den D. Zacharias Rivander, in ſeiner Thüringiſchen Chronick, Dudelim nennet, geſetzt, wie abermahls Angelus (Chron. March.) lib. 2, fol. 52, ſchreibet. Wiewohl theils die Stifftung noch ſeinem Hn. Vater, Kayſer Henrico I. zueignen &c. Matthæus Dreſſerus in der Sächſiſchen Chronic, lib. IV, cap. 80, p. 309, & Spangenberg, Chron. Mansfeld. cap. 145, p. 148, malè erectionem hanc anno demum 973 factam arbitrantur; Circa an. enim 970, vel 971, Ditmarum Præſulem, ab Adelberto, Magdeburgenſi Archi-Epiſcopo, fuiſſe jam inauguratum, ſupra l. c. dixi. De incorporatione ejus, ut & Havelbergenſis & Lebuſienſis, Præſulatuum, inquit Conringius ad Lampadium, part. 3, cap. 6. §. 4, p. 211: Tres Epiſcopatus: Brandenburgenſem, Havelbergenſem, &c. Libuſſienſem, itidem jam tum, Anno ſuperioris Seculi (XVI) ſexageſimo quinto, productis (7 April.) in Judicio publicis documentis, Elector Brandenburgicus (Joachimus 2) ſuo Marchionatui vindicavit &c. Conf. Gaſtelius, de Statu Publ. Europ. Cap. XVII, §. 10, p. 570. Zeiler, Topograph. Brandenb. l. c. Ultimos Præſules Sec. XVI: Joachimum de Bredaw, electum an. 1487, Hieronymum, ſculteti Gramſchitzenſis, prope Glogoviam pagi, filium, Oratorem excellentem, cui Lutherus theſes de Indulgentiis, inſcripſit, anno 1522 defunctum; Theodoricum de Hardenberg, an. 1527 extinctum; Matthiam de Jagow, an. 1544, ad plures abeuntem, & Joachimum, Caroli, Munſterbergenſium Ducis, filium, poſt reſignatam Epiſcopam, an. 1563, mortuum, à cujus obitu, Joachimus Fridericus,

Digitized by Google

laudati Electoris Brandenburgici, *Joachimi* 2, ex filio, *Johanne Georgio* Electore, nepos, poſteaque Elector, eandem conſecutus ad poſteros tranſmiſit, offendis apud *Chytræum*, Lib. XXXI *Saxoniæ*, p. 955. Epiſcopo huic votum quondam & ſeſſionem in Comitiis fuiſſe, ex R. I. *Wormatienſis* an. 1521, ſubſcriptione, diſcimus, ubi, inter cæteros Præſules, conſpicuus quoque *Hieronymus*, *Biſchoff zu Brandenburg*. Antiquitatem & fata Oppidi *Brandenburg*, habes apud *Zeilerum* l. c. pag. 32 &c.

(gg) HAVELBURGENSIS &c. Juxta *Chronographum Saxonem*, ad an. 939, p. 157, cœpit hic Epiſcopatus, hoc ipſo an. 939, vid. præced. lit. bb. *Evermotus* contra in *Catalogo Epiſcoporum Aldenburgenſium*, præced. lit. cc, ponit annum 946; ſic & *Zeilerus*, *Topograph. Brandenb.* voc. *Havelberg*, pag. 66: *Was das Biſthum alhie anbelangt, ſo ſchreibet Angelus, in der Marckiſchen Chronic*, lib. 2, fol. 47, *daß Kayſer Otto der Erſte*, an. 946, *ſolches geſtifftet, deſſen Erſter Vorſteher Udo geheiſſen.* Idem docet *Chytræus*, lib. V, *Saxon.* p. 122 & 123, Epiſcoporum ſimul catalogum exhibens, à dicto *Udone*, uſque ad *Ottonem de Konigsmarck*, an. 1501 electum. *Spangenbergius*, *Chron. Mansfeld.* cap. 145, p. 148, ejus ſaltem meminit ad an. 973. Primum Epiſcopum, *Tudonem*, ante annum 970, vel 971, ab *Adelberto*, primo Magdeburgenſium Antiſtite, non fuiſſe inauguratum, præced. lit. bb. adducta probant. Laudati *Ottonis Königſmarckii* Succeſſore, *Johanne Slaberndorffio*, an. 1520 defuncto, orta eſt lis inter *Joachimum I*, Electorem Brandenburgicum, Eccleſiæ hujus Patronum, & Capitulum, circa conſtituendum novum Præſulem; Capitulo enim ſpartam hanc committente *Georgio* à *Blumendal*, Prignicenſi, Viro Nobili & facundo, inſuperque *Leonis X* P. R. confirmationem merenti, oppoſuit ei Elector *Hieronymum Scultetum*, Brandenburgenſem Epiſcopum, ingenio & eloquentia præſtantem Conſiliarium, & compatrem ſibi familiariſſimum, eumque, contra Pontificis Decretum, & invito Capitulo, à fratre *Alberto*, Rom. Eccl. Cardinali, ac Moguntinenſi & Magdeburgenſi Archi-Epiſcopo, adjutus, an. 1521, introduxit. Re Romam delata, *Blumendalii* electio confirmata quidem eſt, intercedente vero Pontifice, aliorumque Principum rogatu, eum *Lebuſienſem* Epiſcopatum ipſi Elector deferret, eumque, in *Raceburgenſi* obtinendo juvaret, ſponte juri ſuo renunciavit. Vid. *Chytræus* l. c. lib. 8, ad an. 1520, p. 217; Ingreſſum ſepulchra Patrum *Hieronymum* an. 1522, 29 Oct. excipiens *Buſſo de Alvensleben*, exuvias mortales an. 1548, menſ. Majo, depoſuit. Quem *Fridericus*, *Joachimi* 2 Elect. Brand. filius, precibus, an mandato? Parentis, ſecutus eſt. Vid. *Chytræus* l. c. lib. 16, p. 432, & lib. 31, p. 955. Hoc itidem an. 1552, 3 Oct. reddente animam Deo, Epiſcopale munus obtinuit *Georgius de Blanckenberg*, Havelbergenſis Diœceſeos Capitaneus, cui, ad vitæ dies, *Joachimus* Elector adminiſtrationem ejus promiſerat; poſtea tamen Electoralis Princeps, *Johannes Georgius*, pro filio ſuo, *Joachimo Friderico*, cum illo tranſegit. Quo, an. 1556, ad Archi-Epiſcopatum Magdeburgicum evecto, ipſe Pater, eam in ſe ſuſcepit, &, productis ab Electore, hanc in rem, an. 1565, 7 April. in Judicio, publicis documentis, ad Poſteros, Electores, tranſmiſit, Vid. *Chytræus* l. c. lib. 31, p. 955. *Dreſſerus*, part. 4 *Iſagog*: *Zeilerus* l. c. & *Itinear. German.* cap. 17, p. 566; *Gaſtelius*, de *Statu Publ. Europ.* cap. 27, §. 10. p. 570.

(hh) SALISBURGENSI &c. *Caſpar Bruſchius*, de *Epiſcopis Germaniæ*, cap. 1, p. 2, inquit: *Quinta Archi-Epiſcopalis Sedes eſt Salisburgum, in Bavaria, ad Salſam, ſive Saltiſsum, amnem ſita, olim Juvavia, unde aliqui Fluvium etiam Juvarum appellarunt. De hac Sede ſic canit Celtis, in Secundi Amorum Elegia Septima:*

Eſt locus Aërias, ubi Noricus excipit Alpes,
Hic magnum Numen Bavara Terra colit.
Hic ubi conſurgit de ſeptem Sedibus una,
De Salſa, clarum nomen in Orbe gerens.
Quæ quondam fuerant Romana Juvavia dicta,
Juvit ut Jtalicos, ſæva per arma, viros.

Hæc Archi-Epiſcopalis Eccleſia habet ſub ſe Comprovinciales Epiſcopatus (1) *Tridentinum*, (2) *Brixienſem*, (3) *Patavienſem*, (4) *Friſingenſem*, (5) *Viennenſem*, (6) *Seccovienſem*, (7) *Gurcenſem*, (8) *Laventinenſem*, (9) *Chyemenſem*, *& olim etiam Ratiſponenſem; at is nunc ab omni Archi-Epiſcopali jugo liber & exemptus eſt, & ſolius Papæ eſſe dicitur &c.* *Viennenſem* omittit, Dn. *ImHoff*, lib. 3 *Notit. Proc. Imp.* cap. 1, §. 13, p. 60; fortè, quod in præſentiarum inter Ordines Provinciales Auſtriæ compareat. Vid. Idem l. c. cap. 3, §. 1, pag. 66. Fundamentum hujus diſtributionis, apparet jam ex vetuſtiſſimo Codice, de *Metropolibus*, anno 810, ſcripto, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Rer. Alaman.* p. 88, ubi: *Provincia Bajoariorum, id eſt, Noricus Ripenſis ſuper Danubium, ſive Noricus Mediterranea, habet Civitates numero VI: Metropolis, Civitas Juvavo, id eſt, Salzburg. Civitas Regino; Civitas Patavia; Civitas Frigiſienſis; Civitas Nova; Civitas Sabionenſis &c.* de *Juvavia*, vid. præced. §. 12, lit. c. Conf. Bulla *Eugenii III*, *Eberhardo*, Saltzburgenſi Archi-Epiſcopo, an. 1152 data: *Præterea, Eccleſia tua Suffraganeos, videlicet; Ratisbonenſem, Paſſavienſem, Friſin-*

Digitized by Google

Friſingenſem, *Brixinenſem*; *& Gruggenſem*, *tam tibi, quam tuis Succeſſoribus, confirmamus &c.* Vid. *Brevis Notitia Juris Metropolitici Saluburgenſis, in Eccleſiam Paſſavienſem*, §. XI, in *Electis Juris Publici curioſis*, de an. 1696, cap. 3, p. m. 356; & apud Dn. *Lunigium*, in *Sylloge Negotiorum Publicorum*, Tom. I, p. 1143. Jung. *Aloyſii Prioli*, Auditoris *Rotæ*, deciſum an. 1691, 26 Nov. in cauſa Juris Metropolitici *Salisburgenſis*, contra exemptionem *Paſſavienſis*, in dictis *Electis J. P. curioſis*, p. 380; & apud *Lunigium* l. c. pag. 1178: *Plures quoque enunciativæ, pro Eccleſia Salisburgenſi, deſumuntur, ex eodem corpore Conciliorum Generalium Labbei, & Coſſartii, ibi enim, in Apparatu, cap. 5. §. 8, fol. 16, ita legitur: Salisburgenſi, ſive Juvavienſi, Archi-Epiſcopo, per Leonem, Summum Pontificem, inſtituto, Saltzburg. ſuffragantur, & parent: Epiſcopi, Brixinenſis, Chiemenſis, Friſingenſis, Lavantinenſis, Gurcenſis, Paſſavienſis, ſeu Patavienſis, ad Oeni & Danubii Confluentes, Ratiſponenſis, Secovienſis, cum exemptis tribus Labacenſi, Neoſtadienſi, & Viennenſi &c.* Add. Vita *Gebhardi Salisburg*, Cap. XIV, ſeq. lit. oo. De hodierno Archi-Epiſcopo, vid. ſupra p. 1164.

(*ii*) RATISBONENSIS &c. Pertinent huc: *Laurentii Howardi*, *Catalogus Epiſcoporum Ratisbonenſium, ab Urbe condita, uſque ad an.* 1597, quem, ex MS. Codice Vindobonenſis Bibliothecæ, edere promiſit *Lambecius*. Eundem offendis apud *Wigulejum Hundium*, Part. I *Metropol. Salisburg.* p. 184 ad 220, à *Paulino* quodam, quem an. 470, vixiſſe tradit, uſque ad *Davidem Kœldrer*, an. 1567, 8 Id. Febr. electum, nec non apud *Bucelinum*, part. 1 *German. Sacræ*, pag. 44 & 45, ab eodem *Paulino* ad *Franciſcum Wilhelmum* uſque, *Wartenbergium* Comitem, an. 1661, ut præced. lit. t, monui, defunctum. Succeſſores ejus, *Johannem Georgium*, Com. *Herberſteinium*, an. 1663, 12 Jun. è viventium numero exeuntem; *Adamum Laurentium*, Com. *à Tœring*, an. eod. 2 Aug. electum, atque 1666, 17 Aug. defunctum; *Guidobaldum* Com. *à Thun*, Salisburgenſem ſimul Antiſtitem, an. eod. 8 Oct. huic Eccleſiæ præfectum, & an. 1668. 21-31 Maji, extinctum; *Albertum Sigismundum*, Ducem Bavariæ, 30 Jul. eod. an. poſtulatum annoque 1685, 4 Nov. exuvias mortales deponentem, & qui hunc eodem anno, excepit Dn. JOSEPHUM CLEMENTEM, *Ferdinandi Mariæ*, Bojorum Electoris, filiorum natu minorem, celebrat Dn. *Im-Hoff*, *Notit. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 13, §. 13, pag. 89. Principem hunc Epiſcopatui noſtro, cum *Leodienſem* conſequeretur, ex ſententia Romanæ Curiæ, an. 1694 8, 18 Sept. lata, renunciaſſe, ſequenti vero an. 1695, 27 Febr. altera vice, à Capitulo *Ratisbonenſi*, fuiſſe poſtulatum, & 19 Mart. à Papa confirmatum, atque an. 1706, ob cauſas notas ab Imperatore proſcriptum, & an. 1714. proſcriptione liberatum, nemo neſcit. Hoc autem an. 1716. reſignante, Epiſcopatum nactus eſt an. 1716. d. 26 Martii *Auguſtus Clemens*, Dux Bav. atque, poſt hujus abdicationem an. 1719. factam, Sereniſſimus & Rever. Dn. *Johannes Theodorus* Dux Bavariæ, frater ejus, an. 1719. d. 29. Jul. adeptus eſt Epiſcopalem dignitatem, in eaque an. 1721. d. 28 Sept. confirmatus. Antiquiſſimum hoc Oppidum eſt, in *Itinerario Antonini*, ut & in *Tabula Theodoſiana*, dictum *Reginum*; in *Notitia Imperii*, ſub *Rhatiarum* Duce, habes: *Caſtra Regina*. In *Vita S. Bonifacii* Moguntini, à primo Aichſtadenſi Epiſcopo, *Willibaldo*, conſcripta, Cap. IX, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 54, appellatur *Civitas Regina*; vid. præced. §. 12, lit. c, ſic & *Arnolfus* Imp. in Dipl. an. 887, apud *Gewoldum*, Addit. ad *Hundium* l. c. Tom. 1, pag. 247: Cum *Ambricho Venerabili Reginæ Urbis Epiſcopo &c.* & *Ludovicus* IV, R. German. in Dipl. an. 905, ibid. Tom. 2, pag. 21: *Actum Regina Civitate*: Qui, cum *Leone III*, P. R. an. 798, in diplomate quodam, ſcribente: *Juxta muros Tiburniæ Civitatis, quæ à Tiberio, Cæſare Auguſto, ædificata eſt, quæ modo vulgò appellata eſt Reginaſpurch &c.* Coloniam *Tiberii* inde fingunt, rectè à *Cluverio*, Cap. IV de *Vindelicia & Norico*, p. 18; *Zeilero, Itiner. German.* cap. 2, pag. 67 & 68; *Cellario*, *Geograph. Antiq.* lib. 2, cap. 7, pag. 331 & 332, aliiſque, vapulant. Nec ſatis accuratè, in vetuſto Codice *Carolino*, de *Metropolitanis* an. 810, præced. lit. hh, habetur *Regino*. Io præſeotiarum ei *Ratisbonæ*, ſeu *Ratiſponæ*, nomen tribui, vulgare eſt. Etymologiam ſuppeditat *Otto Friſingenſis*, lib. 2 de *Geſtis Friderici I* Imp. cap. 28, apud *Urſtiſium*, p. m. 469: *Imperator Ratiſponam, Norici Ducatus Metropolim, Curiam celebraturus ingreditur .... Hæc Civitas ſuper Danubium .... ex ea parte, qua prædicto, amni duo navigabilia, Regnus ſcilicet, & Naba, illabuntur flumina, poſita, eo quod ratibus opportuna, bonaque ſit, vel à ponendo ibi rates, Ratisbona, vel Ratiſpona, vocatur. Bajoariorum quondam Regum, modo Ducum, ſedes &c.* Pariter *Güntherus* Poëta, in *Ligurino*, lib. 1, apud *Reuberum*, p. m. 394:

Inde Ratiſpona, vetus ex hoc nomen habenti,
Quod bona ſit ratibus: vel, quod conſuevit, in illa,
Ponere nautæ rates &c.

Alii, natum nomen arbitrantur à *Regina*, Bojorum

Regis,

Digitized by Google

Regis, *Theodonis I*, Conjuge; Vid. *Petrus Bertius*, lib. 3 *Comment. Rer. Germ.* cap. 6, p. 238; addens tamen, rectius illud à dicto amne *Rego*, ſeu *Regno*, quem illic *Danubius* abſorbet, derivati ſententiam hanc veriorem laudante quoque *Jacobo Spigelio*, in Not. ad cit. locum *Guntheri*. De ſynonymis, ait *Andreas*, Presbyter *Ratisbonenſis*, in Chronico *Bavarico*, haud procul ab initio: *Licet ſupra dictum ſit, quod Norix, filius Herculis, Civitatem Bavariæ, quæ Ratiſpona dicitur, ædificaverit: in ſcriptis tamen Ratiſponæ reperitur, (quæ ſatis ſunt erronea) quod Anno effuſionis ſanguinis Chriſti, pro ſalute Generis humani, ipſa Ratiſpona, Metropolis Bavariæ, à Tiberio Cæſare, ſit condita, & Tiberina ab Ipſo nuncupata. Cujus etiam ſeptem nomina reperiuntur, ſcilicet: Tiberina, Quadrata, Ratiſpona, Hyatoſpolis, Germansheim*, (forte, Hermansheim, vid *Cruſ.* lib. 1 Annal. Suev.) *Reginopolis, & Imbripolis, vulgariter Regenſpurg.* Nugæ! addas: *Rhætobonna, Reginoburgum &c.* In calce diplomatis *Ludovici*, Regis Bavariæ, habetur: *Actum Regenſpurch, Civitate Regia.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 2. p. 12; ſimiliter in alio l. c. pag. 13; & in alio, pag. 14: *Actum Ratiſpona &c.* In alio, *Ludovici Germanici*, an. 852: *Actum Reganeſpurc.* Vid. l. c. pag. 502. Conf. *Zeilerus* l. c. pag. 68; *Bertius* l. c. pag. 238; Primum Epiſcopum communis fert traditio *Paulinum*; refellit autem eam *Marcus Velſerus*, in Scholiis *ad vitam S. Severini*, p. 670 & 671, *Tiburniam*, ubi *Paulinus* Pontificatum geſſerat, à *Reginoburgo* noſtro, longe diverſiſſimam fuiſſe, docendo, ſubſtituendoque ſimul, in ejus locum, duos Præſules legitimos: *Joſephum*, & *Cyrinum*, quos *Bucelinus* l. c. ignorat. Continua ſeries Antiſtitum, non niſi à *Garibaldo*, ſive *Gaubaldo*, aut, ut *Wilibaldus* l. c. habet, *Gaivaldo*, vid. præced. §. 12 lit. c; aut, ut *Otblonus*, Presbyter, in *Vita Bonifacii* laudati cap. 31, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 65, legit, *Gowibolt* (cujus integra verba & hic locum merentur: *Provinciam Bagoariæ, Otilone Duce conſentiente, in quatuor diviſit Parochias, treſque magnarum virtutum Viros, eis præfecit, quos, Ordinatione facta, in Epiſcopalem gradum ſublimavit. Quorum Primus, nomine Johannes, in Oppido, quod dicitur Saltzpurg, Cathedram Epiſcopalem ſuſcepit. Secundus Erinbertus, in Friſingenſi, Eccleſiæ Regimen Pontificale ſubiit. Tertius, Gowibolt, in Ratiſponenſi Civitate, quæ Metropolis Bagoariæ eſt, Pontifex conſtituitur. Vivalus quoque, à Præſule Apoſtolico jam ordinatus, Patavienſi Eccleſiæ prælatus eſt &c.*) circa an. 739, vel. 740 à *Bonifacio* Moguntino, *Gregorii III* P. R. juſſu, conſtituto, deducitur ab *Hundio*, *Metrop. Salisburg.* T. I. p. 187. De Officialibus Hæreditariis ait *Bucelinus* l. c. pag. 45: *Hereditarii Epiſcopatus Mariſcalli: Equites ab Egg; Dapiferi, Nothaſſii à Wernberg; Pincernæ, de Layminus; Camerarii, de Stingelheim, Epiſcopo inſervierunt*; modernos vero *Mareſchallos*, eſſe Comites de *Törring*, & *Pincernas*, Barones de *Pfetten*, teſtantur Dn. *ImHoff* l. c. §. 11, p. 89; *Europ. Herold* l. c. Dn. *Bilderbeck*, Reichsſtaat, Tom. 2. part. 5, cap. 16, §. 3. p. 54; Dn. *Zſchackwiz* l. c. Qu. 37, p. 508 & 509. Canonici Capitulares numerantur Duodecim, totidemque Domicellarii. Scutum abſolvit *Baltheum diagonale argenteum, in Campo rubro; Eine Silberne ſchragwerts gezogene Straſſe, im Rothen Feld.* Vid. *Europ. Herold* l. c. Dnn. *ImHoff* l. c. §. 2, p. 87, & §. 14 & 15, p. 90; *Spener, Op. Herald. part. ſpec.* lib. 3, cap. 27, §. 43, p. 679; *Bilderbeck* l. c. §. 4; *Zſchackwiz* l. c. Qu. 42, p. 510. Dotatores nominant, *Hundius*, part. I, *Bayeriſch Stammbuch*, p. 93; *Sprengerus Ellychn.* Cap. VI, p. 1752, *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. XV §. 58, p. 501, animadvertendo inſuper, quinque Status Imperii *Ratisbonæ* Sedem habere, nimirum (1) Epiſcopum (2) Abbatem, S. Emmerani (3) Abbatiſſam Monaſterii Superioris, *ſeu Ober Münſter*, (4) Abbatiſſam Monaſterii Inferioris, ſeu *Nieder Münſter*; (5) Civitatem ipſam. Dn. *ImHoff* l. c. §. 11. pag. 89. Qui Epiſcopatum hunc à Juriſdictione Metropolitani exemptum prædicant, ſequntur *Bruſchium*, cujus verba præced. lit. hh, recitavi.

(*kk*) PASSAVIENSIS &c. *Nicolai Schreitwini Catalogum Archi-Epiſcoporum Laureacenſium, & Patavienſium*, usque ad annum 1517, ex *Bibliotheca Vindobonenſi*, edere promiſit *Lambecius*. Huc faciunt: *Caſparis Bruſchii* Tract. de *Laureaco*, Civitate Norica, & *Patavio* Germanico, ac de utriusque loci Archi-Epiſcopis & Epiſcopis; *Baſil.* 1553, 8. quem tamen propterea *Wolffgangus Lazius*, libro XII commentariorum de *Republica Romana, in exteris Provinciis conſtituta*, Sect. VII, Cap. V, in fine ſuppreſſo licet nomine, plagii accuſat, ſuum, de *Veteri Laureaco*, tractatum, clam ſibi ab illo ſurreptum, &, dolo malo, editum eſſe, affirmans. Codex Ms. Bibliothecæ Cæſareæ, continens, præter Libros IV, de rebus à *Carolo Magno* geſtis, *Catalogum Archi-Epiſcoporum Laureacenſium, & Epiſcoporum Patavienſium, ab anno Chriſti 250, usque ad an. 1313*; de quo vid. *Lambecius* lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.* Cap. VIII, pag. 639. *Wigulejus Hundius*, Part. 1 *Metropol. Salisb.* p. 185, ad 437, ubi, Catalogus Præſulum, à S. *Laurentio*, ætate D. *Petri* Apo-

Apoſtoli floreſcente, uſque ad *Urbanum de Trenbach*, an. 1561, electum. *Petrus Bertius*, lib. 3 *Rer. German.* Cap. VI, p. 226, ad 230, exhibens eorundem Præſulum ſeriem; *Gabriel Bucelinus*, part. I *German. Sacr.* p. 45 &c. eandem ſiſtens, uſque ad *Leopoldum Wilhelmum* Archi-Ducem, qui, recipiente ſe ad Seculum Patruo, *Leopoldo*, an. 1626, Epiſcopatum hunc ſortitus, annôque 1662, 20 Nov. has res relinquens, ſuceſſorem nactus eſt, *Carolum Joſephum*, è fratre, *Ferdinando III* Imp. nepotem. Quo an. 1664 27 Jan. pariter mortuo, obtinuit *Pedum* hoc *Wenceslaus*, Com. de *Thun*, an. 1673, 6 Januar. extinctus. Poſt quem, eod. an. 10 Mart. Cathedram conſcendit, *Sebaſtianus*, L. B. (poſtea Comes,) à *Pœttingen*, an. 1689, 16 Mart. ſepulchra Patrum ingreſſus. Hunc tandem excepit, JOHANNES PHILIPPUS, Comes, de LAMBERG, Rom. Eccl. Cardinalis, lectus an. eod. 25 Maji, mortuus an. 1712, 20 Octobr. electo in Ejus locum An. 1713, 19 Jan. *Raymundo Ferdinando*, Com. de *Rabatta*. Huic an. 1722. d. 25. Oct. demortuo ſuccedebat Dn. JOSEPHUS DOMIN. FRANCISCUS KILIANUS Com. de LAMBERG, natus 1680; antea Epiſcopus Seccavienſis & Præpoſitus Paſſavienſis, Electus Epiſcop. Paſſav. 2 Jan. 1723; eximitur ab Archi-Epiſcopatu Salisburgenſi 1728; & tandem Cardinalis S. R. E. creatus 18 Dec. 1737. De Origine Oppidi ſcribit *Aventinus*, lib. I *Annal. Boic.* Cap. VI, §. 26, pag. 21. *In confinio etiam Bojoemiæ, Vindelicorum, & Noricorum, inter confluentes maximorum amnium, Danubii, Oeni, Illiſſi, Bojodurum, ab Bojo* (Rege Bojorum) *conditum exiſtit. Boiis id Turrim valet; Romani Bathaviam nominarunt. Utrumque retinet nomen, corrupto tamen licentia uſus & vetuſtatis ſono &c.* Id certum eſt, *Antonio* Imperante, *Batavorum* Cohortem, ſub Duce & Comite Rhætiarum, Caſtra in *Vindeliciis*, ad lævam Oeni ripam, habuiſſe, qui locus, in *Notitia Provinciarum Imperii*, inde *Caſtra Batavorum*; quandoque, ſimpliciter *Batava*, dictus; hinc Accolæ, *Battaw*, corruptius *Pattaw*, & *Paſſaw*, formarunt. Vid. *Bertius* l. c. pag. 226; *Cluverius*, de *Vindelicia & Norico*, Cap. V, p. m. 24; *Zeiler. Itiner. German.* Cap. VI, p. 149 &c. *Cellarius, Geograph. Antiq.* lib. 2, cap. 7, p. 332. Laudatum *Bojodurum*, *Ptolemæo*, Βοιόδουρον, & *Tabula Peutingeriana*, *Caſtellum Bolodurum*, à Trans-Rhenanis Bojis, in agrum Noricum transeuntibus, dextrâ Oeni ripâ, erectum, diverſum fuit à *Caſtris Batavis*, in præſentiarum *Innſtadium*, ſeu *Innſtatt*, nuncupatum, licet jam partem *Paſſavii* conſtituere cenſeatur. Vid. *Cluverius* l. c. *Zeiler* l. c. *Bertius* l. c. *Cellarius* l. c. pag. 340. Cavendum tibi adhuc eſt, ne *Patavium* noſtrum, cum *Poetovione*, *Itinerarii Antonini*; aut *Potavione*, *Tabulæ Peutingerianæ*, hodie *Pettaw*, ad *Dravum* fl. cujus *Cluverius* l. c. pag. 26 meminit; nec eum *Patavio*, ſeu *Padua*, ad fl. *Brentam*, in Longobardia Transpadana, confundas. His ita ſe habentibus, vindicanda ſunt Præſulatus noſtri initia *Lauriaco*, Norici Ripenſis quondam Capiti, ad Danubii & Anaſis confluentes, duodecimo à *Patavio* milliari. Hodie exiguus Vicus eſt, ſub mœnibus Oppidi *Ens*, *Lorch* appellatus. Scribitur etiam *Laureacum*; hine *Milites Laureacenſes*, in veteri inſcriptione, ex agro Laureacenſi, auſpicio *D. Fuxmagii* Senatoris Cæſarei, *Viennam* tranſlata, & parieti Ducalis Collegii inſerta, apud *Lambecium*, l. c. pag. 637.

D. D. D. N. N. N. VALENTINIANI. VALENTIS. ET. GRATIANI. PERENNIUM. AUGUSTORUM. SALUBERRIMA. JUSSIONE. HUNC. BURGUM. A. FUNDAMENTIS. ORDINANTE. VIRO. CLARISSIMO. EQUITIO. COMITE. ET. UTRIUSQUE. MILITIÆ. MAGISTRO. INSISTENTE. ETIAM. LEONTIO. P. P. MILITES. AUXILIARES. LAUREACENSES. CURÆ. EJUS. COMMISSI. CONSULATU. EORUNDEM. DOMINORUM. TERTIO. AD. SUMMAM. MANUM. PERDUXERUNT. PERFECTIONIS.

Eandem ſuppeditat *Stephanus Vinandus Pighius*, in *Hercule Prodicio*, ſive *Hiſtoria vita & peregrinationis Caroli Friderici, Ducis Juliaci, Cliviæ & Montium*, pag. 211; ut & *Lazius*, l. c. quamvis, verba: EQUITIO. COMITE. non ſolum omittat, ſed & falsò legat: MILITES. AURELIANES. LAUREACENSES. pro AUXILIARES. Ne dicam, eum adhuc falsò etymologiam *Lauriati*, à *literis laureatis*, Imperatori *Marco Antonino Philoſopho*, finita *Expeditione Marcomannica*, allatis, derivare; inſuperque Urbem hanc, ab hoc ipſo Principe, tunc conditam, arbitrari, eum, procul dubio, ab amniculo, ſeu Torrente, *Laurone*, vulgo *der Laurbach*, vel *Lorbach*, qui olim medium *Lauriacum* interfluens, etiam nunc, apud Vicum *Lorich*, vel *Lorch*, in Danubium ruit, ita vocetur; deinde, jam *Auguſti* Imp. ætate inclaruerit, vel Inſcriptione, ad decimum quartum ab Urbe Roma lapidem, prope *Flaminiam*, *Juſto Lipſio* viſa, & ab eo deſcripta, teſte, apud *Janum Gruterum*, in magno *Inſcriptionum Antiquarum* Opere, p. 484.

T. VENNONIO. T. F. STELL
AEBUTIANO. PATRONO. ET

7 R MU-

MUNICIPI. COL. AUG. LAUR.
EQ. R. EQ. JUD. EX. V. DEC.
SELECTO. CUR. R. P. ALB.
POMPEJANORUM. L. L.
PONTIF. EJUSDE. SACERD.
MUNIA. Q. F. CELERINA. UXOR
MARITO. KARISSIMO.

Qua *Lambecius* l. c. pag. 638, contra *Cluverium* l. c. & *Marcum Velſerum*, lib. 3 *Boicarum Rerum*, probat, *Lauriacum*, non: COLONIAM AURELIANAM LAUREACENSEM, ſed, COLONIAM AUGUSTAM LAUREACENSEM, à *Colonia* ſcilicet, Imperatoris *Auguſti* juſſu, eo deducta, fuiſſe vocatum, conſequenter multo ante *Marcum Antonium Philoſophum* Imp. conditum. In præſidium hujus ſententiæ, ulterius antiquitatem *Chriſtianæ Religionis*, ibidem introductæ, profert, ex Antiquiſſimo Chronico *MS. Lauriacenſi* membranaceo Bibliothecæ Vindobonenſis pro certo habens, auctoritate B. *Petri*, à *B. Marco* Evangeliſta, vel *S. Hermagora*, Ejus diſcipulo, quem, pro ſe, *Aquilejæ* Epiſcopum conſtituerat, *Laurentium* quendam, *Lauriacum* eſſe miſſum, & prima *Chriſtianiſmi* fundamenta *in Norico* jeciſſe; inque perpetuam rei memoriam, in turri Horologii, in medio Urbis *Aniſiæ* (Ens) foro, extare verſus:

Aſpicis exiguam nec magni nominis Urbem,
Quam tamen æternus curat amatque Deus.
Hæc de Laureaco reliqua eſt: his Marcus in oris,
Cum Luca, Chriſti dogma profeſſus erat.

Quicquid horum ſit, fatendum omnino eſt, *Euthærium Laureacenſem*, *Sardicenſi* Synodo an. 347, interfuiſſe; nec *Symmachi* P. R. qui an. 498 cœpit, & an. 514 ſedere deſiit, epiſtolam, ad *Theodorum*, Archi-Epiſcopum *Laureacenſem*, qua illi uſum *Pallii*, Eccleſiamque ejus *Metropolitanam* declarat, apud *Lambecium* l. c. p. 650, qui eam, ex *Chronico Reicherſpergenſi Chriſtophori Gewoldi*, mutuatus eſt, de qua etiam *Lazium*, l. c. & *Hundium*, in *Metropoli*, conſulas, in dubium vocandam, utpote cujus memor quoque *Benedictus VII.* P. R. in reſponſione ad literas *Piligrini*, *Lauriacenſium Archi-Epiſcoporum ultimi, quas Lambecius* l. c. pag. 641 &c. ſuppeditat, memor, apud eundem, l. c. pag. 646 & 647. *Dignum æſtimavimus, aſſenſum præbere congruis poſtulationibus Reverendiſſimi Archi-Epiſcopi Piligrini, quas, per probabiles perſonas, nobis intimavit --- quatenus ſibi Pallium, & Metropolitanum honorem, Cathedræ ſuæ ſanctæ Lauriacenſis Eccleſiæ, reſtitueremus, confinio Ungarorum adjacenti; quod omnino Nos eidem Eccleſiæ debere, teſtantur antiquiſſima ſcrum adportata Privilegiorum teſtimonia, in quibus continebatur, quod ætate Pontificatus B. Symmachi, hujus almæ Sedis Apoſtolici Præſulis, præfata S. Lauriacenſis haberetur Eccleſia Metropolis, &, in quantum ---- colligere poſſumus, ex omnibus Eccleſiarum Diœceſibus Panoniæ, hæc antiquitate, & Archi-Epiſcopi dignitate, eſſe primitiva creditur &c.* & pag. 648. *Ergo autoritate & poteſtate B. Petri ---- eandem S. Lauriacenſem Eccleſiam, Ejusque Rectores, jam Archi-Epiſcopos, à modo perpetim ab omni Saltzburgenſis Eccleſiæ, ejusque Præſulum ſubjectione, ac ditione, abſolvimus, & honore Metropolitano ſublimamus; &c. & ſicut modernis temporibus, ſanctæ memoriæ, Agapitus Papa,* (ſecundus) *terminos earundem Parochiarum, ab invicem diſtinxit, ſic & ipſi diffinimus, ita quoque: ut S. Saltzburgenſis Eccleſia Superioris Pannoniæ Epiſcopos habeat Suffraganeos, quibus, usque huc, ſui Pontifices præeſſe videbantur, cum tanta talique Diœceſi, quali hactenus in inferiori uſi ſunt Pannonia. Sancta autem Lauriacenſis Eccleſia, in Inferioris Pannoniæ, atque Maſiæ, Regiones, quarum Provinciæ ſunt, Avaria, atque Maravia, in quibus ſeptem Epiſcoporum Parochiæ, antiquis temporibus, continebantur, ſuique Antiſtites Archi-Epiſcopalem deinceps poteſtatem, cum, tanta talique Diœceſi, quali hactenus in Superiori uſi ſunt Pannonia, habeant;* & paucis interjectis, *Venerabilem Confratrem noſtrum, Piligrinum-Archi-Epiſcopum, canonicis literis munitum, Sedi S. Lauriacenſis Eccleſiæ inthronizavimus, Palliumque ei ſecundum antiquum ejusdem Eccleſiæ ſuæ uſum, direximus &c.* Acceſſiſſe an. 977, *Ottonis*, 2 Imp. confirmationem, ex *Hundii Metropoli* l. c. Tom. I, p. 301 & 302, probat idem l. c. pag. 649. His tamen non obſtantibus, Succeſſores ejus, non niſi *Epiſcopos*, & quidem, à Sede, quam *Vivilo*, ſub *Gregorio III*, *Patavium*, tranſtulerat, *Patavinos* dictos, docet idem l. c. pag. 641, verba faciendo de Ms. Codice membranaceo Bibliothecæ Cæſareæ, varias Summorum aliorumque Pontificum, ad *Lauriacenſem* Eccleſiam pertinentes: literas continente, interque eas, *Piligrini, ultimi Eccleſiæ Lauriacenſis Archi-Epiſcopi, qui, Imperante adhuc Ottone I, Cogn. Magno, A. C. 971, Eccleſiæ Lauriacenſi cœpit præeſſe, & ſub Imperatore, Ottone III, A. C. 992, obiit &c.* In margine, addit: *Chriſtianus enim, qui illi,* (Viviloni) *an. 992, ſucceſſit, non jam amplius Lauriacenſis fuit Archi-Epiſcopus, ſed ſolum Epiſcopus Paſſavienſis, & tam ipſe, quam omnes ejus Succeſſores, deinceps caruerunt Archi-Epiſcopali Pallio &c.* Sic & *Ruſ-*

cellinus

Digitized by Google

celinus l. c. pag. 45: *Chriſtianus, Pataviensis ſolummodo Epiſcopus, obiit 1013 &c.* Tranſtuliſſe autem *Vivilonem*, antiquam Sedem *Lauriaco Patavium* docet *Arnolfus* Imp. in diplomate de an. 898, apud *Gewoldum*, Addit. 1. ad *Hundium* l. c. Tom. I, p. 349: *Wiebingus, Pataviensis Eccleſiæ Præſul venerandus, obtulit nobis authoritates immunitatum, piæ record. Caroli atque Ludovici, Sereniſſ. videlicet Impp. in quibus continebatur inſertum, qualiter ipſi prædictam Sedem (quam Vivilo, quondam S. Laureacenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, poſt excidium, & miſerabilem Barbarorum devaſtationem ejusdem Laureacenſis Eccleſiæ, nuſpiam alibi inventa ſuæ tuitionis ſecuritate, Primus epiſcopavit, Otilone, Strenuo Bavarorum Duce, concedente, qui etiam Canonicos, & Monachos, quos Dei miſericordia hoſtium ſubtraxerat præda, in Eccleſia, quæ eſt conſtructa in honore S. Stephani Protomartyris Chriſti, ubi etiam S. Valentinus corpore requieſcit, reverenter collocavit) quam vero, cum omnibus, ad eam pertinentibus, vel aſpicientibus, ſub immunitatis ſuæ defenſione, conſiſtere fecerant, &c.* Hinc Auctor *ſuccinctæ Narrationis, Facti & Juris, quod Eccleſia Paſſavienſis, contra Salisburgenſem, in cauſa Exemptionis, habet*, editæ tempore *Innocentii* XII, P. R. recrudeſcente lite, de *Exemptione Paſſavienſis Epiſcopi, à juriſdictione Salisburgenſis*, in calce *des Gründlichen Berichts vom Ertzſtifft Lorch*, p. m. 344, §. 3, & Dn. *Lunig, Sylloġ. Negotior. Publ.* T. I. p. 1127 &c; *Rurſus, tam ex Diplomate Arnulphi Imp. emanato anno Chriſti 898, quam ex communi Hiſtoricorum traditione, firmatur, quod Vivilo, Archi-Epiſcopus Laureacenſis, poſt excidium, & devaſtationem Civitatis Laureaci, ſe, una cum Canonicis, Clero & Sanctimonialibus, receperit in Oppidum Paſſaviense, ibique Sedem ſuam, anno Chriſti 616, collocaverit, quodque in dicto Oppido Paſſavienſi, ante Vivilonis adventum, nullus alius adfuerit Epiſcopus, ſed præfatus Vivilo prænominatum Oppidum Paſſavienſe, primus, ut loquitur diploma Arnulphi Imp. quod ab ipſomet Archi-Epiſcopo Salisburgenſi, Theotmaro, Ejus Imperatoris Cancellario, ſubſcriptum eſt, epiſcopavit &c.* Quamvis *Vivilonem*, ſerius à *Gregorio III*, P. R. inauguratum deprehendamus, vel ipſius Epiſtola teſte, ad *Bonifacium* Moguntinum, Anno XXIII Imperii *Leonis Iſauri*, adeoque à Salvatoris Nativitate, 738, 4 Cal. Novemb. data, in vita *Bonifacii*, auctore *Othlono* Presbytero compilata, lib. 1, Cap. XXXII, apud *Surium*, 5 Junii, p. 66: Qua geſta ejus in Bavaria confirmat: *Quia indicaſti, perrexiſſe te ad Gentem Bajoariorum, & inveniſſe eos extra ordinem Eccleſiaſticum viventes, dum Epiſcopos non habebant in Provincia, niſi unum, nomine Vivilum, quem Nos paulo ante ordinavimus; & quia, cum aſſenſu Utilonis, Ducis eorundem Bajoariorum, ſeu Optimatum Provinciæ illius, tres alios ordinaſſes Epiſcopos, & in quatuor partes illam diviſiſti, id eſt, in quatuor Parochias* (Paſſavienſem, Saltzburgenſem, Friſingenſem & Ratisbonenſem,) *ut unusquisque Epiſcopus ſuam habeat Parochiam; benè & ſatis prudenter peregiſti Frater; quoniam Apoſtolicam præceptionem, ex noſtra vice, impleſti, &, ſicut tibi præcepimus, ita egiſti &c.* & paulo poſt: *Nam Vivilus Epiſcopus à Nobis eſt ordinatus &c.* Conf. ex *Willibaldo*, præced. §. XII, lit. c. & *Othlono*, præced. lit. ii, allata, add. *Baronius*, Tom. IX *Annal.* ad an. 736, §. 1 & 2, p. m. 132, & an. 739, §. 1, p. 138 &c. *Zeilerus* l. c. pag. 150; Auctor *des gründlichen Berichts vom Ertzſtiffts Lorch*, p. 185 &c. Jam duo notanda, Primò, peſſimè agere, qui *Laureacenſem* Eccleſiam, cum *Laurishamenſi* Cœnobio, ob ſimilitudinem nominis *Lorch*, utrique competentis, confundunt; de quo poſteriori, vid. *Lambecius* l. c. Cap. VIII, p. 943 &c. Deinde, haud ita pridem, circa *Jus Metropoliticum*, inter Archi-Epiſcopum *Salisburgenſem*, & Epiſcopum *Paſſavienſem*, multum litis agitatum: illo, *Paſſavienſem, Suffraganei* cenſu habendum; hoc, à juriſdictione *Salisburgenſis*, exemptum ſe, aſſerentibus. In favorem *Paſſavienſis*, productum, (1) *Statum Metropolitanum*, Eccleſiæ cuidam ſemel impreſſum, non niſi per expreſſam & poſitivam Romani Pontificis Bullam, poſſe extingui; (2) Ex ſententia ipſius *Rotæ*, Statum Eccleſiæ poſteriorem non attendi, quoties de præcedenti contrario, evidenter conſtet; (3) Ex Conſtitutionibus Romanorum Pontificum, palam eſſe, *Lauriacenſi* Eccleſiæ *Archi-Epiſcopalia Jura* ſemper competiiſſe, *Symmachi* Papæ epiſtola, ad *Theodorum Laureacenſem*, cujus memini, teſte, ap. *Lambecium* l. c. pag. 650, ubi: *Pallii uſum - - - popoſciſti; quod, utpote, ab eisdem Apoſtolis, fundatæ Eccleſiæ, Majorum more, libenter indulſimus, ad oſtendendum, Te, Magiſtrum & Archi-Epiſcopum, tuamque S. Lauriacenſem Eccleſiam Provinciæ Pannoniorum Sedem fore Metropolitanam &c.* Conf. ſeq. §. 30, lit. h, cui addas Diploma *Agapiti* 2, ad *Gerbardum, Archi-Epiſcopum Laureacenſem, an.* 931 *electum*, & *Heroldo Salisburgenſi, Suffraganei* titulo, ſubeſſe denegantem, ap. *Lambecium* l. c. p. 651, & *Gewoldum* l. c. Tom. 1. p. 53, & 354: *Notum eſt igitur, literisque penes nos commendatum, quibus Eccleſiarum locis, dignitas Pallii, ab hac Apoſtolica Sede, debeatur. Lauriacenſem autem Urbem antiquitus Metropolitanam fore, & Archi-Epiſcopii Sedem, cui Sanctitas tua præeſſe dignoſcitur, ſicut in Privilegiis authenticis, ad Nos usque, à te, directis, legimus - - - - quapropter reinthronizamus te eidem Eccleſiæ, SS. Patrum, videlicet Prædeceſſorum*

Digitized by Google

noſtrorum, ſed & Beatæ memoriæ Domini Leonis Papæ, à quo Excellentia tua, Pallio ac privilegio donata eſt, Sanctiones atque Statuta exequentes, ac ſæpe dictam S. Lauriacenſem Eccleſiam, poteſtate & vice B. Petri, Apoſtolorum Principis, abſolvimus, & Archi-Epiſcopamus, & in culmen Metropolitanum ſublimamus, & Privilegia nobis transmiſſa, manu propria munimus, & corroboramus, ac rata eſſe firmamus, denuoque tibi Pallium, cum præſenti præcepto, ſecundum uſum prius conceſſum, ſucceſſoribusque tuis, perpetim tenendum, tradimus - - - - - Heroldo Archi-Epiſcopo (Salisburgenſi) Occidentalis Pannoniæ cura committatur, & cuſtodia; Tibi autem, (Gerhardo Laureacenſi) Succeſſoribus tuis, propter emeritam antiquitatem S. Lauriacenſis Eccleſiæ - - - Providentiam orientalis Pannoniæ, Regionemque Avarorum, atque Marahovorum, ſed & Schlavorum, qui modo Chriſtiani, vel adhuc, per baptiſma, Chriſto lucrandi ſunt, circumquaque manentium, credimus &c. nec non præfatam Bullam Benedicti VII, ad Piligrinum Lauriacenſem; diplomata alia; quibus patet, Salisburgenſis jus Metropoliticum diverſum planè fuiſſe à jure Metropolitico Lauriacenſis. (4) Ex ordinatione Gregorii III, quam modò tetigi, nullatenus apparere, Eccleſiam Lauriacenſem inter Suffraganeas Salisburgenſis referendam eſſe; imo contrarium potius innuere Epiſtolam Leonis VII, ad Reges, Duces, Epiſcopos, Abbates, Comites, pari etiam modo, Egilolphum, Juvavenſem; Inſingrimum, Ratiſponenſem; Lantbertum, Friſingenſem; Wiſundum, Sebonenſis Eccleſiæ, Venerabiles Epiſcopos, & cæteros, per Galliam, Germaniam, Bawariam, Alamanniam, commorantes, apud Gewoldum, l. c. pag. 49, verb: Fraternitati veſtræ cognitum facimus, quod Gerardus, S. Laureacenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, cauſa orationis, ad limina veniens Apoſtolorum . . . multa, quæ reprehenſione digna ſunt, noſtris auribus, lacrymoſis vocibus, intimavit &c. (nim. Num Epiſcopi pronunciare debeant: Pax vobis? an, Dominus vobiſcum? It. num Dominica oratio, in benedictione ciborum, debeat uſitari? It. num filii Sacerdotum, publicè Uxores ducentium, promoveri valeant? &c.) & p. 51: Fraternitatem veſtram monemus, per hanc noſtram Apoſtolicam juſſionem, ut huic Gerardo Archi-Epiſcopo, cui vicem Noſtram, in cunctis finibus veſtris, commiſimus, in omnibus, quæ ad Eccleſiaſticum ordinem pertinent, obedientes, & adjutores ſitis &c. Qua formula, Leo, dicto Gerhardo uſum Pallii ſit largitus, ex Reicherſpergenſi Codice, oſtendit Gewoldus l. c. Tom. I, pag. 353. (5) Carolum IV Imperat. Archi-Epiſcopales honores Paſſavienſis, ultro agnoviſſe, in antiquiſſima Ordinatione circa Feuda Bohemica, ſub dato Wien, an. 1355, Indict. VIII, an dem H. Oſtertag; apud Fabrum Tom. 2, der Staats-Cantzley, cap. 2, Faſcic. 1, p. 176; ibi: Unſer Brüder, Johannes, Ertz-Biſchoff zu Paſſau &c. ut & in Confirmatione, ejuſd. anni, 5 April. qua Feuda Bohemiæ, paratis nummis ab Eo comparata, pariterque privilegium: De non evocando ſubditos extra Regnum, continentur, l. c. pag. 188, ubi rurſus: Zeugen dieſer Ding ſind dieſe - - - - - Unſer Bruder, Johannes, der Ertz-Biſchoff zu Paſſau &c. (6) Johannem XXIII P. R. in Conſtantienſi Concilio, Paſſavienſem denuo ab omni Juriſdictione Salisburgenſi, exemiſſe, eidemque & ſucceſſoribus, in perpetuum, uſum Pallii conceſſiſſe; (7) Martinum V, an. 1420 eandem exemtionem confirmaſſe &c. &c. Cauſam Salisburgenſis juvat, quod (1) extra omnem controverſiam, Eccleſia hæc ſit Archi-Epiſcopalis, & Metropolitana; conſequenter, intentionem ſuam ſuper omnes alias Eccleſias, in Provincia ſua exiſtentes, fundatam teneat; Vid. Barboſa, lib. 1 de Jur. Eccleſ. cap. 7, §. 13; ROTA, apud Tamburinum, de Jur. Abbat. Deciſ. 56, §. 1 &c. (2) Documenta publica, per multa ſecula, oſtendi queant, quibus Ejus jura ſtabiliantur, v. g. Literæ Theotmari, Salisburgenſis, aliorumque Præſulum, ad Johannem IX, P. R. apud Gewoldum, l. c. Tom. 1, p. 44, quibus tale initium: Summo Pontifici, & Univerſali Papæ, non unius Urbis, ſed totius orbis, Domino Joanni, Romanæ Sedis Gubernatori Magnifico, humillimi Paternitatis veſtræ Filii: Theotmarus, Juvavienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus; Walde, Friſingenſis; Erchenpaldus, Eyſtatenſis; Zacharias, Sabonenſis; Tutto, Ratiſponenſis: Richardus, Pathavienſis Eccleſiæ Epiſcopus &c. Diploma Benedicti VI, Friderico, Saltzburgenſis Eccleſiæ Archi-Præſuli, ejusque Fratribus, videlicet Noricæ Provinciæ Epiſcopis, transmiſſum, ibid. pag. 54: Concedimus itaque vicem Apoſtolicam Friderico, Saltzburgenſis Eccleſiæ Antiſtiti, ejusque Succeſſoribus, in tota Norica Provincia, & in tota Pannonia, ſuperiori videlicet & inferiori, quomodo ſui Anteceſſores tandem poteſtatem, à noſtris habuere Anteceſſoribus, ita videlicet, ut nulli liceat, in præfatis Provinciis, ſibi uſurpare Pallium, nec Epiſcopos ordinare, nec ullum officium, quod ad Archi-Epiſcopum pertinere debet, præter præfatum Archi-Epiſcopum, ejusque Succeſſores &c. Quo tacite omnia, in favorem Patavinæ Eccleſiæ, prius acta, abrogantur. Bulla Eugenii III, an. 1152 Eberhardo Archi-Epiſcopo data; præced. lit. hh. Sic Alexander III, in literis ad Chorum Saltzburgenſem, an. 1177, apud Gewoldum l. c. Tom. 1, p. 72: Venerabilis Frater noſter, Adalbertus, quondam Archi-Epiſcopus veſter - - - Eccleſiam veſtram, & adminiſtrationem ipſius, in manu noſtra libere, & ſine contradictione qualibet, reſignavit. Poſtmodum Venerabiles Fratres noſtri, Gurcenſis, & Patavienſis Epiſcopi,

&

Digitized by Google

& Prælati Eccleſiæ Veſtræ, qui apud Nos *præſentes erant, de celebranda. Electione, mandato, noſtro recepto, in Venerabilem Fratrem noſtrum, Chunradum, Moguntinum quondam Archi-Epiſcopum . . . unanimiter convenerunt &c.* Et Bulla *Martini V*, de an. 1418, qua *Salisburgenſem*, contra decretum *Johannis XXIII* de an. 1415, in integrum reſtituit, *Paſſavienſem*, ejus Suffraganeum eſſe declarando; aliaque, de an. 1423, qua, proprium Decretum, an. 1420, in gratiam Paſſavienſis emiſſum, iterum ſuſtulit, Salisburgenſis Jus Metropoliticum, per omnia, corroborans. (3) Per ſex Secula, Epiſcopi *Paſſavienſes*, non ſolum Archi-Epiſcopales honores, & inde pendentia, ſibi non vindicaverint, ſed & Jurisdictionem *Salisburgenſis*, agnoverint, adeoque hi exiſtant in poſſeſſione. (4) Nec Imperatores, aliique Principes, aliis, quam *Epiſcoporum* nominibus, per id temporis ſpatium Paſſavienſes compellaverint. (5) An. 1689, in ipſa Urbe *Paſſavienſi*, impreſſum ſit Calendarium, ad cujus normam omnia reliqua, ab an. 1579, edita dicuntur, aliaque typis mandata, in quibus, ſub *Archi-Epiſcopatu Salisburgenſi*, inſculpta *Eccleſiarum Suffraganearum*, &, inter iſtas *Paſſavienſis* quoque, Inſignia, appareant; Epiſcopo nunquam ejusmodi quid, in Eccleſiæ ſuæ præjudicium, paſſuro, ſi res diverſimode ſe habuiſſet &c. &c. Vid. cit. *Gründlicher Bericht, vom Ertzſtifft Lorch*, l. c. pag. 380 &c. & apud Dn. *Lunigium* l. c. pag. 1179. Re delata Romam, cauſæque cognitione demandata *Aloyſio Priolo*, I. U. D. *Innocentii XII* Capellano, Palatii Ejus Cauſarum, ROTÆque Romanæ, Auditori, pronunciavit ille, an. 1691, 26 Nov. in favorem *Salisburgenſis*; cujus deciſionis tenor, in cit. *Gründlichen Bericht vom Ertzſtifft Lorch*, pag. 370 &c. & apud Dn. *Lunigium* l. c. pag. 1166 &c. habetur; accedente, an. 1693, 14 Dec. ſolenni ſententia, pro laudato Præſule, in ROTA, lata, l. c. pag. 381 &c. inde huc ſpectant: *Dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac diffinitivè ſententiamus, Archi-Epiſcopo Salisburgenſi, pro tempore exiſtenti, licuiſſe, & licere, in Eccleſiam & Epiſcopum Paſſavienſem. ac in ejus Civitatem & Diœceſin, Jus Metropoliticum, & omnes actus Juris Metropolitici, plene & omnimode exercere, nec conſtitiſſe, aut conſtare, de aliqua exemptione, ſeu libertate Eccleſiæ, & Epiſcopi Paſſavienſis, ejusque Civitatis, & Diœceſis, à Jure Metropolitico Eccleſiæ Archi-Epiſcopalis Salisburgenſis, & Suffraganeitate erga illam - - - - ſed Eccleſiam Salisburgenſem, & illius Archi-Epiſcopos, pro tempore, in eodem jure Metropolitico, & actibus prætactis, illorumque totali & libero exercitio conſervandos fore, & eſſe, prout conſervari, & defendi, volumus, ac præcipimus* &c. His non obſtantibus, ablegante Imperatore Conſiliarium Aulicum, Dn. *Tuccium*, in favorem *Paſſavienſis*, *Romam*, ſupplicarunt Auguſto Eccleſiaſticorum Imperii Principum Legati in Comitiis, menſ. Januar. 1695, ut Romanæ Curiæ definitioni ſe non opponeret; quorum libellus l. c. pag. 383 &c. occurrit. Enimvero, obtinuit Cæſar, ut Pontifex Paſſavienſem, an. 1696, exemptum à Jurisdictione Saltzburgenſis pronunciaret. Vid. *Europ. Herold*, T. 1. p. 362; Dn. *Zſchackwitz* l. c. Lib. 3, cap. 4, Qu. 44, pag. 511; Dn. *Bilderbeck*, *Reichsſtaat*, Tom. 2, part. 3, cap. 17, §. 1, p. 55. Inſignia hujus Eccleſiæ repræſentant *Lupum rubeum excoriatum, in clypeo argenteo, ſuperimpoſita galea, infula & cruce aurea ornata.* Vid. *Europ. Herold* l. c. Dn. *ImHoff* l. c. lib. 3, cap. 13, §. 2, p. 90. *Zſchackwisz* l. c. Qu. 50, p. 513; *Bilderbeck* l. c. §. 5, pag. 56. Capitulum complectitur XXV Canonicos, nobilis admodum proſapiæ. *Miniſterialis* hæreditarii ſunt: *Pincernæ*, Comites *Kirchbergii*; *Mareſchalli*, Comites de *Nothaffi*; *Camerarii*, Equites ab *Abaim*: & *Dapiferi*, Nobiles ab *Ambsham*. Vid. *Europ. Herold* l. c. Dnn. *ImHoff* l. e. §. 5 & 6, p. 91; *Bilderbeck* l. c. §. 4 & 5, pag. 56; *Zſchackwitz* l. c. Qu. 45, p. 512. & §. 47, p. 513. De Evergetis, evolvas, apud *Hundium*, T. 1 *Metropol.* Catalogum *Epiſcoporum Paſſavienſium*, p. 285 &c.

(*ll*) TRIDENTINUS &c. Faciunt huc: *Jani Pyrrhi*, Commentarius, *de Epiſcopis Urbis Tridentina, geſtis Ducum Tridentinorum, origine Urbis, & appellatione Alpium*; Mantuæ, 1546, fol. *Gabriel Buccelinus*, part. 1 *Germ. Sacr.* pag. 48, ſeriem eorundem Præſulum, à *Jovino* quodam, à B. *Hermagora, S. Marci* Evangeliſtæ diſcipulo, deſignato, usque ad *Ludovicum*, Com. *Madruzium*, ſeu *Madrucium*, an. 1578, electum, & an. 1600, 20 April. Romæ, defunctum, exhibens: cujus ſucceſſores, usque ad *Joſephum Victorem*, ex Illuſtri Familia Dominorum *ab Albertis*, prognatum, an. 1689, cathedram conſcendentem, ſiſtit Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 15. §. 6, p. m. 93; Quem, an. 1695, ultimo die Decemb. mortuum, an. 1696, ſecutus eſt JOHANNES MICHAEL, Comes à SPAUER & VALLER. Hoc demortuo, eligebatur *Antonius Dominicus*, Comes de *Wolkenſtein*, 26 Nov. 1725. Quem an. 1730 fato functum excepit Dn. DOMINICUS ANTONIUS Comes de THUN 19 Julii 1730. *Zeilerus*, in *Itinerario Germaniæ*, cap. 16, p. 343, meminit *Hiſtoria Tridentina Pincii*, quam nondum vidi.

De Antiquitate Oppidi, teſtatur *Strabo* lib. IV, depingens *Rhætiæ* limites, quibus *Auguſti*, conſequenter & *Salvatoris noſtri*, tempore, includebantur: *Supra Comum, ad Alpium radicem Rhæti jacent, & Vennones, ad Orientem verſi. Alia ex parte, Lepontii, & Tridentini, & Sioni, & alii complures Populi parvi, Italiam tenentes &c.* Sic & *Plinius*, l. 3 *Hiſtor. Natural.* cap. 19,

p. m. 178: *Fertini* (Feletrini) *& Tridentini*, *& Bernenſes*, *Rhætica Oppida &c.* Clar. *Cellarius*, lib. 2 *Geograph. Antiq.* cap. 7, p. 336, legit: *Berunenſes*, pro *Bernenſes*. In Itinerario *Antonini*, ab *Auguſto Vindelicia* ad Oppidum noſtrum, vocatur hoc *Tridentum*, & in Tabula *Theodoſiana*, *Tridente*.

Antoninus.	*Tabula.*
Auguſta, Vindelicum	*Auguſta Vindelicum.*
I	*Ad Novas* - - - -
Abuzaco, XXXVI.	*Avodiaco* - - -
I	*Coveliacas* - - - -
Parthano, XXX.	*Tarteno* XX.
I	*Scarbia* XI.
Veldidena, XXX.	*Vetonina* XVIIII.
I	*Matrejo* XVIII.
Vipiteno, XXXVI.	*Vepiteno* XX.
Sublavione, XXXII. (rectius Sub Savione)	*Sublavione* XXXV. (rectius Sub avione)
Endide, XXIIII.	*Ponte Druſi* XIII.
Tridento, XXIIII.	*Tridento* XL.

Conf. *Ægidii Schudi*, *Rhætia Alpina*, Cap. XI, apud *Schardium*, Tom. I, *Rer. German.* p. 279; *Cluverius*, in deſcriptione *Vindeliciæ & Norici*, Cap. III, p. 10, & Cap. IV, p. 16. Sæpius *Tridenti*, Ducumque *Tridentinorum*, meminit *Paulus Diaconus*, in *Hiſtoria Longobard.* v. g. lib. 2, cap. ult: *Unusquisque Ducum ſuam Civitatem obtinebat*, - - - - *Comus*, (rectius *Eoinus*) *Tridentum &c.* lib. 3, cap. 4: *Advenientibus Francis ad Magnos*, *Caſtrum*, *quod ſupra Tridentum*, *in confinio Italiæ*, *poſitum eſt*, *ſe eis tradidit.* *Quam ob cauſam*, *Comes Longobardorum*, *de Largare*, *Rugilo nomine*, *Magnos adveniens*, *deprædatus eſt.* *Qui dum cum præda reverteretur*, *in Campo Rotaliano*, *offendit Chrannichem*, *Ducem Francorum*, *à quo*, *cum pluribus è ſuis*, *peremptus eſt.* *Qui Chrannichis*, *non multo poſt*, *Tridentum veniens*, *ipſum devaſtavit.* *Quem inſequens Eoinus*, *Tridentinus Dux*, *deprehenſumque in loco*, *Salurnis nomen eſt*, *cum exercitu interfecit*, *prædamque omnem*, *quam ille ceperat*, *excuſſit*, *expulſisque Francis*, *Tridentinum Territorium recepit &c.* Immediatè addit: *Hoc tempore*, *Sigibertus*, *Rex Francorum*, *occiſus eſt fraude Chilperici*, *Germani ſui*; quod ſufficit, ad conſignandam epocham. Ejusdem *Eoini*, *Tridentini Ducis*, mentionem facit l. c. cap. 13; & & *Territorii Tridentini* l. c. cap. 15, & lib. 4, cap. 1, &c. Vulgaris Traditio eſt, *Hermagoram*, *S. Marci* diſcipulum, Præſulemque Aquilejenſem, *Jovinum* quendam Eccleſiæ huic præfeciſſe Antiſtitem; âſt; quo fundamento? vetuſtiſſimus interim hic Epiſcopatus, vel *Vigilii*, Paſtoris ejus, epiſtola ad *Simplicianum*, de *Siſinnio*, *Martyrio* & *Alexandro*, Martyribus, teſte, apud *Surium*, 29 Maji, p. 319. præfixa tali ſalutatione: *Domino Sancto ac Venerabili Patri*, *bonis omnibus præferendo*, *Simpliciano*, *Vigilius*, *Epiſcopus Tridentiæ Eccleſiæ*, *Salutem.* Floruit autem *Simplicianus*, Romanæ Eccleſiæ Presbyter, ætate *Ambroſii*, cui in Epiſcopatu ſubrogatus fuit; de quo etiam *Ambroſius* lib. 1, Epiſt. 2, hoc præclare elogium: *Significaſti*, *mihi*, *quid ſibi velit*, *quod Moſes*, *poſt oblatum ſacrificium*, *& immolatas Domino ſalutares hoſtias*, *dimidiam partem ſanguinis in crateras miſerit*; *dimidiam autem ad altare effuderit?* *Sed quid eſt*, *quod ipſe dubites*, *& à nobis requiras*, *cum fidei*, *& acquirendæ cognitionis divinæ*, *gratia*, *totum orbem peragraveris & quotidianæ lectioni*, *nocturnis ac diurnis vicibus*, *omne vitæ hujus tempus deputaveris*, *acri præſertim ingenio*, *etiam intelligibilia*, *complectens?* *utpote*, *qui etiam Philoſophiæ libros*, *quam à vero ſint devii*, *demonſtrare ſoleas &c.* Conf. *Baronius*, Tom. IV, *Annal.* ad an. 385, p. m. 507. Seculo VII ineunte, *Agnellum*, *Tridentinum*, interfuiſſe *Marianæ* Synodo, in qua *Severus*, Aquilejenſis Patriarcha, libellum erroris ſui obtulerat, ex eodem *Paulo Diacono* l. c. lib. 3, cap. 12, diſcimus vid. ſeq. lit. nn. *Baron.* l. c. Tom. VIII, ad an. 602, §. 3. p. m. 175. Licet Præſul Tridentinus *Princeps Imperii* exiſtat, votoque & ſeſſione in Comitiis fruatur, comiter tamen Auſtriacam domum habere tenetur, quandoquidem, non ſolum *Albertus* & *Leopoldus*, Duces, an. 1365, ab *Alberto* Epiſcopo, ex *Ortenburgicis* Comitibus oriundo, ſcriptis literis, Eccleſiæ hujus *Advocati hæreditarii* (*Erbvœgte*) ſalutati noſcuntur, ſed &, an. 1511, conſtitutum: ut Epiſcopus Diætis Provincialibus *Tyrolenſibus* intereſſet; de Pace Publica, ſalute ac defenſione Patriæ, conſilium conferret; quotamque ſuam penderet; Domus Auſtriaca viciſſim onera, quæ Diœceſis Imperio debet, ſolis Cameralibus impenſis exceptis, perſolveret; vid. *Magerus*, *de Advocat. Armata*, cap. 9, §. 996, pag. 429; *Zeiler*, *Itiner. German.* Continuat. 1, cap. 1, pag. 11; & in Topographia *Comitatus Tyrolenſis*, voc. *Brixen*, pag. 81. A quo tempore, ſubinde inter Præſulem, & Tyrolenſe Regimen, ortæ lites præſertim in Comitiis Ratisbonenſibus an. 1641, in quibus *Carolus Emanuel* L. B. *Madrucius* Antiſtes, graves querelas, adverſus *Claudiam*, *Leopoldi* Archiducis viduam, propoſuit, quod ea jus Advocatiæ, & reliqua ſibi competentia, præter æquum & fas, extendere, & Epiſcopum, mero Landſaſſii cenſu habere conaretur. Vid. *Acta Publica* apud *Lundorpium* Tom. V, *Act. Publ.* lib. 1, §. 161 & 162, p. 462. 643 &c. *Gaſtelium*, *de Statu Publico Europæ*, Cap. XV, §. 63, p. 504, &c. *Limnæum* Tom. IV *Addit.* ad lib. IV. c. 7, p. 486 &c. Summam exprimit Dn. *ImHoff* l. c. §. 4, p. 92; Conf. ſeq. lit. nn. Evergetas nominant *Spengerus*,

Cap.

Cap. VI *Lucernæ*, p. 302, & in *Ellychniis* ad hunc locum, p. 1753; Dn. *ImHoff* l. c. §. 3, pag. 92; *Europ. Herold.* T. 1, p. 364; Capitulum conſtat XIX. Canonicis. Clypeus continet *Apilam nigram, rubeis flammulis, vel ſanguineis guttis, reſperſam, roſtro & pedibus aureis, cujus aliis circuli ſoltati, itidem auro tincti, impreſſi ſunt, in area argentea.* Officiales hæreditarii ſunt; *Pincernæ*, Comites de *Thun*; & *Mareſchalli*, Barones de *Firmian.* Vid. Dun. *ImHoff* l. c. §. 2, pag. 92, & §. 5 & 7 pag. 93. *Europ. Herold.* l. c. pag. 365; *Bilderbeck, Reichsſtaat*, Tom. 2, part. 5, cap. 18, §. 6, pag. 57; *Zſchackwitz, Einleitung zum Teutſchen Jure Publico*, lib. 3, cap. 4, Qu. 53, & 55, 58, p. 515 & 516. *Num Tridentum ſit Civitas Germaniæ;* vid. *Schilter, de Libert. Eccleſ. German.* lib. 7, cap. 7, §. 9, pag. 1004, id negans. Conf. Proteſtantium Querelæ, contra Concilium Tridentinum præced. Tit. 2. §. 15, lit. a, v. 20, p. 275.

(*mm*) FRISINGENSIS &c. Catalogum Epiſcoporum *Friſingenſium*, ſiſtunt: *Wigulejus Hundius*, Tom. 1 *Metropol. Salisburg.* pag. 101 ad 112, à *S. Corbiniano*, circa an. 710, floreſcente, usque ad *Erneſtum* Bavarum, an. 1565, electum; *Petrus Bertius*, lib. 3 *Rer. German.* cap. VI, p. 122, ad 125. ab eod. *Corbiniano*, ad eundem *Erneſtum* Bavarum, quamvis inter *Henricum* C. P. R. an. 1554 defunctum, & laudatum *Erneſtum*, intervallum ſeptem Præſulum conſtituat, cum tamen *Hundius* l. c. p. 112, non niſi duos, ſcil. *Leonem Leſchium*, an. 1559; & *Mauritium*, Nobili *Sandizellorum* Gente natum an. 1565, mortuos, id ſpatii occupaſſe teſtetur; quam ſententiam quoque *Gabriel Bucelinus*, part. 1 *German. Sacræ*, pag. 47, enarrando eosdem Epiſcopos, à præfato *Corbiniano*, usque ad *Albertum Sigismundum*, Bavarum, an. 1685, 4 Nov. has res relinquentem, ſequitur. Qui, per Seculum XVII. hanc Eccleſiam rexerint, celebrat Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 13, §. 9, pag. 88. Extincto *Alberto Sigismundo*, conſcendit, eodem an. 1685, *Joſephus Clemens*, Ejus Agnatus, *Ferdinandi Mariæ*, Electoralis Bavariæ, filiorum natu minor, hanc Cathedram, quo, an. 1694, electo *Leodienſi* Epiſcopo, eaque lege, à Romana Curia, confirmato, ut *Ratisbonenſi* & *Friſingenſi* Præſulatibus cederet, ſurrogatus ei fuit, an. 1695, 29 Januar. JOHANNES FRANCISCUS, L. B. ab ECKERN in *Kupfing.* & *Liechtenegg:* licet non ſine controverſia: Sereniſſimo *Joſepho Clemente* à parte Capituli denuo poſtulato; confirmatio tamen Papalis, an. 1696, 30 Januar. in favorem prioris, interveniens, finem liti impoſuit. Eum naturæ debitum an. 1727. ſolventem excepit Seren. Dn. JOHANNES THEODORUS, filius minimus *Maximil. Eman.* Elect. Bavariæ, nat. 3 Septemb. 1703, & 23 Febr. 1727 Epiſcopatum adeptus eſt. Primus Epiſcopus fuiſſe fertur, laudatus *Corbinianus, ex regione Melitonenſi, natus, in vico, qui dicitur Caſtrus, ex Patre Waldekiſo, & Matre Corbiniana;* ſunt verba *Aribonis*, Quarti Frinſingenſium Epiſcopi, in Ejus vita, cap. 1, apud *Surium* 8 Sept. p. m. 93; unde ſua *Otto Friſingenſis*, lib. 5. *Chron.* c. 24, p. m. 112; & *Albericus Monachus trium Fontium*, ad an. 755; p. m. 95. *Gregorium* 2 P. R. Epiſcopum Eum creaſſe, Auctor eſt *Aribo* l. c. cap. 5, p. 94; *Beatiſſimus Papa Gregorius .... quæ conſultando tractaverat, opere perficiens, per ſingulos gradus, ad Summum usq; Pontificalem eum provexit honorem &c.* mox addens: cap. 6, l. c: *Vir itaq; Sanctus, quamvis coactus --- Sacerdotalem ſuſcepit Benedictionem, accepto etiam Pallio, cum benedictione, & adjuterio, B. Petri Apoſtoli, ut ubique prædicationis officium exercere, in toto orbe, poſſet, & tanti Patris conceſſu, poteſtatem haberet &c.* Annum 716, quo ordinatio hæc facta, indicat *Baronius* Tom. IX, Annal. ad h. a. §. 10, p. m. 10. Quomodo Epiſcopus *Friſingenſis* evaſerit, docet *Aribo* l. c. cap. 20, p. 97: *Vir Sanctus locum amœnum, in confinio Magienſi, Grimoaldo Principi, à poſſeſſoribus, juſto pretio emere perſuaſit, ut haberet juſto labore adeptum, unde animæ ſuæ remedium acquirere poſſet. Ei vero Princeps, libenti animo, obedivit eoque, cum B. Corbiniano, veniens, convocavit ad ſe poſſeſſores loci illius, qui vulgo adhuc dicitur Camina, inter duos rivulos, Timonem & Finalem, &, dato juſto pretio, emit à Viris Nobilibus, tam agros, quam prata, & vineas, cum parte Alpium. --- Quo facto, ex conſilio fidelium, & Deo devotarum perſonarum, tradidit hoc ipſum, per manus B. Corbiniani, Deo, & S. Dei Genitrici, Mariæ, ad Eccleſiam Ejus, ſitam in Caſtro Friſingenſi, ſuper fluvium Iſaram, & coram teſtibus, eidem, perpetuo jure ſerviturum, firmavit. Tunc quoque Vir Domini, Corbinianus, habitaculum ſibi conſtruere illic feſtinavit, Baſilicam ædificavit, & S. Valentini, atque B. Zunonis, in ea patrocinia collocavit &c.* & cap. XXI, pag. 98: *Fuit, inde non longe manens, quadam vidua, nomine Fauſta, cum duabus filiabus, bonam habens ſubſtantiam. Quæ Fauſta, dividens cum filiabus poſſeſſionem, portionem ſuam Grimoaldo Principi, eo pacto, tradidit, ut, usque dum illa viveret, eam tueretur, & cuſtodiret, &, poſt ejus deceſſum, eam ſibi haberet propriam, in loco, qui dicitur Chories, cum omnibus rebus, eo pertinentibus. Poſt ejus vero obitum B. Corbinianus dedit Grimoaldo Principi, nongentos auri ſolidos, quos ei dudum Pipinus, Major Domus, * Francorum Princeps, pro eleemoſyna, largitus erat, & comparavit hoc ipſum in Chories; & ambo pariter poſtea, B. Corbianus Epiſcopus, & Grimoaldus Princeps, tradiderunt hoc Deo & S. Mariæ, ad prædictam Eccleſiam in Caſtro Friſingas, ubi tunc B Corbinianus Cathedram tenuit Pontificalem &c.* Conf. *Otto Friſingenſis* l. c. *Bertius* l. c. p. 112: *Anno Chriſti, 716, Corbinianus, Romæ, à Gregorio, factus eſt Epiſcopus Friſingenſis, ſub Chilperico, Francorum Rege &c.* & *Zeilerus Itinerar.*

German.

Digitized by Google

German. cap. 12, p. 289, Hundius l. c. p. 102, habet an. 710. Succeſſorem Ejus, Erinbertam, à S. Bonifacio, Eccleſiæ huic prælatum, Wilibaldus, in vita S. Bonifacii, præced. §. 12, lit. e. p. 1164 & Othlonus, in ejusdem vita, præc. lit. ii, p. 1231, tradunt. In Bibliotheca Corbiniani, Livianas decades, quæſiturus B. Rhenanus, (ceu ipſe, lib. 2 Rer. German. Tit. Franci, Germanica ſunt uſi lingua, teſtatur) offendit MS. Codicem rhythmicum, præfixo tit. LIBER EVANGELIORUM, IN THEODISCAM LINGUAM VERSUS; in cujus calce legitur: WALDO ME FIERI JUSSIT. SIGEFRIDUS PRESBYTER SCRIPSI; unde Libri ætas; quandoquidem Waldo Eccleſiam hanc, circa an. 880, rexerat. Initium tale eſt:

Nu will ich ſcriban unſer Heil,
Evangeliono deil,
So wir nu hiar bigunnen
In Frenkiſga Zungen &c.

Conf. Zeiler. Itiner. German. cap. XII. p. 289; Bertius l. c. pag. 121. Titulos, quibus Præſul Terras moderatur, exponit Sprenger, cap. 6. Lucerna, p. 299; & in Ellychniis, p. 1752; Hundius l. c. paſſim, in Epiſcoporum vitis, & Gewoldus, in Additionibus ad Hundium l. c. pag. 116, ad 180. Dn. ImHoff l. c. §. 5, p. 88; Europ. Herold. l. c. pag. 360. Dn. Bilderbeck, Reichsſtaat, T. 2, Part. 5, cap. 15, §. 2, p. 53. Scutum repræſentat Caput æthiopis, aurea redimitum corona, veſte, quoad collum & humeros, coccinea, in areola argentea. Vid. Dnn. Spenerus, Op. Herald. part. ſpec. lib. 3, cap. 27, §. 42, p. 679; ImHoff l. c. §. 2. p. 87; Europ. Herold l. c. pag. 361; Bilderbeck, l. c. §. 6. p. 53; Zſchackwiz l. c. Qu. 34. p. 507. Capitulum complectitur XXIV Canonicos, quos, vel Generis nobilitas, vel eruditionis eminentia, conſpicuos reddant. Officiales Hæreditarii ſunt; Dapiferi, Barones de Seiboldſtorf: Mareſchalli, Dn. de Pintzenau (non Stinzenau,) Camerarii, Dn. Raindorfferi, & Pincernæ, Comites de Preiſing zu Kopffberg. Vid. Europ. Herold l. c. ImHoff l. c. §. 8. & 10, p. 88; Zſchackwiz l. c. Qu. 29, p. 506, & Qu. 31. p. 507; Bilderbeck l. c. §. 5 & 6, p. 53.

(nn) BRIXIENSIS. Faciunt huc: Eliæ Capreoli, Chronicon Brixianorum, libris conſtans XII; Brixiæ, 1519, fol. Aſcanii Martinengi, Vita SS. Martyrum, Fauſtini, Jovitæ, Afræ, aliorumque Sanctorum Brixienſium, Brixiæ 1602, 8. Hundii, Catalogus Sabionenſium, nunc Brixienſium, Epiſcoporum, à S. Caſſiano, an. 350, Eccleſiæ huic præfecto, ad Johannem Thomam de Spaur usque, an. 1578, electum, Tom. I Metropol. Salisburg. p. 439, ad 456, cum Additionibus Gewoldi, à p. 457, ad 479; Gabriel Bucelinus, part. I. German. Sacra p. 46 & 47, ubi, idem Catalogus, à S. Caſſiano usque ad Johannem Plazgumerum, an. 1641, conſtitutum Præſulem; cujus Succeſſores: Antoninum Cruſinum, an. 1663. (Theatro Europæo Tom. IX, h. a. pag. 878, & Diario Europæo, Tom. IX, p. 123, teſtibus,) defunctum; Sigismundum Alphonſum, Com. de Thun, eodem an. Cathedram conſcendentem, anno 1677, (ut Dnn. Spenerus Op. Herald. part. ſpec. lib. 3, c. 6, §. 7, p. 587, & ImHoff Notit. Proc. Imp. lib. 3, cap. XV, §. 6, p. 93, & Cap. XVI, §. 6, p. 94. notarunt,) naturæ debitum ſolventem; Paulinum Mayr, ex Summo Pœnitentiario & Canonico, an. eod. ei ſurrogatum, atque an. 1685, 29 Sept. mortuum, &, qui hunc an. eod. 15 Nov. excepit, Johannem Franciſcum, ex Illuſtri Tyrolenſi familia Kuon, ſive Kuen, ab Auer & Belaſi, prognatum, recenſet Dn. ImHoff l. c. lib. 3. Cap. XVI, §. 1. p. 93. & §. 6, p. 94. Hunc an. 1705, ſecutus eſt Hodiernus Præſul, Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Dn. CASPAR IGNATIUS, Comes de KUNIGL, cujus Ill. Auctor des Europ. Herolds T. I, p. 366, meminit Antiquiſſima Brixia noſtræ memoria, ſeparandæ tamen ab illa Italica, de qua Plinius lib. 3. Hiſt. Natur. cap. 19, p. m. 178; Latitudo Italiæ, ſubter radices earum à Varo, per Vada Sabatia, Taurinos, Comum, Brixiam, Veronam &c. colligit. &c. Livius, lib. 32, cap. 30, p. m. 100. & Catullus, Carm. 68, ad Januam impudic, p. m. 157 & 158, quorum verba etiam Dn. Cellarius, lib. 2 Geograph. Antiqu. cap. 9. p. m. 434, ſuppeditat, recte addens, vocabulo iſto modernam Breſciam denotari, evolvantur; quo etiam ſpectant illa Gaudentii, in vita S. Philaſtrii, circa an. 380 floreſcentis Brixienſium Epiſcopi, Anteceſſoris ſui, Cap. IV, apud Surium, 18 Julii, p. 211. Brixia cum rudis quondam, ſed cupida doctrinæ, promeruit &c. Aſt noti Plinio, l. c. lib. 3, c. 20, p. 180, Brixentes Populi Rhætiæ, quorum Oppidum Paulus Diaconus, lib. 3 de Geſtis Longobord. Cap. 15. hiſce innuit: Nomina autem Caſtrorum, ſeu Oppidulorum, quæ diruerunt, (Franci) in Territorio Tridentino, iſta ſunt; Teſana, Maletunum, Sermoſanum, Apianum, Fagitana, Cimbra, Brixianum, Brentonicum &c. Conf. Cluverius, lib. 1 Antiq. Ital. cap. 16; Zeilerus, Itiner. German. Contin. I, cap. 16, p. 179 & 180; & in Topographia Tyrolenſi, voc. Brixen. p. m. 80; Cellarius l. c. lib. 2. cap. 7, p. 336. Alii, Epiſcopatum in Oppido Sabione, vel Savione, haud procul à Brixica, hodie Seben nuncupato, circa an. 350, cœpiſſe, fatentur omnes. Hinc Sabionenſes Epiſcopi, apud Welſerum Lib. V. Rer. Boicarum, p. 308; è quibus Ingenuinum, Synodo Marianæ, in qua Aquilejenſis Patriarcha, Severus, ineunte Seculo VII. ſchismati cum Romana Eccleſia renunciavit, interfuiſſe, Paulus Diaconus l. c. lib. 3, cap. 12, affirmat: Poſt hæc, facta eſt Synodus

nodus Epiſcoporum, in Mariano, ubi receperunt Severum, Patriarcham Aquilegienſem, dantem libellum erroris ſui, quia trium Capitulorum (ſcil. de *Theodoro Mopſveſteno*, & ſcriptis ejus; de ſcriptis *Theodoreti in Cyrillum*; atque de Epiſtola *Iba* Epiſcopi, ad *Marim Perſam*; Vid. Baronius, Tom. VII. Annal. ad an. 546, pag. 358, & 362, & an. 553, pag. 424.) *damnatoribus communicarat Ravenna. Nomina vero Epiſcoporum, qui ſe, ab hoc ſchiſmate, cohibuerunt, hæc ſunt: Petrus de Altino; Clariſſimus Ingenuinus de Sabione; Agnellus, Tridentinus; Junior, Veronenſis; Horontius, Vincentinus &c.* Add. Vetuſtiſſimus Codex MS. de *Metropolibus*, an. 810 confectus, præced. lit. hh, ubi; *Civitas Sabionenſis.* Nec ſine fundamento ſuſpicantur hinc *Zeilerus* lit. cc, & *Cellarius* l. c. pag. 337, per locum, *Sublavione*, *Itinerarii Antonini*, & *Sublabione*, *Theodoſiana Talula*, de quo præced. lit. ll. intelligendam eſſe *Brixiam*, ſcriptumque ab initio: *Sub Sabione*, vel *Sub Savione*, quaſi, ſub mœnibus *Sabionis*, jacens oppidum, ex ignorantia ſcribentium, mutatum in *Subſabione* & *Subſavione*, & corruptius, in *Sublabione*, vel *Sublavione.* Floruerunt *Sabionenſes* Epiſcopi, ad tempora usque *S. Albulni*, qui ſub *Ottone III*, & *Henrico* S. Imperatoribus, Eccleſiam iſtam regens, Sedem *Brixiam, à Sabione*, primus tranſtulerit, ceu, ex *Philippi Ferrarii Catalogo Sanctorum Italiæ*, d. 20. Julii, *Raderus*, de *Sanctis Bavariæ, in vita Lucani*, & *Gewoldus*, in Additionibus ad *Hundii Catalogum Brixinenſium Epiſcoporum* l. c. pag. 458; ipſe *Hundius* l. c. pag 442, in vita *S. Albuini*; *Zeilerus, Itin. German.* l. c. pag. 180, & alii, perhibent; quamvis *Zeilerus, in Topogr. Tyrolenſi*, l. c. in contrarium ſcribat: *Für den 28. (Biſchoff) wird, aber ungewiß*, S. Albuinus *gehalten, welcher am erſten von* Seben, *den Biſchoflichen Sitz, hieher auf Brixen transferirt haben ſolle; wiewohl gedachter* (Andreas) *Bruner*, part. 2. Annal. (Boicorum) pag. 670, *ſagt, daß Ricopertus, des H.* Albuini Anteceſſor, *vom Ottone 2 in den Schreiben, allhier gegeben, Brixinenſis Epiſcopus genannt, und des* Seben *gar nicht gedacht werde. Sonſten lieſet man, daß der 31.* (Epiſcopus) Hartwicus, *ſo an.* 1038, *Biſchoff worden, ſich erſt auf Brixen geſezt, die jetzige Mauren um die Statt gantz geführt, und S. Michaelis Kirchen erbauet habe &c.* Extat Diploma hoc *Ottonianum*, datum *Id. Octobris, anno Dom. 967, Indict. X, anno vero Glorioſiſſimi Regis, Ottonis, ſeptimo; Brichſinæ, in Domino, feliciter*; & apud *Gewoldum* l. c. pag. 470; in quo, inter alia: *Qualiter Venerabilis nomine Richpertus, Brixinenſis S. Eccleſiæ Epiſcopus, noſtram adiens Clementiam . . . precatus eſt &c.* magno argumento, jam ante *Albuinum*, *Brixienſem* extitiſſe Epiſcopum. Eadem Fata ſubeunt hi Præſules, quæ *Tridentini*; Voto & ſeſſione in Comitiis Imperii, extra controverſiam, fruuntur; ſicut & in modernis, Legatus *Brixienſis*, jam dudum ante *Baſilienſem*, eum quo alternat, ſententiam dicere rogatus noſcitur; reliqua vero, *Tyrolenſi* Regimine vix aliter, quam *Landſaſſi* cenſu, veniunt. Vid. Querelæ, *Caroli Emanuelis*, Tridentini Epiſcopi, an. 1641, 7 Jul. in Comitiis Ratisbonenſibus, contra *Claudiam*, *Leopoldi* Archiducis viduam. Quæ *Advocatiæ* Jus, aliaque, ex conventione an. 1511, Archiducibus, in Epiſcopatu competentia, quorum intuitu, Archiduces Onera Imperio inde ſolvenda, Cameralibus duntaxat exceptis, ab ipſo Præſule ferendis, in ſe ſuſceperunt, ultra æquitatem extendere, accuſabatur; deſuper prolatæ. apud *Lundorpium*, Tom. V, *Act. Publ.* lib. I, §. 161, p. 642; & ejus Legati, l. c. §. 162, p. 643, ubi: *Ob man nun zwar Stifftiſcher (Tridentiſcher) Seits, verhoffi, es würde, wie billig, die Sach* in ſano ſenſu, *des angedeuten Bunds* Libells de an. 1511, *und erfolgter des H. Reichs conditionirter* avocation, *verblieben ſeyn; ſo hat doch, uber alles Vermuthen, die jetzige regierende Furſtl. Durchl. Fr. Claudia, verwittibte Ertz-Hertzogin zu Oeſterreich, bey erhaltenen Tyroliſchen Landtag, im 1633 Jahr, dem Stifft* (Trient) *mit angedrohetem Gewalt, ſtarck zugeſezt, daß es, neben den Tyroliſchen Unterthanen, zu Ihrer, und der Ertz-Fürſtl. jungen Herrſchafft, Unterhalt, auch abfertig- und Ringerung weiland der Furſtl. Durchl. Ertz-Hertzogen Leopoldi zu Oeſtreich, miltſeeligen Andenckens, hinterlaſſener Hofſtates, wie Tyrolliſche Landſaſſen, ſteuren, und hinführo, allen derogleichen, durch ihre Unterthanen, eingewilligten* Contributionibus, *unterworffen ſeyn ſolle &c.* &, paucis interjectis: *Es hat Ihro Fürſtl. Durchl. Ober-Oeſterreichiſche Regierung, im Febr. nechſt verwichenen 1640 Jahrs, an alle des Stiffts, und zumahlen von deme zu Lehen verliehener Herrſchafften, Beampte, und nachgeſezte Obrigkeiten, die Feuerſtætt, und das Mahlwerck im Stifft, zu beſchreiben, unmittelbahre Befehl abgehen laſſen; daß alſo abermahln wir genœthiget worden, von denen, zu Nürnberg, jüngſt verſammlet geweſenen, Hochanſehnlichen Churſt. Herrn Ræthen, Botſchafften und Geſandten, Troſt und Beyſtand zu ſuchen; welche dann zwar an die Ræmiſche Kayſerl. Majeſt. gehorſambſte* Interceſſionales, *und die Furſtl. Durchl. zu Inſbruck ein wohlmeinendes Erinnerungs-Schreiben, dergeſtalt*, contra liberum & indubium Imperii Statum, *nit zu verfahren, abgehen laſſen; dieſelbe gleichwohl unterdeſſen, bey nechſt, zu Insbrück gehaltenem Landtag, ihr Vorhaben, in dero Landtags-Schrifften, endlich klar und an Tag geben, daß ſie nemblich beyde Fürſtliche Stifft, Trient und Brixen, anderſt nit, als vor Ihre Landſaſſen, und Unterthanen, halte; Ihnen, von Landes-Fürſtlicher*

Digitized by Google

Herrſchafft wegen, wie andern Ihren Landes-Standten, zu befehlen, und Sie, zu allen Hülffen, die Gemeine Defenſion, *oder* Privat-*Nothdurfft, belangend, anzuhalten, befugt ſey*, &, in caſum renitentiæ, *die* Contributiones, via militari, *aumpreſſen werde &c.* Conſ. *Limnæus* Tom. IV *Addit.* ad Lib. IV, cap. 7, pag. 486 &c. & *Gaſtelius*, de *Statu Publ. Europ.* cap. XV, §. 63, p. 505; *Magerus* de *Advocatia armata*, cap. IX, §. 996, p. 429; *Sprengeri Ellychnia*, p. 1753; *Zeiler, Itin. Germ.* Contin. I, cap. 1, p. 11; & in *Topograph. Tyrol.* pag. 81: Dn. *ImHoff*, l. c. §. 4, pag. 94; Dn. *Spener*, l. c. §. 5, pag. 587; *Europ. Herold* l. c. &c. Scutum repræſentat *Agnum gradientem argenteum, vexillum, rubea cruce inſignitum, geſtantem, in area rubea.* Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 2, p. 93; *Europ. Herold* l. c. Dn. *Bilderbeck Reichs-Staat*, Tom. 2, Part. 5, cap. 58, §. 6, p. 59; Dn. *Zſchackwitz Einleitung zum* Jure Publico, lib. 3, cap. 4, Qu. 66. pag. 519, Alii; Dn. *Spenerus* l. c. §. 11, pag. 586, *retroſpicientem* agnum, perhibet: *In prima area, rubea, graditur Agnus argenteus retroſpiciens, ungulis, & fulgore, qui caput ambit ex auro, qui geſtat vexillum argenteum, rubea cruce inſignitum, ex cruce aurea ſuſpenſum &c.* Canonicorum ſunt XIX, qui, vel ſanguinis prærogativa, vel literis, emineant. Officia hæreditaria obeunt: ***Mareſchalli***, Barones de *Welſperg* & *Primœr*; ***Dapiferi***, Comites de *Wolckenſtein*, (non Wolfſtein) ***Pincernæ***, Comites de *Thun*; & ***Camerarii***, *Columnii, Barones de Völs*, ſeu *Fels.* Vid. *Zeileri Topogr. Tyrol.* l. c. *Europ. Herold* l. c. Dn. *Spener* l. c. §. 4, pag. 586; Dn. *ImHoff* l. c. §. 5 & 7, p. 94; Dn. *Bilderbeck* l. c. §. 5 & 7, p. 59; Dn. *Zſchackwitz* l. c. Qu. 61 & 63, p. 518. De Evergetis evolvas *Hundium* l. c. *Gewoldum*, in cit. *Additionibus* ad *Hundii catalogum*; *Sprengeri Lucernam*, cap. 6, p. 303; ejusdem *Ellychnia*, p. 1753; Dn. *ImHoff* l. c. §. 3, p. 94; Dn. *Spener* l. c. §. 5, pag. 586; *Europ. Herold* l. c.

(*oo*) GURCENSIS &c. Extat *Gurcenſium* Epiſcoporum Catalogus, à *Günthero*, quem an. 1073, ab Archi-Epiſcopo Salisburgenſi, *Gebhardo*, Com. Helfſenſteinio, conſtitutum, perhibet, usque ad *Johannem de Schemberg*, Sec. XVI, ex Abbate Mellicenſi, electum, apud *Bucelinum*, part. I *German. Sacræ*, p. 49 & 50. De erectione hujus Epiſcopatus, legas vitam laudati *Gebehardi Salisburgenſis*, apud *Caniſium* Tom. VI *Antiquæ Lectionis, & Surium*, 16 Junii, pag. 227, ubi, cap. XIV: *Præfatus Archi-Epiſcopus* (Gebhardus) *priusquam Admuntenſe fundaret Monaſterium, an. Incarnationis Domini M. LXXII, inſtituit Sedem Epiſcopalem, intra Carinthiam, in loco,* ***Gurca*** *dicto, ubi prius fuerat Cœnobium Sanctimonalium, cui præfecit, & conſecravit Epiſcopum* **Güntherum**, *2 Non. Mart. præſentibus, & benedicentibus, Epiſcopis, Altwino, Brihſſinenſi; Ellenhardo, Friſingenſi; Candiano, de Hyſtria; cæteris Comprovincialibus Epiſcopis, Ottone ſcil. Ratiſponenſi; Altmanno, Pataviensi, per Epiſtolas, ſuum in hanc ipſam ordinationem præbentibus aſſenſum &c.* Conſenſus Diploma *Alexandri* Pontificis, ſub dat. 1070, 12 Cal. April. reperitur l. c. cap. XV; ut & *Henrici IV* Imp. ſub dato *Ratiſponæ*, 1072, Indict. X, 2 Non Febr. cap. XVI. Conſ. *Zeiler, Itiner. German.* cap. 28, pag. 571; & in deſcriptione X Circulorum Imperii, nominatim Auſtriaci, voc. *Gurck*, p. m. 43; *Europ. Herold* T. I, p. 329; *Lazius*, lib. XII, de *Republ. Roman. Morery, Diction. Hiſtor.* voc. *Gurk*, p. m. 108; aliique, qui omnes *Güntherum*, anno demum 1073, inauguratum ſcribunt. Eximitur jam dudum hic Præſul, à domo Auſtriaca: Obtulit quidem ſe *Ferdinandus I*, tunc Romanorum Rex, an. 1548, in Comitiis, ad propugnanda ſua Jura in hunc, & *Lavantinenſem* atque *Seccavienſem*, Præſulatus, ordinaria Juris via, data hanc in rem libera *Fiſcalibus* agendi poteſtate; teſtibus *Actis Publicis*, apud *Limnæum*, Tom. IV Addit. ad lib. IV, cap. 7. §. 4. pag. 500 & 501; unde quædam ſeq. lit. qq. deſumpta; enimvero, manſit hactenus domus Auſtriaca in poſſeſſione, Præſules hos pro meris habens Landſaſſiis. Ex conventione laudati Imperatoris, cum Archi-Epiſcopo Salisburgenſi, conſtituit Archidux duos ſucceſſivè *Gurcenſes* Epiſcopos, & Salisburgenſis tertium, Archiduci tamen gratum; alias, *wann der Fall ſich alſo ereignete, daß es, wieder eines regierenden Ertz-Hertzogs willen, geſchahe, ſoll der neue Biſchoff ſich, in eigener Perſohn, vor den Landes-Fürſten in Kerndten ſtellen, die Poſſeß des Biſsthumbs demütig ſuchen, auch, wegen ſeines Gehorſambs, als ein Landſtand und Unterthan, ein* Revers *geben. Wird aber die Wahl von Oeſterreich gethan, geſchiehet gleichwohl hernach die* Præſentation *an Saltzburg, um die geiſtlichen Orden, und Weihe, von Ihme zu empfahen, und in geiſtlichen und Kirchen-Sachen, ſich pflichtbar zu machen; und giebt das Stifft keine* Annaten, *ſondern nur eine leidliche Canzeley-Taxa,* pro confirmatione. Sunt verba Ill. Auctoris *des Europ. Herolds*, l. c. Add. *Zeileri Anhang, der* an. 1649 *gedrückten Topographia Provinciarum Auſtriacarum*, in Proœmio; Dn. *ImHoff* lib. 3, *Notit. Proc. Imp.* cap. 3, §. 1, pag. 66; *Conring.* ad *Lampad.* Part. 3, cap. 6, §. 4, pag. 211. Auctor *der Beſchreibung des H. R. Reichs Teutſcher* Nation, de an. 1687, part. 2, cap. 6, p. 130 & 131. Hodiernus Præſul eſt Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus Dn. JACOBUS MAXIMILIANUS, Comes de THUN, natus 23 Julii 1687, Canonicus Salisburgenſis & Paſſavienſis; Epiſcopatum Gurcenſem obtinuit 1709. Sedes eſt, *Straßburgum*, in Carinthia. Vid. *Zeiler*, in dicta appendice, voc. *Straßburg*. pag. 42.

(*pp*) CHIEMENSIS. De Origine hujus Epiſcopatus, in Dioeceſi Salisburgenſi, inquit *Wigulejus Hundius*, Tom. I *Metropol. Salisburg.* p. 11 in vita *Eberhardi* Archi-

Archi-Epiſcopi, quem an. 1200, electum tradit: *Ab Eberhardo Archi-Epiſcopo, inſtituitur Epiſcopatus Chiemenſis, ſub Innocentio Papa III, & Rudigerus de Radeck fit primus Epiſcopus.* Add. *Bucelinus*, part. 1 *German. Sacra* pag. 48: *Anno Domini* 1200, *Eberhardus de Truchſen, Archi-Epiſcopus Salinburgenſis, Pater Pauperum, de licentia, & authoritate Dn. Innocentii III Papæ, & aſſenſu ſui Capituli, Epiſcopatum Chiemenſem, ad gloriam Omnipotentis Dei, erexit, conſtituit, & fundavit. Rudigerus de Radech, Primus Epiſcopus inſtituitur, anno Domini* 1215, *qui deinde ad Eccleſiam Paſſavienſem translatus eſt &c.* cujus ſucceſſores, ad *Franciſcum Vigilium, Comitem de Spaur*, usque, an. 1644 conſtitutum, ibid. & pag. 49 recenſet. Ejusdem ſententiæ ſunt: *Zeiler*, in *deſcriptione X Circulorum Imperii*, nominatim *Bavarici*, voc. *Chiemſee*, pag. 263; *Morery, Diction. Hiſt.* voc. *Chiemzee*, p. m. 150; *Europ. Herold.* T. 1, pag. 329; Hodiernus Antiſtes eſt Reverendiſſimus Dn. CAROLUS JOSEPHUS, Comes de Kyenburg, natus 27 Maji 1686, eligebatur 1723; Anteceſſorem habuit *Franciſcum Adam Adolphum*, Comitem de *Wagenſperg.* Ex ſententia Cameræ Imperialis, 9 Januar. an. 1568, obtinuit *Johannes Jacobus Khuen* (non Michael utpote jam an. 1560 defunctus) Archi-Epiſcopus *Salinburgenſis*, ſubjectionem hujus Epiſcopi; à quo tempore etiam Epiſcopatus hic laudato Archi-Epiſcopatui adjectus noſcitur. Vid. *Zeiler*, *Itiner. Germ.* Contin. 1, pag. 11. verb: *Chiemſee, iſt den 9. Januarii, an.* 1568, *ſine onere, per ſententiam definitam in Camera, dem Ertzſtifft Saltzburg zugeſprochen worden. Giebt daher nichts &c.* & *in Deſcriptione Circul. Imp.* voc. *Chiemſee*, p. 261; Dn. *Conringius* ad *Lampadium* part. 3, c. 6, §. 4, p. 211. Dn. *ImHoff* l. c. *Europ. Herold* l. c. Auctor *der Beſchreibung des H. R. Reichs, Teutſcher Nation*, de an. 1687, p. 130; Dn. *Lehman, Hiſtoriſche* Remarques a. 1705, p. 360.

(qq) SECCOVIENSIS &c. Siſtit Catalogum Epiſcoporum *Seccovienſium*, in Styria, à *Carolo*, an. 1220 conſtituto, usque ad *Johannem Marcum ab Aldringen*, an. 1633, 18 Sept. creatum, *Gabriel Bucelinus*, part. 1, *German. Sacr.* pag. 50 & 51. De erectione hujus Epiſcopatus, inquit *Wigulejus Hundius*, Tom. 1 *Metrop. Salisburg.* p. 12, in vita *Eberhardi à Truchſen* Archi-Epiſcopi: *Anno* 1219, *Eberhardus inſtituit Epiſcopatum Secovienſem, conſentiente Honorio Pontifice, cui Carolus, Præpoſitus Frieſiacenſis, præficitur &c.* Idem docent: *Bucelinus* l. c. *Zeilerus*, in Deſcriptione X Circulorum Imperii, nominatim *Auſtriaci*, voc. *Leibnitz*, ubi Epiſcopi Sedes, pag. 56 & 57, & voc. *Seccau*, pag. 81 & 82; & in *Topograph. Styriæ*, voc. *Leibnitz*, p. 27, & voc. *Seccau*, pag 38; *Europ. Herold* Tit. 1, pag. 329; &c. Dn. *Franciſcus Ignatius Woller*, Archi-Ep. Salisb à Conſiliis, in ſcripto, an. 1704 edito, ſub tit. *Alma Mater Salisburgenſis Metropolitana Sedes, in Filias, Seccovienſem, & Lavantinam Epiſcopales Eccleſias, datis nobis digniſſimis Sponſis feliciter, Benefica, menſe Octobri, an.* 1703, *& Menſe Martio, an.* 1704 *&c.* Unde ſua Dn. *Lehmannus*, in *Novis Literariis Germaniæ*, an. 1707, menſ. Auguſt. pag. 280. &c. Comitiis *Ratisbonenſibus* an. 1541, interfuiſſe *Chriſtophorum*, Epiſcopum *Seccovienſem*, patet ex Receſſus illius ſubſcriptione, §. 83, ubi: *Chriſtoph, Biſchoff zu Seggaw.* Ab anno vero 1548, pro mero *Landſaſſio* Auſtriaco Præſul hic habitus eſt. Pertinet huc *Ferdinandi I* reſponſio ad Relationem Deputatorem Circulorum, an. 1547 & 1548, ap. *Limn.* Tom. IV, Addit. ad lib. IV, cap. 7, §. 4, pag. 500: *Was aber die andern, als nemlich, die drey Stifft: Gurk, Sekau, und Lavant - - - beruhet, ſollen gemeine Reichsſtände gäntlich dafür halten, wo die königl. Majeſtät wüſten oder berichten würden, daß die dem Reich verwandt, und ſteuerbar waren, daß Ihro Königl. Majeſtät dieſelben dem Reich keines weges zu entziehen begehrten. Nachdem aber offenbar und Landkündig, auch unwiederſprechlich wahr, und beweißlich, daß dieſelben alle Ihrer Kœnigl. Majeſt. als regierenden Herren und Landsfürſten des Hauſes Oeſtreich, unwiederſprechliche erbverpflichte Unterthanen, Land, Leute, auch mit ihren Perſohnen und Gütern, ohne Mittel, in Ihrer Kœnigl. Maj. Land geſeſſen ſeynd, und auſſerhalb derſelben, vom H Reich, noch darinn, weder* Regalia, *noch einige Guter, haben; ſich auch deren Landſchutzs, Schirms, Friedens und Rechtens, gebrauchen und begnügen laſſen, auch in den Oeſterreichiſchen Landſchafften; darunter ſie geſeſſen, und begütert, als Landleuthe, ihren Stand und Stimme haben, und alſo, mit aller* Subjection, *dem Hauß Oeſterreich unterworffen, des auch unleugbar und unbeſchwert, ſondern bekandlich ſeyn. Zu dem, daß auch alle Güter, ſo zu den dreyen Stifften, Gurck, Sekau, Lavant, gewiedmet, gegeben, von Ihrer Kœnigl. Majeſt. Landleuten, in derſelben Nieder-Oeſterreichiſchen Landen, als Landgüter, erkaufft worden. - - - derhalben obbeſtimte Stifft, Prælaten, Herrn und Grafen, allein von wegen ihres Standes, aus rechtem Irrſall, und ungnugſamen Bericht, unbillig in die Reichs Anſchlæge kommen, und belegt worden; aber, Kœnigl. Majeſt. wiſſens, billig nichts erlegt haben, noch zu erlegen je ſchuldig geweſen ſeyn. Darum dann auch die Rœmiſ. Kœnigl. Majeſt. ſo wenig, als andere Chur- und Fürſten zuſehen und geſtatten kœnnen, daß Ihrer Kœnigl. Maj. derſelben Erb-Verpflichte Landleuthe und Unterthanen, ſchuldige Gehorſam, Steur und Mitleiden, deren Ihre Kœnigl. Majeſt. und derſelben Vorfahren am Hauß Oeſterreich, von undencklichen Jahren her, in unwiederſprechlichen Gebrauch und Ubung, geweſt, und noch ſeyn, entzogen werden ſollen - - - Im Fall aber, da befunden würde, daß die obgemeldte Stifft, Prælaten, Grafen und Herrn, auſſerhalb Ihrer Kœnigl. Majeſt. Landen, im Reich Güter hatten, oder künfftiglich uberkamen, die mit dem Reich billig verſteuert würden, iſt Ihrer Kœn. Maj. Gemüth*

nicht, dieſelben dem Reich zu entziehen, ſondern dem Reich erfolgen zu laſſen &c. Conf. *Conringius ad Lampadium*, part. 3, C. 6, §. 4, pag. 210 & 211. *Zeiler*. Præfat. Appendicis *Topographiæ Provinciarum Auſtriacarum*, de an. 1656; Dn. *ImHoff, Notit. Proc. Imp.* lib. 3, c. 3, §. 1, p. 66; *Europ. Herold* l. c. &c. Modernus Epiſcopus eſt, Reverendiſſ. Dn. JACOBUS ERNESTUS Comes de Lichtenſtein, natus 27 Sept 1692; elect. 1727. Anteceſſorem habuit *Leopold. Anton. Eleotherium* Baron. de *Firmian*, hodiernum Archi-Epiſcopum Salisburg. *Lehmannus Hiſtoriſche* Remarques, anni 1705, Menſ. Novemb. pag. 360, litem, in conſtituendo hoc Præſule, inter Curiam Romanam, & Salisburgenſem Archi-Epiſcopum, cujus jura Patronatus, *Clemens* Romanus in dubium vocare conabatur, ortam, tangit.

(*rr*) LAVANTINENSIS &c. Fragmentum horum Præſulem ſuppeditat *Bucelinus*, part. 1 *German. Sacra*, p. 49. Eundem habuit fundatorem hæc Eccleſia, cum *Chiemenſi & Seccovienſi*, ſcil. *Eberhardum à Truchſen*, Archi-Epiſcopum Salisburgenſem, de quo *Wigulejus Hundius*, Tom. 1 *Metropol. Salisburg.* in ipſius vita, pag. 121 *Anno* 1221 - - - - *instituit Epiſcopium apud S. Andream in Lavent, cui præfecit Ulricum, Plebanum in Haus, qui poſtea Straubingæ, in nuptiis Ottonis, Ducis Bavariæ, præſentibus multis Principibus, ab Eberhardo Archi-Epiſcopo, conſecratur, an.* 1223 *&c.* Conſentiunt *Bucelinus* l. c. *Zeiler, Itiner. German.* Contin. 1, pag. 365; *Europ. Herold*, T. 1, p. 329. Sedes Epiſcopi eſt *Lavamünde*, in Carinthia. Vid. *Zeileri*, deſcriptio Circuli Auſtriaci, voc. *Lavamünd* p. 55, Modernus Præſul eſt Rever. & Illuſtriſſ. Dn. JOSEPHUS OSWALD Comes ab *Attembs* ſeu *Attymis*, natus 6 Jan. 1679, Canon. Salisburgenſis, an. 1723. in locum *Leopoldi Anton. Eleutherii* L. B. de *Firmian*, Salzburgum tranſlati, ſuffectus eſt Epiſcopus. Vid. Dn. *Wollerus*, de *Alma Matre Salisburgenſi Metropolitana Sede, in filias, Seccovienſem & Lavantinam, Epiſcopales Eccleſias, beneficia*, an. 1704, unde Dn. *Lehmannus*, quædam in *Nova Literaria Germania*, anni 1707, menſ. Auguſt. p. m. 280 &c. tranſtulit. Pari jure, cum *Gurcenſi & Seccovienſi*, Provincialibus Auſtriæ Ordinibus, Subditisque, annumerari noſtrum Antiſtitem, ex præced. lit. oo & qq. diſcendum eſt. Conf. *Zeileri præfat.* Appendicis *Topographia Provinciarum Auſtriacarum*, de an. 1656; *Conringius* ad *Lampadium* part. 3, cap. 6, §. 4, pag. 211; Dn. *ImHoff* l. c. Auctor *der Beſchreibung des H. R. R. Teutſcher Nation*, de an. 1687, pag. 130, *Europ. Herold* l. c. Alii.

(*ss*) VIENNENSIS &c. Catalogum *Epiſcoporum Fabianenſium*, ſeu, *Viennenſium*, à *S. Severino*, quem an. 466 claruiſſe ſcribit, usque ad *Fridericum Nauſeam*, defuncti an. 1541, *Johannis Fabri*, ſucceſſorem, ſubminiſtrat *Petrus Bertius*, lib. 3 *Rer. German.* cap. 6, p. 293 &c. & poſt eum *Gabriel Bucelinus* part. 1 *German. Sacra*, pag. 50, in *Philippum Fridericum*, Comitem *Preunerum* usque, an. 1669, 12-22 Maji, ad plures abeuntem, extenſum. Qui eum an. eod. 19-29 Oct. excepit, *Wildericus, Baro de Walderdorff* S. R. J. Vice-Cancellarius, *Theatro Europæo* teſte Tom. X, ad h. a. part. 2, pag. 27, mortuus eſt an. 1680, 3 Sept. St. N. vid ibid. Tom. XII, ad h. a. pag. 363, & *Diar. Europ.* Contin. XLII, pag. 411. Surrogatus ei, an. eod. *P. Emericus*, Ordinis Capucinorum, quinto anno poſt, iiſdem exuvias mortales depoſuit. Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 164, & 799. Cathedram hinc, an. eod. conſcendit *Erneſtus, Com. Trautſon de Falckenſtein*; Vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 799; *Europ. Herrold*, Tom. 1, pag. 329; Dn. *ImHoff, Notit. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 3, §. 1, pag. 66. Quo, an. 1702, 7 Januar. naturæ debitum ſolvente, credebatur hæc Eccleſia, eod. anno, Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Dn. *Franciſco Antonio, Com. de Harrach*, Præpoſito Paſſavienſi. Vid. *Donati, Europ. Tag-Regiſter*, ad an. 1702, d. 7 Jan. pag. 3, Dn. *Lehmanni, Hiſtoriſche Remarques*, anni ejusd. p. m. 39. Cujus, an. 1705, 16 Oct. electi Coadjutoris Archi-Epiſcopi Salisburgenſis, & Eccleſiæ *Viennenſi* valedicentis, loco, an. 1706, Præſul inauguratus eſt, FRANCISCUS FERDINANDUS L. B. de RUML. Succeſſorem adeptus 1710, SIGISMUNDUM, Comitem de Kollonitſch, nat. 20 Maji 1677, Poſtquam 1 Jun. 1722 ſedes hæc à Papa in Archi-Epiſcopatum evecta, & 20 Jan. 1723 Pallium Romæ datum fuit; hic Archi-Epiſcopus 20 Nov. 1727 S. R. E. Cardinalis dignitate condecoratus eſt. Romanos *Wiennam*, VINDOBONAM vocaſſe, *Itinerariâ Tabula*, quam, ex *Peutingeriana Bibliotheca*, *Marcus Velſerus* primus in lucem edidit, conſtat; in Itinere enim *Brigantio, Bolodurum* verſus, loca ſic enarrantur:

Arraho ſt.	*XXX.*
Stailuco.	*XII.*
Ad Flexum	*XIII.*
Gerulatis	*XVI.*
Carnunto	*XIII.*
Æquinoctio	*XIV.*
Villagai	*IV.*
VINDOBONA	X.
Citium.	*VI.*
Comagenis	*VII. &c. &c.*

Et in *Itinerario Antonini*, ita:

Bregitione, leg. 1 Adjut.
Ad Muros & Statuas, in medio
Ad Robona. XXX,
Quadratis,
Flexo XX.
Gerulata.

Car.

Digitized by Google

Carnunto, *Leg. XIV. Gemina*, *XXX.*
Æquinoctio, *& Ala Nova*, *in Medio*,
VINDEBONA, *Leg. X. Germ. XXVIII.*
Commagenis *XXX.*
Cetio *XXX. &c. &c.*

Vid. *Cluverius*, in *Vindelicia & Norico* cap. V, pag. 20; *Lambecius* lib. 2 *Commentar. Biblioth. Cæſar.* cap. 2, p. 33 &c. *Cellarius Geograph. Antiq.* lib. 2, cap. 8, pag. 351. In dicto Itinerario, in via, quæ à *Scarabantia Lauriacum* ducit, appellatur *Vindomona*, notante *Cluverio* l. c. ibi:

Scarabantia.
Moteno *XII.*
|
|
|
VINDOMONA XXV.
Comagenis *XXIV.*
Cetio *XXIV. &c.*

Apud *Ptolomæum*, *M. Aurelio Antonino Philoſopho* Imperatori coævum, lib. 2 *Geographiæ*, ejusdem mentio fit, ubi ſermo de Pannonia Superiori, quod, ab Occaſu, Monte *Cecio*, & ex parte *Caravancâ*, terminetur, verb. Πόλεις δὲ αἱ ὑπὸ μὲν τὸν Δανούβιον: Οὐινδόβωνα; h. e. *Civitates vero ſuper Danubium quidem ſunt*: *Vindobona &c.* In nonnullis Codicibus MSS. ut & membranaceo *Vindobonenſi*, corruptè legi Οὐιλιόβωνα, *Viliobona*; quod mendoſum vocabulum ſciolus quidam, per tranſpoſitionem litterarum, planè in Ἰουλιόβωνα *Juliobona*, mutaverit, (cum tamen *Juliobona*, non *Pannoniæ* ſed *Galliæ Belgicæ*, ad *Morinorum* Fretum, Urbs ſit, inpræſentiarum *Calais* dicta) poſt *Cluverium* l. c. pag. 22, *Lambecius* notavit; quibus & *Cellarius* l. c. pag. 349, aſſentitur; quamvis, de moderna *Juliobona* appellatione, conferas, quæ idem l. c. lib. 2, cap. 3, pag. 251, differit, aliis eam *Caletum*, aliis vero *Diepam*, aliisque *Lilebonam*, denotare, tradens. De Synonymis: *Vendobona*, *Vindomona*, *Vindomana*, *Vindomina*, *Windomina &c.* legi merentur *Cluverius* l. c. *Zeiler Topograph. Auſtr.* voc. *Wien*, p. 22; & *Itinerar. German.* cap. 13, p. 295; *Bertius* l. c. pag 291; *Lambecius* l. c. pag. 37; *Cellarius* l. c. pag. 349. Alii, Num *Favia*, ſeu *Fabia*, aut *Faviana*, ſeu *Fabiana*, unquam ſit nuncupata? quæſtio eſt. *Otto Friſingenſis*, *Conradi III* Imp. fratre uterinus, lib. I de *Geſtis Friderici* Imp. cap. 32, p. m. 426, ait: *Dux* (Henricus Auſtriacus) *tunc demum terga hoſti* (Hungaris) *dare compellitur*, *ac tam pugnacis dextra*, *quam pulveris*, *aerem obducentis*, *beneficio*, *belli periculis exemptus*, *in vicinum Oppidum Viennis*, *quod olim*, *à Romanis inhabitatum*, *Favianis dicebatur*, *declinavit &c.* Sic ipſe *Henricus* Dux, Frater ejus, in Diplomate Fundationis Abbatiæ *Wiennenſis*, de an. 1158, apud *Wolfgangum Lazium*, lib. I. *Rer. Viennenſ.* cap. 4, & *Lambecium*, l. c. lib. 2, cap. 1, p. 10 & 11: *Manifeſtum fieri volumus univerſis*, *quod Nos*, *multiformi gratiâ ſpe moti*, *inter alias noſtri Patrocinatus Eccleſias*, *Abbatiam*, *in honorem Dei*, *& laudem ſuæ Genitricis*, *Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ*; *denique*, *in commemorationem B. Gregorii*, *in Prædio Noſtro*, *fundavimus*, *in Territorio ſcilicet Faviæ*, *vel Favianæ*, *quæ à modernis Wienna nuncupatur &c.* Exiſtimat *Lazius* l. c. ut & lib. XII *Commentariorum Reipubl. Roman.* cap. 7, hoc nomen ei inditum, à Stativis *Cohortis Fabianæ*, vocabulo poſtea, à Germanis, detruncata Syllaba *Fa*, in *Biana*, *Bienna*, tandemque *Wienna*, mutato. Meminit hujus Cohortis, antiquum marmor, effoſſum ad *Portam Scotenſem*, in quo, referente *Bertio* l. c. pag. 292, legitur:

MARCIANUS DECURIO ÆDILIS ET DUUMVIR MUNICIPII VINDOBONÆ, ET PRÆFECTUS COHORTIS FABIANÆ.

Annectit *Bertius*: *Et conſtat*, *Annium quendam Fabinum Legioni X Germanica*, *in Pannonia*, *his locis præſediſſe*, *cujus quidem non in Hiſtoria*, *ſed in Monumentis Pannonicis tam frequens mentio eſt*, *ut*, *ab iſto Fabiano*, *videri poſſit Cohorti illi*, *atque Urbi*, *datum nomen &c.* Eandem inſcriptionem celebrat *Lazius*, lib. I *Rer. Wiennenſ.* cap. IV, &, ex eo *Lambecius* l. c. lib. 2, cap. 1, p. 32 & 33, ſed ita:

DEO PROSP.
ERITATI G. MAR.
CC. MARCIAN.
VS DEC. MUNI.
VINDO. VATES
ÆDIL. II VIR ET
PRAEF. COH.
FABI. V. S. L. L. M.

In *Commentariis* autem de *Republ. Roman.* lib. 12, ſect. 3, cap. 7; & *Lambecius* l. c. pag. 33, hoc modo eam exhibent:

DEORUM PROSPERITATI G. MARCIANO G. MARCIANUS DEC. II VIR ET AED. VINDO. PRÆF. COH. FABL. V. S. L. L. M.

Apud *Janum Gruterum*, in *Syntagmate Antiquarum Inſcriptionum*, p. 4, ſic profertur:

DEOR. PROSP
ERITATI C. MA
:: C MARCIAL ::
VS DEC. MVN
VINDO VAES.
ÆDIL III VRI ::
PRAEF. CO ::
I
APRVSI.

Eidem ſententiæ prodeſſe volunt, quæ *Eugippius* Abbas, in vita *S. Severini*, Magiſtri ſui, de itinere ejus ex oriente, apud *Surium*, d. 8 Januar. p. m. 112, cap. 1, recenſet: *Tempore, quo Attila, Rez Hunnorum, defunctus eſt, utraque Pannonia, cateraque confinia Danubii, rebus turbabantur ambiguis, ac primum inter Filios ejus, de obtinendo Regno, magna ſunt exorta certamina - - - tunc Sanctiſſimus Dei Famulus, Severinus, de partibus Orientis adveniens, in vicinis Ripenſis & Pannoniorum partibus, quod Aſturis dicitur, Oppido morabatur - - - - Inde ad proximum, quod Commagenis appellabatur, Oppidum declinavit &c.* & cap. 3: *Eodem tempore Civitatem, nomine Favianis, ſava fama* (Fames; in margine addit Surius: Eſt autem Fabiana Urbs, quæ nunc Vienna Auſtriæ,) *oppreſſerat; hujus habitatores unicum ſibi remedium affore crediderunt, ſi, ex ſupra dicto Oppido, Comagenis, Hominem Dei, religioſis precibus, invitarent. - - - Quo cum veniſſet, cæpit civibus ſuadere, dicens: Poteritis, pænitentia fructibus, à tanta famis pernicie liberari &c.* & cap. 4, pag. 113: *Deinde B. Severinus in locum remotiorem ſecedens, qui ad Vineas vocabatur, cellula parva contentus, ad prædictum Oppidum remeare, divina revelatione, compellitur, ita, ut quamvis eum quies cellulæ delectaret, Dei tamen juſſis obtemperans, Monaſterium, haud procul à Civitate conſtrueret, ubi plurimos ſancto cæpit informare propoſito, factis magis, quam verbis, animas inſtruens auditorum. Ipſe vero ad ſecretum habitaculum, quod Purgum Oppidum appellatur ab accolis, quinque à Favianis diſtans milliariis, ſæpius ſecedebat, ut, hominum declinata frequentia, qua ad eum venire conſueverat, oratione continua, Deo protinus inhæreret &c:* Situm autem eſſe Oppidum *Favianis*, cum vicino *S. Severini* Monaſterio, in *ripa Danubii*, ex *Eugippio* l. c. cap. VIII, pag. 114, cap. X, ibid. XXII, & XXIII, pag. 117; XXXI, pag. 118; XLII. & XLV, pag. 119 & 120, perſpicuum eſt. Hinc nata opinio, per *Favianam*, *Wiennam Auſtriæ*, intelligendam. Enimvero, *Favianam* hanc fuiſſe, inter *Comagenam*, hodiè *Langenleber*, & *Cetium Montem*, ſive *Kalenberg*, adeoque in *Norico Ripenſi*, ubi ſitum olim *Flavium*, vel *Plinio* teſte, lib. 3 *Hiſt. Natur.* cap. 24, p. m. 184, qui ſic de Norico: *Oppida eorum, Viruuum - - - - - Æmonia, Claudia, Flavium &c.* non *cis Cetium*, in *Superiori Pannonia*, ubi *Wienna* jacet, proindeque hæc duo loca malè invicem confundi, ſolidis argumentis demonſtravit *Lambecius* l.c. pag. 11, ad 34; reſpondendo ſimul, ad præfatas Inſcriptiones, variantem earum lectionem rem dubiam reddere; inſuperque, nulla ratione, argumentum inde duci poſſe, *Wiennam*, unquam *Fabianam*, aut, ut in Codicibus MSS. quibus, ad componendam *Hiſtoriam Auſtriacam*, uſus *Æneas Sylvius*, ſcriptum fuit, *Flavianam*, appellatam; licet *Lazius*, ſibi ipſi alias contradicens, in *Commentario Wiennenſium Inſcriptionum* aliquoties, etiam *Wiennam*, ab *Ala Flavia Britannica*, dictam *Flavianum*, arbitretur, verb: *Ab hac Ala Flavia, Flavianum dictum eſt Municipium, quod Germani, prima Syllaba dempta, Vianam dixerunt, & poſtea corruptè Viennam &c.* Aſt rectius, *Abrahamus Ortelius*, in *Theſauro Geographico*, appellationes has Seculis barbaris vindicat: *Ala Flaviana, & Caſtra Flaviana, item Flavianum, nonnullis barbarici temporis Hiſtoricis, Wienna Auſtria vocatur &c.*

Referunt, cæterum, Epiſcopatus initia ad laudatum *S. Severinum*, quem 6 Id. Januar. defunctum *Eugippius* l. c. cap. 44, pag. 120, tradit; annum, à Nato Chriſto, 482, exprimente *Baronio*, Tom. VI. *Annal.* ad h. a. pag. 372. In *Itinerario Zeileri Germaniæ* cap. 13, pag. 297, de *Wienna*, legimus: *So viel das Biſtumb allhie anlangen thut, ſo vermeint obgemelter M. Heinrich Abermann* (qui Lazii Hiſtoriam Wiennenſem, an. 1619, idiomate Germanico donavit) *daß Wien, der erſte Ort in Oeſtereich und Beyern geweſen, ſo den Chriſtlichen Glauben angenommen: und als ſolcher daſelbſt etwas nachgelaſſen, ſo habe, ums Jahr Chriſti 250, S. Quirin, und hernach S. Severinus, denſelben wieder fortgepflantzt, welcher Severinus auch, an. 466, zum erſten Biſchoff daſelbſt*, Mamertinum, *oder* Mamertum, *gemacht: weilen aber die Longobarder die Kirch allda wieder zerſtært, ſo ſchreibt* Bertius, *daß* Giſalaricus, *von* S. Ruperto, *Biſchoffen zu Saltzburg, dahin geſchickt worden, der daſelbſt wieder eine Capellen erbaut, von welcher Zeit an, man die Biſchöffe daſelbſt*, Fabianenſes, Favianenſes *und* Vigennenſes, *genennt habe, wiewohl die Ordnung offt verandert worden, und, an ſtatt der Biſchöffe, Pfarrer und Præbſte daſelbſt geweſt ſeyn &c.* Conf. Ejusdem *Topograph.*

graph. Auſtr. voc. *Wien*, pag. 24. Quibus temporibus mutationes hæ contigerint, ex *Bertio* l. c. pag. 292 &c. & *Bucelmo* l. c. pag. 50, *Præpoſituram Wiennenſem*, à *Friderico III* Imp. conſentiente *Paulo* Papa 2 in *Epiſcopatum* demum converſam, conſtitutumque an. 1480, *Leonem à Spaur*, Tyrolenſem, *primum Epiſcopum*, aſſerentibus, petendum eſt Alios, Epiſcopatum an. 1468 fundatum, arbitrari, præced. Tit. V, in vita *Friderici III*, pag. 706, monui. Proſcripto an. 1237, *Friderico Bellicoſo*, Civitatem hanc, ab Imperatore *Friderico* 2, inter *Imperiales* fuiſſe relatam, Diplomate, an. 1237, menſe Aprili, Indict. X, deſuper confecto, *Lazius*, lib. 2 *Rer. Wiennenſ.* cap. 5, & *Lambecius* l. c. lib. 2, cap. 5, pag. 79 &c. probant; factum confirmante *Bertio* l. c. pag. 292; quamvis, vix integros tres annos, dignitate hac gaviſa ſit, an. 1240, à proſcripto Duce, cum tota reliqua Auſtria, armata manu, ad deditionem, priſtinumque obſequium, reducta. Vid. *Lambecius* l. c. pag. 69, in margine. *Wiennenſes* Præſules *Ordinum Provincialium Auſtriacorum* cenſu haberi, caret dubio.

(*tt*) BREMENSI &c. *Bruſchius*, de *Epiſcopatibus Germaniæ*, cap. 1, p. 2, ait: *Sedes Sexta Archi-Epiſcopalis eſt Bremis, ſive Brema, ad Viſurgim fluvium in Saxonibus ſita, de qua ſic Celtis, in Quarti Libri Amorum Elegia ſecunda.*

Viſuræ Saxonicis amnis clariſſimus oris,
Sedibus è ſeptem, quæ Bremis una micat.

Hujus Sedis Comprovinciales Epiſcopatus, ſive Suffraganeatus, ſunt: (1) Lubecenſis, olim Aldenburgenſis, (2) Suerinenſis, in Mechelburgia, (3) Lebuſſinenſis, (4) Schleſwicenſis, (5) Razenburgenſis, (6) Hamburgenſis, olim Archi-Epiſcopatus, & Metropolitanus omnium Aquilonarium Provinciarum, nunc Bremenſi unitus &c. De Etymologia *Bremæ*, *Claudio Ptolomæo*, lib. 2 *Geograph.* cap. 11, & *Tab. Europ.* 4, dictæ Φαβιρανον, legi meretur Dn *Johannis Henrici Eggelingii*, Exercitatio Tertia *Miſcellanearum Germaniæ Antiquitatum*, edit. *Bremæ*, 1695, qua ſolidè demonſtrat, Φαβιρανον, nihil aliud denotare, quam *Trajectum ad Viſurgim*. Fundationem hujus Eccleſiæ, præc. §. 12, lit. d, p. 1166 expoſui.

(*uu*) LUBECENSIS &c. Hiſtoriæ hujus Epiſcopatus inſerviunt: *Helmoldi Chronicon Slavicum*, cum *Continuatione Arnoldi Lubecenſis*, & *Notis Henrici Bangerti*; Lubec. 1659, 4. *Alberti Crummedyckii*, Epiſcopi Lubecenſis, *Chronica Epiſcoporum Lubecenſium*, à *Marcone*, ab *Ottone Magno* Imp. *Aldenburgenſi* Eccleſiæ præpoſito, usque ad *Arnoldum Weſtfal*, per Capitulum, *Scrutinii* via, an. 1449, electum, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.* pag. 393, ad 402. *Anonymi*, *Continuatio Chronicæ Epiſcoporum Lubecenſium*, usque ad *Wilhelmum Weſtvahl*, an. 1505, penultima die Auguſti, ad Eccleſiam hanc vocatum; ibid. pag. 403 ad 410. *Cunradi Evermoti* Presbyteri Razeburgici, *Chronicon Epiſcoporum Aldenborgenſium in Wagria*, à *Markone*, an. 952 ut ait, primo Præſule ordinato, usque ad *Geroldum*, cujus precibus *Henricus Leo* Epiſcopalem Sedem, an. 1163, *Lubecam* tranſtulerit; apud Dn. *Paullini*, in Syntagmate *Rerum & Antiquitatum Germanicarum*, p. 155, ad 168. *Henrici Aquilonipolenſis* Poetæ, Libri duo, *de Primordiis Lubicanæ Urbis Cæſareæ*; apud *Meibomium* l. c. Tom. 1, pag. 605, ad 620. *Anonymi*, *Chronica Slavica*, apud *Lindenbrogium*, de *Scriptoribus Rer. Septentrional.* p. m. 189 &c. *Anonymi*, Presbyteri tamen Bremenſis, *Chronicon Holſatiæ vetus, ad Annum usque* 1448, apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium*, Tom. 1 *Acceſſionum Hiſtoricarum*; Catalogus *Epiſcoporum Aldenburgenſium, & Lubecenſium*, à *Marcone*, usque ad *Wilhelmum Weſtphal*, an. 1509 extinctum in *Appendice Metropolis Alberti Crantzii*. *Hermanni Bonni*, *Chronicon parvum Urbis Imperialis Lubecæ, ab ejus primordio, ad annum* 1539, Baſil. 1543, 8. *Johannis Kegkmanni Lübeckiſche Chronica*, Heidelberg. 1619, fol. *Gabrielis Bucelini*, part. 1 *Germ. Sacr.* p. 53 *Catalogus Altenburgiorum & Lubecenſium Epiſcoporum*, à *Marco*, quem an. 970 conſtitutum tradit, usque ad *Balthaſarem à Rantzow*, an. 1547 mortuum. *Johannis Peterſen*, *Holſteiniſche Chronica*, Lubec. 1599, fol. part. 1, pag. 26 &c. *M. Andreæ Angeli*, Struthiomontani, *Holſteiniſche Chronica*, part. 2, cap. 1, pag. 1 &c. *Caſparis Danckwerti Holſteiniſche Chronica*, part. 3, cap. 8, p. m. 222 &c. ad 229, ubi Præſulum ſeries, à dicto *Marcone* usque ad *Johannem*, Ducem Holſatiæ, an. 1634, Cathedram conſcendentem. *Caſparis Sagittarii*, Præſidis, & Dn. *Jacobi à Mellen*, Reſpondentis, Diſſertationes, de *Antiqua, Media & Nova Hiſtoria Lubecenſi*, an. 1677, & 1687, *Jenæ* ventilatæ &c. Fundatus fertur Epiſcopatus hic ab *Ottone Magno*, *Altenburgi*, in *Wagria*; & quidem, juxta *Evermotum* l. c. pag. 155, cujus verba præced. lit. ee, habentur; *Peterſen* l. c. pag. 26, & Auctorem *des gründlichen und wahrhafften Gegenberichts, wieder die, gegen das Hochfürſtl. Hauß Schleßwig-Holſtein-Gottorff*, in Negotio Coadjutoriæ, Epiſcopatus Lubecenſis, *ausgegebene, und ſo genante, kurtze* Information, de an. 1685, apud *Lundorpium*, T. XII *Act. Publicor.* cap. 119. §. X, p. 421; aliosque,

Digitized by Google

que, anno 952; aut, ex opinione *Danckwertbi* l. c. pag. 223, an. 956. Primum Epiſcopum vocat *Adamus Bremenſis*, lib. 2 *Hiſt. Ecclеſ.* cap. 8, p. m. 48, *Edwardum*, ſeu *Evagrium*; Vid. præced. lit. cc. quem *Albertus Stadenſis*, ad an. 971, pag. 108 & 109, κατὰ πόδα ſecutus. *Helmoldus* verò lib. 1, cit. Chronici, cap. 12 §. 3, & 4, pag. 33, *Marconem*; ſcribens: *Subnervata omni Sclavorum Provincia, Urbs nihilominus Aldenburg, ad fidem converſa eſt, & facta eſt numero fidelium copioſiſſima. Huic Urbi Præcellentiſſimus Cæſar* (Otto) *Pontſicem dederat, Venerabilem Virum, Marconem, ſubdens ei omnem Obotritorum Provinciam, usque ad Penem fluvium, & Urbem Dimine. Præterea Civitatem opimatiſſimam Sleswich, quæ, alio nomine, Heidibo dicitur, ejusdem curæ delegavit. Eo enim tempore Sleswich, cum Provincia adjacente, quæ ſcilicet, à lacu Slya, ad Egdoram fluvium, protenditur, Romano Imperio ſubjacebat, habens terram ſpacioſam, & frugibus fertilem &c.* Ita & *Chronicon Holſatiæ vetus*, Dn. *Leibnitii* l. c. cap. 11, pag. 18: *Eccleſiam Oldenburgenſem, in Terra Waynorum* (Wagriorum) *nunc Lubecenſem, etiam erexit*, (Otto I Cæſar) *& Populum ad fidem gladio convertit. Huic Eccleſiæ dedit Epiſcopum, Marconem, facundum Virum, cui etiam Sleswicenſem Civitatem, quæ, alio nomine, Haddeby dicta fuit, ad regendum in ſpiritualibus, delegavit &c.* & *Albertus Crummedyckius*, cit. Chron. *Epiſcoporum Lubecenſium*, pag. 393: *Magnus Ott, Primus hujus nominis Imperator - - - - - animadvertens Civitatem Aldenborch, in Terra Wagirorum ſitam - - - pro Epiſcopali Sede aptam, inſtituit ibidem Eccleſiam Cathedralem: ſubjiciens ei omnem Provinciam Obotritorum, à terminis Holtzatorum, usque ad flumen Peenam, Urbem Demmyn, ac Civitatem Sleswig, ubi nondum erat Epiſcopus. Conſtruens ibidem in Aldenborg Eccleſiam, in commemorationem S. Johannis Baptiſtæ, dans ei Pontificem primum, Markonem &c.* Et *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, cap. 9, p. m. 192: *Civitas Aldenburg fidelis facta, tempore Ottonis, in principio cum cæteris Sclavis, primum, ab Ottone, Pontificem accepit, nomine Marconem, ſubdens ei omnem Obotritorum Provinciam, usque ad Penem fluvium, i. e. die Peyne, & Urbem Demmyn. His temporibus Scleswik Romano ſubjacebat Imperio, cum tota Terra Wagrica, in qua erat Aldenburg. Hic Marco prædictus, omnem Populum iſtum ſacro fonte lavit, usque ad Demmyn, & Penem. Quo defuncto, Sleswik proprio Aneiſtite decorata eſt, & in Aldenburg ſucceſſit Venerabilis Vir, Egwardus, ordinatus à S. Adeldago, Archi-Epiſcopo Hammenburgenſi &c.* Nec aliter *Evermotus* l. c. pag. 156, 157 &c. *Albertus Cranzius*, lib. 3 *Metropol.* cap. 29, p. m. 76, & cap. 30, pag. 77; & lib. 6, cap. 25, pag. 156; *Caſpar Danckwerth* l. c. part. 2, cap. 9, pag. 118, & part. 3, cap. 8, pag. 223; *Johannes Peterſen* l. c. *David Chytræus* lib. 2, *Saxon.* pag. 65; Recentiores alii, qui omnes, *Adami Bremenſis*, *Edwardum*, ſeu *Evagrium*, aut, ut aliis placet, *Egwardum*, ſeu *Egewardum*, *Marconi* noſtro Succeſſorem conſtituunt. Ad plures abiiſſe fertur *Marco*, anno 964; vid. *Danckwerth* l. c. Part. 2, cap. 9, pag. 118, & part. 3, cap. 8 pag. 223; aut, ut *Peterſen* l. c. ſentire videtur, an. 971, Epiſcopatui Ejus, quem an. 952 orditur, novendecim annos vindicando. Elato ejus funere, cum laudatus *Edwardus*, ſeu *Egwardus*, Eccleſiæ *Aldenburgenſi* præficeretur, ab *Adeldago* Hamburgenſi inauguratus, nacta eſt *Sleswicenſis* peculiarem Epiſcopum; à quo tempore, hæ duæ Eccleſiæ à ſe invicem ſeparatæ fuerunt. *Eduardum* excepit; *Wago*, cujus ſororem, *Billug*, Obotritorum Rex, in matrimonio habebat; Hunc ſecutus, Præſulum Quartus, *Ezico*; ſub Quo, ejusque ſucceſſore, *Folckwardo*, *Miſtiwoi*, Wendorum Princeps, cum tota Gente, ad idolorum cultum rediit. De quo lapſu, *Adamus Bremenſis*, lib. 2, cap. 30, 31 & 32, pag. 62 &c. *Helmoldus*, lib. 1, cap. 16, pag. 50; &c. *Ditmarus Merſeburg.* lib. 7, p. m. 106; *Albertus Stadenſis* ad an. 1001, pag. 112 & 1010, pag. 113; *Chronicon Holſaticum* Dn. *Leibnitii*, cap. XI, pag. 19, *Crummedyckius* l. c. aliique plures, evolvendi. Suffectus eſt *Flockwardo*, *Reginbertus*, ut *Adamo* lib. 2, cap. 32, pag. 64, & *Helmoldo*, lib. 1, cap. 17, §. 1, pag. 53; vel *Rembertus*, *Rombertus*, *Reimbertus*, ut aliis, appellatur; Quo mortuo, *ordinavit Unwanus* (Hamburgenſis Archi-Epiſcopus) *in Slavaniam, Bennonem, Virum Prudentem, qui, de Fratribus Hammaburgenſis Eccleſiæ, electus, in Populo Slavorum, multum prædicando fructum attulit*, ita *Adamus* l. c. cap. 34, pag. 66, & *Helmoldus* l. c. §. 7. pag. 54, & *Albertus Stadenſ.* ad an. 1013, pag. 113 & 114; Interfuiſſe Eum, an. 1022, feſtivitati *Dedicationis* Eccleſiæ *S. Michaëlis*, *Hildesheimii*, à *Bernwardo*, loci Epiſcopo, & fundatore, celebratæ, auctor eſt *Tangmarus* Presbyter, in vita *S. Bernwardi*, cap. 41, apud *Surium*, d. 20 Novemb. pag. 455; & cap. 45, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, de *Scriptoribus Rer. Brunſ.* pag. 461; ut & *Helmoldus* l. c. cap. 18, §. 7 & 8, pag. 55 & 56, hoc addens ſingulare: *Conſummata ergo ad votum Baſilica*, (S. Michaelis) *ad denunciatum dedicationi Feſtum, convenit immenſa multitudo. ubi, cum ſiniſtrum Eccleſiæ latus Noſter Epiſcopus,*

Benno

Benno, *dedicaret*, *à Populo compreſſus & attritus*, *poſt paucos dies*, *morbo ingraveſcente*, *vita defunctus eſt*, *& in aquilonari ejusdem Eccleſiæ abſida*, *honeſtam obtinuit Sepulturam &c.* de quo etiam Evermotus l. c. in *Bennone*, pag. 162; *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, cap. 12, p. m. 193; *Crummedykius* l. c. pag. 394. *Cranzius*, lib. 3 *Metrop.* cap. 51, p. m. 88; & lib. 2 *Vandal.* cap. 43, in fin. aliique, teſtantur. Poſt hunc, prælatus eſt huic Eccleſiæ, *Meinherus*, à *Libentio*, Archi-Epiſcopo Hamburgenſi, conſecratus. Vid. *Adamus* l. c. cap. 46, pag. 73; *Helmoldus* l. c. cap. 18, §. 8, p. 56; *Albertus Stadenſ.* ad an. 1029 p. 117; *Evermotus* l. c. in *Meinhero*, pag. 163; *Chron. Slavicum* l. c. *Cranzius* l. c. Cui defuncto, Præſulum Nonus, Rerum ſummam in Slavia moderante *Godeſchalco*, Pio & Religioſo Principe, *Abelinus*, à *Becelino*, cognom. *Alebrando*, Hamburgenſium Antiſtite, ordinatus, ſucceſſit. Vid. *Adamus* l. c. cap. 53, pag. 78; *Helmoldus* l. c. *Albertus Stadenſis*, ad an. 1039. *Crummedyckius* l. c. *Evermotus*, in *Abellino* l. c. Hoc itidem ad plures abeunte, diviſa eſt *Aldenburgenſis* Eccleſia in tres Epiſcopatus: *Aldenburgicum*, *Razeburgicum*, & *Magnopolitanum* poſtea *Suerinenſem* dictum; Vid. *Helmoldus* l. c. cap. 22, §. 1, 2 & 3, p. 63. *Defuncto Abellino Pontifice*, *Aldenburgenſis Eccleſiæ in tres diviſa eſt Epiſcopatus. Quod quidem Imperiali minimè factum eſt inſtitutione, ſed Magni Adalberti, Hammenburgenſis Archi-Epiſcopi, adinventione ita ordinatum fuiſſe conſtat. Ille enim Vir Magnificus, & præpotens in Regno, cum fortiſſimum Henricum Cæſarem*, (III) *videlicet Conradi Filium, nec non & Papam Leonem*, (IX) *haberet propicios, atque voluntati ſuæ, per omnia, conſentaneos, in omnibus Borealibus Regnis, Daciæ ſcilicet, Suediæ, Norwegiæ, functus eſt auctoritate Archi-Epiſcopli, & Legationis Apoſtolicæ Miniſterio - - - Confluebant ergo in Curiam ejus multi Sacerdotes, & Religioſi, plerique etiam Epiſcopi, qui, ſedibus ſuis exturbati, menſæ ejus erant participes - - - è quibus Ezonem, ſubrogavit Abelino in Aldenburg; Ariſtonem quendam, à Hieroſolymis venientem, in Racesburg eſſe conſtituit; Joannem in Mikilinburg deſtinavit &c.* Ejusdem novellæ plantationis memor, *Adamus*, lib. 3, cap. 23, pag. 96 & 97, ait: *Ordinavit autem* (Adalbertus Hamburgenſis) *in Aldinburg, defuncto Abelino, Eizonem, Monachum; Johannem Scotum conſtituit in Magnopoli; in Razisburg eſſe diſpoſuit Ariſtonem quendam, ab Hieroſolymis venientem &c.* Conſentiunt *Albertus Stadenſis*, ad an. 1058, pag. 128, & ad an. 1149, p. 166; *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, cap. 14, p. m. 193; *Evermotus* l. c. in vita *Eyzonis*, p. 163 & 164; *Crummedyckius* l. c. diviſionem hanc inſcribens anno 1051; *Crantzius*, lib. IV *Metropol.* cap. 40, p. m. 112; & lib. VI, cap. 25, pag. 156; & cap. 26, pag. 157; *Danckwerth.* l. c. pag. 223 & 224; *Peterſen* l. c. part. 1, pag. 27 &c. Inveſtituram horum trium Epiſcopatuum conceſſiſſe *Fridericum Barbaroſſam*, Imperatorem, *Henrico Leoni*, Saxoniæ Duci, ex diplomate, deſuper expedito, apud *Maderum, in Antiquit. Brunſvic.* pag. 121, diſcimus. Vid. ſeq. §. 22, lit. h, ſub *Friderico I* Imp. ad an. 1160. Subſtitit ita res, ad annum usque 1163. quo, efflagitante *Geroldo* Epiſcopo, *Henricus Leo*, Saxonum Bojorumque Dux, Epiſcopalem Sedem *Aldenburgo Lubecam* tranſtulit. Qua de Translatione *Helmoldus* l. c. lib. 1, cap. 89, pag. 204. *Circa id temporis* (quo Henricus Leo Obotritos ſub jugum miſit, & Albertus Urſus, Brizanos & Stoderanos) *rogavit Dn. Geroldus Epiſcopus*, (Aldenburgicus) *Ducem*, (Henricum Leonem) *ut Sedes Cathedralis, quæ antiquitus erat Aldenburg, transferretur Lubeke, eò quod Civitas hæc eſſet populoſior, & locus munitior, & omni prorſus aptitudine commodior. Quod cum placuiſſet Duci, condixerunt diem, quo venirent Lubeke, ordinaturi de ſtatu Eccleſiæ & Epiſcopatus. Et deſignavit Dux locum, in quo fundari deberet Oratorium, in titulum Matricularis Eccleſiæ, & Arcas Clauſtrales, & ſtatuerunt illic Prebendas duodecim Clericorum, canonice viventium. Porrò tertia decima Præpoſiti eſt &c.* & *Albertus Stadenſis*, ad an. 1163, pag. 191 & 192, hæc: *Heinricus Dux Caſtrum Werle cepit. Deinde, vocatis Epiſcopis, Geroldo, Aldenburgenſe; Evermodo, Racisburgenſe; Bernone, Magnopolitano, locutus eſt eis, ut ab ipſo reciperent ſuas dignitates, & fecerunt. Poſtulante autem Geroldo Epiſcopo, Dux Sedem transtulit, de Aldenburg, in Lubeke, ſtatuens ibi duodecim Prebendas, & Præpoſitum, Athelonem, cujus eſt tertia decima &c.* Add. *Chronicon Stederburgenſe* ap. *Meibomium* l. c. Tom. 1 pag. 454, & Ill. Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 857, ubi ſaltem, ad an. 1163. *Henricus Dux Werla, Caſtrum Slavorum evertit: Congregationem Clericorum in Lubeke conſtituit &c.* Clarius, *Hermannus de Lerbeke* in *Chronico Comitum Schawenburgenſium*, apud *Meibomium* l. c. Tom. 1, pag. 501. *Hanc Civitatem* (Lubeke) *Henricus Leo exaltare volens, Sedem Epiſcopalem de Aldenberg, multis annis inhabitabilem, & deſertam, anno Dommini 1163, tranſtulit, Anno à fundatione Civitatis Novæ Lübeke, ſeptimo &c.* Et præfatus *Henricus*, Aquilonipolenſis Poëta, de *Primordiis Lubicanæ Urbis*, lib. 1, cap. 6, apud *Meibomium* l. c. p. 607. de hac Urbe canens;

Fecerat Eccleſiam Cathedralem (id agente Geroldo,
Aldenburgenſi Præſule) Dux Leo ibi.

7 T *Sedes*

Digitized by Google

Sedes deſignans Clauſtrales Canonicorum,
Præbendas bis ſex conſtituitque ſibi.

Evermotus l. c. in *Geroldo*, ad an. 1163, pag. 168. Au-
ctor *Chronicorum Sclavicorum*, apud *Lindenbrogium*,
ad an. 1163, pag. 255; *Cranzius*, lib. 6 *Metropol.* cap.
38, p. m. 163; & lib. 3 *Vandaliæ*, cap. 37; *Peterſen* l. c.
part. 2. p. 43; *Petrus Bertius*, lib. 3 *Comment. Rer. Ger-
man.* cap. 6, voc. *Lubeca*; p. m. 177, *Bangertus*, ad cit.
locum *Helmoldi*; Auctor. cit. *Gründlichen und wahr-
hafften Gegenberichts*, contra Danorum *kurtze* Infor-
mation l. c. Alii. Errat ergò *Franciſcus Irenicus*, lib.
3 *Exegeſ. German.* cap. 41, translationem an. 1155, fa-
ctam, tradendo; &, ex oppoſito, *Matthæus Dreſſerus*,
lib. 2 *Chron. Saxon.* p. m. 86, eam, in annum 1168; &
aliud *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, cap. 29, p. m.
200, eandem, in annum plane 1174, rejiciendo; cujus
auctor tamen ſibi ipſi contrarius, c. 30, p. 201, *Geroldi*
obitum, jam an. 1162 contigiſſe perhibet, quod itidem er-
roneum, *Crummedykius* licet. l. c. p. 395. *Dankwertus* l. c.
p. 225, & aſſeclæ, eodem colliment. Cæterum, altum, de
Lubeca, apud Veteres, ſilentium, ad Principatum
usque laudati Slavorum Principis, *Godſchalci*, qui il-
lam vel condidit, vel ut innoteſceret, omninò in
cauſa fuit, quandoquidem ab Eo circa annum 1040,
Cœnobia ibi exſtructa, apud *Adamum* lib. 3, cap. 52,
p. m. 96, ubi: *Per ſingulas Urbes, Cœnobia ſiebant
Sanctorum Virorum, canonicè vibentium; item, Mona-
chorum, atque Sanctimonialium, ſicut hi teſtantur, qui in
Liubice, Aldinburg, Leontio, Racisburg, & in
aliis Civitatibus, ſingulas viderunt &c.* & *Helmoldum*,
lib. 1, cap. 20, §. 5, p. 60, idem memoriæ prodentem
offendimus. Laudanda induſtria, in priorem ejus
ſtatum inquirit *Bangertus*, in Notis ad lib. 1 *Helmoldi*,
cap. 57, pag. 137. ad 140; non contemnendam ratus
Philippi Cluverii lib. 3 *German. Antiq.* cap. 27, p. m. 106,
opinionem, per *Claudii Ptolemæi Trevam*, (Τρῆυα)
Lubecam noſtram, utpote in ripa *Travæ* ſitam, intel-
ligendam; aſt *Trava*, *Ptolemæo*, *Chaluſius* eſt, vel
ipſo *Cluverio* l. c. & Dn. *Cellario* lib. 2 *Geograph. Antiquæ
Germaniæ* c. 5, p. 303, teſtibus, niſi dicas, contra uſitatum
morem, *Chaluſum* ab Urbe *Treva*, lit. e, in a,
mutata, *Travam* dictum. Ex veteri *Chronico Lube-
cenſi* membranaceo, an. 1385. à Monacho quodam
Franciſcani Ordinis, conſcripto, hæc porro adducit
Bangertus, de variis *Lubecæ* ſedibus: *By des Keiſer Hin-
rikes Tyden, de de Veerde was an den Namen, do wart be-
grepen unde ghebuwet de Eerlike Stadt Lübeke, de in de-
ſeme Jare lach by der Swartowe, dat noch Olde Lu-
beke heet. Voren hadde ze ghelegben tuſchen der Traven,
unde der Wokeniſſe, dar ze noch licht. God beware ze
an ewigen Daghen. Wen ze dar wart erſt ghebuwet, ed-
der wu langhe ze dar lag, desen beſchreven nyne Coroniken.
Mer, an ener Hiſtorien hebbe ik gheleſen, dat ze in meniger
Jeghen heſſt ghelegen, unde is overſettet, van der einen Je-
ghene, to der anderen. Erſt wart ſe begrepen in der Stede,
dar ze noch licht. Darna wart ſe overſettet by der Swar-
towe, dat noch Olden Lubeke heet. Darna wort ſe
up der Erſten Stede ghebuwet; wedder darna wart ze ver-
ſtæret, unde wart geſettet over de Wakeniſſe, unde het
da de Louwenſtad. Dar bleſ ſe ene korte Wile, mit we-
derwillen der Borghere, wente de Schepe kunden nicht by
dem Overe kelanden. Alduſs ſtund ſe in Wandelbari-
cheit, edder, dorch der Viende Vorvolghinghe willen, de ze
verſtærden; edder, doch Waters-not, dat id to zere upvlo-
gede, to Verderf der Stad; edder, doch Vüres willen, dar
de Stadt an vorghink. Alduſs heſſt de Stadt an vele Nœ-
den ghewesen, van anbeghinne erer erſten Begripinghe &c.*
Ex quibus patet, eam primitus fundatam, in loco,
ubi adhuc ſplendet; id eſt, inter *Travam*, & *Wakeniſ-
ſam*, amnes; deinde ad *Swartow* amnem translatam;
indeque in priſtinum revocatam locum. Genuinus
fundator hactenus ignoratur. *Miſtivoi*, Obotrito-
rum Principem, *Veteri Lubecæ* jam præfuiſſe, *Eraſ-
mus Sarcerius*, in oratione, de *Veteri Lubeca* obſervavit.
Nepos ejus, *Godſchalcus*, ut jam dictum, illuſtrio-
rem eam circa an. 1040 reddidit; *Crito*, ſeu *Cruco*,
in locum, perempti an. 1066, (*Alberto Stadienſi* teſte, ad
h. a. pag. 130) *Godſchalci*, à Slavis ſurrogatus, circa
an. 1073, Arcem adjunxit, *Bucu* dictam; Hoc, an.
1106, ſecuri percuſſo, Sedem ibi fixit *Henricus*,
Godſchalci filius, reddito ſibi avito Principatu; qua à
Rugianis poſtmodum deſtructa, *Adolfus* tandem Hol-
ſatiæ Comes, eam in priſtino loco reſtauravit. Vid.
Helmoldus, lib. 1, cap. 57, §. 4, pag. 136: *Poſt hæc venit
Comes Adolfus* (Holſatiæ) *ad Locum, qui dicitur Bucu,
invenitque ibi vallum Urbis deſolatæ, quam ædifica-
verat Cruco, olim Tyrannus, & Inſulam ampliſſi-
mam, gemino flumini cinctam; nam, ex una parte,
Trabena; ex altera, Wochniza, præterfluit, habens
uterque paludoſam & inviam ripam. Ex ea vero parte,
qua terreſtre iter continuatur, eſt collis contractior, vallo
Caſtri præſtructus; videns ergo induſtrius Vir competen-
tiam loci, Portumque nobilem, cœpit illic ædificare Civi-
tatem, vocavitque eam Lubeke, eo quod non longe ab-
eſſet à Veteri Portu & Civitate, quam Henricus Prin-
ceps olim conſtituerat &c.* Junge *Albertum Stadenſem*,
ad an. 1139, p. 162; *Poſthæc ædificavit* (Adolfus) *Civi-
tatem, in loco, qui dicitur Bucu, quam olim ædifica-
verat Crito, quam præterfluit, ex una parte, Travena*

ex

Digitized by Google

ex altera, Wokenece, vocavitque eam Lubike, eò quod non longe eſſet à Vetere Lubike, quam Henricus conſtruxerat &c. Fuiſſe *Henricum* hunc *Godſchalci* filium, qui *Critonem*, ſeu *Cruconem*, Tyrannum, ad convivium invitatum, temulentum, Dani cujusdam manu, trucidari curavit, docent *Helmoldus* lib. 1, cap. 34, §. 1 &c. pag. 87, & 88, ubi §. 8, hæc: *In univerſa Slavia, necdum erat Eccleſia, vel Sacerdos, niſi in Urbe tantum, quæ nunc Vetus Lubika dicitur, eò, quod Henricus* (Godſchalci filius, de quo, per totum Caput, ſermo) *cum Familia ſua, ſæpius illic moraretur &c.* & *Albertus Stadenſis*, ad an. 1106, p. 150, nec non an. 1133, pag. 157, eadem plane repetendo. *Henricus* Poëta, de *Primordiis Lubicanæ Urbis*, lib. 1, cap. 1, apud *Meibomium* l. c. Tom. 1, pag. 605;

Anno Milleno ſub Chriſti Septuageno
Terno, Helmoldia ut Chronographia tenet,
Lubica Trithone, Sclavorum ab Principe Magno,
Pagum ad Suertovium, inſtructa priore loco,
Deſtructa à Sclavis, poſt eſt aliunde locata,
Cum Caſtro, ab dicto Principe ubi acta ſibi, &c.

Repetunt ergò modernæ *Lubecæ* originem ab anno 1140, conditore *Adolpho* Holſato; ita *Cranzius*, lib. 4 *Vandal.* cap. 1; *Peterſen* l. c. part. 2, pag. 38; *Bertius* l. c. *Wenceslaus Sturmius* in Chronico, à condito Mundo, usque ad an. 1596, pag. m. 227; *Munſterus*, lib. 3 *Coſmographiæ*, cap. 441, p. m. 999; *Bangertus* ad lib. 1 *Helmoldi*, cap. 20, pag. 61, & cap. 57, pag. 139; aliique multi. *David Chytræus* lib. 6 *Saxon.* p. 145, habet an. 1142; *Henningeſius*, part. 2 *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 247, an. 1143; & *Johannes de Leerbeke* l. c. p. 500, an. 1156. De facto legas etiam cit. Chron. *Holſatiæ* Dn. *Leibnitii*, cap. 15, p. 29; *Limnæum*, Tom. 3 *Jur. Publ.* lib. 7, c. 30, p. 246 &c. & *Knipſchild*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperii*, lib. 3, cap. 32, §. 2 & 3, p. 791. Notabilis Juramenti formula, qua *Albertus Lubicenſis* Præſul, *Gerbardo Bremenſi*, an. 1247, ſe obſtrinxit, inter *Privilegia Archi-Eccleſiæ Hammaburgenſis*, §. 70, apud *Lindenbrogium* l. c. p. 173 & 174. Religio Proteſtantium, fruſtra ſe opponente *Henrico à Bocholt*, Epiſcopo, in Civitate pariter & Diœceſi, an. 1524 introduci cœpit. Vid. *Chytræus* l. c. lib. XI, ad h. a. p. 276; Magis puriorem doctrinam amabat ſucceſſor ejus, *Detlevus Reventlow*, Nobilis Cimber, qui *Friderici*, Daniæ Regis, Cancellarius fuerat; Vid. Idem, l. c. lib. XIV, ad an. 1537, p. 358; *& Sprengeri Ellychnia*, ad cap. VI *Lucernæ* p. 1759; & *Gaſtelius*, *de Statu Publico Europæ*, cap. XVI, §. 5, p. 535: *Sex ab illo Epiſcopi, & plerique brevi Regimine uſi, interceſſerant*, (nim. (1) *Balthaſar Rantzow*, an. 1547 extinctus, Vid. Bucelinus l. c. (2) *Jodocus Hodfilter*, ſeu *Hutfilter*, pauperis Pilearii Oſnabrugenſis filius, an. 1550, mortuus; Vid. *Chytræus* l. c. lib. XVII, ad an. 1550, p. 436, & lib. XVIII, an. eod. p. 457; & lib. XXXI, p. 953; (3) *Theodoricus Res*, Meppenſis, itidem exili loco natus, Anteceſſoris condiſcipulus popularis, amicusque perpetuus. Vid. *Chytræus*, lib. XXXI, p. 953, quamvis lib. XVIII, p 467, perperam *Theodoricum à Rheden* eum vocet; prius nomen retinente *Danckwerto*, l. c. pag. 229; (4) *Andreas à Barby*, al. *Barbui*, in Aula *Chriſtiani III*, Daniæ Regis, Cancellarius, an. 1558, poſtulatus; Vid. *Chytræus*, lib. XVIII, ad h. a. p. 479; ſequenti vero ſtatim ad plures abiens; Id. lib. XX, ad an. 1559, p. 519; (5) *Johannes Tidemannus*, ex Oppido Comitum Schawenburgenſium, *Statthagen*, an. 1559 electus, & an. 1561, 17 April. iterum decedens. Vid. *Chytræus* l. c. lib. XX, ad an. 1559, p. 519, & lib. XXXI, p. 953; (6) *Eberhardus de Holle*, an. 1561, in Epiſcopum aſſumtus, & an. 1586; 5 Jul. ad Superos migrans. Vid. *Chytræus* l. c. lib. XXVIII, ad an. 1585, p. 778, & lib. XXXI, p. 953; *Danckwerth*, l. c.) *cum, an. 1586, Johannes Adolphus, Adolphi, Ducis Holſatiæ & Sleswici filius, qui, non ita multo ante, Bremenſis Archi-Epiſcopus deſignatus erat, ex Gremio Capituli, in Lubecenſem Epiſcopum eligeretur. Ei, poſtquam an. 1597, ſacras dignitates, ob immaturam Fratrum ſuorum, natu majorum, mortem, abdicaſſet, ſurrogatus fuit frater, natu minor, Johannes Fridericus, qui, an. 1634, rebus humanis exemptus, Nepotem, è dicto fratre ſuo, Johannem, ſucceſſorem, ſuffragiis Canonicorum, nactus eſt &c.* Hæc Dn. *ImHoff Notit. Procer. Imper.* lib. 3, cap. 22, §. 5, p. m. 106 & 107. Conf. *Chytræus* l. c. lib. XXVIII, p 778, & lib. XXXI, p. 953. Sub Regimine laudati *Johannis, Monaſterii, & Oſnabrugis*, de Publica Pace actum; quo minus itaque *Lubecenſis Eccleſia*, cum reliquis Epiſcopatibus, Romanis ſacris valedicentibus, atque in Seculares Principatus converſis, paria ſubiret fata, impenſis & cura Epiſcopi fratris, *Friderici* Holſatiæ Ducis, factum eſt, ut Status ejus imperturbatus relinqueretur; ob quod officium, aliaque beneficia, à laudato Duce, Diœceſi exhibita, *Capitulum Lubecenſe, remunerationis loco, in vim mutuæ obligationis*, cum Duce, Ejusque hæredibus, talem, anno 1647, 6 Julii, fecit pactionem: *ut, poſt regentem Epiſcopum, Johannem, & jam Poſtulatum Coadjutorem, Ducis Friderici Filium, Johannem Georgium, ſex adhuc Principes, ex domo Holſato-Gottorpienſi oriundi, per liberam Electionem, in Epiſcopos, vel Coadjutores, Lubecenſes, ſucceſſivè eligerentur, aut poſtularentur;* Vigore hujus pacti, deponentibus exuvias mortales an. 1655, 18 Febr. *Johanne* Epiſcopo, & ſeptimo die poſt, nepote ejus, ex

fratre *Friderico*, *Johanne Georgio* Coadjutore, nactus eſt Epiſcopatum *Chriſtianus Albertus*, *Johannis Georgii* fratrum natu major, cui, anno 1664 ſpontè dignitati Eccleſiaſticæ renuncianti, & an. 1666, 9 Julii præſcripta ſibi nova Capitulatione, (cujus Art. III, his conceptus verbis, *verſprechen und verobligiren Wir Uns, daß, daferne, ſeit Unſers* Coadjutorats, *aus Unſerm Fürſtlichen Hauß* Gottorff, *einige Fürſtl. Mannliche Leibes-Erben, zur Welt gebohren werden ſolten, alsdenn ſelbiges Unſer* Coadjutorat *damit, für ſich ſelbſt, gæntzlich erloſchen ſeyn ſolle. Solte aber nachgehends, wann wir in Epiſcopum alſchon* poſtuliret *worden, bey ſothaner unſer Biſchœfflichen Regierung, ſolches geſchehen, ſo ſollen und wollen wir dem Stifft Lübeck*, ad manus Capituli, purè *und* ſimpliciter, *ohn einiges Bedinge und* reſervat, reſigniren; *und da wir Uns deſſen zu thun verwegern würden, ſo ſoll doch dadurch die* Adminiſtration, *und alle Gerechtigkeit, ſo wir an dem Stifft Lübeck gehabt*, ipſo facto, *gæntzlich* extinguiret, *und, ohn alle unſere Wiederrede, einem Wohlwürdigen* Dom Capitel, *allermaſſen ſolches* per obitum, *oder* reſignationem *oder ſonſten, geſchehen mœchte, heimgefallen ſeyn, und daſſelbe, einen andern Biſchoffen, oder Ober-Haupt, nach dem Vertrag* de an. 1647, *den* 6 Jul. *zu erwæhlen, frey und vollkommene Macht und Gewalt haben*: Vid. Acten *mæſſige* Remarques *über ein, von etzlichen* Capitularibus *des Thum-Capitels zu Lübeck, dem Kayſerl. Hof, im* Octobr. 1705 *Jahrs, übergebenes* Memorial; de an. 1706, pag. 5. & ſ. 3 documentorum, p. 21 & 22) exemplo planè ſingulari, *Repoſtulato Coadjutori*, ſurrogatus *Auguſtus Fridericus*, fratrum natu minor; Vid. *Theatr. Europ.* Tom. X, p. 169; Sequenti an. 1667, celebrandis 4-14 Nov. nuptiis, modo laudati Ducis *Chriſtiani Alberti*, cum *Friderica Amalia*, *Friderici III*, Daniæ Regis, filia, convenit inter Regem, Ducemque, 20 Octobr. *Glückſtadii*: Ducem eo allaboraturum, ut, deficientibus dictis ſex Principibus, alternarum jure, Epiſcopi, ex Domo Regia, & Ducali, poſtularentur. His autem non obſtantibus, omnem movit lapidem, Rex *Chriſtianus V*, miſſo, hunc in finem ad Capitulum, an. 1676, Dn. *Waſmero*, ut Ipſius filiorum ſecundo genitus, *Chriſtianus*, licet adhuc puerulus, an. 1675, 25 Mart. in lucem editus, in Coadjutorem eligeretur; caruit tamen ſucceſſu negotium, utut varia hinc inde emiſſa ſcripta. An. 1684, ablegato ad Capitulum Dn. Barone *Liliencronio*, idem, & quidem additis comminationibus, urgente Rege, recruduit controverſia, ad quam funditus cognoſcendam, inſpiciendum: *Kayſerlich* Commiſſions-Decret, *die Zumuthung des Kœnigs in Dannemarck, an das Thum-Capitul zu Lubeck, betreffende*, ſignatum *Regenſpurg, den* 10 *Octobr. & dictatum den* 17 *ejusdem, an.* 1684, apud *Lundorpium*, Tom. XII *Act. Publ.* cap. 60, ſ. 89, p. 141 & ſeqq. in primis, ibid. *Beylage*, lit. A, p. 141, ſiſtens reſponſorias Capituli, ſub dato *Lubeck, den* 23 Aug. 1684, ad duo Reſcripta Cæſareæ, de an. 1682, 19 Junii, & 1684, 6 Junii, inter alia continentes: *deme zu allergehorſambſter Folg, berichten wir darauf allerunterthænigſt, wie Unſere Vorfahren, eine geraume Zeithero, aus dem Hochfürſtlichen Hauß Gottorff, ſtets* Coadjutoren *und Biſchœffe, jedoch der freyen Wahl dadurch nichts abgeſchnitten, aus guter* Affection, *und auf gebührendes Anſuchen, erwæhlet; hat ſich auch, unſers Wiſſens, bey unſeren Vorfahren, keiner mehr angegeben, oder darum angeſuchet: und wie endlich der dreyſſig Jæhrige Krieg, bey denen zu Oſnabrück vorgeweſenen Friedens-Tractaten, ſich zu endigen angeſchienen, da hat ſich eine groſſe Gefahr, wegen* Seculariſirung *dieſes Stiffts, herfur gethan, welche dann zu* decliniren, *Hochgedachtes Hertzogliche Hauß ſich euſſerſt bemühet, und ſelbige unſeren Vorfahren* repræſentiret, *anneben geſuchet, weilen die beyden Herren, als dermahliger Biſchoff, und regierende Herr zu Holſtein, Hertzog* Hans, *und Hertzog* Friederich, *ihr euſſerſtes anſetzen wolten, das Stifft* in ſtatu quo *zu erhalten, ob dagegen* Capitulum *nicht wolte Sechs Perſohnen, aus denen beyden Linien*, (ſcil. Johannis & Friderici) *zu* Coadjutorn *und Biſchœffen erwehlen, jedoch, daß der Stifft in aller ſeiner Freyheit, ungekrænckt, und, wie die Wort, im Vertrag* de an. 1647, *lauten*, Libera Electio, *ſolte vorbehalten ſeyn, und bleiben, und die* Succeſſion, *daß ſelbe zu keinem* præjuditz *gedeyen, viel weniger ein* Jus hæreditarium *daraus erzwungen werden; darauf ſeynd unſere Vorfahren*, iſta tamen conditione, *bewogen worden, um einer ſo* prægnanten *Urſach halber, dem* petito *zu* deſeriren, *und den Vertrag* de an. 1647, *einzugeben. Bey Unſerer Zeit, haben wir ebenfals* Coadjutoren *und Biſchœffe aus dem Fürſtlichen Hauß genommen: es haben aber einige (keine*, Vid. Mandatum inhibitorium Cæſareum, ad Regem Daniæ, ſub dato *Wien*, 28 Sept. 1684, apud Lundorpium l. c. lit. B. p. 143, verb: *Es hætten ſich aber dabey keine* Competenten *gefunden, als was &c.*) Competenten *darbey ſich eingefunden, als was bey der Wahl des jetzigen Herren Biſchoffen Hochfürſtl. Durchl. und dann des jetzigen Herrn* Coadjutoris *Fürſtl. Durchl. geſchehen, da Ihrer Majeſtæt von Dannemarck Miniſters vor ſich ſelbſt bemühet geweſen, einige* Avantage *vor ihren Herrn zu erlangen, aber ſolchen Falls iſt nichts, durch ordentliche Abſchickung, geſchehen, dabey es dann auch geblieben, biß Ihre Kœnigl. Majeſt.* an. 1677, *dero Geſandten, Herrn Waſmeren, nunmehrigen* Vice-*Cantzler zu Glückſtatt*, ad Capitulum *geſchickt, und* inſtanter inſtantiſſimè *anhalten laſſen, daß dero Kœnigliche Printz würcklich zum* Coadjutoren *erwæhlt werden mœchte; Da es dann langweilige* Tractaten *abgegeben; endlich aber, den Stifft vor allem Unheil zu bewahren, hat man* reſolviret, *weilen das Hauß Gottorff das* Jus quæſitum *hatte, und der jetzige Hertzog zum* Coadjutoren *würcklich erwæhlet, eigentlich aber auf dero Printzen einen, bey dem* General-Convent, reflectiret *worden, ſo kœnte man ihnen das* jus quæſi-

quæſitum nicht nehmen, und dahero werde man genæthiget, den Gottorffiſchen Printzen die Coadjutoria zu laſſen; man wolte aber den Kæniglichen Printzen zum Sub-Coadjutoren erwehlen, und zwar ſolcher geſtalt, daß, wann der erwahlte Kænigl. Printz (welches Gott gnadigſt abwenden wolte) mit Todt abgienge, alsdann ein anderer Kæniglicher Printz, auſſer der zum Scepter und Cron gewiedmet, ſolte genommen werden, jedoch, daß Unſere Jura illæſa, & illimitata, verblieben: welches der damahlige Herr Abgeſandte, wiewohl ungern, und gantz mißvergnugt, ad referendum genommen, dabey es biſshero geblieben .... Mit der Alternation, hat es eine ſolche Bewandniß, daß, da des jetzigen Regierenden Herren zu Gottorff Hochfürſtl. Durchl. ſich mit der Princeſſin von Dannemarck verlobt, hat Ihre Majeſt. Kænig Friderich, jetziger Majeſt. Herr Vatter, glorwürdigſten Andenckens, mit deſſen künfftigen Herren Schwieger Sohn, ein Tractat, aufgerichtet, ſo datirt, Glückſtadt, den 10 Oct. 1667 darinnen Hochgedachter Hertzog ſich verbunden, wann die Sechs Perſonen vorbey ſeyn würden, alsdann, nach Vermægen zu arbeiten, daß auch das Kænigl. Hauß Dannemarck mit zu der Wahl kommen, und alſo die Alternation eingeführt werden mæchte; als aber dieſes res inter alios acta, kan uns ſolches in keinen Wegen præjudiciren, iſt uns auch nicht ebender communiciret, als da die Tractaten an. 1677 vorgeweſen &c. (Ipſa Glückſtadienſis Receſſus Art. 2, verba hæc ſunt: was von Ihrer Hochfürſt. Durchl. Herrn Vaters, Chriſtmildeſter Gedachtniß, Seiten, mit dem Capitulo zu Lübeck, wegen der Anwartung der Biſchœfflichen Wahl, auf gewiſſe Fürſtliche Perſonen, Gottorffiſcher Linien, an. 1647, die 6 Julii, geſchloſſen, dabey laſſen Ihre Kænig. Majeſt. es bewenden. Es verſprechen aber Ihro Hochfürſtl. Durchl. bey dem Capitulo, mæglichſt, bey erſehender Gelegenheit, zu cooperiren, auf daß ſelbiges mit der Wahl dergeſtalt bey dem Kænigl. und Fürſtlichen Hauſe Hollſtein, zu verbleiben ſich anheiſchig mache, daß hinführo, wann beſagte Fürſtliche Perſohnen, oder generationen, vorbey, von Ihro Kænigl. Majeſt. und Fürſtl. Durchl. Nachkommen, ſo, durch Gottes Gnade, alsdann vorhanden, alternativè einer darzu gelange.) Propoſitio Liliencronii habetur ibid. p. 142 & 143; Lecta Capituli reſponſione, miſit Cæſar, ſub dato Wien, 28 Sept. 1684 Regi Daniæ Mandatum inhibitorium & dehortatorium, ſub pœna centum marcarum auri puri, à prætenſionibus deſiſteret, cujus copia, ut jam innui, ibid. lit. B. pag. 143 ad 145, legitur; inde hunc faciunt: Gleichwie nun dieſe Ew. Ld. bey offtberührten Lübeckiſchen Dohm-Capitel angebracht, und, theils auf Schenckung, theils auf Forcht, und Commination, beſtehende Werb- und Zumuthungen, allen Gœttlichen, Geiſt- und weltlichen Rechten und zumahl obangezogener maſſen, dem Inſtrumento Pacis, (Art. V, V. Poſtulati vero, ſeu Electi, ſchnur ſtracks zu wieder lauffen, und wir dahero, Krafft tragenden Hæchſten Kayſerl. Amts, und als erwehnten Inſtrumenti Pacis Protector, und Executor, hiebey nicht zuſehen kænnen, ſondern dergleichen abgenæthigte hæchſt verbottene Coadjutorie Wahl, auf alle Weiß zu hintertreiben, und zu verwehren verbunden ſeynd; als iſt ſolchen nach, nicht allein an obbeſagten Biſchœffen zu Lübeck Ld. und dero Dhom-Capitel, unſer Kayſerl. Mandatum inhibitorium ſine Clauſula, ſondern auch an Ew. Ld. heut dato, erkannt worden; und wir gebiethen Deroſelben demnach, von Ræmiſcher Kayſerl. Majeſt. Macht, bey Poen Hundert Marck læthigen Golds, in Unſere Kayſerliche Cammer, ohnnachlaſſig zu bezahlen, daß Sie alsbald, nach inſinuir- oder Verkündigung, dieſes Unſers Kayſerl. gebots, von dieſen ihren offtermelten Lübeckiſchen Dohm-Capitel angetragenen Zumuthungen, und deſideriis, abſtehen, vielweniger daſſelbe, durch einige Anerbieth- oder Bedrohungen, zu dergleichen, den Gœttlichen und Menſchlichen Geſetzen zu wieder gebenden, Gedancken, bereden, oder næthigen ſolle, als lieb deroſelben iſt, obgedachte Poen zu vermeyden. Das meynen Wir ernſtlich. Eadem complectitur Mandatum Inhibitorium & dehortatorium ſine Clauſula, Epiſcopo, Auguſto Friderico, nec non illud, Capitulo Lubecenſi, iisdem die & Conſule, transmiſſa, l. e. lit. C, & D, pag. 145, ad 149; quamvis prius malè ſignatum ſit 18 Octobr. loco 28 Sept. Reponente Capitulo, ſub dato Lübeck, 11 Oct. 1684, ſe nunquam ejusmodi quid commiſſurum, quod Cæſareis mandatis, ſuisque ſimul juribus, contrarium eſſet; reſcripſit Imperator, 20 Nov. 1684, ſe omnino mandatis obediri velle; Vid. l. c. §. 95. Num. I & III, p. 151 & 152. quod duobus aliis Reſcriptis, ad Epiſcopum, & Capitulum ſeorſim, 27 Dec. 1684, repetiit, apud Fabrum, Tom. 2 der Staats-Cantzley, Faſcic. 1, cap. I, §. 2. & 3, p. 74 ad 78. Hac rerum facie, evolavit, ex parte Danorum, an. 1685: Kurtze Information, in Sachen zwiſchen Ihrer Kænigl. Majeſt. zu Dannemarck-Norwegen &c. Einer, Herrn Hertzogen Chriſtian Albrechten, zu Schleſwig-Hollſtein, andern; und dem læblichen Thum-Capitel des Stiffs Lubecks, dritten theils die Coadjutoren-Wahl an beſagtem Stifft betreffend &c. Cujus Auctor maximè nullitatem Pacti an. 1647. urget, weil (1) daſſelbe wieder des Thum-Capituls læbl. Vorfahren Statuta, oder Geſetze, (2) wieder die kundbahre Rechte, (3) ohne Conſens ſeiner Obern, und (4) ohne vorhero erlangte Zufriedenheit der Kænigl. Linie, dero das Thum-Capitul mit eben ſo vielen, wo nicht mit mehrern, Reſpecten, als dem Holſteiniſchen Stamme, verbunden, gemacht ſeye &c. cui ex altera parte, opponebatur: Gründlicher, und wahrhaffter Gegen-Bericht, wieder die jungſthin, auf Befehl Ihro Kænigl. Majeſt. zu Dannemarck Norwegen &c. gegen das Hochfürſtl. Hauß Schleßwig-Hollſtein Gottorff, in negotio Coadjutoriæ Epiſcopatus Lubecenſis, ausgegebene, und ſogenannte kurtze Information; 1685 &c. apud Lundorpium l. c.

cap. 119, §. X, pag. 419 &c. cujus auctor docet (1) omnia ſic ſe habere, quæ, ex Capituli reſponſoriis de an. 1684, 23 Aug. modò retuli; (2) Sereniſſimo Duce, *Auguſto Friderico*, ex reſignatione Fratris, *Chriſtiani Alberti*, legitimè in Epiſcopum electo, laudatoque Principe, *Chriſtiano Alberto*, vice altera in Coadjutorem poſtulato, Reverendiſſimum Præſulem Inveſtituram in Aula Cæſarea conſequi non potuiſſe, priusquam conventionem inter Domum Holſato-Sleſwicenſem, & Capitulum Lubecenſe, an. 1647, proferret; (3) ut ipſius verbis utar, *Ihre Kœnigl. Majeſt. zu Dennemarck, Friderich der III, Glorwürdigſten Gedæchtniß, in dem, der 12* Octobr. an. 1667, *zu Glückſtatt, errichteten Vergleich, für ſich, und ihre Erb*-Succeſſores *an der Regierung, veſtiglich* caviret, *daß Sie, was von Ihro Hochfürſtl. Durchl. Herr Vatern, Chriſtmildeſter Gedæchtniß, ſeiten, mit dem* Capitulo *zu Lubeck, mit der Anwartung der Biſchoffſichen Wahl, auf gewiſſe Fürſtliche Perſohnen Gottorffiſcher Linie*, an. 1647, *den 6* Julii, *geſchloſſen, darbey bewenden laſſen wolten, eintzig und allein von Ihro Durchl. verlangend, bey dem* Capitulo *zu erſehender Gelegenheit, mœglich dahin zu* cooperiren, *auf daß ſelbiges, mit der Wahl, dergeſtalt bey dem Kœniglichen und Fürſtl. Hauß Hollſtein zu verbleiben, ſich anheiſchig machen mœge, daß hinführo.* NB. *wann beſagte Fürſtliche Perſonen, und* Generationes, *vorbey, von Ihrer Kœnigl. Majeſt. und Fürſtl. Durchl. Nachkommen, ſo, nach Gottes Gnaden, alsdenn vorhanden,* alternativè, *einer darzu gelange;* (4) *Nichts deſtoweniger habe ſothanes theures, und ſo ſtattlich bewahrtes* Pactum, *Ihr. Hochſl. Durchl. nicht verwahren kœnnen, daß nicht Ihr. Kœnigl. Majeſt.* an. 1676, *dero* Miniſtern (Dn. Waſmerum) ad Capitulum *geſchickt, und*, inſtanter & inſtantiſſimè, *hatten anhalten laſſen, den Kœniglichen Printzen würcklich zum* Coadjutorn *zu erwehlen;* (5) *Wie* Rever. Capitulum *nicht weniger gekont, denn des Hertzog-Hollſtein-Gottorffiſchen Hauſes*, jus quæſitum, *welches niemanden*, ſub ullo prætextu, *und von niemanden, genommen werden kan, gegen ſolche Anmuthung, einzuwenden, habe man*, à parte Regia, *von der einmahl gefaßten* Intention, *keines wegs abſtehen, vielmehr durch abermahlige Abſendung*, (Dn. Liliencronii) *im vorigen Jahr, das werck, hærter denn vorhin*, urgiren, *und die Vorſtellung mit anhængen laſſen, fals* Rever. Capitulum, *ſich willfæhrig bezeigen wolte, die zu 125032 Reichsthaler, 24 ß, angeſchlagene Kœnigliche Quartier-Forderung, biß zu 20000 thaler fallen zu laſſen; und über dem, der Herren Capitularen hierunter bezeugende* Devotion, *mit einer würcklichen gantz vergnüglichen* Remuneration, *um einen jeden*, en particulier, *mit Kœnigl. Gnade, Dancknehmig zu erkennen; Würde es aber die geſuchte Wahl des Kœniglichen Printzen weiter* difficultiren, *alßdann* eventualiter *anbey zu* declariren, *daß die vœllige Forderung, wegen* prætendirter *Quartier-Gelder, durch würckliche* Execution, *eingetrieben werden ſolle.* (6) *Kayſerl. Maj. die, nach Anweiſung beſagten* Pacti, *auf Ihro Hochfürſtl. Durchl. nachgehends dero Herren Brüdern Hochfürſtl. Durchl. von* Rever. Capitulo, *beſchehene Biſchœffliche Wahl, durch ertheilete Belehnung, allergnædigſt* approbiret; (7) Capitulo paciſcendi facultatem fuiſſe, utpote libera & illimitata eligendi poſtulandique poteſtate prædito; (8) Nullum Statutum prohibitivum produci poſſe, vigore cujus, *dem* Capitulo *dahin zu* paciſciren, cum clauſula annullatoria, *verboten*, ob bene merita, *nach eigenen belieben, jemanden, aus einer gantzen* Familie, Electione, & reliquis omnibus juribus, & prærogativis, ſalvis, *zu* eligiren, *zu* poſtuliren, *und damit, biß einige wenige Perſonen ſothanen* actum beneficum *genoſſen, zu* continuiren; ne dicam, etiamſi in terminis extaret, tamen nihil contrarii involuturum, cum Capituli ſit, collegialiter deciſa, urgente neceſſitate, collegialiter iterum tollere. (9) Nec Pacto an. 1647, Jura communia obeſſe, quin potius *Inſtrumentum Pacis* Germaniæ Epiſcopatibus liberam paciſcendi facultatem tribuat. (10) Capitulum *Superioris* conſenſu non indiguiſſe, juribus ſuis unice inſiſtens, neminique faciens injuriam; hocque valere, ſi *per Superiorem Imperator* intelligatur, utpote cui perinde ſit, unde Capituli membra deſumant Epiſcopum, modò, eligendo, nec in Imperii, nec in Eccleſiæ, Leges peccent, perperam contrà hæc objici, ſi *Epiſcopum*, hoc nomine, intelligamus, cum ejus conſenſus numquam non fuerit præſtò. (11) Domum Sleswicenſem non niti certis dumtaxat prærogativis, à Domo Regia in dubium vocatis, ſed firmo Pacto, an. 1647, cum Capitulo. Repræſentante interim, ſub dato Lubeck, 23 Dec. 1684, apud Cæſarem, Capitulo, imminens ſibi periculum, comminante Rege, armata manu ſe imperata centum & viginti quinque talerorum millia exacturum, Principe Regio in Coadjutorem non poſtulato; novum Commiſſioni ſuæ in Comitiis, *Sebaſtiano*, Paſſavienſi Epiſcopo, & *Gotliebio*, Com. de *Windiſchgratz*, mandatum miſit Cæſar, negotium denuo publicè proponendi, cujus decretum 5 Junii 1685, Ratisbonæ ſignatum, una cum prædicto Capituli Libello ſupplici, 23 Dec. 1684, *Faber.* l. c. §. IV, & V, p. 79 ad 83, ſiſtit. Qua formula, laudati Commiſſarii, 14 Jul. 1685, Senatus Conſultum, terminanda lite, expetierint, habetur ibidem, §. VI, pag. 84; ſic hærebat controverſia, ad annum usque 1688, 21 Febr. St. V. quo Miniſtri Cæſarei, durantibus, *Altonaënſis* Pacificationis tractatibus, contra ſæpefatum Pactum an. 1647, 6 Julii, ſolemniter, *Hamburgi*, proteſtati ſunt, tanquam Electioni Liberæ, Inſtr. Pac. Weſtphal. radicatæ, contrarium; vid. *Fabr.* l. c. Tom. X, cap. XIV, pag. 678 &c. Acceſſit, ex Sanctioris Conſilii Wienenſis Curia, proteſtationi huic, Decretum, an. 1698, 4 Julii, in quo ita Imperator: *Geſtalt wir dan auch ſo, ein als andern Falls, die* Pacta, *ſo*

ihr

Digitized by Google

Herrn Hertzog Ulricum, *als* ſecundogenitum, *ſo wohl als den* Primogenitum, Johannem Albertum I. *für ihren regierenden Landes-Herrn, zu erkennen*, (Vid. *Springsfeld*, de Apennag. c. 3, pag. 48.) *bezeugen.* (6) *In dem Fürſtl. Hauſe Mecklenburg, es allemahl ſolcher maſſen obſervirt worden, daß, wenn der* Filius Primogenitus, *oder deſſen Herren Sœhne, die eine Helffte Landes gehabt, und regieret; der* Frater Secundogenitus, *oder Herr Vater-Brüder, die andere Helffte beſeſſen und regieret; wie ſolches die vielfæltige* Exempla *klærlich behaupten, als des Herrn Balthaſars, welcher, als* Secundogenitus, *und Herrn Vater-Bruder, die eine Helffte dieſes Landes: Seines* Fratris Primogeniti, *Herrn* Magni, *drey Herren Sœhne*, Henricus, Ericus *und* Albertus, *ingeſamt aber, die andere Helffte, ſolchen Landesgenoſſen.* Item, *Herrn Hertzog* Johannis Alberti I, *welcher, wie er das Schweriniſche Antheil gehabt, und für den* Secundogenitum Fratrem, Ulricum, *verſtorben, jenes, als* Primogeniti, *hinterlaſſene beyde Sœhne, Herr* Johannes *und* Sigismundus Auguſtus, *gleichwie Ihr Herr Vatter, mit dem eintzigen Schweriniſchen Antheil alleine verlieb nehmen, und ihres Herrn Vatern* Fratri Secundogenito, Ulrico, *deſſen Vettern, Herrn* Heinrici, *Güſtrowiſches Antheil dagegen auch alleine laſſen müſten &c. &c.* (7) *Niemals einiges* Jus Primogenituræ, eujus eſſentiale & formale in Unitate *beſtehet*, ita, ut in Provinciis, ubi jus Primogenituræ viget, ***primo Natus NB. ſolus NB. in toto Ducatu NB. integraliter ſuccedat***, exeluſis à ſucceſſione Fratribus ultragenitis, *dahero im Gegenſatz gar keinen* Socium in Succeſſione, Regimine & perceptione Ducatus, neque pro indiviſo, neque diviſim, admitti*ren kan, weniger einige daraus flieſſende* Linealis Succeſſio *in dem Hertzogthum Mecklenburg, jemahls introduciret, oder obſerviret, ſondern vielmehr* ex Literis primæ & ſequentium Inveſtiturarum, & ex inveterata, absque interruptione, per tot Secula, obſervata dividendi conſuetudine, *ein ſolches* jus radicatum dividendi, *denen* Secundogenitis *ſolches Fürſtlichen Hauſes acquiriret worden, daß Ihnen ſolches*, absque illorum facto & conſenſu, nullo modo, multo minus per Teſtamentum (*Roſenthal* de Feud. c. 7, Concluſ. 3, n. 6; Rumelin. ad A. B. part. 3, diſſ. 5, Obſ. 8; & Mylerus ab Ehrenbach, in Addit. Schrader de Feud. pag. 7, c. 2, n. 3; Cothman, Conſ. 67, n. 69,) licet ab Imperatoria Majeſtate confirmatum, *wie auch* re vera *nicht geſchehen, nicht genommen werden kœnne*, (*Reinking.* de Regim. Sec. & Eccleſ. lib. 1, Claſſ. 4, c. 17, §, 50 & 51; Cit. Myler ad Rumelinum, cap. 1, pag. 766.) (8) *Dißfalls auch, nachdem von Herrn Hertzog* Johanne Alberto I, an. 1573, *hinterlaſſenen* Teſtamento, *deſſen Fürſtl.* Nepos, *Herr Hertzog* Adolphus Fridericus I, *als* Primogenitus, *mit ſeinem* Fratri Secundogenito, *Herrn Hertzog* Johanni Alberto II, *das Hertzogthum, vermœge daruber verſchiedentlich, als* an. 1608, 1611, 1617, *und* 1621, *errichteten Brüderlichen Erbvertrægen, nicht allein nach alter Gewohnheit, gleich von einander getheilet, es bey ſolcher Theilung, bis an Ihr Abſterben, auch bis auf dieſe Stunde, beſtændig verblieben; ſondern noch darzu, zu Stifftung guten vernehmens in dem Hochfürſtl. Hauſe, und Verhütung aller künfftigen Streitigkeit, unter beyderſeits Fürſtl.* Dividentem, *dabey* expreſsè *verglichen und beliebet, daß, zu ewigen Tagen, das Hertzogthum Mecklenburg, nicht ferner* ſubdividiret, *noch in mehr, dann NB. jetzige zwey Theile, getheilet, ſondern es darin bey denenſelben, ſcil. zweyen Theilen, einig und allein, beſagte Fürſtl. Brüderlichen Erbvertrages*, de an. 1621, 3 Mart. *verbleiben, und ſolche zwene Theile, das eine allemahl bey dem* Primogenito, *das andere aber allemahl bey dem* Secundogenito, *verbleiben ſolle. &c.* (9) *Dieſe Fürſt-Brüderliche, lange Zeit nach dem* Teſtamento Johannis Alberti I, *aufgerichtete Erbvertræge, nicht allein* juramento, (*zu Varenholtz*; 9 Julii 1611, à Ducibus Adolpho Friderico I, & Johanne Alberto 2,) *beſtærcket, ſondern auch von Ihro Kayſerl. Majeſt.* Ferdinando III, *eben wohl hinwieder confirmiret, und* (*laut des*, ſub dato *Wien, den* 11 Martii, an. 1651, *Hertzogen* Adolpho Friderico *ertheilten Lehn-Brieffs*) *dabey ſolches allergnædigſt* expreſsè *ebenfals concediret, daß, wann einer der Herren Dividenten, ohne Mænnliche Lehens-Erben, abgehen würde, alsdann des Verſtorbenen Land und Leuthe, an der Lebendigen, und ſeine Lehens-Erben, allezeit, nach NB. Stammes Linien*, (NB. in plurali) *zurück fallen ſolle. &c.* Ad Objectiones Sereniſſimi Ducis, *Friderici Wilhelmi*, reſpondit Sereniſſimus Dux, *Adolphus Fridericus* 2, & quidem ad (1) Allegata verba literarum renovatæ Inveſtituræ, de an. 1377, loqui ſaltem de unione, ſeu incorporatione, Dominii *Stargardienſis*, quod interim acceſſerat; neutiquam vero involvere *jus* quoddam *Primogenituræ*; ad (2) Nec ejusmodi jus ex Tabulis Teſtamenti *Johannis Alberti I*, de an. 1573, deduci poſſe, ob expreſſa ibi verba: *Folgends ſetzen wir Uns zu Erben, in dieſe Unſere Lande, Fürſtenthum und Herrſchafften, Lehen und Eygen, beweglich und unbeweglich &c. und allem andern, wie das genennet werden mag, ſo wir jetzo haben, und noch künfftig, durch GOttes Seegen, erlangen mœgen, und nach Unſerm ſeel. Abſterben, hinter Uns verlaſſen werden, Unſere Beyde freundliche liebe Sœhne, Hertzog Johanſen, und Hertzog Sigismunden Auguſten &c.* Quæ ſimultanea inſtitutio utrique idem jus attribuit. Et licet adminiſtratio Regiminis Primogenito ſoli fuerit demandata, id unicè factum reſpectu imbellicitatis Secundogeniti, teſtibus iisdem Tabulis: *Aber Unſerm jüngſten Sohn, Hertzog Sigismunden Auguſten, als der Leibes halber etwas blœde, und, zu Ertragung der Laſt und Bürden der Land-Regierung, aus natürlicher angebohrner Schwachheit, etwas zu unvermœgend &c.* Propterea Ei ſimul injunctum, ut, ad ſignificandum, ſe non *proprio* tantùm, ſed *communi*

ni

Digitized by Google

ni Fratris *nomine*, ſummam rerum moderari, *in allen Brieffen dieſen* Stylum *gebrauchen ſolle*: *Vor Uns, und Unſern Freundlichen lieben Bruder, Hertzog Sigismunden Auguſten &c.* quæ ex eodem Teſtamento deſumpta; Accedere, laudatum Ducem, tale Jus nec introducere potuiſſe, utpote ad Quem *ſola portio Suerinenſis* pertinuerit, *Güſtrovienſi* ad ipſius fratrem, *Ulricum*, ſpectante, de cujus conſenſu nihil hactenus prolatum; quin potius innoteſcat, Eum contrariæ penitus ſententiæ fuiſſe, dum, veluti Tutor *Johannis & Sigismundi Auguſti*, ex laudato Duce, *Johanne Alberto*, Nepotum ſuorum *utriusque* nomine, Receſſum Imperii *Ratisbonenſem*, an. 1576, ſubſcripſerit, verb: *Von wegen Ulrichen, Hertzogen zu Mecklenburg &c. vor ſich, und, in Vormundſchafft weyland Johanſen Albrechten, Hertzogen zu Mecklenburg &c. nachgelaſſener Sœhnen, Johanſen und Sigismundi Auguſti: Joachim Mœller, und Johan Boweken, beyde der Rechten Doctores &c.* Pro utroque etiam, an. 1578, 16 Julii, à *Rudolpho* Imp. Inveſtiturarum literas obtinuerit, ubi; *Wir Rudolph - - - - denſelbigen Ulrichen, Hertzogen zu Mecklenburg, für ſich ſelbſt, und in Vormundſchafft gedachter ſeiner Minderjahrigen Vettern, Hertzog Johans Albrechten Sœhne, Johanſen und Sigismunden Auguſten, und als derſelben, und anderer jetzt lebenden Hertzogen zu Mecklenburg, Lehn-Trager, und Ihren Lehns-Erben, die vorbeſtimmten Ihre Lande, mit Nahmen: Die Hertzogthumb und Herrſchafft Mecklinburg, Stargarden, Werle, das man nennet das Land zu Wenden, Roſtock, und die Graffſchafft zu Schwerin, mit allen ihren zubehörungen &c. zu rechten geſamten Handen, zu Leben gnædiglich gerichtet und verliehen - - - hatten ſich auch, der obgenannt Unſer lieber Oheim, Hertzog Ulrich, und ſein Bruder, Hertzog Johans Albrecht, oder gedachte ſeine Sœhne, Hertzog Johans, und Sigismund Auguſtus, oder andere Hertzogen zu Meklenburg, mit etlichen ihren Landen, von einander geſetzt, oder getheilet, oder ſolches hinfüro thun würden, das ſoll Ihnen, und Ihren Lehens-Erben, an Ihren geſamten Handen, keinen Schaden bringen, ſondern dieſelbe Ihre Furſtenthum, Herrſchafft, Graffſchafft, Land und Leute, ſollen allezeit, nach Vaterliches Stammes Linien, und darnach, von einem an den andern kommen, und fallen, gleicher Weiſe, als ob ſie von einander nicht geſetzet, noch getheilet geweſen waren, ohn alles geſæhrde &c.* nec ipſosmet Teſtatoris filios, *Johannem, & Sigismundum Auguſtum*, Paternam diſpoſitionem, ſe jam natis, demum confectam, magni feciſſe, ſed an. 1586, 10 Maji, alium plane Receſſum invicem condidiſſe; imò, *Johannis* hujus filios, *Adolphum Fridericum I, & Johannem Albertum II*, mediante & conſentiente *Carolo*, Patruo magno, & ſimul Tutore, an. 1608, 28 April. novam rurſus conventionem inter ſe erexiſſe, qua, inter alia, cautum: *Damit nun alles, was, zu brüderlichen Zanck und Unwillen, Urſach und Anlaß geben kœnte, in Zeiten abgeſchafft, und aus dem Wege gethan werden mœge: als hat obbemeldter Hertzog Carl zu Mecklenburg, gutwillig beliebet, und auf ſich genommen, die beyde Theile der Mecklenburgiſchen Fürſtenthümer und Lande, ſo gemeiniglich Das Güſtrowſche und Schweriniſche Theil, genennet werden, an Aemptern, Einkommen, Nutzungen, Hebungen und Gefallen, zu föderſamſter Gelegenheit, vermittelſt des Allmachtigen Gnade, zu einer ſolchen Gleichmaſſigkeit zu bringen, daß darunter, ſo viel mœglich, kein Vortheil, oder Unterſcheid, der Güter halber, zu erſpühren und zu befinden ſeyn ſoll. Bey welchen Vergleich und Theilung es dann auch unwiederruflich gelaſſen: und auf Herrn Hertzog Carls Fürſtl. Gn. ſeeligen Todes-Fall, den der Allmachtige Gott, noch viele und lange Jahre, zu verhüten geruhen wolle, dem lieben GOtt die Urtheil und Wahl heimgeſtellet, und einem jeden vor Hochgedachter Herrn Gebrüder, ein Theil, durch ein unpartheyiſch Loß, an und zugeeignet werden ſoll &c.* Patrem, in Præjudicium Filiorum, jam natorum, nihil ſtatuere potuiſſe, præſertim, non accedente Ejus Fratrum, Ordinumque Provincialium conſenſu, juramento confirmato. Ad (3) Cum ſæpeſatum *Johannis Alberti I*, Teſtamentum, ipſum nullo verbo, introducti *Juris Primogenituræ* mentionem faciat, fruſtra Filiorum Ipſius Transactionem an. 1586, ſubſecutis præſertim aliis, an. 1608, 28 April, 1611, 9 Julii, 1617 & 1621, 2 Mart. dictum Teſtamentum infringentibus, objici. Ad (4) Non valere argumentum, à Prohibitione diviſionis & ſubdiviſionis, ad Unitatem ſucceſſionis, ſeu, Jus Primogenituræ. Ad (5) Inveſtiturarum literas nihil aliud docere, quam, extincta una Linea, ſuperſtites alterius Lineæ Duces, in vacuas Terras ſuccedere poſſe, nec illas, pro *Feudo aperto*, habendas, ſubdiviſionibus prohibitis. Ad (6) Homagium ſimpliciter, nec prodeſſe, nec obeſſe, Juri Primogenituræ, Subditos ad fidelitatem duntaxat, & debita erga dominum, conſtringens; deinde, nunquam inter *Adolphum Fridericum I, & Johannem Albertum II*, de ejusmodi juramento, conveniſſe, vi cujus, non niſi habito ad *Lineam* reſpectu, ſucceſſio fiat; multo minus, de conſenſu Imperatoris & Agnatorum conſtare; ſed notum potius eſſe, Homagium an. 1632, 7 Dec. hora 9 antemeridiana, ab Ordine Equeſtri, & 29 Dec. hora 8 antemeridiana, à Senatu Suerinenſi, Duci *Adolpho Friderico I*, præſtitum, non ſolum reſpexiſſe *Chriſtianum Ludovicum*, Filiorum Ipſius natu majorem, ſed Agnatos in genere: *Ich* NN, *lobe und ſchwere, daß ich dem Durchlauchtigen Hochgebohrnen Furſten und Herrn, Herrn Adolph Friederichen &c. und*

&c. und, nach Seiner Fürſtl. Gnaden tœdlichen Abgang, welchen der Allmachtige lang verbüte, deren Mann-Leibes Lehns-Erben, wahren rechtmaſſigen Hertzogen zu Mecklenburg, und da deren, zeit Sr. Fürſtl. Gnaden Abſterbens, keine mehr verhanden ſeyn würden, Sr. Fürſtl. Gnaden, freundlichen vielgeliebten Herrn Brüdern, dem Durchl. Hochgebohrnen Fürſten und Herren, Herrn Hans Albrechten, Hertzogen zu Mecklenburg, und, nach Sr. Fürſtl. Gnaden tœdlichen Hintritt, den GOtt in Gnaden lang verbüte, nach, beſage der brüderlichen Erb-Vertræge, Sr. Fürſtl. Gnaden überbleibenden Mann-Leibes-Lehns-Erben, rechtmaſſigen wahren Hertzogen zu Mecklenburg, treu, hold, geborſam und gewartig ſeyn &c. Ad (7) Non ſatis manifeſtum eſſe, Ducem *Adolphum Fridericum I*, conſcriptum à *Reinkingio*, Teſtamentum, an. 1633, unquam vidiſſe; & licet illud viderit, tamen, per poſterius, an. 1654, illud fuiſſe ruptum; Ad (8) Convenientius fore prudentiæ regulis, jactatam obſervantiam ſilentio præteriiſſe; cum innoteſcat, quid Sereniſſimi Fratres laudatorum Principum deſuper moverint querelarum. Ad (9) Teſtamentum Ducis *Adolphi Friderici I*, poſterius de an. 1654, 31 Oct. confirmare potius, quam evertere, conſuetas diviſiones; quicquid de Primogenito ibi dicatur, non ſimpliciter & Juridicè, ſed ſecundum quid ratione ſcilicet præcedentiæ, accipiendum &c. Durantibus hiſce altercationibus, immittebatur Sereniſſimus Dux, *Fridericus Wilhilmus*, an. 1697, à Commiſſario Cæſareo, *Chriſtiano* Com. ab *Eek*, in *Güſtrovienſis* Ducatus poſſeſſionem, qua arripienda, tranſegit Princeps, 13 Febr. cum Sereniſſima *Güſtrovienſi* Vidua, *Magdalena Sibylla* Gottorpienſi, die proxime ſequenti à Nobilitate Homagium exigens. Accedente 14 Martii, ſolemni *Wiennæ* Inveſtitura irritati Saxoniæ Inferioris Circuli Directores & Dux, violata ſua Jura clamarunt, dictamque immiſſionem, ſe præteritis, factam, nullius eſſe valoris, Imperiique Legibus contrariam. Exeunte hinc, 18 Mart. Duce, ducenti Sueci, totidem Brandenburgici, totidemque Brunſuico-Luneburgici, ſub imperio Dn. *Klinckenſtrœhmii*, apud Suecos Chiliarchæ Locumtenentis, Oppido *Güſtrovienſi* præſidio impoſiti, conſtitutumque, ordinandis cæteris Ducatus negotiis, Regimen, hunc in finem eò ablegatis, à parte Suecorum, Dn. *Kochio*; Electoris Brandenburgici, Dn. *Schreibero*, & Sereniſſ. Domus Brunſ. & Luneb. Illuſtr. Dn. *Erneſto Wilhelmo* de *Spærcke*, Sereniſſimo Duci, *Georgio Guilielmo*, è Conſiliis Provincialibus, non multo poſt verò Potentiſſimo Electori Bruns. & Luneb. à Conſiliis ſanctioribus, Ducatusque Zellenſis Ordinum, & Illuſtris Academiæ hujus Directore Magnifico. Hæc erat rerum facies, ad annum usque 1701, 8 Mart. quo, mediantibus Commiſſariis Cæſareis, Rege Daniæ, tanquam Duce Holſaciæ, Epiſcopo Lubecenſi, Ducibus Brunſuico-Luneburgo Guelſerbytanis, & Comite *Eckio*, litigantium Miniſtri Dnn. *Fridericus Wilhelmus Leopoldus*, Comes ab *Horn*; *Johannes Vermehren*, *Johannes Tadel*, & *Edzardus Adolphus de Petkum*, ſub ſpe rati & grati, controverſiæ tandem, *Hamburgi*, obicem poſuerunt; cujus Tranſactionis, quam *Faber*, Tom. VI, *der Staats-Cantzley*, Cap. 3, Faſcic. 2, p. 243, &c. integram; & Ill. Auctor *des Europaiſchen Herolds*, Tom. I, p. 495 &c. atque Dn. *Theoph. Donatus*, *im Europaiſchen Tag-Regiſter*; in appendice ad Annum 1701, 8 Mart. p. 56 &c. ſummatim, exhibent, facientia huc Capita, ſunt.

(1) *Wird Herrn Hertzog, Friederich Wilhelms Durchl. das gantze Fürſtenthum Güſtrau, mit allen dazu gehœrigen Stücken (nur allein die Herrſchafft Stargard, davon ausgenommen) ſamt Sitz und Stimme, auf Reichs- und Craiß-Tagen, und im übrigen*, cum omni Jure Principum Imperii, *wie es dabevor von denen Herren Hertzogen Güſtrauiſcher Linie, beſeſſen, regieret und genoſſen worden, als* Primogenito Primogeniti, *und Sr. Durchl. künfftigen Leben-Deſcendenten, gelaſſen, und dero Behuf, von Herrn Hertzog Adolph Friedrichs Durchl. Ihrem*, ex Capite Gradualis Succeſſionis, *formirten Anſpruch, beſtandig renunciret; Deroſelben, und dero Fürſtl. Poſteritat aber*, extincta Linea primogeniali, *der ledige Anfall allerdings vorbehalten: und wie hiebey wohl erwogen worden, welcher Geſtalt die* Succeſſion, *nach dem Primogenitur-Recht, das principalſte Mittel ſey, die alten Fürſtlichen Hæuſer, bey unzertheilten krafften, ſtarcker Macht, hoher* Eſtime, *und in einem ſolchen Stande zu erhalten, daß dieſelbe, zu des Gemeinen Vatterlands Schutz und Rettung, wieder alle gefæhrliche, und verderbliche zufælle, mit deſto mehrerem Nachdruck, concurriren, und, ſowohl inn- als auſſerhalb Reichs, ſich in* Conſideration *halten kœnnen; alſo iſt auch hiemit verabredet, und verglichen, daß hinführo, nit allein das gantze Hertzogthumb Mecklenburg, mit allen incorporirten Landen, (auſſer, was bey dieſem Vergleich, an des Herrn Hertzog, Adolph Friderichs Durchl. und dero deſcendenten, abgetreten und gelaſſen worden) bey Herrn Hertzogs Friederich Wilhelms Durchl. allein bleiben, und, nach dero, in GOttes Handen ſtehenden Abſterben, auf Ihren künfftigen alteſten Mannlichen Leibes-Lebens-Erben, und deſſen fernere* Deſcendenten, *oder, falls dieſelbe nicht ſeyn würden, auf den* Secundogenitum Lineæ primogenialis, *Printzen Carl Leopold zu Mechlenburg Durchl. und dero Niederſteigende Linie, und, da auch dieſelbe ermangeln ſolte, alsdan auf den* Tertiogenitum Lineæ primogenialis, *Printzen Chriſtian Ludwigs zu Mecklenburg Durchl. und dero* deſcendenten, *nach dem* Primogenitur-*Recht, wie daſſelbe*, in Teſtamento Ducis Johannis Alberti I, *im Jahr 1573, fundiret und beſtattiget, auch vom Kayſer Maximiliano II, confirmiret worden; allermaſſen beyde paciſcirende Hohe Theile ſich nunmehr*

ſolcher

Digitized by Google

ſolcher geſtalt, dero Furſtlichen geſampten Hauſe zum beſten, daruber mit einander vereiniget, Ordine ſucceſſivo, und wie es bey der Lineal-Succeſſion üblich iſt, verfallen, und ſolcher geſtalt in perpetuum, ſo lange die jetzige Primogenial-Linie floriren wird, von Erben zu Erben, verſtammen; ſondern auch, daß, wann, nach Gottes Schickung, entweder die jetzige Linea primogenialis, oder des Herrn Hertzog Adolph Friderichs Durchl. Fürſtl. Leibes Lehens-Deſcendentz verlæſchen, und gantzlich abgehen, und die gantze, in denen Fürſtenthümern Schwerin, Güſtrau, Herrſchafft Stargard, und denen Seculariſirten Biſchoffthümern, Schwerin und Ratzeburg, beſtehende Maſſa des Hertzogthums Mecklenburg, vœllig zuſammen fallen ſolte, ſo dann ſolch dermalen conſolidirtes gantzes Corpus, auf den, von einer, oder andern Linie, alsdann überlebenden Primogenitum, und deſſen deſcendenten, allein verſtammen, Ritter-und Landſchafft auch, ſolchen falls, nur den jedesmahligen Primogenitum allein, vor ihren regierenden Herrn, und Landes-Fürſten, zu erkennen, auch ſelbſten in einem unzertheilten Corpore zu bleiben, verbunden ſeyn; Und ſolcher geſtalt das Jus Primogenituræ & Linealis ſucceſſio, ſo wohln in der jetzigen, von weyland Herrn Hertzog Friderich zu Mecklenburg herſtammenden Linie, als auch bey Herrn Hertzogen Adolph Friderich Durchl. Fürſtl. Deſcendentz, zu ewigen Zeiten unverrückt obſerviret werden ſoll.

(2) (Wird, krafft dieſes Vergleichs von Herrn Hertzog Friderichs Durchl. und dero Mannlichen Lehens-Erben, und deſcendenten, das Fürſtenthum Ratzeburg, frey von Schulden, wie daſſelbe, per Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, an das Hauß Mecklenburg kommen, in ſeiner vœlligen Conſiſtentz, cum Voto & Seſſione in Comitiis Imperii & Circuli, & cum omni Jure Principum, allermaſſen ſolch Fürſtenthum bißher, von dem Fürſtl. Mecklenb. Hauſe Schwerin, in quantitate & qualitate, regieret, beſeſſen und genoſſen worden, erblich cediret, übergeben und abgetretten; Dabeneben auch, die Herrſchafft Stargard, und dero gantzen diſtrict, in ſeinen Grentzen und Scheidungen, mit allen darin befindlichen Adel, Stætten und Aemptern, nemlich die Aempter Stargard, Brede, Strelitz, Wanske, Feldberg, Fürſtenberg, und Weſemberg, nebenſt der Comterey Nemerau, und der, Krafft dieſes, noch dabey gefügten, mit keinen von Zeit des Weſtphaliſchen Friedens-Schluſſes, gemachten Schulden, beſchwerden Comterey Mirau, wie ſolche beyde Comtereyen gleichmaſſig dem Fürſtl. Hauß Mecklenburg, krafft vorerwehnten Weſtphaliſchen Frieden-Schluſſes, zugeeignet worden; auch die Stætte Neu-Brandenburg, Friedeland, Woldeck, Strelitz, Stargard, Fürſtenberg und Weſemberg, es ſeynd alle dieſe Stætte frey, oder mit Hypothecquen beſchwaret, cum omni Jure Principum Imperii, wie ſelbige Herſchafft, in qualitate & quantitate, von denen vormahligen Hertzogen zu Güſtrow, als ein Acceſſorium ſolchen Fürſtenthums, regieret, poſſidiret, und genoſſen worden, erblich, jedoch mit Reſervation des ledigen Anfalls, gelaſſen. Und nachdem,

(2) Hiebey paciſciret, und verglichen, daß Herr Hertzog Adolph Friderichs Durchl. eine jæhrliche Fürſtl. Freye Cammer-Intrade, von viertzig Tauſend Reichsthalern conſtituiret werden ſoll; ſo iſt doch zu dero Behuff, der Ertrag obbenanter beyder, ſo wohl Ratzeburg-als Stargardiſchen Landes-Diſtricten, und aller darinn begriffenen Stücke, mit beyderſeitigen guten Willen, überhaupt (zumahlen eine gar genaue Unterſuchung zu viel Zeit und Weitlaufftigkeit erfordern wollen) auf Ein-und dreyſig Tauſend Reichsthaler, geſetzt, und ſind die, zu Erfullung vorerwehnter 40000. Reichsthaler aus dem Boitzenburger Zoll, es betrage ſolcher wenig oder viel, jæhrlich 9000. Reichsthaler, jure Dominii perpetui, zu erheben, erblich geeignet, und abgetretten worden; Zu dem Ende dann, im Nahmen Hochgedachten Herrn Hertzog Adolph Friederichs Durchl. und dero Leibes-Lebens-Erben, der jedesmahlige Zoll-Einnehmer, ſothane 9000. Reichs-Thaler: jæhrlich, in dreyen Terminen, benanntlich, erſtlich, vier Wochen nach Oſtern, 3000. Reichsthaler; Zweytens, vier Wochen nach Johannis, 3000. Reichsthaler; Drittens, vier Wochen nach Michaëlis, 3000. Reichsthaler alles in ſpeciebus, Ihrer Durchl. Fürſtl. Cammer, auszuzahlen, ſich vermittelſt würchlichen Eydes, verpflichten ſolte.

(4) Verſprechen beyde Hochfürſtliche Theile, einer den andern, die einem jeden, krafft dieſes vergleichs, zugefallene Stücke, wie Rechtens, gegen mænnigliches Anſpruch, reciproquement zu gewehren, und deßhalben inn-und auſſerhalb Rechtens, zu aſſiſtiren, und zu vertretten, auch ſelbſten nichts von dem, was ein jeder beſitzet, auſſerhalb dem Fürſtlichen geſammt Hauſe zu alieniren, oder in frembde Hande kommen zu laſſen.

(5) Sollen, zu Verhütung der, ex Communione, zu beſorgenden Strittigkeiten, des Herrn Hertzog Adolph Friderichs Durchl. zwar den erlangten Stargardiſchen Diſtrict privativè regieren, und ſolcher maſſen darinn die Jura Territorii & ſuperioritatis, ſo wohl in Eccleſiaſticis, als Politicis, wie die Namen haben, nichts davon ausgeſchloſſen, beſonders exerciren, mithin auch die in dem Diſtrict verhandene Mecklenburgiſche Adeliche, und andere Vaſallen, als Dominus Feudi directus, belehnen; es wollen jedoch,

(6) Hochgedachten Herrn Hertzog Adolph Friderichs Durchl. in dero Stargardiſchen Diſtrict, die in dem gantzen Hertzogthum Mecklenburg, eingeführte Kirchen-Ordnung, in allen Stücken, ohngeændert obſerviren, auch darinnen eine gemeinſame Policey-Ordnung, exerciren und beobachten laſſen; Und ſollen ſo wohl die in Ratzeburgiſchen, als Stargardiſchen Diſtrict, und demſelben zugelegte Comterey Mirau, eingeſeſſene Unterthanen, bey ihren biß daher habenden freyen Commercien, in denen Mecklenburgiſchen Landen, ungehindert gelaſſen, auch

7 X ſo

ſo wohl Ihro Durchl. eigene, als dero Fürſtl.Ræthe, Güter und Sachen, dieſelben mœgen zu Land, oder zu Waſſer aus dem Ratzeburgiſchen, nach dem Stargardiſchen, oder von daraus, dorthin, gebracht werden, auf Vorzeigung beglaubter Paſſe, jederzeit Zoll-frey, und ungehindert, paſſirt werden; Ingleichen denen jenigen, welche aus dem Fürſtenthum Güſtrau, ſo wohl ins Ratzeburgiſche, als Stargardiſche, und vice verſa, *innerhalb Jahr und Tag, zu transmigriren, Belieben tragen ſolten; ſolches, ohne gewœhnliche* Decimation, *frey, ſicher und ungehindert, vergœnnet ſeyn ſoll. Und gleichwie*

(7) *Bey Anweiſung des Fürſtenthumbs Ratzeburg, das darzu gehœrige* Archivum *Herrn Hertzogen Adolphs Friderichs Durchl. auszuantworten; Alſo ſollen Sr. Durchl. auch nicht weniger aus dem Güſtrowiſchen* Archivo, *und ſonſten alle und jede, die Herrſchafft Stargard, und die* Comterey Mirau, concernirende documenta, *zu dero eigenen Gewahrſam, extradiret werden &c. &c.* Conf. Dn. *Gottfried Lange, Einleitung zum* Jure Publico, Part. II, Lib. I, Sect. VI, §. 19, p. 567 &c. & Dn. *Bilderbeck Reichs-Staat*, Tom. II. Part. V, Sect. II, Cap. XI, p. 153 &c. Modernus Dux, eſt Sereniſſ. Dn. ADOLPHUS FRIDERICUS III, nat. 1686, 7 Jun. Uxorem ducens, an. 1709. 11 April. Sereniſſ. Dn. *Dorotheam Sophiam*, fil. *Johannis Adolphi*, Ducis Holſato-Plœnenſis.

(*xx*) SCHWERINENSIS &c. *Suerinenſes* Epiſcopos, à *Bennone*, Ciſtercienſi Monacho, ultimo *Megapolitanorum*, & primo *Suerinenſium*, Antiſtitum, qui 50 annos Eccleſiæ præfuiſſe fertur, usque ad *Petrum*, offendis in Appendice *Metropolis Alberti Cranzii*: & apud *Bucclinum*, Part. 1 *German. Sacra*, pag. 53 & 54, qui tamen perperam exiſtimat, *Bennonis* ſynonymon, eſſe *Benedictum*; niſi *Bernhardum* dicere voluerit. Seculi XVI Præſules ſuppeditat *Chytræus*, lib. XXXI *Saxoniæ*, p. m. 953 & 954, ubi celebrantur: *Conradus Loſtius*, ex Patritia Wiſmarienſi Familia ortus, &, exeunte anno 1503, defunctus; *Johannes de Thün*, Eques Megapolitanus, mortuus an. 1508; *Petrus Wallekovius*, (hic eſt ille *Petrus*, cujus modò memini) Sundenſis, ad plures abiens, an. 1516; *Magnus*, Dux Megapolitanus, *Henrici* filius, Infans poſtulatus, ad Superos migrans, an. 1550; *Ulricus*, Dux Megapolitanus, *Alberti* filius, Anteceſſoris Patruelis, ultima fata trahens, an. 1603, 14 Mart. *Ulricus*, *Friderici* 2, Regis Daniæ filius, Anteceſſoris, ex filia, *Sophia*, nepos, Coadjutor electus ann. 1509, Præſul an. 1603, naturæ ſolvens debitum, an. 1624, 27 Mart. Ortum debet Epiſcopatus hic Eccleſiæ *Magnopolenſi*; Diviſa enim, ab obitu *Abellini* Præſulis, *Aldenburgenſi* Eccleſia, in tres Epiſcopatus, *Aldenburgicum*, in ſpecie ſic dictum, *Razeburgicum*, & *Megapolitanum*, hunc poſteriorem commiſſum fuiſſe *Johanni* cuidam, Monacho *Scoto*, ex dictis præced. lit. uu, pag. 1247 cognoſci poteſt. Annum indicat *Chytræus* l. c. p. 953: *Suerinenſem Diœceſin, anno Chriſti* 1500, *rexit D. Conradus Loſtius, ex Patritia Wiſmarienſi Familia ortus, ordine XXXII, à Primo Epiſcopo & Martyre, Joanne Scoto, qui, cum prima initia, & velut Seminarium Eccleſiæ, in his Gentibus Vandalicis, anno Chriſti* 1062, *jaceretur, in Urbe, tunc ampla, & copioſa, Mecklenburg, petente S. Godſcalco, Vandalicæ Gentis Principe Chriſtiano, ab Alberto, Archi-Epiſcopo Bremenſi, qui apud Imperatorem, Henricum IV, omnia gubernabat, Epiſcopus Primus conſtitutus eſt; Hunc, quadriennio poſt, Vandali,* (Vinidi) *Chriſtianam Religionem denuò abjicientes, crudeli ſupplicio, manibus & pedibus truncatis, affecerunt, die* 10 *Novemb. anno* 1066, *cum paulò antè Godſcalcum, Principem ſuum, Leontii, ad aram, die* 7 *Junii, trucidaſſent. Poſt Octoginta quatuor annos, ſub Conrado III Imp. alter Epiſcopus, Eberhardus, & paulo poſt, Benno, ſeu Berno ſucceſſerunt. Qui, deleta, in bellis Vandalicis, Urbe Mecklenburga, Suerinam, ab Henrico Leone, condito inſigni Templo Cathedrali, translatus eſt, circa annum Chriſti* 1168 *&c.* Translationem hanc, demum an. 1170 contigiſſe, arbitrantur Dnn. *Spenerus*, *Op. Herald.* part. ſpec. lib. 1, cap. 61, §. 11, pag. 250; *ImHoff*, *Notit. Procer.* lib. 4, cap. 5, §. 8, p. 164; *Europ. Herold*, Tom. 1, pag. 497; Alii. De moderno ejus Statu, ex *Inſtrum. Pac. Weſtphal.* Art. XII, §. 1, cujus verba, præced. lit. ww, adduxi, judicandum eſt.

Scutum, transverſim bipertitum, ſuperiore parte, *Gryphum aureum, in campo cæruleo*, repræſentat, inferiore incerti coloris. Vid. *Spener* l. c. §. 10 & 11. pag. 250; & *ImHoff* l. c. §. 24, pag. 166. Illuſtris Auctor *des Europ. Herolds* l. c. pag. 499, Inſignia Megapolitana delineans, ait: *das dritte Feld theilet ſich wieder in die Zwerch, und erſcheinet in dem Ober-Blauen Theile, ein geflügelter güldener Greiff; in dem Untern Weiſſen aber, ein viereckigtes grünes Schildlein, ohne weitere Figür, und iſt das Wapen des Fürſtenthums Schwerin.* Idem affirmat Dn. *Bilderbeck*, Tom. 2, *des Reichs-Staats*, Part. 5, Sect. 2. cap. XI, §. 4, p. 157.

(*yy*) SLESWICENSIS &c. De Scriptoribus hujus Eccleſiæ, inquit Dn. *Johannes Mollerus*, in *Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ*, Part. 3, cap. 1, §. 3, pag. 228 & 229. *Solius Epiſcopatus Sleswicenſis, circa annum* 946 *fundati, Præſulum Recenſum breviorem invenies, in Nicolai Heldvaderi Libello: De Civitate Sleſvienſi; Vernaculo: Kurtze Beſchreibung der Alten Statt Schleswig, an.* 1603 *excuſo; prolixiorem autem Hiſto-*

riam

Digitized by Google

riam, in *Joh. Adolphi Cypræi, Annalibus Epiſcoporum Sleſvicenſium*, *Coloniæ*, *an.* 1634, *editis; & horum Exſcriptoris*, *Anthonii Heimreichii*, *Hiſtoria Eccleſiæ Sleſuicenſis vernacula; Broderi item* τοῦ Ἀνωνύμου *Chronico Sleſvicenſi inedito. Extant etiam M. Hieronymi Cypræi, Sen. Sleswicenſis, Baſilicæ Patriæ Canonici, & Gymnaſii, ibidem an.* 1576, *ab Adolpho, Dn. Holſatiæ, fundati, primi Rectoris & Profeſſoris, Epigrammata, ſive Tetraſticha, de XXXVI Epiſcopis Slesvicenſibus, qui, ab Erico, usq; ad Adolphum, D. Holſatiæ, Eccleſiæ illi præfuerunt; Lubecæ, an.* 1560, *ſeorſim publicata, & poſtmodum, ab Huitfeldio, ac Joh. Adolpho Cypræo, ſuis eorundem Antiſtitum Catalogis, inſerta. In Præfatione, plenius & prolixius, de Vitis Epiſcoporum Slesvicenſium, Scriptum promiſit; ſed palmam hanc, labori iſti immortuus, Conſanguineo ſuo, Paulo Cypræo, & filio ejus Johanni Adolpho, reliquit. Vernaculum hujus Argumenti Libellum: Biſchoffliche Gedæchtniſſe, von den Biſchœffen zu Heideby, und Lübeck, juris teſte Cl. Arnkielio fecit publici, Fridericus Cogelius, Mitaviæ Semigallus, Scholæ, in Wagria, Eutinenſis, non ita pridem Conrector &c.* Hinc ſua Conſultiſſ. Dn. *Struvius*, cap. 24 *Selectæ Biblioth. Hiſtor.* §. 11, pag. 623. Junge his Scriptoribus, *Caſpari Danckwerthi Chron. Holſat.* part. 2, cap. 9, pag. 117 &c. ubi *Sleſvicenſium* Epiſcoporum Catalogus, ab *Erico*, circa an. 934, ab *Unnone*, Archi-Epiſcopo Hamburgenſi, ordinato, usque ad *Ulricum*, *Friderici* 2, Daniæ Regis, Filium, an. 1602, electum, annoque 1624 defunctum; addit autem, *Ericum* illum propriè non fuiſſe *Epiſcopum*, ſed *Paſtorem* duntaxat, & *Ottonem Magnum* Imp. debellatis demum Danis, *Marconem*, Cancellarium ſuum, *Slesvicenſibus* primum dediſſe Præſulem, an. 964, extinctum; quem ſecutus *Haraldus*, ſeu *Haroldus*, à quo *Adamum Bremenſem* Antiſtitum ſeriem ordiri, præced. Tit. V, in vita *Ottonis Magni*, ad an. 948, p. 497. monui. Primi ſtatus noſtræ Eccleſiæ memor *Danckwertus* l. c. p. 117, ait: *Umb das Jahr 827 iſt auch die Kirche zu Haddeby erbauwet (der Leſer erinnere ſich, daß in den Zeiten, die gantze Statt Schleßwich von den Dænen, Haddeby, oder Heitby, genennet worden,)* Cypræus *helt, daß zu der Zeit nur der erſten Kirchen zu Schleßwich, oder Haddeby. Grund ſey geleget worden, in maſſen das* Saxo Grammaticus *bezeuget; und meldet ferner: dieſe Kirch ſey an der Schley, und an dem Schiffhafen, der Wick geheiſen, von welchem Hafen Kennzeichen genug vorhanden, angeleget worden; und ſey demnach die Kirche zu Alt Haddeby, nunmehro ſchlecht Haddeby genennet: daſelbſt ſoll der H.* Ansgarius *das arme Heidniſche Vœlcklein unterrichtet, und aus der Schley getauffet haben. Als aber Kœnig Harald, durch die bœſe Leuffte verhindert, indem er abermahl, von Kœnig Regner, des Reichs vertrieben worden, das Gebew der Kirchen zu Haddeby nicht vermœchten zu vollführen, hat Kœnig Erich, (nicht Kœnig Haralds Bruder, auch Kœnig Erich der Jünger, oder Barn zugenant, ſondern ein dritter Erich, zwar auch Kœnig in Dennemarck, aber von den vorigen Beeden unterſchieden,) dieſe Kirch aufgebauet, umb das Jahr 850. &c.* Nituntur hæc autoritate Adami *Bremenſis*, lib. 1, Hiſt. Eccleſ. cap. 25, pag. 23, & cap. 48, pag. 38, ubi: *Heinricus* (Auceps) *victor apud Sliaswich, quæ nunc Heidaba dicitur, Regni terminos ponens, ibi & Marchionem ſtatuit, & Saxonum Coloniam habitare Præcepit &c.* lib. 1, cap. 59, pag. 81, habet: *Heidibam*; & Tr. 2, de *Situ Daniæ*, p. 139: *Heitbebu &c. S. Remberto*, in vita *S. Anſcharii*, cap. XXI, Edit. Lambec. p. m. 67, vocatur *Sclaſwich*; & *Gualdoni*, Corbejenſi Monacho, in Poëmate de ejusdem Viri Sancti Vita, cap. 71, Edit. Lambec. p. m. 1111, *Scleaſwich*. Apud *Chronographum Saxonem*, ad an. 952, quo fundatum docet hunc Epiſcopatum, p. m. 162, legis: *Daniam Ciſmarinam, quam Judland Incolæ vocant, Rex Otto* (Magnus) *ſubjiciens tributo, in tres diviſit Epiſcopatus & Hamanburgenſi Diœceſi ſubjecit, unum conſtituens apud Sliaſwik, quæ & Heidiba dicitur &c.* Modernum nomen adhibet, circa annum 1090, florens, *Elſwardus*, ſeu potius *Etelwerdus*, Patricius, Conſul & Quæſtor Anglus, lib. 1, Chronicorum, apud *Savile*, de *Scriptorib. Rer. Angl.* p. m. 833: *Anglia vetus ſita eſt inter Saxones, & Giotos, habens Oppidum Capitale, quod, Sermone Saxonico, Sleſwic nuncupatur, ſecundum vero Danos Heitheby &c.* De litibus, Seculo XVI, inter Imperium Romano-Germanicum, Regemque Daniæ, hujus Epiſcopatus ergo, obortis, legi meretur *Conringius*, lib. 1 de *Finib. Imper.* cap. XV, §. 2, pag. 143. *Seculo Superiore, Epiſcopatus ille Sleswicenſis, in ipſas Tabulas Ordinum Imperii Germanici, eas, quæ an. 21, in Comitiis, ſunt conſcriptæ, ac omnium creditæ fuerunt accuratiſſimæ, eſt redactus; eoque, quum Gotſcalcus* (Ahlefeldius, Epiſcoporum Romano-Catholicorum ultimus) *Epiſcopus, Fiſco Imperii, prout erat juſſus, haud ſatisfeciſſet, per ſententiam Spirenſis Judicii, Regalibus, quæ appellantur, Beneficiis, eſt privatus, Anno Sexto poſt viceſimum. Cæterum, ille ipſe Epiſcopus illicò Epiſcopatus ſui bona omnia non Germanici, ſed Danici juris, eſſe, literis ad Judicium illud Spirenſe exaratis, probavit; quas Hiſtoriæ Sleſwicenſis lib. 3, cap. 5, pag. 423, Cypræus recitavit. Rex ipſemet Daniæ Tabulis illis nomen Epiſcopatus illius eximi, ut vitio inſertum, cum*

poſceret, ab Imperialis Fiſci Advocato, mota Chriſtiano III, & Friderico II, Regi, lite, ſecundum Daniæ Regnum, in ipſo Spirenſi Foro, judicatum eſt. Formula ſententiæ, cum aliis ad negotium hoc pertinentibus, continetur Libro I, Deciſ. XI, Operis Deciſionum, ſive Rerum in Camera Imperiali judicatarum, quod collegit, ediditque Adrianus Gylmannus. &c. Quæ Gaſtelius, de Statu Publ. Eur. c. 18. in fin. pag. 578, verbotenus repetit. Mortuo an. 1586, Adolfo Duce, nova lis ſurrexit inter Regem Daniæ, & Domum Holſato-Sleſvicenſem, de qua hæc Danckwertus l. c. pag. 123: An. 1586, nach dem tœdlichen Hinſcheiden Hertzog Adolffs, hat Kœnig Friedrich der II zu Dennemarck, das Biſtum Schleswich, oder Schwabſtede, eingenommen; und iſt das Hauß, und Ampt Schwabſtede, des Biſchoffs ordinarie Reſidentz, mit einem Amptmann verſehen worden biß an das Jahr 1602. dieſer Einnahm halber, haben von obgedachter Zeit, biß hieher, (1652) ſich allerhand Streitigkeiten, zwiſchen beeden Regierenden, als Kœnigl. Dennemarkiſchen, und Hertzoglichen Gottorffiſchen Hæuſern, ereuget: zu dero Hin- und Beylegung, die alſo genante Union offters, aber biß dato vergeblich, beyſammen geweſen &c. Mediatores, qui, præ reliquis, componendæ controverſiæ operam navaverant, ſunt: Megapolitanus Dux, Ulricus, & Wilhelmus Haſſiæ Landgravius; omnis autem conatus, notante Chytræo, lib. 29 Saxon. p. m. 819, incaſſum cecidit, manſeruntque Dani in poſſeſſione integræ Diœceſis, usque ad Pacem Rotſchildenſem (an. 1658, 26 Febr. mediantibus Ludovico XIV, Rege Galliæ, & Oliverio Cromwello, Magnæ Britanniæ Protectore, Reges Daniæ & Sueciæ inter, concluſam) ita Dn. Im-Hoff, Notit. Proc. Imp. lib. 4, Cap. 9, §. 52, pag. 206: l. c. §. 54, pergens: Per Pacem Rotſchildenſem, tria eximia, Genero ſuo, Carolo Guſtavo, Rege Sueciæ, accurante, obtinuit, (Fridericus, Dux Sleswicenſis) primum id erat: Ut nexus feudalis, quo Sleſwicenſis Ducatus Regi Daniæ obnoxius fuerat, diſſolveretur, ſibique directum Dominium, & Jus Suprematus, plenariè concederetur; Secundum, ut Communio, atque Alternatio Regiminis, in utroque Ducatu, Sleswici pariter & Holſatiæ, è veteri Pacto, hucusque uſu recepta, aboleretur; Tertium denique, ut Sleswicenſis Diœceſis, cum Capitulo Suaveſtedienſi, Patri ſuo, Patruisque, à Regibus Daniæ adempta, ſibi reſtitueretur; & dimidiam quidem Capituli partem, tanquam rem ſibi competentem; alteram vero medietatem, loco fructuum perceptorum, accepit; neque aliud Rex ſibi reſervavit, quam arbitrium quatuor Præbendas pro lubitu conferendi: Confirmata eſt hæc Pactio, per Pacem an. 1660, Hafniæ, ſancitam, iterumque per illam, quæ an. 1679. Fontibellaquei, conciliata fuit &c. Quæ de Pace Roſchildenſi, heic dicuntur, rectius de Hafnienſi, an. 1658, 12 Maji. inter laudatos Regem Daniæ, & Ducem Gottorpinum, inita, accipienda ſunt; in illa enim, cautum ſaltem Art. XXII: Ihro Kœnigl. Maj. in Dennemarck, ſollen Ihro Furſtl. Durchl. zu Schleſſwig-Hollſtein-Gottorf, nach Billigkeit, contentement geben. Worüber beyderſeits, Ihr Maj. von Dennemark, und Ihr Fürſtl. Durchl. Commiſſarien, tractiren ſollen. Jedoch, daſs der Schluß derſelben Tractaten, zwiſchen den andern May, ſein Ende erreiche. Aſt in hac, officia interponentibus earundem Potentiarum, Galliæ ſcil. Regis, & Angliæ Protectoris, Miniſtris, Dnn. Hugone Terlonio, S. Johannis Hieroſolymitani Equite, & Philippo Meadowe, definitum: Anfænglich, erlaſſen Ihro Kœnigl. Maj. zu Dennemarck-Norwegen, nebſt dero Hochanſehnlichen Herren Reichs-Ræthen, aus gutem wohlbedachtem Gemuthe, Sr. Fürſtl. Durchl. dero Eheliche Mann-Leibs-Erben, und dero Eheliche Deſcendenten, Mænnlicher Linie, die Lebens-Empfængniß über das Hertzogthumb Schleſſwig, der Inſul Fehmern, und allen deren Pertinentien; cediren und überlaſſen, im Gegentheil, Hœchſtgedachter Fürſtl. Durchl. nebſt obgedachten dero Hohen Angehœrigen Ehe-Mænnlichen deſcendenten, ſo lange derin ein einiger im Leben ſeyn wird, die Souveranitæt, und das Supremum Dominium, una cum directo & Utili, über das Hertzogthum Schleſſwig, oder ſonſt Suder-Jütsland genant, mit allen von Hœchſtgedachter Cron hieher gehœrigen und dependirenden Inſulen und Pertinentien, inmaſſen das hierüber aufgerichtete Diploma ſolches mit mehrern beſaget. (2) Tretten Ihr Kœnigl. Maj. zu Dennemarck, Hertzog Friederichen zu Schleſſwige Hollſtein, und dero Fürſtl. Mænnlichen Erben, Mænnlicher Linien, ab, den Halbſchiedt des Thumb-Capittels zu Schleſſwig, nebſt ſeinen Juribus, und Gerechtigkeiten, wie auch aller Jurisdiction über die Cathedral-Kirche, der Prediger, und Kirchen-Diener, ſo wohl der Schulen, und darzu behœrigen Bedienten; deſſgleichen in Schleßwig und Lulfuß belegenen, vor dieſem unter das Capitulum gehœrige Unterthanen, geſambte Hæuſer, und ſonſt habenden Gerechtigkeiten; wie nicht weniger das Ampt Schwabſtadt, mit ſeinen Pertinentiis, wie ſolches von weyland Kœnige Chriſtian dem IV, nnd jetz regierender Kœnigl. Maj. zu Dennemarck-Norwegen, biß auf dieſe Zeit beſeſſen, und poſſediret worden, ausgenommen die 18 Huſen, ſo Ihr. Kœnigl. Maj. an Seine Fürſtl. Gn. Hertzog Ernſt Günthern zu Schleßwig-Holſtein, verkaufft, und begeben ſich daneben die Herrn Reichs-Ræthe, fur ſich, und an Statt des Reichs Dennemarck, aller darauf gemachten Prætenſionen, und abſonderlichen Anſpruchs, geſtalt auch das hierüber ertheiltes Uhrkund mit mehren beſaget &c. Vid. Des Hochfürſtl. Hauſes Schleßwig-Hollſtein-Gottorp, in denen Erbtheilungs, Unions, Defenſions, auch andern Receſſen, Lehenbrieffen, Friedens-Inſtrumenten, und Vertrægen, gegründete Gerechtſame; an. 1683, pag. 46 ad 48. Quæ omnia, Art. XXVII, Pacificationis Hafnienſis, Dano-

Sueciæ,

Succia, an. 1660, 27 Maji; nec non Art. 2 ſeperato Pacificationis *Fontibellaqueæ*, Gallo-Sueco-Danicæ, an. 1679, 2 Sept. confirmata ſunt.

(*zz*) LEBUSIENSIS &c. De fundatione hujus Eccleſiæ, inquit *Zeilerus*, in *Itinerario German.* cap. 17, pag. 383: *Obwohln das Biſtumb zu* Lebus, *an der Oder, von dem Hertzogen in Polen, an. 965, geſtiffiet worden &c.* Eadem habet *Chytræus*, lib. XXXI *Saxon.* pag. 955: *Lebuſienſis ad Viadrum, Francofurdo vicina, Epiſcopa, per Miecislaum, Poloniæ Ducem, A. C. 965, primum inſtituta eſt. Poſtea, Boleslaus Calvus, Henrici Pii, Ducis Sileſiæ, filius, Bellorum anguſtiis adactus, tum alia Patrimonii ſui loca, tum vero Lebuſienſe Territorium, Johanni & Ottoni, Marchionibus Brandeburgenſibus, oppignoravit, vel vendidit, circa annum Chriſti 1260; ab eo tempore, in Marchionum Brandenburgenſium tutela Lebuſienſis Epiſcopatus manſit. Series Epiſcoporum, ab anno 1200, annotata eſt; Laurentius obiit 1204 &c.* Quem reliqui excipiunt, ad *Joachimum Fridericum* usque, Marchionem, & poſtea Electorem, Brandenburgicum; (cujus, intermedio duntaxat *Johanne de Hornburg*, an. 1555, 9 Julii, extincto Præſule, Anteceſſorem, *Georgium à Blumendal*, Epiſcopum ſimul Razeburgicum, Imperii Receſſus, *Ratisbonenſem* an. 1541, *Spirenſem*, an. 1544, *Wormatienſem* an. 1545, perperam licet hic *Adrianum* vocatum, atque *Auguſtanum* an. 1548, adhuc ſubſcripſiſſe, ex ſubſcriptorum Ordinum Catalogo innoteſcit.) Quæ fuerit Epiſcopatus metamorphoſis, an. 1565, quo laudati Principis, Avus, *Joachimus* 2, Elector, Brandenburgico Marchionatui eum vindicabat, præced. lit. ff, p. 1229. monui. Conf. Auctor *der Beſchreibung des H. R. Reichs*, an. 1687, part. 1, cap. 6, p. 138.

(*aaa*) VESONTINO. *Caſpar Bruſchius*, de *Epiſcopatibus Germaniæ*, cap. 1, p. 3 ait: *Sunt autem & alii adhuc Epiſcopatus in Germania, videlicet Baſilienſis; Sedunenſis, & Lauſanenſis. Hi Biſantino Archi-Epiſcopatui ſubſunt. Is Galliæ, non Germaniæ, Archi-Epiſcopatibus annumeratur &c.* Conf. de hoc Archi-Epiſcopatu, præced. §. 12, lit. e. p. 1170. *Sedunenſium* Epiſcoporum, quorum hic mentio fit, ſeriem, à *S. Theodoro*, qui an. 381, Aquilejenſi Concilio interfuiſſe legitur usque ad *Adrianum de Riedmatten*, an. 1529 reſignantis *Philippi de Platea* ſucceſſorem offendis apud *Bucelinum*, part, 1 *Germ. Sacr.* pag. 58 & 59.

(*bbb*) BASILIENSIS. *Chriſtiani Urſtiſii*, *Epitome Hiſtoriæ Baſileenſis*, una cum Epiſcoporum Catalogo, à *Pantalo*, ad *Jacobum Chriſtophorum Blarerum*, an. 1575 ordinatum, prodiit Baſileæ, an. 1577, 8. *Petrus Bertius*, lib. 3 *Comment. Rer. German.* Cap. 6, p. 64, ad 69, voc. *Baſilea*; eorundem Epiſcoporum ſeriem, à *Panthalo*, quem an. 228 floruiſſe tradit, usque ad *Jacobum Blaurerum*, rectius *Jacobum Chriſtophorum Blaarerum à Wartenſee*, an. 1575 electum ſuppeditat; *Sebaſtianus Münſter*, lib. 3, *Coſmographiæ*, cap. 105, p. m. 586, eandem exhibet; ut & *Bucelinus*, part. I *Germ. Sacr.* p. 56 & 57, à dicto S. *Panthalo*, quem, inter Socios, *S. Urſulæ*, in reditu, *Baſileæ* ſubſtitiſſe, perhibet an. 238, usque ad *Franciſcum*, (Johannem Franciſcum) de *Schœnaw*, teſte Dn. *ImHoff. Notit. Proc. Imper.* lib. 3, cap. 17, §. 8, p. m. 96, an. 1651, 18 Sept. *Beato Alberto de Ramſtein* ſuffectum, atque, ut idem, l. c. §. 1, pag. 95, habet, an. 1656, 30 Nov. defunctum, Succeſſore relicto *Johanne Conrado de Roggenbach*, Qui, an. eod. 22 Dec. Cathedram hanc conſcendens, annoque 1693, 13 Julii ad plures abiens, locum fecit Dn. *Wilhelmo Jacobo Rinck de Baldenſtein*, eodem die proclamato Epiſcopo, tanquam ab an. 1690, 6 Maji, electo Coadjutori. Hunc tandem ſecutus, an. 1705, JOHANNES CONRADUS, L. B. de REINACH, qui ſucceſſorem adeptus modernum Præſulem Dn. JACOBUM SIGISMUNDUM, L. B. de Reinach, 4 Jun. 1737. Huc inſuper faciunt: *Münſteri Coſmographia*, l. c. cap. 104 &c. p. m. 585 &c. *Joſias Simlerus*, de *Republ. Helvet.* lib. 1, voc. *Baſilea* p. m. 174. &c. *Zeileri Topograph. Helvetiæ*, voc. *Baſel*, p. 46 &c. & *Itinerar. Germ.* cap. XI, voc. ead. p. 251 &c. *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europ.* cap. XV, p. 507 &c. *Europ. Herold* Tom. I, p. 366 &c. Dn. *ImHoff* l. c. Alii. Meminit Oppidi hujus, fortè omnium primus, *Ammianus Marcellinus*, lib. XXX, p. m. 447: *Secuto poſt hæc anno, Gratiano adſcito in trabeæ ſocietatem Equitio Conſule, Valentiniano, poſt vaſtatos aliquos Alemanniæ Pagos, munimentum ædificanti, prope Baſileam, quod appellant accolæ Robur, offertur Præfecti relatio Probi, Docentis Illyrici clades &c.* Quibus ipſis verbis, nec ſine fundamento, Dn. *Cellarius*, lib. 2 *Geograph. Antiquæ*, cap. 3, p. 182 & 183, *Cluveri*, lib. 2 *Germaniæ Antiquæ*, cap. 5, p. m. 22 & 23, per *Arialbinum*, *Tabulæ Theodoſianæ*, quod in Itinere *Antonini* à *Tauruno*, per Pannoniæ ripam, *Artalbinum* ſcribitur, inter *Rauracorum Auguſtam*, hodiè *Augſt*, & *Uruncim*, *Baſileam* noſtram intelligendam eſſe, exiſtimantis, ſententiam impugnat; manifeſto certe teſtimonio, *Theodoſii* ætate, qua *Peutingeri Tabula* putatur conſcripta, cognitum jam *Baſileæ* nomen. Errant adhuc, qui *Plinii*, lib. IV *Hiſt. Natur.* cap. XVII, p. m. 236, *Coloniam Rauriacam*; *Ptolemæi*, *Auguſtam Rauricorum*; *Theodoſianæ Tabulæ* *Auguſtam Rauracûm*; *Veteris Notitiæ Provinciarum Imperii*, *Caſtrum Rauracenſe*, *Baſileam* denotare arbitrantur, cum pagum, ut dixi, ad curvaturam Rheni, 2 parvis Milliarib. à *Baſilea* diſtantem, priſcumque nomen *Auguſtæ*, vulgo *Augſt*, retinentem, rectius hoc titulo proferas. *Baſileam* vero, ex ruinis & ruderibus *Auguſtæ*, incrementa cepiſſe, conſtans opinio

7 X 3 eſt;

eſt; In Codice, an. 810, imperante *Carolo Magno*, de *Metropolibus Imperii* ſcripto, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Rer. Alamann.* p. 88, ſub Metropoli *Veſontio*, occurrit: *Civitas Baſilienſis*, & p. 89: *Civitas Rauracenſis*, De Etymologia, inquit *Cluverius* l. c. *Nomen Baſilia in hoc evaluit, quia hac frequentatiſſima antiquiſſimaque ac Religioſiſſima loci apud incolas adpellatio, quaſi dicas: Ad Jovem, vel Ad Mercurium, vel alium quempiam Deorum, (incertum quippe, quod Numen fuerit) Germanicè, Zum Baſil, ſive Baſel. Valeant jam illi, qui, ab Regio vocabulo, Urbem hanc dictam volunt, quaſi* Βασιλείαν; *unde vitium illis natum, ut E in penultima producatur &c.* Mox pergit: *Primus igitur Baſilia auctor fuit Auguſtiſſimus Valentinianus Imperator, anno, à nato Jeſu* 374 &c. Plura de Etymo *Zeilerus*, l. c. *Simler* l. c. pag. 174; & *Bertius* l. c. pag. 64. ubi: *Sunt, qui à Baſilina, Juliani Matre, nomen inditum credant. Rhenanus, à paſſu, mavult, quod ibi Trajectus eſſet Germanorum, Gallorumque, ſive merces ſuas, ut ſit, commutantium, ſive Exercitus in alterutram ripam exponentium, quod utrimque ripa depreſſa ſit, Auguſta vero inacceſſa. Ille ergò exiſtimat, Baſileam, quaſi Paſſileam, dictam eſſe.*

Epiſcopatum hunc, *Auguſta Rauracorum* fuiſſe fundatum; & ab ejus excidio, demum *Baſileam* translatum, fatentur omnes; minimum, *Rauracorum* Præſul, *Juſtinianus*, interfuiſſe legitur *Agrippinenſi* Synodo, an. 346, contra *Euphratam*, Colonienſium Antiſtitem convocatæ; Vid. *Lehman. Chron. Spir.* lib. 1, cap. 28, p. 46. Quæ de *Pantalo*, S. *Urſula*, & undecim Virginum millium, comite, narrantur, æquè fabuloſa ſunt, ac ipſa Martyrii *Urſula* & ſociarum Acta, de quibus *Baronium* Tom. 2 *Annal.* ad an. 237, §. XI, p. m. 393; *Vorburgium*, Tom. 3, *Hiſtor.* p. 159, 160, 171 &c. & *Meibomium*, Not. ad *Gobelini Coſmodrominum*, ætat. 61, c. 14, Tom. I *Rer. German.* p. 200, & 352, evolvas, licet *Albericus*, *Monachus trium fontium* ad an. 237, & 238, p. m. 21; *Martinus Polonus*, ad an. 238, in vita *Cyriaci*, p. m. 174; *Jacobus de Kœnigshoven*, *Chron. Alſat.* cap. 3, p. 161; aliique multi, ea magni faciant. Lepidè doctiſſimus *Valeſius*, in *Valeſianis*, an. 1694, Pariſiis editis, p. 48 & 49: *Il y a eu une Sainte Urſule, Martyre, ſuivant la commune opinion. On ignore neantmoins, de quel tems elle a été. Mais, je ſuis treshumble ſerviteur des onze mille Vierges. La fable eſt un peu troup manifeſte, pour pouvoir la ſouffrir. Voicy ſurquoi cette erreur eſt fondée, ſuivant la conjecture du Scavant Pere Sirmond: Ceux, qui ont forgé cette belle Hiſtoire, ayant treuvé, dans quelques Martyrologes manuſcrits: SS. URSULA ET UNDECIMILLA, V. M. C'eſt a dire: Sancta Urſula & Undecimilla, Virgines Martyres, & ſ'étans imaginez, qu' Undecimilla, avec l'V & l'M, qui ſuivoient, etoit un abregé, pour Undecim millia Virginum Martyrum; ont fait la deſſus ce Roman, que nous avons aujourd'huy. Je ne comprens pas, comment les Docteurs de Sorbonne, parmi leſquels il y a tant d'habiles gens, ont bien voulu laiſſer pour Patrones tutelaires de leur Egliſe, cette troupe des Saintes de contrebande, pandant qu'ils en avoient à choiſir tant d'autres de bon alloy &c.* Hæc ideo narro, ut conſtet, quam fidem mereatur Epiſcopatus *S. Pantali*. A laudato *Juſtiniano*, uſque ad *Adelphium*, quem *Aurelianenſe* Concilium an. 507, frequentaſſe, *Bucelinus* l. c. docet, nulla uſpiam Epiſcopi memoria. An. 660, *Racanacarium* claruiſſe, idem perhibet. Jam novum intervallum, ad annum uſque 740, quo *Walanus* Eccleſiam *Baſilienſem* ſumto inde titulo, rexiſſe fertur, vid. *Bertius*, l. c. p. 69; *Münſterus* l. c. c. 105, p. 585; *Zeilerus*, *Itin. German.* l. c. pag. 252; & *Topogr. Helvet.* l. c. pag. 50; *Bucelinus* l. c. Nullam amplius Juriſdictionem Epiſcopis in Civitatem *Baſileenſem* competere, jura licet conſtituendorum Magiſtratuum, judicandi, de appellationibus cognoſcendi, juramentum fidelitatis exigendi, aliaque habuerint, variis contractibus & transactionibus, in civium manus devoluta, ex *Urſtiſii Epitom. Hiſtor. Baſil.* cap. 7, notat Dn. *ImHoff* l. c. §. 6, p. 96; niſi, quod, ut idem l. c. cap. 18, & *Æneas Sylvius*, *Deſcript. Baſil.* pag. 20, auctores ſunt, *à ſingulis familiis quatuor denarios annuos* recipiant. Epiſcopum *Fridericum*, Com. *Blanckenheimium*, an. 1391, *Imerio*, ſeu *Himmerio*, ex Baronibus *Ramſteiniis* oriundo, ſurrogatum, *Minorem Baſileam*, in qua hactenus Epiſcopi habitaverant, *Majori* vendidiſſe, ex *Bucelino* l. c. pag. 57 diſcimus. Annum 1392, & ſummam 29800 florenorum, exprimit Dn. *Bilderbeck*, *Reichsſtaat*, T. 2, part. 5, cap. 20, pag. 59, §. 2; Hinc translatio Sedis *Bruntrutum*, in *Alsgoja*, ad *Hallum* fl. verſus Burgundiam. Capitulum conſtat XVII Canonicis, qui diu *Friburgi*, in *Brisjoga*, commorantes, Oppido hoc à Gallis intercepto, *Arlesheimium* commigrarunt.

niam & Galliam Primas, *nach beſchehener Krœnung, allezeit gedachte Kron der Allerdurchlauchtigſten Rœmiſchen Kayſerin abgenommen, aufgeſetzt, und* proceſſionaliter, *aus der Kirchen, nach Hof getragen &c.* Hæc ex *Theatro Europæo* Tom. VII, an. 1653. pag. 368; Conf. *Thulemarius* l. c. Anno 1690, 9-19 Januar. cum *Eleonora Magdalena Thereſia, Leopoldi* Imp. Conjux, *Auguſtæ Vindelicorum*, diademate redimiretur, *Kamen Ihro Majeſtæt vor den Altar, alwo dieſelbe Sich, auf ein Küſſen kniend, vor dem Herrn* Conſecratore (Elect. Moguntino) *eine Staffel hæher, niedergelaſſen, da würde die Reichs-Krone, von dem Herrn* Directore Ceremoniarum (Chriſtophoro Rudolpho L. B. de Stadian, Metropolitani Capituli Moguntiæ Decano) *dem Herren Abten von Fulda, (Placido von Droſt) gereichet, und von dieſem, dem Herrn Conſecratori, welcher ſelbige Ihro Majeſtæt, der Kayſerin,* ſolenniſſimè *aufgeſetzet; in wæhrenden Auffſetzen aber, berühreten auch zugleich die Kron, die zwen Herren* Aſſiſtenten, (Electores Trevirenſis & Colonienſis) *und der Herr Abt von Fulda, mit dieſer Anrede: Accipe Coronam Gloriæ, ut ſcias, eſſe conſortem Regni &c.* Ita *Sigismundus Ferrarius*, in deſcriptione Coronationis *Eleonoræ & Joſephi* Part. I, cap. ult. pag. 83; pergens pag. 84: *Ihro Majeſt. knieten nieder und küſſeten das von dem Herrn Conſecratore gereichte Paten, und opfferten hernach ein ſchœn Stück Gold, wobey die* conſuetæ precea *geſprochen und Ihre Maj. wiederumb in den Kayſerlichen Thron begleitet, auch nachgehends, ohne Kron und Inſignien, abermahls zu dem Altar geführet, und von dem* Conſecratore communiciret *worden. Nach geendigter* Communion, *hat man die Kayſerin an vorigen Orth wiederumb gebracht, der Herr Abt von Fulda ſetzete Derſelben die Kron auf; Chur-Trier, und Chur-Cœlln gaben den Scepter, und den Reichs-Apfel in die Hand, und wurde mithin die Meſſe geendet. &c.* Quibus patet, *Carolino* diplomati non ſemper ſatisfieri. Inter Evergetas, *Pipinum*, *Carolomannum* & *Carolum Magnum*, Francorum Regea, eminere, præc. §. 5 lit. a, p. 1111 oſtendit. Fines Abbatiæ complectitur Chartula *Bonifacii*, de an. 747, apud *Vorburgium*, Tom. IX *Demonſtrationis* ad an. 744. pag. 425. Præſules Seculi XVII recenſet Dn. *ImHoff* l. c. §. 7, p. 109, ſcil. *Johannem Fridericum à Schwalbach*, in locum, extincti an. 1606, 15 Mart. *Balthaſaris à Dernbach*, electum, annoque 1622, 8 Dec. mortuum; *Johannem Bernhardum Schenck de Schweinſperg*, 6 Nov. 1632, errantis globi ictu, cum prælium *Lützenenſe* eminus ſpectaret, percuſſum: *Johannem Adolphum ab Hoheneck*, an. 1635, 15 Febr. mundo valedicentem; *Georgium Hermannum à Neuhof*, an. 1645, 25 Januar. has res relinquentem; *Joachimum* L. B. de *Graveneck*, an. 1671, vita defunctum; *Bernhardum Guſtavum*, Marchionem Badenſem, Rom. Eccleſ. Cardinalem, an. 1677, 26 Dec. exuviaa mortales deponentem; cujus Succeſſor, *Placidus de Droſt*, Nob. Weſtph. an. 1678, 4 Januar. Abbatiæ præpoſitus, an. 1700, 22 Junii, naturæ debitum ſolvit. Excepit Eum, Cal. Junii, eod. anno, ADALBERTUS de SCHLEIFFRAS, qui obiit 1714, 24 Sept; cui an. eod. 19 Oct. ſucceſſit *Conſtantinus de Buttlar.* Huic quoque 13 Mart. 1726. demortuo ſucceſſit *Adolphus Baro de Dalberg*, ex antiqua Camerariorum de Wormatia Familia, electus 8 April. 1726; quem 3 Nov. 1737 fato functum ſecutus Reverendiſſ. Dn. AMANDUS, L. B. de *Buſeck*, 11 Dec. 1737; Scutum continet: *Crucem nigram, in campo argenteo.* Capitulum conſtat Octo Præpoſitis, probatæ & præcipuæ Nobilitatis, quibus eligendi Abbatia competit poteſtas. Vid. Idem, l. c. p. 381 & 382; Dn. *ImHoff* l. c. §. 3, p. 180, & §. 8, p. 109. Refertur ad *Circulum Rhenanum Superiorem.* Barones *Schlitzii*, dicti de *Gœritz*, audiunt Ejus *Mareſchalli hæreditarii.* Vid. *ImHoff* l. c. §. 6. p. 108. *Europ. Herold* l. c. pag. 382.

(c) HIRSCHFELDENSIS. *Chronica Slavica* incerti Auctoris, ad annum 1001, apud *Lindenbrogium*, pag. 253, hæc, de fundatione hujus Abbatiæ: *Fundata eſt Eccleſia Herſeveldenſis, à Comite Henrico.* Teſtatur autem *Ægilas*, in vita *St. Sturmi*, primi *Fuldenſium* Abbatis, Eum jam tunc inhabitaſſe locum, qui *Hersfelt* dicitur, priusquam *Fuldam* conceſſerit. *Maderus, Antiquit. Brunſuic.* §. VIII, pag. 149 &c. Suppeditat excerpta quædam ex Libello, *de Inſtitutione Herſveldenſis Eccleſiæ*, cujus Auctorem eſſe putat *Lambertum Aſchaffenburgenſem*; celebratur ibi Cœnobii Fundator, *Lullus, Bonifacii*, Moguntini Archi-Epiſcopi, ſucceſſor, qui Tutelæ & patrocinio *Caroli Magni* illud commendaverit, addito priorum Abbatum catalogo, primo eorum vocato *Baltharto.* Firmat ſententiam hanc *Breviarium Moguntinum*, in vita *St. Lulli*, cap. 3, apud *Surium* 16 Octobr. p. 269, p. m. 269, ubi: *Nihil hoc caſu motus Lullus, obitus ſui prænuncium, navi ſecum impoſitum, per Moganum, in Heresfeldenſe Cœnobium, prius à ſe extructum, advehens, honorificè ſepelivit &c.* Antehac Præſulem hunc, de loco, cum *Campidunenſi*, certaſſe, docet Protocollum Comitiorum *Ratisbonenſium* an. 1641, Seſſ. 153, 28 Sept. St. V. apud *Lundorpium*, Tom. V *Act. Publ.* cap. 43, pag. 727, perhibens, exponente votum *Hirsfeldenſi*, immediatè poſt Epiſcopum *Curienſem*, *Fuldenſi* abſente, *Campidunenſem* deſuper querelas moviſſe, inque proteſtationis ſuæ præſidium adduxiſſe, quod, in Matricula an. 1521, Magiſtro *Ordinis Johannitici*, imò & *Ordinis Teutonici*, noſeatur prælatus. Ceſſat hæc lis, ex quo, in Inſtrumento *Pacis Weſtphal.* an. 1548, Art. XV. §. 2, cautum: *Domus Caſſelana, Ejusque Succeſſores, Abbatiam Hirsfeldenſem, cum omnibus appertinentiis, ſecularibus & Eccleſiaſticis, ſive intra, ſive extra Territorium, ut Præpoſitura Gellingen, ſitis (ſalvis tamen juribus, quæ Domus Saxonica, à tempore immemoriali poſſidet) retineant, &, eo*

nomine, Inveſtituram, à Cæſarea Majeſtate, toties, quoties caſus evenerit, petant, & fidelitatem præſtent &c. An. 1707, 26 Oct. ambæ Domus, *Haſſo-Caſſellana* & *Darmſtadienſis*, de hoc Principatu inveſtitæ ſunt, poſtquam in Aula Imperiali deciſum fuit: *Darmſtadienſem* extinctæ *Caſſelanæ* in eo ſucceſſuram. In Senatu Principum, rogatur hoc Votum, inter *Ratzeburg*, & *Nomeni*; teſtibus Schedis, vulgò *Aufruff-Zettul*, de an. 1702, 18 Sept. ubi: *Anhalt, Henneberg, Schwerin, Ratzeburg, Hirſchfeld, Nomeny &c.* It. de an. 1706, 1 Febr. ibi: *Anhalt, Henneberg, Schwerin, Camin, Ratzeburg, Hirſchfeld, Nomeni &c.* It. de an. 1707, 11 April: *Anhalt, Henneberg, Schwerin, Camin, Ratzeburg, Hirſchfeld, Nomeni &c.* & ſic reliqui. Scutum *Crucem duplicem rubeam, in Campo argenteo*, defert. Vid. *Sibmacheri Wappen-Buch* P. I, p. 13; Dn. *Spener* Part. ſpec. *Op. Herald* lib. 3, c. 23, §. 2, p. 634; Dn. *Im Hoff, Notit. Proc. Imp.* Lib. IV, Cap. VII, §. 33, p. 183.

(*d*) MURBACENSIS. De origine hujus Cœnobii, ad montana *Vogaſi*, in *ſuperiore Alſatia*, exſtructi, inquit *Gabriel Bucelinus*, Part. 2, *Germaniæ Sacræ*, pag. 238, voc. *Murbacum*: *Illuſtriſſimum potentiſſimumque olim Cœnobium Benedictinæ profeſſionis, in Superiore Alſatia, ad montana Vogaſi ſitum, cujus Abbas inter Quatuor Viros S. R. J. Abbates annumeratus fuit. Fundavit illud Eberhardus, Sueviæ & Alſatiæ Dux, parens Warini & Ruthardi, an. 726; fundationem confirmante Gregorio 2, Pont. Max. quod poſtea Widegernus, Argentinenſis Epiſcopus, Anno Chriſti 733, ſolemniter conſecravit &c.* & l. c. in Deductione *Agilolfingicæ Familiæ, Principum Guelphorum veterum*, in vita *Eberhardi Magni Ducis Alamanniæ atque Alſatiæ*, p. 360: *Cæterum Eberhardus - - - celeberrimum illud, &, inter quatuor Germanici Imperii præcipua, ſemper habitum, Murbacenſe condidit Monaſterium, maximisque proventibus, locupletavit, anno Chriſti 726, ad preces maximè St. Pirminii, Meldenſis electi Epiſcopi, ſanctiſſimam Monachorum coloniam inducentis, confirmante fundationem Gregorio 2, Rom. Pont. & novam Baſilicam cum cœnobio conſecrante Widigerno, Epiſcopo Argentinenſi. Nec ſatis optimo Fundatori, tam liberalem in Religioſos loci fuiſſe, ſuæque Religionis tam illuſtre ac perenne condidiſſe monimentum, niſi etiam ſe ipſum denique ibidem Numini conſecraret, cucullum complexus tantus Princeps, ſtupente Galliarum & Germaniæ Regno, minimus fieri in domo Dei elegit, ſpectaculum factus Angelis & Hominibus, ubi etiam denique, inter tot Dei electos, felici fine requievit. Extat tantæ rei illuſtris etiamnum memoria Murbaci, juxta Principis verè Religioſi effigiem, cum hac inſcriptione:*

EBERHARDUS ILLUSTRIS DUX SUEVIÆ, COMES
ALSATIÆ, FUNDATOR MONASTERII MURBACENSIS.

Hæc mutatio dexteræ Excelſi
Poſtquam converſus ſum, pœnitentiam egi.

Firmant nonnihil ſententiam hanc, quæ *Othlonus*, Fuldenſis Monachus, in vita *St. Pyrminii*, Meldenſis Epiſcopi, cap. XIII, apud *Surium*, 3 Novembr. p. m. 23, tradit: *Id comparavit*, (Pyrminius) *ut, patrimonia ſua Fidelibus pluribus conferentibus, alia quoque Nobilia ædificaret Cœnobia, quorum nomina hæc ſunt: Altaha, Scutera, Gengenbach, Suurzaha, MURBACH, Morcsmünſter, Nouuenwilare, quod non ſine magna miraculorum patratione effici poterat &c.* Nec non illa *Hermanni Contracti*, ad an. 727, apud *Urſtiſium*, p. 295: *S. Pirminius, ex Augia pulſus Etonem pro ſe conſtituit Abbatem, & ipſe Alſatiam, alia conſtructurus Cœnobia, petiit &c.* & ad an. 731, pag. 196: *Tria Cœnobia, id eſt, Altaha, MURBACH, Favarias, ex Augienſibus Fratribus, inſtructa ſunt &c.* Pertinuiſſe quondam ad *Regnum Lotharii*, ex diviſione iſtius Regni *Procaſpidana*, an. 870, inter *Ludovicum Germanicum*, & *Carolum Calvum*, Galliæ Reges facta, cujus præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 59, meminí, cernimus, ubi, in Portione *Ludovici*: MORBACH; quod Dn. *Schilterus*, *Inſtit. J. P.* lib. 2, Tit. 8, p. 65, rectè *Murbacum in Alſatia* interpretatur. *Immedietas*, & *Jura Status Imperii*, per *Inſtrum. Pacis Monaſterienſis Cæſareo-Gallicæ*, an. 1648, §. 87: *Teneatur Rex Chriſtianiſſimus &c.* ſervata ſunt noſtro Abbati.

De litibus Ejus, circa *priorem locum* cum Abbate *Campidunenſi*, & Præpoſito *Elwangenſi*, evolvas *Lundorpium* Tom. V *Act. Publ.* lib. 1, cap. 44, §. 175, Seſſ. 153, an. 1641, 28 Sept. St. V. pag. 727, vocib. *Kempten, Murbach* & *Ellwangen &c.* præſertim, Tom. VII, lib. VI, cap. 44, §. 538, p. 627, ubi Memoriale *Johannis von Giſſen*, Sereniſſ. *Leopoldi Wilhelmi* Archiducis, tanquam Adminiſtratoris *Murbacenſis* & *Luderenſis*, Legati, an. 1654, 27 Januar. in Comitiis, hoc titulo, prolatum, continens inter alia: Legatos *Murbacenſes* & *Luderenſes*, ante *Elwangenſem*, ſemper Receſſus Imperii ſubſcripſiſſe, teſtibus *Auguſtano*, an. 1555; *Spirenſi*, an. 1557; & *Ratisbonenſi*, an. 1576; *Auguſtano*, an. 1582; *Ratisbonenſi*, an. 1594; *Ratisbonenſi*, an. 1641. Idem ſuppeditat *Gaſtelius*, *de Statu Publico Europæ*, cap. XXVII, §. 5, pag. 836 &c. Reſponſio *Speidelii*, nomine *Elwangenſis*, interpoſita, habetur l. c. ut & apud *Lundorpium* Tom. VII, lib. VI, §. 586, p. 693. Conf. de hac lite *Cruſius*, de *Præced.* lib. 2, cap. 18, §. 4, pag. 282; *Limnæus*, Tom. IV *Jur. Publ.* Addit. ad Lib. IV, cap. IX, §. 97, p. 659. Receſſum *Ratisbonenſem* an. 1654, *Elwangenſis* Legatus, *Speidelius*, ante *Murbacenſem* & *Luderenſem*, *Johannem de Giſſen*, ſignaſſe noſcitur. *Elwangenſem* etiam, immediatè poſt *Campidunenſem*, votum hactenus tuliſſe, præced. §. 15, lit. d, ſchedæ teſtan-

Digitized by Google

teſtantur. Seriem Abbatum, à *Romano*, quem an. 733, claruiſſe perhibet, usque ad *Leopoldum Wilhelmum* Archi-Ducem, an. 1626, huic Cœnobio præfectum, ſiſtit *Bucelinus* l. c. pag. 238 & 239, voc. *Murbacum*. Modernus Præſul eſt Reverendiſſ. Dn. COELESTINUS, L. B. de Beroldingen in Gundelhart, nat. 9. Nov. 1673, electus 19 Jan. 1720. Cujus Anteceſſor fuit PHIL. EBERHARDUS, Com. de Lönenſtein-Wertheim, an. 1686. †. 1720. Sedes Ejus eſt *Gebwileræ* ad *Laucham*; Vid. *Europ. Herold*, Tom. I, p. 385 & 386, ubi, de *Scuto*, addit: *Murbach führet zum Kenn-Zeichen einen ſpringenden ſchwartzen Wind-Hund, mit einem güldenen Halsband, und rothem Ringe daran, in ſilberner Feldung.* Conf. *Bucelinus* l. c. pag. 239; Dn. *Spenerus* Part. ſpecial. *Operis Heraldici*, lib. 3, cap. 21, §. 11, p. 626. Conjuncta eſt Abbatiæ huic LUDERENSIS, in confiniis Burgundiæ & Alſatiæ, à Regina quadam, *Berchthilde*, exſtructa, atque à *Clothario* Rege locupletata, cujus eadem habita ratio in Inſtrumento Pacis Monaſterienſis, quæ *Murbacenſis*. De ſymbolo annectit *Europ. Herold*, l. c: *Lüders ſtellet, im rothen Grunde, eine fleiſchfarbigte Hand, aus einen grauen Ermel herfürgehend, mit zween aufgerichteten Fingern, dar.* Conf. de hoc Cœnobio, Dn. *Im-Hoff* l. c.

(c) CAMPIDUNENSIS. Antiquiſſima hujus Oppidi memoria. *Ptolomæus* illud vocat Καμβόδουνον; *Strabo* vero, lib. IV: Καμπόδουνον, per π. ſic & *Antonius*, in itinere, ab *Arbore Felice*, *Auguſtam Vindelicûm*, *Campodunum*:

Arbore Felice
Brigandia XX.
|
Vamania XXIII
|
Campoduno XVI
Roſtro Nemaviæ XXXII.
|
Auguſta Vindelicûm XXV.

In *Veteri Notitia Imperii*, audit *Campidunum*. Flumen *Kamb*, cui adpoſitum, appellationis hujus originem eſſe, rectè cenſet *Cluverius* in *Vindelicia*, cap. IV, p. 15. Quæ *Bruſchius in Chronologia Monaſteriorum Germaniæ*, voc. *Campidona* p. m. 90, de *Etymo & Synonymia*, tradit, fabuloſa ſunt; ſcribit autem: *Sævenus, vel Sævus, Tyrannus quidam præpotens (à quo Suevis, Populo feroci, ſtrenuo, ſevero, martio ac bellicoſo, olim nomen hoc inditum, antiquitus creditur) cum ingenti multitudine, eam Terram, quæ ad Wertachum, Lycum, ac Hilarum amnes, ſita eſt, ingreſſus eſſet, ac, ſuo nomine, Sæviam appellaſſet, condidiſſe legitur, in eo ipſo tractu, quem nos hodie, (ſive ab Alemannis, ut aliqui volunt, Almangoviam; ſive Alpinum vicinitate, Alpgoviam, &) corrupta abbreviataque voce, Algojam, vocamus; & eo ipſo loco, ubi nunc Campidoni, linei panni madefacti, & in pratis ad ſolem extenſi, albicari ſolent, Civitatem, de ſuo nomine, Sævam initio, vel Sævenam, dictam, ut ibi jus diceretur collectæ Sævorum, ac Martiorum hominum, vicina loca jam, ſub ſe Duce, excolenti, multitudini. Et hanc Urbem, exceptis Treveri, Bardewico & Auguſta, omnium Germaniæ Vetuſtiſſimam eſſe, nemini dubium ſit. Hæc ipſa poſtea multorum annorum ſucceſſu, ab Hermino, vel Herminio, aut, ut alii vocant, Vermino, Duce quodam Suevorum, aucta & ampliata, novo nomine, Vermetta, vel Hermetta, appellata reperitur. Quæ tandem, Auguſti Cæſaris temporibus, à Tiberio, vel ejus fratre, Druſo, everſa, ac funditus deleta, conſtructa eſt deinde poſt multorum annorum curricula, ab alio Sævorum, vel Suevorum, Duce quodam, Esnero, primo ad Chriſtum converſo, in vicino colle, Arx Hilermontana; à præterfluente fluvio, Hilaro nimirum, ſic dicta: quam, hoc tempore disjectam etiam, & vaſtam, Campidonenſes Cives die Bürghalden appellare ſolent. Ad hunc Ducem Esnerum, venerunt Hilari amnis & vicinarum Alpium accolæ, petentes ſpacia, ad conſtruendas, prope novam arcem, novas etiam ædes, quibus cum ille adjacentem ſurgenti Sedi ſuæ campum omnem liberaliter donaſſet, ac viritim diſtribuiſſet, nova Urbs condita, &, à donato hoc campo, Campidonum denominata eſt &c.* Hinc ſua *Zeilerus*, *in Itinerario German.* cap. XXVII. voc. *Kempten*, p. 560, & in *Continuatione*, cap. XXVII, voc. ead. p. 358. Conf. *Münſteri Coſmographia*, lib. 3, cap. 296, pag. 792; Sed nec veriora, quæ *Bruſchius* l. c. pag. 89, de fundatione, narrat: *Campidona, Kempten, vel Campidonenſe, Ordinis D. Benedicti, Monaſterium, magnificum ac præpotens, in Rhætia, vel Rhætiæ potius particula, Ilergovia, extra, ejusdem nominis, Imperialem, longeque vetuſtiſſimam Civitatem, ſitum, fundatum eſt, pro Nobilibus ac Illuſtribus Viris, Deo, & Eccleſiæ Dei, ſervituris, anno Chriſti 777, à Domina Hildegarde Regina, Caroli Magni laudatiſſimi Regis, tum vero nondum Imperatoris, tertia, - - - Conjuge, quæ filia erat Hildebrandi, Potentiſſimi Suevorum Ducis, & Regardæ, Bavarorum Duciſſæ, - - - - - donatum eſt libertatibus maximis, à Summo Pontifice, Adriano, à quo etiam conſecratum, ac dedicatum eſt, anno domini 777, XI Maji, Dominica Aſcenſioni ſacra, cum is Imperatricem, ex Italia in Germaniam ſequutus eſſet - - - - Primum ejus loci Abbatem ipſa deſignavit Fundatrix, Virum eruditione & pietate præſtantem Andelgarium, quem aliqui Amelgarium vocant, & Rolandi, omnium Gallorum bellicoſiſſimi Ducis, filium fuiſſe affirmant. Hinc iſta Cœnobii inſcriptio nata, quæ anno 1484 columnæ indita, ambulantibus per ambitum obvia eſt:*

Hildegardis	773	fundavit.
Carolus	774	confirmavit.
Adrianus	777	dedicavit.
Andelgarius	778	inchoavit &c.

Reperitur equidem apud Cruſium, Part. I Annal. Suevic. lib. XII, p. 318, & Dn. Tentzelium, in Vindiciis Cenſuræ Conringianæ Diplomatis Lindavienſis, Append. 3, §. 3, p. 77 &c. Diploma, Caroli Magni nomine inſignitum, cum tali ſubſcriptione: Signum Domini Caroli, Sereniſſimi Imperatoris Auguſti. Amelbertus Cancellarius, ad vicem Luperti Archi-Cancellarii recognovi. Data ab Incarnatione Domini 773, Indict. XI; Anno vero Regni Piiſſimi Caroli ſexto, Imperii primo. Actum Romæ, in ſancto die Paſchæ, in Eccleſia S. Petri, coram Adriano Papa, & multis aliis Principibus, in Dei nomine feliciter, Amen &c. Cujus contextus, inter alia, hæc prodit: Noverit omnium, ſanctæ Dei Eccleſiæ Fidelium, noſtrorumque, præſentium ſcilicet & futurorum, ſolers induſtria, qualiter Nos, ob interventum SS. Patris Noſtri, Adriani Papæ; ac ſupplicem rogatum dilectæ conjugis noſtræ, Hildegardis; nec non propter nobilem & fidelem famulatum Johannis, Augienſis, & S. Galli, Reverendi Abbatis, ejusdemque Epiſcopi Conſtantienſis, precem: ob meritum Rudangi, Metinſis Epiſcopi, & Sturmi, Vuldenſis Abbatis, ſeu cæterorum Principum innumerabilium, Nobis aſſiſtentium, Andegarium, quendam Nobilem, magnæ Religionis Virum, & primum Campidonenſis Cœnobii, & regularem diſciplinam Inſtructorem, adſumpſimus, & in eodem loco Campidonenſi, qui, ab eodem, in honorem Sanctæ Dei Genitricis, Mariæ, conſtitutus eſt, ſitus in Pago Ylergow, Abbatem Eum confirmavimus, & à Papa Adriano, in ſancto die Paſcha conſecratum, precioſiſſimis SS. Martyrum, Gordiani & Epimachi, corporibus donatum, in ſuam Abbatiam honeſtè transmiſimus &c. Enimverò, fictitium illud eſſe, ſolidis argumentis demonſtravit Tentzelius l. c. pag. 78 &c. Falſum enim (1) Carolum Magnum jam an. 773, Imperatorem Auguſtum ſe vocaſſe; (2) Formula: In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis, Carolus divina favente Clementia, Imperator Auguſtus, quam diploma præ ſe fert, ad normam diplomatum Caroli Craſſi, efficta; Vid. Tentzel l. c. §. 1, in Cenſura Diplomatis Caroli Magni, Augiæ divitis dati, p. 72; (3) In nullo genuinò diplomate Caroli Magni, ejusmodi phraſes occurrunt: Ad ſupplicem rogatum Imperatricis; nobilem & fidelem famulatum Abbatis &c. (4) Sturmus, Fuldenſis Abbas, an. 773, adhuc vixit, utpote anno demum 779, juxta præc. lit. b. p. 1276 defunctus; quomodo ergò ejus, adhuc viventis, & Chrodegangi, ſeu Ruotgangi, Archi-Epiſcopi, jam pridem, in diebus ſcilicet Pipini Regis, docente, ex Paulo Diacono, Mabillonio, Tom. I Analectorum, p 432, defuncti, merita conjungi poſſunt? (5) Vox Archi-Cancellarii, ante annum 801, Carolino ſtylo non reſpondet; (6) Carolina diplomata, ante an. 801 edita, ſemper ſubſcripta ſunt: Signum Caroli, Glorioſiſſimi Regis; & non: ſignum Domini Caroli, Sereniſſimi Imperatoris Auguſti. (7) Ex Mabillonii lib. 2 de Re Diplom. cap. XII, §. 3 & 4, p. 118, conſtat, ad duodecimum Regni Caroli Magni annum usque, Hitherium, Archi-Cancellarii munere fuiſſe functum, Luperto perperam intruſo; verb: Hitherius, Pippini Archi-Cancellarius fuit, ut qui auctoritate ſua Regias litteras recognoſcit & ſubſcribit. Idem officium exercuit Hitherius, (ita in autographis ſcribi ſolet) ab ineunte Caroli Magni Principatu, ſaltem ad annum Regni duodecimum: quo anno Wigbaldus, ad vicem Hitherii, duo diplomata Dionyſiana recognoſcit. Nec obſtat, quod Eterius Capellanus dicitur, ab Anaſtaſio, in Hadriano; Notarius; hoc enim nomine intelligitur Notarius Summus. Notarii, ſub Hitherio, fuere: Rado, Wigbaldus, Gilbertus & Optatus, qui, ad ejus vicem complura quisque Inſtrumenta recognovere; in his Rado unum pro St. Germano, ære hic inciſum, anno quinto Regni Caroli Magni. Hitherio ſucceſſit Rado, Abbas Vedaſtinus, qui Notarios habuit: Wigbaldum, Optatum, Jacobum, Erkembaldum & Widolaicum - - - Tertius Caroli Magni Cancellarius, fuit prædictus Erkembaldus, ab anno circiter XXIX Regni Ejus. Notarius Erkembaldi, Geneſius. - - - Quartus Caroli Magni Cancellarius, cenſendus, eſt, Hieremias, ad cujus vicem Witherus, Corbejenſe Diploma, hic ære inciſum, recognovit Anno XIII Imperii. Hieremias poſtea fuit Archi-Epiſcopus Senonenſis &c. (8) Amalbertus Cancellarius, & Luitwardus ſeu Luitbertus, quem fabricator noſtri diplomatis Lupertum appellat, Archi-Cancellarius, floruiſſe noſcuntur ſub Carolo Craſſo; Vid. præced. Tit. XIV, §. 7, lit. b, niſi ab pag. 1079. (9) Carolus Magnus annos Imperii, non anno 801, auſpicatus eſt. (10) Clauſula: In ſancto die Paſcha, in Eccleſia S. Petri, coram Adriano Papa, & multis aliis Principibus, in Dei nomine, feliciter Amen: ævum Carolinum non redolet &c. Ejusdem furfuris eſt ratio, qua Hildegardis Regina impulſa fertur, ad conſtruendum hoc Cœnobium, divini ſcilicet beneficii memoria, quo ipſius innocentia, atque intemerata in Maritum fides, Talardi, Caroli Magni è noverca, Leutburga, fratris, criminationibus, falſisque depoſitionibus, traducta, tandem detecta, & in apricum prolata ſit; pluribus hiſtoriam, an fabulam, Bruſchio l. c. pag 93 &c. & Lehmanno, lib. 3 Chron. Spir. cap. 31, p. 230 & 231, recenſentibus. Hermanno Contracto, adhuc antiquius videtur hoc Monaſterium, ad an. 752, Edit. Urſtiſ. p. 297: Audogarius,

Primus

Primus Campidonenſis Cœnobii Fundator & Abbas, locum illum incolere cœpit &c. Sic & Auctori *fundationum quarundam Eccleſiarum*, apud *Maderum*, in calce *Chronici Montis Sereni*, p. 282: *Campidone Monaſterium conſtruitur, per Andegarium, qui etiam Abbas effectus eſt ibi, Anno Domini* 852 *&c.* cui ſententiæ, quoad epocham, vel ipſe favet *Theodorus*, Monachus *S. Galli*, *Primus Campidunenſis Abbas*, in vita *S. Magni* Confeſſoris, ſeu *Magnoaldi*, ex membranis Monaſterii *S. Magni*, in pede Pontis Ratisbonenſis, apud *Caniſium*, Tom. V. *Antiq. Lection.* & *Surium*, d. 6 Sept. cap. XXI, p. 78, ubi: *Reſpondit Presbyter: Domine, ſicut audivi à Theodoro, qui nunc eſt relictus ad Campidonam; de Hibernia Provincia eſt ortus &c.* & cap. XXV p. 80: *Narravit ei*, (Wictherpo, Auguſtano Præſuli, ætate *Pippini* Regis conſpicuo) *B. Magnus Abbas, de Theodoro, qualiter, cum magno labore, Eccleſiam conſtruxiſſet, in loco Campidonenſe, & quomodo deprecatur, ut ille illuc properaret, ipſamque Eccleſiam Domino conſecraret - - - - ſurrexit Venerabilis Epiſcopus* (Wictherpus) *& profectus eſt ad Caſtrum Campidonenſe, deſcenditque cum illo B. Magnus, ſimul cum eis Theodoro, & venerunt ad Caſtrum. Convocata autem multitudine Populi, in die ſollemni dedicationis Eccleſia, Vir Venerabilis Epiſcopus, prædicationis dulcedine avidorum corda refecit - - - Biduo itaque ibidem manentes, cum gratiarum actione, Populusque benedictione tanti Patris armatus, &, ab Epiſcopo, oſculo pacis tributo, ad ſua reverſi ſunt, Venerabilis Epiſcopus, & Sanctiſſimus Abbas, relinquentes Theodorum, ad cuſtodiendam Eccleſiam Campidonenſium &c.* Diſcimus hinc, *Theodorum* quendam, Cœnobium noſtrum fundaſſe, eumque primum ibidem egiſſe Abbatem; falſum itaque, quod de *Andelgario* ſeu *Andegario*, & *Audogario*, circumfertur, niſi tria hæc vocabula, *Theodori* Synonyma eſſe ſtatuas.

Siſtunt Abbatum ſeriem: *Bruſchius* l. c. pag. 101 ad 119, & *Bucelinus*, Part. 2 *Germaniæ Sacræ*, p. 20 & 21, a dicto *Andegario*, anno, ut perhibent, 773, inaugurato, usque ad *Wolfgangum de Grunenſtein*, an. 1535 electum; & *Münſterus* l. c. pag. 793, his addens, *Fridericum* de *Gravenek*; quem Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc. Imper.* lib. 3. cap. XXIV, §. 6, p. 110, *Georgium*, L. B. de *Gravenegg*, an. 1571, 16 Junii, denatum, appellat; exhibens ſimul ſucceſſores ejus, usque ad *Bernhardum Guſtavum*, Marchionem Badenſem, R. E. Cardinalem; cui, an. 1678, 2 Jan. ſurrogatum ſcimus RUPERTUM de BODMANN in *Steislingen*, Huic an. 1728 demortuo ſuccedit Reverendiſſ. Dn. ANSELMUS *Reichlin*, Baro de *Meldegg*, natus 21 Dec. 1679. Coadjutor Mens. Septembr. 1723. Abbas 10 Nov. 1728. Aſt quis fidem interponat, Catalogos iſtos eſſe geminos? Cognomina certè Germanica & quidem *à Familiis* petita, ſatis de figmento teſtantur. Juvat me Tomus Quartus *Analectorum* Dn. *Mabillonii*, diplomata ſubminiſtrans, quæ rem firmant, v. g. p. 469 & 470, Duo *Ludovici Pii*, de an. 939, Abbatem: *Tattonem* nuncupantia, qui *Bruſchio*, & reliquis, eſt *Gothartus Kaltenbergerus*, Aquisgranenſis, an. 817 electus, & an. 840, mortuus; & p. 472 & 473, alia duo, *Ottoniana* de an. 983, & 993, *Rudolphum* Abbatem celebrantia; cujus loco, inepti noſtri Catalogi, *Alexandrum Fordreſſerum ab Eck*, an. 962 conſtitutum, annoque 992, naturæ debitum ſolventem, atque *Stephanum Taradum* ab *Erpach*, ei ſuffectum, ſupponunt; & p. 475, unum *Henrici IV*, de an. 1061, in quo *Oteni* fit mentio, *Bruſchio*, p. 108, *Henricum Dorenſtichium* fingente. Magna ſemper Præſuli noſtro fuit auctoritas. Memor Primi Abbatis *Bruſchius* l. c. pag. 101, inquit: *Conſecutus eſt, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis omnibus, inſigne Privilegium, ab Adriano Pontifice, in quo Pontifex Campidonam, alteram, vel ſecundam, Romam appellans, ab omni eam Epiſcopali jugo exemtam, & perpetuo liberam eſſe ſtatuit. Abbati vero concedit plenam poteſtatem, ante meridiem, ſacra faciendi: poſt meridiem vero Gladii, ad exercenda jura forenſia, ad tuendos bonos, ac è medio tollendos malos, uſurpandi. Unde verſus natus, quem Abbas & Princeps loci hujus, cum Herbipolenſi Epiſcopatu communem habet:*

Campidona ſola judicat enſe, ſtola.

Conf. *Zeilerus* l. c. Ab antiquo, titulo utitur *Archi-Mareſchalli Imperatricis*; Spectat huc Reſcriptum *Leopoldi* Imp. ad Directoria Circulorum, ſub dato *Lintz* 18 Oct. an. 1683, apud *Lundorpium*, Tom. VI *Act. Pub.* lib. XII, cap. 174, p. 567, P. P: *Wir geben Ewer Andachten und Ld. hiemit gnadigſt zuvernehmen, welcher geſtalt in gnadigſter Beobachtung, daſſ, von undencklichen Jahren hero, die jeweilige Aebte des Fürſtlichen Stiffts Kempten, ſich einer jedesmahls Regierenden Rœmiſchen Kayſerin Ertz-Marſchallen ſchreiben, auch ihnen ſolcher Titul, von wohlermeldten Kayſerinnen, aus deren Cantzleyen beſtandig gegeben worden, und noch werde; zumahlen aber auch, in Erwegung der treuen Devotion, und ſtattlichen Dienſte, mit welchen ſowohl gegenwærtigen Abtens Ruprecht Andacht, als deſſen Vorfahren am Fürſtlichen Stiffts Kempten, ſich gegen Uns, Unſere lœbliche Vorfahren, und das H. Reich, in viel Wege haben meritirt gemacht; Wir ermeldter Sr. Andacht, und dero Succeſſoren am Stifft vorgedachten Titul und* Prærogativ *des Ertz-Marſchalls einer jedesmahl regierenden Kayſerlichen Gemahlin, auch unſertwegen* concedirt *und beſtattiget, auch ſolchen zu geben, allen und jeden unſern Cantzleyen, gemeſſen haben anbefehlen laſſen &c.* Anno 1687,

laudatus *Rupertus* Abbas, literas ad Legationem Brandenburgicam Electoralem, Ratisbonam miſſas, hoc modo inchoavit:

Von Gottes Gnaden, Ruprecht, des H. R. Reichs Fürſt, und Abt zu Kempten, der Ræmiſchen Kayſerin Ertz-Marſchall; Unſern gnædigen Gruß zuvor &c.

Edle, beſonders Liebe.

WAs an Uns dieſelbe, in favorem *der* Reformir*ten Gemeinden, hieroben im* Allgaw, *ſo viel dero* Exercitium Religionis *anbetrifft*, recommendando *gelangen laſſen, ſolches haben wir, aus deroſelben, vom 29 Nov. (9 Dec.) abgegebenen Schreiben, mehrern Inhalts, erſehen; gleichwie nun in dieſem* Puncto, *bekandter maſſen, das* Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, *alle Zihl und Maſſen geben thut; alſo haben dieſelbe ſich verſichert zu halten, daß wir dargegen gantz nichts wiedriges vornehmen werden. Verbleiben darbey denenſelben, mit gnædig* affectionir*ten Willen, wohl beygethan. Geben in unſerer* Reſidenz *und Stifft Kempten, den 13 Jenner, 1687.*

der Herren

Freundwilliger
Rupert, Abt zu Kempten.

In ſolenni Curia Eum quoque hoc munere fungi, docet Dn. *Zweyburg*, Part. 2 *Theatr. Præcedent.* Tit. XI, p. 140, verb. *welche* Function *Er*, in Curia Solenni, *auch, bey der Kayſerin Krœnunge, verrichtet &c.*

Inſignia repræſentant *Hermam fœmina, nigro induta, argento velata, & auro coronata, in ſolo, è minio & cyano, transverſim ſecto;* Effigiem *Hildegardis* Reginæ hic denotari, communis traditio eſt. Vid. Dn. *Im Hoff* l. c. §. 2, p. 109, *Europ. Herold*, T. I, p. 384.

Capitulum XX Capitularibus conſtat; Vid. *Im Hoff* l. c. §. 7, p. 110; *Europ. Herold* l. c. p. 383, numerat ſaltem XVII, & quibus inſuper ait: *Nachmittage ſtehet Ihme* (Abbati) *und ſeinen 17 Kloſter-Brüdern, frey, den weltlichen Stand zu führen, und als Cavalliers auszureiten, oder andere weltliche* Divertiſſiments, *im* Secular-Habit, *zu üben &c.*

Annumeratur Abbatia Circulo Suevio, & *Officiales Hæreditarios* habet: *Dapiferos*, Duces *Bavariæ*; *Pincernas*, Electores *Saxoniæ*; *Marſchallos*, Comites de *Montfort*; & *Camerarios*, Landgravios de *Nellenburg*: quibus tamen ſubſtituti ſunt: *Bavaro* Equites *de Roth*: *Saxoni*: Nobiles *Renner de Almandingen*; *Montfortio*: Equites de *Præsberg*: & *Nellenburgio*: Nobiles de *Werdenſtein*. Vid. Dn. *Im Hoff* l. c. §. 5, p. 110. Quo ad *Saxones* verò annectit Illuſt. Auctor *des Europ. Herolds*, l. c. p. 384: *Es iſt gleichwohl ſo damit bewandt, daß ein Churfürſt zu Sachſen die Lehen, von einem zeitlichen Abte, nicht empfæhet, auch nicht die allergeringſte* ſolennit*æt beobachten laſſet, wie, bey Bamberg, etwa noch der alte* modus habendi, *durch eine Schickung, erhalten wird; ſondern es iſt dieſes ein alter verlegener Titul, und weiter nichts. So viel aber daran, daß die Renner, von und zu Almandingen, das Schencken-Ampt des Fürſtlichen Kloſters und Stiffts zu Kempten, von Chur-Sachſen, zu Lehen zu tragen, ſchuldig ſind. Dahero, als zu zeiten Churfürſten Chriſtians I, und ferner, dieſes Ampt und Lehen Joachim Rennern, und deſſen Sohn, Caſparn, nur vor ihre Perſohnen, aus Gnaden, und aus keiner Schuldigkeit, verliehen worden, man aber jedoch beſorgte, es mœchte zu einem Heimfall kommen, der damahlige Abt, Herr Johan Adam, bey Churfürſt Chriſtian II zu Sachſen*, an. 1602, *bittlich angeſucht, ſolch Erb-Schencken-Ampt, auf das Geſchlecht der Renner in gemein* perpetuiren *zu laſſen, welches auch auf dieſe weiſe erfolget, daß, welchen des Geſchlechts von Renner, ein zeitlicher Abt, zu ſolchem Amte, nahmhafftig machen wird, ſelbigem die Lehen, bey dem Churfürſtl. Lehen-Hoff zu Dresden, unweigerlich gereichet werden ſolle &c.*

(*f*) CORBEJENSIS. Inſerviunt huic Hiſtoriæ Annalium libri tres *Witichindi Corbejenſis*, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.* p. 624 &c. *Chronicon Corbejenſe*, à Primo Abbate, usque ad *Wicboldum*, circa annum 1231, ordinatum, ibid. p. 755 &c. *Annales Corbejenſes*, Anonymi, à prima fundatione, ad A. C. 1471, apud Dn. *Paullini*, in *Syntagmate Rer. German.* p. 365 &c. *Johannis Letzneri*, *Corbeyiſche Chronica*, continens Capite XXVI, & quatuor ſubſequentibus, p. 77. ad 94, Abbatum ſeriem, ab *Adelhardo*, quem, an. 822, *Novam Corbejam* condidiſſe ſcribit, usque ad *Theodoricum IV de Berninghuſen*, an. 1585 electum; *Hildesh.* 1604, & *Lipſ.* 1693. Eandem ſuppeditat *Gabriel Bucelinus*, Part. 2 *Germaniæ Sacræ*, p. 165 & 166, à laudato *Adelhardo*, ad *Arnoldum Waldois* usque, an. 1638 defuncto *Johanni Chriſtophoro à Brambach* ſuffectum. Ad differentiam CORBEJÆ VETERIS, haud procul ab *Ambiano*, ad *Samaram*, ſeu *Somonam*, fluvium, in Piccardia, à *Batilde*, *Clodovæi 2.* Francorum Regis, Conjuge, circa annum 661, juxta *Albericum Monachum trium fontium*, h. a. pag. 54, vel an. 662, juxta *Sigebertum Gemblacenſem* h. a. vel an. 665, juxta *Lambecium*, in Notis ad *Rembertum*, de *Vita S. Anſcharii*, p. m. 130, conditæ, vocatur hoc Monaſterium CORBEJA NOVA. De VETERI, evolvendus Auctor coævus vitæ *S. Bathildæ* Reginæ, cap. V, apud *Surium*, 26 Januar. p. m. 443: *Nec illud etiam eſt reticendum, inter præcipua, quæ fecit, quod*

quod Monaſterium, cujus vocabulum eſt Corbeya, in Pago Ambianenſi, ſuo opere, fundotenus ſtruxit, ac devotum gregem Monachorum inibi eſſe conſtituit. Ubi & Venerabilis Vir, Dn. Theodoſredus, nunc (ecce Auctoris ætas,) *Epiſcopus, tunc vero Abbas, magno gregi Fratrum præfuit, quem de Luxovio Monaſterio, præfata Domina Bathildis, à Reverendiſſimo Viro, Walberto Abbate, expetivit, & ad prædictum Fratrum Cœnobium condirexit. Ipſum autem Monaſterium ſicut à fundamento, ita Villis & prædiis, omnibusque ſumptuum neceſſitatibus, fundavit, & ornavit &c.* Add. eit. *S. Rembertus*, Monachus *Corbejæ Novæ*, & poſtea Hamburgenſis Præſul, in præfatione Vitæ *S. Anſcharii*, Prædeceſſoris ſui, ad Monachos *Veteris Corbejæ*, apud *Lambecium*, lib. I *Originum Hamburgenſium*, p. m. 51; & *Gualdo*, qui & ipſe Corbejenſis Monachus fuit, in vita laudati *Anſcharii*, verſu 158, ibid. p. m. 82, canens:

Extulit hanc Batildis, humo Regina puellam.

De NOVA, pergit *Rembertus*, l. c. cap. V, pag. 54: *Cœptum eſt olim in his partibus videlicet Saxoniæ, Monaſterium fieri, quod, authoritate & magiſterio Veſtro, & primo fundatum, & ſuccedenti tempore, Deo donante, conſummatum eſt, nomenque, mutuatum à loco habitationis veſtræ, accepit, ut vocaretur NOVA CORBEJA &c.* Conf. Diploma *Ludovici Germanici*, XI Kal. Junii, anno Regni Ipſius XX, Indict. 1, adeoque an. 853, *in Palatio Regio Franconoford*, pro Monaſteriis *Corbejæ Novæ*, & *Herfordenſi*, datum, apud *Mabillonium*, *Act. SS. Ord. Benedicti*, *Seculi IV*, Part. I, p. 526; Dn. *Schatenum*, lib. 2 *Annal. Paderborn.* ad h. a. pag. 141, & Dn. *Tentzelium*, *Vindic. Conringianæ Cenſuræ Diplomatis Lindavienſis*, Append. I, pag. 39: *Notum eſſe volumus, quomodo Venerabilis Abbas, Warinus, adiit Excellentiam Noſtram, ſuppliciter orans, ut Noſtra munificentia proſpiceremus Monaſteriis illi commiſſis, quorum unum eſt Monachorum, NOVA CORBEJA nominatum, ubi & ille primum, Regulari Electione, Abbas extitit; & alterum eſt Sanctimonialium HERIFORD dictum, & propria Abbatiſſa, cujus nomen Addila, ſubjectum. Sed, juxta conſuetudinem, quod Ancillarum Dei Congregationibus procurari ſolent Præpoſiti, ex Eccleſiaſtico Ordine, jam dicto Abbati commendavimus, ut, tam in diſciplinâ Abbatiſſam juvare, quam, in cunctis negotiis, quæ Famulæ Chriſti, pro Sexu & profeſſione ſua, exſequi non poſſent; ipſarum Proviſor & Patronus exiſteret. Is ergò petiit, Celſitudinem Noſtram recordari, quod, piæ memoriæ, Genitor Noſter, Hludowicus Imperator, ambo hæc Monaſteria exſtrui juſſit, ad normam videlicet præcipuorum in Gallia Monaſteriorum, NOVAM utique CORBEJAM, ad ſimilitudinem ANTIQUÆ CORBEJÆ; HERIFORDENSE verò Cœnobium, ad exemplum Monaſterii Sanctimonialium, in Sueſſionis Civitate exſiſtentium &c.* Nec non Diploma *Arnolfi* Imp. tunc adhuc Regis, ſub dato *Forchheim*, 3 Id. Dec. an. 887, in favorem eorundem Cœnobiorum, confectum, apud Dn. *Schatenum*, l. c. lib. 3, ad an. 887, p. 203; & Dn. *Paullini*, in Not. *ad Decretum Moguntinæ Synodi, ſub Luitberto Archi-Epiſcopo, an.* 888 *convocatæ*, §. XII, l. c. p. 492: *Notum eſſe volumus, quod Fidelis Noſter, Bovo, Monaſterii, quod vocatur NOVA CORBEJA, inſinuavit Celſitudini Noſtræ, qualiter ipſum Monachorum Cœnobium ſibi commiſſum, nec non & Monaſterium Puellarum, conſtitutum in loco, HERIFORD nuncupato, cui præeſt Abbatiſſa, nomine Hathuvic, à veneranda memoria Anteceſſore Noſtro, Hludovico, pro æterna Ipſius, omnisque glorioſiſſimi Generis ſui, memoria, primum conſtructa, ac deinde, tam Illius, quam Filii ſui, Sereniſſimi Regis, Hludovici, & Succeſſorum Ejus, largitionibus illuſtrata, & defenſione, ac tuitione, hactenus fuerint conſervata &c.* Et *Conradi III* Imp. ſub dato *Franckenevorde*, an. 1147, Indict. X, apud Dn. *Schatenum* l. c. lib. 8, ad h. a. pag. 773: *Quoniam ab Imperatore Luthewico, duo Monaſteria conſtructa ſunt, & à Noſtris Prædeceſſoribus honore & divitiis aucta, unum videlicet Monachorum, quod NOVA CORBEJA dicitur, ad normam ſcilicet VETERIS CORBEJÆ; HEREVORDENSE vero Sanctimonialium, ad ſimilitudinem Sueſſionis Monaſterii, decretumque eſt ab Eis, ut Corbejenſis Abbas, quicunque pro tempore fuerit, procurationem agat Herivordienſis Eccleſiæ &c.* Et *Friderici I*, ſub dato *Mersburch*, an. 1152, Indict. XV, hæc eadem verba continens, apud Dn. *Schatenum* l. c. ad an. 1152, p. 791; Et Auctor *Tranſlationis S. Puſinnæ* Virginis, quam in Catalaunenſi Diœceſi celebrant, quintoque Chriſti Seculo vixiſſe dicunt, cujus corpus, *Hadwidis*, *Ecberti* Saxonum Ducis, & *Ida*, filia, *Herfordenſis* Cœnobii Abbatiſſa, à *Carolo Calvo*, Occidentalium Francorum Rege, Cognato ſuo, impetravit, & in recens ſtructam Baſilicam *Herfordenſem*, an. 860, tranſtulit, apud *Papenbrochium*, *Act. Sanctor.* 23 April. & Dn. *Leibnitium*, T. I *Rer. Brunſuic.* p. 182, §. 2: *Fundata duo Nobiliſſima Cœnobia ſunt tempore Auguſtæ memoriæ, Ludovici Imperatoris: quorum unum nominatur: CORBEJA, alterum HERIFORD vocatur. Unum, Domino militantibus Monachis; alterum, Sanctis Virginibus, Domino conſecratis. Quorum ædificatio, à Reverendiſſimis Viris, & ſumma laude celebran-*

celebrandis, Adalbardo videlicet, ejusque fratre, Wala, qui & merito ei, & Regimine, ſucceſſit, inſtituta eſt - - - - Ut ſuperiora repetamus, quod ex CORBEJA FRANCIÆ, hi duo Monachi & Abbatec fuernut, CORBEJAM, ad ejus ſimilitudinem, nominari voluerunt. Quo in Monaſterio, Primus Abbas, ab iisdem Venerabilibus, inſtitutus eſt Warinus, Nobiliſſimo Genere propagatus: fuit enim genitus Echberto, Clariſſimo Comite & Duce, Matre ſplendidiſſima, nomino Ida &c. Pariter & Auctor *Vitæ S. Meinwerci, Paderbornenſis* Epiſcopi, cap. XLIII, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 93, & Ill Dn. *Leibnitium*. l. c. pag. 543: *Eadem autem Eccleſia* (Corbejenſis) *in ripa fluvii Wiſciæ ſita, à Luthewico, filio Karoli Imperatoris Magni, conſtructa, à B. vero Badurado, Patherbrunnenſi Epiſcopo, eſt dedicata &c.* & rurſus, apud *Surium*, l. c. cap. XLIX, pag. 95, & Dn. *Leibnitium*, p. 546: *Eccleſia Hervordenſis, ſicut Eccleſia Corbejenſis, in Epiſcopatu Patherbrunnenſi ſita, à Ludowico, Filio Caroli Magni, conſtructa, & à B. Badurando,* (*Badurado*) *Patherbornenſi Epiſcopo, dedicata &c.* Et *Adamus Bremenſic*, lib. I, *Hiſt. Eccleſ.* cap. XV, pag. 17: *Anno Willerici* (Bremenſis Antiſtitis) XXXIII, *Luthewicus Imperator NOVAM in Saxonia CORBEJAM exorſus, Religioſiſſimoc Franciæ Monachoc ad illud cogregavit Cœnobium, inter quoc præcipuus legitur Sanctiſſimus Pater Noſter, ac Philoſophus Chriſti, Ansgarius &c.* Tempus prodit *Chronicon Corbejenſe*, apud *Meibomium* l. c. pag. 755: *Anno Incarnationis Domini DCCCXXII, Indict. XV, 8 Kal. Septembris, 2 Feria, Monachi, qui in loco, qui Hethæ dicitur, per ſeptem annoc prius demorabantur, inde egreſſi cum crucibus & reliquiis, in hunc locum pervenerunt: locoque, ab Epiſcopo Barurado, qui tunc præſenc aderat; CORBEJÆ nomen impoſitum eſt, erectoque tentorio, illatisque crucibus ac reliquiis, locum dedicaverunt, in honore & nomine S. Stephani Protomartyris, infodientec crucem Chriſti, ubi nunc Altare eſſe dignoſcitur &c.* Eundem Annum, hoc titulo, proferunt *Ditmarus Reſtitutus* Ill. Dn. *Leibnitii*, de *Scriptorib. Rer. Brunſ.* T. I, p. 403, cujus verba præced. §. 5, lit. a. ſub tit. *Ludovicus Pius*, ad an. 823, pag. 1128 habentur; & Auctor *Translationis S. Viti*, an. 836, ut memoratur, factæ, apud *Meibomium* l. c. pag. 765, cui hæc debemus: *Cœpit* (*Adalbardus* Abbas Veteris Corbejæ) *ædificare, in loco, qui dicitur Hechi, ubi, cum per ſex, & eo amplius, annoc, laboraſſent, nihil proficere poterunt - - - nam locus ita aridus erat, ut nec victum, nec veſtimentum, ibidem invenire poſſent, niſi quantum præfatus Abba, à Monaſterio proprio deferri faciebat &c.* & pag. 766: *Poſthæc, acceſſit ad Imperatorem* (Ludovicum) *& rogavit, ut daret licentiam quærere, inter illa loca, quæ ad ſe pertinebant, ſi forte poſſet, alicubi locum invenire, ubi Monaſterium rite fieri poſſet, quod à Pio Principe ſtatim conceſſum eſt. Tum Venerabilis Abba, accepta licentia, pervenit in partec Saxoniæ, una cum Walone, fratre ſuo. Quo cum perveniſſent, didicerunt à Fratribus, quia erat locus, ſitus ſuper fluvium Wiſera, in Pago Augnenſe, qui pertinebat ad Villam, cui vocabulum eſt Huxere, quod & antea quidam audiverant, & id ipſum Imperatori indicaverant - - - - Venerunt ergo anno 822 Dominicæ Incarnat: ſub die octavo Idus Auguſti, Regnante Ludowico, Sereniſſimo Auguſto, XI anno, ad locum memoratum: circumſpectoque ex omni parte, & undique circuientes, proſtrati in orationem decantaverunt Pſalmos ad hoc officium pertinentec; & poſtquam compleverunt letaniam, & orationem, jactaverunt lineam, & infixerunt paxilloc, & cœperunt menſurare, primo quidem Templum, inde habitationes Fratrum. Quod cum peregiſſent, conſtituentec, qui quædam habitacula initiarent, ad propria ſunt reverſi. Sed primum petierunt Epiſcopum* (Hathumarum) *ut veniret, & ſanctificaret locum, vexillumque S. Crucis, in loco Altaris, poneret, nomenque, ut Corbeja vocaretur, aptaret; quod factum eſſe, VIII Kal. Septembr. conſtat. - - - - Erat eodem tempore, in Corbejenſi Monaſterio, quidam Adoleſcens Monachus, qui ex Nobiliſſimo Francorum atque Saxonum genere fuerat ortus, nomine Warinus - - - - Hunc Venerabilis Pater* (Adalhardus) *in Nova Corbeja Juvenem Abbatem facere cogitabat - - - Fratres autem agebant, ut Venerabilem Virum, Walonem, ſibi in Patrem eligerent. Interim cum jam jamque diem egreſſionis ſuæ adeſſe ſentiret, miſit, ut, quem vellent, eligerent, accepta licentia Imperatoris. Interim dum electio protelatur, Religioſus Abba diem finivit extremum. Quo nuncio omnec mœrore concuſſi. Walo, qui tunc ibi electionis gratia morabatur, juſſus pergit ad Palatium, inde ad proprium Monaſterium,* (Veteris Corbejæ) *ſtatimque ibi, ab omnibus eligitur ad Abbatem. At vero hi, qui in Saxonia* (Novæ Corbejæ) *habitabant Monachi, de electione Abbatis ſui, beatæ memoriæ meriti Adalbardi confiſi, eligunt ſibi Abbatem, jam dictum Virum Venerabilem, Warinum,* &c. Et *Lambertus Aſchaffenburgenſic*, an. eod. *Chronographus Saxo*, an. eod. p. m. 434; Recentiores omnes, niſi quod *Albertus Stadenſic*, p. m. 88, b, annum 826, hoc nomine adducat. Primi Abbatis, *Warini*, meminit etiam *Witichindus*, ſub initium Libri tertii Annalium, l. c. pag. 651: *Hujus Patris* (Bovonis, Corbejenſis Abbatis) *Avus, Bovo, Græcas literas, coram Chounrado Rege, legendo, factus eſt clarus; & huic, ejusdem nominis, Avus erat, ut natu major, omni virtute ac ſapientia potior. Sed & ipſe nepos erat Warini*

ni, qui, ex milite, factus eſt Monachus, & Primus omnium, apud Novam Corbejam, regulariter electus eſt in Patrem &c. Plura de hoc Cœnobio, Wolterus, Chron. Bremenſ. in vita Willerici Præſulis, apud Meibomium l. c. Tom. 2, p. 24; Erdwinus Erdmannus, Chron. Epiſcoporum Oſnabrugenſ. in vita Meingardi Epiſcopi, apud eundem, l. c. pag. 199 & 200; Auctor Hiſtoriæ Archi-Epiſcoporum Bremenſium. in vita Willerici, apud Lindenbrogium, de Scriptorib. Septentrion. p. m. 70; Petrus Viſſelbeccius, in Chronico Huxarienſi, haud procul ab initio, apud Dn. Paullini, in Syntagmate Rer. German. &c. Crantzius, lib. 3 Saxon. cap. 6. Gryphiander de Weichbildis, cap. 32, p. 80 & 81; Lambecius l. c. & in Notis, in Gualdonis Poëma, de Vita S. Anſcharii, §. 350, p. m. 138; Dn. Tentzel, in Vindiciis Conringianis, pro Cenſura Diplomatis Lindavienſis, cap. 8, §. 3, p. 165 &c. Dn. Paullini, in Comment. in Decretum Auguſtæ Synodi Moguntinæ, ſub Luitberto Archi-Epiſcopo, an. 888 convocatæ, in qua Jura & immunitates Corbejenſium & Herefordenſium, ſolenniter confirmantur; l. c. p. 480, §. 4, 5, 6 &c. pag. 498 & 499, §. 15, &c. De Juriſdictione Abbatis, annectit Dn. Paullini, l. c. §. 25, p. 508. Habet ergò Reverendiſſimus Corbejenſis, in ſuo Territorio, Epiſcopalem quaſi Juriſdictionem - - - - & ſicut Epiſcopis, per Confirmationem, attribuitur Juriſdictio intra fines, & non ultra; ſic quoque Abbati Corbejenſi, per ſolam Confirmationem, confertur Juriſdictionis poteſtas, tam Eccleſiaſtica, quam Secularis. Et quidni Abbas Corbejenſis, ceu Princeps S. R. I. cum aliis Statibus, omnia ex æquo communia habeat Jura, & Regalia ſua, alta, media, baſſa, enſe pedoque inſignis &c.

Inter Evergetas fuere: Ludovicus Pius, Vid. præc. §. 5, lit. a, ad an. 823, 826, 833, 834 & 838; Lotharius I, Rugia Inſulâ Monachos donans, l. c. ad an. 844; Ludovicus Germanicus, l. c. ad an. 845, 853, 855, & 873; Carolus Craſſus l. c. ad an. 882; Arnolfus ad an. 887, 888. & 889; Conradus I, l. c. ad an. 913; Henricus Auceps l. c. ad an. 922 &c. ſingulare quid de priſtinis Monachis, recenſet Bucelinus, l. c. pag. 163: Ludovicum Pium, & Juditham Auguſtam, Fundatores habuit, (Cœnobium Corbejenſe) inter auguſtiſſima ſemper Germaniæ Cœnobia habitum, miris & prodigioſis à Numine favoribus, variis à Cæſaribus Privilegiis & immunitatibus excultum. Inter ea, quæ à Numine habuit; Quotiescunque aliquis è Fratribus moriturus erat, triduo ante quam vita excederet, mirè præmonebatur, lilio coronæ cujusdam ereæ, in Choro ſuſpenſæ, depoſito prodigioſe, & in Sede, ſeu Stallo, ut vocant, morituri apparente, ita ut certiſſimus quisque eſſet, ſeſe, triduo poſt, moriturum. Quod miraculum aliquot Seculis duravit, donec juvenis Frater quidam, de imminente ſibi obitu taliter præmonitus, contempta monitione, lilium in ſenis Religioſi ſede collocaret: Quo quidem ſigno territus ſenex ægrotare cœpit, mox tamen convaluit, & juvenis contemptor, tertia die, repentina morte extinctus fuit &c. Cui hiſtoriæ, an fabulæ, mox ſupponit: Sed & illud mirabile: quod, ſingulis annis, Feſto S. Viti, ſemper ſe duo cervi, certa porta, quæ deinceps cervina, ob hoc ipſum, appellata fuit, Monaſterium ingreſſi illic ſe ſtiterint, quorum alterum ſoliti ſunt Religioſi retinere, altero ad ſylvas & libertatem remiſſo. Quo ipſo quoque die, duo ſe ſemper piſces, in Viſurgi, quaſi ex condicto, ſtitere altero quoque impune dimiſſo &c. Hem! quæ miracula? Non omnimodè Abbati noſtro Subjectam eſſe Huxariam, ſed libertate quadam gaudere, Advocatia ejus, à multis retro ſeculis, ad Sereniſſimam Domum Brunſ. & Luneb. ſpectante, res nota eſt. Hodiernus Abbas, Reverendiſſimus Dn. CASPAR, L. B. de Boſelager, ex fam. Honeburg, electus 17. Martii 1737. anteceſſorem habuit Carolum de Plittersdorf, electum 8. Jan. 1722. diemque ſupremum menſ. Febr. an. 1737. obeuntem. Scutum Abbatis, ex auro & minio transverſè ſectum eſt; Vid. Eur. Her. p. 390. Sibmacher, Wapenbuch P. I, pag. 13; Dn. Spener, Part. Spec. Operis Heraldici, lib. 3, cap. 25. §. 9, pag. 645; & Dn. Im Hoff, Notit. Proc. Imper. lib. 3, cap. 26. §. 11, p. 113.

(g) PRUMENSIS. Vid. de hac Abbatia, præced. Tit. XIV, §. 3, lit. b. p. 1049.

(h) STABULENSIS. De fundatione hujus Cœnobii, Leodienſis Diœceſis, Ordinis D. Benedicti, ſcribit Sigebertus Gemblacenſis, ad an. 651. Rex Sigebertus, de poſteritate prolis deſperans, duodecim Monaſteria, hinc inde conſtruxit Deo, in quibus Stabulaus & Malmundarium eminebant, cooperante ſibi in his Majore Domus, Grimoaldo, & Trajectenſium Epiſcopo, Remaclo. Qui Remaclus, non multo poſt, pertæſus ſecularium tumultuum, in ipſo Stabulaus, Monachicæ vitæ aſſumpſit habitum &c. Conf. Albertus, Monachus trium fontium, an. eod. p. m. 53; Etymologiam ſuppeditat Notgerus Leodienſis, in Vita S. Remacli Trajectenſis, cap. 13, apud Surium, 3 Sept. p. m. 26. Cœnobium ſuſcepit conſtituendum, quod ſuæ Diœceſis limitibus contineretur. Procedens igitur (Malmundario) inde quaſi ad duo milliaria - - - - ad Amblavam fluvium, in cujusdam montis confinio, ſubſtitit - - - Etſi autem locus ille multos haberet fontes, tamen quod anguſtus eſſet, nec officinis neceſſariis ſufficeret, ad Orientem reflectit greſſus, parumperque procedens, videt locum ſpatioſiorem, futuroque operi accommodatiorem. Ibi ergò labori cœpit inſtare attentius, - - - Porrò, quod Feræ eo undique, ceu ad ſtabulum, vel potus, vel paſtus cauſa, confluerent, antiquitus ille locus Stabulaus, dictus fuit. Quod nomen Vir Sanctus minime cenſuit immutandum, ſed & dici, & eſſe voluit Stabulum fidelium animarum, eò, tanquam ad æternæ vitæ paſcua deinceps properaturarum &c. Auxiſſe Cœ-

Digitized by Google

nobium hoc laudatum Regem, *Sigebertum*, *Teloneo ſuper Ligerim*, ex Ejus diplomate, apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus* §. XVIII, pag. 530 & 531, præced. § 5, lit. a, voc. *Sigibertus III*, p. 1117, commemoravi. Receſſum Imperii *Spirenſem*, an. 1529, nomine *des Abts zu Brune* (leg. Prim, ſeu Brüm) *und* Stavel, ſubſcripſerunt: Heinrich Lewenſaw, & Jacob Krel; & *Ratisbonenſem* an. 1532, *von wegen des Abts zu Pruma und Stabel: Graff Dieterich von Manderſcheid, und Graf Wilhelm von Newnar.* Catalogum Abbatum, à *S. Remaclo*, Epiſcopo prius Trajectenſi, usque ad *Maximilianum Henricum*, Ducem Bavariæ, & Archi-Epiſcopum Colonienſem, an. 1688 defunctum, ſuppeditat *Gabriel Bucelinus*, Part. altera *Germaniæ Sacræ*, voc. *Stabulenſe*, p. 276, ad 284, ubi addit: *Monaſteria Stabulenſe & Malmundarienſe, Congregationi Bursfeldenſi incorporata ſunt, à Maximiliano Henrico, Archi-Epiſcopo Colonienſe, & Prioribus Joanne Lanimal, & Eberardo de Marteu, an. 1656. Guilhelmus, Comes à Manderſcheid, olim quidem illa reformavit, ſecundum Statuta Congregationis Bursfeldenſis, ſed Congregationi illa non ſubjecit &c.* Diu tamen ante obitum, ceſſit hac Abbatia *Maximilianus Henricus*, *Franciſco Egoni Fürſtenbergio*, Argentoratenſi Epiſcopo, qui an. 1682, naturæ debitum ſolvens, viciſſim eam fratri, *Wilhelmo Egoni*, ejusdem Eccleſiæ Præſuli, reliquit; In cujus favorem, Articulo XLIV *Pacificationis Ryſwicenſis*, an. 1697, cautum: *Dn. Cardinalis de Fürſtenbirg, reſtituetur in omnia Jura, Bona Feudalia ac allodialia, Beneficia, honores & prærogativas, quæ S. R. Imp. Principibus & Membris competunt, tam ratione Epiſcopatus Argentoratenſis, à dextra parte Rheni, quam Abbatia Stavæleenſis &c.* Hujus ſucceſſores fuere: *Franciſcus Joſeph* Princeps Lothar. electus 1704. † 27. Julii 1715. *Joh. Erneſtus* Com. de *Lowinſtein-Werthheim*, elect. 15. Oct. 1715. † 29. Julii 1731; & in hujus locum ſuffectus eſt *Nicolaus Maſſin*, d. 15. Aug. 1731. † d 3. Maji 1737. Hodiernus Præſul eſt Dn. DEODATUS DRION, electus 2. Aug. 1737. De Inſigni, pergit *Europ. Herold. Zum Kennzeichen und Wapen, führet Stablo, im Silbernen Felde, ein weiſſes Lamm, welches einen rothen Biſchoffs-Staab tragt, und, vor einem grünen Baum, über einen Graß-Hügel gehet &c.* Ita & Dn. *Spenerus*, Part. Spec. *Op. Herald.* lib. 3, cap. 21, §. 15, pag. 627, & Dn. *Bilderbeck* l. c. §. 8, pag. 47.

(*i*) S. EMMERANI. Illuſtrant Cœnobii hujus hiſtoriam, *Velſerus* lib. IV *Rer. Boicar.* pag. 228; *Hundius*, *Metrop. Salisburg.* Tom. 2, p. m. 360 &c. Seriem Abbatum, à S. *Apollonio*, an. 697 conſtituto, & 710 defuncto, usque ad *Ambroſium Mairhoferum*, an. 1575 electum, ſiſtens, p. 368 ad 371; *Bucelinus* Part. 2 *German. Sacræ*, voc. *Haimerani*, pag. 42. Nomen habet ab *Emmerammo*, ſeu *Heimmerammo*, vulgo *Emmerano*, Pictavenſium Epiſcopo, & poſtea Ratisbonenſium Paſtore, à *Landberto*, Bavarorum Principe, in partes diſſecto; cujus vitam, *Cyrinus*, Friſingenſis Præſul, deſcripſit apud *Surium*, d. 22. Sept. p. m. 227 &c. Annum obitus ejus, prodit Epitaphium, quod, ante altare *S. Georgii*, in hoc Cœnobio, conſpicitur: *Emeranus, Pictavenſis Epiſcopus, prædicando verbum Dei, venit in Bavariam, & ibidem in Hellendorff, pro Chriſto, paſſus eſt, anno Domini 652, & hic primo tumulatus eſt.* Vid. *Hiſtoria Fundationum nonnullorum Monaſteriorum per partes Bajoariæ*, Chronico *Andreæ* Presbyteri annexa, apud *Schilterum*, de *Scriptorib. Rer. German.* in fine, p. m. 73. Qua occaſione exſtructum ſit Monaſterium, recenſet *Hundius* l. c. pag. 360. *Theodoni*, (Bojorum Duci,) *Filia fuit, Huta, quam Sigibaldus quidam, Eques, compriſſerat: intumeſcente vero utero, hujus flagitii culpam in S. Haimeranum, qui tum in itinere erat Romam verſus, abſentem transfert. Landebertus vero, frater puellæ, rei indignitate commotus, S. Haimeranum inſequitur, & comprehenſum in Pago Helſendorf, in Superiori Bavaria, circa Monacum, in fruſtra articulatim diſſecari jubet. Membra autem diſſecta navicula impoſita, adverſo Danubio, ſunt Ratisbonam translata, ibidem ſepeliuntur, ſacello D. Georgii, extra mœnia Urbis, præſente Theodone Duce, anno 652. Theodo igitur, ut mors tanti Pontificis, cujus innocentia miraculo patefacta eſt, lucretur, Utam filiam in Italiam relegat, Landobertus fit profugus, & in exilio periit. Iſte Theodo Monaſterii S. Haimerani primus extitit fundator, an. 696 &c.* Quæ omnia *Cyrinus* l. c. cap. 7, 8, 9, &c. pag. 228 ad 230, latè proſequitur; annectendo: *Utam* & *Sigibaldum*, peccatum ſtupri *Emmerammo* confitentes non niſi ipſomet ſuaſore, criminis reum Eum feciſſe. Ergò propriæ cædis cauſa fuit, quod autochiriæ ſpecies. Conf. *Aventinus*, lib. 3 *Annal. Boicor.* cap. VII, §. 2 &c. p. m. 245; *Bucelinus* l. c. *Velſerus* l. c. De primo Abbate, pergit dicta Hiſtoria *Fundationum Cœnobiorum Bavariæ*, l. c. *Anno Domini 697, Leo, qui & Leontius, depulſo Juſtiniano, regnare cœpit. Hujus Imperii anno primo, Apollonius, Primus Abbas Monaſterio S. Emerani Ratiſponæ præficitur &c.* Quæ *Ditmarus*, lib. VI *Chronic.* p. m. 69, de conſtructione, commemorat: *Optimi Bavariorum Ratisbonæ, Regali Edicto, conveniunt - - - - ibi tunc Confratres de Monaſterio Chriſti Martyris, Emmerani, quod Arnulphus Imperator, in honorem Ejus, conſtruxit, hicque ad corporaliter pauſandum elegit, unanimiter Regis pedibus provoluti, ex parte Præſulis ſuimet, Gebehardi, multa flebiliter queruntur &c.* intelligas de dotatione larga, & amplificatione Cœnobii, quarum te-

ſtimo-

Digitized by Google

ſtimonia an. 887, & 890, apud *Gewoldum*, Addit. ad Tom. 1 *Metropolis Hundii* pag. 247 & 248, ſuperſunt; Summam præced. §. 5, lit. a, voc. *Arnolphus*, pag. 1137 exhibui. Inter Evergetas, celebrandum quoque *Ottonem Magnum*, docent Diplomata apud *Gewoldum*, Addit. ad Tom. 2 *Hundii Metropolis* p. 371 &c. & *Meibomium* T. 1 *Rer. Germ.* p. 743. Hodiernus Abbas eſt Reverendiſſimus Dn. ANSHELMUS, natus Dn. *Godin de Tampezo*, electus 172". Princeps Imperii declaratus 12 Maji 1732. Auctor *des Europ. Herolds*, Tom. I, p. 600; notat: *Es haben zwar, beſage alter Uhrkunden, die vorige Aebte den Fürſten-Titul geführet, dieweil Sie von Kayſer Albrechten, mit einem Fürſtenthum und Regalien beliehen worden; Das Stiffi aber hat dennoch unter den Rheiniſchen Prælaten, die lezte Stelle &c.* Fruitur itaque Voto duntaxat curiato. Comitia *Auguſtana* an. 1510, ſubſcripſere: *Johannes, Abbt zu Salmanſweiler; Hartmann, Abbt zu Weingarten; Johannes, Abbt zu Elchingen; Andreas, Abbt zu Ochſenhauſen; Peter, Abbt zu Urſy; Conrad, Abbt zu Rot; Johannes, Abbt zu Mindenau; Johannes, Abbt zu Schofſenried: Simon, Abbt zu Marchthal, und Eraſmus, Abbt zu S. Heymeran zu Regenſpurg &c.* Conf. R. J. Norimb. an. 1524. Spirenſ. an. 1526; Ratisb. 1532; &c. Quadrant huc verba *Hundii*, l. c. Tom. 2, p. m. 368: *Monaſterium S. Haimerani Romano Imperio, quoad Secularia, immediatè ſubjectum eſt, à quo & Regalia in Feudum tenet. Albertus, Romanorum Rex, concedit Abbati Regalia Feuda Principatus. Idem fecit Johannes, Rex Bohemiæ, nomine Patris ſui, Heinrici Imperatoris tunc in Italia agentis, an. 1313, his verbis: Verleihen Ihm ſein Fürſtenthumb und Regalia. Item, Wenceslaus Rex, Rupertus Rex, in feudum concedit Regalia, & Secularia Feuda, an. 1401; idem poſtea, an. 1405, Lebenſchaffe und Mannſchafft &c. Unde & Princeps Imperii, ab illis Imperatoribus, ac Regibus, nominatur. Ludovicus Imp. IV. ita illi ſcribit: Dilecto noſtro Principi, Alberto, Abbati S. Haimerani, Ratisbonæ, an. 1332. Ludovicus Marchio, filius Ludovici IV, vocat eum: Den Ehrſamen Geiſtlichen Fürſten, an. 1348. Principes Bavariæ ſunt Advocati, ac Defenſores hujus Monaſterii, quoad ea Bona, quæ in Bavarica Ditione, ubi certe pleraque, ac meliora, ſunt ſita. De qua re, extat documentum in Regiſtratura Alberti Ducis, Comitis Hollandiæ, in pergameno ſcriptum. Cætera, ſicut & ipſum Monaſterium, ad Romanum Imperium ſpectant &c.* Hinc ſua Daniel Heiderus, *in Fundamentis diſcurſus von denen Reichs-Vogteyen*, lit. H. p. m. 42. *Superioritate tamen Territoriali* Eum deſtitui, obſervavit *Europ. Herold* l. c. pag. 595: *Sonſten trifft ſich, bey denen Prælaten etwas beſonders, daß, obwohl das eigentliche Merckmahl eines Reichs-Standes, unter andern, mit darinnen beſtehe: Daß er, in ſeinen, unmittelbahrer Weiſe, von der Ræmiſchen Kayſ. Majeſt. und dem Reich zu Leben tragenden, oder ſonſt daher dependirenden, und etwa,* jure allodii, *beſitzenden Landen, die Hoheits-Gerechtſame zu üben habe; dennoch in Schwaben, einige Prælaturen und Klæſter gefunden werden, welche die* Jura Status *und auf Reichs- und Craiß-Tægen, ihre Stimmen und Stellen, dennoch aber keineswegs die* Jura Superioritatis, *in ihren Stiffts-Landen, und Stiffts-Gütern, exerciren dærffen. Dergleichen ſind, unter andern, die Gefürſtete Abbatiſſin zu Buchau, deren Kloſter-Leute, und Unterthanen, denen Innhabern des Orts Mittel-Biberach, als* Territorial-*Herren, unterthænig ſind. Alſo genieſſen auch die Frau Abbatiſſin zu Lindau; die zu Ober- und Nieder-Münſter in Regenſpurg, die Aebte zu SS. Ulrich und Afræ in Augſpurg; der Abt zu S. Emeran in Regenſpurg, der gerechtſamen der Reichs-Stænde, aber keines weges der Hoheit derſelben &c.* De inſigni addit l. c. p. 600: *Das Wapen iſt in zwey Haupt-Theile geſondert, in des erſten Theils erſter Feldung, iſt, im güldenen Felde, der Halbe Reichs-Adler; in dem Andern blauen Felde, drey ſchwartze Sternen, zwey und eins. In des andern Theils erſter Feldung weiſſer erſcheinet ein grüner Palm-Zweig; in der andern rothen Feldung, ein aufgerichter ſilberner Schlüſſel.* Abbatem hunc, in erectam recens Congregationem Benedictino-Bavaricam, ſub invocatione SS. Angelorum Cuſtodum, an. 1684, ab *Innocentio XI* P. R. fuiſſe cooptatum, ex Conceſſione Papali, deſuper Romæ, apud S. Mariam, ſub annulo Piſcatoris, die 25 Aug. data, diſcimus ex *Lundorpio* Tom. XII *Act. Publ.* lib. 13, cap. 60, §. 76, pag. 134. &c.

(*k*) RATISBONÆ. Addas WEISSENBURGENSEM; quem Cæſares, *Imperii Principis* titulo, ſalutaſſe, vel *Friderici III* Privilegium, *Henrico* Abbati an. 1486, 5 Junii, Coloniæ, datum, documento eſt, ubi: *Wir Friderich, von Gottes Genaden, Ræmiſcher Kayſer - - - bekennen offentlich, mit dieſem Brief, und thun kund allermænniglich, daß Uns der Ehrwürdig, Hainrich, Abt zu Weiſſenburg, Unſer und des Reichs Fürſt, und Lieber Andæchtiger, hat fürbracht &c.* Et aliud, ſub eodem dato: *Wir Friderich &c. bekennen, daß wir dem Ehrwürdigen Hainrich, Abt des Gottes Hauß zu Weiſſenburg, unſerm und des Reichs Fürſten, und lieben Andæchtigen, dieſe beſondere Gnade und Frayheit, gethan und gegeben haben &c.* Vid. *Diplomata & documenta, Hiſtoriam Friderici III illuſtrantia*, apud *Schilterum*, de *Scriptorib. Rer. German.* p. 82 & 83. Quam metamorphoſin Sec. XVI, ſubierit præced. §. 13, lit. e, in fine, pag. 1184 monui. Et S. GALLENSEM, qui eadem dignitate inclareſcit, voto tamen & ſeſſione in Comitiis Imperii non fruitur. Catalogum Abbatum à S. *Gallo, Keternaci*, Scotiæ Regis filio, an. 624, ætat. 95, Sedis 10, defuncto, usque ad *Pium*, an. 1655 adhuc ſuperſtitem, ſuppeditat *Bucelinus*, part. 2 *German. Sa-*

Digitized by Google

cra, p. 36 & 37. Pertinent huc *Ratperti; Ekkehardi Junioris: & Burckardi Monachi*, Hiſtoria & Caſus S. Galli; *Cunradi de Fabaria* Hiſtoria & Caſus ejusdem Cœnobii, una cum Catalogo Abbatum; Anonymus, de Officialibus Principis S. Galli; *Bertholdi Monachi Annotatio de Abbatibus S. Galli;* apud *Goldaſtum*, Part. I *Rer. Alamann.* p. 1 ad 88. Conf. *Bruſchius* de *Monaſteriis Germaniæ*, voc. *S. Galli*, p. 407. Hodiernus Præſul eſt Dominus JOSEPHUS de Rudolphi, nat. 16 Mart. 1666. Sub-Prior 1712, & Abbas hujus cœnobii S. Galli & S. Joannis in Thurthal, 16 Dec. 1717. Pleniorem Abbatum Catalogum offendis apud *Mameranum*, de *Inveſtitura Mauritii Elect. Saxon.* de an. 1548, apud *Schardium* T. 2 *Rer. German.* p. 514; *Beſoldum*, Theſaur. Pract. voc. *Abbt*, p. m. 5; *Conringium* ad *Lampadium*, Part. 3, cap. VI, §. 5, p. m. 215; Dn. *Schwederum*, part. ſpec. *Introd. Jur. Publ.* Sect. 2, cap. VI, §. 10, p. m. 810; *Andlerum*, Lib. I *Jurisprudentiæ*, Tit. V, Part. 2, §. 27, p. 161 & 162; *Zweyburgium*, Tom. 2 *Theatri Præcedentiæ*, Tit. XIV, p. 112; & paſſim alibi.

17. Quintò, Præpoſiti: Elvangenſis (*a*) & Berchtelsgadenſis. (*b*)

NOTÆ.

(*a*) ELVANGENSIS. *Chronicon Elwangenſe, Matthæi*, Mareſchalli, *Pappenheimii*, ab anno 1095, ad an. 1477, reperitur apud *Freherum*, T. I *Rer. German.* p. 453 &c. *Bucelinus*, part. 2 *Germaniæ Sacræ*, voc. *Ellwangen*, p. 29, ait: *Elwangen, aliàs Elvacenſe, potentiſſimum olim Benedictini Ordinis Monaſterium, fundatum* (in Sueviæ Tractu, qui *Virngrund*, ſeu *Feuchte Grund*, vocatur) *à Beatis Hariolpho, & Erlolpho, fratre ejus, Lingonenſi Epiſcopo, anno Chriſti 764, qui & corpora SS. Sulpitii, & Servilianı, Martyrum, eidem intulerunt. Hodie, Nobile eſt Canonicorum Secularium Equeſtri Genere natorum Collegium.* His ſubjicit Abbatum ſeriem, à B. *Hariolpho*, Lingonenſium deinçeps Epiſcopo, usque ad *Johannem ab Hirnheimb*, qui ultimus Abbatum Primus factus *Præpoſitus*, Monachis, annuente Romano Pontifice in Canonicos Seculares verſis, an. 1460, vel 1461, reſignaſſe legitur. Conf. *Bruſchius*, de *Monaſteriis Germaniæ*; voc. *Elephauciacum*, p. 171 ad 174; Qui l. c. pag. 175, Succeſſores quoque ejus ſubminiſtrat, ad *Henricum*, usque C. P. Rheni, an. 1521 aſſumptum; eosdem enumerat *Bucelinus* l. c. ad *Johannem Jacobum Blare de Wartenſee*, an. 1654, mortuum. Qui hunc ſecuti, ad *Ludovicum Antonium* usque, Ducem Neoburgicum, Magnumque Ordinis Teutonici Magiſtrum, an. 1689, 22 Aug. electum, occurrunt apud Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc. Imper.* lib. 3, cap. 25, §. 4, p. m. 111. Defuncto Principi an. 1694, ſurrogatus eſt frater FRANCISCUS LUDOVICUS, Epiſcopus Wormatienſis, Magnus Magiſter Ordinis Teutonici, & Coadjutor Moguntinus. Hodiernum videas pag. 1050, ELECTOREM TREVIRENSEM. Quo tempore Antiſtites hi Principum jura ſint conſecuti, non ſatis liquet. Facit tamen, hanc in rem, *Eichſtadienſe* votum, an. 1641, 1-11 Julii, Directore Saltzburgenſi, in Comitiis expoſitum apud *Lundorpium*, Tom. V, *Act. Publ.* lib. IV, cap. 44, Seſſ. 107, p. 413: *Kœnten, wegen des Stiffts Ellwangen, nicht verhalten, was geſtalten, in der Hohen-Zolleriſchen Informations-Schrifft, Ihre Fürſtl. Gn. als Probſt zu Ellwangen, zu einem Exempel, aus dem* Sixtino, *angezogen, als wære ſolche Probſtey, erſt in Anno* 1555, *zum Fürſten-Stand erhoben, oder, zum wenigſten, erſt damahlen* ad Seſſionem & Votum admittiret; *Hielten wohl dafür, ſolche allegation ſeye aus guter Meynung, und nach Anleitung des Authoris, geſchehen: Weilen aber ſolche Schrifft in die Archive komme, und dem Fürſtlichen Stifft zum Nachtheil, und Verringerung, gedeyen mœge; Als kœnten ſie zu berichten nicht unterlaſſen, daß die Fürſtliche Probſtey Ellwangen, die Seſſion und Stimme, von etlich Hundert Jahren hergebracht, und zwar kundbar und ruhig: Man wüßte zwar keinen eigentlichen Anfang, als was, durch beſtändige Tradition, dafür gehalten wird, daß, bey Kayſer Henrici II. Zeiten, deme zu Ehren, an.* 1008, *ein* Monumentum *aufgerichtet und gebauet, im Jahr Chriſti* 1011, *ſolch Stifft in Fürſtlichen Stand geſetzet, wie dann unterſchiedene Diplomata, von Ludovico IV, Item, Carolo IV, unter welchem Kayſer, der Probſt zu dero und des Reichs-Fürſten gemacht. Ellwangen hatte von Ludovico IV, an.* 1323, *Ihre Privilegia; und an.* 1332, *die Reichs-Regalia:* 1347, *Fürſten-Stand, von Carolo IV; Item,* 1428, *von* Sigismundo, Regalia; 1454, *von* Sigismundo (lege: Friderico III) *die* Exemption *von Frembden Gerichten,* 1470, *den Bluthann, empfangen, ſo, von allen nachfolgenden Rœmiſchen Kayſern, biß jetzo,* confirmiret *und beſtättiget. Da aber in der Hohen-Zolleriſchen Schrifft, Anregung geſchicht, daß, unangeſehen des Fürſtlichen Tituls, gleichwohl die Probſtey erſt in anno* 1555, *die* Seſſionem *und Stimm erhalten, wie aus der* Subſcription *zu ſehen, welches man,* à parte *der Fürſtlichen Probſtey, abermahlen wiederſprechen muß; Dann, in anno* 1500, *findet ſich ſchon, daß die Prœbſte von* Ellwangen *abgeſandt, und allen weltlichen Fürſten vorgeſetzt; Ingleichen* 1532, 1541, 1542, 1544, 1545, 1548, 1552, *gleich an* Wormbs; *Und obwohln, an.* 1521, D. Winckelhofer, *ſo unterſchiedlichen Ständen bedienet, die Probſtey unter die gemeine* Prælaten *ſetzen laſſen, ſo ſeye doch ſolches aus überſehen geſchehen, und in denen* Subſcriptio-

ptionibus *ſonderlich in denen altern Reichs-Abſchieden, oftmahls begegnet, wie dann auch Fulda, ſo ſonſten wegen des Reichs, und der Rœmiſchen Kayſer (Kayſerin) tragenden* Cancellariat, *die* Præcedentz *vor vielen andern Stifftern*, prætendiret, *an.* 1524, *auch wiederfahren. Bitten derohalben dieſe* Information, *zu keinen Verdruß, aufzunehmen, ſondern dem* Protocoll, *zur Nachricht, zu* inſinuiren, *wie ſie dann ſolche dem* Directorio *ſchrifftlich übergeben wollen &c.* Quæ omnia Legatus Ellwangenſis, Johannes Jacobus Speidelius, an. 1654, repetit, teſte ejus Memoriali, 27 April. in Comitiis, ad Dictaturam promoto, apud *Lundorpium*, Tom. VII, lib. VI, §. 586, p. 693, & 694. Hinc ſua *Limnæus*, Tom. IV Addit. ad lib. IV, cap. VII, §. 10, p. 495. &c. De litibus, circa prioritatem, inter Abbatem *Murbacenſem*, atque Præpoſitum noſtrum, an. 1641, exortis, legas Protocollum Comitiorum Ratisbonenſium dicti Anni, apud *Lundorpium* l. c. Tom. 5, lib. I, cap. 44, §. 175; Seſſ. 153, 28 Sept. St. V. p. 727; ut & *Johannis de Giſſeri*, Legati *Murbacenſis*, Memoriale, an. 1654, 9 April. in Comitiis dictatum, ibid. Tom. VII, lib. VI, §. 586, p. 627; ad quod *Speidelius*, nomine *Ellwangenſis*, an. eod. reſpondit; Vid. l. c. pag. 693 &c. Conf. præced. §. 16, lit. d, p. 1282. Ubi ſimul monitum *Ellwangenſem* hodiè, immediatè poſt *Campidunenſem*, votum proferre. Scutum Reverendiſſimi Prælati eſt *Mitra Abbatialis aurea, in ſolo argenteo.* Sedes, *Schœnbergæ.* Miniſtros hæreditarios habet, *Pincernas*: Barones *de Rechberg*; *Marcſchallos, Adelmannos ad Adelmansfelden*; *Camerarios*, Barones de *Freyberg*; & *Dapiferos*, Nobiles *Blarer da Wartenſee.* Canonici numerum duodenarium implent. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 2, 3 & 5, p. 111. *Europ. Herold.* Tom. 1 p 1 &385. Dn. *Bilderbeck, Reichsſtaat*, Tom. 2, part. 5, cap. 28, p. 71 & 72; Dn. *Zſchackwitz, Einleitung zum Teutſchen* Jure Publico, lib. 3, cap. 5, Qu. 11 & ſeqq. p. 543 & 544.

(*b*) BERCHTOLSGADENSIS. De *fundatione Cœnobii* hujus, Canonicorum Regularium *S. Auguſtini*, extat Libellus Vetuſtiſſimus, apud *Gewoldum*, Addit: ad *Hundii Metropolim Saluburgenſem*, Tom. 2, p. m. 154 &c. cujus annexorumque, à *Gewoldo*, multorum Diplomatum, fide, probari poteſt, *Beringarium*, ſeu *Beringerum* & *Chunonem*, ſeu *Conradum*, fratres Comites de *Sultzbach*, una cum ipſorum Matre, *Irmengarda*, an. 1108, in *SS. Johannis Baptiſtæ* & *Petri* honorem, in *Saltzburgenſi* agro illud condidiſſe, atque *Berchtesgademe, Nidernhaim*, aliiſque Bonis, largiter dotaſſe. Conf. *Aventinus*, lib. VII *Annal. Boicor.* cap. 2, §. 4, p. m. 623; *Hundius* l. c. pag. 152 & 155; *Bucelinus*, Part. 2 *German. Sacr.* voc. *Berchtolsgaden*, p. 11. Seriem *Præpoſitorum*, ab *Eberhino*, ſeu *Eberwino*, ex Monaſterio *Rattenpurch*, cum ſeptem Fratribus, *Berchtolsgadam* translato, atque an. 1142, ultima fata trahente, uſque ad *Ferdinandum*. D. Bavar, C. P. Rheni, an. 1594, *Jacobo Pirrichio* ſurrogatum, ſiſtit *Gewoldus* l. c. pag. 193 ad 196. In Documentis publicis, datur Antiſtiti huic *Præpoſiti* titulus; ſic *Calixtus* 2, Confirmationem Privilegiorum Cœnobii hujus, de an. 1122, orditur: *Dilectis Filiis, Eberquino, Præpoſito, & ejus Fratribus, in Eccleſia Sanctorum Joannis, & Martini, quæ in Saltzburgenſi Pago, in loco videlicet, quo Berechgeresgaden dicitur, ſita eſt, Regularem vitam profeſſis &c.* apud *Gewoldum* l. c. pag. 157; Pariter & *Innocentius* 2, in Dipl. an. 1141, l. c. pag. 158: *Dilectis Filiis, Eberwino, Eccleſiæ Berchdesgadmenſis Præpoſito, ejusque Fratribus &c.* & *Eugenius III*, Dipl. an. 1145, ibid. p. 160: *Dilectis Filiis, Hugeni, Eccleſiæ Berhthergadmenſis Præpoſito, ejusque Fratribus &c.* & *Hadrianus IV*, Dipl. an. 1157, l. c. pag. 161: *Dilectis Filiis, Henrico, Eccleſiæ Perthesgadmenſis Præpoſito, ejusque Fratribus &c.* & *Innocentius III*, Dipl. an. 1209, l. c. pag. 163: *Hugoni, Eccleſiæ Berhthergadmenſis Præpoſito, ejusque Fratribus*, & *Gregorius IX*, Dipl. an. 1228, l. c. pag. 167: *Henrico, Eccleſiæ Percherecadmenſis Præpoſito, ejusque Fratribus &c.* & *Innoc. IV*, Dipl. anno Pontificatus XII, l. c. pag. 169: *Dilectis Filiis, Præpoſito & Conventui Eccleſiæ Perthesgadmenſis &c.* & *Alexander IV*, Dipl. an. Pontificatus primo, l. c. pag. 170: *Dilecto Filio, Præpoſito Eccleſiæ S. Petri de Berthesgaden &c.* & *Gregorius X*, Dipl. anno Pontificatus III, l. c. pag. 170; *Præpoſito & Conventui Monaſterii & Berthesgaden &c.* Quæ, aliæque Chartæ plures, teſtantur ſimul, quam variè nomen Cœnobii efferatur; Diploma *Friderici I*, Imp. quo ſub dato *Wirtzburg*, an. 1156, Indict. IV, Cœnobium hoc, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, præſentibus & futuris, in tuitionem ſuam ſuſcepit, occurrit l. c. pag. 177. Confirmationes aliorum Principum in ſubſequentibus habentur. An. 1386, ſub dato *Charelſtein, des achten Tages nach S. Peters und S. Pauls, der heiligen Zwœlff Poten*, contulit Wenceslaus, Romanorum Rex, *dem Ehrwürdigen* Cunrath, *Probſt zu Perchtolsgaden, in dem Stiffte Saltzburg gelegen, ſeine Leben und* Regalia, *mit allen ihren Zugehœrungen, als die von Ihme, und dem Reich, zu Leben rühren, und Er, und ſeine Vorfahren, die redlichen hergebracht haben &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 185 & 186. *Fridericus III* Imp. ſimiliter confert an. 1454, 7 Sept. in *Bernhardum*, Præpoſitum Cœnobii Eccleſiæ *Berchtersgaden, Regalia Feuda, Dominium, Jura, Juriſdictiones & temporalitates*, l. c. pag. 188. An. 1577, in Diplomate, in favorem eorum-

dem Regalium Feudorum, dominii &c. 17. December. *Viennæ*, dato, compellat *Rudolphus* 2 Imp. Præpoſitum noſtrum *Principali* titulo, verb: *Hine eſt, quod Venerabilis Princeps, noſter devotus, dilectus Jacobus, Monaſterii Eccleſiæ Berchtersgadenſis, Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Saltzburgenſis Diœceſis, Præpoſitus, & Archidiaconus, Nobis humiliter ſupplicari curaverit &c.* Vid. l.c. pag. 189 &c. Receſſum Imperii *Auguſtanum*, de an. 1525, nomine *des Probſts von Berchtolsgaden*, ſubſcripſit *Hieronymus Baldung*. In R. J. *Spirenſi*, an. 1529, nomine *des Abts zu Berchtolsgaden*, comparet *Simon Reibeyſen*; *Auguſtanum* verò an. 1530. nomine *Wolfgangen, Probſten zu Berchtolsgaden: Gerwig, Abt zu Weingarten, und Niclaus Reibeyſen, der Rechten* Doctor; & pariter *Ratisbonenſem*, an. 1532 &c.

Deigma conſtat *duabus clavibus argenteis, decuſſatim poſitis, in campo miniato.* Vid. Dn. *ImHoff, Not. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 26, §. 5, p. 112. & Dn. *Spenerus*, part. ſpec. *Oper. Herald.* lib. 3, cap. 8, §. 21, pag. 595. Noviſſimi hujus Præpoſituræ Præſules fuere: *Joſephus Clemens* dux Bav. & Archi-Ep. Colon. electus 1688. † 12. Nov. 1723. Hunc ſequebatur *Julius Heinrikus* de *Rehling* Lib. Bav. de *Radau*, electus d. 9. Jan. 1724. † 19. Jun. 1732; in cujus locum d. 18. Aug. 1732. ſuffectus eſt Reverendiſſ. Dn. CAJETANUS ANTONIUS L. Bar. de *Notthafft*.

Singulare eſt, quod teſte *Hundio*, l. c. pag. 153, (vigore Laudi, quo *Berchtoldus* Friſingenſis Epiſcopus, compromittentibus in Ipſum, *Alberto & Leopoldo* Auſtriacis, una cum *Piligrino*, Saltzburgenſi Archi-Epiſcopo ab una, atque *Stephano*, *Friderico* & *Johanne*, Bavariæ Ducibus, ab altera parte, ob electos, in ſchismate, Berchtolsgadenſes Præpoſitos *Sighardum Waller*, quem Auſtriaci & Salisburgenſis tuebantur, & *Ulricum Wulpen*, cujus cauſam Bavari perorabant; arma ſibi invicem inferentibus, an. 1384, remoto Electorum utroque, *Conradum Thocerum*, ex Canonico Salisburgenſi, Præpoſitum conſtituerat,) quilibet novus Præpoſitus Archi-Epiſcopo Salisburgenſi, Ducibusque Auſtriæ & Bavariæ, pro uniuscujusque jure, pro more veteri, fidelitatem præſtare teneatur; *einem Jeden, zu ſeinem Rechten, wie von alt Herkommen, geloben ſolle*, ſalvis interim privilegiis, quorum intuitu, in temporalibus, ſine medio, Imperatori, & in Spiritualibus, Romanæ Sedi, ſubſint. Add. Dn. *ImHoff* l. c. §. 6, pag. 112; *Europ. Herold* l. c. pag. 388; *Zweyburg*, *Theatr. Praced.* T. 2, Tit. 12. p. 141. In recognitionem inſuper Privilegiorum, à *Calixto* 2, P. R. an. 1122, conceſſorum, ſingulis annis, unum aureum Lateranenſi Palatio perſolvunt. Vid. Diploma apud *Gewoldum* l. c. p. 157.

Junge his duo Scamna PRÆLATORUM, *Suevici* ſcilicet, & *Rhenani*, quorum nomina, apud Dn. *ImHoff* l. c. lib. 3, cap. XXVIII, p. 115 &c. hoc ordine recenſentur:

Scamni Suevici.

1. *Salmanſweilenſis*; Ciſtertienſis Inſtituti, ad *Acronium* lacum, uno milliari ab *Uberlinga* Civitate. Fundatum Cœnobium, à *Gundramo*, Barone de *Adelsreuter*, circa an. 1134; à *Conrado III & Friderico I* Imp. locupletatum, atque à priori an. 1142, immediatè Imperio ſubjectum. Quare hoc *Fürſtenbergii* Comites, illud in Comitatu *Heiligenburgenſi* ſitum dicentes, propterea que ſuæ jurisdictionis eſſe prætendentes, hactenus obtinere potuerunt. In memoriam beneficiorum, à *Burckardo* Salisburgenſi, in Præſulem noſtrum translatorum, Symbolum Salisburgenſe Inſignibus hujus Cœnobii, adhuc hodie inſeri ſolet. Series *Abbatum*, a *Frowine*, an. 1137; è Monaſterio Lucellenſi evocato, & Abbate hic declarato, usque ad *Johannem Appenzellerum*, an. 1543, electum, copia eſt, apud *Bruſchium*, de *Monaſteriis Germaniæ*, Tit. *Salomonis Villa*, p. 382, ad 388. Primum, Receſſum Imperii *Ratisbonenſem* an. 1500 ſubſcripſit: deinde *Auguſtanum*, an. 1510; *Colonienſem* 1512 &c. Noviſſ. *Ratisbonenſem* an. 1654. vid. Celeb. Kœlerum ad *ImHoff* p. 217.

2. *Weingartenſis*; *Ord. Benedict.* in Suevia, vix dimidio milliari à Civitate *Ravenſpurgenſi*, à *Pipino*, R. Franc. in gratiam *Altonis*, Ambronum & Vindelicorum Apoſtoli, fundatum Cœnobium, atque à *Guelphone*, Carinthiæ Duce, reſtauratum. Mentio ejus fit in ſubſcriptione Receſſuum Imperii *Ratisbon.* an. 1500; *Auguſt.* 1510; *Colon.* 1512; Ordin. Regim. Wormat. 152 &c. Ratisb. 1654. Catalogum Abbatum, ab *Altone*, circa an. 755 defuncto, usque ad *Dominicum Layman de Liebenaw*, an. 1637 electum, ſiſtit *Bucelinus* Part. 2 *German. Sacræ* voc. *Weingarten*, pag. 92 & 93. Conf. ejusdem Part. alter. voc. eadem p. 304, & Dn. KOELERUM ad *ImHoff Not. Imp.* p. 217.

3. *Ochſenhauſanus*; *Ord. Benedict.* duobus à *Memminga* pariter & *Biberaco*, ad fl. *Rodium*, milliaribus, diſtans Cœnobium, ab *Hatovino*, *Conrado* & *Adelberto*, Baronibus de *Wolfhartſchwendin*, vel fundatum, vel inſtauratum atque à *Martino V*, P. R. an. 1420, Abbatiæ axiomate inſignitum, cum hactenus Abbati S. Blaſii in Hercinia ſubeſſet. Vid. *Bucelinus* l. c. Part. 2. voc. *Ochſenhauſen*, pag. 66, ubi ſimul Abbatum nomenclatura, à *Nicolao Fabro*, Biberacenſi, ex loci Præpoſito, an. 1410, primo Abbate conſtituto, usque ad *Wunibaldum Waibell* adhuc an. 1655 ſuperſtitem; Eosdem, ad *Gerwicum Blaurerum* usque, an. 1547 poſtulatum, recenſet *Bruſchius* l. c. voc. *Ochſenhuſium*, p. 347 & 348. Nomen Abbatis occurrit in ſubſcri-

Digitized by Google

ſubſcriptione modò dictorum, aliorumque Receſſuum Imperii.

4. *Elchingenſis*; *Ord. Bened.* infra *Ulmam*, ad ſiniſtram deſcendentis Danubii ripam, in ſublimi monte, à *Conrado*, March. Miſniæ, ejusque Conjuge *Lucia*, aliis *Luitgarda*, *Conradi III* Imp. Sorore, an 1128, ex caſtro, latrociniis infami, conſtitutum Cœnobium. Conſpicitur in ſubſcriptione eorundem Imperii, Receſſuum. Conf. *Bucelinus* l. c. voc. *Elchingen*, p. 29. *Bruſchius* voc. *Elchingum*, p. 164 &c. ubi mancus Abbatum Catalogus.

5. *Irſingenſis*; *Urſinium*, vulgo *Irſne*, *Bened. Ord.* in nemore, infra *Kauffbairam*, haud procul ab amne Wertach, ab *Henrico* Marchione à *Rumsperg*, ejusque filiis, *Godefredo* & *Bertoldo*, nec non *Irmengarda* filia, an. 1182, fundatum Monaſterium. Meminit ejus R. J. *Auguſt.* 1510, *Wormat.* 1521, *Ordin. Regim. Wormat.* 1521. R. J. *Norimb.* 1542 &c. Noviſſ. *Ratisb.* 1654. Seriem Abbatum, à *Chunone*, ex *Ottenburano* Monaſterio an. 1185 poſtulato, usque ad *Sebaſtianum Stegerum*, an. 1549 Cœnobio prælatum, celebrat *Bruſchius* l. c. voc. *Urſinium*, p. 583, ad 592; Eosdem, cum Succeſſoribus ejus, usque ad *Maurum Keuſlin*, ann. 1627 electum, ſuppeditat *Bucelinus*, Part. altera *German. Sacræ*, voc. *Urſinium*, pag. 298 & 299. Dn. *Kœler*, ad *ImHoff* Not. Imp. Proc. p. 218.

6. *Urſpergenſis*; *Præmonſtrat. Ord.* Cœnobium, ad *Mindulum* fluviolum, media via inter *Auguſtam Vindelicorum*, & *Ulmam*, an. 1125, à *Wernero*, Com. de *Schwabeck* & *Balzhauſen*, ſub *Præpoſituræ* vocabulo, exſtructum. Habentur *Præpoſiti*, ab *Ulgiço*, ann. 1125 electo, & 1131 extincto, usque ad *Henricum V*, an. 1349 exuvias mortales deponentem, apud *Bruſchium* l. c. voc. *Urſpergum*, p. m. 599, ad 610, *Bucelinum*, l. c. voc. *Urſpergenſe*, pag. 300. Cœnobio poſtmodum in *Abbatiam* mutato, qui eum exceperunt, *Abbates*, ab *Henrico de Rayn*, an. 1374, naturæ debitum ſolvente, usque ad *Thomam Groſſium*, ſub quo, ruſticorum ſeditione, direptum fuit Cœnobium, miſereque vaſtatum, occurrunt ibidem. Nec obſtat dictis, quod *Conradus Urſpergenſis*, ad an. 1215, p. m. 244, de ſe ipſo dicat: *Abbas electus fui, & translatus in Urſperg*; quin potius clarè hinc pateat, eum alibi *Abbatem* electum, priusquam in *Urſperg* fuerit translatus; ceu benè monet *Bucelinus* l. c. Subſcripſiſſe legitur hic Antiſtes Receſſus Imperii *Ratisbonenſem*, an. 1541, *Spirenſ.* 1542, *Norimberg.* 1543 &c. Noviſſ. *Ratisb.* 1654.

7. *Roggenburgenſis*; Inſigne *Præmonſtratenſis Ordinis* in Suevia Cœnobium, duobus ab Ulma milliaribus, an. 1126, à *Bertholdo*, *Sifrido*, & *Conrado*, Fratribus, Comitibus de *Bibreck*, & *Dimutha*, Com. de *Hohenzollern*, prædicti *Bertholdi* conjuge, fundatum. Ab initio *Præpoſitura*, poſt annum Chriſti 1440, *Abbatiæ* titulum meruit, Vid. *Bruſchius* l. c. voc. *Roggenburgum*, pag. 377; & *Bucelinus* l. c. part. 2, voc. *Rockenburg*, pag. 76; & Part. altera, voc. *Rockenburgenſe*, pag. 264 & 265, ubi *Præpoſiti* à *Gerungo*, quem an. 1174 claruiſſe dicunt, usque ad *Johannem Deyring*, ultimum Præpoſitorum, ſimulque Primum *Abbatem*, an. 1474, reſignantem, nec non hujus Succeſſores, ad *Bonaventuram Schalck* usque, an. 1655 adhuc ſuperſtitem, ſiſtuntur. Antiſtitum horum mentio fit, in ſubſcriptione Receſſuum Imperii, *Spirenſis* an. 1526, *Ratisbonenſ.* 1527, *Spirenſ.* 1529; *Auguſtani* 1530 &c. Noviſſ. *Ratisb.* 1654.

8 *Rodenſis*; Cœnobium hoc, vulgo *Münchroth Ordin. Pramonſtrat.* in Suevia, altero à *Memminga* lapide, in *Haslachii* & *Rotæ* medio concurſu, ad honorem *S. Verenæ*, Legionis Martyrum Thebæorum Sociæ, conſecratum, & ab *Hemma*, *Henrici*, Bar. de *Wildenberg*, vidua, ann. 1126, fundatum, itidem *Præpoſitos* ab initio habuit, quorum primus, *Burchardus*, & ultimus, *Bertholdus* fuiſſe perhibentur, intermedios recenſente *Bucelino* l. c. Part. altera, voc. *Rothenſe*, pag. 265. Catalogum *Abbatum*, ab *Ottone*, Dapifero de *Waldburg*, ex Aula Comitis Palatini Rheni, an. 1140 electum Abbatem usque ad *Viſum Textorem*, an. 1549, ex Parocho *Oſterkirchenſi*, creatum Antiſtitem, ſuppeditat *Bruſchius* l. c. voc. *Rotum*, pag. 380 &c. Eundem, usque ad *Ludovicum Locherum*, an. 1655 adhuc florentem, offendis apud *Bucelinum* l. c. pag. 165 & 266. Quis autem credat, à dicto *Burchardo*, usque ad dictum *Bertholdum*, præſediſſe Cœnobio XXXI *Præpoſitos*, cum à fundatione, 1126, ad electionem primi Abbatis, non niſi 14 anni numerentur. Occurrit hic Præſul, in ſubſcriptione Receſſuum Imperii *Ratisb.* an. 1500; *Auguſtan.* 1510; *Colon.* 1512; *Ordin. Regim. Wormat.* an. 1521 &c. Noviſſ. *Ratisb.* 1654.

9. *Weiſſenavenſis*; *Augia Alba* Sueviæ, Eremitarum quondam Sedes, circa an. 990, in magnificum mutata Cœnobium, quod aliis *Augia Minor*, vulgo *Minderaw*, ad differentiam *Weiſſenaviæ* in Nortgoja; & *Augiæ Majoris*, ad Lacum Brigantinum, dictum, ſitum eſt, prope *Ravensburgum*, ad *Schuſſum* amnem; annoque 1145, collapſum, à *Gebyzone*, de *Weiſenburg* & *Hachburg*, ejusque ſorore, *Luitgarda*, *Henrici* ab *Aſenhauſen* Conjuge, in *Præpoſituram Ordinis Pramonſtrat.* converſum. Enarrantur *Præpoſiti*, ab *Hermanno*, an. 1145 electo, usque ad *Hermannum*, an. 1257 ſponte ſe abdicantem, apud *Bruſchium* l. c. voc. *Alba Augia*, pag. 16 & 17, & *Bucelinus*, l. c. Part. altera, voc. *Alba Augia Suevorum*, p. 135; A cujus obitu, *Abbates* præeſſe cœperunt, quorum enumeratio, ab *Henrico* ex *Præpoſito*, an. 1257 facto Abbate, usque ad *Andream Rietman*, an. 1549, Cathedram conſcendentem, evolvenda, apud *Bruſchium* l. c. pag. 17 & 18; &

& *Bucelinum* l. c. qui continuatam ſeriem complectitur, usque ad *Bartholomæum Eberlin*, an. 1654, Cœnobio præfectum; In Receſſu Imperii *Ratisb.* an. 1500, legitur *Nideraw*; & in *Auguſt.* ann. 1510, *Mindenaw*; Conf. *Colon.* an. 1512; *Ordin. Regim. Wormat.* an. 1521; R. J. *Wormat.* an. eod. *Norimb.* 1524 &c. Noviſſ. *Ratisb.* 1654.

(10) *Soretanus*, ſeu *Schuſſenriedenſis*; Cœnobium, à præter labente amne *Schuſſio*, qui prope *Ereskirchen*, in lacum Acronium ſe exonerat, nomen habens, ſub an. 1188, ex aree, in Præpoſituram *Ordin. Præmonſtrat.* à *Berengario* & *Conrado*, Comitibus de *Schuſſenried*, converſum eſt. Vid. *Bruſchius*, l. c. voc. *Soreshum*, p. 538 &c. & *Bucelinus* l. c. part. 2 *German. Sacræ*, voc. *Schuſſenriedt*, p. 80; & Part. altera voc. *Sorethum*, p. 274 & 275, ubi *Præpoſitorum* ſeries, à *Friderico*, usque ad *Conradum Rauberum*, qui in Concilio Baſilienſi *Abbatis* titulo, & Pontificialia conſecutus ornamenta, an. 1475, diem obiit ſupremum; ejusque Succeſſores, ad *Auguſtinum* Artz usque, an. 1656, Monaſterio præfectum, *Bruſchius* l. c. pag. 538 ad 540, eosdem recenſendo, in *Jacobo Rengero*, an. 1545. *Gallo Molitorio* ſurrogato, ſubſiſtit. Mentio hujus Præſulis fit in modò dictis Imperii Receſſibus.

11. *Marchtalenſis*; Cœnobium hoc, *Præmonſtrat. Ordinis*, ad dexteram Danubii, è Suevia deſcendentis, inter *Riedlingum* & *Ehingum*, Auſtriaca Oppida, in firmiſſima ſitum rupe, & magnificis conſpicuum ædificiis, ex Canonicorum Collegio, in Monaſterium converſum, & quaſi de novo fundatum, atque dotatum eſt, in honorem *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, an. 1171, ab *Hugone III*, Comite Palatino Sueviæ, Ejusque Conjuge, *Eliſabetha*, *Rudolphi*, Brigantini Comitis, filia. Ab initio Rectores Cœnobii, *Præpoſiti* dicti ſunt, ab *Eberhardo*, an. 1178, ad plures abeunte, usque ab *Henricum Meerſtetterum*, Qui in Conſtantienſi Concilio, an. 1418 *Abbatis* dignitate exornatus an. 1434, mortalitatem exuiſſe legitur; Vid. *Bruſchius* l. c. voc. *Martalenſe Cœnobium*, p. 295, ad 298, ubi *Præpoſitorum* ſeries, ſimulque *Henrici* hujus Succeſſores, usque ad *Johannem Gudinum*, an. 1528 electum. Eadem reperitur, apud *Bucelinum*, l. c. Part. altera, voc. *Marchtalenſe*, p. 214 & 215; quem etiam l. c. part. 2, *Marchtaal*, pag. 56, conſulas. Subſcripſiſſe hos Præſules, eosdem, & ſubſequentes Imperii Receſſus, in aprico eſt.

12. *Petershuſenſis*; Cœnobium hoc; *Ordinis Benedict.* loco elegantiſſimo, ad *Rheni*, ex *Acronio* lacu emergentis, alveum, in Suburbio *Conſtantiæ*, an. 983, à *Gebehardo*, Conſtantienſi Præſule, Comiteque Brigantino, fundatum & dotatum fertur; Vid. *Chronicon Conſtantienſe Piſtorii*, cap. X & XI, p. 652; *Bruſchius* l. c. voc. *Petri Domus*, pag. 356 &c. ubi ſimul *Abbatum* Catalogus, à *Beringero*, an. 992, ab ipſo ſundatore conſtituto, usque ad *Gebhardum Dornſpergerum*, Stockachianum, an. 1526 Cœnobio præfectum. Eundem, in *Guilielmum Rothbach* usque, an. 1639, renunciantis *Benedicti Pfeifferi* locum obtinentem, extenſum, conſervat *Bucelinus* l. c. Part. altera, voc. *Petruſienſe*, pag. 258. Mentio horum Præſulum fit in R. J. *Spirenſi*, an. 1529; *Ratisb.* 1532; *Norimberg.* 1542 &c: Noviſs. *Ratisb.* 1654.

13. *Wettenhauſenſis*; Monaſterium *Wettenhuſium*, Burgovienſis Marchionatus in Suevia, ad *Camlachium* amnem, media via inter *Ulmam* & *Auguſtam*, Ordinis Canonicorum Regularium *S. Auguſtini*, an. 982. à *Conrado* & *Wernero*, Fratribus, Comitibus *Rockenſteiniis*, eorumque Matre, *Gertrude*, fundatum eſt. Vid. *Bruſchius*, l. c. voc. *Wettenhuſium*, p. 645; Seriem Abbatum ab *Auguſtino*, an. 981 electo. & an. 1015, animam efflante usque ad *Dionyſium* à *Rehlingen*, an. 1658, Præſulem renunciatum, collegit *Bucelinus* l. c. voc. *Wettenhauſanum*, p. 323; Mentio Præſulum horum fit in ſubſcriptione Receſſ. Imp. *Auguſt.* 1582; *Ratisb.* 1594, & 1598; & 1603 & 1613 &c. & Nov. *Ratisb.* 1654.

14. *Gengenbacenſis*; *Gengenbach*, *celebre*, *Benedictini Ordinis*, *in Alſatia Cœnobium*, *ab Alſatia Ducibus primum conditum*, *Luitfrido dein*, *ſero eorundem tempore*, *Habſpurgi Comite*, *liberaliter dotatum eſt*, *ſub anno Chriſti* 855, *ſitum in Diœceſi Argentinenſi &c.* Ita *Bucelinus* l. c. part. 2, voc. *Gengenbacum*, p. 38. Nomine *Gregorien*, *Abten des Gottes-Hauſes Gengenbach*, ſubſcripſit Receſſum Imperii *Ratisbonenſem*, an. 1613; Georgius Haen, *der Rechten D. Furſtl. Bambergiſcher Cantzler*; & *Ratisb.* an. 1641, nomine *Columbani*, Abbatis *Gengenbacenſis*, *Johannes de Leuchſering*, D. & *Ratisb.* an. 1654, nomine *Placidi*, Abbatia Gengenbacenſis, *Dominicus Weingartenſis*.

15. *Ottenburanus*; *Utenburga*, ſeu *Ottenbura*, in *Guntiana* Valle, ad *Guntium* amnem, uno milliari à *Memminga* diſſitum, Caſtrum quondam *Ilergoviæ* Comitum; poſtea præpotens, *Benedictini* Ordinis, in honorem Dei O. M. & D. *Petri*, atque *Alexandri* Martyris, à *Sylacho*, Francorum Duce, Alemanniæ Præfecto, ac *Ilergoviæ* Comite, ejusque Conjuge, *Ermuwinda*, alibi *Ermentrude*, an. 764, fundatum Cœnobium, conſtituto Primo Abbate, *Tottone*, *Sylachi* Fundatoris, filio; Vid. *Bruſchius* l. c. voc. *Utenburga*, p. 618, &c. ubi ſimul *Carolinum* Fundationis Diploma, (ſeu potius Confirmationis, & Gratiæ, ſub dato *Moguntiæ*, an. 769, cujus formulam *Magerus* quoque de *Advocatia Armata*, cap. V, §. 401, pag. 152; & Dn. *Tentzelius in Vindiciis Conringianis*, *pro Cenſura Diplomatis Lindavicenſis*, Append. 3, §. 2, p. 73 &c. producunt,

cunt, quorum poſterior tamen pag. 75 & 76, ſex argumentis firmis, falſitatem ejus detegit, & ab otioſo Monacho effictum eſſe probat;) & Abbatum ſeries, à S. *Tottone*, an. 817, 13 Cal. Decembr. ætat. 80, & Regiminis 53 animam exhalante, usque ad *Caſparum Kindelmannum* an. 1547, Cœnobio præfectum; & *Bucelinus*, l. c. part. 2, voc. *Uttenbura*, pag. 91; & l. c. part. altera, voc. *Ottenburanum*, pag. 247 &c. corundem Abbatum Catalogum à dicto *Tottone*, usque ad *Petrum*, an. 1655 electum, exhibens: Inter quos, *Bertholdus* (qui an. 1248 reſignavit) *Regalia*, *Ulmæ*, *ab Henrico*, *Friderici 2 filio*, *accepit*, *& Mitram à Gregorio IX*, *impetravit &c.* Ita *Bucelinus* l. c. pag. 248; interjectis paucis, pag. 249, pergens: *Eggo*, (35 Abbas) *Com. de Schwabegg, à Ruperto Imperatore, Regalia accepit. Interfuit Concilio Conſtantienſi.* Et, paulo poſt: *Joannes Schedler*; (36 Abbas) *Huic Sigismundus Imperator Regalia contulit &c.* Mentio fit quorundam horum Archimandritarum in Vita S. *Udalrici*, *Auguſtani* Epiſcopi, cap. 25 & 26, apud *Surium*, 4 Julii, p. 89 & 91. Præſulem hunc inter Status Circuli Suevici locum non habere, licet Imperii Statibus annumerari ſoleat, docet Dn. *ImHoff* l. c. §. 25, p. m. 119. Nomine *Mauri*, *Abten zu Ottenbern*, ſubſcripſit Rec. Imp. Ratisb. an. 1641, *Joh. Jacob Ganſer, D.*

16. Zwifaltenſis; Zwifaltum, ſive Zwifaltaha, Lat. ad duplices aquas, à duobus rivis Aych cognominatis, & in ipſo Monaſterio concurrentibus, ſic dictum, magnificum ac opulentum Benedictini Inſtituti Monachorum Cœnobium, Conſtantienſis Diœceſeos, non procul à Danubio, inter Haingum & Riedlingum Oppida, *tribus millıaribus ſupra Ulmam, in Alpibus Suevia ſitum: fundatum, ac ampliſſime dotatum eſt, anno Chrſti* 1088, *in honorem B. Virginis Mariæ, pro duodecim Monachis, ex Hirſaugia adductis, ab Illuſtribus Comitibus de Achalm, Luitboldo & Chunone, duobus Germanis Fratribus; Pontificatum, Urbano 2, Imperium vero Henrico IV, tenentibus &c.* Hæc *Bruſchius* l. c. voc. *Zuifaltum*, pag. 660. Catalogus Abbatum, à *Notgero*, an. 1088 conſtituto, usque ad *Nicolaum Buchnerum*, an. 1537 electum, atque 1549 valedicentem, extat ibid. pag. 663, ad 667; Eundem ſuppeditat *Bucelinus* l. c. Part. altera, voc. *Zwifaltenſe*, p. 327 & 328, in *Chriſtophorum Raslerum* usque, an. 1655 adhuc florentem, extenſum. De hoc Antiſtite, idem notat Dn. *ImHoff* l. c. §. 26, pag. 119, quod de *Ottenburano*. Nomine *Ulrici*, Abbatis *zu Zweyfalten*, ſubſcripſit Rec. Imp. Ratisbonenſes, an. 1641 & 1654, *Dominicus* Weingartenſis.

Scamni Rhenani.

1. Kaiſerheimenſis; Cæſarea, German. *Kaiſersheim*, *corrupto autem Vocabulo*, *Keysheim*, *opulentum*, *magnificum*, *ac longe pulcherrimum*, *Ciſtertienſium Ordinis*, *ac Inſtituti*, *Cœnobium*, *in ſylvis Sueviæ*, *olim Haidwang dictis*, *circa Donowerdam*, *Urbem Imperialem*, *non procul ab eo loco ſitum*, *ubi Lycus & Danubius confluunt*, *& hodiè adhuc*, *in eo maximorum amnium concurſu*, *vetus eſt ac penitus everſum Caſtrum veterum Comitum de Lechsmund*, *ab ipſo Lyci in Danubium egreſſu*, *Lycoſtoma*, *ſeu Os Lyci*, *cognominatum*, *Auguſtana diœceſeos*, *ſub Viſitatione Abbatis Lucellenſis: fundatum eſt*, *anno Chriſti* 1133, *ab Henrico, Comite de Lechsmund*, *& Ejus Conjuge*, *Domina Loicarde*, *quæ illic ſepulta eſt*, *&*, *una cum Marito*, *in unum tumulum collocata*, *an.* 1142. *Tumulo inſcripti ſunt ſequentes Verſiculi:*

Hoc latet in tumulo alma Relligionis amator,
Cui de Legesmund Stirps Generoſa fuit.
Illuſtris Comes Henricus, *fundator & author:*
Ipſe Monaſterii Cæſarienſis erat.
. . . .
Anno Milleno, centeno, quadraque geno
Ac bino, ab vitam mors tibi dira rapit &c.

Sunt verba *Caſpari Bruſchii*, cit. *Chronologia Monaſteriorum Germaniæ*, voc. *Cæſarea*, pag. 80 & 81. Abbatum catalogus, ab *Udalrico*, an. 1134, ex Lucellenſi Cœnobio, in Abbatem aſſumpto, & an. 1155 mortuo, usque ad *Johannem Zaucherum*, an. 1540 Sedi impoſitum, occurrit ibid. pag. 85 ad 88; Eundem offendis, apud *Bucelinum*, *Parte altera Germaniæ Sacra*, voc. *Cæſarea*, p. 158 & 159. Sententiam in Comitiis Imperii Præſules hos dixiſſe, teſtatur ſubſcriptio *Ordin. Regim. Wormatienſ.* an. 1521, ut & Receſſuum *Wormat.* an. eod. *Norimberg.* an. 1524; *Ratubon.* an. 1527; *Spirenſ.* an. 1529 &c. &c.

2. Ocdenheimenſis; Benedictini Ordinis Illuſtre olim Monaſterium, *fundatum anno Chriſti* 1121, *à Brunone*, *Comite de Lauffen*, *Archi-Epiſcopo Trevenſi*, *in Comitatu Brettheim*, *Pago Odenheim* - - - - - *Anno Chriſti* 1525 *periit*, *bello ruſtico exſpoliatum prorſus atque everſum. Inde poſtea*, *de conſenſu Epiſcopi Spirenſis*, (quem Protectorem agnoſcit, ab eoque, cum onere, extrahitur) *in Bruchſal translatum*, *& in Collegium Canonicorum verſum*, *Decanum hodie ſuum*, *& certum Canonicorum numerum habet &c.*

bet &c. Ita *Bucelinus* l. c. voc. *Odenheimenſe*, pag. 245; Conf. Dn. *ImHoff Notit. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 28, §. 18, p. 118. Mentio ejus fit in ſubſcriptione R. J. *Auſtan.*, an. 1559; & 1582; *Ratub.* 1594, & 1598; & 1603; Noviſſ. 1654.

(3) *Werdinenſis*; *Werda*, Benedictini Ordinis Monaſterium, ab *Hildegrino*, primo Halberſtadienſium Epiſcopo, ad *Ruram* amnem, in Weſtphaliæ Comitatu *Marcano*, ædificatum, & liberaliter dotatum circa an. 790. Vid. *Bucelinus* l. c. parte 2, voc *Werda*, p. 95; Abbates, à S. *Ludgero*, primo Monaſterienſi Epiſcopo, ſimulque *Werdenſium* Abbate, de quo, *Bucelino* teſte, l. c. *parte Secunda*, voc. *Werthinenſe*, pag. 306, lapideum ſuper eſt Monumentum ſequens:

Circa Annum Domini 777, S. Liudgerus, Friſonum, Saxionum, & Weſtphalorum, Apoſtolus, primus Epiſcopus Monaſterienſis, Patrocinio D. Karoli Magni Imperatoris, hanc Imperialem, hoc in loco, Deo ei revelante, dicto Werthina, in denſa olim ſylva, Weneswaldt, apud Ruram fluvium, fundavit Abbatiam, quam, multis impetratis privilegiis, Poſteritas pia ſtabilivit.

Usque ad *Henricum Ducker*, an. 1546, 24 Junii defuncto *Hugoni de Affindia*, ſurrogatum, occurrunt ibid. p. 306; ad 322. Conf. coævus Auctor Vitæ *S. Ludgeri*, cap. XXIX, & XXX, apud *Surium*, 26 Mart. p. m. 259, commemorans ſimul, exſtruendi Monaſterii tempore, precibus *S. Ludgeri*, inopinatam ſurrexiſſe tempeſtatem, qua, conſpirantibus ventis, annoſa circumquaque arbuſta ceciderint, eruitaque fundiius, non ſolum fundando Cœnobio locum ſatis amplum, ſed & ſufficientem lignorum, quibus opus erat, copiam dederint. Meminit hujus Cœnobii, *Erdwinus Erdmannus, in Chronico Epiſcoporum Oſnabrugenſium*, apud *Meibomium*, Tom. 2, *Rer. German.* pag. 198; nec non *Hermannus Stangevolius*, Præfat. lib. 3 *Annal. Weſtphal.* & *Meibomius*, Not. ad *Leboldi Northovii*, *Origines Marcanas* l. c. Tom I, pag. 411. Circa Annum 802, ab eodem *Lutgero*, ejusque fratre, *Hildegrimo* laudato, fundatum legitur Cœnobium *Helmſtadii*, inde *S. Ludgeri* nuncupatum, cui *Carolus Magnus*, an. 802, Villam *Karlſtorff* & agrum ejusdem, cum omni jure & integritate, in perpetuum jus, tradiderit, Diplomate teſte, apud *Bucelinum* l. c. pag. 307 & 308; ea lege, ut *Werdenſis* Abbas utrique præeſſet, urbique *Helmſtadienſi* dominaretur, niſi quod, ex Illuſtri Familia ſemper *Advocatum* haberent, *Eccleſia Ludgeriana Advotum* dictum, quæ dignitas, *Ducibus Saxoniæ* primum, deinde *Comitibus Saxoniæ Palatinis Summerſeburgicæ ſtirpis*, inhærens, Gente hac extincta, *Henrico Leoni*, ejusque Poſteris, *Ducibus Brunſvicenſibus & Luneburgicis* obvenit, à quibus, nominatim, Duce *Magno*, an. 1344, *Senatui Helmſtadienſi* pignori oppoſita, penes Quem vel adhuc hodiè manet; Urbem vero ipſam, una cum Abbatis Aula, & clientelis reliquis, ad Monaſterium *Ludgerianum* antiquitus ſpectantibus, *Antonius*, cogn. *Grymboldt*, 53 Abbas, ſubditorum ſibi Civium inobedientiæ, turbarumque frequentium, impatiens, ſolenni contractu, an. 1490 in *Wilhelmum*, Ducem Brunſ. & Luneb transtulit. Titulum tamen Præſules adhuc hodiè ſibi uſurpare, ſubſcriptio Receſſus Imperii Noviſſimi *Ratisbonenſis*, an. 1654, documento eſt, ubi, nomine *Heinrichen, Abbten zu Werden und Helmſtatt*, comparuere; *Melchior Borck, Prior, & Johan Caſpar Piſpinus*, Lic. Conſ. Dn. *ImHoff*, *Not. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 28, §. 19, p. m. 118; inprimis Dn. *Meibomii* Oratio, de *Origine Helmſtadii*; Tom. 3 *Rer. Germ.* p. 226, ad 234; Dn. *Johannes Erneſtus Leidenfroſt*, Regio-Lotharienſis. Diſſ. de *Baculo Paſtorali*, Præſide Dn. *Johanne Andrea Schmidio*, Helmſtadii, an. 1697 habita §. XVII. Jurisdictionem Fori, monetamque publicam, conceſſit *Otto* 2, Imp. an. 974, *Folcmaro* Abbati; Diploma exhibente *Bucelino* l. c. pag. 311. *Adamus de Eſchweiler*, *Adminiſtrator Werthinenſis* 51, impetravit an. 1475, à *Friderico III.* Imp. *Privilegia & Regalia*, & præcedentium confirmationem. Vid. *Bucelinus* l. c. pag. 321. Subſcripſerunt his Antiſtites Receſſus Imperii, *Auguſtanum*, an. 1525; *Ratisbon.* 1527; *Spirenſ.* 1529; *Auguſt.* 1530; *Ratisbon.* an. 1532 & 1541 &c. &c.

(4) *SS. Udalrici & Afræ, Auguſtæ Vindelicorum.* Memor hujus Cœnobii *Caſpar Bruſchius*, de *Monaſteriis Germaniæ*, voc. *S. Udalrici*, pag. 493, ait: *Magnificentiſſimum Benedictinæ profeſſionis Monachorum Cœnobium, intra Auguſtanæ Urbis mœnia, verſus Meridiem, ſublimi & auguſto loco ſitum, ex D. Afræ vetuſtiſſimo Templo, in Monaſterium converſum eſt, ab ipſo S. Ulrico, Auguſtano Epiſcopo, poſt cæſos ibi, ab Imperatore, Ottone Magno, Hunnos, anno Domini 965. Inſtituit vero S. Ulricus ibi Canonicos primum Regulares; poſtea vero, à Brunone Epiſcopo, Imperatoris Henrici 2 Germano fratre, Abbatia Benedictinorum Monachorum ejectis Canonicis facta, S. Ulrico, auguſtum ejus Templum dedicatum eſt, quod prius S. Afræ exiguum tantum fuerat ſacellum, idque factum legitur anno Chriſti 1012 &c.* Abbatum Catalogus, à *Regimboldo* ex Comitibus Dillingenſibus oriundo, annoque 1012, Cœnobio præfecto, usque ad *Jacobum Koplinium*, an. 1548 electum, extat ibid. pag. 494, ad 508. Eundem ſiſtit *Bucelinus*, part. 2 *German. Sacra*, voc. *S. Udalrici*, p. 89 & 90, ad *Bernhardum Hirtfelderum*, an. 1655 adhuc florentem, productum. Nomine hujus *Bernhardi*, ſubſcripſit Rec. Imp. *Ratisb.* an. 1654. *Hanß Jacob Handloß.*

(5) *Monaſterienſis, in Valle Gregoriana*; Fundatum fertur hoc Cœnobium, mœnibus Civitatis Impe-

Digitized by Google

Imperialis ejuſdem nominis, in Alſatia, comprehenſum, tempore *Gregorii Magni*, P. R. ſub regula *B. Benedicti*, in uſum Juventutis ingenuæ. Habet Abbas diviſum cum Senatu Urbico Imperium, tum in ipſa Civitate, tum in circumjecta Valle. Vid. *Bucelinus* l. c. voc. *Monaſterienſe*, pag. 61. & part. altera, voc. *Vallis S. Gregorii*, p. 196, ubi ſimul fundatorem nominat, *Hildericum*, Francorum Regem, catalogum Abbatum, in *Alphoſum* usque *Kleinhans*, an. 1653 electum, continuatum ſic inchoans: *Coldninus, primus hujus loci Abbas, cum antea Viri ſancti frug.lius cellulis pauperculis cohabitarent, inſigni exſtructo, per Hildericum* Regem, *Clodovei Filium, Nepotem Dagoberti Magni, Cœnobio præficitur, an.* 661 *&c.* Conf. Dn. *Im-Hoff* l. c. §. 21, p. 118. Receſſus Imperii ſubſcripſiſſe video hos Præſules, *Spirenſem* an. 1542, *Wormatienſem* an. 1545, *Auguſtanum* an. 1548 &c. &c. Noviſſ. *Ratisb.* 1654.

(6) S. Georgii, in Isnia, Civitate Imperiali Sueviæ; fundatum hoc *Benedictini* Ordinis Cœnobium, an. 1096, à *Mangoldo*, ſive *Manegoldo*, ejusque filiis, *Walthero* & *Wolfrado*, *Viringæ* Comitibus, atque à *Welpho VI*, *Henrici Nigri*, D. Bojorum, filio, liberaliter dotatum. Vid. *Bruſchius* l. c. voc. *Isnenſe Monaſterium*, p. m. 274 &c. ubi quoque Abbatum Catalogus, à dicto *Mangoldo*, an. 1096 conſtituto annoque 1100 à Diacono ſuo, occiſo, usque ad *Ulricum Mors*, vulgò *Todt*, an 1549 electum; Eundem exhibet *Bucelinus* l. c. parte altera voc: *Isnenſe*, p. 199 & 200; Nomine *Johannis*, Abbatis *zu Ysni*, ſubſcripſit R. J. *Ratisb.* an. 1641, *Fridericus* Roggenburgicus; & noviſſimum *Ratisb.* 1654 nomine *Dominici*, *Abten bey S. Georgen zu Yßni: Dominicus* Weingartenſis.

(7) *Monaſterii S. Cornelii ad Indam*; Uno milliari ab *Aquisgrano*, diſtans *Celeberrimum* hoc, *Imperiale & liberum, Benedictini Ordinis Cœnobium, fundatum eſt à Ludovico Pio Imp. & maximis redituum proventibus ab eodem ſplendidè dotatum eſt.* Ita *Bucelinus*, l. c. part. alter. voc. S. *Cornelii ad Indam*, p. 167; recenſens ſimul Abbates, à S. *Benedicto*, an. 832, Regiminis 10, defuncto, usque ad *Iſaacum à Landscron*, an. 1655; adhuc florentem. Signarunt hi Præſules Receſſus Imperii, *Spirenſes* an. 1526, & 1529; *Auguſtanum* an. 1530; *Spirenſem*, 1542; *Wormatienſem*, 1545; *Auguſtanum*, 1548 &c. &c. & Noviſſ. *Ratisb.* 1654.

(8) *S. Emmerani*; de quo Cœnobio, præced. §. 16, lit. i, jam aliquid dictum.

Præter hos, reperiuntur alii quoque Prælati, qui Receſſus Imperii ſubſcripſerunt v. g.

Der Land-Commenthur der Balley Elſaß und Burgund; Vid. *Ordin. Regim. Wormat.* an. 1521, R. J. *Wormat.* an. eod. *Norimb.* 1524; *Spir.* 1526; *Ratisb.* 1527; *Spir.* 1529; *Auguſt.* 1530 &c. &c. & Noviſſ. *Ratisb.* 1654.

Teutſch-Ordens Land-Commentur der Balley Coblentz; Vid. R. J. *Ratisb.* 1527, *Norimb.* 1542 & 1543; *Spir.* 1544 &c. &c. & Noviſſ. *Ratisb.* 1654.

Der Probſt und Capitul zu Seltz und Wald-Sachſen; Vid. R. J. *Auguſt.* 1525, 1530, 1551 & 1555; *Ratisb.* 1557; *Auguſt.* 1559 &c.

Der Abt zu Reichenaw; Vid. R. J. *Spir.* 1529; *Auguſt.* 1530; *Ratisb.* 1532; *Auguſt.* 1548 &c.

Matthias Abt des Gottes-Hauß zu Echternach; Vid. R. J. *Ratisb.* 1541; *Spir.* 1542.

Peter Abt zu Creutzlingen; Vid. R. J. *Norimb.* 1542, & 1543; *Wormat.* 1545.

Ambroſius, Abt des Gottes-Hauß Kœnigsbronn; Vid. R. J. *Auguſt.* an. 1551.

Ulrich, Abt zu Einſiedel; R. J. *Ratisb.* 1594.

Bertram, Abt und Herr zu Siegberg; R. J. *Ratisb.* 1641.

Agritius, Abt zu S. Maximin bey Trier; ibid.

Henricus, Abt zu S. Pantaleon. in Cœlln; ibid.

Das Frey Adeliche Ritter-Stifft zu Bruchſal, am Brube Rhein; Vid. R. J. *Ratisb.* 1654 &c. &c.

18. Sextò, Abbatiſſæ quædam: Quedlinburgenſis, (*a*) Gernrodenſis, (*b*) Buchavienſis; (*c*) Eſſenſis, (*d*) Hervordenſis (*e*) Andlavienſis &c. (*f*) *Spreng. lib. 2; Inſtit. Jur. Publ. c. 44*, longè plures (*g*) recenſet; & Gernrodenſem exemptam à Principibus Anhaltinis dicit. (*b*)

NOTÆ.

(*a*) QUEDLINBURGENSIS. *Famoſiſſimum ac potentiſſimum Virginum Ordinis D. Benedicti, in Saxonia, Monaſterium, quod ſub* A. C. 930, *Henricus I Imp. Auguſtus, cogn. Auceps,* (in honorem S. Servati,) *condidit, in eoque filiam ſuam, Mechtildem, Principem omni virtutum genere ſummè conſpicuam, Deo obtulit, quæ & prima fieri Abbatiſſa meruit &c.* Hæc Gabriel *Bucelinus*, part. 2 *German. Sacr.* voc. *Quedlinburg*, p. 72 & 73. De Hi-

ſtoria hujus Cœnobii optimè meritus eſt, Vir plurimum Reverendus Dn. *Fridericus Erneſtus Kettnerus* D. & Superintendens ibidem, cujus *Kirchen- und* Reformations-Hiſtorie, *des Kayſerl. Freyen Weltlichen Stiffts Quedlinburg*, an. 1710, Quedlinburgi prodiit; 40 continens res geſtas Abbatiſſarum, ab *Adelheida, Henrici Aucupis* Sorore, quam primam conſtituit; usque ad *Annam Dorotheam* Duc. Saxo-Vinarienſem, electam an. 1685, & an 1704 defunctam. Situm eſt hoc Cœnobium, ad *Bodam* fl. inter *Halberſtadium* & *Emerslebiam*. Fundatorem Ejus, laudatum *Henricum Aucupem*, celebrat *Innocentius II* P. R. in Bulla Confirmatoria, de an. 1139, apud Dn. *Kettnerum* l. c. §. VI Documentor. p. 9: *Quintilıburgenſe Monaſterium, ab egregia memoriæ Henrico Rege fundatum eſt, &, ſub cenſu annuo unius libræ argenti, B. Petro ſolvendo, eidem Apoſtolorum Principi, ab ipſo Fundatore oblatum &c.* Et *Innocentius III* P. R. in Bulla de an. 1206, §. VII documentorum, p. 11, & in mox nominandis *kurtzen Anmerckungen*, p. 62, lit. C: *Præfatum Quidelıngburg Monaſterium, quod B. Petri juris exiſtit, & ab Illuſtris memoriæ Heinrico Rege fundatum eſt, & ſub annuo cenſu unius libræ argenti Eccleſiæ Romanæ oblato - - - - noſtra protectione ſuſcipimus &c.* Add. Auctor *Vetuſti Chronici Serenſſ. Ducum Brunſuicenſium*, in *Maderi Antiquitatibus Brunſuicenſibus*, pag. 3, verbis, præced. Tit. V, in vita hujus Principis, v. 3, §. 8, pag. 485, adductis; nec non Auctor de *Fundationibus Monaſteriorum quorundam Germaniæ*, apud *Maderum*, *Chronico Montis Sereni*, annexus, p. m. 288: *Henricus I, Saxo Genere, Pater Ottonis Magni, qui cœpit an. Domini 919, ædificavit & fundavit Abbatiam de Quettenleburg, Regalem utique, & in omni Saxonia præcipuam &c.* Et Auctor *Hiſtor. Landgraviorum Thuringiæ*, cap. 9, apud *Piſtorium*, p. 912; *Theodoricus Engelhuſius*, in Chronico, in Vita *Henrici Aucupis*, apud *Maderum*, p. m. 174; *kurtze, doch in* Jure, facto & Hiſtoria, *gegründete Anmerckungen, auf zwey gedrückte* Scripta, *welche, Nahmens Ihrer Kœnigl. Majeſt. in Preuſſen, in der annoch ſtreitigen* Elections-*Sache, einer neuen Abbatiſſin des Kayſerl. Freyen Weltlichen Stifftes Quedlinburg, einem hœchſt preißlichen Reichs-Hoff-Rath* reſp. *den* 9, *und* 27 Sept. 1709, *übergeben worden;* de an. 1710, pag. 6, lit. A. Dn. *ImHoff Notit. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 29, §. 8, pag. 120; Dn. *Spener. Op. Herald.* part. ſpec. lib. 3, cap. 27, §. 35, p. 677; Dn. *Kettnerus*, l. c. cap. 1, §. 1, p. 7; alii. *Ditmarus Merſeburg*, contrà lib. I *Chron.* p. m. 12, vindicat munificentiam hanc *Mechtildi*, præfati Regis Conjugi: *Domina Mechtildis, Viro ſuimet vinculo momentaneæ mortis depreſſo, ſuccurrit, non ſolum pauperibus, verum etiam avibus*, (quæ anilis ſuperſtitio?) *victum ſubminiſtrans. Congregationem quoque Sanctimonialium, in die triceſima, in ſupra memorata Urbe* (Quedelinburg) *ſtatuit, & huic, quantum ad victus & ſuis veſtitus neceſſaria ſuppetebat, ex ſua proprietate, laudantibus hoc ſuimet Filiis, conceſſit & ſcriptis confirmavit &c.* Et rurſus, lib. 2, p. m. 16: *Venerabilis Regina, Mechtildis, conſtructo, ut prædixi, in Quedlinburg, Monaſterio, Congregationeque Sanctimonialium ibi collecta, fideli erga Dominum ſervitio promeruit &c.* Aſſeclas habet *Chronographum Saxonem*, ad an. 936: *Quo* (Henrico Rege) *defuncto, Machthild, Inclita Regina, Cœnobium in Monte Queidelingeburgenſi, ut Ipſe prius decreverat, conſtruere cœpit &c.* Et ad an. 973, p. 187, facta mentione *Ottonis I* Imp: *Poſthac, Quidelingeburch Abbatiam, quam Venerabilis Mater ſua, Machtildis, condidit, adiens &c.* *Erdwinum Erdmannum*, in *Chronico Epiſcoporum Oſnabrugenſium*, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.* p. 303; *Chronicon Magdeburgenſe* ibid. p. 276, in vita *Adelberti* Archi-Epiſcopi. Alii, de ſe Ipſo, hæc prodit *Otto Magnus*, in Dipl. ſub dato *Quidilingaburg*, an. 937, Ibid. Sept. Indict. X, apud *Maderum, Antiq. Brunſ.* p. 104, Conf. cit. *Quedlinburgiſche Anmerckungen* pag. 59, & Dn. *Kettnerum*, l. c. §. 2 *documentor.* p. 2: *Noverint omnes Fideles Noſtri, tam præſentes, quam etiam futuri, qualiter Nos, ob amorem Dei, omniumque Sanctorum, & pro remedio animæ Noſtræ ac Parentum, Succeſſorumque Noſtrorum, Congregationem Sanctimonialium in Quidalingaburg* (Quindilingeburg) *ſtatuere curavimus.* Quatenus *ibidem laus Omnipotentis Dei, Ejusque Electorum, ab ea, in perpetuum colatur, & Noſtri Noſtrorumque (omnium) memoria perpetuetur &c.* Conjicio ex his, *Henricum Aucupem* ejusmodi Congregationem Monialium inſtituere quidem cogitaſſe, aſt morte præreptum, opus perficere fuiſſe impeditum; abſolutum deinceps ab ipſius vidua, Dn. *Mechtilde*; & ab *Ottone I* ipſorum filio, conſummatum confirmatumque. Benefaciendo huic Cœnobio, *Otto* 2 Imp. in donationis Diplomate, ſub dato *Quidlingeburg*, 3 Id. Maji, an. 974, ait: *Pro Piiſſimi Genitoris Noſtri, Imp. Auguſti, cæterorumque antecedentium Parentum, remedio animorum, nec non intimo Sororis Noſtræ, Mathahildis, videlicet Venerabilis Abbatiſſæ, amoris inſtigante ardore, quædam Noſtræ Proprietatis Prædia, Curtem videlicet Deotfardi, in Pago Hartego, & in Comitatu Deommonis Comitis; Braculſtedi, in eodem Pago, in Comitatu autem Friderici Comitis; Smahon, in Pago Haslega, in Comitatu Sigefridi Comitis; Duderſtedi, in Comitatu Bernhardi Comitis ſitum, Noſtra Imperiali potentia, ad Monaſte-*

rium

Digitized by Google

rium Sanctimonialium in Quidilingaburgk, in honorem S. Servatii, Chriſti Confeſſoris, ſupra rupis arcem, Orientem verſus, eminentem, divino conſtructum ſervitio, cui ipſa, jam dicta ſoror Noſtra dilectiſſima, eò, quod primum, Parentum Noſtrorum ſtudioſo affectu, locus ipſe erigi incepiſſet, præſulari dignoſcitur, in perpetuum uſum proprietatis donavimus, firmiterque, Noſtro ex Jure, in ejusdem Jura Eccleſiæ transfudimus cum utriusque ſexus mancipiis, ædificiis, Terris, cultis & incultis, paſcuis, ſilvis aquis, aquarum decurſibus, piſcationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, & cum omnibus eorundem legalibus juſtisque appertinentiis &c. Vid. *Maderus* l. c. pag. 113; Dn. *Kettner* l. c. §. 4. Document. pag. 5. Primam Abbatiſſam conſtituunt *Mechtildem*, *Henrici Aucupis* filiam; ita cit. Auctor *Chronici de Ducibus Brunſuic.* apud *Maderum*, l. c. pag. 3, cujus verba præced. Tit. V, in vita *Henrici Aucupis*, v. 3, §. 8, pag. 485, recitavi. Verum, nullo extante documento, quo aſſertum hoc probetur, nec fides ei tuto adhibenda; ninimum, *Otto Magnus*, in præfato Diplomate an. 937, ejus non meminit; nec *Otto II*, in Donationis Diplomate an. 961, eidem Eccleſiæ factæ, apud Dn. *Kettnerum*, l. c. §. 3 Document. p. 2; dicens ſaltem: *tatuimus etiam, ut Abbatiſſa, quæ Monaſterium, in monte ſitum, regere videbitur, in Eccleſia, inferius in cor. e conſtituta, haud minus quam duodecim Clericos, pro Norarum remedio animarum, debitorumque, toto victu & eſtitu prævideat ævo &c.* Ex quibus concludendum potius, tunc nullam adhuc Abbatiſſam fuiſſe; poſteaque emum id muneris demandatum ipſius ſorori, *Mechilda*, quam in cit. diplomate an. 974, vel Ipſe, & apa *Johannes XIII*, in *Bulla confirmatoria, anno Ponficatus 2, & Ottonis, à Deo Coronati Magni Imperatoris, nno ſexto Monarchiam Romanam Imperii feliciter guernantis, Indict. X*, data, apud Dn. *Kettnerum*, l. c. VII, p. 7, & in cit. *Quedlinburgiſchen Anmerckungen*, ag. 61, lit. B. (Quamvis, per errorem ibi, annus di. i Pontificis XI, loco 2, quippe qui non niſi ſex anos ſederat; inſuperque, Annus ejus *ſecundus*, anno , Imperii Ottoniani, & Indictioni X, exactè reſpon:t, habeatur,) hoc nomine compellant. Conf. præd. Tit. V, in vita *Ottonis Magni*, v. 3, §. 7, pag. 494. incipali dignitate Abbatiſſam hanc fulgere, &, in omitiis Imperii, jure ſeſſionis atque ſuffragii gaude, Receſſum Imperii, *Spirenſ.* an. 1542, & 1544, *Auſt.* 1548, aliorumque, & ipſius noviſſimi *Ratisbonen.*, an. 1654, auctoritate nititur. In Receſſu quidem *irenſi* an. 1542, hoc ordine ſubſcriptæ recenſentur bbatiſſæ: *Von wegen der Aeptiſſin: Der Aeptiſſin zu ieder - und Ober - Münſter zu Regenſpurg:* Amandus *Wolff*, Lic. *Sybillen*, *Aeptiſſin zu Eſſen: Graff Hans von Montfort; Graf Friederich von Beuchlingen; Friederich Reyffſteck* D. *und Johann Helffmann*, Lic. *Der Aeptiſſen zu Rotenmünſter: Conrad Spretter; Der Aeptiſſin zu Gernrode: Melchior Krüger von Lauckau, Cantzler; Der Aeptiſſin zu Quedelnburg: Thomas von Collmar; Der Aeptiſſin zu Buchen: Friderich, Graff zu Fürſtenberg &c.* In reliquis vero omnibus, in quibus comparuit, *Quedlinburgenſi* primus locus tribuitur. Facit hanc in rem Legati *Quedlinburgenſis*, Dn. Z. *Prüſchenck von Lindenhofen*, Memoriale, an. 1654; 8 - 18 Maji, Ratisbonæ, Electori Moguntino, *die* Præcedentz *der Fürſtlichen Aeptiſſin zu Quedlinburg*, in ſubſcriptione Receſſuum Imperii, *betreffend*; exhibitum, apud *Lundorpium*, Tom. VII *Act. Publ.* lib. VI, §. 621, pag. 716, cum à Directorio Salisburgenſi, Abbatiſſis *Eſſenſi*, & *Buchavienſi*, poſtponeretur; ubi, in præſidium Quedlinburgenſis præcedentiæ, ad ſubſcriptiones Receſſuum, *Spir.* 1544, *Auguſt.* 1548, 1551, 1559, 1566; *Spir.* 1570; *Ratisb.* 1576; *Auguſt.* 1582, & *Ratisbonenſium* an. 1594, 1598, 1603, & 1613, provocatur; quibus & noviſſima *Ratisb.* an. 1654, addenda. Ab an. 1529, ſub *Anna*, Com. de *Stolberg*, Abbatiſſa, Religionis Proteſtantium introducta ſunt dogmata. Vid. Dnn. *Spener.* l. c. Dn. *Seckendorf*, de *Lutheraniſ.* lib. 3, Sect. 20, §. 75, p. 242; Dn. *Imhoff* l. c. Dn. *Kettner* l. c. cap. XX. pag. 126 &c. Anno 1477, Civitas *Quedlinburg*, potens olim, & inter *Hanſeaticas* numerata, libertatem amiſit, utpote, ab *Erneſto & Alberto*, Electore & Ducibus Saxoniæ, ab *Hedwig*, Abbatiſſa, ipſorum ſorore, cui cum illa non bene convenerat, auxilio vocatis, armata manu occupata, & Abbatiſſæ ſubjecta; quæ, in benevolentiæ remunerationem, *Jus Advocatiæ*, quo, mediante *Guilielmo*, Brunſuicenſium & Luneb. Duce, *Gebhardus*, Halberſtadienſium Præſul, (ex cujus Anteceſſoribus, *Alberto*, Civitas vetus, à Senatu, an. 1326, in clientelam tradebatur,) accedente Capituli, Civitatum & Ordinum conſenſu, ipſi ceſſerat, viciſſim in eos transtulit, facta deſuper an. 1479 Inveſtitura; & quidem ut verbis Dn. *Kettneri* l. c. cap. XXVI, §. 13, p 199, utar: *Nach dieſer Belehnung, iſt die Würde der Schutz - Herren, bey der Albertiniſchen und Meiſniſchen Linie geblieben, inmaſſen die Quedlinburgiſche Erb-Vogthey, an.* 1480, *in einem Vertrag zu Leipzig, nicht auf die Chur-Linie, ſondern auf die Albertiniſche Linie gefallen, welches damahls die Chur-Linie noch nicht war &c.* Qui benè annectit: *Hieraus wollen einige ſchlieſſen, daß die Erb-Vogthey nicht eben ein* Appendix *der Chur geweſen, ſondern ein beſonder Lehen-Stück.* Quam Transactionem Imperator, *Carolus V*, an. 1548, ratam habuit, licet, reſtitutionem in integrum efflagitante

Erneſto Halberſtadienſi, Gebhardi ſucceſſore, Auditor Cauſarum, Trivoltius, ex mandato Julii 2, P. R. ſub pœna Banni, an. 1511, reſciſſionem ejus Hedwigi injungeret; Quid juris Sereniſſimæ Domui Saxonicæ hoc titulo competierit, eruendum (1) ex Transactione Eliſabetha, è Comitibus Reinſteiniis oriundæ, Abbatiſſæ, totiusque Capituli Quedlinburgici, ab una, atque Sereniſſimi Electoris Auguſti, ab altera parte, de an. 1574, 17 Aug. Mortua enim Anna Com. Stolbergi, Abbatiſſa, an. 1574, 4 Mart. cum Eliſabetha Reinſteinia prælaturam Abbatiæ ſibi vindicaret, tanquam, vivente Anna, an. 1566, electæ Coadjutrici, inſuperque ab Imperatore, & Cardinali Commendono, Nuncio Papali, confirmatæ; Elector autem Saxoniæ, Auguſtus, electionem, ſe, veluti Advocato, inſcio factam, nullius eſſe valoris, prætendens, ſe opponeret, amicabili compoſitione controverſia Quedlinburgi an. 1574, 17 Aug. ſopita eſt, cujus formulam ſæpefatæ Anmerckungen über die Kœnigl. Preuſſiſche Schreiben p. 57, complectuntur; inde huc faciunt:

Erſtlich, Nachdem jetzt wohlermeltes Fraulein von Rheinſtein, ohne Hochgedachtes Churfürſten Vorwiſſen und Bewilligung, zur Coadjutorin hiezuvor erwehlet, und ſich von der Kayſerl. Maj. und dem Cardinal Commendario, als Pæbſtlichen Legato, confirmiren laſſen, und darauf ſich der Abtey alhier, angemaſſet, welches S. Churfürſtl. Gn. von wegen derſelben, und Se. Churfürſtl. Gn. Vorfahren, der Chur- und Fürſten zu Sachſen, am Stifft habenden Recht und Gerechtigkeit, gefochten, und derhalben auf eine andere neue und freye Wahl, welche, mit Se. Curfurſtl. Gn. Willen und Vorwiſſen, geſchehe, gedrungen; ſo iſt auf demüthige Ihr. Gn. und dero Freundſchafft, bitte dieſer Articul dahin verhandelt, daß die erwehlte Aeptiſſin mit Sr. Churfurſtl. Gn. als des Erb-Vogts Nachlaſſung, und gutem Willen, bleiben ſolle.

Zum Andern, haben hiergegen die Aeptiſſin und Capitel gewilliget, und zugeſagt, daß hinfürder keine Aeptiſſin, oder Coadjutorin, gewehlet werden ſolle, denn mit Seiner Churfürſtl. Gn. und derſelben Nachkommen, vorwiſſen, auch darzu keine andere, denn der Kayſerl. Majeſt. Confirmation, gebrauchet und gezogen werden. Und ſoll der Præbſtin, und Capitel gemein ſonſten Ihr Jus der freyen Wahl, vermœge der Fundation, bleiben; jedoch, daß Sie Seiner Churfürſtl. Gn. und derſelben Nachkommen, niemand zu wider wehlen, und daß bey der Kayſerl. Majeſt. von Sr. Churfürſtl. Gn. und derſelben Nachkommen, und der zukünfftigen Aeptiſſin und Capitel ſämptlich, wenn die Wahl, wie obſtehet, mit Sr. Churfürſtl. Gn. Vorwiſſen, alſo geſchehen, und nicht oder ſonſten die Confirmation geſuchet, die erwæhlte Aebtiſſin auch mittlerweile in poſſeſſione der Kayſerlichen Freyen Abtey gelaſſen, und von Sr. Churfürſtl. Gn. und derſelben Nackommen, darbey geſchützet, auch von den Unterthanen dieſelbe ſo viel beſſer in officio zu erhalten die Erb-Huldigung, altem Gebrauch nach, durch Ihre Chur-Fürſtl. und Fürſtl. Gnaden, beyderſeits genommen werden, und da denn etwas entgegen angeſtellet, daß ſolches nichtig und unkrafftig ſeyn ſolle.

Zum Dritten, daß keine andere Religion beydes im Stifft, und Unterthanen, geführet und gebrauchet werden ſolle, dann die Augſpurgiſche Confeſſion; und ſo ſichs hierüber zutragen würde, daß etwas der Augſpurgiſchen Confeſſion zu wider ſolt vorgenommen, oder eingeführet werden wollen, daß alsdann Se. Churfürſtl. Gnaden und die Aeptiſſin, ſamt, mit einander ſolches abzuſchaffen ſæmtlich Viſitation anzuſtellen, General-Kirchen-Ordnung ſæmtlich zu machen, und anders dergleichen ſæmtlich zu beſtellen haben ſollen. Sonſten aber, ſoll die Aeptiſſin an Ihrem Geiſtlichen Regiment, auch beſtellen den Kirchen-Diener, Miniſterium, und was dem anhængig, ungehindert bleiben; jedoch, daß Sie auch ſelbſt bey der Augſpurgiſchen Confeſſion bleibe, und kein Pabſtthum im Stifft anrichte, ſondern in deme allenthalben Sich Sr. Churfurſtl. Gn. Kirchen-Ordnung gemaß verhalte.

Zum Vierten, die Steuer betreffend, iſt es auch alſo begehrt, und verhandelt worden, daß alle Steuren und Anlagen, ſo aus bewegenden gnügſamen Urſachen denen Unterthanen aufzulegen, durch Sr. Churfſt. Gn. u. die Aeptiſſin zugleich den Unterthanen proponiret, gehandelt, und angeleget werden. Alleine die Reichs- und Craiß-Contribution und Anlagen mag die Aeptiſſin vor ſich, wie vor alters, ſo hoch ſich die erſtreckt, von den Unterthanen einbringen, und ſelbſt erlegen. Was aber ſonſten von Steuren, wie oben geſetzet, gefallen, oder verhanden, daß Sr. Churfürſtl. Gn. der zweyte Theil, und der Aeptiſſin der dritte Theil, folge &c.

Zum Fünfften, ſollen von der Aeptiſſin aller Fürſten, Grafen, und dergleichen hohen Lehn-Angefælle, und ander Geſtalt nicht, dann mit Sr. Churfſt. Gn. und derſolben Nachkommen, Vorwiſſen, verliehen, begnadet, oder verſchrieben werden. Was aber andere Lehen ſeyn, ſollen der Aeptiſſin, die zuverſchreiben, frey ſtehen und bleiben &c.

Zum

Digitized by Google

Zum Sechſten, iſt abgeredet, daß Hæchſtgedachter Churfürſt zu Sachſen den jæhrlichen Rechnungen, die der Aebtiſſin, von der Perſon, die dazu beſtellet, in Beyſeyn des Capitels, zuordnen mæge.

Zum Siebenden, ſo ſollen auch alle alte Vortræge, bey Würden, und Krafften, bleiben, darinnen keine Enderung vorgenommen, Sr. Churfürſtl. Gn. die Gerichte in der Statt Quedlinburg, und auf allen Feldern zuſtehen, wie weyland Hertzog Heinriches, *Sr. Churfürſtl. Gn. Herrn Vaters læbl. Gedæchtniß, Vertrag mitbringt, und inhælt, auch bißher im Gebrauch gehalten worden. Sonſten ſollen die Erb-Gerichte, wie hergebracht, die Belehnung auweiſet, und daſſelbe Hertzog Heinrichs Vertrag mitbringt, in beyden Statten im Weſtendorffe, Neuenwege, und zu Ditfurt, der Aebtiſſin ungehindert bleiben.*

Zum Achten, weil von Rechtswegen auch uf dergleichen Stifften üblich, und zu Quedlinburg hergebracht, daß die Aebtiſſin die Stiffts-Freulein uf und annimbt, ſo ſoll Ihr daſſelbige, alten herkommen nach, auch frey ſtehen, jedoch Sr. Churfürſtl. Gn. und derſelben Nachkommen, zuwieder niemandt ufgenommen, auch dahin geſehen werden, daß die Anzahl der Fræulein des Stiffts Einkommen gemæß angeſtellet. damit am gebührlichen Unterhalt, kein Mangel erfolge.

Zum Neunten, daß es mit der Verordnung des Churfürſtl. Hauptmanns zu Quedlinburg, und allem andern bleibe, wie zuvor gehalten, und alt Herkommen iſt. Und ſoll letzlich, über dieſes Vorgeſchriebene, die Kayſerl. Confirmation, *von beyden Theilen, geſuchet und aufgebracht werden, &c.*

(2). Ex inveſtiturarum literis, die proximè ſequenti, 18 Aug. à laudata Abbatiſſa, laudato Electori, *Auguſto*, datis ibid. p. 67 &c. ubi: *von Gottes Gnaden, wir Eliſabeth, des Kayſerl. Freyen weltlichen Stiffts Quedelburg Aebtiſſin &c. Thun kund, - - - - daß wir - - - dem Durchlauchtigſten und Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn* Auguſto, *Hertzogen zu Sachſen, des H. R. R. Ertz-Marſchall und Churfürſten und Sr. Ld. Chur-Fürſtlichen Ld. Erben und Nachkommen, und wenn dieſelben, nach Gottes willen, nicht mehr ſeyn würden, alsdann diejenigen, uf die, zu den Hæuſern Sachſen, und Heſſen, vermæge Ihrer Ld. Chur- und Fürſtl. Gn. allerſeits Erb-Verbrüderung, ſamtlicher Belehnung und aufgerichtete Vertræge, die* Succeſſion *und Folge kommen und fallen würde, gelieben haben: Die Vogtey zu Quedlinburg, mit dem Schloß und Vogtey Lauenburg, und allen andern Schlæſſern in die Voigtey gehærende; mit Ober-Gerichten unſerer alten Statt zu Quedelburg, und mit allen andern Nützungen und Zugehærungen, zum Schloß der Lauenburg, auch zu der gemelten Vogteyen Unſers Stiffts, gehærende, wo das gelegen, und wie jegliches mit Nahmen genant ſey, ſonderlich die Stein-Mühle, in unſerer alten Statt Quedelburg, daran wir Uns eine Marck, jæhrlicher Zins, behalten, als die von Alters geweßt iſt; die zehenden in dieſen nachgeſchriebenen Dærffern, und Wüſtenungen, mit nahmen: Zu Groſſen Harſchleben, Lütken Harſchleben &c. mit Gericht über Halß und Hænde, in Feldern, Dærffern und Wüſtenungen; Das Halß-Gericht über die Græpperr vor Quedelburg, uf dem neuen Wege, und das Weſtendorff, auch vor Quedelburg gelegen - - - - - die Halß Gerichte zu Groſſen Ditfurth, im Dorff und Felde - - - den Fron-Zins, Stette-Geld, Vogt-Schilling in beyden Statten Quedelburg; die Büſſen von den Ober-Gerichten in der Alten Statt Quedelburg, und Vogtheyen; ein Fuder gutes Biers, das die Græppere jæhrlich in die Vogthey geben, alle Teich-Statte in der Vogtey gelegen - - - dazu Mannſchafft, Dærffern, Hæltzern, Büſchen, Wünnen, Weiden, Wildpahnen, Hoch- und Nieder-Jagd, Waſſer, Waſſer-Leiten, Fiſchereyen, Frohn-Dienſten, Bethen, Zinſen, und allen andern Ehren, Nützen, Würden, Gerechtigkeiten, Freyheiten, Herrlichkeiten, Gewohnheiten, Obrigkeiten, und Zubehærungen; wie die genandt, oder nicht genandt ſind, zu den genandten Vogteyen Unſers Stiffts gehærend, nichts ausgeſchloſſen, mit allen Rechten, ſo uns daran zu verleihen, gereicht und gelieben haben &c.* Latius hæc extendit Ill. Auctor *des Europ. Heroldts*, Tom. I, pag. 602, inquiens: *Und beſtünde das* Exercitium *der Erb-Vogtey, und Landes-Fürſtlichen Hohen Regalien, zur Zeit, da es noch bey Chur-Sachſen war, zuførderſt,* (1) *in der Landes-Huldigung, daß ein Churfürſt, nicht nur vor ſich allein, bey Antretung des Churfürſtl. Regiments, ſondern auch, nebſt und mit einer Neuerwehlt- und von Kayſerl. Maj. confirmirten Abbatiſſin, bey deren* Introduction, *als das Fundament der Landes-Fürſtlichen Hoheit, ſolche zu Quedlinburg, als Landes-Fürſt, einzunehmen hatte, da der Abbatiſſin hergegen nur als Erb- und Stiffts-Frauen, gehuldiget würde.* (2) *Daß die Verſchreibung gewiſſer hoher Lehen- und Angefælle, mit Churfürſtlichen Vorbewuſt-*

Digitized by Google

bewußt, geſchehen müßte. (3) *Gehœreten die* ***Wildbahn, Holtzungen und Fiſchereyen****, viele zehenden, als Lebenſtücke, zur Erb-Vogtey.* (4) *Daß Chur-Sachſen befugt wäre, die* ***Stiffts-Rechnungen****, einzuſehen, und zu erkennen, wie bey dem Stiffte Hauß gehalten würde, daß es nicht in Abnahm kæme. Ingleichen müßten* (5) *die* ***Policey-Jagt-Schieß-Fiſcherey-und andere Ordnungen****, mit Chur-Sachſen, zu Beobachtung dero hohen* Jurium communiciret *werden; und* (6) *die* ***Kirchen-Ordnung*** *der Churfürſtlichen, auf vorhergehende geſampte* Reviſion conform, *ſeyn.* (7) *Dürffte das Stifft den* ***Rath nicht wechſeln****, oder auffübren laſſen, ohne* Concurrenz *der Churfürſtlichen Stiffts-Hauptmannen.* (8) *Es ſtünde das* ***Waffen-und Beſatzungs-Recht****, Chur-Sachſen allein zu, auſſer daß das Stifft ſein Reichs-* Contingent *heimlich, in der Stille, anwerben, und mit Quartieren verſehen mœchte;* (9) *Ingleichen das* ***Grentz-Regal****, und würde mit der Abbatiſſin weiter nichts diſsfalls* communiciret, *als wie Ihr* privat intereſſe *dabey ſeyn mag, wann die Grentzen bezogen werden. Wie dann die Chur-Schwerdter, an denen Grentz-Steinen, deutlich die Chur-Fürſtliche Hoheit anzeigten.* (10) ***Die Steuren und Anlagen****, auſſer denen Reichs- und Kreiß-* Oneribus, *die die Frau Abbatiſſin, vor ſich, anzulegen hat, würden von Ihme, und dem Stiffte, zugleich angeſetzet; Der* modus collectandi, reviſion, *und* peræquation *der Steuer-Anſchlæge, die Wacht-Gelder, und dergleichen, wæren auch in Gemeinſchafft, ſowohl auch die Beſtellung und Verpflichtung der Einnehmer.* (11) ***Den Stiffts-Hauptmann*** *verordnete Chur-Sachſen nach Belieben, jedoch würde er, beſſern* reſpects *Willen, mittelſt Handſchlags an die Frau Abbatiſſin gewieſen.* (12) ***Die Fiſcaliſche Nützungen*** *würden, bey* Civil- *und* Criminal-*Fællen, in zwey gleiche Theile zerſchlagen; deßgleichen die* ***Erb-Zinßen****, ſo aus* Conceſſionen *der Schencken und Hæußer, Oelmühlen &c. vor den Thoren einzunehmen wæren;* (13) ***die Ober-Gerichte im gantzen Stiffte****, eignete Chur-Sachſen ſich allein zu; ausgenommen einige Klœſter, und Güter, darinn das Stifft den Einfall und Angriff der Verbrecher hat; jedoch, ohne einige auch nur ſummariſche,* Cognition; *Sintemahl ſelbe alſo fort an die Erb-Vogtey-Gerichte ausgelieffert werden müſten.* (14) *Gehœrete zu der Chur-Sachſen Hoheit, daß,* ***ohne dero Vorbewußt, und Einwilligung zu keiner neuen Wahl****, oder* Poſtulation, *einer neuen* ***Abbatiſſin****,* Coadjutorin, *oder* ***Prœbſtin****, geſchritten werden ſolte.* *Die Abbatiſſin hatte aber die Freyheit die Stiffts-Frawlein aufzunehmen, jedoch, daß dem Chur-Hauß zu Sachſen zu wieder, niemands aufgenommen, auch dahin geſehen werden müßte, daß die Anzahl der Frawlein, des Stiffts Einkommen gemæß, angeſtellet würde. Im übrigen aber hatte das Stifft die Frey-Wahl einer Abbatiſſin, vermœge der* Fundation, *jedoch, daß ſelbe, vermœge der* Compactaten, *dem Chur-Fürſten nicht mœcht zuwieder ſeyn. Und müſte die alſo erwehlte Abbatiſſin dem Chur-Fürſten* præſentiret, *und von Ihme, nach erhaltener Kayſerlicher* Confirmation, introduciret *werden &c.* Conf. *Wehner, Obſervat. Pract.* voc. *Vogt*, p. m. 486; *Zeiler, Topograph. Saxon.* p. 154; *Sprengeri* J. P. p. 440. Anno 1697, interveniente ſumma trecentorum millium talerorum, ceſſiſſe Potentiſſimum Poloniarum Regem, & Electorem Saxoniæ, *Fridericum Auguſtum*, Potentiſſimo Electori *Brandenburgico*, moderno Pruſſorum Regi, *Advocatia* hâc *Armata*, annexiſque Juribus, ex Transactionis formula, in dictis *Anmerckungen, über die 2 Kœnigliche Preuſiſche Schreiben*, p. m. 69 &c. lit. J. & apud *Fabrum*, Tom. IV *der Staats-Cantzley*, cap. VIII, lit. A, pag. 447 &c. diſcimus, ibi:

Zu wiſſen, demnach zwiſchen beeden Churfürſtlichen Hæuſern, Sachſen und Brandenburg, nach erfolgtem Münſter- und Oßnabrüggiſchen Friedens-Schluß, wegen der Æmbter Lauenburg, Seveckenberg, *und Gersdorff mit aller ihrer zubehœr, wie auch der Erb-Voigtey, mit allem ihrem Recht und Gericht, in- und auſſerhalb der Statt Quedlinburg &c. ſich einige* differentien *und Irrungen hervor gethan, woraus beſorglich allerhand Weitlæuffigkeiten und Mißverſtændnüſſen erwachſen kœnnen; Als haben der Durchlauchtigſte, großmæchtigſte Fürſt und Herr, Herr Friderich Auguſtus, Kœnig in Pohlen, und Chur-Fürſt zu Sachſen &c. wie auch der Durchleuchtigſte großmæchtigſte Fürſt und Herr, Herr Friderich der Dritte, Marggraff zu Brandenburg H. R. Reichs Ertz-Cammerer, auch Churfürſt &c. zu Beybehaltung der beederſeits gegen einander hertzlich tragenden aufrechten und ſonderbahren* eſtime, affection *und Freundſchafft, ſich dieſerhalb, nach zuvor gepflogenen reiffen Rath, wiſſendlich und wohlbedæchtlich, wie folget, zu Grund aus, freund-Vetterlich verglichen und vertragen, nemblich:*

Es ſollen (1) *obbenante Æmbter, Erb-Vogtey und Güter, ſampt allen andern darzu gehœrigen Rechten und Gerechtigkeiten, an- inn- und auſſerhalb der Statt und Stiffts Quedlinburg, vermœge des alten* Judicati, *bey dem, Sr. Churfl. Durchl. zu Brandenburg durch obgedachtes* Inſtrumentum Pacis, *von der Rœm. Kayſ. Maj. und dem Reich, zu einem* Æquivalent, *vor dero, an die Cron Schweden, abgetrettene Vor-Pommeriſche Lande,* cedirten *Fürſtenthum Halberſtatt, zu ewigen Zeiten, erb- und eigenthümlich verbleiben.*

Ferner (2) cediren *auch hœchſtgedachte Ihre Kœnigl. Maj. in Pohlen und Churfl. Durchl. zu Sachſen, all dasjenige Recht, welches ſie, oder dero Gottſeligen Heeren Vorfahren, durch einer zeitlichen Abtiſſin* Inveſtitur,

oder

Digitized by Google

oder ſonſten, an inn oder auſſer gedachter Statt und Stifft Quedlinburg, ehemahlt acquiriret *und gehabt, beſeſſen und genützet, oder haben beſitzen und nutzen kœnnen, ſollen oder mœgen, es habe Nahmen wie es wolle, nicht das geringſte davon ausgeſchloſſen, ſampt der, von Alters her, zum Fürſtenthum Halberſtatt, und der davon relevirten Graffſchafft Hohnſtein, gehœrigen Reichs-Voigtey; Wie auch dem Schultzen-Amt in der Statt Nordhauſen, und allen darzu gehœrigen Rechten und Gerechtigkeiten, gleicher Geſtalt nichts davon ausgenommen, hœchſtgedachter Sr. Churſ. Durchl. zu Brandenburg Erb-und Eigenthümlich.*

(3) *Hingegen verſprechen jetzt hœchſtgedachte Ihre Chur-Fürſtl. Durchl. zu Brandenburg Sr. Kœnigl. Maj. in Pohlen, und Churſ. Durchl. zu Sachſen, alſobald bey erfolgender würcklichen* tradition *und übergabe, auf geſchehener* reſp. *Erlaſſung und Anweiſſung der Bedienten und Unterthanen baar, und in einer unzertrennten Summa, in dero Churſ. Cammer zu bezahlen dreymahl Hundert tauſend Thaler, an gang-und gebigen Ein-drittel, und zwey-drittel Stücken.*

Nechſt dieſen, wollen auch (4) *Hœchſtbemelte Ihre Kœnigl. Majeſt. in Pohlen, und Churſ. Durchl. zu Sachſen, ſamt dero Nachkommen, die dem Fürſtenthum Halberſtatt wieder abgetrettene und eingeraumte Vogtey, Aempter und Güter, ingleichen die* cedirte *Rechte, und alle darzu gehœrige* Pertinentien, *Sr. Churſ. Durchl. zu Brandenburg, ſo offt es nœthig, in-oder auſſerhalb Gerichts, wieder männiglichet An-und Zuſpruch,* eviniren *und gewæhren.*

Nicht weniger (5) *derſelben alle und jede, in dero* Archiven *vorhandene, und zu dieſer Erb-Vogtey gehœrige* Documenta, Acta, *Uhrkunden, und Brieffſchafften, ohne etwas davon zurück zubehalten, gantz getreulich* extradiren *laſſen:* obligiren *und verbinden ſich auch* (6) *über dieſes, wann von Ihrer Churſ. Durchl. zu Brandenburg es begehret, und vor nœthig geachtet werden ſolte, nicht nur der Rœm. Kayſerl. Maj. ſondern auch dero ſæmtlichen Herren Agnaten, und Erbverbrüderten, wie auch der Fürſtlichen Frau Aebtiſſin zu Quedlinburg,* reſp. conſens, confirmation, *und Genehmhaltung darüber auszuwürcken, und ſolche Sr. Churſ. Durchl. zu Brandenburg gebührend einzulieffern.*

Und wenn (7) *hœchſt-bemeldte Sr. Churſ. Durchl. zu Brandenburg, über lang oder kurtz dieſerhalb, von wem es auch ſey, befehdet, oder mit Gewalt der Waffen angegriffen werden ſolten, dieſelbe, mit aller ihrer Macht zu vertheidigen, und bey dem geruhigen Genoß der cedirten Stücke zu ſchützen; alles bey dero Kœnigl. und Churſ. Worten, und Unterpfandung der Churſ. Lande und Güter, ſo viel hierzu vonnœthen &c. Geſchehen und gegeben zu* - - - - *Im Jahr Chriſti unſers lieben Herrn und Erlœſers Geburt* 1697.

Friederich Auguſtus Kœnig und Churfürſt &c.

(L. S.)

Chriſtian Auguſtus Hertzog zu Sachſen.
Auguſtus Beyer.

Quid querelarum Sereniſſima Abbatiſſa, *Anna Dorothea*, Duciſſa Saxo-Vinarienſis, tanquam Domina Directa, geſtarumque rerum ignara, per Legatum, Dn. *Reinhardum Schæfferum*, an. 1698, 6-16 Aug. & 11 Sept. St. V. & 1 Oct. St. N. rurſusque 1-11 Nov. non minus 3 Febr. 1699 &c. in Comitiis Imperii, deſuper moverit, legi poteſt apud, *Fabrum* l. c. pag. 442 ad 473. Migrante ad Superos hac Abbatiſſa, an. 1704, 23 Junii, ortisque in Electione litibus, cum Sereniſſima Duciſſa Saxo-Weiſenfelſenſis, *Magdalena Sybilla*, pedo digna judicaretur, non ſolum Cæſar electionem Canonibus reluctari aſſirmabat, ſed & Potentiſſimus Pruſſiæ Rex, eò quod, ſe, tanquam *Advocato*, inſcio, adeoque contra præfatam Transactionem anni 1574, facta eſſet; ſummoperè eam impugnabat. Quibus ita ſe habentibus, ſignificavit Sereniſſima Princeps, ſub dato *Neu-Auguſtus-Burg, zu Weiſſenfels*, 21 Martii 1708, literis ad Capitulum miſſis, ſe, cum Sereniſſimo Agnato Iſenacenſi, *Johanne Wilhelmo*, propediem nuptias celebraturam, renunciare juribus ex electione præmiſſa ſibi quoquo modo competentibus, & ſic poteſtatem inſtituendæ novæ Capitulo relinquere integram. His *Viennam* delatis, mittit Cæſar, an. 1708. 30 Maji, Illuſtriſſ. Comiti Schwartzburgico, *Anthonio Güntbero*, Commiſſorium, vigore cujus, ſororibus ſuis, *Eleonoræ Sophiæ*, & *Mariæ Magdalenæ*, reſp. Decaniſſæ & Canoniſſæ, Sereniſſimam Principem, *Eliſabetham Chriſtianam*, Duciſſam Saxo-Meinungenſem, ſummo ſtudio commendaret, ſe alias in nullam Electionem conſenſuro. Verùm, reponente Capitulo, 15 Aug. hac ratione jura ſua iri infractum, ademtumque ſuffragiis libertatem, ad novam itum electionem, 6 Nov. 1708, qua Illuſtriſſ. *Maria Aurora*, Com. de *Kœnigsmarck*, Præpoſita, ad nutum Potentiſſimi Pruſſiæ Regis, in laudatæ Principis Saxo-Meinungenſis favorem, prædictis duabus Sororibus Illuſtriſſ. Comitiſſis *Schwartzburgicis*, in gratiam Sereniſſimæ Principis, *MARIÆ ELISABETHÆ*, Duciſſe Holſato-Gottorpinæ, vota exponentibus, reſcripſit Imperator Capitulo, ſub dato *Wien*, 13 Dec. an. eod. ſchiſmatis hujus intuitu, confirmationem à ſe non expectandam, ſedemque pro vacua cenſendam. Vid. Acta Publica apud *Fabrum* l. c. Tom. XIII, cap.

Digitized by Google

XIV, pag. 545 ad 574. Hac occaſione, quæſtiones in priuis agitatæ: (1) *Num dicta Tranſactio Auguſti, Electoris Saxoniæ, cum Abbatiſſa Eliſabetha, an. 1574.* & (2) *Conventio Polono-Saxo-Brandenburgica, an. 1697. Valere queant?* Facto an. 1709. 29 April. in Judicio Aulico Imperiali, Concluſo; *daß, wenn die anruffenden* Capitularinnen (duæ Sorores, Comitiſſæ Schwartzburgicæ) *die Erfüllung, oder Richtigkeit, der*, im Pacto de an. 1574, *der Wahl halber vorgeſchriebenen Dinge, darthun, oder genugſame Urſachen, warum ſolches* Pactum *nicht beſtehen können, oder zu achten ſey, beybringen würde, alsdann erfolgen ſolle, was ſich gebühret &c.* Ediderunt laudatæ Comitiſſæ an. eod. 10. Junii ſub tit. *Einer Vorſtellung* ſcriptum, 4 Julii præſato eminentiſſimo Senatui oblatum, quo utramque Quæſtionem rejicientes, in medium proferunt:

(1) *Auguſtum* Electorem, qua *Advocatum*, non validè paciſci potuiſſe, cum Advocato incumbat, *ein Ihm mit Schütz anverwandtes Stiffi, bey allen ſeinen habenden* Juribus, immunitatibus & libertate, *nach Vermœgen, zu ſchützen, nicht aber zu vermindern, oder deſſen* Jura *weder ſelbſt an ſich zu ziehen, noch, daß ſelbige von andern* immuniret, *oder* uſurpiret *werden, zu verſtatten*, ceu hic factum;

(2) Nec Abbatiſſam & Capitulum, circa conſenſum Imperatoris, utpote Supremi Feudi Domini, eum ejusmodi Collegia juribus & privilegiis Minorum fruantur, & iisdem requiſitis, ad alienanda jura ſua, quibus Minores, indigeant.

(3) Omnia Pacta, liberam electionem fundatam impedientia, nullius eſſe valoris. C. 51, *Sacroſancta*, & C. 14 *Cum Terra*, X. de *Elect. & Electi poteſtate;* rem autem ſic comparatam cum Capitulo Quedlinburgico, teſtari literas *Ottonianas* an. 937, ſupra laudatas, verb. *Ut liberam inter ſe eligendi Abbatiſſam ulterius habeant poteſtatem, conceſſimus &c.* ut & Bullam *Johannis XIII*, P. R. de an. 967, ubi: *Proteſtamur, ut nullus Imperator, Rex, Dux, ullus nec Epiſcopus, nullaque cujuslibet dignitatis, ſive poteſtatis, vel ſacra vel mundana, perſona, audeat ejusdem loci Abbatiſſas moleſtare & inquietare .... de cætero præcipimus: Ut Abbatiſſa ibi nunquam ulla, niſi ex Electione & gratia ac voluntate omnium Sanctarum Sororum, quæ ibidem, pro tempore, Deo ſervire viſa fuerint, à quoquam ordinetur, aut conſtituatur &c.* multaque documenta alia.

(4) Tranſactionem Saxo-Brandenburgicam de an. 1697, conſenſu pariter Abbatiſſæ, tanquam Dominæ Directæ rei venditæ, & Imperatoris, veluti Summi Feudorum Domini, inſuperque Agnatorum, Saxoniæ Ducum, aliorumque jus quæſitum in Advocatiam quæſtionis jam habentium, deſtitui; adeoque jure invalidam eſſe &c.

Scripto huic opponebatur *gründliche Wiederlegung, der von denen beyden Schweſtern, Gräfinnen von Schwartzburg*, nomine Capituli Quedlinb. *bey dem Kayſerl. Reichs-Hof-Rath, zu folge des* Concluſi *vom 29 April, übergebenen Vorſtellung; worinnen außgeführt wird: daß alle Ihre*, contra Pactum de anno 1574, *gemachte Einwendungen, unerheblich, und daſſelbe allerdings* Norma Electionis Abbatiſſalis, *auch bey jetziger* Sedis-vacanz *bleiben müſſe &c.* Cujus ſumma eo redit,

(1) In genere, ex *Magero*, de *Advocatia armata*, cap. XI, §. 16 & 20, conſtare, ad officium *Advocatorum* pertinere: *In eligendis & conſtituendis Prælatis, præſentiam & conſenſum adhibere*, inſuperque notum eſſe, quid juris *Imperatoribus*, vel ab Iis conſtitutis *Advocatis*, in ordinandis Sedibus Cathedralibus, competierit. In ſpecie vero,

(2) Nullum fuiſſe defectum, ratione Perſonarum contrahentium, an. 1574; cum non tranſactum ſit de interfringendis Capituli juribus, aut libertate electionis reſtringenda; ſed de repellenda duntaxat injuria, Electori *Auguſto* illata, ſalvandisque juribus, in conſtituendis Abbatiſſis, Ei, tanquam *Advocato*, competentibus, à præjudicio.

(3) Nec opus eſſe Conſenſu Cæſareo; quia non quæſtio: de acquirendo novo quodam Jure; ſed conſervando ſaltem Advocati Priſtino: jam verò Juris eſſe Regulam: *In Eccleſia negotiis, excepta alienatione, ultra Prælati & Capituli conſenſum, nihil requiri;* C. 5, X. *de his, quæ fiunt à Prælato.*

(4) Citra conſenſum Adminiſtratoris Electoratus Saxonici, *Friderici Wilhelmi*, eligenda Coadjutrice, *Anna Margaretha*, Duc. Brunſ. & Luneb. an. 1593, rem cò deductam, ut, contenta hac Principe, collata ſibi, an. 1598, Præpoſitura, ex commendatione *Advocati*, Duciſſa *Maria* Saxoniæ, an. 1601, Coadjutrix eligeretur, & à Cæſare confirmaretur; ſicque reapſè Tranſactionem an. 1574. ab Imperatore rati habitam.

(5) Diſtinguendum, inter *Advocatiam armatam*, quo jura *Advocati*, in Electionis negotio, pertineant; & *Vogtejam Quedlinburgicam &c.*

Reponit ad hæc contrariarum partium Patronus: In ſæpe citatis *kurtzen, doch* in Jure, Facto, & Hiſtoria, *gegründeten Anmerckungen &c.*

(1) Non eſſe ſermonem de juribus, quibus Imperatores quondam in Ordinandis Sedibus Cathedralibus ſint gaviſi, vel quæ in *Advocatos* tranſtulerint; ſed, num *Advocati Quedlinburgenſes* unquam ejusmodi jura, quæ moderni prætendunt, à Capitulo vero in controverſiam trahuntur, ab Imperatoribus ſint conſecuti?

(2) Nec Electorem *Auguſtum*, nec ejus Prædeceſſores, *Advocatos*, ante Tranſactionem de an. 1574, ullum jus, in electione Abbatiſſarum, habuiſſe; dicendumve omnes electiones anteriores fuiſſe vitioſas; prætereaque, per dictam Tranſactionem,

jura

jura Capituli, ceu mox dicetur, omnino infringi, libertatemque electionis reſtringi.

(3) Juris Feudalis regulis prohiberi, res feudales, citra conſenſum Domini Directi, eorumque, quibus jus radicatum in iis competit; à Vaſallo alienari, aut deterioris fieri conditionis. Jam verò Jura Capituli, per ſæpe dictam Transactionem, variis modis immutari, conſtare (1) ex Art. 1, quo cautum, *Abbatiſſas, non niſi cum conſenſu Advocati*, poſthac eligendas eſſe; quam clauſulam Fundationis literæ ignorent. (2) Art. eod. præter conſuetudinem, vi cujus ſaltem, *die Gewærtigkeit, und Gerechtigkeit, zur Vogtey, denen* Advocatis *geſchworen werden*, introductum, *Homagium* non ſoli Abbatiſſæ, ſed & *Advocato*, præſtandum; (3) Art. 2, ablatum abbatiſſæ, ex Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ, competens liberum Religionis Exercitium; (4) Art. 4, magno Abbatiſſæ præjudicio eſſe, quod *Advocatum* ad participationem, & quidem majoris partis, *ſteurarum*, admittatur; (5) Art. 5, Jus conferendi *die Hohen Lehens-Angefælle*, quo privativè Abbatiſſa gaudeat, introducta innovatione, *Advocato* quoque communicari &c. Ideoque conſenſu Cæſaris omnino opus eſſe.

(4) Ex Reſcripto *Rudolphi* 2 Imp. de an. 1595, 4 Oct. judicandum, quo cenſu Transactionem an. 1574 habuerit: *Und ſo wir dann gleichwohl, nach Geſtalt, die Zeit über, Uns fürkommener Schrifften, und darinnen begriffener* Deduction, *und Ausführung, nicht vermercken, daß Hertzog Otto*, (Brunſ. & Luneb. *Annæ Margarethæ* Pater) *oder auch die Abtiſſin, vorhabens, ichtes, durch ſolche* Poſtulation, *dem Hauß Sachſen, an deme, ſo Sie bey dem Stiffs Quedelburg berechtiget, zu entziehen, ſondern ſich zu aller Gebühr, auch, Unſers Ermeſſens, genugſam erkennet, ſo ſehen wir nichs, wie, mit Fug, mehr vorberührte* Poſtulation *einer* Coadjutorin *dem Stifft verwehrt, und der Abtiſſin, welche, ſamt Ihren Stiffts Fraulein, einhelliglich darob beharren, und Ihres Vorhabens nothwendige bewegliche Urſache anziehen, das* Jus *der Freyen-Wahl* coarctiret, *und abgeſtricket werden mœge. Dan anderer*, in contrarium *gezogener* Conſiderationen *und* reſpect .... *zugeſchweigen, da man etwa den Vertrag, ſo der wenigern Zahl an. 74, mit dem Stifft erhandelt, dahin zu extendiren, und zu deuten, vermeinete, als ob dardurch dieſem uhralten Freyen Kayſerl. weltlichen Stifft, und Stande des Reichs, auch das* Jus eligendi, aut poſtulandi, *neue Aebtiſſin, oder* Coadjutorin, (*zuwieder der Alten* Fundationen, *und biß daher erhaltener Gerechtigkeit*) *damit benommen, und alſo in der Churfürſten und Hertzogen zu Sachſen, Macht geſtelt ſeyn ſolte, daß das Stifft ehe nicht wehlen dœrffte, es willigte denn das Churfurſtliche Hauß Sachſen darin, und wolle daſſelbige haben und nachgeben; ſintemahl ſolches nicht allein dem Stifft, ſondern zugleich Uns, als den Lehens-Herren, wie auch dem gantzen Reich, zu unertræglicher Beſchwehr- und Schmehlerung, gereichen würde, hætte D. Ld. ſelbſt vernünfftiglichen zu erwegen, daß wir, tragenden Kayſerlichen Ambts halb, daſſelb alſo nicht gedulten, oder nachſehen kœnten. Aber wie wir dergleichen von D. Ld. nicht vermuthen, noch dafür halten, daß Sie dieſes Stifft Quedelburg, ſo* notoriè *und wiſſentlich des Reichs Matricul einverleibt, und zu allen Reichstagen, als ein unmittelbar Mitglied und Stand, beſchrieben, und erfordirt iſt, Uns und dem Reich zu entziehen gewilliget, und bedacht ſey, welches dann, durch Schmælerung der alten freyen Wahl-Gerechtigkeit, beſchehen würde, als verſehen wir Uns, und erſuchen D. Ld. hiemit freundlich, und gnædiglich ermahnend, Sie wolle dieſe der Abtiſſin, und Stiffts-Fraulein, einhellig, beſtændig, und numehro vor langes ſchon fürgegangene* Poſtulation, *weiter nicht verhindern noch beſtreiten, ſondern das Stifft Quedlinburg dabey ruhig, und unbeirret verbleiben laſſen &c.*

(5) Et *Advocatiam & Vogtejam* Domui Saxonicæ, ab Abbatiſſa, in feudum conferri, eſſe tralatitium, adeoque diſcrimen inter eas nullius pretii. &c.

Non multo poſt, pro tuendis juribus Potentiſſimi Pruſſiæ Regis, tanquam *Advocati*, evolavit: *Summariſche Anzeigung des wahren, und, durch unverrückte, uhralte Obſervantz, beſtætigten Verſtandes, des, zwiſchen dem Schutz-Herrlichen Chur-Hauſe zu Sachſen, und Stifft Quedlinburg, anno 1574, getroffenen Vertrages; auch daß der Concipient der ſo rubricirten, kurtzen* in Jure & Facto *gegründeten* Information, *von der, am 6 Nov. 1708, auf die Durchlauchtigſte Princeſſin zu Schleſswig-Hollſtein-Gottorff, Maria Eliſabeth, zur Abbtiſſin des Freyen Weltlichen Reichs-Stiffts Quedlinburg*, per majora, *gefallenen Wahl:* in Jure & facto *viel ungegründete Dinge avanciret hat.* An. 1709. Cujus Scripti Auctor, maximè urget, Electionem, an. 1708, 6 Nov. in favorem Sereniſſimæ Principis *Mariæ Eliſabethæ*, Duciſſæ Holſato-Gottorpienſis, ſuſceptam, eſſe invalidam, quod

(1) Facta ſit, non convocato Capitulo, à ſolis duabus Sororibus, Comitiſſis *Schwartzburgicis*, abſente Domina Præpoſita, Com. *Kœnigsmarckia*; inſuperque

(2) Non obſervatis ſolemnibus conſuetis,

(3) Sepoſitis Legibus fundamentalibus, veluti Capitulationibus Abbatiſſarum, literisque Reverſalibus, quibus continetur: *daß es mit der Freyen Wahl-Gerechtigkeit einer Abbatiſſin, wie ſich daſſelbe, vermœge des Rechtens, uhralten lœblichen Gebrauchs und Herkommens, auch der zwiſchen dem Stiffs, und dem Hauſe Sachſen, aufgerichteten Compactaten, und Vertræge, gebühret, mit Fleiß gehalten werden ſoll.* Addit.

(4) *Annam Margaretham* Duciſſam Brunſvic. *Coadjutoratum* adipiſci non potuiſſe, utpote inſcio Advocato electam;

Digitized by Google

(5) Abbatiſſas omnes, non niſi conſentiente *Advocato*, Pedum eſſe nactas, adeoque hos in quieta verſari poſſeſſione vel quaſi.

(6) Jus *liberæ electionis*, Capitulo competens, conciliandum cum Compactatis, &c.

Reſpondet ad hæc Auctor *der Anmerckungen*,

Ad (1) Dominam Præpoſitam ſpontè abfuiſſe.

Ad (2) Proteſtantes ſolemnibus Romano-Catholicis ſtrictè non teneri, modò *eſſentialia* non negligantur.

Ad (3) Præter Literas fundationis, Bullasque Romanorum Pontificum confirmatorias, *quoad Eccleſiaſtica* ſeu *Spiritualia*; & Cæſareas Inveſtituras, *quoad Politica*; Leges fundamentales adeſſe nullas; omniaque *Compactata* his contraria, infirma eſſe & invalida; cum nec *Advocatus*, nec *Abbatiſſa*, nec *Capitulum*, in præjudicium Imperatoris & Imperii, paciſci queant. Quin potius Abbatiſſa jurare teneatur; *Daß Sie allen Fleiß anwenden wolle, damit alle geſchwachte* Regalia, Jura, Indulta, *und was ſonſt davon gebracht, wieder herbey geſchafft, und in vorigen Stand geſetzet werden.*

Ad (4) Hac ipſa occaſione, Imperatorem Pacta conventa an. 1574 improbaſſe.

Ad (5) Peractas Electiones, aſtutis plerumque & violentis remediis Capitaneorum Electoralium; ideoque nec quietam poſſeſſionem vocandam, quæ titulo planè nullo nitatur, nec niſi vi armata ſit ſuffulta.

Ad (6) Solius eſſe Cæſaris, ejusmodi conciliationem inſtituere; non-Advocati, nec Abbatiſſæ aut Capituli &c.

Stantibus ita rebus, declarata denuò an. 1710, 27 Sept. Sereniſſima Principe Holſato-Gottorpina, MARIA ELISABETHA Abbatiſſa, Auguſtiſſimus Cæſar, electionem tandem hac formula ratam habuit:

Wir JOSEPH von GOttes Gnaden, Erwehlter Ræmiſcher Kayſer &c. &c. bekennen offentlich, mit dieſem Brieff, und thun kund allermanniglichen: Demnach Uns Unſere Liebe Andachtige Maria Aurora *von Kænigsmarck, dann* Eleonora Sophia, *und* Maria Magdalena, *Græffinnen zu Schwartzburg und Hohnſtein*, reſp. *Præbſtin*, Dechantin *und* Canoniſſin, *Unſers Kayſerlichen Freyen Weltlichen Stiffts zu Quedlinburg, wie auch das gemeine* Capitul *daſelbſt, gehorſamlſt zu vernehmen gegeben, was geſtalten Sie*, Sede vacante, *Unſerm erlaſſenen Kayſerlichen* Mandato: *Nemlichen eine ſolche Abbtiſſin zu erwehlen, wie Sie vor GOtt dem Allmæchtigen, Uns, auch beſagtem Stifft, zu verantworten gedachten; allerunterthænigſte Folge geleiſtet, und am verwichenen* 25. Sept. *laut aufgerichteten, und Uns, in glaubwürdigen Schein, vorgebrachten Wahl-*Inſtrumenti, *die* Election *vollführet hatten: welche dann*, per majora, *auf die Ehrwurdige, Hochgebohrne, MARIAM ELISABETHAM, Aebtiſſin des Kayſerl. Freyen Weltlichen Stiffts Quedlinburg, Gebohrne Hertzogin zu Hollſtein-Gottorp, Unſere liebe Muhme, Fürſtin und Andachtige, ausgefallen ware; Uns dahero, nebſt Ihr, der Neu-erwæhlten Aebtiſſin, allerunthænigſt anruffend, und bittend, Wir ſothane Wahl, als Ræmiſcher Kayſer, zu confirmiren, und zu beſtættigen, gnædigſt geruhen wolten; daß wir gnædigſt angeſehen, ſolch ihre demütige ziemliche Bitte, und darumb, mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath, und rechten Wiſſen, obbenanter Aebtiſſin, Præbſtin*, Dechantin, Canoniſſin, *und gantzen* Capituls *zu* Quedlinburg *angeregte Wahl* approbiret, confirmiret, *und beſtættiget; thun das*, confirmiren, approbiren, *und beſtættigen Ihnen die auch, von Ræmiſcher Kayſerlicher Macht wiſſentlich, in Krafft dieſes Brieffs, was wir Ihnen, von Rechts und Billigkeit wegen, daran zu* approbiren, *zu* confirmiren, *und zu beſtættigen haben, ſollen und mægen: und meinen, ſetzen und wollen, daß die obgedachte Wahl gantz krafftig, beſtændig, und mæchtig ſeye; mithin Sie, und Ihr Stifft, dabey ruhig, und ohne einigen Eintracht, oder Verhinderung, bleiben und gelaſſen, und dawieder von Niemand gethan, noch gehandelt werden ſolle, in keinerley Weiſſe: Und gebiethen darauf allen und jeden Churfürſten, Fürſten - - - - ernſt und veſtiglich, mit dieſem Brieff, und wollen, daß Sie obbemelte Abtiſſin*, Dechantin, Canoniſſin, *und gemein* Capitul *mehrberührten Stiffts Quedlinburg, bey jetztberührter Ihrer Wahl, auch* Adminiſtration *und Regierung ſolches Stiffts, geruhiglich bleiben laſſen; Sie, von Unſer und des H. Reichs wegen, darbey handhaben, ſchützen, und ſchirmen, und nicht geſtatten, daß ſie, durch jemand, dawieder angefochten, gedrungen, bekümmert, oder beſchwæret werden, in keine wege, als lieb einem jeden ſeye Unſere und des Reichs ſchwere Ungnad und Straffe, und darzu eine Pæn, nemlich 40 Marck lætigen Goldes, zu vermeiden &c. Mit Uhrkund dieſes Brieffs, der geben iſt, in Unſerer Statt Wien, den 15. Tag Monaths* Decembris &c. 1710.

Joſeph.

Vt. Ludwig, Graff von Sintzendorff.

Ad mandatum S. C. Maj. proprium
E. F. von Glandorff.

De *Inſigni*, pergit Ill. Auctor *des Europ. Heroldts* l. c. pag. 603: *Das Stifft-Wapen iſt ein Rothes Feld, in welchem zwey Silberne Credentz-Meſſer, mit güldenen Griffen, ein Andreas-Creutze, uber einander liegen &c.* Conf. Dn. *Spener* l. c. Dn. *Kettner* l. c. cap. 1, §. 12, pag. 13 & 14.

Cæterum, inſidet hæc Abbatiſſa Scamno Prælatorum

rum Rheni. Vid. *Europ. Herold* l. c. pag. 601, §. XI; Dn. *ImHoff* l. c. §. 1, p. m. 119; Dn. *Bilderbeck*, *Reichs-Staat*, Tom. 1, Part. 5, Cap. 35, §. 11, p. 88. Coronidis loco, jungam verba *Theodorici Engelhuſii*, pag. 174 *Chronici*, in Vita *Henrici Aucupis*: *Fundavit, in Almania, ultra viginti Eccleſiae, quas & abundanter dotavit, pro Dominabus Secularibus, quæ Canonicæ nominantur, utentes habitu Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, nullam tamen profitentes Religionem; Nubunt in Domino, quando volunt. Inventa ſunt autem, pro ſuſtentatione Nobilium, pro fide Chriſti, ab infidelibus occiſorum, ne talium filiæ cogerentur mendicare, ſed in illis Monaſteriis ſuſtentatæ, cum ad ſtatum nubilem provenìſſent, vitam eligerent, quam vellent. Poſſent enim ibidem profiteri, & perpetuo manere, vel recedendo maritari. Quibus, inter cætera, voluit Quedelinburch, Prudentum Virginum intitulatum, ſicut & Avus ejus, Ganderſem, fore principale &c.* Repetit hæc *Schilterus*, de *Libertate Eccleſ. German.* lib. 3, cap. 14, §. 11, pag. 303.

(*b*) GERNRODENSIS. Proſtant *Andreæ Hoppenrodii*, *Annales Gernrodenſes*, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. Germ.* pag. 417 &c. Conf. Dn. *Becmannus*, *Hiſtor. Anhalt.* Part. 3, lib. 1, cap. 7, pag. 166 &c. Fundatum eſt hoc Cœnobium à GERONE, Præponente per Saxoniam Principe, atque Marchione Brandenburgenſi & Luſatiæ, vel ipſomet teſte, in literis fundationis, apud *Hoppenrodium* l. c. pag. 422, verb. *Regnantibus Dominis, Sereniſſimis Imperatoribus, Ottone, Ejusque æquivoco Filio, anno Imperio Ejus ſecundo, & Regni Filii tertio, Ego Gero, Divina diſpenſante Gratia, Marchio, poſt acerbam mortem Filiorum meorum, Sifridi & Geronis, ſtruxi Monaſterium Puellarum, in quo Abbatiſſa Hathwich præeſſe dinoſcitur, in honorem B. Mariæ, Genetricis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & B. Petri, Principis Apoſtolorum &c.* Quibus docemur, ſcriptum hoc diploma, circa an. 963, utpote *Ottonis I.* Imperii *ſecundum*. Conf. aliud diploma, de an. 964, apud Dn. *Becmannum*, l. c. pag. 168 & 169: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen. Ego Marchio GERO, divina favente Clementia, omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus quam futuris, notum eſſe volo, quod, non longo tempore, poſtquam Filii mei, Sigifridus & Gero, viam univerſæ carnis fuiſſent ingreſſi, conſtructoque exinde Monaſterio Puellarum in Gerenrod, S. Sedem Apoſtolicam adii, ipſumque Monaſterium, cum omnibus ſuis pertinentiis, ubicunque poſitis, Sedi Apoſtolicæ obtuli, ac ditioni ipſius humiliter ſubdidi & devote &c. datum anno Dominicæ Incarnationis 964.* Qualis fuerit *Hatwich* Abbatiſſa, cujus hic mentio fit, *Geronis* literæ fundationis Germanicæ nonnihil oſtendunt, l. c. ubi: *Eck Marckgrave Gero, mit gudem Willen, und mit gantzer Begeringe, de ick to Gottes Dienſte hebbe, geve alle dit vorbeſchreven Gut; mit alle dem, dat darto behœrt, dieſem vorbenæmten Goddeshuſe, dar min leve Dochter, Hedewich, de Erſte Ebdiſche inne is &c.* De *nuru* autem, vidua videlicet *Sigfridi*, filii *Geronis*, hæc intelligenda, non de *carnali filia*, quam unicam habuit, *Hiddam*, *Chriſtiano*, Marchioni Luſatiæ, nuptam, teſtimonio *Ditmari Merſeburgici*, Scriptoris Coævi ejusque Cognati, probatur, qui lib. 2 *Chronic.* p. m. 19, ait: *Gero quoque, defenſor Patriæ, dum unici morte turbaretur Filii ſuimet, Illuſtris Sigefridi, Romam pergens, emeritus jam, ſenex, coram Altari Principis Apoſtolorum, Petri, arma victricia depoſuit, & apud Dominum Apoſtolicum Sancti impetrans brachium Cyriaci, ad Dominum, cum omni ſuimet hæreditate, confugit, Patriamque reviſens, Nati ſuimet viduam, prius Velatam Monaſterio, in ſaltu, qui ſuo ſignatur nomine, Gerinrod, conſtructo, Hathui vocatam, ſtatuit Abbatiſſam, à Bernhardo* (Halberſtadienſi) *conſecratam Chriſto, firmatibusque his omnibus, felici hos obitu præceſſit, 13 Cal. Junii &c.* & lib. 7, p. m. 85, ad an. 1014: *Eodem die*, (Cal. Martii) *neptis mea, Mathildis, quæ, in Geronis ſaltu, cum Domina Hathui Abbatiſſa, jure conſanguinitatis, diu nutriebatur, animam exhalavit, quam ſibi ſucceſſuram Venerabilis Matrona ſemper optavit --- Fuit hæc* (Hathui) *Reginæ Mathildis inclyta neptis, ac in decimo tertio ætatis ſuæ anno, Geronis Filio Marchionis, Sigſrido, nupſerat, & cum Eo tantum ſeptem annos conjuncta erat. Poſt cujus exceſſum, ob Domini amorem, & triſtis ſolatium Senioris, ſacrum, à Bernhardo Antiſtite, velamentum, & mox conſecrationem, ſuſcepit, ſedens LV annos &c.* Junge his *Chronicon Montis Sereni*, apud *Maderum*, p. m. 36: *Temporibus Primi Ottonis Imperatoris, duo fuerunt fratres, Gero, Dux & Marchio, & Sifridus Comes. Horum Soror, Hidda dicebatur. Gero Filium habuit unicum, Sifridum, qui in juventute obiit, de cujus morte Pater adeo turbatus eſt, ut, Romam petens, coram Altari B. Petri, arma deponeret, impetratoque S. Cyriaci, à Pontifice, brachio, domum rediens, cum omni hæreditate ſua, ad Chriſtum confugit, conſtruens Eccleſiam, quæ Gerenrode, ejus nomine, dicitur, Filiique ſui viduam, Hetwigam, quam ille annis ſeptem habuerat, à Bernhardo, Halberſtadenſi Epiſcopo, velatam, eique Monaſterio præfecit: con-*

ſummatisque feliciter omnibus, XIV Kal. Julii, obiit, an. 965 - - - - *Hidda nupſit Chriſtiano, Marchioni, qui genuit ex ea, Geronem, Colonienſem Archi-Epiſcopum, & Dithmarum Marchionem &c.* Meminit & *Geronis* noſtri, Ejusque Filii, *Sigifridi*, vel Ipſe Rex, *Otto Magnus*, in Diplomate, an. 941, 8 Id. Junii, in favorem hujus, *Sigfridi*, exarato, apud Dn. *Becmannum* l. c. §. 2, pag. 167, ex authographo, copiam ſuppeditantem, & nonnullis mutatis, apud *Hoppenrodium* l. c. pag. 417 &c. & Dn. *Lucæ*, Part. 3 *des H. Ræm. Reichs-Uhralten Fürſten-Saals*, cap. VI, §. IV, pag. 744, *Flagitationibus dilectiſſimi Marchionis Noſtri, Geronis, ceterorumque Comitum, Noſtri ejusdem Geronis Filio, Noſtro autem ſpirituali filiolo, videlicet Sigifrido, quem ſacri baptismatis fonte levavimus, in Comitatu prelibati Patris Ejus, in Pago, Suevon nuncupato, obtemperantes, conceſſimus in proprium, totum ſcilicet, quicquid idem Gero, in Villis, Oſter-Egulum & Weſter-Egulum dictis, Noſtri tenuit beneficii &c.* nec non in alio, de an. 944, apud Dn. *Becmannum*, l. c. *Otto, divina propiciante Clementia, Rex - - - qualiter Nos cuidam noſtro dilecto Marchioni, nomine Gero, quasdam res proprietatis noſtra, in legitimum concambium donavimus &c.* & in alio, de an. 945, ibid. pag. 168: *Memoratus noſter dilectus Marchio, Gero &c.* & in alia de an. 952, 5 Cal. Aug. l. c. pag. 168, ut & apud *Meibomium* l. c. Tom. 1, pag 744, & Dn. *Lucæ* l. c. pag. 745. ibi: *Omnem Regionem, Serimunt nuncupatam, Filio Noſtro, Luidolfo, in proprietatem donavimus. Filius vero Noſter, Conradi Ducis, Noſtrique Marchionis, Geronis, interventu, Marchas ejusdem predicte Regionis; unam, Vuiſſepici; alteram Vuitouulici, cum Villis infra nominatis: Vuitouulici, Trebucounici, Neozodici, Drogobuleſthory; tertiam, Sublici, cum Villis tribus. Sublici nominatis, & Becimunthorp, Procineſthorp, Obithesdal, Lizſtideſthorp, cum omnibus appendiciis, & adjacentiis ſuis, illuc legaliter, jure perenni, ſupra nominato Marchioni, in proprietatem, manu ſua, donavit, quod eſt ſitum in Pago Serimunt, in Comitatu Thietmari, Comitis &c.* (Oſterburgenſis) Add. Charta *S. Gallenſis*, libro 2, *Joachimi Vadiani*, de *Collegiis & Monaſteriis Germaniæ*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Antiquit. Alamannic.* pag. 65: *Anno Incarnationis DCCCCL. Comes Saxonicus, Marchio contra Sclavos, Vir Religioſus,* Kero *nomine, à liminibus Principum Apoſtolorum reverſus, Monaſterium S. Galli, orationis cauſa, viſitavit &c.* In Inſcriptione Cathedralis Templi *Gernrodenſis*, valvarum, quam Dn. *Lucæ* l. c. pag. 745, exhibet, *Ducis* encomio ſalutatur:

Condidit hoc Templum Dux Magnus Marchio Gero,
Princeps Stadenſis, Luſatiaque Decus:
Henrici Primi fortiſſima Prælia geſſit,
Magnique Ottonis Gloria magna fuit.
Virginibus miſeris certum conſtruxit Aſylum,
Ut laudes Chriſti Virgo pudica canat.

Conf. *Hoppenrodius* l. c. pag. 419; *Entzelt*, Chron. *der Alten Marck Brandenb.* Dn. *Knaut*, de *Antiquitatibus Pagorum & Comitatuum Principatus Anhaltini*, §. 71, pag. 44 &c. *Witichindo*, lib. 2 *Annal.* apud *Meibomium* l. c. Tom. I, pag. 644, vocatur *Comes: Defunctus eſt Sifridus Comes* (*qui ut idem*, l. c. p. 643, loquitur: *Saxonum Optimus, & à Rege ſecundus, Gener quondam Regis, tunc vero affinitate conjunctus, procurabat Saxoniam &c.*) *cujus ditionem cum ſibi vendicaſſet Thancmarus*, (filius Henrici Aucupis) *eo, quod propinquus ei eſſet, nam mater ejus, filia matertera erat Sifridi, de qua genuit Rex Henricus Thancmarum, & Regali dono ceſſiſſet, Geroni Comiti, afflictus eſt Thancmarus triſtitia magna &c.* Aſt pag. 647. Marchionem eum depingit: *Barbari autem, labore noſtro elati, nusquam ab incendio, cæde, ac depopulatione vacabant, Geronemque, quem ſibi Rex præfecerat, cum dolo perimere, cogitant. Ipſe, dolum dolo praoccupans, convivio claro delibutos, ac vino ſepultos, ad triginta fere Principum barbarorum, una nocte, exſinxit &c.* de virtute ejus bellica, lib. 3, p. 655, pergens: *Ingreſſus vero Urbem*, (Ratisbonam, Ludolſus, Ottonis Magni filius) *Portam Orientalem obſidentem, armis tentat Geronem, tot victoriis, quot præliis, clarum &c.* &, interjectis paucis) *Sclavi, qui dicuntur Uchri, à Gerone, cum magna gloria, devicti &c.* De memorabili XXX barbarorum Principum Strage, reperti ſunt in Bibliotheca Witebergenſi Rythmi Germanici:

Zu Lauſnitz, erſter Fürſt was Ich,
Driſſig Wendiſcher Herren tædtet ich;
Stifftet Gernrode *von eigner Hab,*
Daſelbſt man ſieht noch heit mein Grab.

Ap. Dn. *Becmannum* l. c. pag. 174, Monumento *Geronis* præfixi verſus ſic ſonant:

Zw Laußniez Erſter Fürſt was Ich,
Dreyſſick Wendiſcher Herren tædt Ich,

Stifft

Stifft Gernrode *von eigner Hab,*
Daſelbſt man ſieht noch heut mein Grab.

Obiit *Gero*, anno, ut ex *Chronico Montis Sereni*, modò audivimus 965, de quo *Hoppenrodius* l.c. p. 415: *Mortui Marchionis effigies, ut antea in toga viventis, ſaxo, quod exuvias tegit, in armis depicta, & inſculpta fuit, cum Imaginibus Apoſtolorum, ac tali inſcriptione:*

Anno Domini 965, die 14 Cal. Julii, obiit Illuſtriſſ. Dux, & Marchio, Gero, hujus Eccleſiæ Fundator, cujus anima requieſcat in pace, Amen.

Monumentum, quod Dn. *Becmannus* l. c. ſiſtit, hanc Inſcriptionem præ ſe fert:

Anno. Domini. DCCCC. LXV. XIV. Kalendas Julii, obiit. Illuſtris. Dux. &. Marchio. Saxonum. hujus. Eccleſiæ. Fundator. Cujus. anima. requieſcat. in. pace. Amen.

In eandem ſententiam facit Epigramma, memoriæ ejusdem Principis ſcriptum, *Gernroda* apud *Hoppenrodium*, l. c. pag. 425 & 426, & apud Dn. *Lucæ*, l. c. pag. 746: *Sub hoc ſaxo, continentur exuviæ Marchionis Geronis, hujus Eccleſiæ Fundatoris, qui fuit natus è veterum Saxonum proſapia, ſui temporis Illuſtriſſima, Patre Gerone, Comite Stadenſe & Hartzfeldenſe, anno* 890. *Ab Henrico Aucupe, cum primo conſtituiſſet, in Germania, Marcas, creatus Marchio Luſatiæ, an.* 927. *Poſtea, mortuo Marchione Sigefrido, Otto, ob admirationem virtutis & ſapientiæ addidit ei Marchiam Brandenburg, an.* 938. *Uxorem duxit Magdalenam, filiam Comitis Alberti Anhaltini, ex hac ſuſcepit duos filios, & unicam filiam. Filiorum* Gero, *immatum ætate mortuus eſt. Sigefridus, pro Patria fortiter dimicans, viceſimo ætatis anno, in acie, à Slavis & Sorabis, occiſus eſt, an.* 959. *Filia, Hethwigis, complexa ſacrum ordinem, prima Abbatiſſa ordinata fuit in Gernrode, anno* 961. *Vixit Fundator, usque ad Annum Chriſti* 965, *quo confectus ætate, curis ac laboribus bellicis, exſpiravit, cum vera & ardenti Invocatione Dei Patris, Filii & Spiritus Sancti, 14 Cal. Julii; anno Imperii Ottonis Magni VIII* (IV) *Regni Ejus XXIX.*

Et *Spangenbergius*, lib. X *Adelſpiegel*, cap. 19, fol. 314: Ann 965, *iſt Marggraff* Gero, *der Erſte Marggraff von Lauſsnitz - - - geſtorben, welcher auch Marggraff zu Brandenburg geweſen; liegt im Kloſter* Gerenrode, *am Hartz, begraben, und iſt ſein Grabſchrifft:*

Gero, Dux & Marchio, Fundator Eccleſiæ Saxonum.

Zu Lauſsnitz Erſter Fürſt was Ich,
Dreyſsig wendiſche Herren tœdtet Ich;
Stifft Gernrode *mit eigener Hab;*
Daſelbſt man ſieht noch heut mein Grab.

Anno Domini DCCC (DCCCC) *LXV. XIV Cal. Julii. Obiit Illuſtr. Dux & Marchio, Hujus Eccleſiæ Fundator, cujus anima requieſcat in pace. Amen.*

Plura de Eodem *Spangenberg. Chron. Mansfeld.* cap. 142, p. 209; *Angelus*, lib. 2 *Chron. March.* p. 52; *Bunting. Chron. Brunſuic.* p. m. 89. *Peucerus*, lib. 4 & 5 *Chron. Carionis; Meibomius*, Not. ad lib. 2 *Witichindi*, Tom. 1 *Rer. Germ.* p. 690, & ad lib. 3, l. c. Tom. 2, p. 702 &c. & Not. ad *Hoppenrodium* l. c. pag. 466 &c. Dn. *Ludewig*, de *Formula Ducatus Brandenburgici*, §. IV, pag. 35, lit. b, & §. X, lit. c, pag. 87. Dn. *Lucæ*, l. c. pag. 744 ad 746. Dn. *Knauth* l. c. §. XI ad XVII, p. 5 & 6. Subſiſtit *Hopenrodius* in Abbatiſſa XXIV, *Eliſabetha*, *Johannis IV* Principis Anhaltini in *Zerbſt*, filia, an. 1569 *Wolfgango*, Barbienſi Comiti, elocata. Integrum Catalogum Abbatiſſarum usque ad *Sophiam Eliſabetham*, filiam *Johannis Georgii I*, Princ. Anhalt: (quæ 1614, *Georgio Rudolpho*, Duci Lignicenſi, nupta, annoque 1622 defuncta, ultima hunc titulum geſſit;) exhibet Dn. *Becmannus*, l. c. §. IX, p. 175, ad 182. Refertur Abbatia ad Circulum Saxon. Super. competitque Sereniſſimæ Domui Anhaltinæ, à tempore laudatæ Abbatiſſæ, *Sophia Eliſabetha*, propterea, in *Scamno Prælatorum Rhenano*, votum & Seſſio. *Bucelinus*, part. 2, *Germ. Sacr.* voc. *Gerenrode*, p. 39, de Abbatiſſa noſtra ſcribit: *Abbatiſſa inter S. R. J. Principes pridem adſcripta, in Catalogo Ordinum Imperii, quibus ſuffragii jus in Comitiis competit, à Friderico III Imp. memoratur &c.* Minimum, occurrit in ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii, *Spirenſis*, an. 1529, *Auguſt.* 1530, *Spir.* 1542, *Auguſt.* 1555 & 1559, & ſeqq. usque ad Noviſſ. *Ratisbonenſem*, 1654; Quamvis, & dicta Sereniſſima Domus Anhaltina, jam per Seculum, eam eximat. Vid. Dn. *Becman*, l. c. §. X, pag. 181. De Juribus, quæ Anhaltini Principes hic ſibi vindicent, evolvatur quoque *Wehnerus*, *Obſervat. Pract.* voc. *Vogt*, p. m. 486: *Die Fürſten zu Anhalt haben auch die Vogtey zu* Gernroda, *werden damit von Ræmiſ. Kayſern belehnet, Krafft derſelben thut ſich Se. Fürſtl. Gn.* meri & mixti Imperii *unternehmen. Ob die Abtiſſin die Erb-Gerichte habe, iſt mir unbewuſt.* Ad quem locum *Meibomius* quoque, in Not. ad *Hoppenrodium* l. c. pag. 466 provocat. Hinc *Limnæus*, Tom. IV, Addit. ad lib IV, cap. 7, p. m. 520: Geringeroda, *oder Gerenroda*, 1 *zu Roſs*, 6 *zu Fuſs*, *wird von denen Fürſten zu Anhalt*, cum onere *vertretten*. Add. *Europ. Herold*, Tom. I, pag. 604, §. XIV; & Dn. *ImHoff Notit. Proc.*

Imp.

Imp. lib. 3. cap. 29, §. 16, p. m. 122; *Gerenrodenſis Abbatia - - - - jam multorum ſpatio annorum, Antiſtitam nullam habuit; ſed Principes Anhaltini eam eximere ſolent cum onere &c.* Dn. *Bilderbeck, Reichs-Staat*; Tom. 2, part. V, cap. 35, §. 14, p. 89 & 90. Religionem Evangelicam introduxit an. 1521, Abbatiſſa, *Eliſabetha*, Com. de *Wied*.

(*c*) BUCHAVIENSIS; *Buchaugia, vel Buchovia, Bucau, Canoniſſarum, ſeu Monialium Nobilium, ac antiquo Stemmate, Majorumque imaginibus, conſpicuarum, ab omni tamen Ordine, profeſſione, ac voto, immunium, ac prorſus liberarum, Collegium potius, quam Cœnobium, in Suevia, ad ejusdem nominis amœniſſimum lacum, quem vulgò Liberum Lacum, vel Plumarum Lacum, Feeder-See, vocant, non procul à Biberaco, Urbe Imperiali, in Suevia ſitum. In quod aſſumi ſolent tantum Comitiſſæ, & Baroniſſæ, quæ ibi, ſub Abbatiſſa, pudicè & probe educari, ad pietatem & virtutem informari, poſtea nubiles & ambitæ, aut expetitæ, egredi iterum, & honeſte nubere ſolent, quod omnibus conceſſum & liberum, ſoli Abbatiſſæ, propter acceptam Pontificiam Benedictionem, ut vocant, integrum non eſt - - - Id, inquam, ampliſſimum ac pulcherrimum Collegium, fundatum legitur, in honorem SS. Cornelii, & Cypriani, à Domina Adelinde, Hildebrandi, Potentiſſimi Suevorum Ducis, filia, Hildegardis Reginæ, & Campidonenſis Fundatricis ſorore, Comitis verò Othonis à Keſſelburg, in Blanchina Valle, circa Biberacum, habitantis, relicta vidua, quæ ibi ſepulta eſt &c.* Hæc *Bruſchius*, de *Monaſteriis Germaniæ*, voc. *Buchaugia*, p. 61. Quomodo dictus *Otho* Comes, cum quatuor filiis, *Beringero, Reginolpho, Gerhardo, & Hattone*, in Valle prope *Biberacum*, inde nomen ſortita, *Vallis planctus*, ſcil. *Adelindis*, & accolarum, vulgò *Blanchina*, adverſus barbaros, à *Carolo Magno*, ad arma vocatus, occubuerit, exſtructo in memoriam trucidatorum Mariti & Filiorum hoc Cœnobio, idem deſcribit l. c. pag. 63 &c. In cineres redactam Abbatiam reſtauravit *Ludovicus Pius*, largiterque, an. 821, dotavit. Priores Abbatiſſæ ignorantur, ad *Irmendrudin* usque, an. 1021 defunctam; quæ eam ſecutæ, ad an. 1540, quo *Margaretha*, Com. de *Monteforti*, electa, occurrunt ibid. p. 66 ad 68. Conf. de hoc Cœnobio *Bucelinus*, part. 2 *Germ. Sacr.* voc. *Buchau.* p. 18; *Europ. Herold*, T. I, p. 601, §. X, ubi: *die Frau Abtiſſin - - - iſt, ſampt der Aebtiſſin zu Lindau, von Kayſer Carn IV, in den Fürſten-Stand erhoben, und laſſet Ihr, bey der* Inauguration, *zum Zeichen der Hoheit, ein Buch und ein bloſes Schwerdt, vortragen. Die jetzo Regierende, iſt die Hochwürdig-Hochgebohrne Fr. Fraw. Maria Thereſia, Abtiſſin der Kayſerlichen Freyen weltlichen Kloſters* Buchau, *gebohrne Græſſin von* Monfort, ſuccedirte *Fr.* Marien Franciſcen, *Græſſin Truchſeß in Zeill, den* 15 Dec. 1693. *Das Wapen ſtellet ein grünes Feld, mit einem rothen Creutze, deſſen Obertheil mit einer güldenen Sonne, und güldenen Halben Mond, begleitet, vor augen &c.* Dn. *ImHoff, Not. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 29, §. 3 & 4, p. 119 & 120. Dn. *Bilderbeek, Reichs-Staat*; Tom. 2, Part. V, cap. XXXV, §. X, p. 88. Canoniſſæ ſunt Octo; Vid. Dn. *ImHoff* l. c. §. 5. Votum & Seſſionem habet Abbatiſſa in *Scamno Prælatorum Rhenano*. Mentio ejus fit in Subſcriptione Receſſuum Imperii; *Spirenſium*, an. 1529, & 1542, *Norimbergenſium*, an. 1542 & 1543; *Wormat.* 1545; *Aug.* 1559 &c. ut & Noviſſ. *Ratub.* an. 1654.

(*d*) ESSENSIS; *Eſſenſe, Nobilium Virginum, potentiſſimum Monaſterium, cujus Abbatiſſa S. R. J. Princeps eſt, ſitum in Diœceſi Hildesheimenſi, condidit, ſub an. Chriſti 860, S. Altfridus, Hildeſianus Epiſcopus, pro Ordine S. Benedicti &c.* Ita *Bucelinus*, Part. 2 *German. Sacr.* voc. *Eſſenſe*, p. 31; Aſt *Part. altera*, voc. *Aſſindienſe*, pag. 143, ait: *Aſſindienſe, vulgò Eſſenſe, Nobilium Virginum, Benedictini olim Ordinis, hodiè Canoniſſarum, Illuſtriſſimum & Imperiale Collegium, fundatum à B. Altfrido, Corbejenſi Monacho, Hildesheimenſium meritiſſimo Epiſcopo, an. Chriſti 876 &c.* Cl. *Papenbrochius*, Tom. V, *Actor. Sanctorum, Menſ. Maji*, p. 50, ex MS. *Browilerenſi*, de Vita *Ehrenfridi* C. P. R. inquit: *Aſinde, Aſſindia, Eſſendia, hodiè Eſſen - - - - Abbatia, fundata anno* 873, *ab Alfredo, Epiſcopo Hildesheimenſi, Literæ fundationis datæ*, 873, 5 *Kal. Octob. reſtaurata deinde, à Theophania Abbatiſſa, Ezonis Palatini filia &c.* Eadem profert Dn. *Tolnerus, Hiſt. Palat.* cap. IX, p. 231. Formulam Fundationis, *anno Incarnationis Dominicæ DCCC LXXVII*, (non 873) *ſub Piiſſimo Rege Ludewico, anno Imperii ejus XXXVI, apud Coloniam Civitatem, V Kal. Octobr. in ipſo die dedicationis Baſilicæ S. Petri*, ſcriptam, ſuppeditat Dn. *Paullini*, in *Hiſtoria Collegii Visbecenſi*, §. XII, p. 10 &c. diverſam tamen ab ea, quæ apud *Hermannum Stangefolium*, lib. 11 *Annal. Circuli Weſtphal.* p. 150 &c. & Dn. *Schatenum*, lib. 3, *Annal. Paderbornenſ.* ad an. 873, p. 174 &c. occurrit. Minimum, falſa ſubſcriptio annum 877 præ ſe ferens, benè monente *Schateno* l. c. pag. 175, loco anni LXXVII, legendum eſſe LXXIII, quem & *Papenbrochius* l. c. indigitat, &, pro XXXVI, XXXIV; cum *Ludovicus Germanicus*, jam an. 876, ad plures abierit; Vid. præced. Tit. V. vita *Ludovici Pii* Imp. v. 3, §. 3, p. 448. Quæ, de reſtauratione, dicuntur, auctoritate Monachi *Brunwilerenſis*, in Vita laudati *Ehrenfridi*, ſeu *Ezonis*, ejusque Conjugis, *Mathildis*, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. I *Rer. Brunſuic.* p. 316, probari poſſunt: *è quibus*, (Ezonis & Mathildis filiabus) *Theophanu, virum ſe moribus gerens, Aſindenſe Monaſterium, cum univerſis ejus officiis, jam partim vetuſtate collapſis, ab ipſis fundamentis, novo erigens opere, mirabiliter amplificavit. Unde & ibidem ejus*

memo-

memoria ſemper in benedictione erit &c. Conf. *Zeiler, Topograph. Weſtphal.* p. 25; *Europ. Heroldt*, Tom. I, p. 601, §. IX; Dn. *ImHoff, Notit. Proc. Imper.* lib. 3, cap. 29, §. 2, pag. 119; Alii. Situs Abbatiæ eſt, in *Bergenſi* Ducatu, *Ruram* inter *Emſcheramque* fluvios, 3 Milliar. à *Duysburgo*, propterea ad *Circulum Weſtphalicum* relata. *Jus Advocatiæ*, ſpectaſſe quondam ad Duces *Bergenſes*, abundè conſtat; hodiè, ut audio, ad Potentiſſimum Electorem *Palatinum*, tanquam *Ducatus Bergenſis* Poſſeſſorem, pertinet. Catalogum *Abbatiſſarum*, à *Gerſuida*, B. *Altfridi* Fundatoris ſorore germana, usque ad *Annam Salomen*, Comit. de *Salm & Reifferſcheid*, an. 1646, 5 Junii, electam, complectitur *Bucelinus* l. c. *Part. altera*, pag. 143 ad 148; eundem ſiſtit Dn. *Paullini* l. c. pag. 13, 14 & 15, usque in BERNHARDINAM SOPHIAM, Comitiſſam *Friſiæ Orientalis*, & *Rietbergæ*, an. 1691, electam, extenſum. Hodierna eſt Sereniſſ. Dn. FRANCISCA CHRISTINA, Com. Pal. R. nata 26 Maji 1696, electa 15 Oct. 1726. Competit ei votum & ſeſſio, in *Scamno Prælatorum Imperii Rhenano*. Subſcripſiſſe legitur Receſſus Imperii, *Spirenſem* an. 1526; *Ratisb.* 1527, *Spir.* 1529; *Auguſt.* 1530; *Wormat.* 1535 &c. &c. & noviſſimum adhuc *Ratisbonenſem*, 1654. Canoniſſæ vel Principes, vel Comitiſſæ, vel Baroniſſæ, eſſe tenentur, quibus abjiciendi veli, contrahendique matrimonii, facultas. Vid. *Zeiler*, de X *Circulis Imperii*, Tit. IX, voc. *Eſſen*, pag. 915 &c. *Europ. Heroldt*, l. c. Dn. *ImHoff* l. c. Dn. *Bilderbeek Reichs-Staat*, Tom. 2, part. V, cap. 35, §. 9, p. 88.

(e) HERVORDENSIS; *Stricturas ad Hiſtoriam Herfordiæ pertinentes*, Reſpondente *Juſto Adamo Werfelio*, Herfordia-Weſtphalo, ventilavit Dn. *Schurtzfleiſchius*, an. 1689, quæ, inter Diſſertationes ejus Academicas Hiſtorico-Civiles, ſub finem præteriti Seculi, uno Volumine editas, XXXVII locum obtinet. Variæ de Fundatione ſententiæ. Auctor, de *Fundatione quarundam Germaniæ Eccleſiarum, à temporibus Caroli Magni, ad Ottonem Magnum*, apud *Maderum*, de *Antiquit. Brunſuic.* pag. 162, & Dn. *Leibnitium*, T. 1, *Rer. Brunſuic.* p. 261. ait: *Anno Domini DCCXCII, Comes Wolterus in Hervorde, hortante Karolo Magno, & auxilio Wedekindi, Regis Angarorum, Cœnobium Hervorde fundavit, & cum toto Comitatu dotavit.* In *Chronico Mindenſi*, apud *Meibomium* T. 1 *Rer. German.* pag. 554, legitur: *Anno Chriſti 789, B. Wolderus, Comes Hervordiæ, hortante Carolo, & admittente Rege Angarorum, Wedekindo, jam tunc fideli Chriſtiano, Cœnobium Nobilium Puellarum in Hervordia Weſtphaliæ, ab Angaria non remote, fundavit, & paterna hereditate dotavit; ubi etiam poſt decenter ſepultus, usque in hodiernum diem venerabiliter honoratur. Cœnobium autem iſtud à Paganis deſtructum eſt, ſed per Ludewicum Pium, anno Imperii ſui ſexto, eſt reſtauratum &c.* Ipſe *Meibomius*, l. c. in Notis, ad ætatem 6 *Coſmodromii, Gobelini Perſonæ*, cap. 47, pag. 358, inquit: *Floruit Hervordia, ſub Carolo Magno, & ita quidem, ut Comitem habuiſſe legatur. Ultimus Familiæ, cum ἄπαις eſſet, hortatore eodem Carolo, Nobilium Puellarum Cœnobium Hervordiæ inſtituit, ampliſſimeque dotavit. Fundatio hæc incidit in annum Chriſti 790. Ludovicus Pius Imp. anno Regni ſui ſexto, Cœnobium hoc, per Wolderum Comitem, ſibi commendatum, manumiſit (ſic loquuntur Veteres Libri) & in defenſionem ſuſcepit &c.* & l. c. in Not. ad Lib. 1 *Witichindi*, p. m. 682: *Per antiquum fuit hoc* (Herfordenſe) *Cœnobium, conditum tempore Caroli Magni, an. 789, admittente Witichindo, Saxonum Rege, ſumptu & ſtudio Wolderi, Comitis ejus loci, paternam hæreditatem ad ſacra impendentis &c.* Add. *Hamelmannus*, de *Familiis emortuis*, lib. 1, p. 37, Dn. *Tentzelius*, *Vindic. Cenſuræ Conringianæ, Diplomatis Lindavienſis*, cap. IX, §. XIII, p. 222: *Ἄπαιδες erant, qui omnia ſua bona allodialia Cœnobiis conferebant, quod liquet, Waltheri, Ultimi Herefordienſis, in Weſtphalia, Comitis, exemplo, quem, hæredibus orbum, omnia ſua bona Illuſtri Nobilium Virginum Cœnobio, ibidem exſtructo, an. 790, donaſſe, docet Meibomius, Rerum Germanicarum Tomo I, pag. 358. &c.* & Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 29, §. 15, pag. 121 & 122; Alii. In *Zeileri Topographia Weſtphaliæ* pag. 32, appellatur fundator, *Waltgerus*, qui in monte *Dorenberg*, habitaverit, ex Patre, *Dedda*, & Matre, *Eewi*, Chriſtianis natus, poſſeſſionibus & facultatibus abundans, ſacramque Deo ædem, an. 832, eo loco, quo *Waltgeri* Capella conſpicitur, erigens, in cujus ſuperficie reperiuntur verba: *Princeps hujus Terræ, Waltgerus, primus Fundator Eccleſiæ Herfordenſis &c.* *Büntingio, Chron. Brunſuic*, pag. 33, audit *Walbertus*, D. Saxoniæ: *Walbert, Hertzog zu Sachſen und Engern, hat den angefangenen Baw der Kirchen* S. Alexandri *zu Wildeshauſen vollend ausgeführet, iſt darauf gen Rohm gezogen, und von dannen* S. Alexandri *Heiligthumb mit ſich weggebracht. Diß ſoll geſchehen (cym anno 846. vierzehen Jahr zuvor* (ergò anno 832) *hat Er geſtifftet das Cloſter Hervord, in Weſtphalen, in welches nur Fürſten, Graffen und Freyherren Töchter angenommen werden. Kayſer* Ludovicus *der I, hat dieſe* Fundation *beſtettiget, und das Stifft in Sein und des Reichs Schutz genommen, auch mildiglich begütert. Eine alte beſchriebene Mindiſche Cronicka nennet den* Fundatorem *des Stiffts Hervort*, Wolterum. *Er iſt anno 956 verſtorben, und zu Wildeshuſen begraben worden &c.* Enimverò, extra controverſiam poſitæ ſuperſunt tabulæ, in quibus Monaſterii noſtri primordia *Ludovico Pio* Imperatori vindicantur. Memini earum præced. §. 16,

lit. f,

lit. f. in primis *Ludovici Germanici*, de an. 853, ingenuè fatentis, Parentem ſuum, tam *Novam Corbejam,* quam *Hervordenſe* Cœnobium, *exſtrui juſſiſſe*, qua, vel æquipollente, phraſi, alii quoque Principes, & Viri fide digni, ibidem nominati, utuntur; rectè hinc inferente Dn. *Schurtzfleiſchio* l. c. §. VII, pag. 7, non *inſtaurationem*, ſed *primi conditoris opus*, hiſce verbis denotari; add. *Europ. Heroldt*, T. 1. pag. 604. Dn. *Paullini*, in Not. ad *Decretum Auguſtæ Synodi Moguntinæ, ſub Luitberto Archi-Epiſcopo, an.* 888 *convocatæ*, §. VI, pag. 480 *Syntagmatis Antiquitatum Germaniæ &c.* & §. XIII, XIV & XV, pag. 494 ad 498. Primam Abbatiſſam offendimus in diplomate Ipſius Fundatoris, *Ludovici Pii*, ſub dato: *Neomagi*, 7 Id. Junii, anno *Imperii Domini Hludowici, Piiſſimi Auguſti, XXV*, apud Dn. *Schatenum*, lib. 2 *Annal. Paderborn.* ad an. 838, pag. 115, verb: *Complacuit Nobis ad quoddam Monaſterium, vocabulo Herivarth, quod in Ducatu Saxoniæ, in honore Sanctæ Dei Genitricis, Mariæ, Semper Virginis, conſtat eſſe dicatum, quod præſenti tempore Venerabilis Tetta, Abbatiſſa, regere dignoſcitur &c.* In citato diplomate *Ludovici Germanici*, an. 853, in gratiam ejusdem Abbatiæ expedito, l. c. ad h. a. pag. 141, mentio fit *Addila* Abbatiſſæ, verbis præced. §. 16, lit. f, extantibus. Hanc excepit *Hadwida, Ecberti*, Saxoniæ Ducis & *Idæ*, filia, de qua idem Rex, in alio diplomate, ſub dato: *Franconovurt*, anno Ipſius Regni XXVI, Id. Jun. Indict. XIII, apud *Schatenum* l. c. lib. 3, ad an. 865, pag. 157: *Ad Monaſterium, quod dicitur Herivurt, quod eſt conſtructum in honore* S. *Mariæ ſemper Virginis, ſitum in Ducatu Saxonico, ubi, præſentibus temporibus, Hadwic Abbatiſſa & Rectrix, eſſe videtur &c.* In alio diplomate, ſub dato *Francovurt*, 7 Cal. Maji, an. XXVII, Ipſius Regni, Indict. XIV, adeoque an. 866, l. c. ad h. a. pag. 160, eandem appellat: *Haduwic*; quam *Ecberti*, Saxoniæ Ducis, & *Idæ*, filiam, ſororemque *Warini*, Corbejenſium Abbatis, & *Cobbonis*, à quo extinctam *Tecklenburgicorum* Comitum Familiam derivant, fuiſſe, Illuſtr. Dn. *Leibnitius*, in *Introductione in Collectionem Scriptorum Brunſuicenſium*, ex vita S. *Idæ*, & *Translatione* S. *Puſinnæ*, probat. Conf. *Erdwini Erdmanni Chronicon Oſnabrugenſe*, apud *Meibomium*, l. c. Tom. 2, pag. 200. Potens eſt hæc Abbatiſſa, votum ſeſſionemque in *Scamno Prælatorum Imperii Rhenano*, habens. *Bucelinus*, part. 2, *German. Sacra*, voc. *Herfordenſe*, pag. 44, ita de ea: *Inter S. R. Imperii Principes in Catalogo prædicto* (Abbatum Imperii) *Friderici III Imperatoris, recenſetur &c.* Minimum ſubſcripſiſſe legitur *Receſſum Imperii Auguſtanum*, an. 1555 &c. in è noviſſimum adhuc, *Ratisbonenſem*, an. 1654 Illuſtr. Auctor *des Europ. Heroldis* l. c. de eadem ſcribit: *Gewiß muß wohl das Stifft ſehr machtige Wohlthater gehabt haben, weil es ſo anſehnliche Vaſallen, worunter auch Fürſten und Graffen, an ſeinem Lehen-Hoff zahlet, welche, bey Empfangung der* Inveſtitur, *auf der unterſten Stuffe des Throns, worauf die Abtiſſin ſitzet, zu knien, und Ihr Gold und Silber zu* offeriren *pflegen; und bedienet Sie ſich der* Formul: *Wir belehnen Euch, doch Unſers Stiffts Pflicht, Pacht und Recht vorbehalten. So hat es auch noch ſeine Erb-Empter; und iſt der Graff von Pyland: Erb-Jægermeiſter; der von Morrien zu Rheve: Erb-Marſchall; der von Münich: Erb-Schencke; und der von Ledebur: Erb-Truchſes &c. das Wapen iſt eine rothe Zwerchſtraſſe, in einem* emaillir*ten Silbernen Felde &c.* Jurisdictionem in Oppidum *Herfordienſe* diu ſibi Abbatiſſæ vendicabant; Urbs tamen potentia & opibus eo proceſſit, ut ad libertatem niteretur, cui impar *Anna Limburgia*, Antiſtita, an. 1547, 20 Maji, formula teſte apud *Lunderpium*, Tom. VI. *Contin. Act. Publ.* lib. IV, cap. 196, p. 714 & 735; jure ſuo cedens, Imperium Urbis, ex pacto, in Wilhelmum, Juliaci Cliviæque Ducem, qua Comitem, *Ravensſpergium*, transtulit. Urbs contra rationes edidit, nemine interjecto, ad Imperatorem & Imperium ſe pertinere; præſertim, cum an. 1647, 20-30 Aug. à Potentiſſimo Electore Brandenburgico, *Friderico Wilhelmo*, irrita Transactione, *Düſſeldorpienſi* d. 8. April. cum Neoburgico Duce, occuparetur. Spectat huc deductio, quam *Anthonius Fürſtenau*, Civitatis Legatus, ſub tit. *Kurtzer, doch warhafftiger Bericht, von des H. Rœmiſchen Reichs Statt Herford uhralten* Fundation, gaudiren*den Reichs*-Immedie*tat und Privilegien &c.* an. 1653, typis vulgavit, apud *Lundorpium*, l. c. pag. 706 &c. urgens maximè (1) Confœderationum tabulas *Civitatis*, cum *Ottone* Com. Ravensbergico, an. 1286; cum *Wilhelmo* Juliacenſi, Bergenſi Duce, Comiteque Ravenſpergico, an. 1349; cum *Gerhardo*, ejus filio, Comite Bergenſi, & Ravensbergenſi, an. 1359; cum *Aylſo*, Com. de *Berg* & *Ravensperg*, an. 1395; cum *Wilhelmo* Com. Bergenſi & Ravenspergenſi, & Epiſcopo Paderbornenſi, an. 1413; cum *Gerhardo*, Duce Juliaci & Bergæ, Comiteque Ravenspergenſi, an. 1452; cum *Wilhelmo*, Duce Cliviæ, & Bergæ, Comiteque Ravenspergico, an. 1476; cum *Johanne*, Duce Juliaci, Cliviæ, & Montium, Comiteque Ravenspergico, an. 1533 &c. (2) In Prima Inſtantia, vocatum in Judicium, à *Judicio Aulico*, comparuiſſe, an. 1424, 1431, 1444, 1445, & 1516; (3) Confirmationem omnium Privilegiorum, Jurium, immunitatum &c. an. 1457, à *Friderico III* Imp. & ſeqq. Imperatoribus, conſecutam; (4) Pendente Exemptionis Lite, à *Maximiliano* 2, an. 1576; *Rudolpho* 2, ann. 1594, 1597, 1602, 1606, 1607; *Matthia*, an. 1613; & *Ferdinando III*, an. 1641, ad Comitia Univerſalia Imperii, pariterque Circulorum; nec non ad Tracta-

tus

Digitized by Google

tus Pacis Oſnabrugenſem & Monaſterienſem, *evocatam*; (5) Ejus mentionem fieri, inter immediatas Imperii Civitates, in Matricula Imperii an. 1521, & ſequentibus; (6) Ex mandato *Sigismundi* Imp. ſub dato *Nürnberg*, 1430, *ware Sie* 20 *Spieſe, wieder die Ketzer, außzurüſten*; it. *von* Rudolpho 2, Matthia, Ferdinando 2, *ihre ſchuldige Reichs-Anlage beyzutragen, auch zu der Schwediſchen Militz* Satisfaction, *und der Franckenthaliſchen* Evacuation, *angehalten worden*; (7) Præſto eſſe Apochas, quod ſymbolam, ad Imperii onera, an. 1549, 1604 & 1625, contulerit. (8) A ſententiis, in Senatu latis, non niſi ad Cameram Imperialem appellationes devolutas; (9) *Seye Sie jederzeit mit eigenem* Confirmir*ten* Territorio *und Burg-Bahn verſehen geweſen*; (10) *Habe Sie den Reichs-Apffel in Ihrem* Inſigni *geführet*; (11) *den Müntzſchlag, an Ducaten, Gantzen und Halben Reichsthalern &c. mit einem Müntz-Baws* Privilegio, *gebrauchet*; (12) *das Juden Gelait* abſolutè exerciret; (13) *kein Churfürſt, Fürſt, Graff oder Herr, das* Jus Superioritatis, *über Sie* (*die Statt*) *jemahls in Handen gehabt &c. &c.* (14) Per ſententiam *Cameræ* definitivam, an. 1631, 31 Mart. finem liti impoſitum, & Immedietatis Jura Civitati aſſerta, ad votum ſeſſionemque in Comitiis admittendæ. Formulam habes l. c. pag. 726 & 727, ut & apud *Limnæum*, Tom. IV, Addit. ad lib. VII, cap. 25, pag. 239. (15) Sententiam hanc à Cæſare, an. 1642, 17 Nov. in literis ad Electorem Colonienſem, qua Epiſcopum Monaſterienſem, & *Directorem Circuli Weſtphalici*, Juliacenſibus Miniſtris, in Comitiis Circuli Colonienſibus, *Herfordenſi* Syndico, locum & Votum, denegantibus denuo confirmatum; Vid. *Lundorp.* l. c. pag 727; (16) Acceſſiſſe, an. 1643, 4 Mart. Mandatum pœnale manutenentiæ rei judicatæ, & Conſtitutionum Imperii, nec non Inhibitorium, de non amplius turbando, vel moleſtando, ſine Clauſula; contra Electorem Brandenburgicum & Conſortes; l. c. p. 727 &c. non minus (17) An. 1648, 14 Jan. Citationem, ad videndum, ſe declarari in pœnas fractæ Pacis Publicæ, cum Mandato, de abducendo milite, non amplius turbando, ſed reſtituendo, ſine Clauſula; Vid. l. c. pag. 732 &c. & (18) Receſſum Executionis, à Subdelegatis Commiſſariis Imperii, Conſiliariis ſcil. Electoris Colonienſis, & Ducis Saxo Lauenburgici, an. 1651, 14 Octobr. *Herfordiæ* promulgatum, Civitate in ſtatum, quo ante occupationem fuit, reſtituta; Vid. l. c. pag. 740 §. 27; (19) Reſcriptum Cæſareum Reſtitutorium & Inhibitorium, de an. 1652, 5 April. l. c. pag. 742; &c. &c. Quid Sereniſſimus Elector reſponderit, docet, Ipſius nomine, vulgatum ſcriptum: *Summariſcher Abſatz, und Wiederlegung des, von* Antoni Fürſtenaw, *unterm falſchen Nahmen eines vollmachtigen, ausgeſprengten vermeinten kurtzen und wahrhafften, aber* in effectu *unwahren und falſchen Berichts, wegen der Statt Hervorden angemaßten* Immedietæt; apud *Lundorpium* l. c. cap. 197, pag. 752 &c. Prolata argumenta omnia enervans. Conf. de hac lite *Lundorp.* Tom. VII, §. 607, p. 708, & §. 610, p. 709; *Limnæus*, Tom. V. Addit. ad lib. VII, cap. 25, p. 216. In præſentiarum Civitas, pacis amans, ſine labe Principem, cujus Imperio defenditur, colit & in fide perſeverat. Hodierna Abbatiſſa eſt Sereniſſ. Domina JOHANNA CHARLOTTA, Princ. Anhalt. Deſſau nata 6 April 1682, electa 4 Febr. 1729. Coadjutricem habet ab 1734 Sereniſſ. Princip. ANNAM AMALIAM, FRIDER. WILHELMI, Regis Boruſſiæ filiam, nat. 9 Nov. 1723.

(*f*) ANDLAVIENSIS. *Andlow, antiquitus Andelaha, Germ. Andlau, ab ejusdem nominis fluvio, vel Helionis Cœnobium, in Pago Heliſatia* (Alſatia) *S. Fabiano & Fœlicitati ſacrum, Canoniſſarum, celebri loco natarum, opulentum Collegium, ad montana Vogaſi ſitum; fundatum, ac pro duodecim Canoniſſis, totidemque Canonicis, liberaliſſimè dotatum eſt, anno Chriſti* 880, *aut, ut alii volunt*, 888, *à S. Richarde, Scotorum Regis filia, Caroli Craſſi, Romanorum Imperatoris, Conjuge, quæ, per divortium, à marito ſegregata, ibi vixit, mortua & honorifico tumulo, poſt ſummam Aram, in ſublime collocato, ſepulta eſt &c.* Ita *Bruſchius*, de *Monaſteriis Germaniæ*, voc. *Andlow*, pag. 24 & 25, annectendo ſimul Abbatiſſarum catalogum mancum licet, ab *Adelheida*, de qua ſcribit: *Domina Adelhaidis, ab ipſa S. Richarde Imperatrice, ac Fundatrice, Prima Abbatiſſa hujus Collegii conſtituitur &c.* usque ad *Cordulam de Kretzingen*, an. 1538 electam. Conf. *Bernhardus Hertzog*, *Chron. Alſat.* fol. 18 & 19; *Bucelinus*, part. 2 *German. Sacr.* voc. *Andlavium*, p. 73 & *parte altera*, voc. *Andlavienſe*, p. 137 & 138; ubi eædem habentur. Fundationem confirmat *Jacobus de Kœnigshoven*, in *Chronico Alſatico*, cap. 2, §. 151, in vita *Caroli Craſſi*, pag. 105, Edit. Schilterianæ de an. 1698: *Donoch wolte ſü* (Imperatrix Richardis) *niit me zu irme Manne, und fur in das Cloſter zu* Andelo, *in Stroſburger Byſtum, das Sü ouch von nuwem uf ſtiftete, und græslichen begobete &c.* & cap. V, §. 59, p. 286: *Do man zalte, noch Gotz Geburte*, 880 *Jor, do wart das Kloſter ze* Andeln *geſtiftet, und gemachet, von der Keiſerin Sant Rikart: die des Dritten Keiſers Karlen Frowe was, und fur in daſſelbe Kloſter, und bleip ein reine Maget &c.* Exempta eſt hæc Abbatiſſa ab omnibus Imperii oneribus, & tamen, in *Scamno Prælatorum Rhenano*, tam in Comitiis Univerſalibus, quam Circularibus voto & ſeſſione fruitur; in modernis, vicem ejus geſſit Dn. *Arnoldus de Lohn, des Johanniter-Meiſterthumbs Rath und Cantzler.* Hodierna eſt, Domina *Johanna Sabina*, menſe Aug. 1699, *Maria Cunigunda* de *Beroldingen* ſurrogata; Vid. *Europ. Herold.* T. I, p. 604, §. XII. Hanc *Mariam Cunigundam*, electam 13 Julii, an. 1666, in locum *Mariæ*

8 D 2 *Beatri-*

Beatrix ab Eptingen, quam *Maria Sabina ab Offenburg* anteceſſerat, ex Dn. *ImHoffio*, *Not. Proc. Imper.* lib. 3, cap. 29, §. 9, p. 120, diſcimus. *Paurmeiſterum*, lib. 2 de *Juriſdict. Imperii Romani*, cap. 1, pag. 448, perperam, inter Abbatiſſas, voto & ſeſſione in Imperio gaudentes, Principem noſtram ſilentio præterire, notat *Limnæus*, Tom. IV Addit. ad lib. IV *Jur. Publ.* cap. 7, pag. 521.

(*g*) *PLURES*; Veniunt hoc titulo:

(1) LINDAVIENSIS. *Lindavienſe Canoniſſarum Nobili ſtemmate natarum, ab omni voto immunium, nullaque prorſus veſte monaſtica indutarum, nec nullo* (ullo) *cœlibatus juramento ab honeſtis nuptiis exemtarum Dominarum, ampliſſimum Collegium, in Lacu Acronio, & ejusdem nominis inſulari Civitate, ſitum, antiquitus Lendaugienſe, ob maximam, ad locum, natura portuoſum, appellendi è Lacu commoditatem, dictum, cœpit annum Chriſti circiter 810, ex pia liberalitate ac munificentia Adalberti, cujusdam Comitis de Rorbach, qui, Patre Leotobico natus, Caroli Magni Conſanguineus, Sacrique Palatii Magiſter, & Provinciarum Rhaticarum Præfectus, cum aliquando procelloſis Acronis Lacus fluctibus pene obrutus, de vita deſperaſſet, & precabundus voviſſet, eo ſeſe loco, in Beatæ ac Deiparæ Virginis Mariæ honorem, gratitudinis ergò, constructurum templum & Cœnobium, ubi ſalvus & incolumis littori appuliſſet; caſu in hanc Inſulam, ventorum vi, delatus, eam purgari, & à fratre Mangoldo, Comite à Rorbach, adjutus, Cœnobium ibi conſtrui fecit, cui nomen, ab eventu, & felici appulſu ſuo, indidit, ut Lendoa, vel Lendaugia, nuncuparetur. Idem verò Adelbertus - - - anno Domini 841, decima die Maji, occiſus legitur, à Copiis Ludovici; Regis Germaniæ & Bavariæ, non procul à Lacu Brigantino, dum is, à Cæſare Lothario, præſidii loco, in Rhætia poſitus eſſet, ut prohiberet, ne Caroli Calvi Exercitus, è Burgundionibus adveniens, cum Ludovici Fratris agmine jungeretur. Poſtea, an. Domini 866, ab Imperatore Ludovico 2, Cæſaris Lotharii filio, datis privilegiis, ac Aſylo inſuper, in ſontium refugium, conceſſo, confirmatur Adalberti Comitis, Lothario Cæſari tam fidelis Præfecti & Miniſterialis, nova iſta fundatio. Addita præterea iſta etiam dignitate, ac prærogativa ſingulari: Ut Abbatiſſa ejus loci, cum aliis S. R. Imperii Eccleſiaſticis Prælatis, Princeps eſſet S R. Imperii, cui, in publicis pompis, liber deberet præferri, quemadmodum Buchaugienſi etiam Abbatiſſæ, in celebrioribus pompis, liber & nudus gladius antiquitus anteferri eſt ſolitus &c.* Hæc omnia *Bruſchius*, in *Chronologia Monaſteriorum Germaniæ*, voc. *Lindavienſe*, p. m. 285 & 286; recenſens ſimul, p. 188 & 289, Abbatiſſas, à *Juota*, an. 1043, ab *Henrico III* Imp. Cœnobio præfecta, usque ad *Catharinam de Bodmen*, an. 1532 electam. Conf. *Bucelinus*, part. 2 *Germaniæ Sacræ* voc. *Lindovium*, p. 54, *Adalberti* verò fundatoris Patrem, *Hunfridum*, Agilolphingicæ Gentis, vocans; & *parte altera*, voc. *Lindovienſe*, p. 212, ubi easdem, quas *Bruſchius*, Antiſtitas exhibet. *Barbara Landenbergia*, Abbatiſſa, teſte inſcriptione, Cœnobiali Portæ, ejus juſſu, impoſita, unici *Alberti* meminit: *Das würdige Stifft iſt geſtifftet worden, von* Adelberten, *Grafen der H. Pfaltz, gefreyet und* confirmiret, *durch Kayſer Ludwig den andern, im Jahr* 866 *&c.* At *Anna Chriſtina Huntpiſſia*, Abbatiſſa, renovando an. 1634, Cœnobium, hanc inſcriptionem poni curavit: *Diß Fürſtlich Frey-Adelich weltlich Stift iſt von Albrechten, Ulrich und Mangoldo, gebrüdern, Grafen der H. Pfaltz, geſtifftet, von Kayſer Ludwigen dem Andern gefreyet, und* confirmirt *worden, an.* 866. *Renovirt an.* 1634. an 1646 ejusdem mandato, *Wagnereckius* Jeſuita hanc ſubjecit: *dieſen Fürſtlichen, des H. R. Reichs* Immediat *unſer lieben Frauen Frey Stifft*, Lindau, *hat anfangs geſtifftet Graff Adalbert*, Ludovici Germanici, *Kœnigs in Germanien, Oſt-Franckreich und Bayern, der auch den Titul eines Kayſers geführet*, Sacri Palatii Comes & Magiſter, *oder Pfaltz-Graf, und Land. Vogt in Rhetiſchen Landen. Auf deſſen anlangen, Hœchſtgedachter Kœnig, und Teutſcher Kayſer*, Ludovicus, *dieſem Stifft ertheilt alle Fürſtliche hohe* Jura *und Herrlichkeiten, in dem XXVI Jahr ſeines Reichs* Indict. 2, *welche vermuthlich, weil ſie zweymal ſich findet, in den Jahren ſeiner Regierung, und ſelbe gar unterſchiedlich außgerechnet wird, gefallen uf das Jahr Chriſti* 854 *oder* 869 *&c.* Domina, *Maria Roſina*, Antiſtita, an. 1682, rurſus alia formula uſa eſt, nim: *Adelberth, Pfaltz-Graf und Land. Vogt* in Rhetia *hat dieſen Fürſtlichen, des H. Rœm. Reichs ohnmittelbahren Stifft, an.* 810 *geſtifftet, und Ludwig der zweyte Teutſche Kœnig, und Kayſer, Im* 26 *Jahr ſeiner Regierung, mit Herrlichkeiten, und Freyheiten, begabet &c.* Anſam ita ſentiendi, ſubminiſtrarunt tres Inſcriptiones ſepulchrales totidem Comitum, quos *Suſanna Bubenhofia* Abbatiſſa pro Fundatoribus, oſtentare cœpit, ficta adpoſita epigraphe:

COMES ALBERTUS PAL. MAIN. RHENI.
COMES MANGOLDUS PAL. MAIN. RHENI.
COMES ULRICUS. PAL. MAIN. RHENI.

Cum ſub uno tumulo, legatur duntaxat COMES WOLTBICUS; ſub alio nudè: MANEGOLDUS; ſub tertio: EKBERTUS COMES; ſine additamento *Rheni*, multo minus facta *Alberti & Ulrici* mentione, Quicquid autem horum ſit, quis inde genuinum duxerit argumentum: ergò hos Comites fundaſſe noſtrum Cœnobium? Quæ concluſio: à Saxo ſepulchrali, ad Fundatorem? non extantibus aliis documentis idem probantibus. Vulgatiſſimum quidem

eſt Di-

eſt Diploma, quod dudum Cœnobiales *Ludovico* Imperatori, cogn. *Pio*, ſe acceptum referre, aſſeruerunt, datum *XI Kal. Majas, anno Chriſto propitio XXVI Imperii Domini Hludovici, Piſſimi Auguſti, Indictione 2; Actum Boduma, Palatio Regio, in Dei nomine feliciter &c.* ubi, inter alia: *Noverit Collegium omnium Fidelium noſtrorum, præſentium videlicet & futurorum, qualiter ADALBERTUS, Fidelis Vaſſallus Noſter, & Sacri Palatii Comes, præſentibus ſcilicet nonullis Fidelium Noſtrorum Principibus, Noſtram adiens Celſitudinem, obtulit obtutibus Noſtris, quoddam Cœnobium Sanctimonialium, nomine Lindaugia, ſitum infra Lacum Withſee, & constructum in honore Sanctæ Dei Genetricis, Mariæ, quod idem ADALBERTUS, pro ſalute & remedio animarum omnium Parentum ſuorum & ſuæ, primo fundavit, omnibusque ſuis allodiis augmentavit, & juge Dei ſervicium ibi ordinavit &c.* Enimvero, purum illud eſſe figmentum, ad nauſeam usque, oſtenderunt Viri Eruditi. Cum, fervente Bello Tricennali, Cœnobiales, beneficio hujus Diplomatis, *Lindavienſium* Senatui Varia Jura, in primis *Territorii*, in Inſula quoque, & Urbe ipſa, ſi daretur caſus, in dubium vocarent, *Daniel Heiderus* Syndicus Lindavienſis, tecto nomine, juſto tamen volumine, an. 1643, Civitatis Jura defendere aggreſſus eſt, falſitatem, inter reliqua, chartæ ſpuriæ detegens. Scripto huic opponebatur, an. 1647, ex parte Cœnobii, *Standhaffte Rettung und Beweiſung &c.* Impreſſ. Embſii ad Rhenum, cujus Auctor *Henricus Wagnereck*, Soc. Jeſu, fuiſſe perhibetur; contra quas vindicias, rogante ſenatu Lindavienſi, Ill. Dn. *Hermannus Conringius*, an. 1672, Helmſtadii: *Cenſuram Diplomatis, quod Ludovico Imperatori fert acceptum Cœnobium Lindavienſe*, edidit. Defuncto *Conringio*, integro ferè decennio ab ipſius obitu, Jeſuitæ quidam, *Raslerus & Bodierus*, vel alteruter, dictum Diploma denuò propugnare auſi ſunt, vulgantes libellum, cui titulus: *Juſta defenſio antiquiſſimi diplomatis, quo Ludovicus Imperator Cœnobium Nobilium Virginum Lindavienſe, Nono adhinc Seculo, ſtabilivit, contra iniquam Cenſuram Hermanni Conringii ſuſcepta, & Auguſtiſſimæ Majeſtati Eleonoræ Magdalenæ Thereſiæ, Romanorum Imperatricis, dicata, conſecrata. Cum Gratia & Privilegio S. C. M. & facultate Superiorum. Conſtantiæ: Typis Johannis Adami Kœberſe. Anno 1691 &c.* Hunc, Senatus Populique Lindavienſis in favorem, vice verſa refutavit Dn. *Wilhelmus Erneſtus Tentzelius*, publici Juris faciendo, *Hiſtoricas Vindicias*, *pro Hermanni Conringii Cenſura, in Diploma Fundationis fictitium, quod Lindavienſe ad D. Virginem Cœnobium, primum, Imperatori Ludovico, Lotharii filio; poſt, Ludovico Seniori, Regi Germaniæ; nuperrimè, Imperatori Ludovico Pio, trina variatione, adſcripſit, oppoſitas ſic vocatæ Juſtæ Defenſioni, ab ipſo Cœnobio, in favorem prædicti Diplomatis, an. 1691, Conſtantiæ typis publicis evulgatæ; Lindaviæ, Typis Hechtianis* 1700. Per totum Tractatum, ſolidè demonſtratur chartæ ſuppoſitio, argumentis, (1) incerto Auctore, (2) textus varia lectione; (3) inuſitatis phraſibus, & à ſtylo Cancellariæ *Ludovici Pii* adhorrentibus, v. g. *Collegium omnium Fidelium Noſtrorum.* It. *obtulit obtutibus Noſtris:* It. *Aliquid muneris conferremus;* It. *In omni regulari Jure*, It. *Coram nullo Comite regant &c. Memoriale illius, de libro vitæ ſubtractum, maneat in æternum maledictum &c.* (4) Falſis nominibus expreſſis, v. g. *Rabani, Sanctæ Mogontinæ Eccleſiæ Metropolicæ;* cum *Rhabanus*, ex ſpeciali *Ludovici Germanici* gratia, non niſi *Ludovico Pio* jam mortuo, poſt *Otgarii* obitum, Cathedram Moguntinam conſcenderit. (5) falſa loci deſcriptione. v. g. *Infra Lacum Withſe;* qui ſitus perperam Cœnobio affingitur. (6) vindicatione Jurium, quibus Monaſterium nunquam gaviſum v. g. *Prenominatus ſacer Locus habeat, poſſideat, quidquid ex libera hereditate præfati Fidelis noſtri, Fiſcus Noſter ſperare debeat, in Tributis, in Monetis, in Teloneis, & Navigationibus &c.* (7) falſorum officialium adinventione v. g. *Nullum Sub-Advocatum, vel Exactorem, ſine Abbatiſſæ permiſſione, ſibi conſtituat &c.* Cujusmodi *Sub-Advocatos* Seculum Nonum ignorat. (8) Multifaria *Monogrammatis* forma, anno 1638 S. Cæſar. Majeſtati exhibiti, Civitatique communicati, & ab eadem, an. 1643, deductioni ſuæ inſerti; rurſusque in Conſilio Imperiali Aulico, an. 1682, 15 Junii, producti; tum in *Vindiciis Wagnereccianis*, & *Defenſione Rasleriana* occurrentis, (9) ſilentio Cœnobii, per tot Secula, ad tempora usque *Friderici III*, cui prima vice, & quidem in copia ſaltem minus genuina, ad confirmandum, oblatum &c. &c. petitis. Ut adeò nihil certi de vera Cœnobii fundatione habeamus. Latè inſuper probat *Tentzelius*, cap. 3 *Vindiciarum*, §. 7, p. 55 &c. Abbatiſſam, tempore *Friderici III* Imp. nondum inter Abbatiſſas Principes locum habuiſſe, Tabulis eius, in Comitiis Ratisbonenſibus, an. 1471, confectis, teſtibus, apud *Goldaſtum* in Prolegomenis Tomi Primi *Conſtitutionum Imperialium*, pag. 21, ubi, ſub Rubrica: *Abbatiſſæ, qui non ſunt Principes*, primo loco venit: *Abbatiſſa Lindavienſis, ad Lacum Potamicum;* ſecundo loco: *Abbatiſſa Superioris Monaſterii Ratisponenſis;* mox: *Abbatiſſa Inferioris Monaſterii Ratisponenſis;* deinde *Abbatiſſa Rotomonaſterienſis; Abbatiſſa Schenniſenſis; Abbatiſſa Hegbacenſis; Abbatiſſa Baindtenſis; Abbatiſſa Guttencellenſis &c.* Imò, nec adhuc hodie, ab Imperatoribus, aliter, quam: *Ehrſame liebe Andæchtige* N. N. *Abtiſſin unſerer lieben Frauen Gottes-Hauß und Stiffts Lindau &c.* & à Circuli Suevici Di-

 recto-

rectoribus: *Ehrwürdige, liebe Andachtige und beſondere, Frau Aeptiſſin des Freyen weltlichen Stiffts Lindau &c.* ſalutari, omiſſo *Principis* charactere, quod variis exemplis manifeſtum reddit. Pag. 61 & 62, annectit duo Teſtimonia, omni exceptione majora, Abbatiſſam ne quidem Jurisdictione Territoriali gaudere; alterum *Catharinæ Bodmanniæ*, Abbatiſſæ, in Comitiis *Auguſtanis* an. 1555, hæc proferentis: *Zu dem hab ich, und mein Gotts-Hauß, von des Gotts-Hauß aigenen Leuten, deren doch wenig ſeynd, gar kein Nützung, werden auch von einer Abtiſſin nit, wie von andern Herrſchafften ihre eigene Leute, beſteuret, noch ainich Rais oder Schatzung auf ſie gelegt; desgleichen geben ſie auch keine Faßnacht Hennen, und thun kein Frohn-Dienſt, ſondern ſitzen, ſolch des Gotts-Hauß Leute, allenthalben hinter andern Herren, Statten und Flecken, denſelben ſie mit Rais und Steuren, und nit dem Gotts-Hauß, unterwürfflich ſeyn müſſen, alſo, daß berührt mein Gotts-Hauß alle und jede des Reichs Anlagen, aus eigenem Seckel, erlegen und bezahlen müſſen; welches dan mir ferner zu erſchwingen unmüglich. Dcigleichen, ſo hat auch mein Gotts-Hauß kein Obrigkeit mit Gebot und Verbott, noch keine andere gewaltſame &c.* Alterum, *Suſannæ Bubenhofiæ*, Antiſtitæ an. 1622 ſuſtentationem militum Circularium ſic deprecantis: *Nun iſt es aber nochmahls an dem, daß der Stifft Lindaw kein eigenes* Territorium, *oder* Diſtrictum, *wie gleichfals keine gantze Dœrffer, ſondern nur eintzele* particulair-*Güther hat, welche in andern Oberkeiten, ſonderlich aber und meiſtentheils in der Statt Lindau* Jurisdiction *gelegen, alſo, daß er, der Stifft, über ſolche Güther allein die Gerichtbarkeit des Hirten-Stabs, und was derer anhangig; alle übrige Obrigkeit aber die Statt Lindau, theils, in Krafft ihrer Reichs-Vogthey, theils,* jure Territorii proprio, *hergebracht; Daher der Stifft gedachter Statt Lindau (als die ihre Bürde der Einquartirung ſchon ausgeſtanden) nichzit weiters zu müthen &c.* Conf. *Das Rechtliche Bedencken, der lœblichen* Juriſten-Facultæt *zu Tübingen, über beſagten Kayſerlichen Gnaden und Stifftungs-Brieff*, de an. 1697, 6 Mart. apud Dn. *Tentzelium*, pag. 115 &c. appendicis. Add. *Limn.* Tom. IV *Addit. Jur. Publ.* ad lib. IV, cap. 7, voc. *Lindau*, p. 519; & Tom. V; ad lib. VII, cap. 29, p. 255 &c. Jus Comitiorum tamen ei denegari nequit, quippe quæ non ſolum in Matriculis Imperii, de an. 1521, 1545, 1551, 1557, 1567, 1571 & 1577, inter Status Imperii reperitur, ſed & Receſſus Imperii; *Spirenſem, an.* 1529; *Auguſt.* 1530; *Ratisb.* 1541; *Wormat.* 1545; *Aug.* 1566; *Ratisb.* 1594 &c. & noviſſimum *Ratisbonenſem* an. 1654, *in Scamno Prælatorum Suevico*, ſubſcripſit; Hodierna eſt Domina MARIA ANNA FRANCISCA, Hundbiſſin, de Waltrams in Siggen, nata 28 Apr. 1654, electa 6 Nov. 1720, quam anteceſſerat *Maria Magdalena* Com. *de Hallweil*, electa 1698. † 10 Sept. 1720. De cujus Inſigni, Ill. Auctor *des Europ. Herolds*, Tom. I, p. 598, ait: *Das Wapen dieſes freyen weltlichen Stiffts wird eine Fleiſchfarbige Hand im rothen Felde, zu ſeyn, vorgegeben: Andere ſagen, es ſey das Bild der Mutter Gottes, welche das Jeſus Kind auf den Armen tragt.*

(2) GANDERSHEIMENSIS; Conſuli poſſunt de hoc Cœnobio: *Henrici Bodonis*, in Cœnobio *Cluſa*, Monachi Benedictini, *Syntagma. De Conſtructione Cœnobii Gandeſiani, perfectione quoque & defectione ejusdem*, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. Germ.* p. 480 &c. & Dn. *Johannis Georgii Leuckfeldi*, *Antiquitates Gandersheimenſes*; Guelferbytæ, 1709, 4to De fundatione Ejus, hæc ſuppeditat *Arnoldus*, in *vita Godehardi*, *Hildesheimenſis* Epiſcopi, ipſi familiaris, lib. 2, cap. 4, apud *Surium*, 4 Maji, p. m. 60: & Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. I, de *Scriptorib. Rerum Brunſuic.* pag. 490, cap. III: *Quidam Dux Saxonicus, LUDOLPHUS nomine, cum ſua Conjuge, ODA, cum conſilio & licentia S. Altfridi, IV noſtræ Eccleſiæ Epiſcopi, Romam petiit, &, à B. Sergio, Papa, Reliquias Sanctorum Præſulum, Anaſtaſii & Innocentii, impetratas detulit. In quorum honore, Monaſterium & Cœnobium Virginum, primò in Brunesbuſen: deinde, quarto poſt anno, in Gandesheim, conſtruxit; & easdem Villas, cum adjacente Territorio, & omni ſua hæreditate, illuc, in utilitatem Chriſto militantium, contulit, & Filiam ſuam, Hathamudam, Abbatiſſam ibi Primam, eodem Epiſcopo ordinante, conſtituit &c.* De eadem ſcribit *Tangmarus* Presbyter, in Vita S. *Bernhardi*, *Hildesheimenſis* Epiſcopi, cap. XI, apud *Surium*, 20 Novemb. p. m. 447; apud Ill. Dn. *Leibnitium* vero, l. c. pag. 446, cap. XIII: *Temporibus Domini Altfridi, qui Quartus Eccleſiæ Noſtræ Antiſtes extitit, Luidolphus, Saxoniæ Dux, cum Religioſa Contectrice ſua, Oda, magno ſtudio, in divino cultu accenſi, conſilio Antiſtitis præſcripti, Romam perrexit, ibique, à Domino Sergio Papa, magnificè ſuſcepti, cum votum illorum in divinis agnovit, datis Reliquiis Sanctorum Præſulum, Anaſtaſii & Innocentii, cum benedictione, à ſe dimiſit. Ad Patriam itaque, Dei Gratia, pervenientes, conſilio Domini Altfridi, Cœnobium Virginum Dei, primò Bruneſteshuſen, adunarunt: Filiam quoque Dominam Hathumodam, duodecim annos habentem, præfato Epiſcopo, in Regimen intromittendam aſſignarunt, anno Dominicæ Incarnationis Octingenteſimo, Quinquageſimo Secundo, Rabano Moguntiæ præſidente. Omnem autem proviſionem prædicti loci & Congregationis, Domino Altfrido commiſerunt. Unde, evolutis aliquot annis, Karolo Rabano ſuccedente, Anno ſingularis Nativitatis Chriſti Octingenteſimo Quinquageſimo Sexto, auſpicatus eſt Ipſe*

quem-

Digitized by Google

quendam locum, ſuper fluvium Gande, quem, à fluvio, Gandenesheim nominavit, ibique, conſentiente Duce, fabricam Monaſterii majori ambitu inchoavit, Lutberto, Moguntino Epiſcopo exiſtente, qui poſt Carolum ſubintravit. - - - - defuncti itaque ſunt ante conſummatam fabricam Gandenſemenſis Eccleſiæ, & Dux, ac Domina Hathumod, ſepultique in antiqua Eccleſia Brüneſtesbuſen: poſitaque in Regimen Gerburgis prima, Soror Dominæ Hathumod, Altfrido, Venerabili Epiſcopo, mediante, Lutberto quoque Moguntino Archi-Epiſcopo, qui Carolo ſucceſſit. - - - - Nec multo poſt deceſſit, biennio tantum emenſo, Venerabilis Dominus Altfridus - - - - cui ſucceſſit Marcwardus, Quintus Præſul Noſtræ Eccleſiæ, quatuorque annoe tantum ſedens, trabes Eccleſiæ compoſuit: Poſt hunc ſubintravit Dn. Wigbertus, Sextus Epiſcopus. Hic Fabricam conſummavit, & Eccleſiam nihilominus conſecravit. Hinc omnem Religionem & diſciplinam, cum Domina Odda, & Gerburga Abbatiſſa, in præfato loco inchoavit & perfecit; ejus conſilio omnia diſponebant & agebant. Præerat autem Domina Gerburgis Congregationi viginti duos annos, poſitaque eſt in nova Eccleſia, juxta Dominam Hathumodam: Sororem autem Ejus, Chriſtinam, Dominus Wigbertus (Sextus Hildeshemenſis Antiſtes) in Regimen intromiſit, & conſecravit. Domina quoque Oda, Centeſimo Septimo ætatis anno, omnibus filiis præmiſſis, deceſſit, Chriſtinæ tantum ſuperſtite, poſitaque eſt juxta Filias ſuas. Sed & ipſa Chriſtina ſex tantum annos Matri ſuperbivens, felici deceſſu migravit ad Dominum &c. Nec aliter vetuſtus Auctor Chronicorum Brunſuicenſium, apud Maderum, Antiquit. Brunſuic. pag. 2: Circa principium converſionis Saxonum, Ludolfus, Dux Saxoniæ, poſt mortem Karoli annis XL. fundavit Eccleſiam Ganderſem, & fidem, quam novellam adhuc habuit, piis operibus confirmavit &c. Add. Chronicon Epiſcoporum Hildeshemenſium, apud Dn. Leibnitium l. c. pag. 743, §. IV: Anno 847, Incarnationis Domini, Altfridus, Quartus Epiſcopus ordinatur - - - 852 prædicta Incarnationis Domini anno, cum Luidolfo, Gandeshemenſe Cænobium, primo in Bruneſtesbuſen, &, quarto poſt hæc anno, in Gandesheim, inchoavit. Qui & Eccleſiam ibidem ædificare cœpit, & Hathamodam, ejus Ducis Filiam, Primam Abbatiſſam ibidem ordinavit - - - Qui, decimo octavo poſt anno, Hathamoda defuncta, Gerbergam, ſororem Ejus, Abbatiſſam ordinavit - - - - An. 880, Wibertus Epiſcopus electus eſt, qui - - - - anno 883 Incarnationis Domini, & ſuæ ordinationis Anno Quarto, conſummatam Eccleſiam in Gandesheim dedicavit, &, Gherberga Abbatiſſa defuncta, Sororem ejus, Chriſtianam, inſtituit ibidem. Hinc Walbertus, Septimus Epiſcopus ſucceſſit, Qui - - - - Chriſtiana defuncta, Roſwidam Abbatiſſam ordinavit. Poſt Walbertum, Sehardus, Octavus Epiſcopus, præponitur, qui anno 926 Incarnationis Domini, Turrim Occidentalem in Gandesheim dedicavit, &, Roſwida defuncta, Wendelghardam Abbatiſſam ordinavit &c. Et. Auctor de Fundationibus Eccleſiarum quarundam Germaniæ, à temporibus Caroli Magni, ad Ottonem Magnum, apud Maderum, l. c. pag. 162: & Ill. Dn. Leibnitium loc. cit. 261: Anno Domini 850, Cœnobium Ganderſem inchoatur, per Ludolphum, Quartum Ducem Saxoniæ, de progenie Widdekindi, Regis Angarorum, quem Carolus Magnus convertit, & à Wilhado, Epiſcopo Bremenſi, baptizatus Wormatiæ. Et Wickbartum, Ducem Chriſtianum, qui genuit, Walbertum, qui fundavit Wildeshuſen, & genuit Ludolphum prædictum, qui habuit filiam Achamodam, quæ prima Abbatiſſa facta eſt ibi &c. Quid plures allegaſſe juvat? audiamus Ipſum Fundatorem, cujus Fundationis literas, ex authentico diplomate deſcriptas, Dn. Leuckfeldus, l. c. cap. 3, §. 4, lit. d. pag. 22 & 23, adeoque correctiores Bodone l. c. pag. 481, ſiſtit: Ego Lutholphus, Dux Saxoniæ, notum eſſe cupio omnibus Chriſti Fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, quod Ego, poſt inchoationem Monaſterii Puellarum, quod divina inſpiratione commonitus, ſimulque Dilectæ Conjugis meæ, Odæ, ſuadela inductus, in honore Præcurſoris Stephanique Protomartyris, in Brunniſtashuſen, ædificare cœpi, literis Domini Noſtri Ludovici, Romanorum Regis Invictiſſimi, Sanctiſſimum Sergium Papam, accepitis, cum prædicta Conjuge mea, Anno Dominicæ Incarnationis Octingenteſimo Quinquageſimo Tertio, Indict. I, Romam ivi, &, in præſentia ipſius Summi Pontificis, prænominatum Monaſterium, & omnem proprietatis meæ hæreditatem, quam habui, videlicet Ganderſimiâ marcu, & Aluunge marcu, & Ruderinge marcu, & Denglia marcu, & Lachtiandorp marcu, & alia loca plurima, cum familiis utriusque Sexus, Apoſtolorum Principi, pro remedio animæ meæ, & eorum ſimul, quibus debitor extiti, in jus & proprietatem, integraliter tradidi; Sanctorum etiam Romanorum Pontificum, Anaſtaſii & Innocentii, pignora glorioſa nobiſcum deportanda, pro nobis caritatis affectu tradens, petiit, & accepit à Nobis præmiſſum, Eccleſiam, in honore prædictorum Confeſſorum fabricandam, & lumen, ante ipſorum pignora, indeficienter ammini-

Digitized by Google

miniſtrandam - - - - - Nos etiam in continenti, duas ſtolas albas, triginta aureis intextas, eidem B. Sergio Papa tradidimus, ſtatuentes, ut Abbatiſſa, qua pro tempore fuerit, eundem cenſum Sancta Romana Eccleſia, in ſignum libertatis, ſingulis annis, perſolvat. Cum autem, divina cooperante Gratia, proſpere domum rediiſſemus, gratanter à ſancto Collegio recepti, eundem locum ſacro Collegii Puellarum Cœtui videntes nimis auguſtum, in quadam ſylva hereditatis Noſtra, juxta fluvium Gande, qui alio nomine Ettcherna nuncupatur, anno ab Incarnatione Domini 856, Indict. IV, Eccleſiam, in honore pradictorum Confeſſorum, non longè à loco priori, celebriori adificio, conſtruximus &c. Conf. ejusdem donationis charta eidem Cœnobio factæ, apud *Bodonem* l. c. pag. 483 & *Leuckfeldum* l. c. cap. IV, §. 3, pag. 28: *Ego Luth†olphus, ſimul cum Conjuge mea, Oda, - - - - omnes ubique in Chriſto Fideles, tam praſentes, quam futuros, noſſe volo, Me ad Eccleſiam Gandersheimenſem, Sanctimonialibus, ibidem Deo ſervientibus, tradidiſſe, quicquid in Gandersheimia Marcu, & in Runderia Marcu, habui, in Terris, in ſylvis, campis, pratis, paſcuis &c. cum omni integritate eorum. Et ut hac Traditio firmior eſſet, & in diſſolubilem, per ſuccedentia ſibi ſecula, auctoritatem habere poſſet, Filiam meam, Hathumodam nomine, ſacro velamine ibidem conſecrari faciens, tam Imperiali auctoritate, quam ſedis Apoſtolica literis, & Epiſcopali Benedictione, muniri curavi &c.* Factum comprobat *Ludovicus*, Rex German. II, anno 877, 6 Cal. Febr. apud *Bodonem* l. c. p. 485; *Schatenum*, lib. 3 Annal. *Paderborn.* ad h. a. pag. 183 & *Leuckfeldum* l. c. cap. XIV, §. 3, p. 93: *Noverit omnium Fidelium noſtrorum, tam praſentium quam futurorum, Induſtria, qualiter Bruno & Otto, Noſtri fideles Comites, in Procerum Noſtrorum praſentia, tradiderunt Nobis quoddam Monaſterium, quod dicitur Gandesheim, quod Ludolf, eorum Genitor, in primis adificare cœpit - - - - & cui Garburch, ſoror eorundem Comitum, Sanctimonialibus praeſſe videtur &c.* Et *Otto Magnus*, Rex, & poſtea Imperator, in Diplomate, 4 Non. Maji, anno 946, Indict. 2. Cœnobio noſtro dato, apud *Bodonem* l. c. p. 493, *Meibomium* l. c. Tom. I, p. 743; *Schatenum*, l. c. lib. IV, ad h. a. pag. 289, & Dn. *Leuckfeldum* l. c. cap. XIV, §. 6, p. 98 &c: *Noverit omnium Fidelium Noſtrorum, praſentium ſcilicet & futurorum, induſtria, qualiter Nos, remunerationis aterna gratia, Monaſterium, Gandersheim nuncupatum, in honore S. Maria, & omnium Sanctorum, à Noſtris conſtructum Progenitoribus, Noſtri immunitate Patrocinii donamus, Sanctimonialibus ejusdem Cœnobii Electionis arbitrium concedentes, omniaque, à Prædeceſſoribus Noſtris, Regibus, illuc collocata - - - - & à Proavo Noſtro, Ludolfo, qui pralibatum conſtruxerat Monaſterium, quicquid in confinio Villarum, infra nominandarum, id eſt, Gandersheim, Rundina, Doguſte, Lankendorpe, proprietatis habuit, datum, & ab Ejus Conjuge, Oda, Villam in Wansleva, cum omnibus jure illuc pertinentibus &c.*

Et in alio, ſub dato *Werlahu*, XI Kal. Maji an. 956, Indict. XIII, apud Dn. *Leuckfeldum* l. c. pag. 99: *Notum ſit omnibus Fidelibus Noſtris, praſentibus ſcil. & futuris, quomodo Luitolfus, Proavus Noſter, Dux Saxonia, quoddam Monaſterium, in Loco, Gandesheim nuncupato, conſtruxit, cum Venerabili Ejus Conjuge, Oda, primordium igitur ejusdem conſtructionis affirmans, cum Filia, velo conſecrata, quam Dei ſervitio ibidem mancipavit, ſimulque cum Ea tradens dotis nomine, quicquid pradii habuit in Ganderesheimia Marcu, & in Ruidicra Marcu, & in Aluunga Marcu, & Lutheria Marcu, poſtquam autem memoratus Dux migravit à ſeculo, ejusque Venerabilis Conjunx viduata permanſit, Filii Eorum, Duces Bruno, & Otto, adierunt Ludoivicum* (IV) *Venerabilem Regem, qui Sororem Eorum, ab eis, in matrimonium acceperat, & tradiderunt Ei ſupra memoratum Monaſterium, quod Luitolf, Genitor Eorum, in primis adificare cœpit, cum omnibus, qua ad idem Monaſterium, jure ac legitimè pertinere videntur, eo videlicet rationis tenore, ut praſatum Monaſterium Regio ſublevaretur munimine, & Sanctimoniales Fœmina, ibidem Deo famulantes, in Ejus & deinceps ſuccedentium conſiſterent Patrocinio Regum. Quod Ille deſiderium gratanter accepit, atque, auctoritate Regali, conceſſit: Easdem Sanctimoniales poteſtatem habere inter illas, quamcunque, vellent, eligere & electionem, nullo inquietante, ſed imperiali authoritate eas protegente, per cuncta Seculorum curricula, firmam & inviolabilem teneant; Deinde, conceſſit omnes Mercatores, a Reno usque ad Albiam, & Sale tranſeuntes, ad uſus Sanctimonialium ibi degentium cenſum theloneï perſolvere. Poſtea verò, tradidit ad ſape dictum Monaſterium, in Pago, qui dicitur Suth-Thuringia, in Comitatu Wilhelmi, quicquid habuit in Tenniſteti, & in Heriki & in Blideruſteti; ac deinde dotavit Venerabilem Socrum ſuam, Odam, qua Fundatrix extitit Monaſterii, poſt obitum Senioris* (Seigneur, i. e. Domini) *Ejus, Luitolfi, tradens ei, in Pago, North-Thuringa dicto, in Comitatu Theodorici, in loco, qui dicitur Wanzleva, nuncupato, quamdiu ſuperſtes in hac vita remanſiſſet. Poſt obitum vero ejus, absque contradictione haredum Ejus, conceſſit, auctoritate*

Regali,

Regali, eandem hæreditatem, jure perenni, Monaſterio in proprietatem &c. Quæ *Otto* 2, an. 975. 3 Non. Nov. Indict. IV, iisdem verbis, repetit, apud *Bodonem* l. c. pag. 494; Sexcenta teſtimonia alia ut mittam. Male hinc *Agapetus* 2, Papa, fundatorem *Ottonem* vocat, in Diplomate, *Windelgardi* Abbatiſſæ, an. 924 electæ, dato, apud *Leuckfeldum* l. c. in Addendis, pag. 428: *Windilgardi, Abbatiſſæ Venerabilis Monaſterii Candersheim, Conſtructi ab Ottone, Comite de Saxonia &c.* Vitas Abbatiſſarum, à laudata *Hathumoda*, usque ad *Bartham*, Comitiſſam Haſſo Nienborgicam, Sec. XIII Antiſtitam, exhibet *Bodo* l. c. p. 484 ad 509, nec perfectiorem Earum Catalogum ſubminiſtrant *Bruſchius*, de *Monaſteriis Germaniæ*, voc. *Gandershemium*, pag. 233 &c. *Hathumodam* perperam *Habundim* vocans; & *Bucelinus, parte alterâ Germaniæ Sacræ*, voc. *Gandersheimenſe*, pag. 182 & 183; *Leuckfeldus* verò, l. c. cap. 22, pag. 210, ad 268, omnes recenſet, ab *Hathumoda*, usque ad *Henriettam Chriſtinam*, Ducis, Br. Luneb. *Anthonii Ulrici*, filiam, an. 1693 electam, & an. 1694, 24 April. ſolenni ritu introductam; quam excepit 1712 *Maria Eliſabetha, Duc. Mecklenb. Suerin.* † d. 24. April. 1713. Cui d. 2 Sept. 1713 Seren. Dn. ELISABETHA ERNESTINA ANTONIA, *Duc. Saxo-Meining.* nata 3. Dec. 1681 ſucceſſit. Qua formula *Otto* 2, *Sebuſam*, an. 974, Abbatiſſæ, *Gerburgæ*, dono obtulerit, evincit ejus diploma, apud *Leuckfeldum* l. c. cap. XIV, §. 6, lit. o, p. 104 & 105. An. 979, 5 Kal. Oct. eandem *Biliſtadio* donat; vid. l. c. pag. 105, lit. p. & *Bodo* l. c. pag. 496. An. 980, 4 Id. Mart. ſub dato *Tornburg*, nova munificentiæ ſpecimina edidit, de quibus Ipſe, in Diplomate deſuper confecto, apud *Bodonem* l. c. & *Leuckfeldum* l. c. lit. r, pag. 107: *Ob dilectionem & interventum Neptis Noſtræ, Gerbirgis, Abbatiſſæ Venerabilis, ad Eccleſiam, cui Ipſa præeſſe videtur, in loco Gandersheim dicto conſtructam, ac in honore Sanctorum Confeſſorum, pariterque Pontificum, Anaſtaſii & Innocentii, conſecratam, Urbalem Bannum, quem vulgariter Burgban vocant, Antepradeceſſores Noſtros, Reges videlicet & Imperatores, ad prædictam Civitatem pertinentem, hac Noſtra perceptione, noviter confirmamus. Et inſuper duos Noſtræ Dominationis Urbales Bannos, unum in Seburg, & alterum in Grene, in jus præfatæ Eccleſiæ & Abbatiſſæ modo & in futuro ibi præſidentis, à novo conceſſimus, & illuc hac Noſtræ auctoritatis confirmatione ad integrum tradimus, ea videlicet ratione, ut prædicta Gerbirg, Venerabilis Abbatiſſa, ſuæque ſucceſſores, præſcriptorum locorum Bannos, ſub ſuo jure, perpetim teneant, nec ullus deinceps Comes, vel Advocatus, aut alia qualibet perſona, ſine voto, aut juſſu, ſuper jus nominatæ Gandesheimenſis Eccleſiæ Abbatiſſæ, aut ſibi ſuccedentium, poteſtatem ſuper eosdem Bannos, aliquo modo habere præſumat &c.* Plura addidit *Otto III*, Imp. teſte diplomate, 2 Non. Aug. an. 990, Indict. III, *Gandersheimii* dato, apud *Leuckfeldum* l. c. lit. t, pag. 108 & 109, ubi: *Ob dilectionem & petitionem Dilectæ Genetricis Noſtræ, Theophanu videlicet, Imperatricis Auguſtæ, ac caræ Sororis Noſtræ, Sophiæ, Sanctimonialis, ſimul etiam propter pium interventum Dilectæ Neptis Noſtræ, Gerbirgæ, Ganderesheimenſis Eccleſiæ Venerabilis Abbatiſſæ, quæ Genitori Noſtro, beatæ memoriæ, Ottoni Imperatori Auguſto, & Nobis, ſæpius devotum ſervitium exhibuit, Eccleſiæ, cui præeſt, & ſibi, conceſſimus, ut Noſtræ Regiæ Poteſtatis licentia, in loco, Gandersheim vocato, ad ejus proviſionem pertinenti, faciat & habeat Mercatum, ac Monetam atque Teloneum. Ut autem firmius ſub ditione præfatæ Eccleſiæ, & ipſius, quæ modo ibi præſidet, ſuperius jam dictæ Abbatiſſæ, &, quæ ſibi ſuccedunt futurarum, prælibatus Mercatus, cum Moneta & Teloneo, conſiſtat, Regium Noſtrum Bannum illuc dedimus, ut omnis cauſa, quæcunque in eodem loco, contra Legem, oborta fuerit, per juſſionem Abbatiſſæ, quæcunque præſideat, dehinc prænominatæ Gandersheimenſi Eccleſiæ, Noſtro Regio Banno ad ſuas manus recipiendo, emendetur, & legaliter corrigatur, nullaque Perſona Judiciaria, parva ſeu magna deinceps in prædicto loco aliquod jus exercendi ullam poteſtatem habeat, niſi præſens, & ejus futuræ ſubſecutrices Abbatiſſæ, & is, quem ipſæ ad hoc opus & miniſterium elegerint, & conſtituerint, Advocatum &c.* Receſſus Imperii ſubſcripſit hæc Abbatiſſa (cui votum & Seſſio, in *Scamno Prælatorum Rhenano* competunt) *Ratisbonenſem* an. 1576, *Auguſtanum* 1582, *Ratisbonenſes*, 1594, 1598, & 1603; Quid controverſiæ Mareſchallus *Pappenheimius*, an. 1641, 5-15 Julii, *Catharinæ Eliſabethæ*, Abbatiſſæ, ex Comitibus Oldenburgicis & Delmenhorſtanis oriundæ, ſuper Comitiorum jura, moverit, ex Legati Ejus, Dn. *Illici Ummii*, Libello, an. eod. 29 Jul. St. V. & 8. Aug. St. N. congregatis *Ratisbonæ* Imperii Ordinibus, exhibito, apud *Lundorpium*, Tom. V *Act. Publ.* lib. 1, §. 142, pag. 553 & 554; & *Limnæum*, Tom. IV Addit. ad Lib. IV *Jur. Publ.* cap. VII, pag. 521 & 522, diſcendum eſt. Abbatiſſam in integrum fuiſſe reſtitutam, noviſſimus *Receſſus Ratisbonenſis* an. 1654, quem, *Maria Sabina*, Abbatiſſæ, nomine, *Matthias Wolſching*, ſignavit, documento eſt. Integrum

grum eſſe Abbatiſſæ, comparere in Comitiis pro lubitu, docet *Europ. Heroldt* Tom. 1, pag. 605, de *Inſignibus* addens: *Das Gandesheimiſche Stiffts-Wapen, iſt, mit Schwartz und Gold, die Lange herab, getheilet. Paurmeiſterum*, lib. 2 de *Juriſdict. Imperii*, cap. 1, pag. 448, nullam ejus rationem habentem, carpit *Limnæus* l. c. p. 521.

(3) BURSCHEIDENSIS. *Porcetum*, Germ. *Bürſcheid*, haud procul ab *Aquisgrano*, à *Gregorio*, *Nicephori*, Byzantini Imperatoris, filio, ſub Regula *D. Benedicti*, in favorem Monachorum, quibus ipſe primus Abbas præfuit, erectum Monaſterium, an. 1220, à Virginibus Ordinis Ciſtertienſis, à vicino S. Salvatoris monte, eo ſe conferentibus, habitari cœpit. Vid. *Aubertus Miræus, Annal. Belg. & Burgund.* pag. 650; *Butelinus* part. 2 *Germ. Sacra*, voc. *Porcetum*, pag. 72; *ImHoff Notit. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 29, §. 19, pag. 122; *Europ. Heroldt* Tom. 1, pag. 604. Nulla licet in Matricula Imperii ejus mentio fiat, inter *Prælatos* tamen *Scamni Rhenani*, competit ei votum & ſeſſio, vel ultimo Receſſu *Ratisbonenſi*, an. 1654, teſte, quem nomine *Franciſcæ*, Abbatiſſæ, *Winandus, Freyherr von Frentz*, ſubſcripſit. Hodierna Abbatiſſa dicitur Dn. *Margaretha Charlotta*, Com. de Reneſſe & Eltern, quæ 4 Febr. 1713. hanc dignitatem nacta eſt.

(4) GUTTENCELLENSIS; *Bona Cella, Germ. Gutecell, ſive, ut ex vetuſtis quibusdam Diplomatibus, collegi, Dei Cella, Germanicè Gottes Zell, Monialium olim ducentarum, nunc duodecim ſaltem, præclarum Cœnobium in Suevia, non procul ab Ochſenhuſio, quatuor milliaribus ab Ulma, Suevia Metropoli, Ordinis Ciſtertienſis, ſub cura & viſitatione Abbatis Salemitani; fundatum eſt in honorem SS. Coſmæ & Damiani, primum à Duabus Sororibus, Comitiſſis à Schlosberg - - - - donarunt verò & locupletarunt hoc Cœnobium poſtea Nobiliſſimi Comites arcis Aychaim &c.* Ita *Bruſchius*, de *Monaſter. German.* voc. *Bona Cella*, pag. 60, qui pag. 61, ſeriem Abbatiſſarum, à *Mechtilde*, usque ad *Mariam de Landenberg*, an. 1542 electam ſiſtit. Conf. *Bucelinus*, part. 2, *Germ. Sacra*, voc. *Guttenzell*, pag. 41; & *Parte Altera*, voc. *Bona Cella*, pag. 156 &c. & *Limnæus*, Tom. IV Addit. ad lib. IV *Jur. Publ.* cap. VII, §. 13, pag. 521, ubi: *Gutenzell, auch 5 zu Fuß, oder Monatlich 20 fl. liegt 2 Starcke Meiln von Tübingen, darzwiſchen das Dorff Pfulingen, auf halben Weg, in einem Thal, zwiſchen Hohen Alpen und Bergen, vom welchen Kloſter, ſo anno 1250 fundiret worden*, Cruſius *ein eigenes, nemlich das VIII Capitul, lib 2, part. 3 Annal. Suev. geſchrieben hat &c.* Interfuit hæc Antiſtita jam Comitiis Ratisbonenſibus an. 1471, ceu, ſub *Lindavienſi* monui, & ſubſcripſit Receſſus Imperii, *Ratisbonenſem*, an. 1576, *Auguſtanum*, 1582; & *Ratisbonenſes*, annor. 1594, 1598, 1603, 1613, 1641 & 1654. Competit ei Votum & Seſſio, in *Scamno Prælatorum Suevico*. Hodierna illius Antiſtita eſt Dn. *Maria Bernharda* L. B. de *Donnersberg*, electa 21. Dec. 1715. vid. V. C. Dn. *Kœler.* ad *ImHoff. Not. Proc. Imp.* L. 3. c. 30. §. 23. p. 228. *Das Wapen iſt ein zweyreihichtes, mit 8 ſchwartz und Silbernen Steinen Gewürffeltes Band, im weiſen Felde, ſchragrechts gehend.* Sunt Verba *Europ. Heroldts* T. 1. p. 599.

(5) HEGGENBACHENSIS; *Heckenbachium, antiquitus a loci ſentibus oppleti aſperitate, hodie vero Heppach, paululum abbreviata voce, Ciſtertienſis, ſive Bernhardini Inſtituti, Monialium præclarum Cœnobium, Conſtantienſis Diœceſeos, ſub Salemitani Abbatis cura ac viſitatione medio ferè itinere inter Ochſenhuſium Cœnobium & Biberacum, Civitatem Imperialem, ſitum, cœptum & inchoatum eſt, annum Domini circiter 1233, ſub Rom. Eccleſ. Pont. Max. Gregorio IX, Pontificatus Ejus anno VIII, à piis ac Religioſis duabus Beginis, quarum una ex Nobili Gente Regulorum de Roſenburg; altera, ex Laudenburgenſi Familia, nata fuit. Ad has duas mox aliæ etiam acceſſerunt plurimæ, & inter has quinque Nobiles, qui Parentibus ſuis tamdiu inſtiterunt, donec eos perſuaderent, ut domicilia ipſis conſtruerent. Inchoabatur vero Cœnobium aliquoties in Pago Maſelheim, ſed ligna & ſaxa, futuro ædificio præparata, ſemper in eum locum, mirabili quodam prodigio, rediiſſe dicuntur, in quo nunc Monaſterium conſtructum viſitur. Templum S. Pancratio dedicatum eſt - - - - fuitque Cœnobium tam opulentum olim, ex liberalitate undiquaque conferentium Piorum, ut alerentur in eo ſolo, centum & viginti Deo famulantes Virgines. Cum autem Wilhelmo Imperatore rebus humanis exempto, Interregnum eſſet, & Imperium ſine Gubernatore, æſtuaretque civilibus bellis tota fere Germania, factum eſt, ut hoc etiam Monialium Cœnobium, incendiis & rapinis, devaſtaretur & ad tantam redigeretur paupertatem, ut Virginibus omnibus domum eſſet ad Parentes redenndum, quæ tamen, poſt XX annos, pacato Imperii ſtatu, iterum, per Imperatorem Rodolphum Habſpurgicum, ad priſtinum locum reverſæ: Collapſum Monaſterium, auxiliis Nobilium Regulorum à Bonſtetten, à Freiburg, Wiler & Ellerbach, Dapiferorum item à Walpurg, aliorumque plurium - - - - præclare inſtauratum, ac meliori forma, quam priſtina fuerat, reſtitutum eſt &c.* Hæc omnia *Bruſchius*, in *Chronolog. Monaſterior.* voc. *Heckenbachium*, p. 239 & 240, ubi ſimul Abbatiſſarum enumeratio, ab *Irmengardi*, quam an. 1280 præfuiſſe dicit, usque ad *Verenicam*, vel *Berenicem*, *Kralinam*, an. 1539 electam. Conf. *Bucelinus*, part. 2 *German. Sacra*, voc. *Hegbach*, pag. 43, & *parte altera*, voc. *Hechbacenſe*, pag 189, qua *Bruſchianum* Catalogum repetit. *Europ. Heroldt* T. I, pag. 599; Pertinet hæc Abbatiſſa ad *Scamnum Prælatorum Suevicum*. Meminit ejus, libellus Ordinum Imperii an. 1471, in Comitiis Ratisbonen-

bonenſibus conſectus; ceu, ſub *Lindavienſi*, innui. Subſcripſiſſe legitur Receſſus Imperii *Ratisbonenſes* an. 1594, 1598, 1641, & 1654. Hodierna eſt, Domina *Maria Cæcilia* de *Chamb*, electa d. 21 Octobr. 1721. vid. Dn. *Kæler*. ad *ImHoff* Not. Proc. Imp. p. 228. §. 22. *Das Wapen iſt ein ſchwartzes Feld, durch welches ein roth und ſilberner Schachtbalcken ſchragrechts gezogen.* Ita *Europ. Herold* l. c.

(6) ROTMONASTERIENSIS; *Rottenmünſter*, in Suevia Cœnobium, haud procul à *Rotwila*, Imperiali Civitate, ad *Nicri* fontes, ſub Regula D. *Benedicti*, & Ciſtertienſium conſtitutionibus, Cœnobium, cujus Antiſtita in *Scamno Prælatorum Suevico*, votum & ſeſſionem habet. An. 1471, in Comitiis Ratisbonenſibus, jam factam ejus mentionem, ſub *Lindavienſi*, monui, nec minus celebre Ejus nomen in ſubſcriptione Receſſuum *Spirenſium* an. 1526 & 1529; *Ratisbon.* 1541, Spirenſ. 1542; Auguſt. 1566; Ratisbonenſium 1549, 1603, 1613 & 1654. De Fundatrice ſcribit Ill. Auctor *des Europ. Heroldt*, Tom. 1, pag. 599: *die Stiffterin ſoll* Hemma, *eine Gemahlin eines Barons von Wildenwerck, an. 1126. geweſen ſeyn;* immediatè annectens: *Und ſtehet ihm* (Cœnobio) *jetzo für, die Abtiſſin, Frau* Maria Waliburgis. *Zum Wapen hat es ein paar Güldene ſechsendigte Hirſchhœrner, zwiſchen denen eine Seule, gleicher Farbe, ruhet im rothen Felde.* Conſ. *Bucelinus* Part. 1 *Germ. Sacr.* voc. *Rottenmünſter*, pag. 77; Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 29, §. 24, p. 123.

(7) BAINDTENSIS; Elegans Virginum *Ciſtercienſis* Familiæ Cœnobium, haud procul à Monaſterio *Weingartenſi*, à *Conrado*, Libero & *Pincerna de Winterſtetten*, ex Comitibus de *Thann*, & Dapiferis de *Waldburg*, oriundo, fundatum, cujus prima Abbatiſſa fuit *Tudecha*, Montis Puſſii Magiſtra, an. 1232 defuncta, quam excipiens, *Anna de Franckenhofen*, ultima Montis Puſſii Magiſtra, an. 1244 obiit. Vid. *Bucelinus*, Part. 2 *Germ. Sacr.* voc. *Baindt*, p. 11, & *Parte altera*, voc. ead. p. 150 & 151, ubi Abbatiſſarum Catalogus, à laudata *Tudecha* usque ad *Margaretham Brockiam*, Veltkirchenſem, an. 1529 extinctæ *Annæ Schlayheckia* ſurrogatam. Occurrit ejus nomen, jam in libello Ordinum Imperii, an. 1471 in Comitiis *Ratisbonenſibus*, ut ſub *Lindavienſi* commemoravi, conſcripto; & poſtea in ſubſcriptione Receſſuum Imperialium *Ratisbonenſium*, an. 1576, 1594, 1598, 1603, 1613, 1641 & 1654. Locus Ei & Seſſio in *Scamno Prælatorum Suevico*. *Europ. Heroldt*. T. I, p. 599; de Inſignibus ſimul addens: *Das Wapen iſt ein ſchragrechts liegender ſchwartzer Klotz, im güldenen Feld.* Hodierna dicitur *Maria Magdalena*, electa 25 Febr. 1729. vid. Dn. *Kæler*. ad *ImHoff. Not. Proc. Imp.* Lib. 3. c. 30. §. 25. p. 228. Notandum adhuc Præſulem Noſtram, quantumvis, omne citra dubium, Status Imperii ſit, voceturque ad Comitia, & debitam Cenſus partem ad Imperii ærarium conferat, nihilominus, in Conventibus Circuli Suevici, ſæpius ſignificaſſe, *Nullum Territorium, & ne unicum quidem ſubditum ſibi collectabilem eſſe.* Vid. Dn. *Tentzel, Vindic. Conringianæ Cenſuræ, Diplomatis Lindavienſis;* cap. 3. §. 7, p. 63.

(8) MONASTERII INFERIORIS RATISBONÆ, vulgò *Nieder-Münſter*, *Ratisbonenſe Nobilium Virginum Collegium, inſtitutum, per Juditham, filiam Arnoldi Mali, Ducis Bavariæ, Uxorem Heinrici I, Ducis Bavariæ, ex Gente Saxonum, fratris Ottonis I, & Magni Imperatoris .... Laurentius Hochwart, Canonicus Ratiſponenſis & Pataviensis ... in Chronica ſua Epiſcoporum Ratisbonenſium .... hoc Monaſterium ſcribit extructum eſſe, anno Domini* 900. Hæc *Hundius*, T. 2 *Metropol. Salisb.* voc. *Nieder-Münſter in Regenſpurg*, p. m. 589; Catalogum Abbatiſſarum, à *Richitza*, Com. de *Dornberg*, usque ad *Mariam de Salis*, anno 1616, 8 Novemb. defunctæ, *Evâ ab Urbanſen*, ſurrogatam, ſuppeditat *Gewoldus*, in Additionibus ad hunc locum *Hundii*, p. 593 & 594. Conſ. *Bucelinus*, Part. 2 *German. Sacræ*, voc. *Nieder-Münſter*, p. 65, & *parte altera*, voc. ead. pag. 242 & 243, annectendo, ſola Abbatiſſa, ob ſolennem Benedictionem, quam accipit, excepta, Canoniſſas hujus Collegii, nulla Regula teneri, ſed, pro lubitu, nubere poſſe. *Fridericum* 2 Imperatorem *hoc, & ſuperius Monaſterium Ratisbonæ* (*Ober-Münſter*) *Conrado*, Ratisbonenſi Epiſcopo, pro quibusdam aliis Bonis & Poſſeſſionibus, permutationis titulo tradidiſſe, conquerentibus autem, in ſolemni Curia *Herbipolenſi*, Domina *Tuta*, Monaſterii Noſtri Abbatiſſa, & Domina *Gertrudi*, Superioris Monaſterii Abbatiſſa, per Procuratorem, firmiterque proponentibus: *Nullum Principatum poſſe, vel debere, commutari, vel alienari, ab Imperio, vel ad alium Principem transferri, ſine voluntate præſidentis Principis illius Principatus, & de plano conſenſu ejusdem Miniſterialium: ſuperque hoc, facta inquiſitione per ſententiam Principum, & ſubſequutionem tam Nobilium, quam Baronum atque Miniſterialium, & omnium qui aderant, judicatum eſſe: Nullum Principatum poſſe, vel debere, nomine concambii, vel cujuscunque abalienationis, ad aliam perſonam transferri ab Imperio, niſi de mera voluntate & aſſenſu Principis Præſidentis, & Miniſterialium ejusdem Principatus;* & porrò, in vim hujus ſententiæ, incontinenti Cæſarem retractaſſe contractum, cum Epiſcopo initum, & Abbatiſſas reſtituiſſe in integrum, ex diplomate, an. 1216, Id. Maji, Indict. IV, *Herbipoli* deſuper confecto, apud *Hundium* l. c. pag. 591 & 592, & *Heiderum*, *von den Reichs-Vogteyen*, in diſcurſu Fun-

damentorum, lit. 1, pag. 43, diſcimus; in quo notanda phraſis: *Quoddam concambium feciſſemus, de duobus PRINCIPATIBUS, ſcil. de Inferiori & Superiori Monaſteriis in Civitate Ratisbonenſi &c.* Conf. Dn. *ImHoff. Not. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 29, §. 18, p. 122. Mentio fit hujus *Antiſtitæ* in Comitiis *Ratisbonenſibus*, an. 1471, aſt inter *Abbatiſſas non Principes*, ceu, ſub *Lindavienſi*, probavi, ſubſcripſiſſe deprehenditur Receſſus Imperii *Spirenſis* an. 1516 & 1519, *Auguſt.* 1530; *Wormat.* an. 1545 &c. &c. quin etiam noviſſimum *Ratisbonenſem* anno 1654. Hodierna eſt Dn. *Maria Catharina Helena* Com. de *Abam*, nat. 7 Nov. 1688, & d. 27 April. 1723 in locum *Johannæ Franciſcæ* Bar. de *Muggenthal* electa; *Führet im Wapen einen ſilbernen Biſchoffs-Stab, worauf ein Lateiniſches* N. *gleicher Farbe, im rothen Felde, lieget.* Ita *Europ. Heroldt*, T. I, p. 604.

(9) MONASTERII SUPERIORIS RATISBONÆ, vulgo *Ober-Münſter in Regensburg;* de fundatione hujus Cœnobii, inquit *Hundius*, Tom. 3 *Metropol. Salisburg.* voc. *Ober-Münſter*, p. 1: *Ludovicus, Bajoariorum Rex, filius Ludovici Pii, rogatus ab Hemma Conjuge, commutationem fecit, cum Baturico, Epiſcopo Ratiſponenſi, cui dedit Monaſterium Manſee, pro Monaſterio in eadem Civitate, dicto Ober-Münſter, quod & Imperator poſtea uxori ſuæ tradidit. Actum in Regenſpurg, an. 831 &c.* Nititur aſſertum hoc, Diplomate *Caroli Craſſi*, 14 Cal. Martii, an. 886, Indict. IV, in Villa *Rotvile* dato, apud eundem l. c. & apud *Gewoldum*, in Addit. ad Tomum I *Hundii Metropolis* p. m. 245, verb. *Omnium Fidelium Chriſti, tam præſentium, quam ſuccedentium, noverit induſtria, qualiter Nos, Monaſterium Beatiſſimæ Virginis, Matris Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Mariæ, in Civitate Ratisbonenſi, quod dicitur Oberen-Münſter, quod piæ mem. Genetrix Noſtra, Hemma Regina, à Baturicho, Ratiſponenſi Epiſcopo, ſolenni ac legitimo concambio recepit, ubi Ipſa corporaliter ſepulta requieſcit, in Noſtræ emunitatis defenſionem ſuſcepimus, ea videlicet conditione, Ut neque Nos, neque quiſquam Imperator, aut Rex, aut Dux, aut Comes, aut Regalis Exactor, ſive ex Imperiali, ſive ex propria auctoritate quicquid ibi ordinandi, aut exigendi, habeat poteſtatem &c.* Conf. Auctor *Fundationum nonnullorum Inſignium Monaſteriorum per partes Bajoariæ*, apud *Schilterum*, in calce Codicis *Scriptorum Rer. German.* p. m. 80; *Bucelinus*, part. 2 *Germ. Sacræ*, voc. *Ober-Münſter*, p. 66, & *parte altera*, voc. ead. p. 244. Dn. *ImHoff. Not. Proc. Imp.* lib. 3, cap. 29, §. 18, p. 122; *Europ. Heroldt*, T. I, p. 604. Cæterum, ejusdem, cum *Abbatiſſa Monaſterii Inferioris*, conditionis eſt hæc Antiſtita, eosdemque ſubſcripſit Receſſus. Moderna eſt *Anna Magdalena*, Bar. de *Dondorf*, nata 16 Maji 1690, electa 22 Nov. 1719, quam anteceſſit *Maria Thereſia*, Bar. de *Sandizel*. *Es führet das Stifft, im gelben Felde, eine ſchwebende ſchwartze Kræhe;* ait *Europ. Heroldt* l. c. Canoniſſas pro lubitu nuptias celebrare poſſe, & Monaſterio egredi, queritur *Hundius* l. c. Tom. 3, p. 1.

(10) MARIENTHRONENSIS; *Marienthron*, vulgo *Margenthron*, Benedictini Ordinis Virginum Collegium, cujus Abbatiſſa, *Eva Regina*, per *Johannem de Leuchſelring*, Receſſui Imp. Ratisbonenſi, anno 1641, nomen appoſuit.

(11) S. JOHANNIS LUBECENSIS. De quo Cœnobio Ill. Auctor *des Europ. Heroldts* T. I, p. 605: *S. Johan in Lübeck, vormahls ein Münch Kloſter, und, nach deren Außweichung, mit Nonnen beſetzet, welche jetzo Evangeliſcher* Religion, *und unter der Aufſicht einer* Dominæ *leben, die bey jetzigem Reichs-Tage, unter den* Prælaten (Scamni Rhenani) *durch ihren Gevollmachtigten, erſchienen &c.*

Plures continet Libellus Ordinum Imperii in Comitiis Ratisbonenſibus an. 1471, jubente *Friderico III* Imp. conſcriptus, apud *Goldaſtum*, Prolegom. Tomi Primi *Conſtitutionum Imperialium*, pag. 16, Tit. *Abbatiſſæ Principes;* & pag. 21, Tit. *Abbatiſſæ, quæ non ſunt Principes &c.* nec non *Mameranus* Lucemburgus, *in deſcriptione Inveſtituræ Mauritii, Electoris Saxoniæ*, an. 1548, 24 Febr. *Auguſtæ* factæ, apud *Schardium*, Tom. 2 *Rer. German.* pag. 514, Tit. *Abbatiſſæ Imperii non Principes.*

(b) DICIT &c. Quæſtio hic moveri poteſt: *Num Abbatiſſæ Proteſtantium Religionis, citra Muneris, quod obeunt, diſpendium, nubere queant?*

Ampliſſ. Dn. *Henricus Güntherus Thulemarius*, edidit 6 Oct. an. 1691: *wenige, jedoch wichtige*, Relationes, *daß eine, der Evangeliſchen* Religion *zugethane Abtiſſin in Teutſchland, wann Sie Sich verheurathet, nicht nœthig habe zu* reſigniren*; ſondern, wan ſie will, die Abtheyliche Würde, Regierung und Einkommen, zeitwehrenden Eheſtandes, behalten kœnne &c.* Quas offendis apud *Fabrum*, Tom. 2 *der Staats-Cantzley*, Faſcicul IV, p. 88 &c. ſunt autem illæ;

(I) Quod integrum ſit, ejusmodi Abbatiſſæ, contrahere nuptias, pro lubitu, exemplo *Sidoniæ, Herfordenſis*, ex Comitibus Oldenburgicis & Delmenhorſtanis oriundæ, an. 1649, *Auguſto*, Duci Holſato Bekenſi, nuptæ; *Chriſtianæ Sophiæ, Gandesheimenſis*, Duciſſæ Brunſ. & Luneburg. an. 1681, à Sereniſſimo Agnato, *Auguſto Wilhelmo*, domum ductæ; *Eliſabethæ Albertinæ, Herfordenſis*, Princ. Anhalt. an. 1686, torum *Henrici*, Ducis Saxo-Barbienſis, conſcendentis. Quibus addi poſſunt *Eliſabetha, Gandesheimenſis, Julii* D. Brunſ. & Luneb. filia, an. 1583, 6 Maji, connubiali vinculo, *Adolfo*, Com. Schauenburgico, juncta; Vid. Dn. *Leuckfeldi, Annal. Gandesb.* cap. 22, in Vita *Margarethæ 2*, p. 264; & *Dorothea Hedwig*, Duc.

Digitized by Google

Duc. Holſato-Nordburgica, quæ an. 1678, *Gandesheimenſem* Prælaturam dimittendo, & Romana ſacra amplectendo, conjux facta *Chriſtophori*, Comitis *Ranzovii*. Vid. Dn. *ImHoff Tabb. Geneal. Procerum Imperii*, Tab. LXII; Dn. *Leuckfeld* l. c. in ipſius vita, pag. 266; Dn. *Hubner, Tab. Genealog.* §. 224; Conf. præced. lit. a.

(2) Nulla obligatione reſignandi, ſi nubant, tenentur; cum tales Abbatiæ ſint *Freye weltliche Stiffter*.

(3) Vigore *Inſtrum. Pacis Weſtphalicæ*, Art. V, §. 16, Clericis Imperii Statibus Proteſtantibus, facere liceat, quicquid conſcientiam ipſorum non lædat.

(4) Laudatum Inſtrumentum Pacis l. c. verbis: *Statuta antiqua* (Archi-Epiſcopatuum, Epiſcopatuum, reliquarumque fundationum immediatarum) *illibata maneant, quatenus illa Imperii Conſtitutionibus, Paci Religioſæ, & in primis huic Declarationi & Tranſactioni ſunt conformia, & intuitu Archi-Epiſcopatuum, Auguſtanæ Confeſſioni addictis permanentium, ea nihil in ſe contineant, illi Confeſſioni adverſum;* ſatis perſpicuè doceat, Abbatiſſas Proteſtantium Religionis, nullo caſtitatis perpetuæ vinculo, utpote Evangelicorum dogmatibus contrario, obſtringi.

(5) Romanorum Imperator & Rex, matrimonio non obſtante, fit & maneat *Canonicus* ad D. *Petri* & *Johannis*, *Romæ*; pariter ac Metropolitani Capituli *Colonienſis*, & B. *Mariæ* Virginis *Aquisgrani*; hocque intuitu, per duos *Vicarios*, officio Canonici, Aquisgrani fungatur, pariter ac *Rex Hiſpaniæ*, nuptiis non impediatur, quo minus ſit *Canonicus Burgenſis*; aut *Rex Galliæ*: *Abbas S. Hilaris*, in Pictavenſi Urbe. Conf. præced. Tit. IV, §. 10, lit. a. pag. 401.

(6) Abbatiſſæ, quæ hactenus ad legitimum matrimonium tranſeundo, Cœnobiis valedixerunt, non coactè, ſed ſponte id fecerint.

(7) Palam fit, *Abbatiſſam Gernrodenſem*, *Eliſabetham* Anhaltinam, anno 1570, 19 Jul. (*Rittershuſius*, Tab. Anhalt. habet an. 1569. 30 Novemb.) copula matrimonii *Wolfgango*, Comiti Barbienſi, ſociatam, non ſolum à *Maximiliano* 2 Imp. durante matrimonio, ad Comitia fuiſſe vocatam, ſed &, ad obitum usque, qui an. 1574, aut, juxta *Rittershuſium*, & alios, an. 1575, contigerit, priſtinam dignitatem retinuiſſe.

(8) Abbatiſſæ Proteſtantes, pari jure, hoc paſſu, fruantur cum *Archi-Epiſcopis*, Magdeburgenſi & Bremenſi, *Epiſcopis*, Halberſtadenſi, Mindenſi, Verdenſi, Razeburgico, & Caminenſi, nec non *Abbate Hirsfeldenſi*, ante Inſtrumentum Pacis; &, illo promulgato, cum Epiſcopis *Oſnabrugenſibus*, quoties nim. è Sereniſſima Domo Brunſvic. & Luneburg. poſtulentur; *Lubecenſibus*, *Merſeburgicis* & *Naumburgenſibus*, ut & *Magno Magiſtro Ordinis Johannitici, Bajulagii Brandenburgici*, quibus, qua talibus, legitima connubia non obſint.

(9) Capitulares, ob matrimonium, beneficia non amittant; proinde, ipſæ Abbatiſſæ deterioris conditionis eſſe nequeant.

Quam ſententiam Ampliſſ. Facultas Juridica *Gieſſenſis*, an. 1691, 29 Sept. & *Marpurgenſis*, an. eod. 3 Oct. calculo ſuo comprobarunt, quorum Reſponſa, ibid. p. 97 ad 100, extant. In Quæſtione tamen *Conſilii*, fortè aliud dicendum, ne tam facile Abbatiſſa levitatis accuſari valeat, nec calumniis ſubminiſtret anſam, Eam Eccleſiæ bonis Familiam ditare.

19. Epiſcopi ab initio, per univerſam Eccleſiam, Clerum & Populum, fuerunt electi, (*a*) & hunc modum Cyprianus Apoſtolicum vocat. Poſtquam Imperatores, circa Seculum IV (*b*) Chriſtianiſmum amplexi ſunt, ſui admonentes Officii, Ipſi conſtituerunt tam Patriarchas, ſive Metropolitanos, quam reliquos Epiſcopos, quoties libebat, rurſusque ab officio removebant, quos tam arduo munere indignos cenſebant. (*c*) Cum poſtea Occidentis Reges Chriſtianam Religionem profiterentur, idem jus conſtituendi & promovendi Epiſcopos, ſibi vindicarunt. (*d*)

NOTÆ.

(*a*) ELECTI; Faciunt huc *Walthrami*, Epiſcopi *Naumburgenſis*, Tract. *de Inveſtitura Epiſcoporum*, apud *Schardium, de Juriſdictione Imperiali*, p. m. 72 &c. Illuſtriſſ. Dn. *Petrus de Marca*, de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, lib. VI, cap. 2, p. 780 &c. *Zieglerus, de Epiſcopis*, lib. 2 cap. I; *Conringius, de Republica*, Exercit. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*; *Meibomius, de Jure Inveſtituræ Epiſcopalis, Imperatoribus adempta* Tom. 3 *Rer. Germ.* p. 170 &c. Imperatoribus adhuc idola colentibus, Chriſtianus Cœtus ipſemet rebus ſuis proſpexit. Hinc nec ubique idem conſtituendi Epiſcopi mos. Antiquiſſimum exemplum ſubminiſtrat *Lucas*, Act. 1, v. 15 &c. cum *Matthias*, a cæteris Apoſtolis, aliiſque Fidelibus, centum & viginti numero, hoc fine congregatis, adhibita ſorte, in locum Traditoris *Judæ*, eligeretur. Nec aliter peractam

Diaconorum electionem; ibidem diſcimus, cap. VI, §. 2 &c. Jure Divino, inter Epiſcopos & Presbyteros, nullum eſſe diſcrimen, dudum Viri docti probarunt. Rectè Ambroſius, Comment. ad Epheſ. IV, Tom. V Oper: Non per omnia conveniunt ſcripta Apoſtoli Ordinationi, quæ nunc eſt in Eccleſia, quia hæc inter ipſa primordia ſunt ſcripta. Nam & Timotheum, Presbyterum à ſe creatum, Epiſcopum vocat. Quia primum Presbyteri, Epiſcopi appellabantur &c. & Chryſoſtomus, Epiſt. ad Philippenſ. I, Tom. IV operum: Co-Epiſcopis & Diaconis. Quid hoc? an unius Civitatis multi erant Epiſcopi? Nequaquam, ſed Presbyteros hoc nomine appellavit. Tunc enim nomina adhuc erant communia; atque Ipſe etiam Epiſcopus vocabatur Diaconus - - - antiquitus ipſi etiam Presbyteri vocabantur Epiſcopi, & Diaconi Chriſti - - - - Procedente vero tempore, proprium cujusque diſtributum eſt nomen, ut hic quidem Epiſcopus, Ille Presbyter, appelletur &c. & Hieronymus Epiſt. ad Evagrium, Tom. 3 Operum, nec non, in cap. 1 Epiſtolæ D. Pauli ad Titum, verba referente Gratiano, Diſt. 93, cap. 24, Legimus, & Diſt. 95, cap. 5, Olim &c. Negari tamen nequit Seculo ſtatim Secundo, à Salvatoris obitu, diſtincta hæc fuiſſe munia, vel S. Ignatio, an. Chriſti 71, Cathedram Antiochenam conſcendente, Epiſt. I ad Smyrnæos, §. 8, teſte, ap. Dn. Ittigium, in Bibliotheca Patrum Apoſtolicorum, p. 9: Omnes Epiſcopum ſequimini, ut Jeſus Chriſtus Patrem; & Presbyterium, ut Apoſtolos; Diaconos autem revereamini, ut Dei mandatum &c. & Epiſt. ad Polycarpum §. 6, p. 19: Epiſcopo attendite, ut & Deus vobis. Devovear ego pro iis, qui ſubditi ſunt Epiſcopo, Presbyteris, Diaconis &c. & Epiſt. ad Philadelphenos §. 10, p. 67: Quædam proximæ Eccleſiæ miſerunt Epiſcopos; nonnullæ vero Presbyteros & Diaconos &c. Add. 4. Clemens, Epiſt. I ad Corinthios, §. 42, l. c. pag. 71: Per Regiones igitur, & Urbes, Verbum prædicantes, primitias eorum ſpiritu probantes, Epiſcopos & Diaconos eorum, qui credituri erant, conſtituerunt &c. & §. 44, p. 75: Apoſtoli noſtri, per Jeſum Chriſtum, Dominum noſtrum, cognoverunt contentionem, de nomine Epiſcopatus, oborituram; atque ob hanc cauſam perfectâ præſcientia præditi, conſtituerunt prædictos, ac deinceps ordinationem dederunt, ut, in defunttorum locum, alii Viri probati ſuccedere, & illorum munia exequi poſſent. Conſtitutos itaque ab illis, vel deinceps aliis Viris Celebribus, cum conſenſu Univerſæ Eccleſtæ, quique inculpate ovili Chriſti deſervierunt cum humilitate, quietè & absque omni ſorde & turpitudine, & longo tempore ab omnibus teſtimonium præclarum reportarunt. Hos, non ſine injuria, munere vel officio ſuo exui exiſtimamus. Non enim leviter peccabimus, ſi eos, qui ſanctè, & ſine reprehenſione, offerunt munera, Epiſcopatu ejicimus, Beati ſunt Presbyteri, qui viam ſunt emenſi, & diem obierunt &c. Qui locus ſimul theſin noſtram confirmat, ab initio, Epiſcopi electionem ad univerſam ſpectaſſe Eccleſiam. Audiamus, hanc in rem, Origenem, Clementis Alexandrini diſcipulum, an. 226, clarum, lib. 8 contra Celſum, Tom. 2 Oper: Chriſtiani vero, quantum poſſunt, perexaminant animos audire ſe cupientium; ac primum privatim examinatos, priusquam in cœtum recipiantur, ubi videntur eo profeciſſe, ut honeſtæ vitæ ſint cupidi, tum demum introducunt, diſtinctis Ordinibus, altero recens admiſſorum, necdum aſſecutorum luſtrationis ſymbolum: altero jam profeſſorum Religionem Chriſtianam. In poſteriore Ordine, ordinati ſunt aliquot, qui inquirant in vitas & mores accedentium &c. Conf. Baronius Tom. 2 Annal. ad an. 224, §. VI, p. 341, al. 337; Et Homilia VI in Leviticum, Tom. I Oper. apud Gratianum, Cauſ. VIII, Quæſt. I, cap. 15: Licet ergò Dominus de conſtituendo Principe præcepiſſet, & Dominus elegiſſet, tamen convocatur etiam Synagoga. Requiritur enim, in ordinando ſacerdote & præſentia Populi, ut ſciunt omnes, & certi ſint: quia, qui præſtantior eſt ex omni Populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad Sacerdotium, & hoc, atteſtante Populo, ne qua poſtmodum retractatio cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret. Hoc eſt autem, quod & Apoſtolus præcepit, in Ordinatione Sacerdotis, (1 Tim. 3) dicens: Oportet autem illum & teſtimonium habere bonum, ab his, qui foris ſunt &c. In eandem ſententiam, coævus Origini, Cyprianus Carthaginenſis, Epiſt. 68, ad Hiſpanos, apud Flacium, Catal. Teſtium Veritatis, p. 32 & Baronium l. c. pag. 338, ait: Plebs, obſequens præceptis dominicis - - - - maximé habeat poteſtatem vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recuſandi. Quod & ipſum videmus de divina authoritate deſcendere, ut Sacerdos, Plebe præſente, ſub omnium oculis, deligatur, & dignus atque idoneus, publico judicio ac teſtimonio, comprobetur: ſicut in Numeris (cap. X) Deus Moyſi præcepit, dicens: Apprehende Aaron, Fratrem tuum, & Eleazarum, Filium ejus, & impones eos in montem, coram omni Synagoga & exue Aaron ſtolam Ejus, & indue Eleazarum, filium ejus, & Aaron appoſitus moriatur illic. Coram omni Synagoga juſſit Deus conſtitui Sacerdotem, id eſt, inſtruit, & oſtendit, Ordinationes Sacerdotales, non niſi ſub Populi aſſiſtentis conſcientia, fieri oportere, ut, Plebe præſente, vel detegantur malorum crimina, vel Bonorum merita prædicentur, & ſit Ordinatio juſta & legitima, quæ omnium ſuffragio & judicio

Digitized by Google

fuerit examinata. Quod poſtea, ſecundum divina myſteria, obſervatur in Actis Apoſtolorum, (Cap. I) *quando de ordinando, in locum Judæ, Epiſcopo, Petrus ad Plebem loquitur: Surrexit, inquit, Petrus, in medio diſcentium, ſuit autem turba in uno - - - Quod utique idcirco tam diligenter & caute, convocata Plebe tota, gerebatur, ne quis ad altius Miniſterium, vel ad Sacerdotalem locum, indignus obreperet - - - - Propter quod diligenter, de Traditione Divina, & Apoſtolica obſervatione, ſervandum eſt & tenendum, quod, apud Nos quoque, & ferè per Provincias univerſas, tenetur, ut, ad Ordinationes ritè celebrandas, ad eam Plebem, cui præpoſitus ordinatur, Epiſcopi ejusdem Provinciæ proximi quique conveniant, & Epiſcopus deligatur, Plebe præſente, quæ ſingulorum vitam pleniſſimè novit, & uniuscujusque actum, de ejus converſatione, perſpexit &c.* Et in Epiſtola 52, ad *Antonianum*, Numidiæ Antiſtitem memor Electionis *Cornelii*, Epiſcopi Romani, apud *Baronium* l. c. ad an. 254. p. 458: *Factus eſt autem Cornelius Epiſcopus, de Dei, & Chriſti Ejus, judicio, de Clericorum pene omnium teſtimonio, de Plebis, quæ tunc adfuit, ſuffragio; & de Sacerdotum antiquorum, & Bonorum Virorum Collegio, &c.* Clarius hunc morem depingit vetuſtiſſimus Auctor *Conſtitutionum Apoſtolicarum*, quem falſo *Clementem* eſſe, multi aſſerunt; lib. 8, cap. 4: *Ego igitur primus Petrus dico: Ordinandum eſſe Epiſcopum, ut omnes pariter antea conſtituimus, ſcil. de quo in nulla re ſit querela, & qui ſit à Cuncto Populo, ex optimis quibusque, electus. Quo nominato, & placente, Populus, in unum congregatus, una cum Presbyteris atque Epiſcopis præſentibus, die dominico conſentiat. Qui vero inter reliquos princeps Epiſcopus eſt, percontetur Presbyteros & Populum: An ipſe ſit, quem præeſſe petunt? & illis annuentibus, rurſus percontetur: An tribuant ei omnes teſtimonium, quod dignus ſit hoc magno & illuſtri munere præſidendi? - - - - - rurſus tertiò interrogent: Utrum ſit Miniſterio dignus? & cum tertiò annuerint, &, dignum eſſe, aſſenſi fuerint: petatur ab omnibus ut præbeant ſignum aſſenſus, &, cum prompta voluntate dederit, audiantur &c.* Sic comparatum erat Electionis negotium, ad tempora usque, quibus Imperatores ad Chriſtianorum Caſtra tranſierant; ut jam pluribus demonſtrabo.

(*b*) SECULUM IV; Felici hac ætate, accedentibus ad Chriſtianorum Sacra Imperatoribus, Anteſignano *Conſtantino*, æquum erat & ſalutare ut Ipſi quoque, tanquam Duces Populi, & Rectores, & præcipua Eccleſiæ Membra, & totius Reipublicæ Capita atque Moderatores, præcipuo in Epiſcoporum conſtitutione Voto fruerentur; maximè ex quo Eccleſiarum *Fundatores* vel *Dotatores*, facti. Quadrant huc verba *Wathrami*, Epiſcopi *Naumburgenſis*, in Libello de *Inveſtitura Epiſcoporum, per Imperatores facienda* apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, p. m. 73: (al. 713 &c.) *Mirum eſt, & periculoſum, in Chriſti puſillos, quod antiqua Statuta confirmata, novis immutationibus ſolvunt, & inde nolunt reprehendi, objicientes: Romana Judicia non ſunt retractanda. Si Romana judicia non ſunt retractanda, non videtur puſillis Chriſti Canonicum & ſalubre, ut, à tempore Gregorii, qui & Hildebrandus, ea ſolvantur, quæ, ſub anathemate, confirmaverunt Sylveſter, Leo, Adrianus I, Gregorius, Leo, Benedictus, erga Reges & Imperatores, de Inveſtiendis Epiſcopis, per illos, à quibus etiam à devotis Laicis & Fœminis, Fundi, & alia mobilia, Eccleſiis Domini in Orbe Terrarum provenerunt, ſibique tutelas & defenſiones rerum Eccleſiaſticarum retinuerunt, contra Tyrannos & raptores. Si in ſucceſſione quisque ſolvit, quod prædeceſſio ſub anathemate confirmavit; ecce, oritur confuſio puſillis Chriſti, cui parti potius aſſentiendum ſit, antiquæ, an novæ?* &, paucis interjectis: *A Petro autem, usque ad Sylveſtrum, qui Conſtantinum baptizavit, Imperatores Romani erant Gentiles, & Chriſtianorum perſecutores, & in Fundis, & in rebus Eccleſiaſticis, pauperes erant Eccleſiæ: & à timoratis Chriſtianis, qui tunc pauci erant, Romæ & alibi, conſtituebantur Epiſcopi; poſtquam autem à Sylveſtro, per Chriſtianos Reges, & Imperatores, dotatæ, ditatæ & exaltatæ ſunt Eccleſiæ, in Fundis & aliis mobilibus, & Jura Civitatum, in teloneis, monetis, villicis & ſcabinis, Comitatibus, Advocatis, Synodalibus bannis, per Reges delegata ſunt Epiſcopis; congruum fuit, & conſequens, ut Rex, qui unus eſt in Populo, & Caput Populi, inveſtiat & inthronizet Epiſcopum, &, contra irruptionem hoſtium, ſciat, cui Civitatem ſuam credat, cum jus ſuum in domum illorum tranſtulerit &c.* Quo etiam ſtylo, *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo veterum Principum Germaniæ*, cap. VIII apud *Schardium* l.c. pag. 220 (al. 436) cujus verba ſeq. lit. d, recitabo; *Ludovicus* (Johannes) *Servinus*, Advocatus *Henrici IV*, Reg. Gall. *Vindiciis libertatis Eccleſiæ Gallicanæ*, de an. 1592, apud *Goldaſtum* Tom. 3, *Monarchiæ*, p. 258 & 259, aliique multi, utuntur. Invitis ſanè auditoribus, cum nullus antea (ceu lit. a. vidimus,) obtruderetur Præſul, utpote qui, non niſi ex piis eorum largitionibus, vivere tenebantur; quanto magis rationi & æquitati conſentaneum fuit, in ejusmodi negotiis, vel ipſorum Principum, ad eandem jam Eccleſiam pertinentium, expetere ſuffragia? ea licet non ſemper primi ferrent, ſed ex beneplacito, & congruo tempore; vel nominando ſaltem, ſeu commendando, eligendum;

vel,

Digitized by Google

vel, electos à Populo & Clero confirmando; vel, exorto ſchiſmate, aut in alterutrum electorum conſentiendo, aut tertium planè præficiendo. Ne dicam, Naturâ quaſi Duce, Principes in nobiliores has Reipublicæ curas vocati; expeditum cum ſit, nullo Cives arctiori vinculo, ad officia erga Rempublicam, conſtringi poſſe, quam Religionis; & quanti non refert Principi, non malè feriatos ſeductores, ſed Viros pios, nec niſi ad ſalutaria greges ſibi commiſſos perducentes, Populis præeſſe? Ecce! quid Gentilis, *Ariſtoteles*, lib. 7 *Polit.* cap. 8: ὧν ἄνευ πόλις οὐκ ἂν εἴη, πρῶτον ἡ περὶ τὸ Θεῖον ἐπιμέλεια, *Eorum, ſine quibus Civitas eſſe non poteſt, primum eſt: Cura circa ſacra &c.* Exemplum ſuppeditat *Tacitus* lib. 3 *Annal.* cap. 26, §. 5: *Numa, Religionibus, & Divino Jure, Populum devinxit &c.* ex Chriſtianis, Auctor *Vitæ Conſtantini Magni*, lib. 1, cap. 44, p. 430, Edit. Valeſ. *Eccleſiæ Dei præcipuè curam gerens, cum, per diverſas Provincias, quidam inter ſe diſſentirent, Ipſe* (Conſtantinus) *velut communis omnium Epiſcopus, à Deo conſtitutus, Miniſtrorum Dei Concilia congregavit &c.* Add. *Socrates* lib. 5 *Hiſt. Eccleſ.* Procem. *Ex illo tempore, quo Imperatores Chriſtiani eſſe cœperunt, Eccleſiæ negotia, ex Illorum nutu pendere viſa ſunt &c.* Theſin noſtram ut illuſtremus, exempla quædam, Seculorum ordine, in præſidium afferam.

Sec. IV.

Extincto, circa an. 324, *Paulino*, *Antiochenſium* Præſule, Clero Populoque in partes abeuntibus, hinc *Euſtathio*, illinc *Euſebio* Cæſarienſi, electo Succeſſore, cognita re, has Cæſar, *Conſtantinus*, ad *Antiochenum Populum*, dedit literas: *Quamquam Hominem*, (Euſebium Cæſarienſem) *qui a Vobis & tantis honoris ornamentis decorandus, & tanto honore ac benevolentia complectendus, judicatur, laudo plurimum; tamen Eccleſiæ Canon, qui ſingulis ratus & ſtabilis debet manere, non ob eam cauſam infringendus, aut debilitandus eſt, ut ſingulorum ſententiis ſeparatim ſatisfactum ſit, & univerſi, quod expectant, aſſequantur. Sed in ancipiti & controverſa diſceptatione, in qua Viri hujus virtutes cum aliorum comparantur, non unum, ſed plures, libere, quid ſentiant, eloqui oportet, propterea, quod cum honores Eccleſiaſtici in eo loco & ſtatu ſint, ut, in illis mandandis, nihil inſit vel perturbationis, vel diſcordiæ; Omnium Suffragia ſimiliter ſunt, & ex æquo, omnino expetenda &c.* Vid. *Baron.* Tom. 3 *Annal.* ad an. 324, §. 149, pag. 272, (al. 285) ſimilesque ad Clerum Antiochenum: *Cum literæ veſtræ hoc complectebantur, ut, cùm Populi, tùm veſtro prudenti conſilio & inſtituto, Euſebius, Sanctiſſimus Cæſarienſis Eccleſiæ Epiſcopus, Antiochenæ præſideret Eccleſiæ, ejusque curam ſuſciperet; oportebat & Euſebii literas, qui decretum Eccleſiæ maximè obſervare videbatur, & meam ſimul ſententiam, Veſtræ prudentiæ oſtendere &c.* Vid. l. c. §. 153, pag. 273 al. 286; En, Principis conſenſus quam neceſſarius! cujus etiam beneficio *Euſtathium* ſpartam illam obtinuiſſe, *Theodoretus*, lib. 1 *Hiſt. Eccleſ.* cap. VII, (perperam licet, *Paulini* loco, Anteceſſorem ipſius, *Philogonium*, nominet,) p. m. 16, teſtatur: *Euſtathius ille Magnus, qui, Philogonio, ex hac vita, ad meliorem, translato, Epiſcopatum Eccleſiæ Antiochenæ obtinuit: quippe hunc Epiſcopi, & Sacerdotes, & univerſus Popolus Chriſto deditus, communibus ſuffragiis invitum, Eccleſiam illam, pro Philogonio, paſcere coëgerunt &c.* Conf. *Baronius*, l. c. §. 156, p. 274, (al. 287.)

Eundem morem in *Eccleſia Alexandrina* obtinuiſſe, ex Epiſtola *Nicænæ Synodi* 318 Patrum, de an. 325, ad laudatam Eccleſiam, Fratresque *Ægyptum*, *Libyam*, & *Pentapolim* incolentes, apud *Theodoretum*, lib. 1, cap. 9, p. m. 21, & *Baronium* l. c. ad h. a. §. 118, pag. 312 (al. 327) diſcimus: *Si quis forte eorum, qui Eccleſiæ fungantur muneribus, diem ſuum obibit, tum unus ex illis, qui nuper in Eccleſiam adſciti ſunt, modo idoneus videatur, & Populus illum eligat, Epiſcopusque Alexandriæ ei ſuffragetur atque adeo Populi electionem confirmet, in locum ſuccedat demortui &c.* Audiamus, quomodo ipſe *Athanaſius* Epiſcopatum ſit conſecutus! *Nos cum tota Civitate, & univerſa Provincia, teſtamur, omnem multitudinem, Populumque Catholicæ Eccleſiæ in unum coactum, quaſi in ſpeciem unius corporis & animæ, clamoribus, vociferationibus, poſtulaſſe Athanaſium Eccleſiæ Epiſcopum dari, idque publicis votis a Chriſto expetiiſſe, nosque, ut faceremus, per multos dies & noctes, jurejurando obteſtatos fuiſſe, cum interea nec ipſi ab Eccleſia diſcederent, neque nobis diſcedendi facultatem permitterent &c.* Sunt verba Synodalis Epiſtolæ *Alexandrinæ*, ad totam Eccleſiam, apud *Athanaſium*, *Apolog.* 2, T. 1 *Operum* p. m. 726, & *Baronium* l. c. ad an. 326, §. 3, p. 341. (al. 358) quæ *Gregorius Nazianzenus*, habita in *Athanaſii* laudem, Oratione, Tom. 1 operum *Athanaſii*, & apud *Baronium* l. c. p. 359, confirmat: *Sic igitur, atque eas ob cauſas, totius Populi Suffragiis, non autem ſecundum perverſum exemplum, quod poſtea inolevit, neque per vim ac cædem, ſed Apoſtolice & ſpiritualiter, in Marci thronum evehitur &c.* Mortuo *Conſtantino*, Ipſius Filius, *Conſtantius*, in favorem Arianorum, libertatem hanc Eccleſiæ primus auferre conatus eſt, vel armis *Alexandrinæ* Eccleſiæ hominem Arianum, *Gregorium*, in locum B. *Athanaſii*, ab *Antiochena* Synodo, Sede pulſi, ſurrogatum, obtrudendo; non

ſolum

ſolum autem ipſe *Athanaſius*, in Epiſtola *ad Solitariam vitam agentes*, Tom. I Op. p. m. 811. publicas deſuper movit querelas: *Qui hæreſin illorum* (Arianorum) *fovet, requiritur, & ſtatim ſummittitur in exulum illorum* (Epiſcoporum) *Eccleſias - - - - & quod iniquiſſimum eſt, quem Populi cupiunt, & irreprehenſibilem cognoſcunt, hunc tollit, & in exilium mittit Princeps: Eum vero, quem non cupiunt, quem non norunt, hunc e longinquo, cum Militibus, & Diplomatibus ſuis, ad Populos mittit &c.* nec non p. 681; in primis Epiſt. *ad Orthodoxos* l. c. pag. 944; & apud *Baronium* l. c. ad an. 342, §. VI & VII, p. m. 530; ſed & *Julius*, Antiſtes *Romanus*, in Epiſtola ad *Gregorii* Promotores *Danium, Flacillum, Narciſſum, Euſebium, Marium, Macedonium, Theodorum &c.* apud *Athanaſium*, cit. Apol. 2, p. 748, & 749; & *Baronium* l. c. ad an. 341, §. XVII, p. 517, (al. 544:) *Prorſus ignoro, quanam ratione facta ſunt, quæ facta ſunt - - - - non decuit novos iſtos modos, contra Eccleſiam induci. Ubi enim eſt iſtiusmodi Eccleſiaſticus Canon, aut iſtiusmodi Traditio Apoſtolica, ut in pace agente Eccleſia. & Epiſcopis concordibus cum Epiſcopo Alexandriæ, Athanaſio immittere Gregorium, peregrinum & externum hominem, neque Alexandriæ baptizatum, neque Plebi cognitum, neque poſtulatum à Presbyteris, eumque Antiochiæ creare Epiſcopum, atque inde deducere Alexandriam, non cum Presbyteris, aut Diaconis Civitatis, non cum Epiſcopis Ægypti, ſed cum militibus &c.* Et *Hilarius, Pictavenſis*, in literis, ad Ipſum Cæſarem, de an. 355, apud *Baronium* l. c. ad h. a. §. 71, pag. 664, (al. 711:) *Præcipe, ut non ſtudium, non gratiam, non favorem, Locorum Rectores graviſſimis hæreticis præſtent. Permittat Lenitas Tua Populis, ut, quos voluerint, quos putaverint, quos elegerint, audiant docentes, & divina myſteriorum ſolennia concelebrent, &, pro incolumitate & beatitudine Tua, preces offerant &c.* Tranſiiſſe etiam citò nubeculam, *Valentiniano* & *Valente; Gratiano & Theodoſio Magno: Honorio & Arcadio*, ſucceſſivè Rempublicam adminiſtrantibus, documento ſunt à *tota*, qui præerant *Eccleſiæ* electi:

Laudatus *Hilarius Pictavenſis*, de quo, hæc *Baronius* l. c. ad an. 355, §. 67, p. 663: *Defuncto Pictavenſis Civitatis Epiſcopo, miro univerſorum conſenſu, fuit ejus Sedis electus Antiſtes &c.* & §. 68, p. 663: *Sic igitur à Populo, ex inſperato, ad Sedem Epiſcopalem evectus Hilarius &c. Baſilius Cæſarienſis*, an. 369. Vid. *Gregorii Nazianzeni* literas *ad Cæſarienſes*, apud *Baronium*, Tom. IV Annal. ad an. 369, p. 231.

Nectarius Conſtantinopolitanus, an. 381, in Concilio Oecumenico Conſtantinopolitano, teſte *Sozomeno* lib. 7, cap. 8, p. m. 418: *Cum Sacerdotibus nomina eorum, quos ad ordinationem dignos judicabant, chartæ inſcribere Imperator juſſiſſet: ac ſibi Ipſi, ex omnibus iis, unius Electionem reſervaſſet, alii alios in album retulerunt, quare & Antiochenæ Eccleſiæ Præſul inſcripſit ipſe quos voluit: quibus omnibus, ultimo loco, & Nectarium adjecit, in gratiam Diodori.* (Tharſenſis) *Imperator igitur, perlecto inſcriptorum catalogo, ſubſtitit in Nectario: & intendens mentis aciem, ſecum tacitè conſultabat, impreſſo nomenclaturæ digito; rurſusque ad caput egreſſus, cunctos ordine percurrit, ac Nectarium deligit &c.* clarius, *Socrates*, lib. V, cap. VIII, *Hiſt. Eccleſ.* p. m. 682: *Nectarius quidam, ex Genere Senatorio, Vir, moribus admodum modeſtus, & tota vitæ ratione conſpicuus, qui, quanquam Prætoris fungebatur officio, à Populo tamen inde abreptus, ad Epiſcopatus honorem delatus fuit, & à centum quinquaginta Epiſcopis, qui tum aderant, ordinatus &c.* Junge ipſius Synodi Literas ad *Damaſum* Romanum, de an. 382, apud *Theodoretum*, lib. 5, cap. 9. p. 151, & *Caſſiodorum*, lib. 9 *Hiſtor. Tripart.* cap. 14, p. 146: *Nectarium, in Concilio Generali, communi omnium conſenſu, præſente Theodoſio Imperatore Religioſiſſimo, totius denique Cleri, totiusque Civitatis, ſuffragiis, Epiſcopum conſtituimus, &c.* Conf. *Nicephorus Calliſtus, Hiſt. Eccleſ.* lib. XII, cap. XII, p. m. 719 & 720, & cap. XVI, p. 727; *Baronius* l. c. an. 381, p. 444, 449; & an. 382, p. 464 &c.

Flavianus Antiochenus, eodem anno conſtitutus; de quo laudatæ Synodi Byzantinæ Patres cit. Epiſt. ad *Damaſum*, apud *Theodoretum* l. c. *Caſſiodorum* l. c. *Nicephorum* l. c. lib. XII, cap. 16, pag. 727, & *Baronium* l. c. ad an. 382, p. 466: *Eccleſiæ autem Vetuſtiſſimæ, & verè Apoſtolicæ, Antiochiæ, Urbis Syriæ, in qua primò venerandum Chriſtianorum nomen auditum eſt, Reverendiſ. & Sanctiſ. Flavianum, Epiſcopi illius Provinciæ, & Diœceſes Orientales, in unum convenientes, tota illa Eccleſia, uti Canon poſtulat, ſuffragante, &, velut, uno ore, Virum illum honorifice collaudante, Epiſcopum ordinarunt &c.* Conf. *Socrates*, lib. V. cap. XV, pag. 688.

DAMASUS Romanus; Elato funere *Liberii*, an. 367, in contentione, electis *Damaſo* Hiſpano, ex communione *Felicis*, (*Liberio*, an. 355, quod *Arianam* hæreſin deteſtaretur, ejecto, ſurrogati, annoque 358, *Liberio*, *Conſtantii* Cæſaris voluntatem adimplente, & ea propter in integrum reſtituto, de Sede rurſus deturbati,) atque *Urſicino*, Romanæ Eccleſiæ Diacono, interpoſuere primùm Cæſares auctoritatem, *Urſicinum*, an. 369, in Concilio quoque Romano, reprobatum, exilio in Gallias mulctantes, Electione *Damaſi* confirmata. Hoc autem an. 385, exuvias mor-

tales deponente, novasque turbas, adverſus ſucceſſorem ipſius, *Siritium* Presbyterum antea Romanum, ciente *Urſicino*, reſcripſit denuò Imperator, *Valentinianus*, *Piano*, Urbi Præfecto, apud *Baronium* l. c. ad h. a. pag. 506, al. 516: *Populum Urbis æterna gaudere concordia, & optimum eligere Sacerdotem, Populi Romani eſſe credimus inſtituti & noſtris gratulamur advenire temporibus. Proinde, quoniam Religioſum Siricium, Antiſtitem Sanctitatis, ſic præeſſe Sacerdotio voluerunt, ut Urſicinum improbum acclamationibus violarent, Noſtro cum gaudio, memoratus Epiſcopus ipſe permaneat, Piane cariſſime & jucundiſſime. Siquidem magnum innocentiæ & probitatis exemplum eſt, in una acclamatione, & ipſum eligi, & ceteros improbari. Dat. VII Kal. Martii &c.*

Johannes Chryſoſtomus Conſtantinopolitanus, an. 397, ad ſuperos migrante *Nectario*, Eccleſiæ prælatus. Teſtis *Socrates* lib. 6, cap. 2. p. m. 707: *Nectarius, Epiſcopus Conſtantinopolitanus, obiit mortem, Cæſario & Attico Conſulibus, 5 Calend. Octobr. Itaque ſtatim de Epiſcopo eligendo vehementer laboratum eſt. Itaque, cum alii alium ad id muneris quærerent, de eaque re ſæpe conſilium iniretur: tandem viſum eſt, Johannem, Antiochiæ Presbyterum, Antiochia accerſere. Nam de eo fama percrebuit, quod & ad docendum aptus, & in dicendi facultate valde peritus erat. Quam ob rem haud diu poſt, Arcadius Imperator, communibus omnium Suffragiis, id eſt, Cleri & Populi, illum accerſit &c.* Conf. *Sozomenus*, lib. 8 *Hiſt. Eccleſ.* cap. 2, p. m. 447; *Theodoretus*, lib. 5, *Hiſt. Eccleſ.* cap. 27, p. m. 169; *Caſſiodorus*, *Hiſtor. Tripart.* lib. X, cap. 3, p. m. 164; *Nicephorus Calliſtus*, *Hiſt. Eccl.* lib. XIII, cap. 2, p. 790: *Baronius*, T. V *Annal.* ad h. a. pag. 43 & 44.

Addi meretur ejusdem ætatis, Eccleſiæ Doctoris, *Hieronymi*, teſtimonium, Qui Tom. 2 Oper. lib. I *Adverſus Jovinianum*, occaſione Quæſtionis: *Cur non ſemper Cœlibes ad Sacerdotium ſumantur*, inquit: *Nonnunquam erat Plebisque Vulgique judicium; &, in Sacerdotibus comprobandis, unusquisque ſuis moribus favet, ut non tam bonum, quam ſui ſimilem, quærat præpoſitum. Evenit aliquoties, ut mariti, quæ pars major in Populo eſt, maritis, quaſi ſibi, applaudant &c.* & Tom. 3 Oper. Comment. in cap. 33 *Ezechielis: Speculator Terræ Judeæ, vel Rex poteſt intelligi, vel Propheta. Speculator autem Eccleſiæ, vel Epiſcopus, vel Presbyter, qui à Populo eſt electus - - - - magnopere formidandum eſt, ne ad hoc officium accedamus indigni, & aſſumpti à Populo, negligentia nos demus atque deſidia, &, quod his pejus eſt, deliciisque, ventrique & otio ſervientes, honorem nos accepiſſe putemus, non Miniſterium &c.*

Sec. V.

An. 402, *defuncto* B. *Severino, Clerus & Populus Agrippinæ Coloniæ, Eum* (Evergislum) *ſibi elegit Epiſcopum, quamvis renitentem &c.* Ita Auctor Vitæ *S. Everguli Colonienſis*, cap. 4, apud *Surium*, 24 Octob. p. m. 367.

An. 412, Mortuo *Theophilo Alexandriæ* Epiſcopo, *de Epiſcopo deligendo, orta eſt controverſia. Alii enim Timotheum Archidiaconum, alii Cyrillum, filium fratris Theophili, ad Epiſcopatus illius Sedem efferre laborarunt. Qua de re, cum à Populo certatum eſſet, quanquam Abudacius, Præſidiariorum militum Præfectus, partibus Timothei ſubſidio fuit; tamen, triduo poſt mortem Theophili, Cyrillus in Sede Epiſcopali collocatus, Epiſcopatu potitus eſt; majoremque Principatum, quam unquam Theophilus habuiſſet, pariter ſibi aſſumpſit &c.* Ita *Socrates* lib. VII, *Hiſt. Eccleſ.* cap. 7, pag. 736; *Nicephorus Calliſtus*, lib. XIV, *Hiſt. Eccleſ.* cap. 14. p. 873; *Baronius*, Tom. V *Annal.* ad an. 412, p. m. 346.

An. 418, deponente mortales exuvias *Zoſimo Romano* Antiſtite, & ab una Parte Cleri populique, *Bonifacio* Presbytero, ab altera, *Eulalio*, Archidiacono, electis, ſeribenti deſuper *Symmacho*, Urbi Præfecto, ad *Honorium* Imperatorem, referente *Baronio*, Tom. V *Annal.* ad h. a. pag. 429, al. 445: *Quæcunque in Urbe geruntur, me tacere non convenit - - - accidit, ut, ſecundo die, poſt ingreſſum meum, vita decederet;* (Zoſimus) *Statim, ut convenerat, Populum alloquendo commonui, ut, cum quieto Clericorum tractatu, omnia finirentur, nec ſe rebus diſponendis miſceret turbatio popularis: ſiquidem certum eſſet, in eligendo Epiſcopo, Dei Omnipotentis expectandum eſſe judicium - - - Verum, cum Vir Sanctiſſimus, Eulalius, ad Eccleſiam Lateranenſem de exequiis prioris Epiſcopi, à Populo & à Clericis, fuiſſet adductus, ibi, per triduum, cum maxima multitudine, & cum pluribus Sacerdotibus, remoratus eſt, ut expectaretur dies conſuetus, quo poſſet ſolemniter ordinari. Cum hic ita eſſent, ſubitò aliquanti Presbyteri, cum Bonifacio, ejusdem Ordinis, ad Theodoræ Eccleſiam, collecto Populo, properarunt, ibique, habito Tractatu, ipſum ordinare Epiſcopum velle cœperunt. - - - Et quoniam Pietatis Veſtræ eſt, de hac parte ferre judicium: ſtatim, pro competenti ſollicitudine, Veſtram Majeſtatem credidit conſulendam, ut quod de hac parte Pietas veſtra decernat, præcepto, Veſtri Numinis evidenter informet &c.* reſpondit Imperator, an. 419, apud *Baronium* l. c. ad a. pag. 430 & 431, al. 446: *Cum poſt abſceſſum Venerabilis Viri, Zoſimi, circa meritum Eulalii, ordine ſubrogandi, commu-*

ni

ni judicio, conveniens multitudo ſonuiſſet, ac plena erga ſe omnia, quæ Regula Catholica poſceret diſciplina ſucceſſoris confirmatio cuſtodiret: Vehementer miramur, aliquos extitiſſe, qui, ſolemnitate contempta, circa Ordinationem alterius feſtinarent - - - - abſoluta itaque decernimus juſſione, extraordinaria præſumptione ſummata, Bonifacium, interdicta confeſtim Urbe, probiberi - - - - pertinacius reſiſtentem, invitum præcipimus expelli &c. Enimvero, cognito *Symmachi* ſtudio in *Eulalium*, Fautoribus *Bonifacii* viciſſim libellum ſupplicem Imperatori offerentibus, quo *Symmachi* relationem falſitatis arguerant, (apud *Baronium* l. c. pag. 432, al. 447 & 448) vocabat *Honorius* litigantes *Ravennam*, ad 6 Id. Febr. ut de ſchiſmate, in Synodo, cognoſceret; controverſia vero, tot difficultatibus implicata, nec tunc ſoluta, differebatur negotium ad Calendas Majas, Sacris interim myſteriis, proximo Paſchatos Feſto, *Romæ* celebrandis, *Achilleo*, Spoletino Præſuli, ab Aula demandatis, *Bonifacio* & *Eulalio*, ad finem litis, extra Urbem, ſervanda quiete ſerio injuncta. *Baronius* l. c. pag. 433 & 434 al. 448 & 449. His autem non contentus *Eulalius*, cum, variis inſtrumentis, in *Achilleum*, ex mandato Principis, ſacra facturum, irrueret, iratus Cæſar acerbo Reſcripto, 8 Kal. April. temeritatem ejus caſtigavit, omninò eum Urbe pelli & aſſeclas condignis coërceri pœnis, jubens; l. c. pag. 437 & 438, al. 453. Quo facto, BONIFACII demum confirmata electio, Reſcripto teſte ad *Symmachum*, l. c. pag. 438, al. 454: *Quoniam rectè hunc,* (Eulalium,) *poſt tot admiſſa, Urbe conſtat eſſe depulſum, ad quam Eum accedere non debere, Clementia Noſtræ & Epiſcoporum videretur ſtatuiſſe judicium: BONIFACIUM, Venerabilem Virum, Epiſcoporum, ad cujus moderationem auctoritatem Noſtram rectè cenſuimus jungendam, Symmache, Parens cariſſime & amantiſſime, Sublimitas Tua Urbem ingredi debere, Nos ſtatuiſſe, cognoſcat, ut, ſub ejus gubernaculis, Religioſæ Legis reverentia, moderatione ſolita, compleatur &c.* Cui literas Imperatoris, ad ipſum *Bonifacium*, jungas, l. c. ad an. 419. pag. 440, al. 456: *Denique, Beatitudine Tua prædicante, id, ad cunctorum Clericorum notitiam volumus pervenire, ut, ſi quid fortè Religioni Tuæ, quod non optamus, humana ſorte contigerit; ſciant omnes, ab ambitione eſſe ceſſandum; At ſi duo, contra fas, temeritate certantes, fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus Sacerdotem; ſed illum ſolum in Sede Apoſtolica permanſurum, quem, ex numero Clericorum, nova ordinatione, Divinum judicium, & Univerſitatis conſenſus, elegerit &c.* Conf. *Anaſtaſius Bibliothecarius*, in vita *Bonifacii*, p. m. 33 & 34; *Hermannus Contractus*, ad an. 419, Cod. Nov. apud *Urſtiſium*, p. 267; *Gratianus*, Diſt. 79, C. 8, *ſi duo &c. Walthramus Naumburgenſis*, de *Unitate Eccleſiæ conſervanda*, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 9. *Vincentius Bellovacenſis*, part. 2 *Speculi Hiſtor.* lib. XIX, cap. XI; Hiſtoria Epiſcoporum *Autiſſiodorenſium*, cap. VII, apud *Labbeum*, Tom. I MS. *Bibliothecæ*, pag. 414; *Platina*, in *vita Bonifacii*, p. m. 55; *Onuphrius*, ad *Platinam*, in vita *Zoſimi*, p. m. 54 & 55; *Carolus Molinæus*, de *Origine, progreſſu & præſtantia Monarchiæ Regnique Francorum*, §. 169, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Monarchiæ* pag. 61; *Ludovicus* (Johannes) *Servinus*, in *Vindiciis Libertatis Eccleſiæ Gallicanæ*, apud *Goldaſtum* l. c. pag. 259, §. 5; *Marcus Antonius de Dominis*, lib. IV de *Republ. Eccleſ.* cap. 11, §. 19 &c. *Goldaſtus*, Tom. 3 *Conſtit. Imperial.* p. 587 ad 592.

An. 423, eodem modo *COELESTINUM, Bonifacio Romæ* ſurrogatum, docent verba *Auguſtini*, in Epiſt. 261, ad ipſum *Cæleſtinum*, referente *Baronio*, Tom. V *Annal.* ad h. a. pag. 481, al. 498: *Primùm gratulationem reddo meritis tuis, quod te in illa Sede Dominus Noſter ſine ulla, ſicut audivimus, Plebis ſuæ deſciſſione, conſtituit &c. Hinc eſt, quod ipſemet* Epiſt. 2, ad *Galliæ* Epiſcopos, ſcribat: *Nullus invitis detur Epiſcopus. Cleri, Plebis, & Ordinis conſenſus, ac deſiderium, requiratur &c.* Conf. ejuſdem Epiſt. 3, ad *Apuliæ & Calabriæ* Præſules, apud *Baronium* l. c. ad an. 429, pag. 523, al. 541; qua eos admonuit, Epiſcopos non ex Laicis, ſed ex Clero, eligendos, errantemque hac ex parte Populum, ad ſaniora conſilia reducendum.

An. 426, *Poſt mortem Attici* (Conſtantinopolitani) *de Epiſcopo deligendo, vehementer certatum eſt; dum alii alium in eo honoris gradu collocare laborarent. Nam Philippum Presbyterum nonnulli, alii Proclum, qui etiam Presbyter fuit, cupiebant; ſed Populus univerſus communi conſenſu, Siſinium deſignare deſiderabat - - - Omnes Laici deſiderio illius, ad Epiſcopatus honorem efferendi tenebantur - - - - Itaque Laicorum ſtudium tulit ſuperiores, Siſiniusque ordinatus eſt &c.* Hæc *Socrates*, lib. VI, cap. 26, p. 753; Conf. *Nicephorus Calliſtus*, lib. XIV, cap. 29, p. 897 &c. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 493.

Ann. 428, *Conſtantinopolitana Eccleſia, mira omnium Conſenſione, Neſtorium delegit &c.* Ita *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 513, al. 530. Conf. *Socrates*, lib. 7, cap. 29. pag. 755: *Poſt mortem Siſinnii, viſum eſt Imperatori* (Theodoſio) *propter homines, inanium rerum appetentes, neminem ex illa Eccleſia, licet multi Philippum, complures Proclum, deſignatum cuperent, ad Epiſcopatum illum, eligere, ſed advenam Antiochia accerſire conſtituit. Erat namque illic Neſtorius, ex Germanicia oriundus, voce in primis ſonora, linguaque diſerta, &, ob eam cauſam, tanquam ad docendum Populum admodum*

Digitized by Google

accommodatus, de illorum ſententia, accerſitur &c. Add. *Nicephorus Calliſtus*, lib. XIV, cap. 31, p. 900.

An. 440. eadem via *Romanæ Eccleſiæ* Pontificatum obtinuiſſe LEONEM MAGNUM, ex ipſius Oratione anniverſaria, ordinationis ſuæ feſto, ad Clerum Populumque habita, apud *Baronium* Tom. VI *Annal.* ad an. 440, p. 2, diſcimus: *Ago igitur Deo noſtro gratias, & ſemper acturus ſum, pro omnibus, quæ tribuit mihi. Veſtri quoque favoris arbitrium, debita gratiarum actione, concelebro, evidenter intelligens, quantum mihi poſſint reverentiæ, amoris, & fidei, ſtudia Veſtræ dilectionis impendere, animarum Veſtrarum ſalutem, Paſtorali ſolicitudine, cupienti, qui tam ſanctum de me, nullis admodum præcedentibus meritis, judicium protuliſtis. Obſecro igitur, per miſericordias Domini, juvate votis, quem deſideriis expetiſtis, ut & Spiritus Gratiæ maneat in me, & judicia Veſtra non fluctuent &c.*

De *Ravennii, Arelatenſis* Epiſcopi, electione, an. 449, celebrata, inquit laudatus *Leo Magnus* in Epiſtola ad *Arelatenſes*, apud *Baronium* l. c. ad h. a. pag. 86, al. 89: *Quod ergò in Arelatenſium Civitate, defuncto ſanctæ memoriæ Hilario, Virum etiam nobis probatum, Fratrem Ravennium, ſecundum deſideria Cleri, Honoratorum & Plebis, unanimiter conſecraſtis, bonum Fraternitatis Veſtræ opus Noſtro judicio roboramus. Quia Electionem pacificam atque concordem, cui nec merita morum, nec ſtudia Civium, defuerunt, poſtulationis quidem humanæ, ſed inſpirationis credimus fuiſſe Divinæ &c.*

An. 451, in Oecumenico Concilio *Chalcedonenſi*, agitata Seſſ. X, 4 Kal. Nov. controverſia, inter *Baſſianum, Epheſinæ* Eccleſiæ Præſulem, à Sede depoſitum, & *Stephanum*, in ipſius locum ſubrogatum, & utroque, Seſſ. XI, 3 Kal. Novembr. cauſæ ſuæ præſidia quærente, protulit *Stephanus: Dignè me, quadraginta Epiſcoporum Aſianorum decreto, & Nobilium, & Plebis, & totius Reverendi Cleri, & omnis Civitatis, ordinaverunt &c.* ejusque antagoniſta, *Baſſianus: Me autem, cum multa neceſſitate, & vi, inthronizaverunt, in eadem Civitate, Epheſi, Populus, & Clerus, & Epiſcopi, quorum unus, Epiſcopus Olympius, hic eſt &c.* Vid. *Baronius* l. c. Tom. VI, ad an. 451 pag. 157, & 158, al. 161; conf. *Petrus de Marca, de Concordia Sacerdotii & Imperii*, lib. 2, cap. 1, ſ. 6, p. 781.

An. 452, *Proterius, Alexandrinæ* Eccleſiæ Epiſcopus, in eodem Concilio, à Clerico & Populo conſtitutus noſcitur. *Liberatus, Diaconus Carthaginenſis*, in *Breviario, de Cauſa Neſtorii & Eutychetis*, c. 14, ait: *Reverſi ſunt autem, relegato Dioſcoro, Alexandriam, qui cum eo venerant, Epiſcopi & Clerici, Athanaſius, Buſirios Epiſcopus; & Neſtorius, Phlagoneos, & Auxonius, Sebennitenſis; & Macarius, Chabaſenenſis: qui conſederant in Chalcedone, & anathematizaverunt Eutychetem, & ejus dogmata, cum Dioſcori damnatione, Epiſtolam Papæ Leonis ſubſcribentes, ut, cum omnium Civium voluntate, eligerent ordinandum Epiſcopum, ſacris ad hoc literis præcedentibus ad Theodorum, tunc Auguſtalem. Collecti ſunt ergò Nobiles Civitatis, ut eum, qui eſſet, vita & ſermone, Pontificatu dignus, eligerent: hoc enim & Imperialibus Sanctionibus jubebatur; cumque, ſuper hoc, multa dubitatio præceſſiſſet, volentibus civibus, neminem penitus ordinare, ne adulteri viderentur, Dioſcoro quippe vivente, noviſſimè in Proterium univerſorum ſententia declinavit &c.* Conf. *Evagrius*, lib. 2 *Hiſt. Eccleſ.* cap. V, p. m. 517; *Nicephorus Calliſtus*, lib. XV, cap. VIII, pag. 965 &c. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 170 al. 189. Ad *Timotheum, Alexandrinum*, ſcribit ſæpeſatus *Leo Magnus* P. R. an. 460, Epiſt. 101, apud *Baronium* l. c. ad h. a. pag. 249, al. 253: *Unde de eo, quod, inſtinctu fidei, in Fraternitatem Tuam, Cleri, & Plebis, atque omnium Fidelium, egit electio, univerſam mecum Eccleſiam Domini gaudere, reſcribo &c.*

Idem *Leo*, Epiſt. 82 (al 84) cap. 6, ad *Anaſtaſium Theſſalonicenſem*, apud *Gratianum*, Diſt. 63, C. 19. *Metropolitano &c.* ait: *Metropolitano defuncto, cum, in loco ejus, alius fuerit ſubrogandus, Provinciales Epiſcopi ad Civitatem Metropolim convenire debebunt, ut, omnium Clericorum atque Civium voluntate diſcuſſa, ex Presbyteris ejusdem Eccleſiæ, vel Diaconis, optimus ordinetur &c.* Cum ægrotante *Projecto* Epiſcopo, *Hilarius Narbonnenſis*, inſcio Clero & Populo, morituro *Projecto* ſubſtitueret ſucceſſorem, graviter id ferens *Leo*, factum, in literis ad Epiſcopos, per Viennenſem Eccleſiam conſtitutos, Epiſt. 89, hiſce improbavit: *Expectarentur certè vota Civium, teſtimonia Populorum, quæreretur Honoratorum arbitrium, electio Clericorum, quæ in Sacerdotum ſolent ordinationibus, ab his, qui norunt Patrum regulas, cuſtodiri - - - - teneatur ſubſcriptio Clericorum, Honoratorum teſtimonium, Ordinis conſenſus & Plebis. Qui præfuturus eſt omnibus, ab omnibus eligatur &c.*

Memor *Simplicii, Bituricenſis* Epiſcopi à *Sidonio Apollinari*, Arvernenſium Præſule, nomine omnium, electi, inquit *Baronius*, l. c. Tom. VI, ad an. 472, pag. 303, al. 305: *Tanta, apud ſeniores ſanctos Epiſcopos,*

Digitized by Google

copos, aſtimationis ipſe (Sidonius) junior fuiſſe cognoſcitur, ut, oborta contentione, in eligendo Metropolitano Epiſcopo Bituricenſis Eccleſiæ, ipſi uni, à comprovincialibus Sacerdotibus, Clero & Populo, quem vellet, eligendi liberum fuerit delatum arbitrium: cum ipſe, quanto, in dijudicandis hominibus, polleret judicio, declaravit, diligens S. Simplicium quem omnes ſummo gaudio ſuſceperunt. Conf. Ipſe Sidonius, lib. 7, Epiſt. 5, 8 & 9, ad varios Epiſcopos.

Hujus etiam loci eſt, Edictum Odoacri, Italiæ Regis, à Baſilio, ipſius Præfecto Prætorio, an. 483, in Romana Synodo, promulgatum: Quamquam ſtudii noſtri & Religionis interſit, ut, in Epiſcopatus electione, concordia principaliter ſervetur Eccleſiæ, ne, per occaſionem ſeditionis, ſtatus Civitatis vocetur in dubium: tamen, admonitione Beatiſſimi Viri, Papæ Noſtri, Symplicii, quam ante oculos ſemper habere debemus, hoc vobis meminiſtis, ſub obteſtatione, fuiſſe mandatum, ut, propter illum ſtrepitum, & Venerabilis Eccleſiæ detrimentum, cum de hac luce tranſire contigerit, non, ſine Noſtra Conſultatione, cujuslibet celebraretur electio &c. Vid. Acta Concilii Romani III, ſub Symmacho, c. 12; Goldaſtus Tom. III Conſtit. Imper. pag. 609; fruſtra obmurmurante Baronio, l. c. ad an. 483, p. 380.

Non minus epiſtola Gelaſii P. R. an. 492 electi, ad Philippum & Gerontium Epiſcopos, apud Gratianum, Diſt. 63, C. XI, Plebs &c. ubi: Plebs Diotrenſis, data nobis petitione, deflevit, diu ſe, ſine Rectoris proprii gubernatione, diſpergi. Ac, ſicut aſſeritur, is, qui à vobis jam probatus dicitur, à paucis & tenuibus petatur electus, cum ad vos pertineat univerſos, aſſidua admonitione, compellere, ut omnes, in unum, quem dignum Sacerdotio viderint, &, ſine aliqua reprehenſione, conſentiant: Et ideo, Fratres Chariſſimi! diverſos, ex omnibus ſæpe dicti loci, Presbyteros, Diaconos & univerſam turbam, vos oportet ſæpius convocare, quatenus, non prout cuilibet libuerit, ſed concordantibus animis, talem, vobis admonentibus, ſibi quærant, ſola divinitatis attentione, perſonam, quam nulla contrarietas à conſtitutis poſſit revocare, præſcriptis &c.

An. 498, 6 Cal. Dec. mortuo Anaſtaſio, Papa Romano, quarto ab ejus obitu die, Fautore Exconſule, Fauſto, in Baſilica Conſtantiana, SYMMACHUS, Natione Sardus, Succeſſor ei datus eſt; collata vero, eodem die, Laurentio cuidam, Romano, in Baſilica S. Mariæ, eadem dignitate, Feſto & Probino Patriciis cauſam ejus ſuſtinentibus, Cæſarique Anaſtaſio, Enoticum, Zenonis Auguſti, id eſt, Concordiam inter Catholicos & Eutychianos, eum probaturum, perſuadentibus ortum ſchiſma, quo ſopiendo, hoc conſtruxerunt partes, ut ambo Ravennam pergerent, ad judicium Regis Theodorici. Qui, dum ambo introiſſent Ravennam, hoc judicium æquitatis invenerunt: ut, qui primo ordinatus fuiſſet, vel, ubi pars maxima, cognoſceretur, ipſe ſederet in Sede Apoſtolica: quod tandem æquitas in Symmacho invenit, & cognitio veritatis, & factus eſt Præſul Symmachus &c. Sunt verba Anaſtaſii Bibliothecarii, in vita Symmachi, p. m. 43, mox annectentis: Poſt annos quatuor, Zelo ducti aliqui ex Clero, & alii ex Senatu, maximè Feſtus & Probinus, incriminarunt Symmachum, & ſubornaverunt teſtes falſos, quos miſerunt Ravennam, ad Regem Theodoricum, accuſantes B. Symmachum, & occultè revocaverunt Laurentium, poſt libellum Romæ factum, & fecerunt ſchiſma, & diviſus eſt iterum Clerus. Et alii communicabant Symmacho, alii Laurentio. Tunc Feſtus & Probinus Senatores miſerunt relationem Regi, & cœperunt agere, ut Viſitatorem daret Rex Sedis Apoſtolicæ. Tunc Rex dedit Petrum, Altinæ Civitatis Epiſcopum ..... eodem tempore, B. Symmachus congregavit Epiſcopos Centum & quindecim, & facta Synodo, purgatur à crimine falſo ..... tunc ab omnibus Epiſcopis, & Presbyteris, & Diaconibus, & omni Clero, vel Plebe, reintegratur Sedi Apoſtolicæ B. Symmachus, ut, cum gloria, apud B. Petrum ſederet Præſul &c. Conf. Theodorus Lector Auctor Græcus, lib. 2 Collectaneorum, Interprete Wolffgango Muſculo, Edit. Coloniæ Allobrogum, 1612, p. m. 186; Liber Pontificalis, Tom. 1 Conciliorum, Petri Crabbe, p. m. 540; Aimoinus, lib. 1, de Geſtis Francorum, Cap. XI, apud Freherum, Tom. 2 Rer. Franc. pag. 161 & 262; Catalogus Pontificum Romanorum, Seculi VI, apud Henſchenium & Papebrochium, Act. Sanctor. Menſ. Aprilis, Tom. 1, fol. 34, Prolegom. in vita Symmachi; Hermannus Contractus, Cod. Nov. ad an. 499, apud Urſtiſium, pag. 274; Marianus Scotus, ad an. 500; Sigebertus Gemblacenſis, ad an. 493; Otto Friſingenſis, lib. 5 Chron. cap. 2, p. 102; Vincentius Bellovacenſis part. 2 Speculi Hiſtor. lib. 20, cap. 1; Jacobus de Kœnigshofen, Chron. Alſat. cap. 3, pag. 167; Gobelinus Perſona, Coſmodrom. ætat. 6, c. 30, pag. 224; Wernerus Rolewinckius, Faſcic. Tempor. ætat. 6, pag. 53, ad an. 494; Goldaſtus, Tom. III Conſtit. Imper. pag. 612 &c. Baronius, Tom. VI Annal. ad an. 498 &c. p. 532 & ſeqq.

SEC. VI.

An. 511, Macedonius, Auguſtæ Urbis Epiſcopus, ... in exilium deputatus. Locum Macedonii Timotheus, meridiano tempore, ab Anaſtaſio Cæſare Epiſcopus

Digitized by Google

pus ordinatus, invaſit &c. Hæc *Marcellinus Comes*, in *Chronico*, Indict. IV, *Secundino & Felice* Coſſ. apud *Scaligerum*, in *Theſauro temporum Euſebii*, p. 28.

An. 513, *Severus, Eutychetis perfidiæ cultor, Anaſtaſio Cæſare volente, Sedem Flaviani Antiſtitis*, (Antiocheni) *ex Monacho factus Epiſcopus, occupavit.* Idem *Marcellinus* l. c. Indict. VI, *Clementino & Probo* Coſſ. pag. 49. Conf. *Baronius*, Tom. VI Annal. ad h. a. p. 626.

Epiphanius Conſtantinopolitanus, de electione ſui ipſius, in literis ad *Hormiſdam* P. R. an. 520, apud *Baronium*, Tom. VII *Annal.* ad h. a. pag. 62, ait: *Deus, qui in alto habitat, & humilia reſpicit, & omnia, pro ſalute hominum, affluenter providet, pro ſua bonitate & miſericordia, meam reſpexit parvitatem, &, poſt obitum ſanctæ memoriæ quondam Archi-Epiſcopi & Patriarchæ, Johannis, Sedem Sacerdotalem Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ Regiæ Urbis, mihi conferre dignatus eſt, ſententia & electione Chriſtianiſſimi & Juſtiſſimi Principis Noſtri, Juſtini, & Piiſſimæ Reginæ, quæ ei ad omne ſtudium communicat divinum, ſequentiumque eorum: his, quibus eſt bona converſatio, & qui Regiis honoribus ſunt ſublimiores, ſimul & Sacerdotum, & Monachorum, & fideliſſimæ Plebis conſenſus acceſſit &c.*

Viam univerſæ carnis ingreſſo Papa *Johanne I*, an. 526, interſtitioque 58 dierum, vacante *Romana Sede*, Clero Populoque inter ſe diſcordibus, *Theodoricus*, Italiæ Rex, optimum Candidatorum, FELICEM IV, Pontificem conſtituit; meminit electionis hujus, eodem adhuc anno defuncti, *Theodorici* ſucceſſor, *Athalaricus*, in Epiſtola ad Senatum Romanum, apud *Caſſiodorum*, lib. VIII *Variarum*, Epiſt. XV, p. m. 277; *Baronium*, l. c. ad an. 526, pag. 119, & *Goldaſtum*, Tom. III *Conſtit. Imper.* pag. 95, §. X: *Gratiſſimum Noſtro profitemur animo, quod Glorioſi Domini, Avi Noſtri,* (Theodorici) *reſpondiſtis, in Epiſcopatus Electione, judicio. Oportebat enim arbitrio boni Principis obediri, qui ſapienti deliberatione pertractans, quamvis in aliena Religione, talem viſus eſt Pontificem delegiſſe, ut nulli merito debeat diſplicere, ut agnoſcatis, Illum hoc optaſſe præcipue, quatenus bonis Sacerdotibus Eccleſiarum, omnium Religio pullularet. Recepiſtis itaque Virum, & divina Gratia probabiliter inſtitutum, & Regali examinatione laudatum. Nullus adhuc priſtina contentione teneatur. Pudorem non habet victi, cujus votum contingit à Principe ſuperari. Ille quin imò ſuum efficit, qui eum ſub puritate dilexerit. Nam quæ ſit cauſa doloris, quando hoc & in iſto reperit, quod alteri in partem ductus optaverit. Civica ſunt iſta certamina, pugna ſine ferro, rixa ſine odio, clamoribus non doloribus res iſta peragitur &c.* Notanda phraſis: *Civica ſunt iſta certamina;* utpote innuens, Cives quoque omnino altercantium, penes quos jus eligendi ſtetit, numero fuiſſe comprehenſos.

An. 518, *Juſtinianus* Imp. de *Ordinatione Epiſcoporum*, ad *Atarbium*, Prætorio Præfectum, reſcribens, inquit: *Præſenti Lege ſancimus, ut quoties, in qualicunque Civitate, Sacerdotalem Sedem vacare contigerit, Decretum fiat, ab his, qui eam Civitatem incolunt, ſuper tribus perſonis rectæ fidei, & honeſtæ vitæ, aliorumque bonorum & virtutum teſtimonium habentibus, ut ex ipſis idoneus ad Epiſcopatum promoveatur &c.* Vid. L. 42 C. de *Epiſcopis & Clericis*; & *Baronius* Tom. VII, ad h. a. pag. 147; Conf. *Novell.* CXXIII, Tit. VI. de *SS. Epiſcopis*, cap. I *Sancimus &c.* & Novell. CXXXVII, Tit. XX, de *Ordinatione Epiſcoporum*, cap. 2, *His igitur &c.*

An. 530, extincto *Felice IV*, Pontifice *Romano*, novum ſchiſma exortum, de quo *Liber Pontificalis*, Tom. 1 Conciliorum *Petri Crabbe*, fol. 569, hæc continet: *BONIFACIUS* (2) *natione Romanus, ex Patre Sigibuldo, ſedit annos duos, dies viginti ſex. Fuit autem temporibus Athalrici, Regis hæretici, & Juſtiniani Auguſti. Hic, cum DIOSCORO, ordinatur, ſub contentione. Qui Dioſcorus ordinatur in Baſilica Conſtantiniana; Bonifacius verò, in Baſilica Julii. Et fuit diſſenſio in Clero & Senatu, dies viginti novem. Eodem tempore defunctus eſt Dioſcorus, 2 Id. Octob. Ipſius diebus Bonifacius, Zelo & dolo ductus, cum grandi amaritudine, ſub vinculo anathematis & chirographi, reconciliavit Clerum, quem chirographum Eccleſiæ Archivo recluſit, quaſi damnans Dioſcorum. Et congregavit Clerum, cui tamen in Epiſcopatu nullus ſubſcripſit, dum plurima multitudo fuiſſet cum Dioſcoro - - - - Hic congregavit Synodum, in Baſilica B. Petri Apoſtoli, & fecit Conſtitutum, Ut ſibi Succeſſorem ordinarent. Quo conſtituto, cum chirographis Sacerdotum, & jusjurando, ante confeſſionem B. Apoſtoli Petri, Diaconum Vigilium conſtituit. Eodem tempore, facta iterum Synodo, hoc cenſuerunt Sacerdotes omnes, propter reverentiam Sedis Sanctæ; & quia contra Canones fuerat hoc factum, & quia culpa eum reſpiciebat, ut Succeſſorem ſibi conſtitueret, ipſe Bonifacius Papa reum ſe confeſſus eſt Majeſtatis, quod Diaconum Vigilium, ſui ſubſcriptione chirographi, & ante confeſſionem B. Apoſtoli Petri, Succeſſorem conſtituiſſet, ac ipſum Conſtitutum, in præſentia omnium Sacerdotum, & Cleri, & Senatus, incendio conſumpſit &c.* Quæ totidem verbis *Anaſta-*

ſius

Digitized by Google

ſius Bibliothecarius, in vita *Bonifacii* 2, p. m. 50 & 51, repetit. Conf. *Platina*, in ejusdem vita, p. m. 67; *Baronius*, l. c. ad an. 531, p. m. 177. Ecce, qua temeritate, *Bonifacius*, Regum, Cleri Populique, partes, in conſtituendis Epiſcopis, evertere ſit conatus! & quo elemento *Majeſtatis reus* crimen purgaverit! de quo mox plura.

An. 535, electus Papa AGAPETUS, in confirmationem priſtini Juris conſtituendi Epiſcopos, univerſæ Eccleſiæ competentis, *ortu Epiſcopatus ſui, libellos anathematis, quos, invidiæ dolo, extorſerat Bonifacius* (2) *Presbyteris, & Epiſcopis, contra Canones, & contra Dioſcorum, in medio Eccleſiæ congregatis omnibus incendio conſumpſit, & abſolvit totam Eccleſiam de invidia perfidorum &c.* Hæc *Anaſtaſius*, in vita *Agapeti*, p. m. 52. Conf. *Baronius* l. c. ad an. 530, p. 177, & an. 535, p. 243.

An. 536, memor depoſitionis *Anthimi, Conſtantinopolitani* Patriarchæ, eique ſurrogati, *Mennæ*, laudatus *Agapetus* Papa, ad *Petrum Hieroſolymitanum* ſcribit: *Hoc autem, pro excitando Veſtræ Conſpiritualitatis lætitiam, ſignifico, quia Mennam, Fratrem & Co-Epiſcopum Noſtrum, Virum multis laudum modis ornatum, prædicta Conſtantinopolitana Eccleſia, Epiſcopum, ſuſcepit. Cui licet, præter cæteros, Sereniſſimorum Imperatorum* (Juſtiniani, ejusque Conjugis, Theodoræ,) *Electio arriſerit, ſimiliter tamen & totius Cleri, ac Populi conſenſus acceſſit, ut à ſingulis eligi crederetur; etenim alicui* neque ſcientia, *neque vita, ſuit ignotus, ſed & fidei integritate, & ſacrarum ſcripturarum ſtudio atq; etiam piæ adminiſtrationis officio, ſic prædicta Viri reſplenduit opinio, ut ipſi tardius venire videretur, quo dignus erat &c.* Vid. Tom. I, *Epiſtol. Pontificum Romanor.* in *Agapeto*, Epiſt. 5, *Baron.* l. c. ad an. 536, p. 272.

Ann. eodem, decedente, *Byzantii, Agapeto*, P. R. à *Theodato*, Rege Italiæ, SILVERIUS ſubſtituitur. Vid. *Marcellinus Comes* in Chronico, poſt Conſulatum *Beliſarii*, Indict. XIV, Edit. Scaliger. an. 1658, pag. 52: *Gothorum Exercitus, Theodahadum Regem habens ſuſpectum, Vitigem in Regnum adſciſcit, qui mox, in campo barbarico &c. Regnum pervaſit. Expeditione ſoluta, Romam ingreditur, ubi, jam Agapito Conſtantinopoli defuncto, Theodahadus Rex Silverium Epiſcopatui ſubrogarat, ibique reſidens, dirigit Ravennam, Theodatum occidit, in loco, qui dicitur Quintus, juxta fluvium Santernum &c.* Clarius loquitur *Liber Pontificalis*, Tom. 2 Conciliorum *Petri Crabbe*, p. 2: *Silverius, natione Campanus, ex Patre Hormisda, Epiſcopo Romano, ſedit annum 1, Menſes 5, dies 11. Hic levatus eſt à Tyranno, Theodato, ſine deliberatione Decreti. Qui Theodatus, corruptus pecunia data, talem timorem indixit Clero, ut, qui non conſentirent in ejus ordinatione, gladio punirentur. Sacerdotes quidam non ſubſcripſerunt in Eum, ſecundum morem antiquum, neque decretum confirmaverunt ante ordinationem. Jam autem ordinato Silverio, ſub vi & metu, propter adunationem Eccleſiæ & Religionis, poſtmodum ſubſcripſerunt Presbyteri &c.* Ita & *Anaſtaſius Bibliothecarius*, in *Vita Silverii*, p. m. 53. Conf. *Aimoinus*, lib. 2. de *Geſtis Francor.* cap. 16 apud *Freherum* Tom. 2 *Rer. Franc.* p. 283; *Hermannus Contractus* Cod. Nov. ad an. 536, apud *Urſtiſium*, pag. 277; *Sigebertus Gemblacenſis* ad an. 534; *Gotfridus Viterbienſis* part. 16 *Chron.* p. m. 415; *Platina*, in *vita Silverii*, p. m. 68; *Albertus Crantzius*, lib. 2 *Metropol.* cap. 1. p. 36; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. XVIII, pag. 589.

An. 538, præcepto *Theodoræ, Juſtiniani* Imp. Conjugis, miſſo in exilium *Sylverio*, quod *Anthemium*, ſeu *Anthimum*, *Conſtantinopolitanum* Patriarcham, ab *Agapeto*, P. R. excommunicatum, abſolvere nollet, *Beliſarius, convocatis Presbyteris, & Diaconibus, & Clericis, mandavit eis, ut alium ſibi Papam eligerent: quibus dubitantibus, & nonnullis ridentibus,* (renitentibus) *favore Beliſarii, ordinatus eſt VIGILIUS. Silverius autem in exilium miſſus eſt, in Civitatem Provinciæ Lyciæ, quæ Patara dicitur &c.* Ita *Liberatus*, Diaconus Carthaginenſis, ſcriptor coævus, cap. 22 *Breviarii* apud *Baronium* l. c. ad h. a. pag. 302. Conf. *Victor Tununenſis*, in *Chronico*, Edit. Scaliger. an. 1658, p. m. 9: *Anaſtaſius Bibliothecarius* in vita *Sylverii*, p. m. 54 & 55; *Liber Pontificalis*, Tom. 2 *Conciliorum Petri Crabbe*, pag. 3; *Aimoinus*, lib. 2 de *Geſtis Francorum*, cap. 17, p. m. 284; *Hermannus Contractus*, Cod. Nov. ad an. 537, apud *Urſtiſ.* p. 277; *Otto Friſingenſ.* lib. 5 *Chron.* cap. 4, p. m. 103; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 30, p. m. 225; *Platina* l. c. Conflato hinc diro ſchiſmate, feriit *Silverius Vigilium*, an. 539, anathematis fulmine, de quo Acta Ejus legas Tom. 2 *Concil.* & Tom. 1 *Epiſtol. Romanor. Pontif.* & *Baronium* l. c. ad h. a. p. 322. Mortuo denique, an. 540, *Silverio*, ceſſit *Vigilius* Pontificatu, certior prius à *Belliſario* redditus, ſe iterum electum iri; ſicut &, *Clero, Senatu, Populoque* conſentientibus, factum, *Baronius* l. c. ad h. a. p. 328 & 329, teſtatur.

An. 549. celebrato Concilio *Aurelianenſi IV*, Can. 10 inter alia decreverunt Patres: *Nulli Epiſcopatum præmiis, aut comparatione, liceat adipiſci, ſed cum voluntate Regis, juxta electionem Cleri & Plebis; ſicut in antiquis Canonibus tenetur ſcriptum.* Conf. *Ludovicus* (Johannes) *Servinus*, Advocatus Regius, *in Vindiciis Libertatis Eccleſiæ Gallicanæ, Statusque Regii Gallo-Francorum*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Monarchiæ*,

p. 259;

Digitized by Google

p. 259; *Conring.* de *Republ.* Diſſ. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, §. 22, p. 358.

An. 555, *Romanam* Sedem conſcendente PELAGIO I, inquit *Baronius* l. c. Tom. VII, ad h. a. pag. m. 473: *Non ſine aſſenſu, imò & promotione, Juſtiniani Imperatoris, qui etiam, Vigilio adhuc ſuperſtite, ei ſtudebat, Pelagius Pontifex creatus eſt.*

An. 559, in Synodo *Pariſienſi*, can. VIII, definitum: *Nullus, Civibus invitis, ordinetur Epiſcopus, niſi quem Populus, & Clericorum electio, pleniſſima quæſierit voluntate &c.* Vid. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 499.

An. 577 PELAGIUS (2) - - '- - *ordinatur, absque juſſione Principis, eò quod Longobardi obſiderent Civitatem Romanam, & multa vaſtatio ab eis in Italia fieret &c.* Sunt verba *Anaſtaſii Bibliothecarii*, in Vita Ejus, p. m. 61. Quæ *Regino*, apud *Piſtorium*, p. 11, in vita *Tiberii Conſtantini*, comprobat: *Pelagius Papa Romanam regit Eccleſiam, qui, absque juſſione Principis, ordinatus eſt, eò quod Longobardi Romam obſiderent, nec poſſet quiſquam progredi &c.* pariter & *Marianus Scotus*, ad an. 583: *Pelagius Papa, ſine juſſione Mauricii*, (rectius *Juſtini Junioris*, Imperatoris) *ordinatus eſt, eò quod Longobardi Italiam per circuitum obſidebant, ita ut nullus foras egredi poſſet &c.* nec non *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 581; *Gotfridus Viterbienſis*, Part. XVI *Chronic*, pag. 417; *Martinus Polonus*, in vita *Pelagii*, LXVI P. R. p. m. 356; *Albertus Stadenſis*, in vita ejus, pag. 30 & 31; *Vincentius Bellovacenſis*, part. 2 *Speculi Hiſtorialis*, lib. 21, cap. 132; *Jacobus de Kœnigshoven, Chron. Alſat.* cap. 3, p. 169; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 30, p. 225; *Antoninus Florentin*, Part. 2 *Hiſtoriali*, Tit. 12, cap. 2, fol. 68; *Platina*, in vita ejus, p. m. 73; *Rolewinckius, Faſcicul. Tempor.* ætat. 6, pag. m. 57, ad an. 584; *Raphael Volaterranus*, lib. XXII *Anthropologia*, p. 500; *Nauclerus* Vol. 2, *Generat.* XX, pag. 617; *Onuphrius Panvinius*, in Notis ad *Platinam*, in vita *Pelagii* 2, p. m. 73, cujus commentatio hic quoque legi meretur: *In eo, quod Platina ſcribit, Pelagium Pontificem injuſſu Principis creatum, nihilque tum, à Clero, in eligendo Pontifice, actum eſſe, niſi ejus electionem Imperator approbaſſet, non ita accuratè rem hanc attigiſſe viſus eſt. Quæ ſic ſe habet: Gothis Italia omni, per Narſem Patricium, pulſis, eaque, cum Urbe Roma, Orientalis Imperii parte facta, ſub Juſtiniano Imperatore, ex auctoritate Papæ Vigilii, novus quidam in Comitiis Pontificiis, mos inolevit; is fuit, ut, mortuo Papa, nova quidem Electio, more Majorum, ſtatim à Clero, Senatu Populoque Romano, fieret; verum, electus Romanus Pontifex non ante conſecrari, atque ab Epiſcopis ordinari poſſet, quam ejus electio, ab Imperatore Conſtantinopolitano, confirmata eſſet, Ipſeque literis ſuis patentibus, licentiam electo Pontifici concederet, ut ordinari & conſecrari poſſet, atque ita Juriſdictionem Pontificatus tum obtineret. Pro qua licentia conſequenda, Electo neceſſe erat, certam pecuniæ quantitatem Imperatori tranſmittere. Qua venia obtenta, ipſe poſtea conſecrabatur, & Romanum adminiſtrabat Pontificatum. Antea enim idem dies Comitiorum, & Conſecrationis Pontificis, renunciati erant. Hoc autem ideo Juſtinianum Imperatorem, vel, ex ejus auctoritate, Vigilium Papam, inſtituiſſe, credendum eſt, ut Imperator certus eſſet, de conditionibus novi Pontificis, cujus tum maxima eſſe auctoritas cœperat, Imperatoribus præſertim Italia abſentibus, ne, aliquo Pontifice factioſo, vel Imperatoris hoſte ordinato, Urbs, & Italia, eo auctore, ab Orientali Imperio deficeret, ſeque finitimis barbaris traderet; quod Silverium Papam aliquando quæſiiſſe, ſibi perſuadebat. Qua ratione fiebat, ut, in novis Comitiis, eum potiſſimum Romanum Pontificem crearent, quem Imperatori, à quo confirmandus erat, amicum eſſe ſcirent, & de quo Ille confideret, nihil in Italia, contra Imperium, moliturum, Barbaris, præſertim Longobardis, eam paulo poſt vexantibus. Perduravit hac conſuetudo, usque ad Benedictum 2, cujus ſanctitate permotus, Conſtantinus Imperator, Heraclii pronepos, Edicto ſuo juſſit: ut deinceps, quem Clerus, Senatusque Romanus, Pontificem Summum delegiſſent, is nulla amplius Imperatoris confirmatione expectata, more vetuſtiſſimo, ab Epiſcopis ordinaretur. Rurſus Hadrianus I, hoc jus, & paulo amplius, Carolo Magno, Francorum Regi, & Ejus Succeſſoribus, Regibus Francorum, primùm, deinde Imperatoribus Romanorum, conceſſit. Quod, Succeſſoribus Ejus, ab Hadriano III, ereptum, Othoni I, Germanorum Regi, & Romano Imperatori, reſtituit Leo VIII. Id poſtremò Gregorius VII, Henrico IV ademptum, Cardinalibus & Clero, Senatui Populoque Romano, primùm, deinde alii Pontifices, qui ſecuti ſunt, Cardinalibus tantùm, permiſere &c.* Quo livore *Baronius* hæc conſpergat, ex ejus Tomo VII *Annal.* ad an. 526, p. m. 115, 116; & ad an. 554, p. m. 467; & Tom. VIII ad an. 590, p. 3, & 4, paret; Cont. *Ziegler, de Epiſcopis*, lib. 2, cap. 2. §. 9, p. 261; Dn. *Mayer*, de *Electione Pontificis Romani*, cap. 4; §. 6, p. 84 &c. Satis eſt, tot antiquis teſtimoniis firmari, *Pelagium*, non aliam ob cauſam, quam quod Longobardi *Romanam* Urbem militari corona cinxerint, *ſine Imperatoris juſſione*, ſeu, *Confirmatione Ejus non expectata*, Pontificalem cathedram conſcendiſſe. Hinc argumentum ad Ejus Prædeceſſores.

An. 590; in locum *Pelagii* 2 P. R. ſuffectus eſt GRE-

GORIUS

GORIUS MAGNUS, de cujus Electione, hæc apud *Gregorium Turonenſem*, Scriptorem coævum, lib. X *Hiſt. Franc.* cap. 1, p. m. 218: *Quo* (Pelagio 2, an. 590) *defuncto - - - quia Eccleſia Dei abſque Rectore eſſe non poterat, Gregorium Diaconum Plebs omnis elegit - - - Unde factum eſt, ut Epiſtolam ad Imperatorem Mauritium dirigeret, cujus filium ex lavacro ſancto ſuſceperat, conjurans, & multa prece poſcens, ne unquam conſenſum præberet Populis, ut hunc hujus honoris gloria ſublimaret. Sed Præfectus Urbis Romæ, Germanus Ejus, anticipavit nuncium, & comprehenſo, diruptis epiſtolis, conſenſu, quem Populus fecerat, Imperatori direxit. At ille gratias Deo agens, pro amicitia Diaconi, quod reperiſſet locum honoris, ejus data præceptione, ipſum juſſit inſtitui &c.* Conf. *Johannes Diaconus*, an. 872 clarus, in *Vita S. Gregorii*, lib. 1, cap. 39, apud *Surium*, 12 Mart. p. m. 106: *Peſtilentia ſupra modum ſæviente, quia* (mortuo Pelagio) *Eccleſia Dei ſine Rectore eſſe non poterat, Gregorium, licet totis viribus renitentem, Clerus, Senatus, Populusque Romanus, ſibi concorditer Pontificem delegerunt. Quem ille apicem totis viribus evitare decernens, ſeſe indignum omnino tali honore clamitabat &c.* & mox, cap. 40: *At ubi decretum Generalitatis evadere nequivit, conſenſurum ſe tandem aliquando ſimulavit, & Imperatori Mauritio, (cujus Filium ex lavacro ſancto ſuſceperat) latenter literas deſtinavit, adjurans, & multa prece depoſcens: ne unquam aſſenſum Populis præberet, ut ſe, hujus honoris gloria, ſublimaret; ſed Præfectus Urbis, Germanus nomine, ejus nuncium anticipavit, comprehenſumque, ac diruptis epiſtolis, conſenſum, quem Populus fecerat, Imperatori direxit. At Ille, gratias agens Deo, pro amicitia Diaconi, eò quod locum deferendi ei honoris, ut cupierat, reperiſſet, data præceptione, ipſum ordinari præcepit &c.* Et *Regino*, lib. 1 Chron. ſub *Mauritio* Imp. apud *Piſtorium*, p. m. 11: *In hac tribulatione*, (graſſante peſte) *Gregorius, à cunctis generaliter Papa electus eſt, & in Pontificali Cathedra ſublimatus &c.* nec non *Marianus Scotus*, ad an. 592; *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 591; *Otto Friſingenſis*, lib. 5 *Chron.* cap. 7, p. m. 105; *Godefridus Viterbienſis*, part. 16 *Chron.* ſub *Mauritio* Imp. apud *Piſtorium* p. m. 418; *Chronographus Saxo*, ad an. 592, pag. 91; *Platina*, in vita *Gregorii I*, p. m. 74; *Nanclerus*, Vol. 2, Generat. XX, p. 619; *Albertus Crantzius*, lib. 2 *Metropol.* cap. 1, pag. 37; *Baronius* Tom. VIII *Annal.* ad an. 590, p. m. 4. §. 7 & 8.

An. 591, *Virgilius, ad Pontificium Arelatenſis Urbis, amore omnium Sacerdotum, vel Civium, non minus raptus, quam electus, adducitur, & reluctans protinus conſecratur &c.* Ita Auctor *vitæ Ejus*, cap. 4. apud *Surium*, 5 Mart. p. m. 53.

An. 598, *Erchenfridus, Laureaci primum in Chor-Epiſcopum, & Decanum electus, anno 570, poſtea Patavienſis Eccleſiæ & Civitatis Epiſcopus conſtituitur, anno Domini 598, à Theodone III, Duce Bavariæ, &c.* Hæc ex *Hundio* T. 1 *Metrop. Salisburg.* p. 290.

SEC. VII.

BONIFACIUS III, qui à *Phoca* Imp. obtinuit, *ut Sedes Romana Caput eſſet omnium Eccleſiarum; fecit* (an. 606) *Conſtitutum* (Decretum) *in Eccleſia B. Petri, in qua ſederunt Epiſcopi LXXII, Presbyteri Romani XXXIV, Diaconi, & Omnis Clerus, ſub anathemate: Ut nullus, Pontifice vivente, aut Epiſcopo Civitatis ſuæ præſumat loqui de Succeſſore, aut partes ſibi facere, niſi tertio die depoſitionis ejus, adunato Clero, & Filiis Eccleſiæ, tunc Electio fiat. Et quem quisque voluerit, habebit licentiam eligendi ſibi Sacerdotem.* Hæc *Anaſtaſius Bibliothecarius*, in vita *Bonifacii III*, p. m. 63. Conf. Auctores reliqui, præced. Procem. §. 16, lit. d, pag. 19, hoc titulo nominati; ex quibus, *Aimoinus*, lib. IV de *Geſtis Francorum*, cap. IV. p. m. 357, de *Bonifacio IV*, prædicet, quod, de exaltatione Romanæ Eccleſiæ, hic dicitur; *Martino Polono*, in vita *Bonifacii IV*, p. m. 271, *Jacobo de Kænigshoven*, *Chron. Alſat.* cap. 3, fol. 170, aliisque ſequacibus, *Sabiniani* memor, ajens: *Obiens mortem, Bonifacio Sedem reliquit. Eo, poſt octo menſes, & dies duodecim, vita decente, ſubrogatur alter Bonifacius, ad Sedem Pontificalem. Hic, à præfato Auguſto* (Phoca) *petiit, & impetravit: Ut Sedem Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, Caput eſſe omnium Eccleſiarum ſtatueret: quia Eccleſia Conſtantinopolitana Primam ſe omnium Eccleſiarum ſcribebat &c.* Cæterum, per *Filios Eccleſiæ*, *Populum* intelligi, dubio caret; quam in rem *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 607: *Hic* (Bonifacius) *in Concilio ſexaginta duorum* (LXXII) *Epiſcoporum, decrevit ſub anathemate: Ut nullus, vivente Epiſcopo Civitatis ſuæ, de altero eligendo, audeat loqui, aut partes ſibi facere; ſed, tertio die depoſitionis ejus, fiat licenter, à Clero & Populo, Electio Sacerdotis &c.* De confirmatione Cæſarea, teſtatur *Hermannus Contractus*, Cod. Nov. ad an. 605, p. m. 283: *Poſt hunc* (Sabinianum) *ceſſavit Epiſcopatus, anno fermè uno: quod de Conſtantinopoli Legatio Imperialis expectabatur &c.* Clarius, *Baronius*, Tom. VIII *Annal.* ad an. 605, §. 1,

pag. 224, al. 200, quamvis ſuo ſtylo, id eſt, in Principum jura valdè injurioſo, de *Bonifacio* noſtro loquens: *Papa creatur Bonifacius, ex Diacono, Joannis filius, Romanus Patria, qui à S. Gregorio miſſus fuerat Conſtantinopolim Apocriſarius, ad Phocam Imperatorem. Accidiſſe vidimus, ut, qui eo functi eſſent munere, iidem in Summum Pontificem ſæpius deligerentur. Ita Vigilium, Paſchalem, Gregorium, atque Sabinianum, electos fuiſſe reperimus. Quod enim, ex Orientalium Imperatorum tyrannide, Electioni Cleri oporteret accedere conſenſum Imperatoris, eum eligere ſtudebant, quem ſcirent eidem fore gratum &c.* Conf. *Onuphrius*, cujus verba ad an. 577 modò exhibui.

An. 614, *defuncto Bonifacio* (IV) *in principio Imperii Heraclii, ſucceſſit ei, in Sede Petri* (Romanam intelligit) *DEUS DEDIT, à Populo & Clero nominatus &c.* Hæc *Antonius Florentinus*, part. 2 *Hiſtoriali*, Tit. 13, cap. 1, §. 2, f. 105; Conf. *Platina*, in ipſius vita, p. m. 79; *Nauclerus*, vol. 2, Generat. 21, pag. 633.

Pontificatum *Romanum* adminiſtrante *Honorio*, juxta *Chronographum Saxonem*, p. m. 96 & *Albericum, Monachum trium fontium*, p. m. 49, anno 624, aut, ſecundum *Conradum Urſpergenſem*, p. 115, an. 628, electo, *Erat ejus Inſulæ* (Scotiæ) *conſuetudo: Ut primò eligerent Incolæ Epiſcopum; deinde electum Romam mitterent, Summi Pontificis manibus conſecrandum, atque ita demum rediturum ad Sedem ſuam. Itaque licet multum refragaretur S. Wiro, non tamen à ſua ſententia diſceſſit Plebs fidelis, ſed etiam invitum illum eligens, compulit tandem aſſentiri &c.* Ita Auctor vitæ *S. Wironis*, cap. 2, apud *Surium*, 8 Maji, p. m. 98; Annectens, cap. 3, pag. 99, Virum Sanctum fruſtra Pontificem Romanum rogaſſe, ut electionem non approbaret; verb: *At Pontifex, nihil motus ejus precibus, Populo Dei potius conſulere voluit, & ejus electioni ſuffragari &c.* Conf. *Baronius* l. c. ad an. 631, §. IX, p. 340, al. 305.

In Hiſtoria *Epiſcoporum Autiſſiodorenſium*, apud *Labbeum*, Tom. I, *Biblioth. MS.* cap. XXI, pag. 426, de *Palladio* Epiſcopo, hac ipſa ætate florente, legimus: *Poſt cujus* (Deſiderii) *exceſſum, eò quod eſſet Vir ſapiens, largus atque miſericors, ab omni Populo, in Epiſcopatum eligitur &c.*

SEVERINUM, P. R. non niſi accedente Imperiali confirmatione, Eccleſiæ Romanæ fuiſſe prælatum, *Platina*, in ipſius vita, p. m. 82, docet: *Severinus, Patria Romanus, Patre Labieno, in demortui Honorii locum ſubrogatus, ab Iſaatio, totius Italiæ Exarcho;* (nomine Heraclii Imp.) *in Pontificatu confirmatur. Vana tunc enim habebatur Cleri ac Populi Electio, niſi ed Imperatores, aut eorum Exarchi, confirmaſſent &c.* Conf. *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 21, pag. 636; *Baronius* l. c. ad an. 638, §. 5, pag. 387, al. 348, & §. 9, p. 388, al. 349; & ad an. 639, §. 2 & 3, pag. 390 & 391, al. 351.

MARTINUS I, P. R. ſimilem confirmationem à *Conſtante* Imp. obtinuit, an. 649. Vid. *Baronius* l. c. ad h. a. §. 3, pag 437, al. 393: *Exarſit animus Martini Papæ, quod mox, ut creatus eſt Pontifex, ubi, ex pravo uſu illo, & uſurpata tyrannicè auctoritate, Imperator Ejus Electioni conſenſit, quaſi, pro quodam gratitudinis præmio, ab eo exigere conatus eſt ſubſcriptionem Edicti &c.*

An. 652, protruſo in exilii ærumnas *Martino*, ejusdem Cæſaris mandato, *Eugenius* Pontifex eſt electus. Vid. *Baronius* l. c. ad h. a. §. XI, pag. 486 & 487, al. 439: *Ubi in exilium actus eſt Martinus, abſque ſpe ulla reſtitutionis, Calliopas implevit Romæ, quod in mandatis acceperat ab Imperatore, nempe, ut in locum Martini alius ſubrogaretur Pontifex. Reſtitiſſe diu viſus eſt Clerus Romanus - - - - verum, ne cogeretur Eccleſia Romana ſubire periculum - - - - elegerunt Eugenium, Romanum, filium Ruffiniani, &c.*

De VITALIANO, *Eugenii* ſucceſſore, P. R. inquit *Anaſtaſius*, in ipſius Vita, p. m. 72: *Hic direxit,* (an. 655) *reſponſales ſuos, cum Synodica, juxta conſuetudinem, in Regiam Urbem, apud Piiſſimos Principes, ſignificans de Ordinatione ſua. Et dum ſuſcepti eſſent renovantes Privilegia Eccleſiæ reverſi ſunt &c.* Clarius, *Hermannus Contractus*, Cod. Nov. ad an. 658, apud *Urſtiſium*, pag. 288: *Romæ, Vitalianus, Papa 78, ſedit annis 14, menſibus ſex. Qui, literis, ex more, Conſtantinopolim miſſis, in Sede confirmatus, Eccleſiam Romanam inſigniter rexit &c.* Et Auctor Tractatus, de *Ætatibus Eccleſiæ, contra Primatum & Superioritatem Papæ Romani*; cap. VII, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Monarchiæ* pag. 29: *Vitalinus, electus à Populo, Nuncios direxit ad Cæſarem, juxta conſuetudinem, ſignificans de ſua Ordinatione, ut & Ipſius conſenſus adeſſet &c.* Et *Baronius* l. c. ad an. 655, §. 2, pag. 498 (al. 449)

AGATHONIS, an. 678 conſtituti *Pontificis Romani*, memor *Anaſtaſius*, in Vita ejus, p. m. 79, hæc ſubminiſtrat: *Hic ſuſcepit Divalem juſſionem, ſecundum ſuam poſtulationem, ut ſuggeſſit; per quam relevata eſt quantitas, quæ ſolita erat dari, pro ordinatione Pontificis facienda. Sic tamen, ut, ſi contigerit, poſt ejus tranſitum, electionem fieri, non debeat ordinari,*

quì

Digitized by Google

qui Electus fuerit, niſi prius Decretum Generale introducatur in Regiam Urbem, ſecundum antiquam Conſuetudinem; & cum eorum (Imperatorum) *conſcientia, & juſſione, debeat ordinatio provenire &c.* Ita & *Liber Pontificalis*, Tom. 2 Conciliorum Petri *Crabbe*, in vita ejus. *Hermannus Contractus*, ad an. 678; l. c. pag. m. 290; *Sigebertus Gemblacenſ.* ad an. 680; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 681, p. m. 60.

LEO 2, *Conſtantini Pogonati* Imp. gratia, regendam ſuſcepiſſe *Romanam Eccleſiam*, fatetur vel ipſe *Baronius* l. c. ad an. 683, §. 2, p. 632, al. 570: *Ubi autem arbitrio Imperatoris, Confirmantis Electionem Romani Pontificis, Leo Papa Pontificatum adminiſtrandam accepit &c.*

Floruit hæc ætate *Tetricus*, Autiſſiodorenſis Epiſcopus, de quo hæc in *Hiſtoria Autiſſiodorenſium Epiſcoporum*, apud *Labbeum*, Tom. 1 *Bibliotheca MS.* cap. 24, pag. 428: *Erat largus, pius, caſtus, atque miſericos: Deo igitur favente, omnis Populus, à minimo usque ad maximum, divina inſpiratione permoti, eum in Pontificum ordinem elegerunt &c.*

BENEDICTUS 2, P. R. an. 684 electus, *ſuſcepit Divales juſſiones Clementiſſimi Conſtantini Magni Principis, ad Venerabilem Clerum, & Populum, atque fæliciſſimum. Exercitum Romanæ Civitatis, per quas conceſſit, ut perſona, qui electus fuerit ad Sedem Apoſtolicam, è veſtigio, absque tarditate, Pontifex ordinetur &c.* Sunt verba *Anaſtaſii*, in ipſius vita, pag. 81. Conf. *Platina*, in ejusdem vita p. m. 89: *Ad hunc Conſtantinus Imperator, hominis ſanctitate permotus, Sanctionem miſit, ut deinceps, quem Clerus, Populus Exercitusque Romanus, in Pontificem delegiſſet, eundem ſtatim verum Chriſti Vicarium eſſe, omnes crederent: nulla aut Conſtantinopolitani Principis, aut Italiæ Exarchi, expectata auctoritate, ut antea fieri conſueverat. Id enim ratum erat, in creando Pontifice, quod Princeps confirmaſſet, vel, qui Ejus vices in Italia gerebat &c.* Idem habet *Volaterranus*, lib. XXII, *Anthropologiæ*, p. m. 502; *Baronius* l. c. ad an. 684, §. 1 & 2, pag. 640, al. 578: Integram Conſtitutionem, modo genuina eſſet, oſtendis apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imperial.* p. m. 646.

JOHANNES V, an. 685, in locum defuncti *Benedicti 2*, ſurrogatus Papa Romanus, *juxta priſcam conſuetudinem, à Generalitate, in Eccleſia Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, electus eſt, atque exinde in Epiſcopium introductus &c.* Ita *Anaſtaſius Bibliothecarius*, in Ejus vita, p. 82. Conf. *Baronius* l. c. ad h. a. §. X, p. 645.

An. 686, *Johanne* hoc, viam univerſæ carnis ingreſſo, Inſtituta nova Electione, *non minima contentio facta eſt, eo quod Clerus, in Petrum Archi-Presbyterum intendebat; Exercitu autem inſequente ejus Theodorum Presbyterum. Et Clerus quidem adunatus ante fores Baſilicæ Conſtantinianæ ſuſtinebat; eò quod qui miſſi fuerant de Exercitu, ad cuſtodiendas Regias Baſilicæ valvas obſervabant, & minimè quenquam ingredi permittebant. Exercitus autem omnes in Baſilica S. Stephani Protomartyris ſimiliter fuerant adunati, & neque illi Clero conſentiebant, neque Clerus Exercitui acquieſcebat, pro ſupra ſcriptis Presbyterorum perſonis. Sed, dum miſſo ab utriusque partibus reſponſo, irent diutius & redirent, & nihil proficerent ad concordiam, conſilio ducti Sacerdotes, & Clerus, unanimiter ingredientes in Epiſcopium Lateranenſe, elegerunt, & denominaverunt tertiam perſonam ſuprafati Pontificis* (Cononis) - - - *E veſtigio autem omnes Judices, una cum Primatibus Exercitus, pariter ad ejus ſalutationem venientes, in ejus laudem omnes ſimul acclamaverunt. Videns autem Exercitus unanimitatem Cleri, Populique, in Decreto ejus ſubſcribentium, poſt aliquot dies, & ipſi flexi ſunt, & conſenſerunt in perſona prædicti Sanctiſſimi Viri, atque in ejus decreto, devota mente ſubſcripſerunt, & miſſos pariter una cum Clericis, & ex Populo, ad Excellentiſſimum Theodorum Exarchum, ut mos eſt, direxerunt &c.* Hæc omnia *Anaſtaſius*, in Vita *Cononis*, p. m. 83 & 84 In quorum illuſtrationem, notandum, mortuo, hoc ipſo anno 686, *Conſtantino* Auguſto *Juſtinianum*, ipſius filium heredemque, ſtatim iterum decreviſſe, Pontifices, *ſine Exarchæ conſenſu*, non inaugurandos. Vid. *Severinus Binius* Tom. 2 *Concil.* & *Goldaſtus* Tom. 3 *Conſtit. Imp.* pag. 647: *Cum Juſtinianus Imp. Sedi Apoſtolicæ, in eligendo Pontifice, libertatem ſolitam reſtitutam eſſe doleret, mandavit, ut non crearetur Pontifex, ſine conſenſu Exarchi, qui, per militares copias, faceret, ut non alius, quam qui Imperatori cordi eſſet, Romanus Pontifex crearetur &c.* Conf. *Baronius* l. c. ad an. 686, §. 3 & 4, p. 650, conſueto more injurias deſuper evomens. De dicto ſchiſmate teſtantur quoque: *Jacobus de Kœnigshofen*, *Chron. Alſat.* cap. 3, pag. 175; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii* cap. 35, p. m. 231; *Antoninus Florentinus*, part. 2 *Hiſtorial.* Tit. XIII, cap. 1, §. 6, f. 106; *Platina*, in vita *Cononis*, p. m. 90 & 91, *Wernerus Rolewinckius*, *Faſcic. Tempor.* ætat. p. m. 61, ad an. 694; *Nauclerus* Vol. 2, *Generat.* 23, ad an. 687, p. 646.

An. 687, animam exhalente *Conone*, P. R. novum ſchiſma conflatum, de quo *Anaſtaſius*, in vita *Sergii* p. m. 85: *Defuncto b. m. Conone, Apoſtolicæ Sedis*

Digitized by Google

Præſule, ut fieri aſſolet, **Romanus Populus Urbis** *in duas partes diviſus eſt, & una quidem pars elegit* **Theodorum**, *Archi-Presbyterum. Alia vero pars* **Paſchalem** *Archidiaconum. Et quidem* **Theodorus** *Archi-Presbyter* **cum Populo**, *qui ei ſavebat, præveniens, interiorem partem Patriarchii tenuit.* **Paſchalis** *vero exteriorem partem, ab Oratorio S. Silveſtri, & Baſilicam Domus Juliæ, quæ ſuper campum reſpicit, occupavit, cumque unus alio locum non cederet, ſed utrique immaniter* (unanimiter) *perdurarent, ut unus alium ſuperaret; inito conſilio,* **Primates Judicum & Exercitus Romanæ Militiæ, vel Cleri plurima pars, & præſertim Sacerdotum, atque Civium multitudo**, *ad ſacrum Palatium perrexerunt, & diu pertractantes, quid fieri deberet? qualiterve duorum altercantium electorum ſopiretur contentio? Deo annuente, in Perſonam denominati SERGII, Venerabilis tunc Presbyteri, concordantes, ſe contulerunt, eumque de medio Populi, tollentes, in oratulum B. Cæſarii, Martyris Chriſti, quod eſt intra ſacroſanctum ſupra ſcriptum Palatium introduxerunt, & exinde in Lateranenſe Epiſcopium, cum laudum declamationibus, deduxerunt: Et quamvis fores Patriarchii intrinſecus eſſent munita, & clauſa, tamen pars, quæ prædictum Venerabilem Virum elegerat, quia & validior erat, prævaluit, & ingreſſa eſt. Quo ingreſſo, unus è duobus Electis, id eſt,* **Theodorus** *Archi-Presbyter, illico quievit, ac ſe humiliavit. Et ingreſſus denominatum Sanctiſſimum Electum ſalutavit, ac oſculatus eſt.* **Paſchalem** *vero nullo modo cordis duritia id facere ſinebat, donec coactus, & confuſus, volens nolens, ſuum Dominum & Electum ingeſſus ſalutaret &c.* annectens, pag. 86, his non obſtantibus, *Sergium*, confirmationem ab Exarcho, *Johanne Platyn*, obtinere non potuiſſe, priusquam centum auri libras illi pendiſſet. Conf. *Gobelinus Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, cap. 35, pag. 131; *Antonius Florentinus* l. c. *Platina*, in Vita *Sergii*, p. 91; *Wernerus Rolewinckius*, l. c. *Nauclerus*, Vol 2, Generat. XXIV, ad an. 690, pag. m. 647; *Baronius*, l. c. ad an. 687, §. 1 &c. p. 653 &c.

SEC. VIII.

An. 714, de GREGORIO 2, ſermonem faciens *Baronius*, Tom. IX Annal. ad h. a. §. 2, p. 3, al. 2, ait: *Cum, poſt Conſtantini Pontificis obitum, Sedes vacaſſet dies 42, 22 menſis Maji, ipſe Gregorius,* **ſumma concordia Cleri totius & Populi**, *Pontifex creatus eſt &c.* Imperatore *Anaſtaſio*.

An. 731, Succeſſoris Ejus, GREGORII III, memor *Anaſtaſius*, in vita ipſius, p. 102, inquit: *Viri* **Romani, ſeu omnes Populi**, *à magno, usque ad parvum, divina inſpiratione permoti, ſubito eum, dum ejus deceſſor de hoc Sæculo migraſſet, dum ante feretrum, in obſequio ſui Anteceſſoris, eſſet intentus* (inventus) *vi abſtollentes,* **in Pontificatus ordinem elegerunt &c.** Conf. *Platina*, in ejusdem vita, p. 98. *Baronius* l. c. ad an. 731, §. 2, p. 114, al. 102.

An. 752, *Zacharia*, STEPHANUM II, huicque, brevi poſt extincto, STEPHANUM III, eodem modo ſurrogatos fuiſſe, ex *Anaſtaſio*, in vita *Stephani III*, pag. 115 & 116 diſcimus: *Defuncto b. m. Domino Zacharia Papa,* **Stephanum, (II)** *quendam Presbyterum, ad ordinem Pontificatus,* **cunctus Populus ſibi elegit**, *& intra Lateranenſe Patriarchium miſit, ubi biduo manens, tertio die, poſtquam à ſuo ſurgeret ſomno, & ſedens familiares cauſas ſuas diſponeret, ſubito, dum ſederet, alienatus obmutuit, & ſequenti die defunctus eſt. Poſt hæc vero* **Cunctus Dei Populus** *congregatus eſt intra Venerabilem Baſilicam Sanctæ Dei Genitricis ad præſepe. Ubi - - - - bono animo,* **& conſona voce**, *prædictum Beatiſſimum Virum* (Stephanum III) **ſibi eligunt Pontificem.** *Quem omnes, ſincera mente, cum laudis præconiis, in Baſilicam Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, deportaverunt, & exinde intus venerunt, & in Patriarchium, juxta morem, intromiſerunt &c.* Conf. *Platina*, in vita *Stephani II*, p. 101; *Baronius* l. c. ad an. 752, §. X & XI, p. 215 & 226, (al. 108.)

An. 757, nec aliter PAULUS, *Stephani III* Germanus & Succeſſor, Cathedram conſcendit, teſte *Anaſtaſio*, in ipſius vita, p. m. 118: *Dum iisdem Ejus* (Pauli) *Germanus & Anteceſſor Pontifex* (Stephanus III) *ad extremum pertingeret vitæ, illico &* **Populus** *cum eo hujus Romanæ Urbis diviſus eſt, & alii cum Theophylacto Archi-Diacono tenentes, in ejus domo congregati reſidebant. Alii vero eidem Beatiſſimo concordabant Paulo Diacono,* **plura pars Judicum & Populi, cum eo tenentes**, *quam cum prædicto Theophylacto Archidiacono. Ipſe vero Sanctiſſimus Vir nequaquam a Lateranenſi Patriarchio receſſit, ſed, cum cæteris fidelibus, ſuo ægrotanti Germano & Prædeceſſori, perſeveranter famulabatur. Dum vero de hac vita prædictus ejus Germanus, & Prædeceſſor Pontifex migraſſet, eoque, cum ingenti honore, in Baſilica B. Petri ſepulto, continuo eadem Populi congregatio, quæ cum ſæpe fato Beatiſſimo Paulo, tunc Diacono, tenebat, quoniam validior, & fortior erat, eum in Pontificatus culmen elegerunt. Poſt hæc hi, qui cum præfato Archi-Diacono aggregati erant, diſperſi ſunt. Et ita, Deo annuente, isdem Sanctiſſimus Vir in Apoſtolicam B. Petri ſacratiſſimam Sedem conſecratus Pontifex eſt. Fuit autem temporibus Conſtantini & Leonis Imperatorum &c.* Conf. *Platina*, in ejusdem vita

vita, p. m. 103; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 26, pag. 667; *Baronius* loc. cit. ad an. 757, §. 2, p. 267, al. 247.

An. 767, conſtituto in agone *Paulo* noſtro, invaſit Nepeſinæ Civitatis Dux, *Toto*, armata manu Romam, annuenteque Longobardorum Regè, *Deſiderio*, obtruſit Pontificali Sedi Fratrem ſuum, *Conſtantinum*, à *Georgio* Præneſtino, *Euſtraſio* Albanenſi, & *Citonato* Portuenſi, Præſulibus, conſecratum. Electio ut eo firmior ſtaret, congregavit *Conſtantinus* Synodum proximorum Epiſcoporum, qui eadem probabant. Stantibus ita rebus, ingrediuntur *Chriſtophorus* Primicerius & Conſiliarius, ejusque Filius *Sergius*, tunc Sacellarius, Spoletini Ducis, *Theodicii*, & Longobardorum, auxilio, an. 768, nocturno tempore Romam, quibus occurrente *Totone*, acrior ſurrexit velitatio, in qua *Toto* periit. Cujus cognita morte, *Conſtantinus*, frater Ipſius, extemplo fugam capeſſit, in cujus tamen locum *Waldipertus* Presbyter, cum quibusdam Romanis, in Monaſterio *S. Viti*, *Philippum* quendam Presbyterum elegit. vid. *Anaſtaſius*, in vita *Stephani IV*, pag. 139 &c. *Marianus Scotus* ad an. 767; *Sigebertus Gemblacenſ.* an. eod. *Albericus*, *Monachus trium fontium*, an. 769, pag. 104, *Platina in Stephano III*, pag. 104, *Vincentius Bellovacenſis* part. 3, *Speculi Hiſt.* lib. 23, c. 261: *Jacobus* de *Kœnigshoven*, *Chron. Alſat.* cap. 3, ſ. 177; *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodrom.* cap. 39, pag. 240; *Engelhuſius*, *Chron.* p. 150, in vita *Conſtantini* Imp. *Rolewinkius*, *Faſcic. Temp.* ætat. 6, p. 63. *Crantzius*, lib. 2 *Metrop.* cap. 1, pag. 39; *Baronius* l. c. ad an. 767, §. 5 &c. pag. 308 & ſeqq. & an. 768, §. 2 &c. pag. 317 & ſeqq. Enimvero, præfatus *Chriſtophorus*, præſtito juramento, non prius *Roma* ſe egreſſurum, quam *Philippum* Sede dejeciſſet, *aggregans in Tribus Fatis Sacerdotes, ac Primates Cleri, & Optimates Militiæ, atque Univerſum exercitum, & Cives honeſtos, omnisque Populi Romani cœtum, à magno usque ad parvum; pertractantes pariter, concordaverunt omnes una mente, unoque conſenſu, in perſona præfati Beatiſſimi Stephani. Pergentesque in titulo B. Ceciliæ, in quo Presbyter exiſtens* (Stephanus) *eum Pontificem elegerunt, quem & cum vocibus acclamationum, & laudibus, in Lateranenſe deportaverunt Patriarchium &, poſt omnia, rite in ejus electione peracta, Deo auctore, Pontificatus aſſumpſit culmen &c.* Hæc *Anaſtaſius* l. c. pag. 133 & 134; inde, ad p. 137, usque enarrando fuſius, quomodo *Conſtantinus*, invaſor, à *Gratioſo* Chartulario, ejusque Factione, oculis fuerit privatus; (de quo etiam reliqui Auctores, hic nominati, teſtantur) tandemque in Synodo Romana an. 768, damnatus, & Eccleſia pulſus, combuſtis ejus geſtis, factoque, ſub anathematis interdicto, decreto: *Ne ullus unquam præſumat Laicorum, neque ex alio ordine, niſi, per diſtinctes gradus aſcendens, Diaconus aut Presbyter Cardinalis factus fuerit, ad Sacrum Pontificatus honorem poſſit promoveri &c.* Annectit mox *Anaſtaſius*, pag. 137: *De Epiſcopis vero, atque Presbyteris, & Diaconibus, quos ipſe Conſtantinus conſecraverat, ita in eodem Concilio promulgatum eſt: Ut Epiſcopi illi, ſi aliquis eorum Presbyter aut Diaconus fuerit, in priſtinum honoris ſui gradum reverteretur. Et ſi placibiles fuiſſent coram Populo Civitatis ſuæ, denuo facto decreto Electionis, more ſolito, cum Clero & Plebe, ad Apoſtolicam adveniſſent Sedem, & ab eodem Sanctiſſimo Stephano Papa benedictionis ſuſcepiſſent conſecrationem - - - -* Promulgatis ſententiis, *illico Epiſcopi illi, qui ab eodem Conſtantino ordinati ſunt, revertentes, juxta ejusdem Concilii ſententiam, in priſtino honoris gradu, electi denuo à Clero & Plebe, factoque ſolito decreto, ad Sedem Apoſtolicam properantes, ab eodem Sanctiſſimo Papa conſecrati ſunt &c.* Hacque ratione priſtina Romani Pontificis eligendi libertas proculcari cœpit, reliquorum licet Antiſtitum confirmaretur; & quidem turbarum favore, quibus tunc Italia vexabatur, defunctique nuper *Pipini*, Francorum Regis, Filii, Longobardorum rebus ad interitum inclinantibus, *Patriciatus* honores poteſtatemque *Romæ* magis magisque ſtabilituri, Pontificis conatibus multum indulgebant, quem irritare, ratio Status vetabat. Cuncta vero, non multo poſt, in integrum reſtituta ſunt, *Hadriano* Pontifice, Romanaque Synodo 153 Epiſcoporum, an. 774, unanimi conſenſu, facultatem conſtituendi Romani Præſulis, ordinandarumque reliquarum Sedium Epiſcopalium, à Francis erectarum, in *Carolum Magnum*, Francorum Regem, transferentibus; de qua re, præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 49 & 50, evolvas.

(c) CENSEBANT &c. Parallelum locum ſubminiſtrat *Meibomius*, Diſſ. de *Jure Inveſtituræ Epiſcopalis, Imperatoribus Romanis à Pontificibus per vim ademto*, Tom. 3 *Rer. Germ.* p. 170.

(d) VINDICARUNT &c. *Walthramus Numburgenſis*, in Libello de *Inveſtitura Epiſcoporum per Imperatores facienda*, apud *Schardium*, *de Juriſdictione Imperiali*, p. m. 73, (al. 713) inquit: *Legitur etiam de Epiſcopis Hiſpaniæ, Scotiæ, Angliæ, Ungariæ, quomodo, ex antiqua inſtitutione, usque ad modernam novitatem, per Reges introierint, cum pace temporalium, purè & integrè &c.* Conf. præced. lit. b, p. 1137 & *Leopoldus de Babenberg*, de *Zelo Chriſtianæ Religionis Vete-*

rum Principum, *Germanorum*, cap. VIII, apud *Schardium*, l. c. p. m. 121, (al. 436.) Tranſactionis *Henrici V*, Imp. & *Calixti* 2 P. R. an. 1121, de qua præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 65, aliquid dictum, memor, ait: *Omnes Prædeceſſores ſui* (Henrici V) *Reges & Imperatores non tam virtute dicti Privilegii, quam ex hoc, quod erant utplurimum Patroni, ſeu Dotatores, Eccleſiarum Cathedralium, & majorum Monaſteriorum Germaniæ, Inveſtituras Epiſcopatuum, & Abbatiarum, in ipſis Germaniæ partibus, uſque ad tempora ejuſdem Henrici, ut apparet in Hiſtoria Francorum, & ex aliis Chronicis, facere conſueverunt. Nec erat hoc novum, apud Ipſos tantum; nam & Reges Hungariæ, uſque ad tempora prædicti Paſchalis, ut refert Chronicon Martini; & Reges Burgundiæ, ut refert Hiſtoria Francorum, ſub geſtis Henrici 2; ac etiam Reges Angliæ, prout Dn. Eduardus, Rex Angliæ, aſſerit, in Epiſtola ſua, Dn. Papæ, Clementi VI, ſub anno Domini* 1353 *directa; id ipſum, in ſuis Regnis, facere conſueverunt Reges quoque Hiſpaniæ olim Epiſcopos Eccleſiarum Hiſpaniæ, de Epiſcoporum conſilio, eligebant: ut patet in Can.* 63, *Diſt. Cum longe. Reges etiam Angliæ, tempore vacationis Eccleſiarum Cathedralium, & majorum Eccleſiarum Angliæ, & Normanniæ, Præbendas ipſarum, in quibusdam ex eis, conferre ſolebant. Quia Rex Angliæ eſt Patronus earum, & habent ab Eo magna Feuda. Unde, ratione Juris Patronatus, vel ratione Feudorum, ſeu Regalium, eas confert &c.* Add. *Inſtructiones*, nomine *Franciſci I*, Galliarum Regis, Romanæ Curiæ præſentandæ, §. 7, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 2, *Cod. Dipl. Jur. Gentium*, in *Mantiſſa*, §. LIII, f. pag. 369: *Scandali vitandi cauſa, debet una & eadem forma, in omnibus Eccleſiis Gallicanis, introduci, maximè attenta & conſiderata utilitate Eccleſiæ Gallicanæ, aliorumque Regnorum, puta: Angliæ, & Scotiæ, in quibus uniformiter omnibus Eccleſiis providetur, ad Regum nominationem; cum non deceat, Regem Francorum Chriſtianiſſimum pejoris eſſe conditionis quam Reges ſupra nominati exiſtant &c.* De Regibus *Galliæ*, vid. ſeq. §. 20, lit. a; de Regibus *Hiſpaniæ*, evolvas *Canonem VI*, Concilii *Toletani XIII*, an. 681, ſub *Ervigio* Rege celebrati, apud *Gratianum*, Diſt. 63, C. 25, *Cum longè* &c. addita interpretatione *Petri de Marca*, *de Concordia Sacerdotii & Imperii* lib. VIII, cap. X, §. 4, p. m. 1148, nec non *Ludovici* (Johannis) *Servini*, Advocati *Henrici IV*, Regis Galliæ, in *Vindiciis Libertatis Eccleſiæ Gallicanæ*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Monarchiæ*, p. 160: Minus rectè Canonem interpretatur *Baronius*, Tom. VIII *Annal.* ad an. 681, §. 60, p. m. 624, al. 563. De Regibus *Angliæ*, ait *Ingulphus*, Croylandiæ Abbas, *Hiſtor. Angl.* ad an. 1048, p. m. 896: *A multis annis retroactis, nulla Electio Prælatorum erat merè libera & Canonica, ſed omnes dignitates, tam Epiſcoporum, quam Abbatum, per Annulum & Baculum Regis, Curia, pro ſua complacentia, conferebat &c.* De aliis Regibus; vid. *Schützius*, *Colleg. Jur. Publ.* Exercit. VII, *th.* 7, lit. c. p. m. 468.

20. De Merovingis, *(a)* Francorum Regibus, ſatis conſtat, Epiſcopatus ab iis concedi ſolitos, ſola manuum impoſitione, & Presbyterorum Ordinatione, Epiſcopis cæteris relicta.

NOTÆ.

(*a*) MEROVINGIS; *Walthramus Naumburgenſis* de *Inveſtitura Epiſcoporum per Imperatores facienda*, ap. *Schardium*, *de Juriſdictione Imperiali*, p. m. 73, ait: *Longe ante Decretum Adriani Papæ, ejusque Succeſſorum, Reges, qui erant uncti, & Majores Domus, Inveſtituras Epiſcoporum fecerunt, ſcilicet: Dagobertus, Sigebertus, Theodoricus, Hildricus, Pipinus, filius Beggæ, Major Domus, Theobertus. Ab his inthroniſati ſunt, Remachus*, (Remaclus) *Amandus, Andomarus*, (Audomarus) *Antpertus, Eligius, Lambertus, aliique ſanctiſſimi Præſules, &c.* Hinc *Carolus Calvus*, adhuc Gallorum Rex, in *Proclamationis* libello, adverſus *Wenilonem*, *Senonum* Antiſtitem, an. 859, in *Tullenſi* Synodo, porrecto, cap. 1, apud *Pithoeum*, de *Script. Rer. Franc.* pag. 491: *Vacabat tunc Paſtore Metropolis Senonum, quam, juxta Conſuetudinem Prædeceſſorum meorum, Regum, Weniloni, tunc Clerico meo . . . . ad gubernandum commiſi &c.* Conf. ſeq. §. 21, lit. b. ſub *Carolo Calvo*; Et *G. de Nogareto*, & *G. de Plaſian*, Regis Galliarum Milites, in ſcripto ſatis prolixo, per *D. Bertrandum de Rupenegada*, Militem & Procuratorem, negotium Fidei, contra *Bonifacium VIII*, P. R. inceptum, proſequentes, *Clementi V* Papæ oblato, §. 3, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 2 *Cod. Diplom. Jur. Gent.* in *Mantiſſa*, §. LII, pag. 322: *Item, certum, notorium, & indubitatum exiſtit, quod Rex, & Reges, qui fuerunt, ſine medio, vel mediate, fundaverunt Eccleſias Regni ſui, & eas dotaverunt, & hæreditatibus pinguibus, & bonis*

& bonis immobilibus, ditaverunt - - - & conſueverunt defendere Reges prædicti, ne Bona Eccleſiarum prædicta diſſipentur, vel expendantur ad alios uſus - - - - - Jure ſui Principatus, quo tenentur ipſas Eccleſias cuſtodire, & ex Jure Patronatus ipſarum Eccleſiarum &c. Add. Inſtructiones, nomine Franciſci I, Galliarum Regis, Romanæ Curiæ præſentandæ, ibid. §. LIII. f, v. 7, pag. 359, verbis præced. §. 19, lit. d, extantibus; Ludovicus (Johannes) Servinus, Advocatus Regius, in Vindiciis Libertatis Eccleſiæ Gallicanæ, & Regii Status Gallo-Francorum ſub Henrico IV, Rege, apud Goldaſtum, Tom. 3 Monarchiæ, pag. 259: Tunc (Sec. VI) in Francia Epiſcopi à Regibus creabantur: ut Quintinianus, à THEODORICO, in Arvernenſi Eccleſia; Et, poſt ejus mortem, S. Gallus, Impetrati, Presbyteri, avunculi, conſilio, ad Eccleſiam Avernorum pervenit, quam Rex ei largitus eſt, nec voluit eum Treviris dare, qui illum, poſt Aprunculi, Epiſcopi ſui, obitum, popoſcerant, teſte Gregorio Turonenſi (lib. 3. Hiſtor. cap. 2, apud Freherum T. 2, Rer. Franc. pag. 53; & lib. 4, cap. 5, pag. 70,) in vita S. Galli. Unde apparet, eos mendacium dicere, qui jus illud Regium, quod Principibus noſtris, tanquam diademati annexum, competebat, à Zacharia Pontifice, Pipino, tum Duci, poſt Regi, conceſſum narrant. Nam longe ante Zachariam, ad Reges noſtros pertinuit. Nec Franci Romam ibant, ut Epiſcopalis dignitas eis conferretur. Siquidem ſcripſit Aimoinus, Regem GUNTRANNUM, Epiſcopatus jus dediſſe, qui digni habebantur. Et cum multi, Epiſcopatum Bituricenſis Eccleſiæ ab Eo petentes, ingentem auri ſummam obtuliſſent, alii, per gratiam, impetrare niterentur, eis reſpondit: Se Eccleſias Chriſti nolle vendere, ne damnatione dignus eſſet, Simonis Magi inſtar. Et quis Hiſtorias noſtras legit, qui non viderit, Regis CHLODOVEI, juſſu, Ommarum, (Ommatium) Turonenſis Eccleſiæ Metropolitanum, ordinatum fuiſſe, &, poſt eum Theodorum & Proculum, jubente Regina CHLOTILDE? id ſcripſit Gregorius Turonenſis, lib. 3, cap. 2 & 16; (rectius cap. 17, p. m. 61) & eodem modo, omnes Archi-Epiſcopos, ad ſe uſque, creatus teſtatur, ſub CLOTHARIO, SIGEBERTO & GUNTRANNO, Regibus. Et Gregorius I, Rom. Pontifex, in Epiſt. 114. lib. 7, faſſus eſt, Epiſcoporum creandorum jus, Regibus Francorum competere: cum eos admonet, ut Simoniacam peſtem expelli curent; Cum Excellentiæ, inquit, veſtræ Regimen Veſtrorum Epiſcoporum culpa, quorum magis interceſſionibus juvari debuerat, pragravetur. Non enim dixit creandos Epiſcopos alterius quam Regis Imperio. Et THEODOWALDUS, convocatis Sacerdotibus in Metenſi Urbe, Arvernæ Eccleſiæ Epiſcopum ordinari juſſit. Ita, mortuo Remigio, Biturigum Epiſcopo, Sulpitius, à Rege GUNTHRANNO, ſubrogatus eſt; (Gregor. Turonenſ. lib. VI, cap. 39, pag. 143) & à CLOTHARIO, Domnolus, Cænomannis Epiſcopus datus: (Gregorius Turonenſ. lib. VI, cap. 9, pag. 128) Quod jus Regium Aurelianenſis Concilii, (IV, de an. 549) Canone X, confirmatum fuit, in quo Regis voluntate, juxta Electionem Cleri, & Populi, Epiſcopi fieri jubentur. (vid. præced. §. 19, lit. b, ad h. a.) Erat ea Regum cura, ut Epiſcopatibus dignos Sacerdotes præficerent, & Epiſcoporum Stationes & Regiones dividerent; ut dixit Gregorius Turonenſis, lib. VII, cap. 17, (pag. 155) ubi Promotum, qui circa annum nonum Regis Childeberti, claruit, in arce Dunenſi, Epiſcopum, à Rege SIGEBERTO, conſtitutum dicit, &, poſt illius mortem, exauthoratum, quod illa Eccleſia Diœceſi Carnotenſi ſubjecta eſſet, & ei mandatum ut Presbyteri tantum munere fungeretur; Pappolo vero in Dumenſem Eccleſiam Jurisdictionem adjudicatam. Poſt, Rex DAGOBERTUS, non in Galliis tantùm, ſed & in Germania Epiſcopos creavit &c. Et Meibomius, de Jure Inveſtituræ Epiſcopalis, Tom. 3 Rer. German. pag. 170; & Conringius, de Republica Diſſ. VII, de Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ, t. XXII, p. 359. Jungantur his ſequentia:

Regnante CHILDERICO, Francorum Rege, Ethnico, & defuncto Bennadio (al. Bennagio, & Gennadio) Archi-Epiſcopo in Urbe Rhenenſi, omnium generaliter votis, ad Pontificii culmen, raptus fuiſſe dignoſcitur potius, quam electus. (S. Remigius) Fit ergo concurſus Populi, diverſi quidem ſexus, conditionis ac dignitatis, nec non & ætatis: ſed unius atque ejusdem ſententiæ cuncti hunc, verè Deo dignum, & qui Populis præfici deberet, acclamabant &c. Ita Hincmarus, in Vita S. Remigii, cap. VI, apud Surium, d. 13 Januar. p. 287.

THEODORICI, Regis Auſtraſiæ memor Gregorius Turonenſis, lib. 3 Hiſtoriar: cap. 2, p. m. 53, ait: Apud Arvernos, poſt obitum B. Aprunculi, S. Eufraſius, XII Epiſcopus habebatur ... Cumque Populus S. Quintianum, qui de Ruteno ejectus fuerat, elegiſſet - - - juſſit (Theodoricus) inibi S. Quintianum conſtitui, & omnem ei poteſtatem tradi Eccleſiæ, dicens: Hic, ob Noſtri amoris zelum, ab Urbe ſua ejectus eſt. Et ſtatim directi Nuncii, convocatis Pontificibus & Populo, eum in Cathedram Arvernæ Eccleſiæ locaverunt &c. Et lib. 4, c. 5, pag. 70: Cum B. Quintianus ab hoc mundo

mundo migraſſet, S. Gallus in ejus Cathedram, Rege opitulante, ſubſtitutus eſt, &c.

De CLODOMIRO, Aureliorum Rege, ejusque Matre, CHROTILDE, pergit *Gregorius*, lib. 3, cap. 17, pag. 61: *Dionyſio, Epiſcopo apud Turonos, decedente, Ommatius tribus annis præfuit. Hic enim, ex juſſu CHLODOMERIS Regis, ordinatus eſt. Illo quoque migrante; Leo ſeptem menſibus miniſtravit - - - - - Quo defuncto, Theodorus & Proculus Epiſcopi, qui de partibus Burgundiæ advenerant, Ordinante CHROTHILDE Regina, tribus annis Turonicam rexerunt Eccleſiam.* Spectat huc Canon X Concilii *Aurelianenſis IV*, de an. 549, de quo præced. §. 19, lit. b, ad an. 549.

Sub CHILDEBERTO I, Pariſiorum Rege, *Theodorici* & *Clodomiri* fratre, *S. Albinus, ab univerſitate Populi* (Andegavenſis) *ad Pontificalem gradum, Duce Chriſto, concorditer eligitur.* Ita *Fortunatus* Presbyter, in vita *S. Albini*, cap. 2 apud *Surium*, 1 Mart. p. m. 2.

CLOTHARIUS, Sueſſionum Rex, *Theodorici, Clodomiri*, & *Childeberti* frater, *Eufronium, Turonibus* Epiſcopum dedit, de quo hæc *Gregorius* lib. 4, cap. 15, pag. 75: *Turonici, audientes regreſſum fuiſſe Regem, de cæde Saxonum, facto conſenſu in Eufronium Presbyterum, ad Eum pergunt, dataque ſuggeſtione, reſpondit Rex: Præceperam, ut Cato Presbyter illic ordinaretur, & cur eſt ſpreta juſſio noſtra? reſponderunt ei: Petivimus enim eum, ſed noluit venire. Hæc illis dicentibus, advenit ſubito Cato Presbyter, deprecans Regem, ut ejecto Cautino, ipſum Arverno juberet inſtitui. Quod Rege irridente, petiit iterum, ut Turonis ordinaretur, quod ante deſpexerat. Cui Rex ait: Ego primum præcepi, ut Turonis Te ad Epiſcopatum conſecrarent; ſed quam audio, deſpectui habuiſti Eccleſiam illam, ideoque elongaberis à dominatione ejus; & ſic confuſus abſceſſit. De Sancto vero Eufronio interrogans, dixerunt: Eum nepotem eſſe B. Gregorii. Reſpondit Rex: Prima hæc eſt & magna Generatio. Fiat voluntas Dei, & B. Martini electio compleatur; &, data præceptione, XVIII poſt B. Martinum, S. Eufronius ordinatur Epiſcopus &c.*

Ejusdem gratia, obtinuit *Domnolus* mortuo *Innocentio*, Cænomannorum Epiſcopatum. Vid. *Gregor. Turon.* lib. VI, cap. 9, p. 128.

Idem conſtituit *Emerium Sanctonenſem*, de quo mox, ſub *Chariberto*.

Sanctus Lupus, divinitus à CLOTHARIO, Francorum Rege (de duobus enim erat altercatio) electus fuit; (Epiſcopus Lemovicenſis) *cujus corpus, à propria elevatum tumulo, poſitum fuit, in Eccleſia S. Michaelis de Leonibus, anno Domini* (358) (558) Hæc *Bernhardus Guidonius*, Lodovenſis Epiſcopus, in *Speculo Sanctorali Lemovicenſium Epiſcoporum*, cap. 2, apud *Labbbeum*, Tom. 2 *Bibliotheca MS.* p. 267.

Defuncto B. Arcadio, Urbis Bituricæ Archi-Epiſcopo, S. Deſideratus (qui Sigillum Regis, ad ſignanda Edicta Regalia,) cuſtodiebant, *conſenſu omnium, tam Regis*, (Clotharii) *quam Principum, Cleri ac Populi, ad ſubeundum ejusdem Pontificatus onus, invitus compellitur &c.* Ita *Vetuſtiſſimum Bituricenſis Eccleſiæ Breviarium*, ad diem 8 Maji apud *Labbeum*, Tom. 2 *Bibliotheca MS.* pag. 366. Conf. *Monachus Sanſulpitianus, in Hiſtoria Patriarcharum Bituricenſium*, cap. 23, in *Vita Deſiderati*, ibid. p. 26 & 27.

CHARIBERTUS, *Clotharii* filius, Rex Pariſiorum, conſtituit *Paſcentium*, Epiſcopum Pictavenſem. *Cum Pientius Epiſcopus ab hac luce migraſſet, apud Pariſios Civitatem, Paſcentius, qui tunc Abbas erat Baſilicæ S. Hilarii, ei ſuccedit, ex juſſu Regis CHARIBERTI, clamante Auſtrapio,* (Duce) *ſibi hunc redhiberi locum; ſed parum ei jactati profuere ſermones.* Ita *Gregorius Turonenſis*, lib. 4, c. 18, pag. 77. Conf. *Baronius*, Tom. VII *Annal.* ad an. 566, p. 543.

Idem, pulſum an. 566, *Emeritum Santonenſem*, ex ſententia *Leontii* Burdigalenſis, Synodique *Santonenſis*, in integrum reſtituit, intruſumque *Heraclium*, Burdigalenſem Presbyterum, plauſtro, ſpinis ſuppleto, impoſitum, in exilium mittit, dicens: *Putasne, quod non eſt deſuper quisquam de Filiis CLOTHARII Regis, qui Patris facta cuſtodiat, quod hi Epiſcopum, quem voluntas Regis elegit, absque Noſtro judicio, projecerunt? Et ſtatim, electis Viris Religioſis, Epiſcopum loco reſtituit; dirigens etiam quosdam de Camerariis ſuis, qui exactis à Leontio mille aureis, reliquos, juxta poſſibilitatem, damnet Epiſcopos; & ſic Patris eſt ultus injuriam &c.* Sunt verba *Gregorii Turonenſis*, lib. 4, cap. 26, pag. 80. Conf. *Baronius* l. c. pag. 554 & 555. (al. 543) *Lehmannus, Chron. Spirenſ.* lib. 2, cap. 41, p. 166.

GUNTRAMNUM, *Chariberti* fratrem, Burgundiæ,

diæ, ſeu Aureliorum, Regem, Sulpitium, Bituricenſi præfeciſſe Eccleſiæ, ex eodem Gregorio, lib. 6, cap. 39, pag. 143, jam monui. Verba ejus & hic legi merentur: Sulpitius (mortuo Biturigum Epiſcopo, Remigio,) in ipſa Urbe, ad Sacerdotium, GUNTHERAMNO Rege favente, præligitur. Nam cum multi munera offerrent, hac Rex Epiſcopatum quærentibus reſpondiſſe fertur: Non eſt Principatus Noſtri conſuetudo, Sacerdotium venundare, ſub precio: ſed nec veſtrûm, eum præmiis comparare: ne & Nos turpis lucri infamia notemur, & Vos Mago Simoni comparemini. Sed juxta Dei præſcientiam Sulpitius Vobis erit Epiſcopus. Et ſic ad Clericatum deductus, Epiſcopatum Eccleſiæ ſupradictæ ſuſcepit &c. Conf. Aimoinus, lib. 3 de Geſtis Francorum, cap. 55, pag. 326; Auctor Hiſtoriæ Patriarcharum Bituricenſium, cap. 27. in vita S. Sulpicii, ap. Labbeum, Tom. 2 Bibliothecæ MS. pag. 32; Baronius loc. cit. ad an. 587, pag. 702, al. 687; Lehmannus loc. cit.

Idem, Mondericum, Lingonenſem, & deſignavit, &, ob male facta, in exilium miſit. Vid. Gregorius Turonenſis, lib. 5, cap. 5, pag. 95: Conſeneſcente B. Tetrico, Eccleſiæ Lingonicæ Sacerdote - - - - cui cum nulla Medicorum fomenta valerent, conturbati Clerici, & à Paſtore utpote deſtituti, Mondericum expetunt; qui à Rege indultus, ac tonſuratus, Epiſcopus ordinatur, ſub ea ſpecie, ut, dum B. Tetricus viveret, hic Ternodorenſe Caſtrum, ut Archi-Presbyter regeret, atque in eo commoraretur; migrante vero deceſſore, iſte ſuccederet. In quo Caſtro dum habitaret, iram Regis incurrit: Adſerebatur enim contra eum, quod ipſe Sygiberto, Regi, adverſus fratrem ſuum, GUNTHERAMNUM, venienti, alimenta & munera præbuiſſet. Igitur extractus à Caſtro, in exilium ſuper ripam Rhodani, in turri quadam arcta, atque detecta, retruditur, in qua per duos fere annos, cum grandi cruciatu, commoratur. Obtinente B. Nicetio, Epiſcopo, Lugdunum regreditur, habitavitque cum eo, per duos menſes. Sed cum obtinere non poſſet à Rege, ut in locum, unde dejectus fuerat, reſtitueretur, nocte, per fugam lapſus, ad Sygiberti Regnum tranſiit, & apud Ariſitenſem Vicum Epiſcopum inſtituitur &c.

SIGEBERTUM I, Auſtraſiæ Regem, Chariberti & Guntramni fratrem, S. Goaro, Præſulatum Trevirenſem obtinuiſſe, docet Wandelbertus, Diaconus & Monachus Prunienſis, circa an. 850 clarus, in vita S. Goari Presbyteri, lib. I, cap. XIV, apud Surium, 6 Julii, p. 108: Fama horum ad Regem SIGEBERTUM velociſſimè pervenit, ſtatimque ſuos ad B. Goarem Dirigens Legatos, cum ad ſe accerſendum curavit - - - - tum eſt Rex admiratione repletus, cœpit palam omnibus enarrare, quæ ipſe de Viri Sancti actibus agnoviſſet. Cumque hæc proſequeretur, univerſi cœperunt acclamare: Dignum eſſe Goarem, qui, expulſo Ruſtico, Trevirorum Epiſcopus fieret - - - Rex etiam, læto & alacri animo, acclamantium voces cupiebat implere. Itaque, cum favore eorum qui aderant, Sacerdotum & Primorum Palatii, præcepit: Ut Epiſcopatum jam dictæ Eccleſiæ Goar acciperet &c. Quomodo dignitatem hanc declinaverit, habetur ibidem.

Conjux Ejus BRUNHILDIS, ab obitu Theodoſii, Rutenorum Epiſcopi, vacuam Eccleſiam commiſit Innocentio cuidam, de quo Gregorius Turonenſis lib. VI, cap. 38, p. m. 143: Innocentius, Gabalitanorum Comes eligitur ad Epiſcopatum, Opitulante BRUNICHILDE Regina &c. Clarius loquitur Aimoinus, lib. 3 de Geſtis Francorum, cap. 55, p. m. 326: Theodoſio, Rotenorum Epiſcopo, defuncto, Innocentius, Cavalitanorum Comes, per decretum Brunichildis Reginæ, ſucceſſit &c.

CHILDEBERTO II Rege imperante, Damnobus Cænomannorum Epiſcopus - - - dum ſe cerneret morbo Regio calculoque graviſſimè fatigari, Theodolfum Abbatem in locum ſuum prælegit: cujus adſenſui Rex præbuit voluntatem: ſed, non multum poſt tempus, mutata ſententia, in Badechiſilum, Domus Regiæ Majorem, transfertur electio. Qui tonſuratus, gradus, quos Clerici ſortiuntur, aſcendens, poſt 40 dies, migrante ſacerdote, ſucceſſit &c. Hæc Gregorius l. c. lib. VI, cap. 9, p. 128.

Idem circa tempus, defuncto Ferreolo, Ucecenſi Epiſcopo, Albinus, ex Præfecto, per Dynamium, Rectorem Provinciæ, extra Regis conſilium, ſuſcepit Epiſcopatum: quo non amplius quam tribus utens menſibus, cum ad hoc cauſa reſtitiſſet, ut removeretur, defunctus eſt. Jovinus iterum, qui quondam Provinciæ Rector fuerat, Regium, de Epiſcopatu, præceptum accipit &c. Sunt verba laudati Gregorii l. c. cap. VII, pag. 127.

Sub eodem Rege, obiit Evantius, Viennenſis Epiſcopus in cujus ſedem Virus, Presbyter, de Senatoribus, Rege eligente, ſubſtituitur &c. Hæc idem Gregorius l. c. lib. VIII, cap. XXXIX. pag. 187.

Eodem regnante, ſpiritum exhalavit Agericus, Viridunenſis Epiſcopus, cujus funere elato, Buciovaldus quoque, Abbas ejus, pro Epiſcopatu, cucurrit, ſed

nihil obtinuit. Ci rimerem enim Referendarium, cum conſenſu Civium, Regalis decrevit auctoritas fieri Sacerdotem &c. Idem l. c. lib. IX, cap. XXIII, p. 204. Durante ejuſdem Regimine, Obiit Deutherius, Vincienſis Epiſcopus, in cujus locum Fronimius ſubrogatus eſt. Hic autem Fronimius Bicuricæ Urbis incola fuit: ſed, cauſa neſcio qua, in Septimaniam abiit; ac, poſt mortem Athanaeldi Regis, à Lewane, Succeſſore Ejus, magnifice eſt receptus, atque in Urbe Agathenſi Epiſcopus ordinatus eſt. Sed, poſt mortem Lewanis - - - relicta Urbe Agathenſi, in Gallias advenit, ibique à multis Epiſcopis receptus ac muneratus, ad CHILDEBERTUM Regem pertranſiit. Sicque, patefacto loco, apud ſupradictam Urbem, poteſtatem Pontificalem nono dejectionis ſuæ anno, Rege largiente, ſuſcepit &c. Idem Gregorius l. c. lib. IX, cap. XXIV, p. 204.

Obiit inſuper Vedulphus, Cameracenſis Epiſcopus, exemptusque rebus humanis, ad meliora commigravit. Igitur Grex ejus, Paſtore deſtitutus - - - - uno animo, & pari voluntate, tum Clerus, tum Populus, à CHILDEBERTO, Auſtraſiorum (Francorum) Rege, B. Gaugericum, ſibi Epiſcopum ordinari, poſtularunt. Rex confeſtim miſſis literis ad Ægidium, Rhemenſem Epiſcopum, voluit Populi votis ſatisfieri, ut bonæ exiſtimationis Levita Chriſti, Gaugericus, Cameracenſi Eccleſiæ Præſul ordinaretur. Id ubi cognovit Antiſtes Ægidius, cunctis acclamantibus B. Gaugericum Epiſcopi honore eſſe digniſſimum, incunctanter illum in Cameracenſis Eccleſiæ ſede collocavit. Felicem ſane Populum, ſanctumque Clerum, qui talem à Rege ſuperno defenſorem & Patronum habere meruerunt &c. Ita Auctor Vitæ S. Gaugerici, cap. 4, apud Surium, 11 Aug. p. m. 103.

THEODEBERTI II gratia, obtinuit Auſtregiſilus, Guntramni Regis Mapparius Bituricenſem Epiſcopatum, de quo Auctor Vitæ S. Auſtregiſili, cap. VII, apud Surium, 20 Maji, p. m. 265: Mortuo Bituricenſi, Epiſcopo, Apollinari, in ejus locum, Omnium unanimi conſenſu, Rege quoque annuente, ſuffectus eſt Auſtregiſilus &c. Conf. Monachus Sanſulpitianus in Hiſtoria Patriarcharum Bituricenſium, cap. 30, apud Labbeum T. 2, Bibliothecæ MS. p. m. 37.

Ejuſdem in Aula, florente Arnulfo, forte evenit, ut Urbs Metenſis Præſule careret. Tum una vox Populorum Arnulphum, Regis Domeſticum, & Conſiliarium, dignum eſſe Epiſcopatu acclamat. Ille, cernens, Deo ſic viſum eſſe, compulſus, cum lachrymis eam Urbem gubernandam ſuſcepit: ita Pontificalem ferens Inſulam, ut quamvis nolens, cogeretur etiam curam & ſollicitudinem, qua tenentur Regis Domeſtici, itemque Palatii Primatum, ſive Magiſterium, retinere, &c. Sunt verba Jonæ, coævi Abbatis, in vita S. Arnulphi, cap. 3, apud Surium, 16 Aug. p. m. 162. THEODORICI II favore, ſucceſſit Auſtregiſilo S. Sulpicius, Vid. Sanſulpicianus l. c. cap. 31, pag. 41 & 42.

LOTHARIUS 2. dimiſſionem efflagitanti S. Arnulfo, Metenſium Epiſcopo, ita reſpondiſſe fertur: Quod ſcribis, Domine & Pater, ut, tuo loco, alium eligamus Epiſcopum, id quidem Nos nulla ratione facere auſi ſumus &c, Hæc idem Jonas. l. c. cap. XII, p. m. 163; Conf. Baronius, Tom. VIII. Annal. ad an. 615, §. 12, p. m. 273, (al. 244.)

Idem, inveſtivit Romanum Fr. Jureto ad Ivonis Cartonenſis Epiſt. 157, annotante, circum an. 623 florentem, de Rothomagenſi Epiſcopatu; verba ſeq. §. 22, lit. d, habentur.

DAGOBERTUM I, promotorem habuit Athanaſius, Spirenſis, Vid. Bruſchius, in Catalogo Epiſcoporum Spirenſium, cap. VI, pag. 77; Wilhelmus Eiſengrein, Chron. Spir. Lehmannus, Chron. Spir. lib. 3, cap. 13, pag. 220.

De Modoaldo, Trevirenſi Antiſtite, inquit Stephanus, Abbas Leodienſis, in Vita S. Modoaldi, cap. VIII, apud Surium, 12 Maji, pag. 170: Itaque (mortuo Sebaudo Trevirenſi) concurrunt pariter omnium vota, Rex, (Dagobertus) & Dux ille æquiſſimus, Pipinus, aliique Optimates, Clerus & Populus, omnis ſexus & ætas, unanimi exclamant conſonantia: Modoaldum Pontificem non tam eligunt, quam à Deo jam dudum electum, & ſibi promiſſum, exigunt &c. Conf. Conringius l. c. §. XXII. p. m. 358.

Amandum, Ejuſdem gratia, an. 632, ut habet marginal. annot. Ægidii, ad Vitam S. Amandi, Harigeri Abbatis Lobienſis; vel 633, ut Meyero placet, conſecutus legitur Epiſcopatum Trajectenſem: de quo hæc Lodgerus, Leodienſis Epiſcopus, in Vita S. Landoaldi, Archi-Presbyteri & Confeſſoris, lib. I, cap. 4, apud Surium, 19 Mart. p. m. 205: DAGOBERTUS Rex, qui, Patre (Lothario) defuncto, rerum potitus, auſpicabiliter ſucceſſerat, B. Amandum evocavit, Trajectenſium Cathedræ præſidere fecit &c. Conf. Baudemundus, in Vita S. Amandi, Trajectenſis, cap. V, apud Surium 6 Febr. p. m. 71, ubi: Coactus à Rege, ac Sacerdotibus, Epiſcopus ordinatus eſt &c. & cap. XIII, pag. 72 & 73: Trajectenſium Epiſcopus feliciter migravit ad Chriſtum. Rex igitur, (Dagobertus) hujus Viri Venerabilu comperiens

Digitized by Google

periens obitum, Sanctum accerſiri fecit Amandum Congregataque multitudine Sacerdotum, Populique turba non modica, ad regendam Trajectenſium Eccleſiam, eum propoſuit. Illo vero renuente, ac ſe indignum vociferante, omnes, una voce, clamabant: Dignum eum eſſe Sacerdotio; atque, ob animarum ſolicitudinem magis, quam pecuniæ quæſtum, debere ſuſcipere. Coactus igitur à Rege, ac Sacerdotibus, Pontificalem ſuſcepit Cathedram. Add. præfatus Notgerus, in vita S. Remacli Trajectenſis, cap. 3, apud Surium 3 Sept. p. 24: Inclytus Rex DAGOBERTUS, qui Patri Clotario, in Monarchia ſucceſſit, B. Amandum, qui ad prædicandum, ut tum moris erat, factus fuerat Epiſcopus, ad ſe accerſierat; & quia, cum injuria, eum expulerat, ab illo, ob quædam facinora reprehenſus, nitebatur arctius illum devincire ſibi, per Sigeberti, filii ſui, baptiſmum, atque in Trajectenſi eum Cathedra collocare &c. de ipſo Remaclo, Amandi ſucceſſore pergens: Ei (Regi) Trajectenſes, ex communi Sacerdotum electione, Magnatum multa frequentia, & omnium ordinum poſtulatione, ejuſmodi preces offerunt, neminem ipſis, niſi B. Remaclum, Epiſcopum præfici debere, qui ſit Deo & hominibus charus - - - - Iis ſermonibus Rex comiter, & propinſo animi favore aſſentiens, eorumque ſtudiis obſecundans, ſtatuit præſtare, quod rogabatur. Accerſit igitur ad ſe B. Remaclum - - - - qui, invitus quidem, XXVII Tungrenſi, vel Trajectenſi, Eccleſiæ, Antiſtes datur &c.

Eidem Regi Epiſcopatum Caturcenſem debet Deſiderius, Illius Theſaurarius; vel ipſomet teſte, in Epiſtola ad laudatum Regem, apud Freberum, Tom. I Rer. Franc. p. 213, §. 51: Conditiones Cadurchæ Eccleſiæ, cui, Deo auctore ex juſſu Veſtro, præſedeo &c. Add. Reſcriptum Regium, ad Epiſcopos, & Duces, cunctumque Populum, Galliarum finibus conſtitutum, apud Labbeum, Tom. I, Biblioth. MS. in vita S. Deſiderii, Caturcenſis Epiſcopi & Confeſſoris: cap. VII. p. 703 verb: Quoniam Virum Illuſtrem, Deſiderium, Theſaurarium Noſtrum, cognovimus Religionis obſervantiam, ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore in omnibus cuſtodire, &, ſub habitu ſæculari, Chriſti militem gerere - - - ideo credimus eum merito ad Sacerdotium debere provehi, quem - - - Civium, Abbatumque Caturcorum conſenſus hoc omnimodis expoſcit, ut eum Epiſcopum habeant, & Noſtra devotio ſimiliter conſentit, abſque dubio credimus, nutu Dei id fieri, ut, dum ſatis Nobis eſt in Palatio Noſtro neceſſarius, Ipſi Nobis quodammodo violentiam inferamus, & eum, ab ædibus noſtris, profectu veſtro, procuremus; ſed dum Nobis, ut diximus, eum & ab ædibus noſtris auferimus, quibus Regiones & Regna à Deo ſunt commiſſa, quamvis Nobis inferamus diſpendium, tales debemus procurare Paſtores, qui ſecundum Deum, & Apoſtolica dicta, Plebes, ſibi, à Nobis, commiſſas, debeant regere, unde Nobis merces amplior poſſit accreſcere. Quamobrem, juxta Civium petitionem, Noſtram quoque concordantem in omnibus voluntatem, decernimus, atque jubemus, ut, adjuvante acclamante laude ipſius, Clero vel Populo, Vir Illuſtris, & verus Dei cultor, Deſiderius, Pontifex in Urbe Caturci debeat conſecrari, &, Noſtra Civiumque voluntas quod decrevit, in omnibus, in Dei nomine, perficiatur &c.

Memor S. Audomari, Morinenſis Epiſcopi, Folchardus Bertinienſis, in vita S. Audomari, cap. V, apud Surium, 9 Septemb. pag. 104; ait: Fama ejus longe lateque diffuſa, usque ad DAGOBERTI, Francorum Regis, notitiam pervenit - - - multis inde labentibus annis, ab eodem Rege, & omni Populo, vocatus & electus, S. Aichario Noviomenſi agente Epiſcopo, ad inſtituendum & gubernandum Tarvanenſis Urbis Populum, cum multa animi humilitate, Epiſcopi ſedem & dignitatem ſuſcepit &c.

CLOTHARIUS III, Epiſcopatum Auguſtodunenſem commiſit S. Leodegario; de quo, Urſinus, in vita S. Leodegarii, cap. 3, apud Surium, 2 Octob. p. m. 12, ita: CLOTARIUS Rex, cum BATILDE Matre, Regni Francorum habenas moderabatur - - - - Ille vero (Leodegarius) intra paucos dies, virtute, & integritate ſua, ſermoniſque comitate, id conſecutus eſt: Ut Rex, & Regina, & plerique Pontifices, eum præcipuè charum haberent, conſenſuq; omnium, maximè Francorum, Epiſcopi functione dignus proclamaretur. Itaque, ab omnibus electum, Auguſtuduni, quæ eſt Heduorum Civitas, Epiſcopum curarunt ordinandum. Quo munere decem annis ſtrenuè functus cum eſſet, Clotarius Rex, qui eum promoverat, exceſſit è vivis &c.

A CHILDERICO II, Ejus fratre, nactus eſt S. Lambertus, Trajectenſem Epiſcopatum; Vid. Godeſchalcus Diaconus, in vita S. Lamberti Leodienſis, cap. 2, apud Surium, 17 Sept. p. 172: Illuſtres Viri, qui eo tempore Rectores Palatii videbantur, Glorioſo HILDERICO Regi, famam B. Lamberti innotuerunt, & - - - - ſuaſerunt, ut, quia dignus erat ſacerdotio fungi, & onus Pontificale accipere, in loco Epiſcopali ordinaretur. Habuit itaque effectum eorum petitio - - - per totius Plebis, in Spiritu S. unum conſilium, & ſimul Regis

Digitized by Google

Imperium - - - ſubrogatus eſt, ut praeſſet Eccleſiæ Trajectenſi &c.

THEODORICI III, Clotharii 3, & Childerici 2, Fratris, atque PIPINI, Majoris Domus, favore, electus eſt *Lambertus, Lugdunenſis* Præſul; vid. *Angradus* Monachus, in Vita *S. Ansberti Rothomagenſis*, cap. XII, apud *Surium*, 9 Febr. p. m. 92, & *Theophilum Raynaldum*, (Raynaut) & in *Indiculo Sanctorum Lugdunenſium*, in Vita *Lamberti*: & *Conringium* l. c. §. XXII, p. m. 358: *Defuncto Præſule ejusdem Urbis*, (Lugdunenſis) - - - *ilicò Pius Rex THEODORICUS, & Inclytus Princeps PIPINUS, Anſegiſi filius, conſobrinus videlicet B. Patris Wandregiſili, cum Proceribus Palatii, ſalubre agentes conſilium, Divina utique providente juſſione, in præfata Urbe, S. Geneſio, cum unanimi ejusdem Regionis Populi voto, ejusdem Urbis eum conſtituerunt Antiſtitem. Sed cum diu, humilitate nimia renitens, nollet ſuſcipere, Regali juſſione, & Sacerdotali electione, compulſus, præfata Metropoleos Urbis ordinatur Pontifex &c.*

De ipſo *Ansberto, Rothomagenſi*, pergit *Angradus*, apud *Surium* l. c. cap. XV, pag. 92: *Contigit, ut B. Audœnus, Rothomagenſis Urbis Pontifex, - - - migraret è mundo feliciter - - - poſt cujus ſacrum tranſitum, ne Eccleſia de Paſtore amiſſo jacturam pateretur, cuncti Rothomagenſis Urbis Cives; miſſa petitione ad THEODORICUM,Glorioſum Regem, cum Ejus permiſſu, & authoritate, B. Ansbertum ſibi elegerunt conſecrari Antiſtitem. Quorum electioni congaudens Rex - - - ilicò eorum annuens petitionis electioni, extemplò Legatos dirigit, qui eundem Chriſti Famulum Regias perducerent ad ædes - - - Ille, ut erat ſancta ſimplicitatis ſapientia plenus, ad eundem Regem ire deliberavit. Tunc eligentibus Civibus præfata Urbis Metropoleos cum unanimi voto, Sanctorum Sacerdotum, Regis & Principum, eligitur, trahitur, atque in eodem Palatio, à S. Lantberto, Archi-Epiſcopo Sedis Lugdunenſis - - - - in Pontificem conſecratur Eccleſiæ Rothomagenſis &c.* Id an. 677 contigiſſe, ex *Fridegodo, S. Odonis* Diacono, in *vita S. Audœni, Rothomagenſis*, cap. XXIX, apud *Surium* 24 *Auguſt.* p. m. 261, & *Baronium*, Tom. VIII *Annal.* ad an. 677. §. IV, p. m. 577, diſcimus, verb: *Anno igitur XVI* (VI) *Regni THEODORICI Regis, & CRATILDIS Reginæ, res Palatii adminiſtrante Warattone Sub Regulo, apud Villam Clypiacum, ubi cum Vir beatus* (Audœnus) *de Pace, inter Francorum Populos conſtituta, nuncium attulerat, jam longævæ ætatis ſenio confectus, in morbum incidit - - - - cumque febribus corpus attenuaretur, & obitum ſuum jam imminere cerneret, obſecrabat Dominum, ut ſuas oves idoneo Paſtori committere dignaretur. Denique hortabatur Regem: ut Abbatem Ansbertum ſibi faceret Succeſſorem: quod & factum eſt … Anno ab Incarnatione Chriſti 677 &c.*

CHILDEBERTO III, *Majorem Domus*, PIPINUM, cogn. *Heriſtellium*, Eccleſiam *Trajectenſem* commiſiſſe *S. Willibrordo*; præc. §. 13, lit. w, p. 1210 monui.

Regnante DAGOBERTO III, & extincto *Suavarico, Aurelianenſi* Antiſtite, *omnis ejus loci Plebs pariter congregata, Domino annuente, ad CAROLUM* (Martellum) *Inclytum Francorum Principem, Legatos, cum muneribus, & humili prece, mittit, qui - - - - ita eum alloquuntur: Domine, & Princeps Inclyte, quæſumus, ut iis, quæ Plebs Aurelianenſis tibi ſuggeri voluit, auditum clementer accommodes. Dominus & Paſtor noſter, Venerabilis Suavaricus, vocante Domino, de hoc mundo migraſſe cognoſcitur. Obſecramus igitur Pietatis tuæ Clementiam, ut Nepotem ejus, Eucherium, Famulis tuis, Plebi Aurelianorum, Pontificem jubeas conſtitui. Ille vero poſtulationem eorum benigne ſuſcipiens, diſponente Domino, ratum habuit, quod ab Eo humiliter poſcebant, atque, ex Aula ſua, Virum fidelem miſit, qui B. Eucherium, è Cœnobio, in quod ſe contulerat, evocaret, &, ſi non ſpontaneum, vel invitum, ad Urbem Aureliam perduceret, ut ibi Epiſcopus ordinaretur &c.* Ita coævus Auctor *Vitæ S. Eucherii, Aurelianenſis*, cap. 3, apud *Surium*, 20 Febr. p. m. 174; l. c. pergens: *Egreſſus* (Eucherius,) *è Cœnobio Aureliam pervenit, moxque accerſiti vicinarum Civitatum Epiſcopi, omnisque Clerus & Populus, in Pontificali Cathedra eum per omnia dignum Præſulem collocant &c.*

De eodem Principe ſcribit *Flodoardus* Presbyter, lib. 2 *Hiſtoriæ Eccleſiæ Remenſis*, in *Vita S. Rigoberti, Remenſis Archi-Epiſcopi*, cap. X, apud *Surium*, 4 Januar. pag. 64: *Præfatus CAROLUS, ut Principatum bello adeptus eſt, hunc Virum domini, Rigobertum, Patronum ſuum, qui, ut traditur, eum de lavacro ſancto ſuſceperat, Epiſcopatu deturbavit, & cuidam Miloni, ſola tonſura Clerico, qui ſecum proceſſerat ad bellum, dedit hoc Epiſcopium. Hic Carolus, ex ancilla ſtupro natus - - - - non ſolum iſtum, ſed etiam alios Epiſcopatus Regni Francorum, Laicis hominibus & Comitibus dedit: ita ut Epiſcopis nihil pietatis, in rebus Eccleſiarum, permitteret &c.* Conf. *Hincmarus Rhemenſis*, in vita *S. Remigii*, itidem *Rhemenſis* Archi-Epiſcopi, Procem. apud *Surium*, 13 Januar. p. m. 185; *Golſcherus*, de *Geſtis Treverorum* cap. 38, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, in *Acceſſionibus Hiſtoricis*, pag. 52; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 723, pag. 76.

Nomina Præſulum *Moguntinenſium* recenſens *Jo-*

hannes

hannes Trithemius, Abbas *Spanheimenſis*, poſteaque *S. Jacobi Würtzburgenſis*, in *Vita S. Maximi*, Præſulis *Moguntini*, cap. V, apud *Surium*, 18 Novemb. p. m. 402, ait: *Geroldus*, *& filius ejus Wiliebus*, *Laicus, per CAROLUM MARTELLUM*, *Majorem Domus Francorum, ea ratione Pontificatu Moguntino donatus, ſicut & Milo, filius S. Ludwini, Archi-Epiſcopatu Trevirorum, & alii, multis aliis per Galliam &c.*

Sub CHILDERICO III Rege, Synodum celebrans CAROLOMANNUS, laudati *Caroli Martelli* filius, an. 742, *Ratisbonæ*, Statuta promulgando, ait: *itaque, per Conſilium Sacerdotum Religioſorum, & Optimatum meorum, ordinavimus per Civitates Epiſcopos, & conſtituimus ſuper eos Archi-Epiſcopum Bonifacium, qui eſt miſſus S. Petri &c.* Vid. *Othlonus* Presbyter, in vita *S. Bonifacii Archi-Epiſcopi*, lib. 1, cap. XXXIV, apud *Henricum Caniſium*, Tom. IV *Lectionum antiquarum*; & *Surium*, 5 Junii, pag. 66; *Petrus Grabbe*, Tom. 2 *Conciliorum*, fol. 111; *Nicolaus Cuſanus*, de *Concordantia Catholica*, lib. 3, cap. 8, apud *Schardium, de Juriſdictione Imperiali*, p. m. 363, (quamvis minus rectè, loco *Carolomanni*, *Carolum Magnum*, &, pro an. 742, an. 752, ponat) *Conringius*, de *Republ.* Diſſ. VII de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, §. 27, pag. 367, aliique, quorum præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 74, memini.

Ejusdem Principis, CAROLOMANNI, conſenſum, in conſtituendis Epiſcopatibus, *Herbipolitano* & *Aichſtadienſi*, expetiiſſe *Bonifacium* Moguntinum, ex *Annalibus Francorum*, ad an. 746, liquet. Vid. præced. §. 13, lit. d, p. 1178.

Eundem, circa an. 736, præfeciſſe Epiſcopatui *Argentoratenſi*, *Ethonem*, docet *Bruſchius*, de *Epiſcopatib. German.* p. 32.

Laudatus Rex, CHILDERICUS, & *Carolomanni* frater, PIPINUS, Major domus in decreto Comitiorum *Sueſſionenſium*, an. 644, apud *Goldaſtum*, l. c. Tom. III, pag. 649, §. 3, pari ſtylo utuntur: *Conſtituimus per Conſilium Sacerdotum & optimatum eorum, & ordinavimus, per Civitates, legitimos Epiſcopos. Et idcirco conſtituimus ſuper eos, Archi-Epiſcopos, Abel* (Sennonenſem) *& Ardobertum, ut ad judicia eorum, de omni neceſſitate Eccleſiaſtica, recurrerent, tam Epiſcopi, quam alius Populus &c.* Conf. *Conringius* l. c.

PIPINI, jam electi Francorum Regis, authoritate multos Præſules Eccleſiis ſuis prælatos fuiſſe, ſequentia documento ſunt: *Milone, Trevirenſi Archi-Epiſcopo defuncto, totus Clerus Hidulphum, eò quod vir eſſet & animi & corporis nobilitate ornatus, in ſuum Antiſtitum unanimiter poſtulat. Mox fama, in Aula Regis PIPINI, Patris Caroli Magni, percrebuit, atque, ex Ejus ſententia, Hildulphus Archi-Epiſcopatu dignatus declaratur .... ac raptus à devoto Populo, in Galliam Belgicam deductus eſt, ac Trevirorum poſtea conſecratus Epiſcopus &c.* Hæc ex vita *S. Hildulphi*, apud *Surium*, 11 Julii, pag. 168, §. 1; Conf. *Golſcherus* l. c. cap. 39, pag. 53: *PIPINUS Rex, ſuggeſtione Cleri & Plebis Treberica, Hildolfum, claro Nerviorum Genere ortum, in Rengensburg* (Regenesburg) *autem enutritum, Treberica Metropoli conſtituit Epiſcopum &c.*

De *Tilpino*, *Rhemenſi* Præſule, inquit *Hincmarus*, in vita *S. Remigii Rhemenſis*, Procem. apud *Surium*, 13 Januar. pag. 185: PIPINUS, *ſicut & aliarum Eccleſiarum Epiſcopiis, huic Rhemenſi Epiſcopio, partem de rebus Eccleſiaſticis reddidit, & Tilpinum in hac Urbe, Rhenum Epiſcopum ordinari conſenſit &c.*

In vita *S. Remigii*, *Archi-Epiſcopi Rotomagenſis*, apud *Lambecium*, lib. 2 *Commentarior. Bibliothecæ Cæſareæ*, cap. VIII, pag. 910, legimus: *Contigit interea, ut Rotomagenſis Urbis Pontifex, nomine Ramfridus*, (in Chronico *Rotomagenſi*, quod *Labbeus* T. I *Biblioth.* MS. pag. 364 &c. inſervit, ad annos 739 & 754, vocatur: *Ragenfredus*,) *carnis ſolutus ergaſtulo, humanis rebus excederet, & Plebs Chriſti Paſtore viduata remaneret; Unde Cives ejusdem Metropolis, pari voto & conſenſu, Legationem dirigunt PIPINO, Excellentiſſimo Regi, ut B. Remigius eorum fieret Paſtor & Præſul, non tantùm, quia Regali proſapia emineret*, (erat enim Pipini frater) *ſed potius, quia ſanctitate cunctos praecelleret; non pro Regiæ dignitatis pompa, ſed pro ejus humilitatis gloria. Unde meritò, favore Regis, ac Principum, à Populo rogatus aſſumitur, &, quod evitare decreverat, Paſtorale onus ſubire compellitur &c.*

Ejusdem gratia *S. Virgilius*, *Saltzburgenſis* Præſul eligitur. Vid. Auctor Vitæ *S. Virgilii*, cap. 2 apud *Surium*, 27 Novemb. pag. 614: *Temporibus Ottilonis, Ducis Bavariorum, qui tunc, cum tota Norica Provincia, ſubjectus fuit, prædicto Regi Francorum*, (Pipino) *Saltzburgenſis Eccleſia, quæ, ab antiquo vocabulo, juvando, dicta fuit Juvavia, proprio carebat Epiſcopo, ſed Rex PIPINUS, Princeps per omnia Chriſtianiſſimus, ad incrementum Eccleſiæ, non modico ſuſpirans deſiderio, Epiſcopatum Saltzburgenſem, pro debito Regiæ Magnificentiæ, Sancto conceſſit Virgilio, eumque prænominato Duci Noricorum, utpote amico cariſſimo, tranſmiſit, ſummo cum honore excipiendum &c.* Conf. *Hundii Metropolis*, T. 1, p. 3.

 Sic

Digitized by Google

Sic, *Wictberpo*, *Epiſcopo* (Auguſtano) *defuncto*, 14 *Kal. Majarum*, *Tozzo*, *per electionem B. Magni*, (Confeſſoris) *ad Pontificatus honorem*, *à* PIPPINo, *Glorioſo Rege*, *jam in ultimis ſuis*, *diductus eſt* &c. Hæc, *Theodorus*, Monachus *S. Galli*, & *Campidunenſis* Abbas, in Vita *S. Magni*, cap. XXVII, apud *Caniſium*, Tom. V *Antiq. Lectionum*; & *Surium* 6 *Sept*. p. m. 80.

Idem Rex, efflagitantibus Monachis, *vocari ad ſe Sturmen* (Sturmium, ſeu Sturmionem) *juſſit*, *eique Monaſterium Fuldæ*, *quod prius habuit*, *ad regendam commendavit*, *abſolutumque ab omni dominio Lulli Epiſcopi* (Moguntini,) *ad Cœnobium Fuldæ*, *eum*, *cum omni honore*, *ire præcepit* &c. Sunt verba *Ægilæ*, Abbatis *Fuldenſis*, in vita *S. Sturmi*, cap. XI, apud *Surium*, 17 Decemb. p. 289.

21. Carolus Magnus, (*a*) & Ejus Poſteri, (*b*) idem Jus ſunt conſecuti, illudque conſervarunt.

NOTÆ.

(*a*) CAROLUS MAGNUS &c. Principem hunc jure conſtituendi Pontificem Romanum, inveſtiendique Archi-Epiſcopos & Epiſcopos alios, fuiſſe gaviſum, ex *Gratiano*, Diſt. LXIII, cap. XXII, *Hadrianus*, abundè liquet; inde huc faciunt: *Cepit Deſiderium Regem* (Longobardorum, an. 774) *deinde Romam reverſus*, *conſtituit ibi Synodum*, *cum Hadriano Papa*, *in Patriarchio Lateranenſi*, *in Eccleſia S. Salvatoris*: *quæ Synodus celebrata eſt à* 153 *Epiſcopis Religionis*, & *Abbatibus*. *Hadrianus autem Papa*, *cum univerſa Synodo*, *tradiderunt Carolo*, *Jus* & *poteſtatem eligendi Pontificem*, & *ordinandi Apoſtolicam Sedem. Dignitatem quoque Patriciatus Ei conceſſerunt. Inſuper*, *Archi-Epiſcopos*, & *Epiſcopos*, *per ſingulas Provincias*, *ab Eo Inveſtituram accipere diffinivit*, &, *ut*, *niſi à Rege laudetur* & *inveſtiatur*, *Epiſcopus à nemine conſecretur*: &, *quicunque contra hoc Decretum ageret*, *anathematis vinculo eum innodavit*, &, *niſi reſipiſceret*, *bona ejus publicari præcepit* &c. Conf. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 49 & 50; ubi teſtes plures. Impugnando hoc decretum *Baronius*, Tom. IX *Annal*. ad an. 774, p. m. 355 &c. al. 331 &c. in medium profert, (1) ante *Sigebertum Gemblacenſem*, ad an. 773, neminem Veterum hujus rei facere mentionem, (2) ex Annalibus Francorum conſtare, *Carolum*, capto *Ticino*, non *Romam* petiiſſe, ſed quam celeriter in Galliam rediiſſe, in Saxones rebelles expeditionem paraturum; (3) imminente bello Saxonico, Ei tempus convocandæ 153 Præſulum Synodi, defuiſſe. (4) *Eginhartum* teſtari, non niſi quater Eum *Romam* inviſiſſe; ſcil. an. 773, cum *Deſiderio* arma inferret; deinde, an. 780, ſolvendi voti gratia; an. 786, adverſus Ducem Beneventanum, eundo, & an. 800, in integrum reſtituendo Papa *Leone VIII*. (5) Conſtitutionem laudati Regis, lib. 1, *Capitul*. 84, & apud *Gratianum*, Diſt. 63, cap. 34, *Sacrorum*: nec non *Lehmannum*, lib. 2 *Chron. Spir*. cap. 32, pag. 122, verb: *Sacrorum Canonum non ignari*, *ut*, *in Dei nomine*, *S. Eccleſia ſuo liberius potiretur honore*: *aſſenſum Ordini Eccleſiaſtico præbuimus*, *ut ſcil. Epiſcopi*, *per Electionem Clericorum* & *Populi*, *ſecundum Statuta Canonum*, *de propria Diœceſi*, *remota perſonarum* & *munerum acceptione*, *ob vitæ meritum*, & *ſapientiæ donum*, *eligantur*, *ut exemplo*, & *verbo*, *ſibi ſubjectis*, *uſque quaque prodeſſe valeant* &c. nihil continere de Renunciatione quadam Privilegii, ab *Hadriano I*, conceſſi, quod procul dubio factum, ſi unquam illud datum fuiſſet. (6) In decreto Papæ *Leonem VIII*, occurrere vocem: *Inveſtituræ*; tunc adhuc incognitam. (7) A nemine probari poſſe, *Leonem* Papam VIII, *Romæ* Concilium coëgiſſe, in quo Cæſar *Otto I*, ſimile Privilegium ſit nactus (8) Can. 3 Concilii *Nicæni* 2, an. 787, cautum: *Omnis Electio*, *à Principibus facta*, *Epiſcopi*, *aut Presbyteri*, *aut Diaconi*, *irrita maneat* &c. Vid. *Gratianus*, l. c. cap. 7; (9) *Hadrianum* 2, P. R. Can. XXII Octavæ Synodi Oecumenicæ, *Conſtantinopolitanæ*, de an. 879, ſanciri quidem curaſſe: *Nullus Laicorum Principum*, *vel Potentum*, *ſemet inſerat electioni*, *aut promotioni*, *Patriarchæ*, *Metropolitæ*, *aut cujuslibet Epiſcopi* - - - - *Quisquis autem Secularium Principum*, & *Potentum*, *vel alterius dignitatis Laicus*, *adverſus communem* & *conſonantem atque canonicam Electionem Eccleſiaſtici Ordinis*, *agere tentaverit*, *anathema ſit*, *donec obediat*, & *conſentiat*, *quicquid Eccleſia*, *de Electione*, & *ordinatione proprii Præſulis*, *ſe velle monſtraverit* &c. vid. *Gratianus*, Diſt. 63, cap. 1: *Nullus Laicorum*; & rurſus cap. 2: *Hadrianus* &c. *Conſecrationes* & *promotiones Epiſcoporum*, *concordans prioribus Conciliis*, *Clericorum electione*, *ac decreto Epiſcoporum Collegii*, *fieri*, *ſancta hæc* & *Univerſalis Synodus diffinit*, & *ſtatuit*, *atque jure promulgat*: *Neminem Laicorum Principum*, *vel Potentum*, *ſemet inſerere Electioni*, *vel promotioni Patriarchæ*, *vel Metropolitæ*, *aut cujuslibet Epiſcopi*: *ne videlicet inordinata hinc* & *incongrua fiat confuſio*, *vel contentio* &c. aſt, ne verbo quidem conceſſionis *Hadriani I*,

Carolo

Digitized by Google

Carolo Magno factæ, facere mentionem. (10) Conventionem *Lotharii* Auguſti, cum *Eugenio* 2. P. R. an. 825, apud *Sigonium*, lib. IV, de *Regno Ital.* ad an. 825, p. m. 181, & *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.* cap. 3, pag. 652: *Volumus, ut ad Electionem Pontificis, nemo audeat venire, neque Liber, neque ſervus, qui aliquod impedimentum inferas, exceptis illis tantum Romanis, quibus antiqua fuit conſuetudo conceſſa per Conſtitutionem SS. Patrum, eligendi Pontificem. Quod ſi quis, contra Noſtram Juſſionem, facere auſus fuerit, exilio afficiatur &c.* reluctari; (11) Reſcriptum *Leonis IV*, ad *Lotharium* & *Ludovicum* Auguſtos, apud *Gratianum* l. c. cap. *Inter Nos* 31: *Inter Nos & Vos Pacti ſerie ſtatutum eſt, & confirmatum, quod Electio & Conſecratio futuri Romani Pontificis, non niſi juſtè & Canonicè fieri debeat &c.* itidem contrarium docere pariter ac Conſtitutiones *Henrici Aucupis* & *Ottonis Magni*, Germaniæ Regum, ibid. cap. 32. *Conſtitutio &c.* ubi: *Ut nullus Miſſorum Noſtrorum cujuscunque impeditionis argumentum, in Electione Romani Pontificis, componere audeat, omninò prohibemus. Item, In Electione Romanorum Pontificum, neque liber, neque ſervus, ad hoc venire præſumat, ut illis Romanis, quos, ad hanc Electionem, per Conſtitutionem SS. Patrum, antiqua admiſit conſuetudo, faciat aliquod impedimentum. Quod ſi quis contra hanc Noſtram Conſtitutionem, facere præſumpſerit, exilio tradatur &c.* (12) Laudatum *Ottonem Magnum*, confirmando an. 962, *Johanni XII*, Privilegia Romanæ Eccleſiæ, denuo ſanxiſſe: *Ut omnis Clerus, & univerſa Populi Romani Nobilitas, propter diverſas neceſſitates, Pontificum irrationabiles, erga Populum ſibi ſubjectum, aſperitates retundendas, ſacramento ſe obligent, quatenus futura Pontificum Electio, quantum uniuscujusque intellectus fuerit, Canonicè & juſtè fiat; &, ut ille, qui ad hoc ſanctum & Apoſtolicum Regimen eligitur, nemine conſentiente, conſecratus fiat Pontifex, priusquam talem in præſentia Miſſorum Noſtrorum, vel Filii Noſtri, ſeu univerſæ Generalitatis facit promiſſionem, pro omnium ſatisfactione, atque futura conſervatione, qualem Dominus & Venerandus Spiritualis Pater Noſter, Leo, ſponte feciſſe dignoſcitur &c.* vid. *Baron.* T. X. ad an. 962. p. 753. (13) Obſtare electiones *Hadriani I*, Succeſſorum, non niſi à Clero & Populo factas, veluti.

LEONIS III, de qua *Anaſtaſius* Bibliothecarius, in ipſius vitæ, p. m. 176: *Divina inſpiratione, una concordia, eademque voluntate, à cunctis Sacerdotibus, ſeu Proceribus, & omni Clero, nec non & Optimatibus, vel cuncto Populo Romano, Dei nutu, in Natali Beati primi Martyris Stephani, electus eſt, &, ſequenti Die, in Natali S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, Pontifex in Sede Apoſtolica ordinatus eſt &c.* Conf. *Baronius*, Tom. IX, ad an. 795, §. 40, p. m. 501, al. 470.

STEPHANI V, vulgò IV, an. 816; de qua idem *Anaſtaſius*, in ipſius vita, p. m. 215: *Factum eſt, ut, dum, de hac vita migraret ante præfatus Dominus Leo Papa, illicò, dum ferventiſſimo affectu à Populo Romano diligeretur idem præcipuus ac Sanctiſſimus Vir, Stephanus, ad Sacrum Pontificatus culmen eſt electus. Qui omnes uno affectu, parique amore, Eum ad Eccleſiam B. Petri Apoſtoli perducentes, Dei ordinante providentia, Papa Orbis conſecratus eſt &c.* Conf. *Baronius* l. c. ad an. 816, §. 96, p. m. 703, (al. 664.) Quo referenda ſimul, nomen ejus præ ſe ferens, Conſtitutio: de *Electione Romani Pontificis*, ap. *Gratianum*, Diſt. 63, cap. 28, *Quia Sancta &c.* & *Baronium* l. c. §. 101, p. 705, (al. 666;) quamvis ipſe *Baronius* Tom. X, ad an. 904, §. 13, pag. 642, eam Concilio Romano, Anno demum 904, à *Johanne IX* convocato, vindicet. Conf. ſeqq. voc. LUDOVICUS IV.

PASCHALIS I, de quo *Anaſtaſius* l. c. in ipſius vita, ad an. 817, p. 217: *Una concordia, una eademque voluntate, divino interveniente conſultu, à cunctis Sacerdotibus, ſeu Proceribus, atque omni Clero, nec non & Optimatibus, vel cuncto Populo Romano, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, in Sedem Apoſtolicam Pontifex, elevatus eſt &c.* Conf. *Baronius* l. c. ad an. 817, §. 3, pag. 706, (al. 667 &c.) Quo ſpectant verba *Flori*, Lugdunenſis Diaconi, circa an. 820 floreſcentis, lib. de *Electionibus Epiſcoporum*: *Sed & in Romana Eccleſia, usque in præſentem diem, cernimus, absque interrogatione Principis, ſolo diſpoſitionis judicio, & Fidelium ſuffragio, Pontifices conſecrari.* Vid. *Stephani Baluzii* Not. *ad Agobardum*, p. 152; *Petrus de Marca*, de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, lib. 8, cap. 12, §. 8, p. m. 1154:

EUGENII II, de quo *Anaſtaſius*, in ipſius vita, ad an. 824, p. m. 230: *A Romanis cunctis, pro meritorum pia relatione, electus, poſt tranſitum Sanctiſſimi Domini Paſchalis Papæ, Pontifex factus eſt &c.* Conf. *Adelmus, Annal. Franc.* ad h. a. apud *Freherum*, T. 2 *Scriptor. Franc.* p. 426, & *Reuberum*, p. 49: *In cujus* (Paſchalis) *locum, cum duo, per contentionem Populi, fuiſſent electi: Eugenius tamen, Archi-Presbyter Tit. S. Sabinæ, vincente Nobilium parte, ſubrogatus, atque ordinatus eſt &c.* Add. *Conradus Urſpergenſ.* an. eod. p. m. 139; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. XXVIII, an. eod. p. 708. Conventionis Ejus, cum *Lothario*, circa eligendum Pontificem Romanum, modo memini.

VALENTINI, de quo *Anaſtaſius*, in ipſius vita, ad an. 827, p. m. 231: Defuncto *Eugenio*: *Collectis in unum Venerabilibus Epiſcopis, & Glorioſis Romanorum Proceribus, omnique ampla Urbis Populo, in Palatio Lateranenſi, ut, quod jam cordi cœlitus revelatum, æquiter omnes tenebant, in uno multorum ſonitu reſonaret, unius voluntatis conſenſu fortiter acclamatum eſt: Valentinum, Sanctiſſimum Archi-Diaconum, Sedis Apoſtolicæ dignum; Valentinum ſummi Pontificatus infula decorandum. His itaque mellifluè dictis, una mox omnes pacis conjunctione manentes, ad Eccleſiam Sanctæ Dei Genetricis, ſemperque Virginis Mariæ, Dominæ noſtræ, Sacer Clericorum,* (Ordo)

& Re-

Digitized by Google

& Romanorum Proceres, pariter cum Populo, properantes, multipilces Eum Domino gratias, ac laudes, reddentem, more ſolito invenerunt. Quem illicò, multum ac diutius renitentem, ſeque tanti regiminis fore incongruum, voce ſtrenua, proferentem, alma Plebis, & lætis utriusque Militiæ Romanorum, electus eſt vocibus, in Sede Pontificum, Ac deinde, condignis gloriæ laudibus, & honoris amplitudine, ad Lateranenſe Patriarchium, ab ipſis deductus, & in Pontificali eſt poſitus throno. Conſ. *Aimoinus*, lib. IV, cap. 115, an. 827; *Adelmus*, an. eod. apud *Freherum*, l. c. pag. 430; *Baronius* l. c. an. eod. §. XXVII, p. m. 836, (al. 791.)

GREGORII IV, teſte *Anaſtaſio*, ad an. 827, p. m. 234: *Cœperunt Romani pariter omnes non ſolum de Pontificibus, tam ſubito perdiscis, verum etiam de futuro, arctius cogitare - - - - Quorum, videlicet univerſorum Procerum, corda, adjutor in oportunitatibus, in tribulatione creator omnium, Deus, inextinguibili ſuo ſancto Lumine, ſuccendit, & mentes eorum, ad Beatiſſimi Gregorii IV pia facta convertit. Conſenſeruntque omnes in eodem ſpiritu & anima una; electus autem ab eis, Patriarchio Lateranenſi inductus eſt; abſtrahentes quidem illum ex Baſilica BB. Martyrum, Coſmæ & Damiani, per vim. Dicebat enim, ſe, ad tale miniſterium, inutilem fore. Sed, quoniam tam immenſæ multitudini reſiſtere non valuit, ad locum, jam ante prædictum, eum, cum hymnis, & canticis ſpiritualibus, deduxerunt &c.* Conſ. *Baronius* l. c. §. XXII & XXIII, p. 837, (al. 792.)

SERGII II; de quo *Anaſtaſius*, in ipſius vita, ad an. 844, p. 247 & 248: *Gregorio IV* extincto, *cum Proceres, & Romanæ Urbis Optimates, univerſusq; Eccleſiæ Populus, pro eligendo Pontifice, in unum coiſſent, atque alius de alio, ut fieri ſolet in talibus, conclamaret; ſubito, per Dei providentiam, divino nutu compuncti, de antefati Sergii Archi-Presbyteri Religione, diligentius confabulari cœperunt, ut omnes conclamarent, quia dignus eſt Pontificatus adipiſci Regimen. Firmatoque in eundem Virum conſilio, unusquisque in ſua reverſus eſt. Tunc repente Diaconus quidam ipſius Eccleſiæ, Joannes, in tantum amentiæ erupit, atque inſaniæ, ut, perſuaſo quodam, ſatis imperito & agreſti, Populo, collecta turbulentorum & ſeditioſorum manu, in Patriarchium Lateranenſe, per vim fractis januis, bellicis telis ingrederetur - - - Quibus ita geſtis, omnes Quiritum Principes indignati ſunt, &, communi conſilio, univerſi pariter in Baſilica B. Martini Confeſſoris, atque Pontificis, celeri curſu, magnoque Equitatu, ſunt congregati, & eundem Archi-Presbyterum, Sergium - - - extrahentes, de Eccleſia, magno cum honore, magnaque Populi comitante caterva, ampluque reſonantibus laudibus, cum hymnis, & Canticis ſpiritualibus, in Patriarchium Lateranenſe electus, atque perductus eſt. - - - - Prædictum verò Joannem Diaconum, de Patriarchio, magna cum turpitudine, hujus Romanæ Urbis Principes expulerunt, & arctius in clauſtra, ſub tutela, tradi præceperunt - - - - tunc demum, exultantibus omnibus Sacerdotibus, Proceribus & Optimatibus, omnibusque Eccleſiæ Populis, idem Sanctiſſimus Vir, in Apoſtolica B. Petri Sacratiſſima Sede ordinatus, conſecratusque eſt Pontiſex &c.* Conſ. *Baronius*, Tom. X, ad an. 844, p. 11 & 12.

LEONIS IV, de quo *Anaſtaſius*, in ipſius vita, ad an. 847, p. m. 257: *Sergio* ad plures abeunte, *Cum, pari devotione, Communique Conſilio, univerſi Romani Proceres de futuro cogitarent Pontifice, ut quis eſſet, qui tam ſanctum & inviolabilem locum, cum Omnipotentis Dei timore, regere, vel gubernare potuiſſet, confeſtim fama Beatiſſimi Præſulis, ſimul & merisum, ab omnibus patefacta eſt, totamque per Urbem diffuſa: necdum enim is, qui obierat, Pontifex, ad ſepulturam debitam fuerat deportatus. Et ecce omnes, à noviſſimo, usque ad primum, una voce una ſimulque concordia, Leonem, Venerabilem Presbyterum, ſibi futurum Pontificem, flagitarant; & quod nullum ſuper ſe alium habere vellent Præſulem, niſi hunc, de quo crebro dictum eſt, multis conjurationibus ac vocibus, fatebantur. - - - - Tunc omnes, pergentes, cum gaudio, multaque aviditatis lætitia, ad Eccleſiam, in qua degebat, Beatorum Quatuor Coronatorum, eum coactum, invitumque, exinde abſtrahentes, cum hymnis, laudibusque præcipuis, ad Lateranenſe Patriarchium perduxeruns &c.*

Hæcque ſunt præcipua *Baronii* argumenta, quibus ſub *Carolo Magno*, circa conſtituendos Præſules, Romæ geſta, elidere conatur. Reſpondeo autem,

Ad (1) Falſum eſſe, ante *Sigebertum Gemblacenſem*, neminem Veterum conventionis, inter *Carolum Magnum*, & *Hadrianum I* P. R. circa ordinandos Antiſtites, meminiſſe, cum vel ipſe *Platina*, in vita *Paſchalis I*, p. m. 113, hoc titulo, *Anaſtaſium Bibliothecarium* celebret. *Idem quoque Bibliothecarius ſcribit: Ludovicum liberam eligendorum Epiſcoporum poteſtatem, Paſchali dediſſe, cum antea, ea quoque in re, Imperatores conſulerentur: quam poteſtatem ab Hadriano Pontifice, Carolo conceſſam, idem Auctor refert &c.* Licet mala manu, in modernis Editionibus hæc raſa ſint. Cui jungi meretur Oratio *Gregorii IV*, P. R. juxta *Hermannum Contractum*, Edit. Urſtis. p. m. 325, an. 1046; aut, ſecundum *Sigebertum Gemblacenſem*, an. 1045, electi, Romæ habita, apud *Wilhelmum Malmesburienſem*, lib. 2 de *Geſtis Regum Anglorum*, cap. XIII, in vita *S. Edwardi*, p. m. 84: *Laudatus eſt olim, prædicandæ memoriæ, Prædeceſſor noſter, Adrianus I, quod Inveſtituras Eccleſiarum Carolo Magno conceſſerit; ita, ut nullus Electus conſecraretur ab Epiſcopo, niſi prius à Rege inſigniretur & Annulo & Baculo &c.* unde ſua *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano*. cap. VI, §. 13, p. m. 35.

Ad (2) Non firmum eſſe argumentum: Expugnato *Ticino*, captoque Rege *Deſiderio*, ſubacta Italia, *Carolum Magnum* in Franciam revertiſſe, (ceu *Adelmus* apud *Freherum*, ad an. 774, T. 2, p. 390; *Annales*

Naza-

Nazariani, an. eod. l. c. Tom. I, pag. 87; *Annales Francorum Wiennenſes*, an. eod. apud *Lambecium*, lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.* cap. 5, p. 372; *Annales Francorum Reuberiani*, an. eod. p. 21; *Fuldenſes*, apud *Freherum*, T. I. *Rer. German.* an. eod. p. 5; *Maſciacenſes*, an. eod. apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.* p. 735; *Regino*, an. eod. *Ado Viennenſis*, ætat. 6, p. 219, aliique recentiores, tradunt;) Ergò, Eum prius *Romam* non reverſum; *Sigebertumque* tale iter finxiſſe. Durante *Ticinenſi* obſidio, Eum, an. 773, *Orandi gratia*, adiiſſe Romam, fatentur omnes, quorum hic, & præced. Tit. V, §. 5, lit. a, v. 28, p. 353 & 354, facta mentio; aſt, quæ inde concludendi ratio: Propterea, *Ticino* ad deditionem compulſo, reliqua ordinaturum Victorem, *Romam* amplius non ingreſſum? Ubi locorum igitur reſtituit ablata Eccleſiæ; qua de reſtitutione, *Eginhartus*, præced. p. 353, totque alii Veterum, evolvendi? aut ubi locorum totam diſpoſuit Italiam? Ecce, quid, *Sigeberto* antiquior, *Marianus Scotus*, de his memoriæ prodiderit, ad an. 774: *Rogatu Adriani Papæ* in Italiam perrexit, (Carolus M.) *ibi Deſiderium, Regem Longobardorum, longa obſidione fatigans, in deditionem ſuam ſuſcepit; Filiumque ejus, Adelgiſum, in quo omnes ſpem inclinabant, ab Italia compulit, atque Italiam totam ſubegit; & omnia, à Longobardorum Regibus erepta, tam Romanis, quam Adriano Papæ, reſtituit, & tunc primum Romam pervenit Sabbato S. Paſchæ &c.* Et, utrumique ætate ſuperans, *Hermannus Contractus*, ad an. 774, ap. *Urſtiſium*, p. 299: *Carolus Longobardos, cum Italia, ſubjecit, anno, ex quo intraverant, ducenteſimo quinto, Ipſeque cum Triumpho, Romam Venit &c.* De Recentioribus, *Alberico, Monacho trium fontium*, ad an. 775, p. m. 111 & 112; *Waltramo Naumburgenſi, de Inveſtitura Epiſcoporum, per Imperatores facienda*, apud *Schardium*, de *Juridictione Imperiali*, pag. 72, (al. 711) *Vincentio Bellovacenſi*, part. 3 *Speculi Hiſtorialis*, lib. 23, cap. 168, ad an. 32 *Conſtantini* Imp. quem, cap. 151, an. 742, cœpiſſe docet, adeoque ad an. 774; *Martino Polono*, in vita *Adriani*, p. m. 350; Monacho *Sanſulpitiano*, in Hiſtoria *Patriarcharum Bituricenſium*, cap. 56, in vita S. *Dacberti*, apud *Labbeum*, Tom. 2 *Biblioth. MS.* p. 85; *Marſilio Patavino*, de *Tranſlatione Imperii*, cap. 8, apud *Schardium* l. c. pag. 158 (al. 232) *Radulpho de Columna* Tract. de *Tranſlatione Imperii*, in vita *Adriani* P. R. ibid. pag. 164, (al. 292) *Theodorico de Niem*, de *Juribus Imperii circa Inveſtituras Epiſcoporum*, ibid. p. m. 248 & 249 (al. 788 & 789) *Lupoldo de Babenberg*, de *Zelo Chriſtianæ Religionis Veterum Principum Germanorum*, cap. 15, ibid. p. m. 233 (al. 462) Anonymo, Tract. *de Ætatibus Eccleſiæ*, cap. VII, apud *Goldaſtum*, Tom. I *Monarchiæ*, p. 29. *Erdwino Erdmanno*, in Chronico *Epiſcoporum Oſnabrugenſium*, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.* p. m. 195; *Nauclero*, Vol. 2, Generat. 26, p. 673; ſexcentis aliis, idem affirmantibus, ne dicam. Rectè igitur ſeparatur, iter durante *Ticinenſi* obſidione, an. 773, à *Carolo*, *Orandi gratia*, *Romam* ſuſceptum, ab altero, quod proximè ſequenti anno 774, expugnato *Ticino*, captoque Longobardorum Rege, *Deſiderio*, tanquam *Victor Italiæ*, eòdem fecit.

Ad (3) Totam *Italiam* ordinandam, ſatis ſpatii Victori dediſſe convocandæ Synodi; præſertim, eum ibi deciſa, bonam ordinandi Regni partem conſtituerint.

Ad (4) Rurſus non ſequi, *Eginhartum* ſcribere Carolum: *Quater tantùm*, *eò* (Romam) *Votorum ſolvendorum, ac ſupplicandi cauſa, profectus eſt &c.* Ergò, *aliis de cauſis*, Eum *Romam* non veniſſe. Quæ fuerit itineris Ejus conditio an. 773, modò dictum eſt. De reliquis, audiamus *Annales Francorum Fuldenſes*, ad an. 780: *Carlus - - - diſpoſitis tam Saxonum, quam Sclavorum, rebus, Orationis cauſa, Romam vadit &c.* & ad an. 781: *Pipinus, filius Carli, Romæ baptizatur, ab Adriano Papa, à quo & Ipſe, & Frater Ejus Hludaovicus, uncti ſunt in Reges &c.* Hoc autem Baptiſma, hancque unctionem, præſente *Carolo* Patre, contigiſſe, concors Veterum eſt ſententia. Vid. *Paulus Warnefridus*, de *Epiſcopis Metenſis Eccleſiæ*, ad an. 781, apud *Freherum*, Tom. I *Rer. Franc.* p. 179: *Carolus Rex Romam veniens, ibique baptizatus eſt Filius ejus, qui vocabatur Carolomannus, quem Adrianus Papa, mutato nomine, vocavit Pippinum, & unxit Regem ſuper Italiam, Fratremque Ejus, Ludowicum, ſuper Aquitaniam &c.* Id quod *Annales Laurishamenſes*, apud *Lambecium*, lib. 2 *Biblioth. Cæſar.* cap. V, pag. 372; *Reuberiani*, an. 781, pag. 23; *Pithœani*, an. 780 & 781, p. 10; Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, ad an. 779 & 780, p. 340 & 341; Monachus *Egoliſmenſis S. Eparchii*, de *Geſtu Caroli Magni*, apud *Schilterum*, de *Scriptoribus Rer. Germ.* p. m. 50; Vetus *Poëta Saxo*, ad an. 780 & 781, ibid. pag. 9 & 10. *Regino*, an. 781; multique Recentiores alii, quorum catalogum præc. Tit. 4, §. 5, lit. a, v. 30, pag. 357, exhibui, comprobant. De alio itinere, quod in Annum 786 incidit, ita loquuntur *Annales Reuberiani*, h. a. p. 26: *Rex, pace undique parta, ſtatuit Romam proficiſci, & partem Italiæ, in qua Beneventum ſitum eſt, aggredi - - - Quo* (Romam) *eum veniſſet, ac de profectione ſua in Beneventum, tam cum Adriano Pontifice, quam cum ſuis Optimatibus, deliberaſſet, Aragiſus, Dux Beneventanorum, audito Ejus adventu, compertaque in Terram ſuam intrandi voluntate, propoſitum Ejus avertere conatus eſt. Miſſo enim Rumoaldo, majore filio ſuo cum muneribus ad Regem, rogare cœpit, ne Terram Beneventanorum intraret. Sed Ille longe aliter de rebus inchoatis faciendum ſibi judicans,*

retento ſecum Rumoaldo, cum omni Exercitu ſuo, Capuam, Civitatem Campaniæ, acceſſit, ibique, caſtris poſitis, conſedit, inde bellum aggreſſurus, ni memoratus Dux, propoſitum Regis, ſalubri conſilio, præveniſſet. Nam - - - utrosque filios ſuos Regi obtulit, promittens, ſe, ad omnia, quæ imperarentur, libenter obediturum. Cujus precibus Rex annuens, divini etiam timoris reſpectu, bello abſtinuit, & minore Ducis filio, nomine Grimoaldo, obſidis loco ſuſcepto, majorem Patri remiſit. Accepit inſuper à Populo Obſides undecim, miſitque Legatos, qui & ipſum Ducem, & omnem Beneventanum Populum, per ſacramenta obſtringerent, Ipſe; poſt hæc, cum Legatis Conſtantini Imperatoris, qui ad petendam filiam ſuam, ad ſe miſſi fuerant, locutus eſt: atque illis dimiſſis, Romam reverſus, Sanctum Paſcha, magna cum hilaritate, celebravit &c. Ecce, uno anno, *Carolus* bis *Romam* ivit, quod vel *Eginhartus* ipſe, verbis præced. Tit. 4, §. 5, lit. a, v. 32, p. 357, extantibus, aliique multi, ibidem nominati, atteſtantur; & tamen pro uno eodemque itinere venditatur. De ultimo Ejus itinere *Romano*, an. 800 confecto, legas teſtimonia, l. c. ad an. 799 & 800. v. 36 & 37, p. 360 &c. adducta.

Ad (5) Conſtitutionem illam loqui ſaltem de Epiſcopis, juxta Canones, id eſt, electione Cleri & Populi, conſtituendis, quatenus à Romano Præſule totius Eccleſiæ Paſtoris nomen uſurpante, ſint diſtincti.

Ad (6) Quale, quæſo, argumentum? Tempore *Caroli Magni*, incognita fuit *Inveſtitura* vox, Ergò decretum *Leonis VIII*, ſub *Ottone I*, in quo occurrit pro figmento habendum. Sed & erroneum *Baronii* aſſertum. Nonne jam *Plinius*, lib. 35 *Hiſt. Natur.* cap. 7 ait: *Libertus Ejus* (Neronis) *cum daret Antii munus gladiatorium, publicas porticus inveſtivit pictura, ut conſtat, Gladiatorum, miniſtrorumque omnium Veris imaginibus redditis &c.* ceu, ex *Voſſio*, de *Vit. ſermon.* lib. 3, c. 16; Dn. *Petrus Müllerus*, & Dn. *Carolus Andreas Seyfert*, Diſſ. de *Jure Inveſtiendi Status Imperii*, an. 1685 Jenæ, ventilata, cap. I, §. 2, p. 5, bene notarunt. Sic *Childebertus III*, in Placito de *Mercato S. Dionyſii*, an. 710, apud *Mabillon*, de *Re Diplomatica*. lib. VI, §. 28, pag. 483, barbaro licet ſermone: *Plures Noſtri Fidelis viſi fuerunt decreviſſe, vel judicaſſe, ut Agentes ipſius*, (S. Dionyſii) *Viro Grimoaldo, pro partem Fiſci noſtri ejusdem exinde pro Wadio, de ipſo teloneu, in integritate reveſtire debirent &c.* Conf. Donationis Charta *Pieta*, filiæ *Rekinberti*, anno 3 *Hilderici* Regis, Cœnobio *S. Galli* tradita, apud *Goldaſtum*, T. 2, *Antiquit. Alamann.* part. I, p. 44: *Absque ulla contradictione vel minuatione, manu veſtita &c* Et lib. 2, Tit. XVIII. *Legum Wiſigothicarum, Longobardicarum* Leg. 7, apud *Lindenbrogium*: *Veſtitura eſt Feudi confirmatio, teſtibus adhibitis facta; &, Veſtire eſt confirmare &c.* Nec non Decreta Synodi *Liptinenſis*, an. 743, apud *Baronium* Tom. IX Annal. ad h. a. pag. 154, & *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.* p. 118, verb. *Eccleſia cum propria pecunia reveſtita &c.* Et Inſtrumentum Donationis *Rothpaldi*, Monaſterio *S. Galli* factæ, 8 Id. Aug. Anno 3 *Pippini* Regis, apud *Goldaſtum*, Tom. 2 *Antiquitatum Alamannicarum*, part. I, p. 38, & *Lehmannum*, lib. 2 *Chron. Spir.* cap. 13 pag. 93: *Cum omnia, quo Veſtiti ſunt &c.* & mox: *Cum omnia, quo Veſtitus eſt &c.* Et Inſtrumentum Traditionis filiorum *Marulfi* cujusdem, 7 Jun. an. 15 *Pippini*, eidem factæ cœnobio, apud *Goldaſtum* l. c. pag. 51: *De omni re paterna noſtra reveſtivimus Wolframmum Monachum &c.* Traditio *Hamphonis*, lib. 1 *Antiquitatum Fuldenſium*, in fine, apud *Piſtorium*, pag. 494: *Horum omnium Veſtituram, cum ſtipulatione ſubnixa, perfecit &c.* Chronicon *Lauruhamenſe*, ad an. 776, apud *Freherum* T. I, *Rer. German.* p. 59; & ad an. 779, l. c. ubi diploma ipſius *Caroli Magni*, *Helmerico* Abbati conceſſum: *Res eorum, per diverſa loca habuiſſent, unde ad præſens Veſtiti eſſent in Regno Noſtro, Deo propitio, & ubicumque ad præſens Veſtiti fuiſſent. Nos, pro ejus petitione, tale præceptum ei miſimus, atque Prædeceſſoribus ſuis, dum ipſa caſa Dei Veſtita fuit ad præſens &c.* Add. Ejusdem cap. X, de *Veſtitura Pipini*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imper.* pag. 154: *Ut non mittantur teſtimonia ſuper Veſtitura Domini Pipini Regis &c.* De *Ludovico Pio*, teſtantur Decreta *Aquisgranenſia*, cap. 2, ap. *Goldaſtum*, l. c. pag. 265: *Non permittant Liutricum, per Veſtituram Dn. Karoli, juſtitiam ejus impedire &c.* & l. c. cap. 7, pag. 266: *Veſtituram ſuam accipiant &c.* Hujus etiam loci, Diploma Ejus, an. 826, *Campidunenſi* Abbatiæ datum apud *Mabillon*, Tom. 4 *Analectorum*, p. 470, & Dn. *Tenzelium*, cap. V *Vindiciar. cenſuræ Conringianæ Diplomatis Lindavienſis*, §. 2, p. 98: *Sex obas Veſtitas &c.* Et Charta Anonymi, apud *Goldaſtum* Tom. 2 *Antiquit. Aleman.* part. I, p. 56: *de Veſtitura S. Galli &c.* It. *in eadem Veſtitura &c.* & *Remidingus* Presbyter l. c. pag. 51: *Poſt Veſtituram &c.* De *Carolo Calvo*, habes Conſtitutionem de *Statu Eccleſiarum corrigendo* an. 853, cap. 4, apud *Goldaſtum*, T. 3, *Conſtit. Imper.* p. 275: *Ut Eccleſia exinde Veſtituram habere poſſit &c.* Memor *Ludovici Balbi*, Imperatoris hujus filii, *Aimoinus*, lib. V de *Geſtis Francorum*, cap. 36, apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Franc.* p. 498, inquit: *Richildis*, (Vidua Caroli Calvi) *Compendium, ad Ludovicum, veniens, in Feſto S. Andreæ, attulit Ei Præceptum, per quod Pater ſuus Illi Regnum, ante mortem ſuam, tradiderat: & ſpatham, quæ vocatur*

S. *Pe-*

S. Petri, per quam eum de Regno inveſtiret; ſed & Regium Veſtimentum, & Coronam, ac fuſtem ex auro & gemmis &c.

Ad (7) *Gratianum*, & *Theodoricum de Niem*, ex antiquiſſimo Codice Florentino, de *Inveſtitura Epiſcopatuum Regum Theutonicorum*, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, p. m. 249, ipſum *Privilegium*, ut vocatur, ſuppeditare; De eoque inſuper teſtari *Lupoldum de Babenberg*, de *Zelo Religionis Veterum Principum Germanorum*, cap. 15, ibid. p. 233. (al. 462.) *Nauclerum*, Vol. 2, Generat. 33, p. 736; alioſque plures, quorum nomina producere tædet. Conf. B. Dn. *Zieglerus*, de *Epiſcopis*, lib. 2, cap. 2, §. 26, p. 271. Accedere, à mero ſilentio Auctorum, ad non exiſtentiam alicujus facti, non firmum eſſe argumentum. Quis, quæſo, omnia Archiva perſcrutatus eſt? quis omnes MS. Codices exſtructiorum Bibliothecarum evolvit? Sufficere, adeſſe Documentum, cujus falſitatem nemo hactenus docuerit.

Ad (8) & (9) Concilia, *Nicænum* 2 an. 787, & *Conſtantinopolitanum* VIII, an. 879, non niſi ab Orientalibus, inter Oecumenica referri; adeoque Legis inſtar eſſe non poſſe; minimum, non Occidentali Eccleſiæ; & minus adhuc jura Imperatorum infringere poſſe.

Ad (10) Conventionem *Lotharii I*, cum *Eugenio* 2, non evertere jus Imperatori quæſitum, ſed potius ſtabilire; Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a. p. 55; Conf. ſeq. lit. b, ſub *Ludovico Pio*; voc. *Eugenii* 2.

Ad (11) Reſcriptum *Leonis IV*, P. R. & Conſtitutiones *Henrici Aucupis* atque *Ottonis I*, eſſe *palearet*; Corpore *Juris Canonici*, an. 1670, *Coloniæ Munatianæ*, ipſo *Gregorio XIII*, P. R. jubente, edito, Diſt. 63, cap. 31 & 32, p. m. 214, teſte.

Ad (12) Confirmationem Privilegiorum, ab *Ottone I*, Romanæ factam Eccleſiæ, nihil involvere contraril, cum Romana Synodus, ſub *Leone VIII*, celebrata, præceſſerit; deinde, diſpoſitionem illam firmare potius ſententiam, *Baronio* contrariam, quam deſtruere; dici enim ibi, convenisse, inter *Lotharium & Eugenium*, de *legitimè poſthac peragenda Romani Præſulis electione*; aſt non fuiſſe *legitimam electionem*, niſi quæ conſenſu Imperatoris fuerit ſuffulta.

Ad (13) Non ſequi, Imperatores quandoque expresſis verbis conſenſum non dediſſe; Ergô, in eligendis Pontificibus, nec illis fuiſſe jus; nec eorum confirmationem interveniſſe. Vid. *Servinus, in Vindiciis Libertatis Eccleſiæ Gallicanæ ſub Henrico IV*, apud *Goldaſtum* T. 3. *Monarchiæ*, p. 261, & *Conring*. de *Republ.* Exercit. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, §. 37, pag. 387 &c. Rem autem aliter proceſſiſſe, ſequenti lit. b, probabo.

Extra Controverſiam igitur eſt, *Carolum Magnum* poteſtate conſtituendi Romani Præſulis fuiſſe gaviſum, utpote cujus auctoritas *Romæ* erat ſumma & indepedens, maximè, tranſmiſſis Ei, an. 796, à *Leone III*, Pontifice, *Hadriani* ſucceſſore, *Clavibus Confeſſionis S. Petri, Romanæque Urbis Vexillo*, rogatione addita, ut Optimatum quendam mitteret, qui Senatum Populumque Romanum, per ſacramenta, ad fidem & ſubjectionem, ſibi firmaret; quæ ſumma poteſtas deinceps, an. 801, *ſolemni Inauguratione*, acclamante Populo, publicè fuit declarata; ceu præced. Tit. 4, §. 5, lit. a, v. 36, 37, 39 & 40, p. 360, ad 367, pluribus probavi. Hinc ſimul argumentum, ad Epiſcopatuum inferiorum collationem, quos vel Ipſemet fundavit, vel fundamenta erigendorum jecit; de quibus, præced. Tit. V, §. 11, in vita *Caroli Magni*, v. 7, p. 443 & 444; Et hoc eſt, quod ſignificare vult *Marſilius Patavinus*, de *Translatione Imperii*, cap. VIII, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 159, (al. 233.) *Prima conceſſione, poteſtate videlicet Romanum Pontificem eligendi, & Sedem Apoſtolicam ordinandi, non fuit, uſus Carolus memoratus - - - de ſecunda vero conceſſione, videlicet Epiſcoporum inſtallatione, ſe aliquoties intromiſit, ut, ex ipſius geſtis, in pleriſque locis, apparet &c.* Quæ *Radulphus de Columna*, de *Translatione Imperii*, in vita *Caroli Magni*, ibid. p. 165, (al. 293.) ad verbum, repetit; quanquam, cum grano ſalis accipienda, quæ, de *Apoſtolica Sede ordinanda* heic dicuntur, cum, ex præc. Tit. IV, §. 5, lit. a, v. 36, p. 360, ſufficienter pateat, quid beneficii Princeps noſter *Leoni III*, exhibuerit. Ad individua procedit *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo Veterum Germaniæ Principum*, cap. 2, apud *Schardium* l. c. pag. 212: (al. 418.) *Deſtinavit Glorioſus Rex, Carolus, ad opus prædicationis Verbi Dei, Genti Saxonum & Friſonum, plures Epiſcopos, inter quos S. Vilebaldus, Bremenſis; S. Hildegernus, Alberſtadenſis, primus Catalanenſis Epiſcopus; S. Linderus, Frater Hildegerni prædicti, Mumdegardenordenſis; & S. Willebrordus, Trajectenſis, Eccleſiarum, primi Epiſcopi, tam ſanctitate vitæ, quam miraculorum teſtimonio, inſignes habentur &c.* De quibus, ſcil. *Willehado* (non Vilebaldo) *Bremenſi*, præced. §. 12, lit. d, p. 1166, *Hildigrimo* (non Hildegerno) *Halberſtadenſi*, præced. §. 13, lit. o, p. 1197; *Ludgero* (non Lindero) *Mimigardevordenſi*, hodiè, *Monaſterienſi*, l. c. lit. s, p. 1204; & *Willebrordo*, *Ultrajectino*, l. c. lit. w, pag. 1210, abundè dictum. Addas Exempla alia:

De *Arnone*, *Salisburgenſi*, an. 786, vid. *Hundius*, T. 1. *Metropol. Salisburg.* p. 3.

De *Mengingando, Herbipolenſi;* Vid. *Baronius* Tom. IX. *Annal.* ad an. 791, p. 417.

De *Sigwino*, an. 775, *Ottone*, an. 801, & *Freidone* an. 80, *Spirenſibus*, conſtitutis, Vid. *Lehmannus*, lib. 3. *Chron. Spir.* cap. 34, p. 251.

De *Sintperto, Auguſtano*, Vid. *Theodorus*, *Campidunenſis* Abbas, in vita S. *Magni*, ſeu *Magnoaldi*, Confeſſoris, cap. 31, apud *Caniſium*, Tom. 5 *Antiq. Lect.* & *Surium*, 6. Sept. p. m. 81, verb: *Conſtituit autem* (Carolus) *Epiſcopum, Sintpertum nomine, in ipſa Civitate &c.* (Auguſtenſi) - - - - *ſuſceptumque Epiſcopatum Sintpertus profectus eſt ad Auguſtam Vindelicum, & per annos triginta ferè, rexit ipſe Eccleſiam, conſtruens Baſilicam S. Afræ &c.*

De *Hathumaro, Paderbornenſi*, an. 795, Eccleſiæ huic prælato, Vid. *Ido Paderbornenſis*, Presbyter, de *Translatione* S. *Liborii*, cap. 5, apud *Surium*, 23 Julii, pag. 282; præced. §. 13, lit. k, p. 1191.

De *Wibone, Oſnabrugenſi*, Vid. præced. §. 13, lit. n, p. 1209.

De *Wulfario, Rhemenſi*, Vid. *Flodoardus*, lib. 2, cap. 18; *Lambecius* lib. 2 *Comment. Biblioth. Cæſar.* cap. 5. p. 337, in margine.

Decedente Aaron (Autiſſiodorenſium) *Pontifice, Jeremias, Senonenſis Archi-Epiſcopus, juſſu Caroli Imperatoris, Autiſſiodorum veniens, in Eccleſia* S. *Germani, Cleri & Populi collegit cœtum, ibi, generali conſenſu accedente, hic idem Angelelmus, ab omnibus electus eſt Epiſcopus, & ordinatus &c.* Ita *Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium*, cap. 35, in vita *Angelelmi*, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.* p. 432.

De Helmerio, Abbate Laurishamenſi; Vid. *Chronicon Laurishamenſe*, ad an. 779, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. German.* p. 61.

De Richbodo, ejusdem Eccleſiæ *Abbate;* Vid. ibid. ad an. 785, p. 62.

De *Waltone*, Abbate *S. Galli*, vid. *Ratpertus*, Monachus S. *Galli*, de *Caſibus* S. *Galli*, cap. 4, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Rer. Alamann.* Part. 1, p. 3.

De *Aarone*, Abbate *S. Mariani*, Vid. laudata *Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium*, in vita *Aaronis*, cap. 34, apud *Labbeum* l. c. pag. 431. Plura alia, ut mittam.

(*b*) ET EJUS POSTERI &c. Quos ordine, quo ſe invicem ſecuti ſunt, conſiderabimus.

LUDOVICUS PIUS.

Principem hunc Juri ſuo, quoad conſtituendos Romanos, Præſules, *Paſchali I* Pontifici, ceſſiſſe, ex *donationis* Inſtrumento, quo *Romanam Civitatem, cum Ducatu ejus, & ſuburbanis, & viculis omnibus, & territoriis montanis, maritimis littoribus, portubus, cunctisque Civitatibus, Caſtellis, Oppidis, ac Villis in Tuſciæ partibus*, in Romanam Sedem tranſtuliſſe fertur, apud *Gratianum*, Diſt. 63, cap. 30, in quo, ut jam præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 54, ſub *Lothario I*, memini, & hæc extant: *Liceat Romanis, cum omni veneratione & ſine qualibet perturbatione, honorificam ſuo Pontifici exhibere ſepulturam; & cum, quem, Divina inſpiratione, & B. Petri interceſſione, omnes Romani, uno conſilio, atque concordia, ſine qualibet promiſſione, ad Pontificatus ordinem elegerint, ſine aliqua ambiguitate, vel contradictione, more Canonico, conſecrare, &, dum conſecratus fuerit, Legati ad Nos, vel ad Noſtros Succeſſores, Reges Francorum, dirigantur, qui, inter Nos & illum, amicitiam, & charitatem, ac pacem ſocient &c.* &, quoad reliquos Præſules, ex ead. Diſt. 63, cap. 34, *Sacrorum Canonum &c.* verb: *Aſſenſum Ordini Eccleſiaſtico præbuimus, ut ſcilicet Epiſcopi, per Electionem Cleri & Populi, ſecundum ſtatuta Canonum, de propria Diœceſi, remota perſonarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & ſapientiæ donum, eligantur, ut exemplo, & verbis, ſibi ſubjectis usquequaque prodeſſe valeant &c.* docent: *Marſilius Patavinus*, de *Translatione Imperii*, cap. VIII, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, p. m. 159, (al. 233) *Radulphus de Columna*, de *Translatione Imperii*, ibid. p. m. 165, (al. 293) *Ludolphus de Babenberg*, de *Zelo Germania Veterum Principum*, cap. VIII, ibid. pag. 220, (al. 435) *Gobelinus Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, cap. 45, apud *Meibomium* T. 1 *Rer. German.* p. 244; *Platina*, in vita *Paſchalis I*, p. m. 113; Recentiores. Quid autem, in genere, ad dictam Donationem reſpondendum ſit, ibidem, pag. 54 & 55, nec non, præced. Tit. IV, §. 5, lit. f, p. 369 & 370, jam commemoravi. In ſpecie, præfatis verbis contrariari puto:

(1) Poteſtatem, qua Imperatores, ad *Ludovicum* 2 usque, *Romæ* ſunt gaviſi, quamque *Eutropius*, Presbyter Longobardus, circa annum 900 florens, Tract. *de Juribus ac Privilegiis Imperatorum, in Imperio Romano, apud Goldaſtum*, Tom. 1 *Monarchiæ*, pag. 9, hiſce delineat: *Accipiente autem Carolo hoc* (Magno) *Regnum, profectus eſt Romam, deditque ibi donaria multa, quæ usque hodie Romanum tenet dominium, de Regni hujus confinibus: fecitque Pactum cum Romanis, eorumque Pontifice, & de ORDINATIONE PONTIFICIS, ut intereſſet quis Legatus, & ut contentioſas lites ipſe deliberaret. Conſtituebant autem annalia dona, in Papæ Palatium perducenda, auri libras decem, argenti centum, pallia optima decem, exceptis privatis donis. Et quando Imperator adveniebat Romam, vel ſuus Legatus, mittebantur Judices à Palatio, ſingulis*

annis,

Digitized by Google

annis, qui, per cuncta Romanorum confinia, legalia vendicabant Placita: compellentes habitatores locorum illorum venire ad Placitum, judicantibus eorum Judicibus rectam Legem, in præſentia Imperialium Judicum; & ſi alterius Gentis invenirentur habitatores, Regali Judicio judicabantur. Erant denique Monaſteria in Sabinis, Domini Salvatoris, & S. Dei Genitricis, Mariæ, nec non & Monaſterium B. Andreæ Apoſtoli, juxta montem Soractis, ſeu cætera Fiſcalia Patrimonia intra Romanos fines, ad uſum Imperialem. Non ſolum autem in Italico Regno, verum etiam in Francia, proficiſcebantur Monachi, ferentes vectigalia, vina, & alia donaria, juxta virium poſſe. Igitur Romanis in ſua ſecuritate gloriantibus, levatum eſt cor illorum, juxta illorum conſuetudinem, volueruntque Imperialem poteſtatem vendicare ſibi. Reſiſtente autem Leone Papa, comprehenderunt eum, volueruntque ejus eruere oculos. Eruerunt autem unum, & alterum non potuerunt, quia liberavit eum divina miſeratio, & ejectus eſt ab illis extra Urbem, quaſi perditis ambobus luminibus. Qui, fugiens in Franciam, pervenit ad Carolum. Unde accidit, eundem Carolum venire, pro vindicta Apoſtolici, comprehendensque Romanos, de majoribus eorum, uno die, in Campo Lateranenſi, fecit trecentos decollari. Propterea inventum eſt: ut Omnes Majores Romæ eſſent Imperiales Homines, tam Epiſcopi, quam Laici, & omne vulgus, pariter cum his, facerent fidelitatem Imperatori; &, ut ſuus Miſſus, omni tempore moraretur Romæ, ad deliberandas litigioſas contentiones. Morabatur quippe in Palatio S. Petri; & erat conſtitutum, quanta & qualia ſtipendia de Palatio ei darentur quotidie. Quod autem reliquum erat, de ſupradictis Monaſteriis, vel Patrimoniis, deſcrebantur affluenter. Tanta nempe Imperialis virtus ibi vigebat, ut, ſi, in Legali Judicio, Minoris, vel inſcii, cauſa poſtponeretur, & ille, alicujus conſilio, pedes teneret Legati Imperatoris, petens ab eo juſtam Legem: & Miſſus adjuraret Principes Romanorum, dicens: per eam Fidem, quam Domino Imperatori debetis, facite huic Homini juſtam Legem; nemo erat auſus declinare, neque ad dextram, neque ad ſiniſtram, etiamſi à propinquis Pontificis illata eſſet injuria - - - - Si enim aliquis iram incurrebat Imperatoris Epiſcopus, aut Judex Romanus, & Placitum eſſet Cæſari Venire Romam, veniebat: ſin autem, mittebatur Dux Spoletanus, comprehendebatur offenſor, & ducebatur in exilium; domus vero illius ſignabatur annullo Regis, usque ad ejus conſultum, ut, ſi quando reverteretur ad gratiam, haberet propria ſalva: ſin alias, per Imperialia præcepta diſtribuebatur militibus. Quod ſi ad Judicis poteſtatem rejiciebatur quisquam, & Cæſaris adhæreret Clementiæ, mittebatur, pro tali negotio, Legatus ab Imperatore, qui diligenter examinaret rei veritatem, & ſi ejectus propriam haberet culpam, ſuſtineret injuriam. Hac conſuetudine uſi ſunt Romani, usque ad Ludovicum, Magnum Imperatorem, Lotharii Filium. Hic, quia magis Italiam habitare elegit, vicinior factus eſt Romæ, ubi & ampliore quadam uſus eſt poteſtate, habens ſtrenuos Viros ejus Urbis, ſcientes antiquam Imperatorum conſuetudinem, & intimantes Cæſari, qui ſuggerebant illi repetere antiquam Imperatorum dominationem &c. Unde, quæſo, tanta Imperatoribus *Romæ* poteſtas, ſi vera *Ludovici* donatio?

(2) Electiones Pontificum Romanorum, v. g.

PASCHALIS I, de qua, *Platina*, in ipſius vita p. m. 113: *Paſchalis - - - nulla interpoſita Imperatoris auctoritate, Pontifex creatur: hanc ob rem, ubi Pontificatum iniit, ſtatim Legatos ad Ludovicum miſit, qui ejus rei culpam omnem in Clerum & Populum rejicerent, quod ab his vi coactus eſſet Pontificium munus obire. Accepta hac ſatisfactione, Ludovicus reſpondit Populo & Clero: Majorum inſtituta & pacta ſervanda eſſe, caverent, ne deinceps Majeſtatem læderent &c.* Unde autem hæc *Platina?* audiamus Auctorem *Vitæ Ludovici Pii*, ad an. 817, apud *Pithœum*, pag. 367: *Paſchalis, pro eo* (Stephano) *Cathedram Romani Pontificatus ſubiit, qui, poſt expletam conſecrationem ſolemnem, Legatos, cum epiſtola Apologetica, & maximis muneribus, Imperatori miſit, inſinuans: non ſe ambitione, nec voluntate, ſed electione, & Populi acclamatione, huic ſuccubuiſſe potius, quam inſiluiſſe, dignitati. Hujus Legationis bajulus fuit Theodorus Nomenclator, qui, negotio peracto, & petitis impetratis, ſuper Confirmatione ſcilicet Pacti, & amicitiæ, more Prædeceſſorum ſuorum, reverſus eſt &c.* Sic & *Adelmus* Benedictinus, *Annal. Franc.* an. eod. apud *Freherum* T. 2 *Rer. Franc.* p. 418; & *Annales Reiberiani*, ad an 816, p. 42; & *Fuldenſes*, an. eod. apud *Freherum* T. I *Rer. German.* p. 13, quamvis paulò obſcuriori ſtylo, quem & in *Annalibus Pithœanis*, an. eod. p. 25, offendis. Hic eſt ille Pontifex, qui, juramento ſolenni *Lothario*, Auguſto, à Patre, *Ludovico, ad faciendas juſtitias*, in Italiam miſſo, an. 823, ſe purgare tenebatur, cædis *Theodori*, Romanæ Eccleſiæ Primicerii, & *Leonis* Nomenclatoris, Generi ejus, in Lateranenſi Patriarchio, ad enſem damnatorum, ſe non conſcium. Qua de re plura, *Annales Reuberiani* h. a. pag. 48; *Adelmus*, an. eod. pag. 424 & 425; *Theganus* de *Geſtis Ludovici Pii*, apud *Pithœum*, pag. 309; Auctor *Vitæ ejusdem Cæſaris* ibid. pag. 380.

EUGENII II, an. 824, quo, ceu præced. lit. a, ex *Anaſtaſio*, adduxi, *à Romanis cunctis*, defuncto *Paſchali*

ſurrogato, reque, à *Quirino* Subdiacono, ad Imperatorem delata, Ille *Lotharium filium, Imperii ſocium, Romam mittere decrevit, ut, vice ſua functus, ea, quæ rerum neceſſitas flagitare videbatur, cum novo Pontifice, atque Romano Populo, ſtatueret ac firmaret - - - - Lotharius verò, juxta Patris præceptum, Romam profectus, ab Eugenio Pontifice, honorifice ſuſcipitur. Cui cum injuncta ſibi patefaceret, ſtatum Populi Romani jam dudum, quorundam Præſulum perverſitate depravatum, memorati Pontificis benevola aſſenſione, ita correxit, ut omnes, qui, rerum ſuarum direptione, graviter fuerant deſolati, de reſtitutione bonorum ſuorum, quæ, per illius adventum, Deo donante, provenerat, magnifice eſſent conſolati &c.* Hæc *Annales Reuberiani*, ad h. a. pag. 49 & 50; &, ad verbum ferè, *Adelmus*, an. eod. p. 426 & 427; Conf. Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, an. eod. apud *Pithœum*, p. 382; commemorans ſimul, de quo, inter Principem hunc & Pontificem, convenerit, verb: *Ideoque, reddendo quæ injuſtè erant ſublata, Lotharius magnam Populo Romano creavit lætitiam. Statutum etiam, juxta antiquum morem, ut ex latere Imperatoris mitterentur, qui, judiciariam exercentes poteſtatem, juſtitiam omni Populo facerent, & tempore, quo viſum foret Imperatori, æqua lance penderent. Quæ quum rediens filius Patri retuliſſet, tanquam amator æquitatis, & cultor veritatis, magno gaudio perfuſus eſt &c.* Quibus jungenda *Juramenti* formula, *Clero Populoque Romano*, præſcripta, referente *Paulo Warnefrido*, coævo, ad an. 825, præced. T. 2, §. 8, lit. a, pag. 55; quam *Schilterus* quoque, de *libertate Eccleſiarum German.* lib. 2, cap. 12, §. 4, p. 232; &, ex Tom. I *Capitular.* pag. 647, Dn. *Werlhof*, cap. 2, *Juris Publici enucleati* §. 8, pag. 32, aliique, ſubminiſtrant.

GREGORII IV, an. 827, in locum VALENTINI, quadrageſimo Pontificatus die, extincti, conſtituti, de quo, Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, ad h. a. apud *Pithœum*, p. 387: *Loco illius* (Valentini) *Gregorius, Presbyter Tit. S. Marci, electus eſt, dilata conſecratione ejus, usque ad Conſultum Imperatoris. Quo annuente, & electionem Cleri & Populi probante, Ordinatus eſt in loco prioris &c.* Ejusdem memor *Adelmus* l. c. an. eod. p. 430, inquit: *Non prius ordinatus eſt, quam Legatus Imperatoris Romam venit, & electionem Populi, qualis eſſet? examinavit &c.* Quæ *Annales Reuberiani*, an. eod. p. 52, repetunt. Conf. *Conradus Urſpergenſ.* an. eod. p. m. 140; *Platina*, in *vita Gregorii IV*, p. m. 116, cujus verba præced. T. 2, §. 8, lit. a, p. 56, recitavi; *Raphael Volaterranus*, lib. XXII, p. m. 503; (al. 22) *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 28, p. 708; Aliique, quorum ſupra l. c. memini.

(3) Electiones aliorum Epiſcoporum Ejusdem auſpiciis promotorum, v. g.

Drogonis, Ipſius fratris, quem an. 823, (ceu præced. Tit. V, §. 11, in vita *Caroli Magni*, v. 5. p. 442, ex Auctore *Vitæ Ejus*, apud *Pithœum*, p. 380, probavi,) *Metenſi* Eccleſiæ præfecit; Conf. *Adelmus*, an. eod. apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Franc.* p. 424; *Theganus*, apud *Pithœum*, p. 308; *Ademarus*, in Chronico *S. Eparchii Engoliſmenſis*, an. eod. apud *Labbeum*, Tom. 2 *Bibliotheca MS.* p. 159; *Annales Francorum Reuberiani*, an. eod. pag. 48; *Sigebertus Gemblac.* an. eod. *Conradus Urſpergenſ.* pag. 140. Recentiores alii.

Ebbonis, Rhemenſis; teſte *Thegano*, ad an. 833, p. 313, qui, memor petulantiæ, qua *Lotharius* Imperatorem Patrem, & Epiſcopi Dominum, *Compendii*, habebant, *Ebboni* facinus hiſce exprobrat: *O qualem remunerationem* reddidiſti Ei. (Imperatori) *Fecit te liberum, non Nobilem, quod impoſſibile eſt, poſt libertatem: Veſtivit te purpura & Pallio, & tu Eum induiſti cilicio. Ille pertraxit te immeritum ad culmen Pontificale; tu Eum falſo judicio voluiſti expellere à ſolio Patrum ſuorum &c.*

Ansgarii, Hamburgenſis; De quo præced. §. 12, lit. d, p. 1166.

Heribaldi, Autiſſiodorenſis; Teſte *Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium*, cap. 36, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.* p. 432.

Friderici, Trajectenſis; Vid. *Vita S. Friderici Ultrajectenſis*, cap. IV, V & VI, apud *Surium*, 18 *Julii*, p. m. 216.

Ludovicus Rex, Caroli Magni filius, - - - Ricfridi obitu comperto, per Legatos ſuos mandavit Trajectenſis Eccleſiæ Senioribus, ut Fridericum ſibi Epiſcopum deligerent, & electum, cum ſummo honore, ad Ipſius Palatium adducerent: Neſciens, jam omnes Trajectenſes id ante decreviſſe. - - - poſtquam eum conſpicatus eſt - - - cunctis Aulæ Proceribus accitis, Rex Trajectenſes percontatur: Quem velint habere Antiſtitem? polliceturque, ſe illum ipſis daturum quem cuperent. Reſponderunt omnes, uno ore: Nos hodie profectò nullum eligemus alium niſi hunc, qui adeſt, Dominum Fridericum; eum enim novimus, quippe à puero apud nos verſatum, &, quæ Deo ſunt grata, hactenus ſectatum. His dictis, Rex præcepit B. Viro, ut, veſte Sacerdotali indutus, ordinandus accederet. - - - At Vir Dei, lachrymabundus ſurrexit, Regemque pronus adorans: Precor, inquit, Domine mi Rex, ne iſtis aſſentias in eo, quod poſtulant; ſed eligant, TE JUBENTE, Sanctiorem aliquem. - - - Hæc illi prolixè proſequenti, Rex, per nomen Chriſti adjurato, Pedum tradidit, &, co-

ram

ram Se, Epiſcopum eum ordinari praecepit &c. Conf. *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 55.

Aldrici, Cenomannenſis; Vid. *Geſta Aldrici*, à *Baluzio* vulgata lib. 3, *Miſcellan.* p. 142 & 143; unde ſua Dn. *Tenzelius*, *in Vindiciis Cenſurae Conringianae, Diplomatis Lindavienſis*, cap. VIII, §. 12, p. 188.

Gunthalii, ſeu *Gunthárii, Hildesheimenſis;* Vid. praeced. §. 13, lit. i, pag. 1190.

Benedicti, Spirenſis; Vid. *Lehmannus, Chron. Spir.* lib. 3, cap. 37, pag. 253.

Adalhardi, Corbejenſis Abbatis; Vid. *Adelmus* l. c. ad an. 821, p. 422.

Bernwici, Abbatis S. Galli; Vid. *Ratpertus*, de *Caſibus S. Galli*, cap. 7, apud *Goldaſtum*, Tom. 1. *Rer. Aleman.* part. 1. pag. 5.

(4) Privilegia *eligendi Abbatis, ex gremio*, quibus *Monachis S. Germani*, an. 835, proſpexit, teſte diplomate, apud *Mabillonium, de Geſtis Sanctorum, Benedictini Ordinis, Seculi IV*, part. 2, p. 576; & *Tenzelium* l. c. Append. 1, §. XI, p. 28 &c. Ut & *Anianenſibus*, an. 837, apud. *Mabillon.* l. c. part. 1, pag. 223; & *Tentzel* loc. cit. §. XIV, pag. 33; & *Malaſtenſibus*, ſeu *Montis Olivi*, *Dioeceſis Carcaſſonenſis*, an. 815, apud *Baluzium*, *Append. Capitularium Francicorum* §. 28; & *Tentzelium* l. c. Append. 2, §. 2, p. 47; & *Balneolenſibus*, in Catalonia, Gerundenſis Dioeceſis, anno 823; apud *Baluzium* l. c. §. 41, & *Tentzelium* l. c. §. 7, p. 53; & *S. Hilarianis*, in Septimania, Carcaſſonenſis Dioeceſis, apud *Baluzium* l. c. §. 29, & *Tentzelium* l. c. §. 17, pag. 66; & *Corbejenſibus*, Vid. ex Auctore *Translationis S. Viti*, Dn. *Tentzelius* l. c. cap. VIII, §. 3. p. 156. &c. &c.

(5) Teſtimonia Virorum, partim omni exceptione majorum, partim valde celebrium, veluti: *Caroli Calvi*, adhuc Regis Galliae, cujus verba praeced. §. 20, lit. a, p. 1242, habentur: *Walthrami Naumburgenſis*, de *Inveſtitura Epiſcoporum, per Imperatores facienda*, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, p. 72. (al. 712.) *Alii Reges, & Imperatores, Succeſſores Caroli Magni, defenſionem Romanae Eccleſiae, & aliarum Eccleſiarum, timore Dei, & charitate S. Petri, devote proſecuti ſunt, inveſtituras Epiſcoporum facientes, eorum conſecrationibus, vel per ſe, vel per Nuncios ſuos, aſſiſtentes &c.* ut & *Lupoldi de Babenberg*, cujus teſtimonium evolve praeced. §. 19. lit. d, p. 1341. *Alberti Crantzii*, lib. 1. *Metropol.* cap. 30, & lib. 2, cap. 21; *Ludovici* (Johannis) *Servini*, in *Vindiciis Libertatis Eccleſiae Gallicanae, ſub Henrico IV*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3, *Monarchia*, p. 261; aliorumque ſexcentorum.

LOTHARIUS I, Imperator.

Quomodo ſe geſſerit, reſpectu *Pontificum Romanorum*, videamus: Mortuo *Gregorio IV*, SERGIUM II, an. 844, Cathedram Romanam, ex electione Cleri Populique Romani, conſcendiſſe, praeced. lit. a. *Anaſtaſii* verbis, indicavi. Sed ecce, quid de Electione hac, Acta Comitiorum Romanorum an. 844, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Conſtit. Imperial.* p. 269 & 270: *Cum Papa Sergius 2, inconſulto Imperatore, electus & conſecratus, fuiſſet, & peſſimè ſuum Pontificatum adminiſtraret, & ad defectionem, ac rebellionem quandam, ab Imperio, ſpectare videretur, Invictiſſimus Imperator Lotharius Auguſtus, Excellentiſſimum Ludovicum, Regem, Filium ſuum, cum Drogone, Metenſis Eccleſiae Archi-Epiſcopo magnoque Exercitu Francorum, Romam direxit, ut Papam & Romanos, ad obedientiam Imperii, retraherent, &, de aliis quoque delatis criminibus, eum redarguerunt. Cum quibus etiam Archi-Epiſcopos, pluresque Epiſcopos, Abbates & Comites proficiſci praecepit. Ipſi vero, vi & armis, omnia occupantes, Papam & Romanos perterrisos coëgerunt ſe Romam intromittere. Ubi, habito Epiſcoporum & Optimatum Conventu, per dies ſingulos ſummi certaminis, de obedientia & ſuperioritate, quod ſcilicet Papa ſit, modis omnibus, Caeſari ſubjectus; nec, ſine Ejus nutu, conſecrari, multo minus regnare debeat; cum Sanctiſſimo Praeſule, omnibusque Epiſcopis & Optimatibus Noſtris, atque Proceribus, ipſe Drogo, Archi-Epiſcopus Metenſis Eccleſiae, commovebat, tam ipſe, quam omnes Archi Epiſcopi, & Epiſcopi, qui cum eo, contra Univerſalem Epiſcopum, & Caput cunctarum Eccleſiarum, Domini, ſive Metropolitani, conceſſione atque vocatione, convenerant. It ſunt;* (jam ſequuntur nomina Epiſcoporum & Procerum) *Illis igitur peractis, à praedicto poſtulaverunt Pontifice, Ut omnes Primates Romani Fidelitatem Ipſi Ludovico Regi, per Sacramentum, promitterent. Quod Prudentiſſimus Praeſul fieri nequaquam conceſſit, ſed ſic orſus eſt illis; Quia, ſi* (fortè: *ſic*) *vultis, Domino Lothario, Magno Imperatori hoc ſacramentum ut faciant ſolum modò, conſenſio, atque permitto; nam Ludovico, Ejus Filio, ut hoc peragatur, nec ego, nec omnis Nobilitas Romanorum, conſentit. Tunc demum in eadem Eccleſia ſedentes pariter, tam Beatiſſimus Pontifex, quam Magnanimus Rex, & omnes Archi-Epiſcopi at-*

que

que Epiſcopi, ſtantibus reliquis Sacerdotibus, & Romanorum ac Francorum optimatibus, Fidelitatem Lothario, Magno Imperatori Semper Auguſto, promiſerunt &c. Conf. alios præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 57, hoc titulo adductos. Conſidera, quæſo! annon Pontifex ad Ludovici Pii, vix ante aliquot annos defuncti, tabulas fuiſſet provocaturus, unquam ſi extitiſſent?

LEONE IV, An. 847, ad plures abeunti Sergio 2, ſurrogato, ut præced. lit. a, vidimus, Romani cœperunt iterum non mediocriter contriſtari, eò quod, ſine Imperiali, non audebant, auctoritate, futurum conſecrare Pontificem, periculumque Romanæ Urbis maximè metuebant, ne iterum, ut olim, aliis ab hoſtibus fuiſſet obſeſſa. Hoc timore, & futuro caſu, perterriti, eum, ſine permiſſu Principis, Præſulem conſecraverunt &c. Sunt Verba Anaſtaſii Bibliothecarii, in ipſius vita, pag. 258. Centuriatores Magdeburgenſes Centur. IX, cap. X, p. 498, ajunt: A Clero & Populo eligitur, (Leo IV) &, inſcio Imperatore, conſecratur Pontifex, interpoſita tamen proteſtatione, de ſalvo Ejus Jure, an. 847.

BENEDICTUS III, cum an. 855, in ſchiſmate, cum Anaſtaſio Presbytero, eligeretur, Clerus & cuncti Proceres, Decretum componentes, propriis manibus roboraverunt, &c. conſuetudo priſca ut poſcit, Invictiſſimis Lothario, ac Ludovico, deſtinaverunt Auguſtis. Ipſum autem qui deducebant Legati decretum, fuerunt hi: Nicolaus videlicet, Anagninæ Antiſtes Eccleſiæ, & Mercurius, Magiſter Militum, Arſenio, Eugubino Epiſcopo (Romam tendenti Legato Cæſareo) obviantes, ad invicem confabulari cœperunt; qui callidis eos ſermonibus liniens, corda eorum mollire cœpit; Beatique fidelitatem jam fati declinaverunt Electi, cum quibus etiam conſilium ſtuduit confirmare, ut depoſitum, anathematizatumque Anaſtaſium, quod divina nullatenus permittebat Clementia, Pontificatus, infula perornarent. Euntes itaque Hlodowico Decretum Benigniſſimo Cæſari dantes, dupliciter, quam mentibus gerebant, intentione, Romam reverſi ſunt, adventumque Miſſorum nunciantes Imperialium. epiſtolas eidem inſigni obtulerunt Electo, quibus Auguſti continebantur reſponſa &c. Hæc Anaſtaſius in vita Benedicti III, p. m. 295, latè ſequentibus deſcribens, quibus artibus, tam ſupra dicti Romanorum Legati, quam & Miſſi Cæſarei, Anaſtaſium, in Sedem collocare ſtuduerint. Saniori autem Parte Benedicti cauſam animoſius perorante, convocata Synodo, tandem Miſſi Venerabilibus dixerunt Epiſcopis: Accipite Veſtrum Electum, &, in quam vultis, Baſilicam eum deducite; & modo Anaſtaſium, quem depoſitum dicitis, ab hoc Patriarchio ejicimus - - - Illicò, prædictus Anaſtaſius, magna cum turpitudine, de Patriarchio ejectus, atque expulſus eſt &c. Hæc rurſus Anaſtaſius l. c. pag. 299, de Benedicto, pag. 300, pergens: Dominico die, diluculo, in Baſilicam B. Petri Apoſtoli, ab Epiſcopis, Clero, Proceribus, deductus eſt, &, in conſpectu omnium, Imperialibus Miſſis cernentibus, in Apoſtolica Sede, ut mos eſt, & antiqua Traditio dictat, conſecratus, ordinatusque eſt Pontifex &c. Conf. Sigebertus Gemblacenſis, ad an. 854: Benedictus Romanæ Eccleſiæ Centeſimus ſecundus præſidet. Hoc, conſpiratione malignorum, depoſito, Anaſtaſius Præſulatum invadit, ſed, Anaſtaſio, à Legatis Imperatoris Lotharii, dejecto, & in carcerem truſo, Benedictus honorifice relocatur &c. Et Albericus, Monachus trium fontium, ad an. 853, p. m. 184; & Platina, in vita Benedicti III, p. m. 123, non malè ſcribens: Hominem Sanctiſſimum (Benedictum) de more adorarunt; idem fecere & Ludovici Imperatoris Legati, ad confirmandam Cleri ac Populi electionem, Romam miſſi &c. Pater enim Lotharius, interea mortales depoſuerat exuvias, vel Adone Vienuenſi teſte, ad an. 865: Quo (Leone IV) obeunte, Benedictus, in Sede Apoſtolica ſubſtituitur; jam tamen defuncto Lothario Imperatore &c.

Quoad reliquos Epiſcopos conſtituendos, faciunt in Principis noſtri favorem, præfati Leonis IV P. R. literæ, ad Eum, Ejusque fratrem, Ludovicum Germanicum, apud Gratianum, Diſt. 63, cap. 16: Reatina Eccleſia, quæ, per tot temporum ſpatia, Paſtoralibus curis deſtituta conſiſtit, dignum eſt, ut brachio Amplitudinis Veſtræ ſublevetur, ac gubernationis regimine protegatur. Unde, ſalutationis alloquio præmiſſo, Veſtram Manſuetudinem deprecamur, quatenus Colono, humili Diacono, eandem Eccleſiam, ad regendum, concedere dignemini, ut, Veſtra licentia accepta, ibidem eum, Deo adjuvante, conſecrare valeamus Epiſcopum. Sin autem in prædicta Eccleſia nolueritis, ut præficiatur Epiſcopus, Tuſculanam Eccleſiam, quæ viduata exiſtit, illi Veſtra Serenitas dignetur concedere, ut, conſecratus à Noſtro Præſulatu, Deo Omnipotenti, Veſtroque Imperio, grates peragere valeat &c. Hinc Patres Synodi Valentinæ in Gallia, an. 855, notante Baronio Tom. X, ad h. a. pag. 114, celebratæ, Can. VII, decreverunt: Si quando alicujus Civitatis Epiſcopus, Vocatione Domini, deceſſerit, à Glorioſiſſimo Principe, (Lothario) Supplicando poſtuletur, ut Canonicam Electionem Clero & Populo ipſius Civitatis permittere dignetur &c.

LUDO.

Digitized by Google

LUDOVICUS GERMANICUS I.

Cujus gratia,

Hrabanus, ex Abbate *Fuldenſi*, *Moguntinus* Præſul evaſit, an. 847; Vid. *Annales Pithœani* h. a. p. 42; *Annales Fuldenſes*, an. eod. apud *Freherum*, p. 20; *Hermannus Contractus* an. eod. apud *Urſtiſium*, pag. 305; *Lambertus Aſchaffenburg.* an. eod. p. 154; *Marianus Scotus*, an. eod. p. 442; *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 138: *Baronius*, Tom. X. *Annal.* an. eod. §. 45, p. m. 53; *Tenzelius*, *in Vindiciis Cenſuræ Conringanæ Diplomatis Lindavienſis*, cap. VII, §. 10, p. 146.

Carolus, *eandem Sedem*, ab obitu *Hrabani*, Archi-Epiſcopi, conſecutus eſt. Vid. *Annales Fuldenſes*, ad an. 856, p. 24; *Pithœani*, an. eod. 52; &c. *Servinus*, *in Vindiciis Libertatis Eccleſiæ Gallicanæ*, *ſub Henrico IV*, apud *Goldaſtum* Tom. 3. *Monarchiæ*, pag. 261, malè promotionem hanc *Ludovico Pio* vindicat.

Willibertus, in locum *Guntharii*, *Colonienſis*, Archi-Epiſcopus ordinatur. Vid. *Annal. Pithœani*, an. 870, p. 77, & *Fuldenſes* an. eod. p. 33. *Regino*, ad an. 869; *Servinus* l. c. obſcurè hæc profert, omittendo *Williberti* nomen.

Remberto credita *Hamburgo-Bremenſis Eccleſia*, an. 865, teſte Auctore Vitæ ejus, cap. 9, apud *Surium*, 4. Febr. p. 45: *Eodem ipſo die, quo S. Anſcharius ſpiritum Domino reddidit, B. Rembertum concorditer omnes elegerunt. Porrò iſtum electum, ad Glorioſum tunc temporis Regem, Ludovicum, adduxerunt Viri Venerabiles, Theodoricus, Mindenſis Epiſcopus, & Adelgarius, Abbas Monaſterii Novæ Corbejæ ſuſceptusque honorifice à Rege, cum Pontificalis Baculi commendatione, Epiſcopatus eſt dominium adeptus - - - ad ordinandum eum, nempe S. Rembertum, Rex Ludovicus miſit ad Lintbertum, Archi-Epiſcopum Moguntinum, à quo, juſſu Ejus, ita eſt conſecratus, ut, non ſine Dei providentia, factum videatur, ut, ad Ejus conſecrationem, non unius, ſed duarum Eccleſiarum Metropolitanarum, convenirent Suffraganei, puta Lintvardus, Paderburnenſis Epiſcopus, Moguntini; & jam dictus Theodoricus, Mindenſis Epiſcopus, Colonienſis Archi-Epiſcopi Suffraganeus &c.* Nominat *Adamus Bremenſis*, Principem hunc, *Cæſarem*, inquiens, lib. 1, cap. 31, p. 27: *Obiit* (Anſcharius) *Anno Domini 865, Indict. 13, qui eſt Ludovici Secundi 26, ſepultusque eſt in Baſilica S. Petri, ante Altare S. Dei Genetricis, Mariæ. Eadem vero die, qua ipſe commendatus eſt, Rimbertus, Diaconus ejus, à Clero ſimul & Populo electus eſt &c.* & cap. 32, p. 28: *Mox, ut electus eſt, à Theodorico, Mindenſi Epiſcopo, & Adalgario, Corbienſi Abbate, juſſu Cæſaris, ductus eſt Moguntiam - - - - Pallium Pontificiale ſuſcepit à Papa, Nicolao; Ferulam Paſtoralem à Cæſare Luthevico &c.* Ita & *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. m. 93. *Wolterus*, *Chron. Bremenſ.* in vita *Remberti* apud *Meibomium* T. 2. *Rer. German.* p. 26; Auctor *Hiſtoriæ Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, in Ejusdem vita, apud *Lindenbrogium*, pag. m. 71. Rectius autem *Crantzius* lib. 2. *Metropol.* cap. 2, p. 41: *Pallium Pontificiale ſuſcepit Rembertus à Papa, Nicolao: Ferulam Paſtoralem, hoc eſt, Inveſtituram Feudalem, à Ludovico, Rege Germaniæ, quem nonnulli, temporum ignari, vocant Cæſarem &c.* Conf. *Conringius*, de *Republica*, Diſſ. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, *th.* 35, p. 383; & præced. §. 12, lit. d, pag. 1166.

Cum jam ſenio gravaretur S. Rimbertus, etiam continuus ei pedum dolor acceſſit, apud Glorioſiſſimos Reges, Luthewicum, & Filios ejus, hoc obtinuit, ut inſignis Vir, Adalgarius, Monachus videlicet Corbejæ, in adjutorium illi confirmaretur - - - impetravit etiam, ut ipſe illi in electione Succeſſor confirmaretur &c. Ita *Adamus* l. c. cap. 39. p. 33. Conf. *Albertus Stadenſis*, an. 887.

Geberhardus, *Spirenſi* Eccleſiæ præpoſitus eſt, an. 848, teſte *Lehmanno*, lib. 3. *Chron. Spir.* cap. 44, pag. 257.

Thioto, *Fuldenſis* Abbatis, *Hattonis*, locum obtinuit. Vid. *Annales Fuldenſes*, ad an. 856, pag. 24; & *Pithœani*, an. eod. p. 52.

Hartmotus, defuncto an. 872, *Grimaldo*, Abbati *S. Galli*, ſucceſſit. Vid. *Ratpertus*, *de Caſibus S. Galli*, cap. 10, apud *Goldaſtum* Tom. 1. *Rer. Alemann.* part. 1, p. 9.

LUDOVICUS 2 Imperator.

BENEDICTUM III, P. R. ab hoc Principe, fuiſſe confirmatum, ſub *Lothario I*, modò dictum eſt.

NICOLAUS I, Succeſſor Ejus, non niſi *præſente Imperatore* noſtro, conſecratus; Vid. *Anaſtaſius Bibliothecarius*, in ipſius vita, ad an. 858, p. 307: *Eo tempore* (quo Benedictus III obiit) *Invictiſſimus Roma Hludowicus Cæſar diſceſſerat. Qui, ejus cum tranſitum cognoviſſet, condolens, & concitus ad eam reverſus eſt, Romani quippe, tanto Paſtore amiſſo, mæſtiſſimo gemitu, lacrymas ſuffundebant. Cumque Clerus, Proceres, & Optimatum genus congregarentur, jejuniis & orationibus, atque vigiliis, inſiſtebant, inceſſabilique Dominum certamine obſecrabant, ut, qualem amiſerant, talem illis dignaretur oſtendere Virum, Pontificatus quem culmine ſublevarent. Hæc vero cum gererentur, in Baſilica B. Dionyſii*

Confeſſoris, atque Pontificis, cum univerſo Populo convenerunt. In qua per aliquod ſpatium confabulantes horarum, ſidereo accenſi fulgore, unanimes illum (Nicolaum I) *Apoſtolicæ Sedis Præſulem eſſe ſanxerunt, & celeri greſſu Principis Apoſtolorum Petri continuo Aulæ properaverunt, in qua confugiens latitabat --- poſtmodum verò à Nobiliſſimorum cœtibus, cunctoque etiam Populo, in Baſilicam B. Petri deductus Apoſtoli, præſente Cæſare conſecratus eſt, Apoſtolicaque ſublimatus in ſede, factus eſt Pontifex &c.* Recte hinc *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 857: *Nicolaus Romanæ Eccleſiæ centeſimus tertius præſidet, cujus ordinationem Ludovicus Imperator, ſua præſentia, roboravit &c.* Ita & *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 856, p. 187; *Vincentius Bellovacenſis*, part. 3. *Speculi Hiſtorialis*, lib. 24, c. 37, ad annum 2 *Ludovici* 2, Imp. quem an. 856, cœpiſſe tradit; *Platina*, in ipſius vita, pag 123 & 124; *Nauclerus* Vol. 2, Generat. 29, p. 713; *Albertus Crantzius*, lib. 2. *Metropol.* cap. 1, p. 40.

Quid in electione HADRIANI 2, an. 867, contigerit, diſcimus ex laudati *Anaſtaſii* continuatore, *Guilielmo*, itidem *Bibliothecario*, in ipſius vita, pag. 329: *Cum Apoſtolicæ memoriæ Sanctiſſimus Papa, Nicolaus, rebus exceſſiſſet humanis --- omnes Urbis Romanæ concives, ſimul & hi, quos extrinſecus tunc adeſſe contigerat, tam pauperes, quam divites, tam Clericalis Ordo, quam cunctum Populi vulgus, omnis ſcil. ætatis, profeſſionis & ſexus, contemptis omnibus excuſationibus, Hadrianum deſiderant, Hadrianum dari ſibi Præſulem ac Paſtorem exoptant &c.* & p. 330: *Collectis igitur omnibus, tam Epiſcopis, cum Univerſo Clero, quam Primoribus, cum obſecundantibus ſibi Populis, ab Eccleſia Sanctæ Dei Genetricis, ſemperque Virginis, Mariæ, quæ appellatur: Ad præſepe, rapitur, trahitur, & ad Lateranenſe Patriarchium certatim, ac à Procerum & Plebis multitudine, deportatur. Quod audientes tunc miſſi Principis moleſtè tulere, indignati ſcilicet, non quod tantum Virum nollent Pontificem, quem nimirum anxie cupiebant, ſed, quod ſe, dum præſentes eſſent, Quirites non invitaverint, nec optatæ à ſe futuri Præſulis electioni intereſſe conſenſerint. Qui, accepta ratione, quod non Auguſti cauſa contemptus, ſed futuri temporis hoc omiſſum fuerit omnino proſpectu, ne videlicet Legatos Principum, in electione Romanorum Præſulum, mos expectandi, per hujusmodi fomitem, inoleſceret; omnem ſuæ mentis indignationem, medullitus ſedavere, ac ſalutandum Electum etiam ipſi humiliter acceſſere . . . . Quorum omnium unanimitatis deſiderium audiens Hludowicus, Chriſtianiſſimus Imperator; cognoſcens etiam, qualiter in eo decretum, ſuis ſubſcriptionibus, roboraverunt, valdè gaviſus eſt; &, ut tantus Domini famulus, cunctiſque Gentibus, videlicet tam Romanis, quam diverſis advenis, deſideratus, & deſiderabilis Chriſtianæ Plebi præficeretur, medullitus exoptavit, & mox, Imperialem ſcribens Epiſtolam, cunctos Romanos, quod dignum tanto elegiſſent officio, Præſulem conlaudavit, per quam videlicet innotuit, nulli quippiam præmii fore, ex conſecratione ipſius, quoque modo pollicendum; cum Ipſe hanc, non ſuorum ſuggeſtione, ſed Romanorum potius unanimitate, commotus, ardentiſſimè cuperet provenire --- Itaque, ſabbato, peractis ritè orationibus, vigiliis & eleemoſynis, Dominico, ſecundum morem, idem Venerabilis Sacerdos . . . per Epiſcopos Reverendiſſimos --- benedictionem Summi Pontificatus --- ſuſcipere meruit, in nomine Domini &c.* Nota: Conſecrationem non proceſſiſſe, priusquam Imperator in Electum conſentiret. Conf. *Gratianus*, Diſt. 63. cap. 29, *cum Hadrianus 2 &c. Platina*, in ipſius vita, p. m. 125; *Albertus Crantzius*, lib. V. *Metropol.* cap. 1, p. 115; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 29, p. m. 715.

CAROLUS CALVUS, Imperator.

Quamvis Princeps hic, modò ut *Carolomannum*, Nepotem ex fratre, *Ludovico Germanico* in appetenda Imperiali corona, expungeret, eamque ipſemet conſequeretur, multa, in detrimentum Cæſareæ Majeſtatis, *Romæ* peregerit, quorum præced. Tit. V, §. 11, in ipſius vita, v. 4 ad an. 875, p. 46, memini; jura tamen Regia, in conſtituendis Epiſcopis, nunquam neglexit. Documento ſunt:

Wenilo, Senonenſis Archi-Epiſcopus; Vid. *Libellus Proclamatorius*, quem Princeps noſter, tunc adhuc Rex Galliæ, an. 859, contra hunc Præſulem, ad *Ludovicum Germanicum* deficientem, in Generali Concilio Tullenſi, protulit, apud *Pithœum*, de *Scriptoribus Rer. Franc.* cap. I, p. 491, & *Baronium*, Tom. X Annal. ad h. a. pag. 167 &c: *Quia ex conſuetudine olitana, cognoſcitis, in Francorum Regno, Reges ex Genere prodeunt, mihi à Domino & Genitore meo, p. m. Ludovico Auguſto, pars Regni, inter fratres meos, Reges, divina diſpoſitione, eſt tradita, in qua parte Regni, vacabat tunc Paſtore Metropolis Senonum, quam, juxta conſuetudinem Prædeceſſorum meorum, Regum, Weniloni, tunc Clerico meo, in capella mea mihi ſervienti . . . ad gubernandum commiſi &c.* Conf. *Servinus*, in *Vindiciis libertatis Eccleſiæ Gallicanæ*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Monar.*

Digitized by Google

narchiæ, p. 261; *Meibomius* de *Jure Inveſt. turæ Epiſcopalis*, Tom. 3 *Rer. Germ.* m. p. 170 & 171.

Vulgrinus, Engoliſmenſis, de quo Auctor *Hiſtoriæ Pontificum & Comitum Engoliſmenſium*, cap. XI, apud *Labbeum* T. 2 *Biblioth. MS. Audita morte Emenonis, Carolus Calvus Vulgrinum, propinquum ſuum, fratrem Abbatis, ex Monaſterio S. Dionyſii, direxit Engoliſmam, & præfecit Engoliſmæ & Petragoricæ, &, aſſenſu Caroli Regis*, (*ab*) *Hooliba, in Pontificem Engoliſmæ conſecratur &c.*

Sylvanectenſis Præſul, teſte *Hincmaro*, in Epiſtola ad Principem noſtrum, apud *Flacium Illyricum*, de *Teſtibus Veritatis*, p. m. 238 & 239: *Dignetur mihi Dominatio Veſtra literis ſuis ſignificare, quem vultis, de Cœpiſcopis Veſtris, ut ei, ex more, literas canonicas dirigam, & Viſitatoris officio fungens, in eadem Eccleſia, Electionem Canonicam faciat ... vel, per me, ipſa Electio ad Dominationis Veſtræ diſcretionem perveniat &c.*

Abbo, Autiſſiodorenſis; Vid. *Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium*, in ipſius Vita, cap. 37, apud *Labbeum* l. c. Tom. I, p. 433: *Juſſu Caroli Regis, electus, Pontificatui ſubſtitutus eſt.*

Bertulfus, Trevirenſis; Vid. *Regino*, ad an. 869: *Carolus, certa relatione comperiens, Lotharium Regem obiiſſe, mox illius occupare ditionem nititur ... carebat autem, ea tempeſtate, Urbs Trevirorum, & Colonia Agrippinenſis, Pontificibus ... inito autem Rex cum Optimatibus conſilio, Bertulfum, Nepotem ſupradicti Adventii Epiſcopi, Eccleſiæ Trevirorum præfecit ... Porrò, Coloniæ Agrippinæ, Rex Hilduinum Abbatem præponere tentavit &c.* ſed fruſtra; *Williberto*, juſſu *Ludovici Germanici*, ceu ſub eo dictum, ſedem hanc conſecuto.

N. Beluacenſis; Vid. *Hincmarus*, Epiſt. ad *Clerum Populumque Beluacenſem*, apud *Flacium* l. c. pag. 243: *Defuncto ... Paſtore veſtro, Hodone, Electione Canonica, à Domino Noſtro, Rege, Vobis, ſolita benignitate, conceſſa &c.*

CAROLUS CRASSUS, Imperator.

Sub hoc, Principum auctoritas in conſtituendis Pontificibus Romanis, penitus ferè proſtrata eſt, poſtquam *Hadrianus III*, Imperatore noſtro bello Normannico occupato, Italiaque variis motibus perturbata, Romanis volentibus, Duo Decreta fecit: alterum, pro Romanorum libertate: *Ut Pontifex deſignatus, conſecrari, ſine præſentia Regis, aut Legatorum Ejus, poſſet*; alterum, pro dignitate Italiæ: *Ut, moriente Rege Craſſo ſine filiis, Regnum Italicis Principibus, una cum titulo Imperii, traderetur &c.* Hæc *Sigonius*, lib. V de *Regno Italiæ*, ad an. 884, p. 225; Indeque *Martinus Polonus*, in vita *Hadriani III*, p. m. 364: *Hic conſtituit, ut Imperator non intromitteret ſe de Electione &c.* & *Jacobus de Kœnigshoven*, Chron. Alſat. cap. 3, §. 51, p. m. 180, in ejusdem vita: *Dirre* (*dieſer*) *ſatte uf, das ſich ein Keyſer nüt ſolte underwinden der Walunge eines Bobeſtes &c.* nec aliter *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 45, p. m. 245; *Platina*, in ejusdem vita, p. m. 127, quamvis minus rectè hæc anno 895 inſcribat; *Wernerus Rolewinck*, *Faſcic. Tempor.* ætat. 6, p. m. 67, b. *Raphaël Volaterranus*, lib. XXII, p. m. 503; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 30, pag. 718; *Albertus Cranzius*, lib. 5 *Metropol.* cap. I, pag. 116; *Centuriatores Magdeburgici*, Centur. IX, cap. 10, pag. 511; *Zieglerus* de *Epiſcopis*, lib. 2, cap. 2, §. 35, p. 276. *Quibus rebus auditis, Craſſus in Italiam ſe recepit, ac, ſequenti anno, per Aprilem menſem, Papiæ jus dixit &c.* ſunt verba *Sigonii*, præfatis immediatè annexa, ad an. 885. Quicquid ſit, ex *Anaſtaſii Continuatore, Guilielmo* Bibliothecario, in vita STEPHANI VI, *Hadriano III* ſurrogati, p. 346, liquet, Legatum Imperatoris noſtri, Electioni Ejus iterum interfuiſſe; ibi: *Defuncto recordandæ memoriæ Hadriano Papa .... facto Conventu Sanctiſſimorum Epiſcoporum, & totius Clericalis Ordinis, nec non Nobilium Senatuum, & Virorum Illuſtrium Cœtu, acclamantibus omnibus, una cum omni Populo, & utriusque ſexus vulgi multitudine, dixere: Domnum Stephanum Presbyterum, Deo dignum, omnes volumus, omnes quærimus, & petimus nobis præeſſe Pontificem: quia, procul dubio, credimus, ejus ſanctitate nos poſſe liberari ab imminentibus periculis. Tunc, quia jam nominatus Hadrianus Pontifex Romæ reliquerat Joannem, Venerabilem Ticinenſem Epiſcopum, ut Miſſum Caroli Excellentiſſimi Imperatoris, pro tuitione Urbis, omnes, cum eodem Legato Imperiali juncti, unanimes venerunt ad Domum, ubi cum patre ipſe almificus Stephanus ſancto meditabatur colloquio, & ecce, fractis foribus, tenetur, & ducitur electus Dei Pontifex ad eundem Titulum SS. Quatuor Coronatorum, ſibi creditum ... eundem venerandum Electum trahentes ad Lateranenſe, Chriſto præduce, perduxerunt Palatium, cum omni honore, & debita reverentia ... Deinde, cum Venerabilibus Epiſcopis, & Auguſtali Legato, ac Honorabili Senatu, per omnia ſacri Palatii perrexit veſtiaria &c.* Eadem repetente *Baronio*, Tom. X *Annal.* ad an. 885. §. 3 & ſeqq. pag. 582. Quam brevis autem Principi Noſtro *Romæ* fuerit auctoritas, ex metamorphoſi, quam, an. 887, ſubire cogebatur, præced. Tit. 2. §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 86, & Tit. 5. §. 11, in ipſius vita, v. 4, ad eundem

an. 887, p. 469, judicandum eſt. Quod ad alios Præſules attinet, ſcimus, Eum

An. 883, *Bernhardi*, Abbatis *S. Gallenſis*, electionem confirmaſſe. Vid. *Ratpertus*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. XI, apud *Goldaſtum*, T. I *Rer. Alamann.* Part. I, p. 11: *Omnibus Bernhardum ſibi Abbatem poſcentibus, ſtatim in præſenti Benigniſſimus Princeps* (Carolus) *eorum deſiderium audiens, Bernhardo Monaſterium cum Congregatione commendavit, ipſumque Abbatem conſtituit - - - contigit autem iſta ordinatio, circa finem Anni ab Incarnatione Domini*, 883, 6 *Feria*, 8 *Id. Decemb. Indict. I, Anno vero Karoli Imperatoris* 3 &c.

An. 885, *Paderbornenſi*, facultatem dediſſe eligendi liberè Epiſcopi. Vid. Diploma, hanc in rem confectum, apud Dn. *Schatenum*, lib. 3 *Annalium Paderbornenſ.* p. 193: *Decernimus, atque jubemus, ut - - - Paterbrunnenſis Eccleſiæ Clerus poteſtatem habeat inter ſe eligendi Pontificem, donec inter ipſos talis inveniri poterit, qui ad illud officium dignus reperiatur* &c. Errat hinc Auctor Vitæ B. *Meinwerci Paderbornenſis*, cap. 7, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 85, Privilegium hoc *Carolo Calvo* tribuens; rectèque propterea Illuſtr. Dn. *Leibnitius*, Tom. I *Rer. Brunſuic.* in vita ejusdem Epiſcopi, cap. VII, p. 520, loco *Calvi*, *Craſſum* legit.

An. 887, *Haſchiricum*, *Pariſienſi* Eccleſiæ præfeciſſe. Vid. *Regino*, ad h. a. *Gozzilinus Epiſcopus*, (Urbis Pariſiorum) *inter ipſas obſidionum preſſuras, migravit à ſeculo, in cujus loco ſubſtitutus eſt, ab Imperatore, Haſchiricus Epiſcopus* &c. Extant de hac obſidione, libro duo *Abbonis*, apud *Pithœum*, de *Scriptoribus Rer. Francic.* p. 530 &c.

LUDOVICUS, *Ludovici Balbi* filius, Rex Galliæ.

Hunc, an. 881, *Hugoni*, *Lotharii* Regis & *Waldradæ* filio, *Abbatias* in beneficium dediſſe, præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Lotharii I* Imp. v. 3, p. 453, annotavi. Conf. præc. §. 5, lit. a. ſub hoc Principe p. 1127.

CAROLOMANNUS, hujus *Ludovici* Frater.

De hoc ita *Hincmarus* in Admonitione ad Eundem, & Galliæ Epiſcopos, *circa Poteſtatem Regiam & Pontificiam*, an. 884. c 5, apud *Goldaſtum* T. I *Monarchiæ*, p. 4: *Qualiter autem Conſenſu Principis Terræ, qui res Eccleſiaſticas, Divino Judicio, ad tuendas & defenſandas ſuſcepit, Electione Cleri & Plebis, quiſque ad Eccleſiaſticum regimen, absque ulla venalitate, provehi debeat & Dominus in Evangelio, & Sacri Canones, apertè demonſtrant - - - unde Principi Terræ Magnopere providendum, atque cavendum eſt, ne in his Deus offendatur, per quos Religio Chriſtiana conſiſtere debet, & cæteri ab offenſione ſalvari* &c

ARNOLPHUS Imperator.

De corrupto Italiæ ſtatu, ſub hoc Principe, quomodoque, an. 896, *Romam* expugnaverit, &, à *Formoſo* Papa, Imperator fuerit coronatus, præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 3, p. 236, & Tit. 4, §. 3, lit. m, v. 1, p. 309, dictum eſt. Num, circa conſtituendos Præſules *Romanos*, in ſpecie aliquid actum ſit? reperire non potui: Sufficit, Eum, pro abſoluto Domino, ſe ibi geſſiſſe. Quod & illa *Luitprandi*, lib. 1, *Hiſtor.* cap. 8, p. m. 97, pertinent: *Hoc in tempore*, (an. 896) *Formoſus, Papa Religioſiſſimus, à Romanis vehementer afflictabatur, cujus & hortatu Rex Arnulfus Romam advenerat, in cujus ingreſſu, ulciſcendo Papæ injuriam, multos Romanorum Principes, obviam ſibi properantes, decollari præcepit* &c. Conf. *Vincentius Bellovacenſis*, part. 3 *Speculi Hiſtorialis*, lib. 24, cap. 56. Cæterum, in Germania.

An. 888, *Adalgarius, Archi-Epiſcopus Hamburgenſis, Ferulam Paſtoralem accepit ab Arnulfo Rege; Pallium, à Papa Stephano* &c. Ita *Adamus Bremenſis*, lib. 1 *Hiſt. Eccleſ.* cap. 39, p. m. 33; Conf. *Albertus Stadenſ.* h. a. *Henricus Wolterus*, in *Chron. Bremenſi*, in vita *Adalgarii*, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.* pag. 17; Hiſtoria *Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, in ejusdem vita, apud *Lindenbrogium*, pag. 72.

An. 889, *Luitpertus, Maguntiæ Urbis Præſul, è rebus humanis ſublatus eſt; in cujus loco ſubrogatus eſt Sunzo, Vir Religioſus ac ſimplex, ſacris literis ſufficienter inſtructus - - - Poppone, Thuringorum Duce, & Arnolpho Rege annuente* &c. Hæc *Regino*, ad h. a. Conf. *Aventini, Annal. Bojor.* lib. IV, cap. 20, §. 11, p. m. 433.

An. 891, *Hattonem, Monachorum, Lacum Venenetum, (Boden-See) incolentium, Magiſtrum, perquam callidum & prudentem, Pontificem Moguntinum nuncupat* &c. Ita *Aventinus* l. c. §. 22, p. 436. Conf. *Annales Fuldenſes*, h. a. *Regino* an. eod. p. m. 67. *Lambertus Aſchaffenb.* an. eod. p. m. 155; *Bruſchius* in *Catalogo Archi-Epiſcopor. Moguntin.* & in *Monaſteriologia Germaniæ*, voc. *Augia Dives*, p. m. 36.

An. 892, *Farabertus, Abbas Prumienſis Cœnobii, curam Paſtoralem, ſua ſponte, per conceſſum Regis, depoſuit, & ego, quamvis indignus, ſecundum regularem authoritatem, per electionem Fratrum, in Regimine ſucceſſi* &c. Sunt ejusdem *Reginonis* verba, ad h. a.

An.

An. 898, *Engilmarus, Patavienſis Epiſcopus, obiit, in cujus locum Wibingus (contra inſtituta Patrum prius Marahunenſis ab Apoſtolico deſtinatus Epiſcopus,) Rege concedente, ſucceſſit &c.* Sic *Annales Francorum Fuldenſes*, ad h. a. Conf. *Aventinus* l. c. §. 50, pag. 441, eum *Bichingum* vocans.

Ejusdem gratia conſecutus eſt *Adalbero*, Abbatiam *Lauriſhamenſem*, teſte *Chronico Lauriſhamenſi*, apud *Freherum*, pag. 67: *Defuncto Gerhardo Abbate, Fratribus ejusdem Monaſterii, de quibusdam inſolentiis, apud Arnulfum, jam tunc Imperatorem, accuſatis, & ob hoc ab electione Abbatis interim ſuſpenſis, Adelbero, Auguſtenſis Epiſcopus, Vir magnæ in Chriſto gravitatis & reverentiæ, diſpenſatoriè per Imperatorem ibidem inſtituitur &c.*

LUDOVICUS IV, Rex Germaniæ.

Hoc in Germania regnante, coëgit *Johannes IX*, *Romæ* Synodum, an. 904, in qua, inter alia, cautum: *Quia Sancta Romana Eccleſia, cui, Deo Auctore præſidemus, plurima patitur violentias, Pontifice obeunte, quæ ob hoc inferuntur, quia abſque Imperatoris notitia, & ſuorum Legatorum præſentia, Pontificis fit conſecratio; nec, Canonico ritu & conſuetudine, ab Imperatore directi interſunt Nuncii, qui violentiam & ſcandala, in ejus conſecratione, non permittant fieri: Volumus id, ut deinceps abdicetur, & Conſtituendus Pontifex, convenientibus Epiſcopis, & Univerſo Clero, eligatur, expetente Senatu & Populo, qui ordinandus eſt, ſic, in conſpectu omnium, celeberrimè electus ab omnibus, præſentibus Legatis Imperialibus, conſecretur. Nullusque, ſine periculo, juramentum vel promiſſiones aliquas, nova adinventione ab eo audeat extorquere, niſi quæ antiqua exigit conſuetudo; ne Eccleſia ſcandalizetur, vel Imperatoris Honorificentia minuatur &c.* Quam Conſtitutionem *Gratianus*, Diſt. 63, cap. 28, *Quia Sancta &c.* &, dubiis licet verbis, ipſe *Baronius*, T. IX, ad an. 816, §. 101, p. m. 705, *Stephano V*, adſcribunt. Quicquid ſit, ſpreto Decreto, *Benedictus IV*, altero ſtatim à *Johannis* obitu die, ſedem invaſit, quem ejusdem furfuris homines ſecuti: *Leo V, Chriſtophorus; Sergius III, Anaſtaſius III, Lando, Johannes X, Leo VI, Stephanus VIII, Johannes XI, Leo VII, Stephanus IX, Marinus II, Agapitus II, & Johannes II*, partim à ſcortis, partim à Tuſciæ Marchionibus, partimque vi propria, intruſi, de quibus intelligenda *Luitprandi*, & *Baronii* verba, præced. pag. 20, & 309 & 310, jam producta.

Hogerus Archi-Epiſcopus (Bremenſis) *Pallium ſuſcepit à Sergio Papa; Ferulam, à Rege Ludovico &c.* Ita *Adamus Bremenſis*, lib. 1 *Hiſtor.* cap. 43, pag. 35. Conf. *Albertus Stadenſis*, ad an. 909. *Henricus Wolterus, Chron. Bremenſ.* in ipſius vita, apud *Meibomium* T. 2 *Rer. German* p. 27, quamvis perperam *Ludovicum* noſtrum fratrem *Lotharii* conſtituat; *Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, in ejusdem vita, apud *Lindenbrogium*, p. 72.

Hattonem Moguntinæ Sedis Præſulem, ab eodem *Lauriſhamenſem* Abbatiam obtinuiſſe, *Lauriſhamenſi* ex Chronico, apud *Freherum*, pag. 68, diſcimus: *Hattone, Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopo, Lauriſhamenſis Cœnobii curam, per Regiam inſtitutionem, gubernante &c.*

CONRADUS I, Rex Germaniæ.

Hunc, & ſequentem Regem, *Carolingis*, non niſi ordinis gratia, ſubjungo.

Memoria traditum à Fratribus habetur, cum Reinwardus (Bremenſis) *tranſiſſet, Leidradum, Bremenſis Chori Præpoſitum, à Clero & Populo electum, Qui, hoc Unni pro Capellano utens, venit ad Curiam, Rex autem Conradus, divino, ut creditur, afflatus ſpiritu, contempta Leidradi ſpecie, parvulo Unni, quem retro reſpexerat ſtare, Virgam obtulit Paſtoralem. Cui etiam Papa, Johannes X, ut Privilegium indicat, dedit Pallium &c.* Hæc *Adamus Bremenſis*, lib. 1 *Hiſtor.* cap. 47, pag. 37. Conf. *Albertus Stadenſis*, ad an. 915; *Henricus Wolterus, Chron. Bremenſ.* in ipſius vita, apud *Meibomium* l. c. pag. 28. *Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſium, Lindenbrogii*, pag. 73; *Albertus Cranzius*, lib. 3 *Metropolis*, cap. V; cujus in primis notanda verba: *Potiſſimam ejus ab homine cauſam hanc accepimus, quod Rex contemſerit Populi & Cleri electionem, ſine ſuo nutu factam, & ideò electum præteriit, & alium ſuffecit &c.*

Idem inveſtivit *Liutherum*, *Lauriſhamenſi* Abbatia; Vid. *Chronicon Lauriſhamenſe* apud *Freherum*, pag. 68: *Donec ipſis Fratribus, ſub Conrado Rege, plenariæ electionis libertas reſtituta eſt, à quo etiam Liutherus, ex Fratrum electione, Abbatia inveſtitus eſt &c.*

HENRICUS AUCEPS, Rex Germaniæ.

Principis hujus gratia, *Halberſtadenſis* Epiſcopatus

Papa VII (VIII) *Leone &c.* Ita *Adamus Bremenſis*, lib. 2, cap. 1, p. 41, Conf. *Albertus Stadenſ.* h. a. *Wolterus*, *Chron. Bremenſ.* in ipſius vita, ap. *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.* p. 28; *Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſ.* in ejuſdem vita, apud *Lindenbrogium*, p. 74; *Lambecius* Tom. I *Rer. Hamburg.* p. m. 10.

An. 937, *dat Clericis Hammaburgenſis Eccleſiæ, poteſtatem, inter ſe, ſive aliunde eligendi Epiſcopum, cum neceſſitas popoſcerit &c.* Hæc ex ipſo diplomate, apud *Maderum*, in Addit. ad *Adamum Bremenſem*, §. X, p. 207; *Lindenbrogium*, §. VI *Privilegiorum Hamburgenſium* p. m. 130, & *Lambecium* Append. ad lib. I *Rer. Hamburg.* p. m. 38.

An. 953, *Mortuo Agrippinæ Sedis Proviſore, Wigfrido, Epiſcopatum Ejuſdem Ducatumque inſuper Lotharii, dedit* fratri ſuo, *Brunoni.* Ita *Ditmarus* l. c. pag. 20. Conf. *Regino*, h. a. *Frodoardus* h. a. apud *Pithœum*, pag. 186; *Sigebertus Gemblacenſ.* an. eod.

An. 865, defuncto *Brunone Colonienſi*, ceu *Reginonis Continuator*, *Lambertus Aſchaffenburg*: *Sigebertus Gemblac.* aliique, ad hunc annum, teſtantur, *Wolmero*, *ejuſdem familiari Capellano, ob amorem ejus, Epiſcopatum, & animæ curam, fideliter commendavit; quo ſedente tempus, à Domino ſibi permiſſum, & in omnibus egregiè converſanti, & de medio, XV Cal. Aug. diſcedente, Gero, frater Ditmari Marchionis, à Clero, & ab omni Populo, electus eſt: & hoc Imperatori mox adnunciatur. Hic, quia præfato fratri ſuo, ob multas cauſarum ſpecies, iratus fuit, dare huic Epiſcopatum noluit. .... Imperatore autem, in ſancta Dominicæ Reſurrectionis die, evaginato apparuit Angelus gladio, cum jam præparatus excepta corona ad Eccleſiam pergere voluiſſet, niſi, inquiens, in Gerone hodie compleveris Electionem, ſecurus non evadis hanc cædem. Expaveſcens ob hoc Cæſar, Dominum, inquit, vocate Geronem, eique, protinus venienti, curam Baculo Paſtoralem commiſit &c.* Sunt verba *Ditmari* l. c. pag. 21.

Ejuſdem nutu, à Clero & Populo electus, *Guilielmus*, filius Ejus, defuncto *Friderico*, in *Archi-Epiſcopatu Moguntino*, an. 954, ſucceſſit. Vid. *Regino* h. a. *Lambertus* h. a. *Marianus Scotus* h. a.

Adalbertus Archi-Epiſcopatum Magdeburgicum ab Eodem obtinuit. Vid. præced. §. 13, lit. bb, p. 1218.

Unanimi conſenſu *Boleslai* Ducis, Cleri Populique *Pragenſis*, electus Epiſcopus *Diethmarus*, *ad Imperatorem Chriſtianiſſimum, Ottonem, filium Henrici I Regis, ex parte Ducis, & totius Cleri atque Plebis, cum hu transmittatur literis: O Glorioſiſſime Imperator --- hunc Virum, per omnia approbatum, nomine Diethmarum, quem nobis in Paſtorem eligimus, veſtra ſanctiſſima collaudatione, ac juſſione, ut ordinetur in Epiſcopum ſuppliciter exoramus. Tunc Imperator ---, juſſit Magontinum Archi-Epiſcopum, qui tunc præerat Curti* (Curiæ) *ut ordinaret eum in Epiſcopum*, Ita *Coſmas* Pragenſis, in *Chron. Bohem.* apud *Freherum*, de *Reb. Bohem.* p. m. 12. Conf. præced. §. 12, lit. f. pag. 117.

Richario, Tungrenſium Præſule, defuncto, idem Epiſcopium Rex Otho Hugoni, Abbati Monaſterii Maximi, nolenti atque refugienti, dedit, eumque ordinari fecit Epiſcopum &c. Ita *Frodoardus*, ad an. 945, apud *Pithœum*, p. 163 & 164.

Güntherus, an. 938, eoque 30. hebdomadibus tranſactis, mortuo, *Michaël*, *Epiſcopatum Ratisbonenſem* ab Eo ſuſceperunt. Vid. *Ditmarus* l. c. *Lupoldus* de *Babemberg*, *de Zelo veterum Principum Germaniæ*, cap. 14, p. m. 232; *Hundius* Tom. I *Metropol. Salisburg.* in *Catalogo Epiſcoporum Ratisbonenſium*, p. 192.

Aëlungum ſeu *Amalungum* conſtituit Epiſcopum *Verdenſem.* Vid. *Bucelinus*, Part. I *Germania Sacra.* in *Catalogo Epiſcoporum Verdenſium*, p. 22.

Eadem Eccleſia, ab Eo, credita *Brunoni*, *Amalongo* extincto, Vid. *Ditmarus* l. c. p. 23.

Eandem, poſt fata *Brunonis*, ab Eo nactus eſt, *Erpo*; teſte *Adamo Bremenſi*, lib. 2, c. 3, p. 44; *Ditmarus*, l. c. lib. 3, p. 29, id *Ottoni* 2 vindicat.

Reginbaldo & Otgero, commiſit Epiſcopatum *Spirenſem.* Vid. *Lehmannus*, lib. 5. *Chron. Spir.* cap. 10, p. 395.

Eidem debent Præſulatus: .

Hugo, *Cizenſem*, Vid. præced. §. 13. lit. cc & ee pag. 1221 & 1227.

Marco, *Aldenburgicum & Sleſwicenſem*, l. c. lit. yy. p. 1266.

Detmarus, *Brandenburgicum* l. c. lit. cc & ff.

Udo ſeu *Dudo*, *Havelbergenſem*, l. c. lit. bb.

Boſo, ſeu *Bozo*, & ab ejus obitu, *Giſelarius*, *Merſeburgicum*, l. c. lit. bb, cc & dd; Conf. *Ditmarus* l. c. lib. 2, pag. 24.

Borchardus, *Miſnenſem*; Vid. præced. §. 5, lit. d, ad an. 965, p. 1146 & §. 13, lit. cc.

Idem, Abbatiæ *Laurishamenſi* præfecit *Ebergiſum*; deinde *Brunonem*, Germanum ſuum; hocque mortuo, *Gerbonem.* Vid. *Chron. Laurishamenſe Freherianum*, p. 69 & 70.

Idem,

Digitized by Google

Item Abbatiam, Utenburenſem conceſſit, Adalberoni & Udalrico, Epiſcopis Auguſtanis. Vid Auctor Vitæ S. Udalrici Epiſcopi Auguſtani, cap. 24, apud Surium, 4 Julii, p. 89.

Burckardus & Notgerus, Abbatia S. Galli, ab eodem inveſtiti ſunt. Vid. Hepidanus, ad an. 959; Eckehardus Junior, de Caſibus S. Galli, cap. 10, apud Goldaſtum, Tom. 1. Rer. Alamannic. Part. 1, pag. 41; & cap. 16, p. 54, Bruſchius, in Monaſteriologia Germaniæ, voc. S. Galli Abbatia, pag. 413; Du. Tentzel, Vindic. Cenſuræ Conringianæ Diplomatis Lindavienſis, cap. IX, §. 13, p. 221, & cap. XI, §. 4, p. 240.

OTTO II.

Romæ omnia perturbata vidit hic Princeps. BENEDICTUS Papa VI, ubi ſediſſet annum unum, menſes tres, & dies aliquot, à BONIFACIO, cognomento Francone, Romano, Ferrutii filio, Diacono Cardinale, ſceleſtiſſimo Viro, violenta manu capitur, in carcerem detruditur, ubi & ſtrangulatur. Ipſe vero BONIFACIUS Sedem Apoſtolicam violenter invaſit, quam tenuit annum unum ac menſem, dictusque BONIFACIUS VII, verum, uti tyrannus, ab Antiquioribus non numeratur inter Romanos Pontifices &c. ſunt verba Baronii, T. X. Annal. ad an. 974, §. 1, p. 813; qui ad an. 975, §. 1, pag. 814, pergit: BENEDICTUS (VI) Romanus, ex Alberico proveniens, exagitans urgensque BONIFACIUM tyrannum, invaſorem Apoſtolicæ Sedis, eum abire coëgit. Qui nefandiſſimus homo, cruculentus prædo, antequam ab Urbe recederet, Baſilicam Vaticanam invadit, eamque expilans, ornamentis omnibus ſpoliavit, & ſacrilegia onuſtus præda navigavit Conſtantinopolim, quo factum eſt, ut ita Romana Eccleſia liberata, omnium ſuffragio, idem BENEDICTUS, ex Sutrino Epiſcopo, crearetur Romanus Pontifex &c. Conf. Arnolphus Aurelianenſis, ſcriptor coævus, in Hiſtoria Synodi Rhemenſis, an 991, cap. 28 apud Flacium, Catalog. Teſtium Veritatis, p. 636; Platina, in vita Bonifacii VII, p 139. Jacobus de Koenigshoven, Chron. Alſat. cap. 3, pag. 184; Wernerus Rolewinck, ætat. VI. Faſcic. Tempor. p. 70; Naucierus, Vol. 2. Generat. 33, pag. 738 &c. Imperatorem noſtrum, vel tacitè Benedicti VII, electionem confirmaſſe, inde ſuſpicor, quod nec ſua jura infracta ſit conqueſtus, nec ullo modo factum Cleri Populique Romani improbaverit. Minimèm, in conſtituendis aliorum locorum Epiſcopis, Parentis veſtigia ſtrenuè preſſit; in quam rem, pauca producam exempla.

Defuncto Gerone Colonienſi, Warinus, electione, & Imperatorio munere, protinus ungitur; ait Ditmarus Merſeburg. lib. 3, p. m. 28.

Mortuo quoque Roberto, Moguntinæ Sedis Archi-Præſule, imperator Cancellarium ſuimet, nomine Willigiſum, multis hoc, ob vilitatem ſui generis, renuentibus, eidem præfecit Eccleſiæ &c. ſic pergit Ditmarus l. c.

Mortales exuvias deponente Adalberto Magdeburgico, an. 981, ut Lambertus Aſchaffenb. ad h. a. tradit, Clerus & Populus tanti Patris funere turbatus, Otricum Confratrem, & tunc imperatori fideliter ſervientem, communiter elegerunt in Dominum & Archi-Præſulem ... completa electione, miſerunt Ekkihardum, qui dicebatur Ruffus, cum conſortio aliorum Fratrum & Militum, qui hanc Imperatori nunciarent, & de promiſſis admonerent. Qui cum Italiæ partes, ubi Cæſar tunc commorabatur, itinere attingerent, Giſileri (Merſeburgenſis) ſuffragium, qui apud Imperatorem tunc plurimum valebat, implorantes, Legationis ſuæ ſecretum ei aperiunt. Promiſſa ab eo eſt hic fidelis interceſſio &c. Hæc rurſus Ditmarus l. c. pag. 30, addens pag. 31. Giſelerum, eluſis Legatis, rem eò deduxiſſe, ut ipſemet Archi-Epiſcopatum obtinuerit. Conf. Chronicon Magdeburg. in vita Adalberti, apud Meibomium Tom. 2 Rerum. Germ. pag. 277.

Elato funere Dethmari, Pragenſis Antiſtitis, an. 980, conveniunt Dux Terræ, & Major Populus, &, pro eligendo Paſtore varias ſententias dicunt: Omnes tamen ad ultimum manus levant, aëra clamoribus implent, non haberi meliorem, nec alium oportere eſſe ſuum Epiſcopum, quam indigenam Adalbertum, cujus Nobilitas, divitiæ, alta ſcientia, & placabiles mores cum tanto honore concordarent. Ergò in hæc verba levatur Terræ Epiſcopus, mutata mente, pius Adalbertus - - - Igitur electus Epiſcopus, auricomam Italiam petit, quem, obſeſſa Cluſa arctas vias egreſſum, prima Civitas, Verona, ſuſcepit, quæ, in fauce Regni, pulchrè levat caput. Ibi eum Paſtorali Virga inveſtivit Otho Secundus &c. Hæc Monachus coævus, in vita S. Adalberti, Pragenſis Epiſcopi & Martyris, cap. V & VI, apud Surium, 23 April. p. m. 290, & cap. 2, apud Henſchenium, in Actis Sanctorum, 23 April. Conf. Ademari, Monachi S. Eparchii, Chronicon, apud Labbeum, T. 2. Biblioth. MS. p. 168; Dubravius, lib. VI. Hiſt. Bohem. p. m. 39. Baronius, T. X. Annal. ad an. 980, §. 1, p. m. 825.

Otto II, conſtituit Piligrinum hunc, Archi-Epiſcopum Laureacenſis Eccleſiæ, an. 977. Ita Hundius, Metrop. Salisburg. Tom. 1, in Catalogo Epiſcoporum Pataavienſium, p. m. 301 & 302. Unde ſua Lambecius, lib. 2. Comment. Biblioth. Vindobon. cap. 8, p. 649.

An. 973, extincto S. Udalrico, obtinuit, ab Imperatore Noſtro, Hainricus, filius Burchardi Comitis, Auguſtanum Epiſcopatum. Vid. Auctor Vi-

ſurrogato, reque, à *Quirino* Subdiacono, ad Imperatorem delata, Ille *Lotharium filium, Imperii ſocium, Romam mittere decrevit, ut, vice ſua functus, ea, quæ rerum neceſſitas flagitare videbatur, cum novo Pontifice, atque Romano Populo, ſtatueret ac firmaret - - - - Lotharius verò, juxta Patris præceptum, Romam profectus, ab Eugenio Pontifice, honorifice ſuſcipitur. Cui cum injuncta ſibi patefaceret, ſtatum Populi Romani jam dudum, quorundam Præſulum perverſitate depravatum, memorati Pontificis benevola aſſenſione, ita correxit, ut omnes, qui, rerum ſuarum direptione, graviter fuerant deſolati, de reſtitutione bonorum ſuorum, quæ, per illius adventum, Deo donante, provenerat, magnifice eſſent conſolati &c.* Hæc *Annales Reuberiani*, ad h. a. pag. 49 & 50; &, ad verbum ferè, *Adelmus*, an. eod. p. 426 & 427; Conf. Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, an. eod. apud *Pithœum*, p. 382; commemorans ſimul, de quo, inter Principem hunc & Pontificem, convenerit, verb: *Ideoque, reddendo quæ injuſtè erant ſublata, Lotharius magnam Populo Romano creavit lætitiam. Statutum etiam, juxta antiquum morem, ut ex latere Imperatoris mitterentur, qui, judiciariam exercentes poteſtatem, juſtitiam omni Populo facerent, & tempore, quo viſum foret Imperatori, æqua lance penderent. Quæ quum rediens filius Patri retuliſſet, tanquam amator æquitatis, & cultor veritatis, magno gaudio perfuſus eſt &c.* Quibus jungenda *Juramenti* formula, *Clero Populoque Romano*, præſcripta, referente *Paulo Warnefrido*, coævo, ad an. 825, præced. T. 2, §. 8, lit. a, pag. 55; quam *Schilterus* quoque, de *libertate Eccleſiarum German.* lib. 2, cap. 12, §. 4, p. 232; &, ex Tom. I *Capitular.* pag. 647, Dn. *Werlhof*, cap. 2, *Juris Publici enucleati* §. 8, pag. 32, aliique, ſubminiſtrant.

GREGORII IV, an. 827, in locum VALENTINI, quadrageſimo Pontificatus die, extincti, conſtituti, de quo, Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, ad h. a. apud *Pithœum*, p. 387: *Loco illius* (Valentini) *Gregorius, Presbyter Tit. S. Marci, electus eſt, dilata conſecratione ejus, usque ad Conſultum Imperatoris. Quo annuente, & electionem Cleri & Populi probante, Ordinatus eſt in loco prioris &c.* Ejusdem memor *Adelmus* l. c. an. eod. p. 430, inquit: *Non prius ordinatus eſt, quam Legatus Imperatoris Romam venit, & electionem Populi, qualis eſſet? examinavit &c.* Quæ *Annales Reuberiani*, an. eod. p. 52, repetunt. Conf. *Conradus Urſpergenſ.* an. eod. p. m. 140; *Platina*, in *vita Gregorii IV*, p. m. 116, cujus verba præced. T. 2, §. 8, lit. a, p. 56, recitavi; *Raphael Volaterranus*, lib. XXII, p. m. 503; (al. 22) *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 28, p. 708; Aliique, quorum ſupra l. c. memini.

(3) Electiones aliorum Epiſcoporum Ejusdem auſpiciis promotorum, v. g.

Drogonis, Ipſius fratris, quem an. 823, (ceu præced. Tit. V, §. 11, in vita *Caroli Magni*, v. 5. p. 442, ex Auctore *Vitæ Ejus*, apud *Pithœum*, p. 380, probavi,) *Metenſi* Eccleſiæ præfecit; Conf. *Adelmus*, an. eod. apud *Freherum*, Tom. 2 *Rer. Franc.* p. 424; *Theganus*, apud *Pithœum*, p. 308; *Ademarus*, in Chronico *S. Eparchii Engoliſmenſis*, an. eod. apud *Labbeum*, Tom. 2 *Bibliotheca MS.* p. 159; *Annales Francorum Reuberiani*, an. eod. pag. 48; *Sigebertus Gemblac.* an. eod. *Conradus Urſpergenſ.* pag. 140. Recentiores alii.

Ebbonis, Rhemenſis; teſte *Thegano*, ad an. 833, p. 313, qui, memor petulantiæ, qua *Lotharius* Imperatorem Patrem, & Epiſcopi Dominum, *Compendii*, habebant, *Ebboni* facinus hiſce exprobrat: *O qualem remunerationem* reddidiſti Ei. (Imperatori) *Fecit te liberum, non Nobilem, quod impoſſibile eſt, poſt libertatem: Veſtivit te purpura & Pallio, & tu Eum induiſti cilicio. Ille pertraxit te immeritum ad culmen Pontificale; tu Eum falſo judicio voluiſti expellere à ſolio Patrum ſuorum &c.*

Ansgarii, Hamburgenſis; De quo præced. §. 12, lit. d, p. 1166.

Heribaldi, Autiſſiodorenſis; Teſte *Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium*, cap. 36, apud *Labbeum*, T. 1 *Biblioth. MS.* p. 432.

Friderici, Trajectenſis; Vid. *Vita S. Friderici Ultrajectenſis*, cap. IV, V & VI, apud *Surium*, 18 *Julii*, p. m. 216.

Ludovicus Rex, Caroli Magni filius, - - - Ricfridi obitu comperto, per Legatos ſuos mandavit Trajectenſis Eccleſiæ Senioribus, ut Fridericum ſibi Epiſcopum deligerent, & electum, cum ſummo honore, ad Ipſius Palatium adducerent: Neſciens, jam omnes Trajectenſes id ante decreviſſe. - - - poſtquam eum conſpicatus eſt - - - cunctis Aulæ Proceribus accitis, Rex Trajectenſes percontatur: Quem velint habere Antiſtitem? polliceturque, ſe illum ipſis daturum quem cuperent. Responderunt omnes, uno ore: Nos hodie profectò nullum eligemus alium niſi hunc, qui adeſt, Dominum Fridericum; eum enim novimus, quippe à puero apud nos verſatum, &, quæ Deo ſunt grata, hactenus ſectatum. His dictis, Rex præcepit B. *Viro, ut, veſte Sacerdotali indutus, ordinandus accederet. - - - At Vir Dei, lachrymabundus ſurrexit, Regemque pronus adorans: Precor, inquit, Domine mi Rex, ne iſtis aſſentias in eo, quod poſtulant; ſed eligant,* TE JUBENTE, *Sanctiorem aliquem. - - - Hæc illi prolixè proſequenti, Rex, per nomen Chriſti adjurato, Pedum tradidit, &, coram*

ram Se, Epiſcopum eum ordinari præcepit &c. Conf. *Magnum Chronicon Belgicum*, p. 55.

Aldrici, Cenomannenſis; Vid. *Geſta Aldrici*, à *Baluzio* vulgata lib. 3, *Miſcellan.* p. 142 & 143; unde ſua Dn. *Tenzelius*, *in Vindiciis Cenſuræ Conringianæ, Diplomatis Lindavienſis*, cap. VIII, §. 12, p. 188.

Gunthalii, ſeu *Guntharii*, *Hildesheimenſis;* Vid. præced. §. 13, lit. 1, pag. 1190.

Benedicti, *Spirenſis;* Vid. *Lehmannus*, *Chron. Spir.* lib. 3, cap. 37, pag. 253.

Adalhardi, *Corbejenſis Abbatis;* Vid. *Adelmus* l. c. ad an. 821, p. 422.

Bernwici, *Abbatis S. Galli*; Vid. *Ratpertus*, de *Caſibus S. Galli*, cap. 7, apud *Goldaſtum*, Tom. 1. *Rer. Aleman.* part. 1. pag. 5.

(4) Privilegia *eligendi Abbatis, ex gremio*, quibus *Monachis S. Germani*, an. 835, proſpexit, teſte diplomate, apud *Mabillonium*, *de Geſtis Sanctorum, Benedictini Ordinis, Seculi IV*, part. 2, p. 576; & *Tenzelium* l. c. Append. 1, §. XI, p. 28 &c. Ut & *Anianenſibus*, an. 837, apud. *Mabillon.* l. c. part. 1, pag. 223; & *Tentzel* loc. cit. §. XIV, pag. 33; & *Malaſtenſibus*, ſeu *Montis Olivi*, *Diœceſis Carcaſſonenſis*, an. 815, apud *Baluzium*, *Append. Capitularium Francicorum* §. 28; & *Tentzelium* l. c. Append. 2, §. 2, p. 47; & *Balneolenſibus*, in Catalonia, Gerundenſis Diœceſis, anno 823; apud *Baluzium* l. c. §. 41, & *Tentzelium* l. c. §. 7, p. 53; & *S. Hilarianis*, in Septimania, Carcaſſonenſis Diœceſis, apud *Baluzium* l. c. §. 29, & *Tentzelium* l. c. §. 17, pag. 66; & *Corbejenſibus*, Vid. ex Auctore *Translationis S. Viti*, Dn. *Tentzelius* l. c. cap. VIII, §. 3. p. 156. &c. &c.

(5) Teſtimonia Virorum, partim omni exceptione majorum, partim valde celebrium, veluti: *Caroli Calvi*, adhuc Regis Galliæ, cujus verba præced. §. 20, lit. a, p. 1242, habentur: *Walthrami Naumburgenſis*, de *Inveſtitura Epiſcoporum, per Imperatores facienda*, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. 72. (al. 712.) *Alii Reges, & Imperatores, Succeſſores Caroli Magni, defenſionem Romanæ Eccleſiæ, & aliarum Eccleſiarum, timore Dei, & charitate S. Petri, devote proſecuti ſunt, inveſtituras Epiſcoporum facientes, eorum conſecrationibus, vel per ſe, vel per Nuncios ſuos, aſſiſtentes &c.* ut & *Lupoldi de Babenberg*, cujus teſtimonium evolve præced. §. 19. lit. d, p. 1341. *Alberti Crantzii*, lib. 1. *Metropol.* cap. 30, & lib. 2, cap. 21; *Ludovici* (Johannis) *Servini*, in *Vindiciis Libertatis Eccleſiæ Gallicanæ, ſub Henrico IV*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3, *Monarchiæ*, p. 261; aliorumque ſexcentorum.

LOTHARIUS I, Imperator.

Quomodo ſe geſſerit, reſpectu *Pontificum Romanorum*, videamus: Mortuo *Gregorio IV*, SERGIUM II, an. 844, Cathedram Romanam, ex electione Cleri Populique Romani, conſcendiſſe, præced. lit. a. *Anaſtaſii* verbis, indicavi. Sed ecce, quid de Electione hac, Acta Comitiorum Romanorum an. 844, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Conſtit. Imperial.* p. 269 & 270: *Cum Papa Sergius 2, inconſulto Imperatore, electus & conſecratus, fuiſſet, & peſſimè ſuum Pontificatum adminiſtraret, & ad defectionem, ac rebellionem quandam, ab Imperio, ſpectare videretur, Invictiſſimus Imperator Lotharius Auguſtus, Excellentiſſimum Ludovicum, Regem, Filium ſuum, cum Drogone, Metenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopo magnoque Exercitu Francorum, Romam direxit, ut Papam & Romanos, ad obedientiam Imperii, retraherent, &, de aliis quoque delatis criminibus, eum redarguerent. Cum quibus etiam Archi-Epiſcopos, pluresque Epiſcopos, Abbates & Comites proficiſci præcepit. Ipſi vero, vi & armis, omnia occupantes, Papam & Romanos perterritos coëgerunt ſe Romam intromittere. Ubi, habito Epiſcoporum & Optimatum Conventu, per dies ſingulos ſummi certaminis, de obedientia & ſuperioritate, quod ſcilicet Papa ſit, modis omnibus, Cæſari ſubjectus; nec, ſine Ejus nutu, conſecrari, multo minus regnare debeat; cum Sanctiſſimo Præſule, omnibusque Epiſcopis & Optimatibus Noſtris, atque Proceribus, ipſe Drogo, Archi-Epiſcopus Metenſis Eccleſiæ, commovebat, tam ipſe, quam omnes Archi-Epiſcopi, & Epiſcopi, qui cum eo, contra Univerſalem Epiſcopum, & Caput cunctarum Eccleſiarum, Domini, ſive Metropolitani, conceſſione atque vocatione, convenerant, li ſunt;* (jam ſequuntur nomina Epiſcoporum & Procerum) *Illis igitur peractis, à prædicto poſtulaverunt Pontifice, Ut omnes Primates Romani Fidelitatem Ipſi Ludovico Regi, per Sacramentum, promitterent. Quod Prudentiſſimus Præſul fieri nequaquam conceſſit, ſed ſic orſus eſt illis; Quia, ſi* (fortè: *ſic*) *vultis, Domino Lothario, Magno Imperatori hoc ſacramentum ut faciant ſolum modò, conſentio, atque permitto; nam Ludovico, Ejus Filio, ut hoc peragatur, nec ego, nec omnis Nobilitas Romanorum, conſentit. Tunc demum in eadem Eccleſia ſedentes pariter, tam Beatiſſimus Pontifex, quam Magnanimus Rex, & omnes Archi-Epiſcopi atque*

que Epiſcopi, ſtantibus reliquis Sacerdotibus, & Romanorum ac Francorum optimatibus, Fidelitatem Lothario, Magno Imperatori Semper Auguſto, promiſerunt &c. Conſ. alios præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 57, hoc titulo adductos. Conſidera, quæſo! annon Pontifex ad *Ludovici Pii*, vix ante aliquot annos defuncti, tabulas fuiſſet provocaturus, unquam ſi extitiſſent?

LEONE IV, An. 847, ad plures abeunti *Sergio* 2, ſurrogato, ut præced. lit. a, vidimus, *Romani cœperunt iterum non mediocriter contriſtari, eò quod, ſine Imperiali, non audebant, auctoritate, futurum conſecrare Pontificem, periculumque Romanæ Urbis maximè metuebant, ne iterum, ut olim, aliis ab hoſtibus fuiſſet obſeſſa. Hoc timore, & futuro caſu, perterriti, eum, ſine permiſſu Principis, Præſulem conſecraverunt &c.* Sunt Verba *Anaſtaſii Bibliothecarii*, in ipſius vita, pag. 258. *Centuriatores Magdeburgenſes* Centur. IX, cap. X, p. 498, ajunt: *A Clero & Populo eligitur,* (Leo IV) *&, inſcio Imperatore, conſecratur Pontifex, interpoſita tamen proteſtatione, de ſalvo Ejus Jure,* an. 847.

BENEDICTUS III, cum an. 855, in ſchiſmate, cum *Anaſtaſio* Presbytero, eligeretur, *Clerus & cuncti Proceres, Decretum componentes, propriis manibus roboraverunt, &c. conſuetudo priſca ut poſcit, Invictiſſimis Lothario, ac Ludovico, deſtinaverunt Auguſtis. Ipſum autem qui deducebant Legati decretum, fuerunt hi: Nicolaus videlicet, Anagninæ Antiſtes Eccleſiæ, & Mercurius, Magiſter Militum, Arſenio, Eugubino Epiſcopo* (Romam tendenti Legato Cæſareo) *obviantes, ad invicem confabulari cœperunt; qui callidis eos ſermonibus liniens, corda eorum mollire cœpit; Beatique fidelitatem jam fati declinaverunt Electi, cum quibus etiam conſilium ſtuduit confirmare, ut depoſitum, anathematizatumque Anaſtaſium, quod divina nullatenus permittebat Clementia, Pontificatus, infula perornarent. Euntes itaque Hlodowico Decretum Benigniſſimo Cæſari dantes, dupliei, quam mentibus gerebant, intentione, Romam reverſi ſunt, adventumque Miſſorum nunciantes Imperialium. epiſtolas eidem inſigni obtulerunt Electo, quibus Auguſti continebantur reſponſa &c.* Hæc *Anaſtaſius* in vita *Benedicti III*, p. m. 295, latè ſequentibus deſcribens, quibus artibus, tam ſupra dicti Romanorum Legati, quam & Miſſi Cæſarei, *Anaſtaſium*, in Sedem collocare ſtuduerint. Saniori autem Parte *Benedicti* cauſam animoſius perorante, convocata Synodo, tandem *Miſſi Venerabilibus dixerunt Epiſcopis: Accipite Veſtrum Electum, &, in quam vultis, Baſilicam eum deducite; & modo Anaſtaſium, quem depoſitum dicitis, ab hoc Patriarchio ejicimus - - - Illicò, prædictus Anaſtaſius, magna cum turpitudine, de Patriarchio ejectus, atque expulſus eſt &c.* Hæc rurſus *Anaſtaſius* l. c. pag. 299, de *Benedicto*, pag. 300, pergens: *Dominico die, diluculo, in Baſilicam B. Petri Apoſtoli, ab Epiſcopis, Clero, Proceribus, deductus eſt, &, in conſpectu omnium, Imperialibus Miſſis cernentibus, in Apoſtolica Sede, ut mos eſt, & antiqua Traditio dictat, conſecratus, ordinatusque eſt Pontifex &c.* Conſ. *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 854: *Benedictus Romanæ Eccleſiæ Centeſimus ſecundus præſidet. Hoc, conſpiratione malignorum, depoſito, Anaſtaſius Præſulatum invadit, ſed, Anaſtaſio, à Legatis Imperatoris Lotharii, dejecto, & in carcerem truſo, Benedictus honorifice relocatur &c.* Et *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 853, p. m. 184; & *Platina*, in vita *Benedicti III*, p. m. 123, non malè ſcribens: *Hominem Sanctiſſimum* (Benedictum) *de more adorarunt; idem fecere & Ludovici Imperatoris Legati, ad confirmandam Cleri ac Populi electionem, Romam miſſi &c.* Pater enim *Lotharius*, interea mortales depoſuerat exuvias, vel *Adone Viennenſi* teſte, ad an. 865: *Quo* (Leone IV) *obeunte, Benedictus, in Sede Apoſtolica ſubſtituitur; jam tamen defuncto Lothario Imperatore &c.*

Quoad reliquos Epiſcopos conſtituendos, faciunt in Principis noſtri favorem, præfati *Leonis IV* P. R. literæ, ad Eum, Ejusque fratrem, *Ludovicum Germanicum*, apud *Gratianum*, Diſt. 63, cap. 16: *Reatina Eccleſia, quæ, per tot temporum ſpatia, Paſtoralibus curis deſtituta conſiſtit, dignum eſt, ut brachio Amplitudinis Veſtræ ſublevetur, ac gubernationis regimine protegatur. Unde, ſalutationis alloquio præmiſſo, Veſtram Manſuetudinem deprecamur, quatenus Colono, humili Diacono, eandem Eccleſiam, ad regendum, concedere dignemini, ut, Veſtra licentia accepta, ibidem eum, Deo adjuvante, conſecrare valeamus Epiſcopum. Sin autem in prædicta Eccleſia nolueritis, ut præficiatur Epiſcopus, Tuſculanam Eccleſiam, quæ viduata exiſtit, illi Veſtra Serenitas dignetur concedere, ut, conſecratus à Noſtro Præſulatu, Deo Omnipotenti, Veſtroque Imperio, grates peragere valeat &c.* Hinc Patres Synodi *Valentinæ* in Gallia, an. 855, notante *Baronio* Tom. X, ad h. a. pag. 114, celebratæ, Can. VII, decreverunt: *Si quando alicujus Civitatis Epiſcopus, Vocatione Domini, deceſſerit, à Glorioſiſſimo Principe,* (Lothario) *Supplicando poſtuletur, ut Canonicam Electionem Clero & Populo ipſius Civitatis permittere dignetur &c.*

LUDO-

LUDOVICUS GERMANICUS I.

Cujus gratia,

Hrabanus, ex Abbate *Fuldenſi*, *Moguntinus* Præſul evaſit, an. 847; Vid. *Annales Pithœani* h. a. p. 42; *Annales Fuldenſes*, an. eod. apud *Freberum*, p. 20; *Hermannus Contractus* an. eod. apud *Urſtiſium*, pag. 305; *Lambertus Aſchaffenburg.* an. eod. p. 154; *Marianus Scotus*, an. eod. p. 442; *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. 138: *Baronius*, Tom. X. *Annal.* an. eod. §. 45, p. m. 53; *Tenzelius, in Vindiciis Cenſuræ Conringanæ Diplomatis Lindavienſis*, cap. VII, §. 10, p. 146.

Carolus, eandem Sedem, ab obitu *Hrabani*, Archi-Epiſcopi, conſecutus eſt. Vid. *Annales Fuldenſes*, ad an. 856, p. 24; *Pithœani*, an. eod. 52; &c. *Servinus*, *in Vindiciis Libertatis Eccleſiæ Gallicanæ, ſub Henrico IV*, apud *Goldaſtum* Tom. 3. *Monarchiæ*, pag. 261, malè promotionem hanc *Ludovico Pio* vindicat.

Willibertus, in locum *Gunthari*, *Colonienſis*, Archi-Epiſcopus ordinatur. Vid. *Annal. Pithœani*, an. 870, p. 77, & *Fuldenſes* an. eod. p. 33. *Regino*, ad an. 869; *Servinus* l. c. obſcurè hæc profert, omittendo *Williberti* nomen.

Remberto credita *Hamburgo-Bremenſis Eccleſia*, an. 865, teſte Auctore Vitæ ejus, cap. 9, apud *Surium*, 4. Febr. p. 45: *Eodem ipſo die, quo S. Anſcharius ſpiritum Domino reddidit, B. Rembertum concorditer omnes elegerunt. Porrò ita electum, adGlorioſum tunc temporis Regem, Ludovicum, adduxerunt Viri Venerabiles, Theodoricus, Mindenſis Epiſcopus, & Adelgarius, Abbas Monaſterii Novæ Corbejæ ſuſceptusque bonorifice à Rege, cum Pontificalis Baculi commendatione, Epiſcopatus eſt dominium adeptus - - - ad ordinandum eum, nempe S. Rembertum, Rex Ludovicus miſit ad Lintbertum, Archi-Epiſcopum Moguntinum, à quo, juſſit Ejus, ita eſt conſecratus, ut, non ſine Dei providentia, factum videatur, ut, ad Ejus conſecrationem, non unius, ſed duarum Eccleſiarum Metropolitanarum, convenirent Suffraganei, puta Lintvardus, Paderburnenſis Epiſcopus, Moguntini; & jam dictus Theodoricus, Mindenſis Epiſcopus, Colonienſis Archi-Epiſcopi Suffraganeus &c.* Nominat *Adamus Bremenſis*, Principem hunc, *Cæſarem*, inquiens, lib. 1, cap. 31, p. 27: *Obiit* (Anſcharius) *Anno Domini* 865, *Indict.* 13, *qui eſt Ludovici Secundi* 26, *ſepultusque eſt in Baſilica S. Petri, ante Altare S. Dei Genetricis, Mariæ. Eadem vero die, qua ipſe commendatus eſt, Rimbertus, Diaconus ejus, à Clero ſimul & Populo electus eſt &c.* & cap. 32, p. 28; *Mox, ut electus eſt, à Theodorico, Mindenſi Epiſcopo, & Adalgario, Corbienſi Abbate, juſſu Cæſaris, ductus eſt Moguntiam - - - - Pallium Pontificiale ſuſcepit à Papa, Nicolao; Ferulam Paſtoralem à Cæſare Luthevico &c.* Ita & *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. m. 93. *Wolterus*, *Chron. Bremenſ.* in vita *Remberti* apud *Meibomium* T. 2. *Rer. German.* p. 16; Auctor *Hiſtoriæ Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, in Ejusdem vita, apud *Lindenbrogium*, pag. m. 71. Rectius autem *Crantzius* lib. 2. *Metropol.* cap. 2, p. 41: *Pallium Pontificiale ſuſcepit Rembertus à Papa, Nicolao: Ferulam Paſtoralem, hoc eſt, Inveſtituram Feudalem, à Ludovico, Rege Germaniæ, quem nonnulli, temporum ignari, vocant Cæſarem &c.* Conf. *Conringius*, de *Republica*, Diſſ. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, §. 35, p. 383; & præced. §. 12, lit. d, pag. 1166.

Cum jam ſenio gravaretur S. Rimbertus, etiam continuus ei pedum dolor acceſſit, apud Glorioſiſſimos Reges, Luthewicum, & Filios ejus, hoc obtinuit, ut inſignis Vir, Adalgarius, Monachus videlicet Corbejæ, in adjutorium illi confirmaretur - - - impetravit etiam, ut ipſe illi in electione Succeſſor confirmaretur &c. Ita *Adamus* l. c. cap. 39. p. 33. Conf. *Albertus Stadenſis*, an. 887.

Geberhardus, *Spirenſi* Eccleſiæ præpoſitus eſt, an. 848, teſte *Lehmanno*, lib. 3. *Chron. Spir.* cap. 44, pag. 257.

Thioto, *Fuldenſis* Abbatis, *Hattonis*, locum obtinuit. Vid. *Annales Fuldenſes*, ad an. 856, pag. 24; & *Pithœani*, an. eod. p. 52.

Hartmotus, defuncto an. 872, *Grimaldo*, Abbati *S. Galli*, ſucceſſit. Vid. *Ratpertus*, *de Caſibus S. Galli*, cap. 10, apud *Goldaſtum* Tom. 1. *Rer. Alemann.* part. 1, p. 9.

LUDOVICUS 2 Imperator.

BENEDICTUM III, P. R. ab hoc Principe, fuiſſe confirmatum, ſub *Lothario I*, modò dictum eſt.

NICOLAUS I, Succeſſor Ejus, non niſi *præſente Imperatore* noſtro, conſecratus; Vid. *Anaſtaſius Bibliothecarius*, in ipſius vita, ad an. 858, p. 307: *Eo tempore* (quo Benedictus III obiit) *Invictiſſimus Roma Hludowicus Cæſar diſceſſerat. Qui, ejus cum tranſitum cognoviſſet, condolens, & concitus ad eam reverſus eſt, Romani quippe, tanto Paſtore amiſſo, mæſtiſſimo gemitu, lacbrymas ſuffundebant. Cumque Clerus, Proceres, & Optimatum genus congregarentur, jejuniis & orationibus, atque vigiliis, inſiſtebant, inceſſabilique Dominum certamine obſecrabant, ut, qualem amiſerant, talem illis dignaretur oſtendere Virum, Pontificatus quem culmine ſublevarent. Hæc vero cum gererentur, in Baſilica B. Dionyſii*

Confeſſoris, atque Pontificis, cum univerſo Populo convenerunt. In qua per aliquod ſpatium confabulantes horarum, ſidereo accenſi fulgore, unanimes illum (Nicolaum I) *Apoſtolicæ Sedis Præſulem eſſe ſanxerunt, & celeri greſſu Principis Apoſtolorum Petri continuo Aulâ properaverunt, in qua confugiens latitabat --- poſtmodum verò à Nobiliſſimorum cœtibus, cunctoque etiam Populo, in Baſilicam B. Petri deductus Apoſtoli, præſente Cæſare conſecratus eſt, Apoſtolicaque ſublimatus in ſede, factus eſt Pontifex &c.* Rectè hinc *Sigebertus Gemblacenſis*, ad an. 857: *Nicolaus Romanæ Eccleſiæ centeſimus tertius præſidet, cujus ordinationem Ludovicus Imperator, ſua præſentia, roboravit &c.* Ita & *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 856, p. 187; *Vincentius Bellovacenſis*, part. 3. *Speculi Hiſtorialis*, lib. 24, c. 37, ad annum 2 *Ludovici* 2, Imp. quem an. 856, cœpiſſe tradit; *Platina*, in ipſius vita, pag. 123 & 124; *Nauclerus* Vol. 2, Generat. 29, p. 713; *Albertus Crantzius*, lib. 2. *Metropol.* cap. 1, p. 40.

Quid in electione HADRIANI 2, an. 867, contigerit, diſcimus ex laudati *Anaſtaſii* continuatore, *Guilielmo*, itidem *Bibliothecario*, in ipſius vita, pag. 319: *Cum Apoſtolicæ memoriæ Sanctiſſimus Papa, Nicolaus, rebus exceſſiſſet humanis --- omnes Urbis Romanæ concives, ſimul & hi, quot extrinſecus tunc adeſſe contigerat, tam pauperes, quam divites, tam Clericalis Ordo, quam cunctum Populi vulgus, omnis ſcil. ætatis, profeſſionis & ſexus, contemptis omnibus excuſationibus, Hadrianum deſiderant, Hadrianum dari ſibi Præſulem ac Paſtorem exoptant &c.* & p. 330: *Colligit igitur omnibus, tam Epiſcopis, cum Univerſo Clero, quam Primoribus, cum obſecundantibus ſibi Populis, ab Eccleſia Sanctæ Dei Genetricis, ſemperque Virginis, Mariæ, quæ appellatur: Ad præſepe, rapitur, trahitur, & ad Lateranenſe Patriarchium certatim, ac à Procerum & Plebis multitudine, deportatur. Quod audientes tunc miſſi Principis moleſtè tulere, indignati ſcilicet, non quod tantum Virum nollent Pontificem, quem nimirum anxie cupiebant, ſed, quod ſe, dum præſentes eſſent, Quirites non invitaverint, nec optatæ à ſe futuri Præſulis electioni intereſſe conſenſerint. Qui, accepta ratione, quod non Auguſti cauſa contemptus, ſed futuri temporis hoc omiſſum fuerit omnino proſpectu, ne videlicet Legatos Principum, in electione Romanorum Præſulum, mos expectandi, per hujusmodi fomitem, inoleſceret; omnem ſuæ mentis indignationem, medullitus ſedavere, ac ſalutandum Electum etiam ipſi humiliter acceſſere - - - Quorum omnium unanimitatis deſiderium audiens Hludowicus, Chriſtianiſſimus Imperator; cognoſcens etiam, qualiter in eo decretum, ſuis ſubſcriptionibus, roboraverunt, valdè gaviſus eſt; &, ut tantus Domini famulus, cunctuque Gentibus, videlicet tam Romanis, quam diverſis advenis, deſideratus, & deſiderabilis Chriſtianæ Plebi præficeretur, medullitus exoptavit, & mox, Imperialem ſcribens Epiſtolam, cunctos Romanos, quod dignum tanto elegiſſent officio, Præſulem conlaudavit, per quam videlicet innotuit, nulli quippiam præmii fore, ex conſecratione ipſius, quoque modo pollicendum; cum Ipſe hanc, non ſuorum ſuggeſtione, ſed Romanorum potius unanimitate, commotus, ardentiſſimè cuperet provenire --- Itaque, ſabbato, peractis ritè orationibus, vigiliis & eleemoſynis, Dominico, ſecundum morem, idem Venerabilis Sacerdos - - - per Epiſcopos Reverendiſſimos --- benedictionem Summi Pontificatus --- ſuſcipere meruit, in nomine Domini &c.* Nota: Conſecrationem non proceſſiſſe, priusquam Imperator in Electum conſentiret. Conf. *Gratianus*, Diſt. 63. cap. 29, *cum Hadrianus 2 &c.* *Platina*, in ipſius vita, p. m. 125; *Albertus Crantzius*, lib. V. *Metropol.* cap. 1, p. 115; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 29, p. m. 715.

CAROLUS CALVUS, Imperator.

Quamvis Princeps hic, modò ut *Carolomannum*, Nepotem ex fratre, *Ludovico Germanico* in appetenda Imperiali corona, expungeret, eamque ipſemet conſequeretur, multa, in detrimentum Cæſareæ Majeſtatis, *Romæ* peregerit, quorum præced. Tit. V, §. 11, in ipſius vita. v. 4 ad an. 875, p. 46, memini; jura tamen Regia, in conſtituendis Epiſcopis, nunquam neglexit. Documento ſunt:

Wenilo, Senonenſis Archi-Epiſcopus; Vid. *Libellus Proclamatorius*, quem Princeps noſter, tunc adhuc Rex Galliæ, an. 859, contra hunc Præſulem, ad *Ludovicum Germanicum* deficientem, in Generali Concilio Tullenſi, protulit, apud *Pithœum*, de *Scriptoribus Rer. Franc.* cap. I, p. 491, & *Baronium*, Tom. X Annal. ad h. a. pag. 167 &c: *Quia ex conſuetudine olitana, cognoſcitis, in Francorum Regno, Reges ex Genere prodeunt, mihi à Domino & Genitore meo, p. m. Ludovico Auguſto, pars Regni, inter fratres meos, Reget, divina diſpoſitione, eſt tradita, in qua parte Regni, vacabat tunc Paſtore Metropolis Senonum, quam, juxta conſuetudinem Prædeceſſorum meorum, Regum, Weniloni, tunc Clerico meo, in capella mea mihi ſervienti . . . ad gubernandum commiſi &c.* Conf. *Servinus*, in *Vindiciis libertatis Eccleſiæ Gallicanæ*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 Monar-

narchiæ, p. 261; *Meibomius* de *Jure Inveſt. turæ Epiſcopalis*, Tom. 3 *Rer. German.* p. 170 & 171.

Vulgrinus, Engoliſmenſis, de quo Auctor *Hiſtoriæ Pontificum & Comitum Engoliſmenſium*, cap. XI, apud *Labbeum* T. 2 *Biblioth. MS. Audita morte Emenonis, Carolus Calvus Vulgrinum, propinquum ſuum, fratrem Abbatis, ex Monaſterio S. Dionyſii, direxit Engoliſmam, & præfecit Engoliſmæ & Petragoricæ, &, aſſenſu Caroli Regis, (ab) Hooliba, in Pontificem Engoliſmæ conſecratur &c.*

Sylvanectenſis Præſul, teſte *Hincmaro*, in Epiſtola ad Principem noſtrum, apud *Flacium Illyricum*, de *Teſtibus Veritatis*, p. m. 238 & 239: *Dignetur mihi Dominatio Veſtra literis ſuis ſignificare, quem vultis, de Cœpiſcopis Veſtris, ut ei, ex more, literas canonicas dirigam, & Viſitatoris officio fungens, in eadem Eccleſia, Electionem Canonicam faciat ... vel, per me, ipſa Electio ad Dominationis Veſtræ diſcretionem perveniat &c.*

Abbo, Autiſſiodorenſis; Vid. *Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium*, in ipſius Vita, cap. 37, apud *Labbeum* l. c. Tom. I, p. 433: *Juſſu Caroli Regis, electus, Pontificatui ſubſtitutus eſt.*

Bertulfus, Trevirenſis; Vid. *Regino*, ad an. 869: *Carolus, certa relatione comperiens, Lotharium Regem obiiſſe, mox illius occupare ditionem nititur ... carebat autem, ea tempeſtate, Urbs Trevirorum, & Colonia Agrippinenſis, Pontificibus ... inito autem Rex cum Optimatibus conſilio, Bertulfum, Nepotem ſupradicti Adventii Epiſcopi, Eccleſiæ Trevirorum præfecit ... Porrò, Coloniæ Agrippinæ, Rex Hilduinum Abbatem præponere tentavit &c.* ſed fruſtra; *Williberto*, juſſu *Ludovici Germanici*, ceu ſub eo dictum, ſedem hanc conſecuto.

N. Beluacenſis; Vid. *Hincmarus*, Epiſt. ad *Clerum Populumque Beluacenſem*, apud *Flacium* l. c. pag. 243: *Defuncto ... Paſtore veſtro, Hodone, Electione Canonicæ, à Domino Noſtro, Rege, Vobis, ſolita benignitate, conceſſa &c.*

CAROLUS CRASSUS, Imperator.

Sub hoc, Principum auctoritas in conſtituendis Pontificibus Romanis, penitus ferè proſtrata eſt, poſtquam *Hadrianus III*, Imperatore noſtro bello Normannico occupato, Italiaque variis motibus perturbata, Romanis volentibus, Duo Decreta fecit: alterum, pro Romanorum libertate: *Ut Pontifex deſignatus, conſecrari, ſine præſentia Regis, aut Legatorum Ejus, poſſet*; alterum, pro dignitate Italiæ: *Ut, moriente Rege Craſſo ſine filiis, Regnum Italicis Principibus, una cum titulo Imperii, traderetur &c.* Hæc *Sigonius*, lib. V de *Regno Italiæ*, ad an. 884, p. 225; Indeque *Martinus Polonus*, in vita *Hadriani III*, p. m. 364: *Hic conſtituit, ut Imperator non intromitteret ſe de Electione &c.* & *Jacobus de Kœnigshoven*, Chron. Alſat. cap. 3, §. 51, p. m. 180, in ejusdem vita: *Dirre (dieſer) ſatte uf, das ſich ein Keyſer nüt ſolte underwinden der Walunge eines Boheſtes &c.* nec aliter *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 45, p. m. 245; *Platina*, in ejusdem vita, p. m. 127, quamvis minus rectè hæc anno 895 inſcribat; *Wernerus Rolewinck*, *Faſcic. Tempor.* ætat. 6, p. m. 67, b. *Raphaël Volaterranus*, lib. XXII, p. m. 503; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 30, pag. 718; *Albertus Cranzius*, lib. 5 *Metropol.* cap. I, pag. 116; *Centuriatores Magdeburgici*, Centur. IX, cap. 10, pag. 511; *Zieglerus* de *Epiſcopis*, lib. 2, cap. 2, §. 35, p. 276. *Quibus rebus auditis, Craſſus in Italiam ſe recepit, ac, ſequenti anno, per Aprilem menſem, Papiæ jus dixit &c.* ſunt verba *Sigonii*, præfatis immediatè annexa, ad an. 885. Quicquid ſit, ex *Anaſtaſii Continuatore, Guilielmo* Bibliothecario, in vita STEPHANI VI, *Hadriano III* ſurrogati, p. 346, liquet, Legatum Imperatoris noſtri, Electioni Ejus iterum interfuiſſe; ibi: *Defuncto recordandæ memoriæ Hadriano Papa .... facto Conventu Sanctiſſimorum Epiſcoporum, & totius Clericalis Ordinis, nec non Nobilium Senatuum, & Virorum Illuſtrium Cœtu, acclamantibus omnibus, una cum omni Populo, & utriusque ſexus vulgi multitudine, dixere: Domnum Stephanum Presbyterum, Deo dignum, omnes volumus, omnes quærimus, & petimus nobis præeſſe Pontificem: quia, procul dubio, credimus, ejus ſanctitate nos poſſe liberari ab imminentibus periculis. Tunc, quia jam nominatus Hadrianus Pontifex Romæ reliquerat Joannem, Venerabilem Ticinenſem Epiſcopum, ut Miſſum Caroli Excellentiſſimi Imperatoris, pro tuitione Urbis, omnes, cum eodem Legato Imperiali juncti, unanimes venerunt ad Domum, ubi cum patre ipſe almificus Stephanus ſancto meditabatur colloquio, & ecce, fractis foribus, tenetur, & ducitur electus Dei Pontifex ad eundem Titulum SS. Quatuor Coronatorum, ſibi creditum ... eundem venerandum Electum trahentes ad Lateranenſe, Chriſto præduce, perduxerunt Palatium, cum omni honore, & debita reverentia ... Deinde, cum Venerabilibus Epiſcopis, & Auguſtali Legato, ac Honorabili Senatu, per omnia ſacri Palatii perrexit veſtiaria &c.* Eadem repetente *Baronio*, Tom. X *Annal.* ad an. 885. §. 3 & ſeqq. pag. 582. Quam brevis autem Principi Noſtro *Romæ* fuerit auctoritas, ex metamorphoſi, quam, an. 887, ſubire cogebatur, præced. Tit. 2. §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 86, & Tit. 5. §. 11, in ipſius vita, v. 4, ad eundem

an.

an. 887, p. 469, judicandum eſt. Quod ad alios Præſules attinet, ſcimus, Eum

An. 883. *Bernhardi*, Abbatis *S. Gallenſis*, electionem confirmaſſe. Vid. *Ratpertus*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. XI, apud *Goldaſtum*, T. I *Rer. Alamann.* Part. I, p. 11: *Omnibus Bernhardum ſibi Abbatem poſcentibus, ſtatim in præſenti Benigniſſimus Princeps* (Carolus) *eorum deſiderium audiens, Bernhardo Monaſterium cum Congregatione commendavit, ipſumque Abbatem conſtituit - - - contigit autem iſta ordinatio, circa finem Anni ab Incarnatione Domini*, 883, 6 *Feria*, 8 *Id. Decemb. Indict. I, Anno vero Karoli Imperatoris* 3 *&c.*

An. 885, *Paderbernenſi*, facultatem dediſſe eligendi liberè Epiſcopi. Vid. Diploma, hanc in rem confectum, apud Dn. *Schatenum*, lib. 3 *Annalium Paderbornenſ.* p. 193: *Decernimus, atque jubemus, ut - - - Paterbrunnenſis Eccleſiæ Clerus poteſtatem habeat inter ſe eligendi Pontificem, donec inter ipſos talis inveniri poterit, qui ad illud officium dignus reperiatur &c.* Errat hinc Auctor Vitæ B. *Meinwerci Paderbornenſis*, cap. 7, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 85, Privilegium hoc *Carolo Calvo* tribuens; rectèque propterea Illuſtr. Dn. *Leibnitius*, Tom. I *Rer. Brunſuic.* in vita ejusdem Epiſcopi, cap. VII, p. 520, loco *Calvi*, *Craſſum* legit.

An. 887, *Haſchiricum*, *Pariſienſi* Eccleſiæ præfeciſſe. Vid. *Regino*, ad h. a. *Gozzilinus Epiſcopus*, (Urbis Pariſiorum) *inter ipſas obſidionum preſſuras, migravit à ſeculo, in cujus loco ſubſtitutus eſt, ab Imperatore, Haſchiricus Epiſcopus &c.* Extant de hac obſidione, libro duo *Abbonis*, apud *Pithæum*, de *Scriptoribus Rer. Francic.* p. 530 &c.

LUDOVICUS, *Ludovici Balbi* filius, Rex Galliæ.

Hunc, an. 881, *Hugoni*, *Lotharii* Regis & *Waldrada* filio, *Abbatias* in beneficium dediſſe, præced. Tit. 5, §. 11, in vita *Lotharii I* Imp. v. 3, p. 453, annotavi. Conf. præc. §. 5, lit. a. ſub hoc Principe p. 1127.

CAROLOMANNUS, hujus *Ludovici* Frater.

De hoc ita *Hincmarus* in Admonitione ad Eundem, & Galliæ Epiſcopos, *circa Poteſtatem Regiam & Pontificiam*, an. 884. c 5, apud *Goldaſtum* T. I *Monarchiæ*, p. 4: *Qualiter autem Conſenſu Principis Terræ, qui res Eccleſiaſticas, Divino Judicio, ad tuendas & defenſandas ſuſcepit, Electione Cleri & Plebis, quique ad Eccleſiaſticum regimen, abſque ulla venalitate, provehi debeat & Dominus in Evangelio, & Sacri Canones, apertè demonſtrant - - - unde Principi Terræ Magnopere providendum, atque cavendum eſt, ne in his Deus offendatur, per quos Religio Chriſtiana conſiſtere debet, & cæteri ab offenſione ſalvari &c*

ARNOLPHUS Imperator.

De corrupto Italiæ ſtatu, ſub hoc Principe, quomodoque, an. 896, *Romam* expugnaverit, &, à *Formoſo* Papa, Imperator fuerit coronatus, præced. Tit. 2, §. 12, lit. h, v. 3, p. 236, & Tit. 4, §. 3, lit. m, v. 1, p. 309, dictum eſt. Num, circa conſtituendos Præſules *Romanos*, in ſpecie aliquid actum ſit? reperire non potui: Sufficit, Eum, pro abſoluto Domino, ſe ibi geſſiſſe. Quod & illa *Luitprandi*, lib. 1, *Hiſtor.* cap. 8, p. m. 97, pertinent: *Hoc in tempore*, (an. 896) *Formoſus, Papa Religioſiſſimus, à Romanis vehementer affligebatur, cujus & hortatu Rex Arnulfus Romam advenerat, in cujus ingreſſu, ulciſcendo Papæ injuriam, multos Romanorum Principes, obviam ſibi properantes, decollari præcepit &c.* Conf. *Vincentius Bellovacenſis*, part. 3 *Speculi Hiſtorialis*, lib. 24, cap. 56. Cæterum, in Germania.

An. 888, *Adalgarius, Archi-Epiſcopus Hamburgenſis, Ferulam Paſtoralem accepit ab Arnulfo Rege; Pallium, à Papa Stephano &c.* Ita *Adamus Bremenſis*, lib. 1 *Hiſt. Eccleſ.* cap. 39, p. m. 33; Conf. *Albertus Stadenſ.* h. a. *Henricus Wolterus*, in *Chron. Bremenſi*, in vita *Adalgarii*, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.* pag. 17; Hiſtoria *Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, in ejusdem vita, apud *Lindenbrogium*, pag. 72.

An. 889, *Luitpertus, Maguntiæ Urbis Præſul, è rebus humanis ſublatus eſt; in cujus loco ſubrogatus eſt Sunzo, Vir Religioſus ac ſimplex, ſacris literis ſufficienter inſtructus - - - Poppone, Thuringorum Duce, & Arnolpho Rege annuente &c.* Hæc *Regino*, ad h. a. Conf. *Aventini, Annal. Bojor.* lib. IV, cap. 20, §. 11, p. m. 433.

An. 891, *Hattonem, Monachorum, Lacum Venetum, (Boden-See) incolentium, Magiſtrum, perquam callidum & prudentem, Pontificem Moguntinum nuncupat &c.* Ita *Aventinus* l. c. §. 22, p. 436. Conf. *Annales Fuldenſes*, h. a. *Regino* an. eod. p. m. 67. *Lambertus Aſchaffenb.* an. eod. p. m. 155; *Bruſchius* in *Catalogo Archi-Epiſcopor. Moguntin.* & in *Monaſteriologia Germaniæ*, voc. *Augia Dives*, p. m. 36.

An. 892, *Farabertus, Abbas Prumienſis Cœnobii, curam Paſtoralem, ſua ſponte, per conceſſum Regis, depoſuit, & ego, quamvis indignus, ſecundum regularem authoritatem, per electionem Fratrum, in Regimine ſucceſſi &c.* Sunt ejusdem *Reginonis* verba, ad h. a.

An.

An. 898, *Engilmarus*, *Patavienſis Epiſcopus*, *obiit, in cujus locum Wibingus (contra inſtitnta Patrum primus Marahunenſis ab Apoſtolico deſtinatus Epiſcopus,) Rege concedente, ſucceſſit &c.* Sic *Annales Francorum Fuldenſes*, ad h.a. Conf. *Aventinus* l.c. §.50, pag. 441, eum *Bichingum* vocans.

Ejusdem gratia conſecutus eſt *Adalbero*, Abbatiam *Laurishamenſem*, teſte *Chronico Laurishamenſi*, apud *Freherum*, pag. 67: *Defuncto Gerhardo Abbate, Fratribus ejusdem Monaſterii, de quibusdam inſolentiis, apud Arnulfum, jam tunc Imperatorem, accuſatis, & ob hoc ab electione Abbatis interim ſuſpenſis, Adelbero, Auguſtenſis Epiſcopus, Vir magnæ in Chriſto gravitatis & reverentiæ, diſpenſatoriè per Imperatorem ibidem inſtituitur &c.*

LUDOVICUS IV, Rex Germaniæ.

Hoc in Germania regnante, coëgit *Johannes IX*, *Romæ* Synodum, an. 904, in qua, inter alia, cautum: *Quia Sancta Romana Eccleſia, cui, Deo Auctore præſidemus, plurima patitur violentias, Pontifice obeunte, quæ ob hoc inferuntur, quia absque Imperatoris notitia, & ſuorum Legatorum præſentia, Pontificis fit conſecratio; nec, Canonico ritu & conſuetudine, ab Imperatore directi interſunt Nuncii, qui violentiam & ſcandala, in ejus conſecratione, non permittant fieri: Volumus id, ut deinceps abdicetur, & Conſtituendus Pontifex, convenientibus Epiſcopis, & Univerſo Clero, eligatur, expetente Senatu & Populo, qui ordinandus eſt, ſic, in conſpectu omnium, celeberrimè electus ab omnibus, præſentibus Legatis Imperialibus, conſecretur. Nullusque, ſine periculo, juramentum vel promiſſiones aliquas, nova adinventione ab eo audeat extorquere, niſi quæ antiqua exigit conſuetudo; ne Eccleſia ſcandalizetur, vel Imperatoris Honorificentia minuatur &c.* Quam Conſtitutionem *Gratianus*, Diſt. 63, cap. 28, *Quia Sancta &c.* &, dubiis licet verbis, ipſe *Baronius*, T. IX, ad an. 816, §. 101, p. m. 705, *Stephano V*, adſcribunt. Quicquid ſit, ſpreto Decreto, *Benedictus IV*, altero ſtatim à *Johannis* obitu die, ſedem invaſit, quem ejusdem furfuris homines ſecuti: *Leo V, Chriſtophorus; Sergius III, Anaſtaſius III, Lando, Johannes X, Leo VI, Stephanus VIII, Johannes XI, Leo VII, Stephanus IX, Marinus II, Agapitus II*, & *Johannes II*, partim à ſcortis, partim à Tuſciæ Marchionibus, partimque vi propria, intruſi, de quibus intelligenda *Luitprandi*, & *Baronii* verba, præced. pag. 20, & 309 & 310, jam producta.

Hogerus Archi-Epiſcopus (Bremenſis) *Pallium ſuſcepit à Sergio Papa; Ferulam, à Rege Ludewico &c.* Ita *Adamus Bremenſis*, lib. 1 *Hiſtor.* cap. 43, pag. 35. Conf. *Albertus Stadenſis*, ad an. 909. *Henricus Wolterus, Chron. Bremenſ.* in ipſius vita, apud *Meibomium* T. 2 *Rer. German* p. 27, quamvis perperam *Ludovicum* noſtrum fratrem *Lotharii* conſtituat; *Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, in ejusdem vita, apud *Lindenbrogium*, p. 72.

Hattonem Moguntinæ Sedis Præſulem, ab eodem *Laurishamenſem* Abbatiam obtinuiſſe, *Laurishamenſi* ex Chronico, apud *Freherum*, pag. 68, diſcimus: *Hattone, Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopo, Laurishamenſis Cænobii curam, per Regiam inſtitutionem, gubernante &c.*

CONRADUS I, Rex Germaniæ.

Hunc, & ſequentem Regem, *Carolingis*, non niſi ordinis gratia, ſubjungo.

Memoria traditum à Fratribus habetur, cum Reinwardus (Bremenſis) *tranſiſſet, Leidradum, Bremenſis Chori Præpoſitum, à Clero & Populo electum. Qui, hoc Unni pro Capellano utens, venit ad Curiam, Rex autem Conradus, divino, ut creditur, afflatus ſpiritu, contempta Leidradi ſpecie, parvulo Unni, quem retro reſpexerat ſtare, Virgam obtulit Paſtoralem. Cui etiam Papa, Johannes X, ut Privilegium indicat, dedit Pallium &c.* Hæc *Adamus Bremenſis*, lib. 1 *Hiſtor.* cap. 47, pag. 37. Conf. *Albertus Stadenſis*, ad an. 915; *Henricus Wolterus, Chron. Bremenſ.* in ipſius vita, apud *Meibomium* l.c. pag. 28. *Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſium, Lindenbrogii*, pag. 73; *Albertus Cranzius*, lib. 3 *Metropolis*, cap. V; cujus in primis notanda verba: *Potiſſimam ejus ab homine cauſam hanc accepimus, quod Rex contemſerit Populi & Cleri electionem, ſine ſuo nutu factam, & ideò electum præteriit, & alium ſuffecit &c.*

Idem inveſtivit *Liutherum*, *Laurishamenſi* Abbatia; Vid. *Chronicon Laurishamenſe* apud *Freherum*, pag. 68: *Donec ipſis Fratribus, ſub Conrado Rege, plenariæ electionis libertas reſtituta eſt, à quo etiam Liutherus, ex Fratrum electione, Abbatia inveſtitus eſt &c.*

HENRICUS AUCEPS, Rex Germaniæ.

Principis hujus gratia, *Halberſtadenſis* Epiſcopatus

patus obvenit *Bernbardo* cuidam; de quo *Ditmarus*, lib. 1 *Chron.* p. m. 13: *Anno Dominicæ Incarnationis 923, Indict. XI, Regni autem Primi Regis Henrici quinto, Venerabilis Sigismundus, Sanctæ Halberſtadenſis Eccleſiæ Antiſtes VI, 19 Kal. Febr. obiit, cui Bernbardus, ejusdem Capellanus, ſucceſſit, ſicut ei prius Vir Sanctus prædixit. Namque is, diu infirmus, vidit in ſomnis, quod Baculum Paſtoralem, è manibus ſuis elapſum, Bernbardus pone ſequens elevaret, & in aperto portaret; & expergiſcens vocavit eum ad ſe, dicens: Vade ad Curtem Regiam, ſumens ex mea parte, quæ tibi ſint ad hæc neceſſaria, & acquire gratiam, & auxilium ibi optimè valentium, ut tibi liceat, ſine omni offenſione, mihi ſuccedere; providebit enim hæc omnia Dominus, dilecte Fili! Edictum amati Senioris, obeditione humili, Bernbardus mox complens, dum à Rege Henrico reverteretur, comperit Dominum ſuimet, & Patrem, de hac luce, 30 Ordinationis ſuæ anno, ad Chriſtum migraſſe, & mox repedans, prædicti Regis munere, quod poſtulat, conſequitur &c.*

Eidem Epiſcopatum *Auguſtanum* acceptum refert *S. Udalricus*, teſte Auctore vitæ *S. Udalrici*, cap. 1, apud *Surium*, 4 Julii, pag. m. 77: *Defuncto Hiltine Epiſcopo, machinatione nepotis ſui, Burchardi Ducis, & aliorum Propinquorum ſuorum, Heinrico Regi præſentatus, Ejusque Sublimitati nota facta eſt deceſſio Epiſcopi, ſupplicatumque eſt, ut præfato Domino Udalrico Epiſcopalis poteſtas ab Eo concederetur. Rex vero intuens herilitatem ſtaturæ illius, & comperiens doctrinæ ſuæ ſcientiam, petitioni eorum aſſenſum præbens, Regio more, in manus eum accepit, munereque Pontificatus honoravit &c.*

Arnolpho, Boſorum Duci, per totam Bavariam, *inveſtiendi Epiſcopos* jure Eum ceſſiſſe, docet *Luitprandus*, lib. 2. *Hiſt.* cap. 7. p. 106: Oratione Ordinum Provincialium, ad laudatum Ducem habita; verbis præced. Tit. V, §. 11, in vita *Henrici Aucupis*, v. 4, ad an. 920, p. 488, extantibus, quibus annexa ſimul aliorum teſtimonia; Addas adhuc *Aventinum*, lib. IV. *Annal. Boicor.* cap. 22, §. 14. p. 456 & 457; & *Hundium*, Tom. 1. *Metropol. Salisburg.* p. 192.

Engilbertus Abba, ab Henrico Rege, Abbatiam ſuam (S. Galli) *ſuſcepit &c.* Ita *Hepidanni Annales* ad an. 925, apud *Goldaſtum*, T. 1. *Rer. German.* haud procul ab initio. Conf. *Ratpertus, de Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 5, ibid. p. 29.

22. Cum Imperium Romanorum, in Perſona Ottonis, (*a*) in Germanos transferretur: idem jus, quod Carolus Magnus habuit, Ipſi conceſſum eſt, (*b*) ſcilicet: Pontifices, Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, &c. conſtituendi, & deponendi. *Cap. 24, Diſt. 63.* Hoc jus, usque ad Henricum III, (*c*) Germani quietè exercuerunt; Poſt hujus mortem, Gregorius VII, Henrico IV, jus inveſtiendi, per Annulum & Baculum, (*d*) extorquere ſategit; ſed Henricus IV fortiter ſe oppoſuit, licet aliquoties à Pontifice excommunicatus fuerit; (*e*) Henricus V, Filius Ejus, Calixto Pontifici tandem hoc jus ceſſit, in Comitiis Wormatienſibus, an. 1122, & cum Pontifice convenit: (*f*) Ut ipſe Pontifex haberet jus conferendi Beneficia Eccleſiaſtica, per Baculum & Annulum; Imperator vero Regalia conferret, per Sceptrum; (*g*) Conſtitutio aſſervatur Romæ, aureo ſigillo munita. *Lehman. lib. V, cap. 42. ſub fin.* Sequentes Imperatores, usque ad Fridericum II, (*h*) omnem operam, ad vindicandum hoc jus, impenderunt, ſed infelici ſucceſſu; illudque poſtea apud Pontifices perpetuo manſit.

NOTÆ.

(*a*) OTTONIS. Quæ de *Ottone* hic narrantur, illuſtrari poſſunt dictis præced. Tit. IV, §. 3, lit. m. pag. 308 ad 319. Quæſtionem: *De Translatione Occidentalis Imperii*, eſſe inanem, l. c. §. 5, lit. a, v. 38 &c. pag. 363 & ſeqq. probavi.

(*b*) CONCESSUM EST. Vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, voc: *Ottonem I*, p. 62; & Tit. IV, §. 3, lit. m. v. 9. & 10, p. 317 &c.

(*c*) USQUE AD HENRICUM III. Eodem ordine, quem in *Carolingis*, præced. §. 21, obſervavi, & hanc theſin bono niti fundamento, jam demonſtrabo.

OTTO

OTTO MAGNUS.

Hic, purgando Romanam Sedem, *ab Hominibus monſtroſis, vita turpiſſimis, moribus perditiſſimis, usque quaque fœdiſſimis*, ut *Baronius* Tom. X, ad an. 897, p. 624, lit. D, loquitur, rem eo adegit, ut, depoſito, an. 963, ob cauſas, præced. Tit. IV, §. 3, lit. m, v. 9, pag. 316 & 317, prolatas, JOHANNE XII, in Ejusque locum ſurrogato LEONE VIII, publico in Conſiſtorio, an. 964, priſtina jura Principum, in Pontificibus conſtituendis, tam Romanis, quam aliis, Sibi, & Succeſſoribus, reſtituerentur. Mortuo namque JOHANNE XII, intruſoque ab ejus factione BENEDICTO, revertebatur Imperator *Romam*, eaque ad deditionem redacta, convocabat Synodum ſolemnem, qua coacta, *advenit Benedictus, Apoſtolicæ Sedis invaſor, eorum, qui ſe elegerant, manibus adductus, Pontificalibus veſtibus indutus. Quem Benedictus, Cardinalis Archi-Diaconus, tali eſt ſermone aggreſſus: Qua tibi authoritate, quave Lege, ô invaſor! hæc Pontificalia indumenta uſurpaſti, ſuperſtite hoc præſente Domino Noſtro, Venerabili Papa, Leone, quem tu, nobiſcum, accuſato & reprobato Joanne, ad Apoſtolicatus culmen elegiſti? num inficiari potes præſenti Domino Imperatori juramento promiſiſſe:* NUNQUAM TE, CUM CÆTERIS ROMANIS, PAPAM ELECTURUM, AUT ORDINATURUM, ABSQUE ILLIUS, FILIIQUE SUI, REGIS OTHONIS, CONSENSU? *Benedictus reſpondit: Si quid peccavi, miseremini mei. Tunc Imperator, effuſis lacrymis, quam miſericors eſſet, oſtendens, rogavit Synodum: ne Benedicto præjudicium fieret. Si vellet, & poſſet, ad interrogata reſponderet: quod ſi non poſſet, aut nollet, ac ſe culpabilem redderet, tamen, pro timore Dei, miſericordiam aliquam inveniret. Quo audito, ad Domini Leonis Papæ pedes, ipſiusque Imperatoris, idem Benedictus concitè procidens: Se peccaſſe, ſeque Sanctæ Romanæ Sedis invaſorem eſſe, acclamavit. Poſthac Pallium ſibi abſtulit, quod, ſimul cum Pontificali Ferula, quam manu geſtabat, Domino Papæ Leoni reddidit. Quam Ferulam idem Papa fregit, & fractam Populo oſtendit. Deinde Benedictum in terra ſedere præcepit, cui Caſulam, quam Planetam vocant, cum ſtola pariter, abſtulit. Poſt autem omnibus Epiſcopis dixit: Benedictum, Sanctæ & Apoſtolicæ Sedis Romanæ invaſorem, omni Pontificatus & Presbyteratus honore privamus; ob eleemoſynam vero Domini Imperatoris Othonis, cujus ſumus opera in Sedem debitam reſtituti, Diaconatus eum ordinem habere permittimus, & non jam Romæ, ſed in exilium deſtinamus &c.* Hæc coævus *Luitprandus*, lib. VI, cap. XI, p. m. 160; quæ *Goldaſtus*, in Tomum III. *Conſtit. Imper.* p. 309, tranſcripſit; pluresque alii, ſupr. l. c. v. 10, p. 317 & 318, nominati, affirmant. In exilium itaque pulſo *Benedicto*, reſtitutoque in integrum *Leone VIII*, itum tandem eſt ad Transactionem illam, qua, ut Tit. 2, §. 8, lit. a, voc. *Ottonem I*, pag. 62, docui, Imperatori Noſtro omne Jus, quo, circa conſtituendos Præſules, tam Romanos, quam alios, *Carolus Magnus* gaviſus eſt, ſolenni in Conſiſtorio, reſtitutum. Defuncto hinc *Leone VIII*, an. 965, *Legati Romanorum, Azo videlicet Proto-Scriniarius, & Marinus, Sutrienſis Eccleſiæ Epiſcopus, Imperatorem,* PRO INSTITUENDO, QUEM VELLET, ROMANO PONTIFICE, *in Saxoniam adeuntes, honorifice ſuſcipiuntur, & remittuntur; & Otgerus, Spirinſis Epiſcopus, & Linzo, Cremonenſis Epiſcopus, cum eisdem, Romam ab Imperatore diriguntur. Tunc ab omni Plebe Romana*, JOANNES, *Narnienſis Eccleſiæ Epiſcopus, eligitur, Sedique Apoſtolicæ Pontifex inthronizatur &c.* Ita *Continuator Reginonis*, ad h. a. & *Baronius* Tom. X, an. eod. pag. 776. Non multo poſt, cum, propria licet culpa, Pontifex hic à Romanis iterum pelleretur, revertens *Romam* Imperator grave de ſontibus ſupplicium ſumſit; de quo idem Auctor l. c: *Qui* (Johannes XIII) *ſtatim Majores Romanorum, elatiore animo, quam oporteret, inſequitur, quo in brevi inimiciſſimos & infeſtos patitur. Nam ab Urbis Præfecto, & quodam Rotfredo, comprehenditur, & Urbe expulſus, in Campania cuſtodiæ mancipatur &c.* & ad an. 966: *Imperator iterum* --- *Italiam intravit* --- *tunc Romani, Imperatoris metuentes adventum, Rotfredo jam mortuo, à cuſtodia, qua tenebatur, Joannem Apoſtolicum abſolvunt, & veniam, pro malis, quæ ei ingeſſerant, poſcentes, in locum & Sedem ſuam illum reſtituunt &c.* Enimvero, ut, ad an. 967, annectit, *Imperator Romæ Natalem Domini celebravit, &, excepto Præfecto Urbis, qui aufugerat, tredecim ex Majoribus Romanorum, qui Authores expulſionis Domini Joannis Papæ videbantur, ſuſpendio interire juſſit &c.* Conf. *Hermannus Contractus*, Cod. Nov. ad an. 970, apud *Urſtiſium*, p. m. 315. Tali modo ſe geſſit Imperator noſter, erga Pontifices Romanos. Quod alios Præſules reſpicit ecce, quomodo ſe res habeat!

An. 936, *Adaldagus, Hamburgenſis & Bremenſis* Archi-Epiſcopus, *Ferulam Paſtoralem, à Magno Ottone, ſuſcepit; Pallium Archi-Epiſcopale, ſumſit à*

Papa

Papa VII (VIII) *Leone &c.* Ita *Adamus Bremenſis*, lib. 2, cap. 1, p. 41, Conf. *Albertus Stadenſ.* h. a. *Wolterus, Chron. Bremenſ.* in ipſius vita, ap. *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.* p. 28; *Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſ.* in ejusdem vita, apud *Lindenbrogium*, p. 74; *Lambecius* Tom. I *Rer. Hamburg.* p. m. 10.

An. 937, *dat Clericis Hammaburgenſis Eccleſia, poteſtatem, inter ſe, ſive aliunde eligendi Epiſcopum, cum neceſſitas popoſcerit &c.* Hæc ex ipſo diplomate, apud *Maderum*, in Addit. ad *Adamum Bremenſem*, §. X, p. 207; *Lindenbrogium*, §. VI *Privilegiorum Hamburgenſium* p. m. 130, & *Lambecium* Append. ad lib. I *Rer. Hamburg.* p. m. 38.

An. 953, *Mortuo Agrippina Sedis Proviſore, Wigfrido, Epiſcopatum Ejusdem Ducatumque inſuper Lotharii, dedit* fratri ſuo, *Brunoni*. Ita *Ditmarus* l. c. pag. 20. Conf. *Regino*, h. a. *Frodoardus* h. a. apud *Pithæum*, pag. 186; *Sigebertus Gemblacenſ.* an. eod.

An. 865, defuncto *Brunone Colonienſi*, ceu *Reginonis Continuator, Lambertus Aſchaffenburg: Sigebertus Gemblac.* aliique, ad hunc annum, teſtantur, *Wolmero, ejusdem familiari Capellano, ob amorem ejus, Epiſcopatum, & anima curam, fideliter commendavit; quo ſedente tempus, à Domino ſibi permiſſum, & in omnibus egregiè converſanti, & de medio, XV Cal. Aug. diſcedente, Gero, frater Ditmari Marchionis, à Clero, & ab omni Populo, electus eſt; & hoc Imperatori mox adnunciatur. Hic, quia præfato fratri ſuo, ob multas cauſarum ſpecies, iratus fuit, dare huic Epiſcopatum noluit. .... Imperatore autem, in ſancta Dominica Reſurrectionis die, evaginato apparuit Angelus gladio, cum jam præparatus excepta corona ad Eccleſiam pergere voluiſſet, niſi, inquiens, in Gerone hodie compleveris Electionem, ſecurus non evadis hanc cædem. Expaveſcens ob hoc Cæſar, Dominum, inquit, vocate Geronem, eique, protinus venienti, curam Baculo Paſtoralem commiſit &c.* Sunt verba *Ditmari* l. c. pag. 21.

Ejusdem nutu, à Clero & Populo electus, *Guilielmus*, filius Ejus, defuncto *Friderico*, in *Archi-Epiſcopatu Moguntino*, an. 954, ſucceſſit. Vid. *Regino* h. a. *Lambertus* h. a. *Marianus Scotus* h. a.

Adalbertus Archi-Epiſcopatum Magdeburgicum ab Eodem obtinuit. Vid. præced. §. 13, lit. bb. p. 1218.

Unanimi conſenſu *Boleslai* Ducis, Cleri Populique *Pragenſis*, electus Epiſcopus *Diethmarus*, *ad Imperatorem Chriſtianiſſimum, Ottonem, filium Henrici I Regis, ex parte Ducis, & totius Cleri atque Plebis, cum his transmittatur literis: O Glorioſiſſime Imperator --- hunc Virum, per omnia approbatum, nomine Diethmarum, quem nobis in Paſtorem eligimus, veſtra ſanctiſſima collaudatione, ac juſſione, ut ordinetur in Epiſcopum ſuppliciter exoramus. Tunc Imperator ...., juſſit Magontinum Archi-Epiſcopum, qui tunc præerat Curti* (Curiæ) *ut ordinaret eum in Epiſcopum*, Ita *Coſmas* Pragenſis, in *Chron. Bohem.* apud *Freherum*, de *Reb. Bohem.* p. m. 12. Conf. præced. §. 12, lit. f. pag. 117.

Richario, Tungrenſium Præſule, defuncto, idem Epiſcopium Rex Otho Hugoni, Abbati Monaſterii Maximi, nolenti atque refugienti, dedit, eumque ordinari fecit Epiſcopum &c. Ita *Frodoardus*, ad an. 945, apud *Pithæum*, p. 163 & 164.

Güntherus, an. 938, eoque 30. hebdomadibus transactis, mortuo, *Michaël, Epiſcopatum Ratisbonenſem* ab Eo ſuſceperunt. Vid. *Ditmarus* l. c. *Lupoldus* de *Babemberg, de Zelo veterum Principum Germaniæ*, cap. 14, p. m. 232; *Hundius* Tom. I *Metropol. Salisburg. in Catalogo Epiſcoporum Ratisbonenſium*, p. 192.

Aëlungum ſeu *Amalungum* conſtituit Epiſcopum *Verdenſem*. Vid. *Bucelinus*, Part. I *Germania Sacra*. in *Catalogo Epiſcoporum Verdenſium*, p. 22.

Eadem Eccleſia, ab Eo, credita *Brunoni, Amalongo* extincto, Vid. *Ditmarus* l. c. p. 23.

Eandem, poſt fata *Brunonis*, ab Eo nactus eſt. *Erpo*; teſte *Adamo Bremenſi*, lib. 2, c. 3, p. 44; *Ditmarus*, l. c. lib. 3, p. 29, id *Ottoni* 2 vindicat.

Reginbaldo & Otgero, commiſit Epiſcopatum *Spirenſem*. Vid. *Lehmannus*, lib. 5. *Chron. Spir.* cap. 10, p. 395.

Eidem debent Præſulatus:

Hugo, Cizenſem, Vid. præced. §. 13. lit. ee & ee pag. 1221 & 1227.

Marco, Aldenburgicum & Sleſwicenſem, l. c. lit. yy. p. 1266.

Detmarus, Brandenburgicum l. c. lit. ee & ff.

Udo ſeu *Dudo, Havelbergenſem*, l. c. lit. bb.

Boſo, ſeu *Bozo*, & ab ejus obitu, *Giſelarius, Merſeburgicum*, l. c. lit. bb, ee & dd; Conf. *Ditmarus* l. c. lib. 2, pag. 24.

Borchardus, Miſnenſem; Vid. præced. §. 5, tit. d, ad an. 965, p. 1146 & §. 13, lit. ee.

Idem, Abbatiæ *Laurishamenſi* præfecit *Ebergiſum*; deinde *Brunonem*, Germanum ſuum; hocque mortuo, *Gerbonem*. Vid. *Chron. Laurishamenſe Freherianum*, p. 69 & 70.

Idem.

Item Abbatiam, *Utenburenſem* conceſſit, *Adalberoni & Udalrico*, Epiſcopis Auguſtanis. Vid Auctor Vitæ *S. Udalrici Epiſcopi Auguſtani*, cap. 24, apud *Surium*, 4 *Julii*, p. 89.

Burckardus & Notgerus, Abbatia *S. Galli*, ab eodem inveſtiti ſunt. Vid. *Hepidanus*, ad an. 959; *Eckehardus Junior, de Caſibus S. Galli*, cap. 10, apud *Goldaſtum*, Tom. I, *Rer. Alamannic.* Part. 1, pag. 41; & cap. 16, p. 54, *Bruſchius*, in *Monaſteriologia Germaniæ*, voc. *S. Galli Abbatia*, pag. 413; Dn. *Tentzel*, *Vindic. Cenſuræ Conringianæ Diplomatis Lindavienſis*, cap. IX, §. 13, p. 221, & cap. XI, §. 4, p. 240.

OTTO II.

Romæ omnia perturbata vidit hic Princeps. *BENEDICTUS Papa VI, ubi ſediſſet annum unum, menſes tres, & dies aliquot, à BONIFACIO, cognomento Francone, Romano, Ferrutii filio, Diacono Cardinale, ſceleſtiſſimo Viro, violenta manu capitur, in carcerem detruditur, ubi & ſtrangulatur. Ipſe vero BONIFACIUS Sedem Apoſtolicam violenter invaſit, quam tenuit annum unum ac menſem, dictuſque BONIFACIUS VII, verum, uti tyrannus, ab Antiquioribus non numeratur inter Romanos Pontifices &c.* ſunt verba *Baronii*, T. X. *Annal.* ad an. 974, §. 1, p. 813; qui ad an. 975, §. 1, pag. 814, pergit: *BENEDICTUS (VI) Romanus, ex Alberici proveniens, exagitans urgenſque BONIFACIUM tyrannum, invaſorem Apoſtolicæ Sedis, eum abire coëgit. Qui nefandiſſimus homo, truculentus prædo, antequam ab Urbe recederet, Baſilicam Vaticanam invadit, eamque expilans, ornamentis omnibus ſpoliavit, & ſacrilegia onuſtus præda navigavit Conſtantinopolim, quo factum eſt, ut ita Romana Eccleſia liberata, omnium ſuffragio, idem BENEDICTUS, ex Sutrino Epiſcopo, crearetur Romanus Pontifex &c.* Conf. *Arnolphus Aurelianenſis*, ſcriptor coævus, in *Hiſtoria Synodi Rhemenſis*, an 991, cap. 28 apud *Flacium, Catalog. Teſtium Veritatis*, p. 636; *Platina*, in vita *Bonifacii VII*, p 139. *Jacobus de Kœnigshoven, Chron. Alſat.* cap. 3, pag. 184; *Wernerus Rolewinck*, ætat. VI. *Faſcic. Tempor.* p. 70; *Nauclerus*, Vol. 2. Generat. 33, pag. 738 &c. Imperatorem noſtrum, vel tacitè *Benedicti VII*, electionem confirmaſſe, inde ſuſpicor, quod nec ſua jura infracta ſit conqueſtus, nec ullo modo factum Cleri Populique Romani improbaverit. Minimùm, in conſtituendis aliorum locorum Epiſcopis, Parentis veſtigia ſtrenuè preſſit; in quam rem, pauca produceam exempla.

Defuncto *Gerone Colonienſi*, *Warinus*, *electione, & Imperatorio munere, protinus ungitur; ait Ditmarus Merſeburg.* lib. 3, p. m. 28.

Mortuo quoque Roberto, Moguntinæ Sedis Archipræſule, imperator Cancellarium ſuimet, nomine Willigiſum, multis hoc, ob vilitatem ſui generis, renuentibus, eidem præfecit Eccleſiæ &c. ſic pergit *Ditmarus* l. c.

Mortales exuvias deponente *Adalberto Magdeburgico*, an. 981, ut *Lambertus Aſchaffenb.* ad h. a. tradit, *Clerus & Populus tanti Patris funere turbatus, Otricum Confratrem, & tunc imperatori fideliter ſervientem, communiter elegerunt in Dominum & Archipræſulem ... completa electione, miſerunt Ekkihardum, qui dicebatur Ruffus, cum conſortio aliorum Fratrum & Militum, qui hanc Imperatori nunciarent, & de promiſſis admonerent. Qui cum Italiæ partes, ubi Cæſar tunc commorabatur, itinere attingerent, Giſileri* (Merſeburgenſis) *ſuffragium, qui apud Imperatorem tunc plurimum valebat, implorantes, Legationis ſuæ ſecretum ei aperiunt. Promiſſa ab eo eſt hic fidelis interceſſio &c.* Hæc rurſus *Ditmarus* l. c. pag. 30, addens pag. 31, *Giſelerum*, eluſis Legatis, rem eò deduxiſſe, ut ipſemet Archi-Epiſcopatum obtinuerit. Conf. *Chronicon Magdeburg.* in vita *Adalberti*, apud *Meibomium* Tom. 2 *Rerum. Germ.* pag. 277.

Elato funere *Dethmari*, *Pragenſis* Antiſtitis, an. 980, *conveniunt Dux Terræ, & Major Populus, &, pro eligendo Paſtore varias ſententias dicunt: Omnes tamen ad ultimum manus levant, aëra clamoribus implent, non haberi meliorem, nec alium oportere eſſe ſuum Epiſcopum, quam indigenam Adalbertum, cujus Nobilitas, divitiæ, alta ſcientia, & placabiles mores eum tanto honore concordarent. Ergò in hæc verba levatur Terræ Epiſcopus, mutata mente, pius Adalbertus - - - Igitur electus Epiſcopus, auricomam Italiam petit, quem, obſeſſa Cluſa arctas vias egreſſum, prima Civitas, Verona, ſuſcepit, quæ, in fauce Regni, pulchrè levat caput. Ibi eum Paſtorali Virga inveſtivit Otho Secundus &c.* Hæc Monachus coævus, in vita *S. Adalberti, Pragenſis Epiſcopi & Martyris*, cap. V & VI, apud *Surium*, 23 April. p. m. 290, & cap. 2, apud *Henſchenium*, in *Actis Sanctorum*, 23 April. Conf. *Ademari*, Monachi *S. Eparchii*, Chronicon, apud *Labbeum*, T. 2. *Biblioth. MS.* p. 168; *Dubravius*, lib. VI. *Hiſt. Bohem.* p. m. 39. *Baronius*, T. X. *Annal.* ad an. 980, §. 1, p. m. 825.

Otto II, conſtituit Piligrinum hunc, Archi-Epiſcopum Laureacenſis Eccleſiæ, an. 977. Ita *Hundius, Metrop. Salisburg.* Tom. 1, in *Catalogo Epiſcoporum Patavienſium*, p. m. 301 & 302. Unde ſua *Lambecius*, lib. 2. *Comment. Biblioth. Vindobon.* cap. 8, p. 649.

An. 973, extincto *S. Udalrico*, obtinuit, ab Imperatore Noſtro, *Hainricus*, filius *Burchardi* Comitis, *Auguſtanum Epiſcopatum*. Vid. Auctor *Vi-*

ta S. Udalrici, cap. 28, apud *Surium*, 4 Julii, p. m. 91.

Ad plures abeunte *Michaële*; *Ratisbonenſi Epiſcopo, Imperator Otto Secundus*, *& ſuæ & Eccleſiæ utilitati conſulens, - - - eos omnes, qui Epiſcopatum illum ambiebant, rejecit, totumque ſe, ad promovendum Virum Dei, Wolfgangum, contulit, miſitque celeres nuncios, qui curarent, quamprimum illum eligi &c.* Ita Auctor vitæ *S. Wolfgangi Ratisbonenſis* cap. 13, apud *Surium* 31 Octobr. p. m. 409; mox pergens, cap. 14: *Cum Legatis Imperatoris profecti ſunt Ratisponam, ubi Clerus & Populus, ut Imperator petebat, more Eccleſiaſtico, S. Wolfgangum unanimiter elegerunt, electumque, cum Imperatoris Nunciis, ad Ejus Aulam dimiſerunt - - - Imperator - - - quamvis reluctanti, multumque ingemiſcenti, Epiſcopatum commendat &c.* Hinc, minus rectè, Eum jam an. 968 electum perhibet *Hundius* l. c. in *Catalog. Epiſcopor. Ratisbon.* p. m. 193.

Rudangus, Abbas *Uirenburanus*, ab Eodem confirmatus eſt. Vid. cit. *Vita S. Udalrici Auguſtani* cap. 25, pag. 9.

OTTO III.

Mortuo, an. 984, *Benedicto VII*, P. R. ſurrogatoque in ejus locum PETRO, Papienſi Epiſcopo, *Ottonis* 2, Imp. Archi-Cancellario, qui JOHANNIS XIV, nomen admiſit, recrudTuere motus *Romæ*; rediens enim *Conſtantinopoli Romam* BONIFACIUS ille, cujus ſub *Ottone* 2, memini, an. 985, *venit ſceleratus atque ſacrilegus, ſuorumque Factione potens, quem ſedentem in Pontificio throno, Joannem, invenit, inde violentus exturbavit, vinculisque alligatum detruſit in S. Angeli munitionem, quæ detinebatur à ſuis. Ubi quatuor detentum menſibus fame perire miſerum tandem truculentus prædo coëgit, duorum Pontificum crudeliſſimus interfector, invaſamque iterum Petri Cathedram, proh nefas! tenuit Tyrannus, menſibus quatuor, qui nec pilum habuiſſe dici poteſt Romani Pontificis &c.* ſunt verba *Baronii*, Tom. X. Annal. ad an. 985, pag. 841; qui de exitu ſchismatis, ſic pergit, pag. 842: *Idem nefandus parricida* (Quæ, quæſo, encomia Viſibilis Eccleſiæ Capitis?) *cum vix menſes quatuor tenuiſſet, violentus quam occupaverat, Apoſtolicam Sedem, dimittere cogitur invitus ac nolens: ſiquidem, Deo ultore, punitus, morte repentina percuſſus eſt; de quo iſta in Veteri Pontificum Vaticano Codice: Bonifacius, poſt mortem Joannis, ſedit menſes IV, repentina morte interiit, & in tantum cum odio habuerunt ſui, ut, poſt mortem, caderent eum, & lanceis vulnerarent, atque per pedes traherent, nudato corpore, usque ad Campum, qui eſt ante caballum Conſtantini, ibi projecere eum, atque dimiſerunt - - - Quo Tyranno ſublato de medio, licuit legitimum creare Pontificem, electusque eſt JOANNES, ejus nominis XV, natione Romanus, ex Patre Leone - - - Quo tempore, etſi Sectatores Bonifacii quieverunt, novus Tyrannus exurgit in Urbe, quæ hactenus fuerat Albericorum violentia conculcata, atque depreſſa. Fuit hic Creſcentius Numentanus, qui, titulo Conſulatus, Munitionem S. Angeli poſſidere aggreſſus eſt, quam adeptus, inde infeſtare nonnihil cœpit ipſum JOANNEM Pontificem, qui, timore perterritus eorum, quæ paſſum viderat Prædeceſſorem, ſecedit in Tuſciam: Unde cum Legationes ad OTTONEM* (Imperatorem) *mittere frequentaret, memores Romani, quæ, ea de cauſa, ob injurias nimirum illatas Pontificibus, paſſi erant majores ipſorum, quæ ab Ottone Primo, etiam à Secundo: e veſtigiò honorifica Legatione eundem Joannem accerſunt, redire rogant, omnique ſecuritate adhibita, revocant tandem in Urbem. Cui venienti occurrunt omnes, - - - ſeque illi ſubjiciunt &c.* Nonne frequentes *Johannis* Legationes ad Auguſtum, indeque natus Romanorum metus, ſufficientia præbent teſtimonia Electioni novi Præſulis, à Principe Noſtro confirmatæ? præſertim, ſi conferas, quæ *Baronius* l. c. ad an. 996, p. 886, annectit: *Cum Creſcentii tyrannis magis magisque invaleſceret, & omnino intolerabilis eſſet, ad tantam propulſandam calamitatem, OTTO, Rex Germaniæ, Romam venire rogatur, quod quidem naviter præſtitit, deſcendensque in Italiam cum Exercitu, Ravennæ aliquantiſper conſtitit. Ubi inventum, ejus Civitatis Archi-Epiſcopum ex hac vita migraſſe, in locum ejus ſubrogandum curavit Gerbertum - - - Petrus Damiani ſcriptis prodidit, præfectum ab Eodem Ottone Rege, S. Romualdum Claſſenſi Cœnobio &c.* & pag. 887: *Hisperactu, Romam ſe contulit Otto, ad expugnandum Tyrannum, Urbem occupantem, Creſcentium; qui, audito Ottonis adventu, in S. Angeli Munitione inexpugnabili, ſe, cum ſuis, clauſit. Adveniens autem Otto potitur Urbe; Munitionem autem, in qua ille ſe continebat, nequaquam valuit expugnare. Tunc autem, dum iſta agerentur in Urbe, contigit mori JOANNEM XV, P. R. &, ubi, menſe & ſex tantum diebus Sedes vacaſſet, pridie Idus Junii, in locum ejus, Ope Imperatoris, ſuffectus eſt Vir Germanus, BRUNO appellatus, & GREGORIUS V dictus &c.*

Digitized by Google

&c. Quo modo *Gregorius* hic, an. 996, mortuo *Johanne XV*, ab *Ottone III*, *Roma* commorante, Pontificali Sedi fuerit impoſitus, præced. Tit. V, in vita hujus Imperatoris, v. 4, ad annum 996, pag. 506 & 507, jam expoſui. *Creſcentius* equidem JOHANNEM XV, *Gregorio* opponi curabat, aſt irrito conatu. Vid. l. c.

Ad plures abeunte GREGORIO V, an. 999, Principis noſtri gratia GERBERTUM Ravennatenſem, poſthac SYLVESTRUM II, nuncupatum, Romanam Cathedram conſcendiſſe ibid. ad h. a. pag. 507, probavi. Quibus addas teſtibus: *Fragmentum Hiſtoriæ Aquitanicæ*, apud *Pithœum* pag. 524: *Hic* (Otto III) *Gerbertum, Archi-Epiſcopum Ravennæ, propter ſummam Philoſophiam, ſummo amore excolens, ordinavit Eum Papam, vocavitque nomen Ejus Sylveſtrum &c.* Nec non *Ademari*, Monachi *S. Eparchii*, *Chronicon*, apud *Labbeum*, T. 2. *Biblioth. MS.* p. 169: *Cum Gregorius Papa, Frater* (mendum hoc eſt) *Imperatoris, deceſſiſſet, idem Girbertus, ab Imperatore, Papa Romanorum ſublimatus eſt, obtentu Philoſophiæ mutatumque nomen ejus priſtinum, & vocatus eſt Silveſter &c.* Imò, ipſius Imperatoris donationis, *Sylveſtro* factæ, diploma, an. 1339, *Aſſiſii*, in Cœnobio Fratrum Minorum, *à Johanne de Amelio*, Forojulienſi Archi-Diacono, Cameræque *Benedicti XII*, P. R. Clerico, eumque in finem ab eo illuc miſſo, ut in Privilegiorum tabulas, Romanæ Sedi datas, fideliter inquireret, copiamque Notario coram & teſtibus, inde ſumtam, *Romam* mitteret; Bulla Plumbea appenſa, repertum, apud *Goldaſtum*, Tom. 1. *Conſtit. Imper.* p. 226, alioſque, quorum nomina, præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 63, hoc titulo conſignavi; verb; *Sicut enim, pro amore S. Petri, Dominum SYLVESTRUM, Magiſtrum Noſtrum, PAPAM ELEGIMUS, &, Deo volente, ipſum Sanctiſſimum ORDINAVIMUS & CREAVIMUS; ita, pro amore ipſius Dn. Sylveſtri Papæ, S. Petro, de publico noſtro, - - - Octo Comitatus - - - offerimus & donamus - - - Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Foſſabrum, Callium, Heſium & Auſimum &c.* Equidem me non latet, *Baronium*, Tom. XII. *Annal.* ad an. 1191, p. 829 & 830, ei objicere (1) inſuetum Cæſari Titulum, (2) verba: *Ipſum Carolum nihil jure dare potuiſſe, utpote jam à Carolo meliore fugatum*; neque ad *Carolum Magnum*, cui *Ludovicus Pius*; neque ad *Carolum Calvum*, cui *Ludovicus Balbus*, ſucceſſerint; neque ad *Carolum Craſſum*, ſucceſſore, ut ait, in Imperio penitus deſtitutum, referri poſſe; (3) *Ottonem I*, in Munificentiæ propriæ libello, donationem *Carolinam* multis celebrare encomiis; (4) *Henricum Sanctum*, in Diplomate, (quod ipſemet Tom. XI. *Annal.* ad an. 1014, p. 48, & *Goldaſtus* Tom. 1. *Conſtit. Imper.* p. 227 & 228, ſuppeditant,) in quo ſacra Principum memoria, vel integras Provincias in Romanam Sedem transferentium, vel translatas confirmantium, nullam *Ottonis III*, rationem habere; (5) Ipſosmet *Ottones*, *Primum & Secundum*, male obituros, quod iisdem Provinciis, quibus *Carolus Magnus*, Pontificem Romanum donaſſent. Rgerendum autem, ad (1) Imperatores non ſemper eosdem adhibuiſſe titulos, ad (2) præfata verba, de *Carolo Calvo*, utpote à *Carolomanno*, quem coævus *Ottonibus*, *Appendicis Eutropianæ* Auctor, *Carolum* vocat, fugato, & Jurisdictionis ſimul Imperatoriæ, qua Prædeceſſores ejus *Romæ* erant gaviſi, in Pontificis gratiam, prodigo, omnino intelligenda, vid. præced. Tit. V, §. 11, in vita *Caroli Calvi* v. 4, ad an. 875, p. 460 & 461; ut adeo non opus ſit interpretatione *Dreieri*, in Diſſ. de *Romani Pontificis temporali poteſtate*, p. m. 409 & 410, ubi: *Hoc quidem diploma rejiciendum, ut impoſturam, contendit Baronius, quia dicat, Carolum hunc, à Carolo meliore, fugatum; cum nullus alius Carolus fuerit, qui Ipſum fugare potuerit. Sed Grammatica Cardinalem aliud docere potuiſſet? cum non dicat: Eum ab alio Carolo fugatum; ſed, ab alio, qui Carolo ſit melior; nempe à Ludovico III, qui Balbus dictus eſt &c.* Quid detrimenti, quæſo! intulit hic Princeps, *Carolo Calvo?* ad (3) ipſas *Ottonis I* tabulas non eſſe genuinas; ad (4) *Henricum Sanctum* jure *Ottonem III*, ampliſſimas Provincias una cum Jurisdictione, diſpergentium Principum Catalogo non inſeruiſſe, tali nempe culpa carentem; ne dicam, ipſam hanc chartam laborare nævis; ad (5) Literas *Ottonum*, *Primi & Secundi*, eſſe pariter ſuppoſitas. Conf. *Lehmannus*, lib. V. *Chron Spir.* cap 15, pag. 401 &c. *Freherus*, integro Commentario an. 1607, hanc in donationem edito; Ill. Dn. *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano*, cap. 10, §. 14, & 15, p. 84 &c.

Jam ad alios Præſules:

Gerbertum, Rhemorum quondam Archi-Epiſcopum, Archi-Epiſcopatui *Ravennatenſi* præfecit; Vid. *Helgaldus Floriacenſis*, coævus, cujus verba præced. Tit. V, §. 11, in vita *Ottonis III*, v. 4, ad an. 999, p. 507, recitavi; & *Aimoinus*, lib. V, de *Geſtis Francorum*, cap. 45, apud *Freherum*, p. 513: *Dominus Gebertus electus eſt Pontifex in Urbe Ravenna, ab Othone Imperatore, & à Populo ejusdem Urbis &c.* & *Ademarus*, Monachus *S. Eparchii*, apud *Labbeum* Tom. 2, *Biblioth.* MS. pag. 169; *Wilhelmus Malmesburienſis*, de *Geſtis Regum Anglorum*, lib. 2, p. 65; *Sigebertus Gemblacenſ.* ad an. 992; *Chronicon Malleacenſe* ad an. 996, apud *Labbeum* l. c. pag.

pag. 205; *Chronographus Saxo*, an. 993, p. 202; *Albericus, Monachus trium Fontium*, an. 993, p. 34; *Theodoricus à Niem*, de *Privilegiis Imperii, circa Inveſtituras Epiſcoporum*, apud *Schardium de Juriſdictione Imperiali*, p. m. 271, (al. Edit. 831) permulti alii.

Gaudentium ſeu *Cadimum* conſtituit *Archi-Epiſcôpum Gneſnenſem*. Vid. Auctor Vitæ *B. Meinwerci Paderbornenſis*, cap. IX, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 85, & Dn. *Leibnitium* Tom, I *Rer. Brunſuic.* p. 520: *Ipſo anno* (1000) *Imperator, tempore quadrageſimali, cauſa orationis, ad* S. *Albertum, Sclavam intravit, ibique, coadunata Synodo, Septem Epiſcopia diſpoſuit, & Gaudentium Monachum, fratrem* B. *Athelberti Archi-Epiſcopi, qui ante triennium, à Pruciis, martyrizatus fuerat in Prago, Archi Epiſcopum ibidem conſtituit &c.*

Ditmarus, l. IV *Chron.* p. m. 42, & ap. Ill. Dn. *Leibnizium*, l. c. p. 357, ait: *Fecit ibi* (Gneſnæ, Imperator) *Archi-Epiſcopatum, ut ſpero, legitime, ſine conſenſu tamen præfati Præſulis, cujus Diœceſi omnis hæc Regio ſubjecta eſt; committens eundem prædicti Martyris Fratri, Kadimo, eidemque ſubjiciens: Reinbernum, Sanctæ Cholbergienſis Eccleſiæ Epiſcopum; Popporem, Cranenſem;* (Cracovienſem) *Johannem, Wrotislaenſem,* (Vratislavienſem) *Ungero, Paſnanienſe; excepto &c.* Idem docet *Chronographus Saxo*, ad an. 996, p. 206; *Baronius*, Tom. X Annal. ad an. 999, §. 13, p. m. 917; *Conringius, de Finibus Imperii*, lib. I, cap. 18, §. 4, p 198 & 199; *Bœclerus, Hiſt. Sec.* IX & X, p. m. 376.

Libentius (Bremenſis) *ſedit annis XXV, Pallium ſuſcepit à Papa, XV Johanne; Virgam Epiſcopalem meruit ab Ottone III &c.* Ita *Adamus Bremenſis*, lib. 2, cap. 20, p. 55; Conf. *Albertus Stadenſis*, ad an. 988; *Henricus Wolterus Chron. Bremenſ.* in vita *Libentii*, apud *Meibominum* Tom. 2 *Rer. German.* p. 30; *Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſ. Lindenbrogii*, in ejusdem vita, p. m. 74; *Albertus Cranzius*, lib. 3 *Metropol.* cap. 42, p. m. 84.

Memorare etiam mihi libet Franconis, Epiſcopi Wormatienſis, brevem vitam, qui juvenis, ac omni probitate elucens, Cæſari Auguſto placuit, ut, cum eundem ſuæ conjunctum familiaritati in divinis pollere ſedulo vidiſſet, mortuo prædictæ Civitatis Antiſtite, Hillebaldo, eidem ſuccedere fecit. Qui unum duntaxat annum ſedens, in Italia obiit &c. Sunt verba *Ditmari*, l. c. pag. 47, & apud Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 360.

Voluit quoque Imperator Capellanos ſuimet, Herponem de Halberſtad, ac Raconem de Bremen; Epiſcopali gradu ſublimare, & his, in lecto, ob infirmitatem validam, jacentibus, Paſtoralem Baculum dedit, ſed uterque ſine ſacerdotali unctione diſceſſit &c. Hæc *Ditmarus* l. c.

Epiſcopatum *Spirenſem* contulit in *Rupertum*, an. 987; Vid. *Lehman*, *Chron. Spir.* lib. V, cap. XV, pag. 405.

Alawico 2 concedit, an. 997, Abbatiam *Augiæ Divitis*. Vid. *Bruſchius* de *Monaſteriis Germaniæ*, voc. *Augia Dives*, p. m. 40.

Eidem, Abbatiam *S. Galli*, debet *Kerhardus*, an. 996. Vid. Querelæ Fratrum, ſuper impia ejus facta, apud *Burchardum, de Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. 3, apud *Goldaſtum* Tom. I *Rer. Alamann.* Part. I, pag. 64: *Eum, quem nobis, Domine Rex, Abbatem præpoſuiſtis, ſolo nomine id, quod dicitur, eſt &c.*

Defunctæ *Mathildi* Abbatiſſæ *Quedlinburgicæ*, ſurrogavit æquivocam ſororem ſuam, teſte *Ditmaro* l. c. pag. 43, & apud Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 357: *Hoc funere Imperatrix Adelheidis, Mater ejusdem, ſupra modum turbata, ad Imperatorem nuncium miſit, qui & obitum ejus, huic innoteſceret, & æquivocam ſuam, ſororem ejus, huic ſuccedere poſtularet. Cæſar, piis aſſenſum præbens deſideriis, amitæ ſuimet necem deflet, & Abbatiam dilectæ ſuimet Germanæ, per Becelinum portitorem, Virga à longe commiſit aurea, &, ut ab Epiſcopo benediceretur Arnulpho, præcepit &c.*

Romualdum Abbatiam *Claſſenſem*, an. 996, ab Eodem fuiſſe conſecutum, ex *Baronio*, Tom. X, ad an. 996, p. 886, jam monui.

HENRICUS SANCTUS,

Defuncto Ottone (III) Imperatore, qui duos jam promoviſſet ad Pontificatum, Ultramontanos Homines, Gregorium, (V) atque Sylveſtrum (II) quos æque Imperatoria auctoritate, atque potentia, in eadem Sede continuiſſet; jam res relapſa eſt ad Comites Tuſculanos, præcipuos in Urbe Proceres, quorum Factio cum prævaluiſſet, duos hos IOHANNES, (XVIII & XIX) *in Sedem Apoſtolicam collocandos elaboravit, quos & nomine Prædeceſſorum, ejus Factionis Pontificum, voluerit nominari, & eo pariter numero conſignari, quo omnes, ipſorum ſtudiis promoti, & eo nomine inſigniti etiam Pſeudo-Pontifices includerentur &c.* Ita *Baronius* Tom. XI ad an. 1003, pag. 17, lit. C. Sic comparatum erat electionis negotium, ſub initium Regiminis *Henrici Sancti*; qui, licet annis 1004 & 1005, ceu in ipſius vita, præced. Tit. V, p. 513, monui, Italiæ Regno potiretur, nihil tamen in Papas, ſe inſcio creatos, tentare viſus eſt, donec extincto, an. 1013, juxta *Hermannum Contractum*, h. a. *Sergio IV*, inter *Benedictum VIII*, & *Gregorium* quendam, ſchiſma orietur; quo *Benedictus*, à *Gregorii* fautoribus, ar-

mata

Digitized by Google

mata manu, Urbe pulſus, ad Imperatorem noſtrum, Salvatoris natalitia, *Palthi*, haud *Merſeburgo* procul, in Saxonia celebrantem, confugit, ſubmiſſè auxilia efflagitans; cujus, aliorumque precibus, flexus Princeps, Italiam adiit, & in ordinem redacto *Gregorio*, *Benedictum*, reſtituit in integrum; à quo an. 1014. viciſſim, Imperiali diademate cinctum ſupr. l. c. ad h. a. pag. 514, notavi; magno argumento electionem *Benedicti*, à Principe noſtro, habitam fuiſſe ratam. Teſtis horum eſt *Ditmarus Merſeburg.* lib. IV, p. m. 84. Conf. *Glaber Rodulfus*, lib. I, in fine; *Baronius* l. c. ad an. 1012, p. 40.

Num Regale hoc Princeps noſter, in aliis quoque Eccleſiis exercuerit? teſtabuntur ſequentia.

In Edicto, de *Jurisdictione Eccleſiarum Imperii* de an. 1029, quod Ejus nomen præ ſe fert, apud *Goldaſtum* T. 3 *Conſtit. Imper.* pag. 311, dicitur: *confirmamus quoque eorum Locorum Fratribus, qui, Jure Regio, habent licentiam eligendi inter ſe Paſtorem, dignum & idoneum, ſalvo tamen Regis, ſive Imperatoris conſenſu &c.*

Defuncto *Erkanbaldo*, Archi-Epiſcopo *Moguntino*, *Aribo*, *Regius Capellanus, ſucceſſit, quem, Imperialis Annuli dono, Regio more, præſignatum, Bernwardus Epiſcopus*, (Hildesheimenſis) *ad principale Altare Gandenesheimenſis Eccleſiæ Presbyterum ordinavit &c.* Sunt verba Vitæ *S. Godehardi, Hildesheimenſis*, cap. 3, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. I *Rer. Brunſuic.* p. 490 & 491.

Mortuo, poſt Paſcha, Trevirenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopo, Venerabili Luidulfo, Capellanus ejusdem, Athelbero, frater Reginæ, & immaturus juvenis, plus timore Regis, quam amore Religionis, communiter eligitur. Rex autem, ut hoc audivit, prioris non immemor in Germano ejusdem, Thiedrico, non præmediata Conſtitutionis, Uxorem dilectam, cæterosque ſuimet familiares, de Epiſcopatu eodem impetrando, ſolicitos, ſprevit, & Meingardo, Willigiſi Archi-Præſulis Camerario, Nobili ſecundum carnem Viro, eundem dedit &c. Ita *Ditmarus* lib. 6, p. m. 68. & apud Dn. de *Leibniz* l. c. pag. 384. Conf. *Golſcheri Geſta Trevirorum*, cap. 46, apud eundem, in *Acceſſionibus Hiſtoricis*, p. 66.

Extincto *Meingardo*, *Imperator Natalem Dominicum in Pathebrun feſtivis peregit gaudiis. Et, poſt hunc, Popponem, Liupoldi Marchionis Filium, & tunc Pabenbergenſis Eccleſiæ Præpoſitum, Treverenſi præfecerat Urbi &c.* Hæc *Ditmarus*, lib. 7, p. m. 91, & apud Dn. de *Leibniz, T. I Rer. Brunſ.* p. 406; Auctor Vitæ *B. Meinwerci Paderbornenſis*, cap. 41, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 92, & Dn. *Leibnizium* l. c. pag. 541, ait: *Anno Dominicæ Incarnationis*, 1017, *Meingoz*, *Trevirenſis Archi Epiſcopus, obiit, & Athelbero, Præpoſitus Monaſterii S. Paulini Treveris, ortus de Lucelinburch, Vir potens & dives valde, habens, inter alia Bona hæreditaria, Caſtella hæc: Sarburg, Berencasdel, Rudik, ea ſpe & fiducia, quia ſoror ejus, Conigunda, Regi nupta fuit. Epiſcopalis Cathedræ dignitatem affectavit, uſurpavit. Imperator autem Chriſtianiſſimus, pro multorum ſalute, ſpreta illius affinitate, auſibus temerariis nulla ratione acquievit, & variis modis per Epiſcopatum debacchantem compeſcere non valens, Epiſcopatum Popponi, Viro Venerabili, ſecundum Carnem Nobili, contulit, Athelberonique dixit: Talem Virum debeo dirigere, qui tuæ veſaniæ valeat reſiſtere &c.* Conf. *Golſcherus* l. c. cap. 48, p. 71; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad an. 1015, p. m. 49.

Ad plures abeunte *Giſelero*, Archi-Epiſcopo *Magdeburgenſi*, *cum Woldradus* quidem, in ejus locum, eligeretur, *confeſtim in majorem convenientibus Eccleſiam cunctis, Rex, Baculo Arnulphi Præſulis, Clerum & Populum Tagmoni, Venerando Patri, cum redditura Summo Judici ratione, commiſit, eundemque in Cathedram Epiſcopalem Ipſe conſtituit, aſtantibus univerſis, & laudes, Domino canentibus &c.* Hæc eſt *Ditmaro* l. c. lib. 5, p. m. 58. & apud Illuſtr. Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 374. Conf. *Adelboldus*, de *Geſtis S. Henrici*, apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, ad an. 1004, p. m. 445; & Dn. *Leibnizium*, l. c. pag. 437, §. 28. *Chronographus Saxo*, *ad an.* 1004, p. m. 216; *Chronicon Magdeburgicum*, in vita *Giſelharti*, apud *Meibomium*, T. 2. *Rer. German.* p. 281 & 282; *Albertus Cranzius*, lib. 4 *Metropol.* c. 3, p. m. 90.

Animam exhalante *Tagmone*, an. 1012, Ejusdem gratia, obtinuit *Magdeburgenſem Archi-Epiſcopatum*, *Waltherdus*, de quo ita *Ditmarus*, ipſi electioni præſens, lib. 6, pag. 74 &c. & apud Ill. Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 391 & 392: *Ego, hæc omnia in Merſburg ſeriò comperiens, in ipſo depoſitionis die, orto jam ſole, adveniebam, &, cum in Eccleſia majori pauca orationis verba effunderem, veni ad Refectorium, ubi Præpoſitus, cum univerſis Confratribus ac Militibus, ſedens, de Electione tractabat. In quorum præſentia, ego ſtans, multum flevi, turbatus dolore vehementi, &, ſalutatis omnibus, ſedebam, &, quod ab his tunc eſſet diſpoſitum, interrogabam. Ad hæc, Walterdus: miſi, inquit, Legatum meimet ad Regem, qui hæc Ei, quæ nobis acciderunt, in la indicaret, & Voluntatem ſuam, in rebus faciendis, inquireret; & Hic ad nos Henricum Anti-*

 ſtitem

ſtitem miſit: Ut Electio à nobis non fiat, ſed tantum conſenſus unanimus; & hoc indiceretur Ei. Nunc autem omnium pietas præſentium me, quamvis ad hoc indignum, decernit, ſi Dominus conſentit, & ſi vult Rex. Cui ſic protinus reſpondebam: Sum unus ex his, qui Electionis hujus, ac conſecrationis, participes eſſe debent; & hoc vobis Conſilium do, ac illud adjuvare, in quantum poſſum, volo: Senior meus imperet, quod velit; vos autem, quod accepiſtis à Deo, & Anteceſſoribus ſuis, videte, ne perdatis: Te autem, Fratrem, primus eligo mihi ad Archi-Antiſtitem, non charitate tua, ſed utilitate certa, in te agnita, & præſentium mentem nunc ſingulariter ſcire deſidero. A quibus hoc unum percepi reſponſum: Walterdum vobis, in Dominum, & ad Archi Antiſtitem, eligimus - - - - Mittitur à nobis omnibus tunc Cuſtos Eccleſiæ, Redingus, ad Regem, ut, memor Domini, & antiquæ promiſſionis, ſi unquam ſic accidiſſet, Familiam S. Mauritii orbatam, & nimis triſtem, tanto Patre conſolari voluiſſet - - - Redingus, ad Regem veniens, ſuam Legationem ſuppliciter profert, &, quamvis ardue, tamen deſiderata impetrans, per internuncium, Waltherdum - - - vocat, & Ego juſſus venire, proficiſcebar cum eo, ac in ſabbatho Gronam ſerò venimus. Mox in præſentiam Regis venientes, miſericorditer ſuſcipiebamur, & pauca loquutus Rex, nos ad hoſpitium ire permiſit - - - - - Craſtina luce - - - - in Urbem vocati, ivimus usque ad caminatam Regis, & ibi ſolus intromittitur Waltherdus, & ibi, usque ad tertiam, ſoli colloquebantur, & egreſſus tunc Waltherdus, Annulum portat in manu ſua, & oſtendens nobis, ecce, habetis, inquit, pignus ſubſecuturæ pietatis; & tunc omnes nos in præſentiam venientes, examinatione Regis, Ipſo primitus eum laudante, prædictum Patrem elegimus, & optimi quique aſpirabant, & mox, à Rege, accepit Baculum Paſtoralem. Poſt ſacramentum Regiæ Poteſtati exhibitum, introductus eſt ad Eccleſiam &c. Conf. citat. *Chronicon Magdeburgicum*, apud *Meibomium* l. c. in vita *Waltardi*, pag. 284. *Cranzius* l. c. cap. 6, pag. 92.

Exuvias mortales deponente, *Waltherdo*, Clerus Populusque *Magdeburgenſis*, eligebant, ann. 1013, ejus loco, *Theodoricum*, Ejusdem Eccleſiæ Canonicum, conſenſum Cæſareum efflagitante deſuper *Erico* Havelbergenſi; verum, ſpreta electione, *Rex, ad Magdaburg veniens, in Refectorio Fratrum, omnes nos convenire præcepit. Ibi tunc Regali petitione, & ſalva inpoſterum Electione, Gero,* (Capellanus Regis) *communiter eligitur, & - - - - Baculum à Rege accepit Paſtoralem, & mox inthronizatus, ab Eido* (Miſnenſi) *unctus eſt Epiſcopo &c.* Hæc idem *Ditmarus* l. c. pag. 79; & apud Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 395. Add. *Chronicon. Magdeburgicum Meibomianum* l. c. pag. 286, in vita *Gerouis*.

Poſt diceſſum *Libentii*, contulit Archi-Epiſcopatum *Bremenſem*, an. 1013, in *Unwanum*, Cancellarium ſuum. Vid. *Ditmarus* l. c. lib. 6, pag. 81; & apud Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 397; Add. *Adamus Bremenſis*, lib. 2, cap. 33, pag. 64: *Unwanus Archi-Epiſcopus ſedit annis ſedecim. Ferulam ſuſcepit ab Heinrico Imperatore, Pallium à Papa, Majore Benedicto &c.* Conf. *Chronographus Saxo*, ad an. 1013, pag. 224; *Albertus Stadenſis*, an. eod. *Woltherus, Chron. Bremenſ.* in vita *Unwani*, apud *Meibomium* l. c. Tom. 2, p. 31; Hiſtoria *Archi-Epiſcoporum Bremenſium Lindenbrogii*, in ejusdem vita; p. m. 75. *Albertus Cranzius*, lib. 4 *Metropol.* c. 1, p. 89.

Imperator Cal. Octob. Merſeburg venit, ibique Ekkihardum, Novæ Civitatis Abbatem - - - - Pragenſi præfecit Eccleſiæ &c. Hæc *Ditmarus* lib. 7, pag. 102, & apud Dn. *Leibnitz* l. c. pag. 416.

Arnulphum, fratrem ſuum, quem Ravennati antea præfecit Eccleſia Cæſar, denuo inthronizatum ab Apoſtolico ibidem conſecrari præcepit &c. Hæc iterum *Ditmarus* l. c. pag. 85; & apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. p. 400.

Eberhardus Cancellarius, ab Eodem, Epiſcopatum *Bambergenſem* obtinuit. Vid. præc. Tit. XIV, §. 15, lit. b, pag. 1102.

Meinwerco dedit Epiſcopatum *Paderbornenſem* Vid. Auctor *Vitæ Meinwerei*, cap. 16, apud *Surium*, 5 Junii, pag. 87, & Ill. Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 522, ad an. 1009. *Rege conſiſtente in Goslaria, ilico Legatos ſuos ad Eum direxit Eccleſia* (Paderbornenſis) *qui & obitum Epiſcopi* (Rhetarii) *denunciarent, & Clementiæ ejus ſolatium; de Succeſſore idoneo, ſuppliciter implorarent. Qua lugubri Rex audita Legatione - - - - aſcitis Epiſcopis & Principibus, qui aderant, de Succeſſore, tali loco, & tempore, idoneo, conſilium habuit; &, diu ſcrutatis perſpectiſque plurimis, Meinwercum, tam Nobilium natalium magnitudine, quam rerum & facultatum temporalium multitudine, idoneum perhibuit. Illicò faventibus, & congratulantibus omnibus, Meinwercum advocavit, &, conſueta benevolentia, ei arridens, ſumta chirotheca, accipe, ait; quo, quid eſſet accepturus? percontante: Epiſcopatum, inquit Rex,*

Patber-

Patherbrunnenſis Eccleſiæ &c. Conf. *Chriſtophorus Browerus*, in *Sideribus Germaniæ*, Cap. XVI. *Gobelinus Perſona*, ætat. 6 *Coſmodromii*, cap. 52, p. m. 256. *Albertus Cranzius* lib. 4 *Metropol.* cap. 4, p. m. 91.

Naturæ debitum ſolventi *Wolfgango Ratisbonenſi*, ſubſtituit *Gebebardum*, Capellanum ſuum, repulſo *Taginone*, à Clero & Populo electo. Vid. *Ditmarus*, lib. 5, p. m. 58, & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 374: *Electus ille* (Tagino, ſeu Tagmo) *ab univerſis, ad Imperatorem venit, ſed promiſſa non percipit, dato tunc, ab Imperatore, Epiſcopatu Capellano ſuimet, Gebehardo &c.* Conf. *Chronicon Magdeburgicum Meibomii* l. c. in vita *Daginonis*, p. 282.

Wigbertum, Capellanum, præficit Eccleſiæ *Merſeburgenſi*; Vid. præced. §. 13, lit. dd, p. 1226.

Ditmarus, mortuo *Wigberto*, ab Eodem, ſurrogatur. Teſte ipſomet, lib. VI, p. 69, & apud Dn. *Leibnitium* l. c. p. 385.

Eccleſiæ *Miſnenſi*, ab obitu *Eidonis*, Paſtore orbatæ proſpicit novo Antiſtite, *Eilvardo*. Vid. *Ditmarus*, lib. 7, pag. 91, & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 406.

Directa eſt ad Imperatorem (Henricum S.) *Legatio Eccleſiæ Leodienſis, alium ſibi Paſtorem ſubſtitui, per literas viroſque induſtrios, expetentis; erat tunc quippe Regiæ Poteſtatis, ſive Juris, Epiſcopos, ad ſuum electos arbitrium, per Baculum & Annulum, inveſtire, nec non deſtinare Eccleſiis cum ſua commendatione &c.* Sunt verba *Reineri*, Leodienſis Monachi, in vita *S. Wolbodini*, Leodienſium Epiſcopi, cap. I, apud *Henſchenium*, in *Actis Sanctorum*, 21 April.

Bernhardo, Verdenſi, vitam cum morte commutanti, Succeſſorem dedit *Vidzierum*, Colonienſis Eccleſiæ quondam Præpoſitum, ab *Heriberto* Archi-Præſule depoſitum. Vid. *Ditmarus* l. c. p. 93, & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 407.

Sublato è vivis *Lamperto, Conſtantienſi*, Epiſcopum elegit *Rotherdum*, Capellanum ſuum. Vid. *Ditmarus* l. c. lib. 8, pag. 110, & apud Dn. *Leibnitium* l. c. pag. 423.

Abbatiam *Augiæ divitis* curæ commiſit *Immonis*, an. 1006, &, eo mortuo, *Benonis*; Vid. *Bruſchius*, *de Monaſteriis Germaniæ*, voc. *Augia Dives*, p. 40.

Heribertum, Agrippinæ Coloniæ Epiſcopum, Imperator evocavit .... cui Stabulenſis Regiminis Pedum mox porrexit, utque Popponi, pro ſucceſſionis indicio, deferret, indixit &c. Ita *Everhelmus*, Altimontenſis Abbas, in vita S. *Popponis*, cap. 12, apud *Surium*, 25 Januar. p. m. 425; & *Henſchenium* l. c. eod. die, cap. 8.

Imperator à nobis exiens, inde ad Alſtidi venit ... & tunc, in eodem die, Herdingus, novæ Civitatis, ab Imperatore, ibidem conſtitutus Abbas, à Gerone, Archi-Epiſcopo (Magdeburgico) *conſecratur &c.* Hæc *Ditmarus*, lib. 7, p. m. 102, & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 416.

Kemnadenſibus cœnobialibus largitur Privilegium, an. 1016, vi cujus, ab obitu Abbatiſſæ, liberam habeant facultatem eligendi aliam, juxta regulam *S. Benedicti*. Diploma extat. ap. *Schatenum*, lib. 5 *Annal. Paderborn.* h. a. p. 423.

CONRADUS SALICUS.

Animam exhalante *Benedicto VIII*, an. 1024, Romanamque cathedram conſcendente *Johanne XX*, *Benedicti* Fratre, largitione licet pecuniæ, ut *Glaber Rodulfus*, lib. 4, cap. 1, &, ex eo, *Baronius*, Tom. XI, ad h. a. §. 4, p. m. 78, loquuntur, recrudeſcere motus in Italia, quibus componendis, Imperator noſter, an. 1026, in Longobardiam deſcendit, annoque ſequenti *Romam* ingreſſus, ubi à *Johanne* Papa, (ceu in vita Ipſius, præced. Tit. V, §. 11, v. 4, ad h. a. pag. 519, jam notavi,) Imperiale diadema ſuſcepit; magno argumento, Pontificis electionem ab Auguſto prius fuiſſe confirmatam. His autem non obſtantibus, *in natali Apoſtolorum, in Eccleſia B. Petri, quidam de Principibus Romanorum conſpirarunt in Papam Romanum, cupientes illum interimere, ſed minimè valentes, à Sede tamen propria expulerunt. Sed, tam pro hac re, quam pro aliis inſolenter patratis, Imperator illuc proficiſcens, propriæ Sedi reſtituit &c.* Hæc rurſus, ex *Glabro*, *Baronius* l. c. ad an. 1033, §. 2, p. m. 106. Defuncto, adhuc eodem anno, *Johanne*, impoſuere Tuſculani Comites Romanæ Sedi *Benedictum IX*, tempore, quo Cæſar jam bello Burgundico detinebatur, quo minus juribus ſuis invigilaret. Bene tamen inter eos quoddammodo poſtea conveniſſe, vel inde ſuſpicor, quod Principi noſtro placuerit, *Hermannum Bremenſem*, ejusque ſucceſſorem, *Bezelinum*, Pallia ab hoc *Benedicto* ſuſcepiſſe; ceu mox docebo. Aliarum quoque Eccleſiarum curam geſſiſſe Imperatorem noſtrum, ſequentia documento ſunt:

Libentius (Secundus, Archi-Epiſcopus *Bremenſis*) *ſedit annos ferè quatuor. Is cum eſſet nepos alterius Libentii, & tunc major domus Præpoſitus, favore Gyslæ Imperatricis, Ferulam ſuſcepit à Cæſare Conrado, Pallium vero à Papa Johanne XIX &c.* Ita *Adamus* Bremen-

Bremenſis, lib. 2, cap. 45, pag. 73; Conf. *Albertus Stadenſis*, ad an. 1029; *Henricus Wolterus*, *Chron. Bremenſ.* in vita *Libentii* 2 apud *Meibomium*, T. 2. *Rer. German.* p. m. 32; Hiſtoria *Archi-Epiſcoporum Bremenſium Lindenbrogii*, in ejusdem vita, p. m. 77; *Crantzius*, lib. 4. *Metropol.* cap. 11, p. 95.

De Succeſſore Ejus, pergit *Adamus Bremenſis*, lib 2, cap. 50, pag. 75: *Hermannus ſedit annos vix tres. Cambuccam Paſtoralem à Cæſare Conrado meruit, Pallium à Papa, minore Benedicto*, (IX) Conf. *Albertus Stadenſis* ad an. 1032; *Wolterus* l. c. in vita *Hermanni*, p. 33; Hiſtoria *Archi-Epiſcoporum Bremenſium Lindenbrogii*, in ejusdem vita, p. 77; *Crantzius* l. c. cap. 16, p. 98.

Hoc itidem mortuo, an. 1035, obtinuit Archi-Epiſcopatum hunc *Bezelinus*, cognomento *Alebrandus*, cui, ut verbis *Adami* lib. 2, cap. 51, pag. 76, utar, *Imperator Conradus obtulit Baculum, & Benedictus Papa Pallium transmiſit &c.* Conf. *Albertus Stadenſis*, h. a. *Wolterus* l. c. in ipſius vita, pag. 33; *Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſium Lindenbrogii*, in ejusdem vita, p. 78; *Crantzius* l. c. cap. 22, p. 100.

Ad Epiſcopatum *Spirenſem* evexit *Reginbaldum*, Abbatem Laurishamenſem, Vid. *Chronicon Laurishamenſe Freheri* pag. 73. *Reginbaldus - - - à Cunrado Rege 2, in Cathedram Spirenſis Eccleſiæ provectus eſt, dignus fungi ſacerdotio Domini &c.* Conf. *Lehman*, *Chron. Spirenſ.* lib. 5, cap. 20, pag. 418.

An. 1026, extincto *Tullenſi*, in Leucis, Præſule, *Hermanno, extemplo Clerus & Populus, Proviſore orbatus concordi voto, eademque ſententia, confœderatus, diu ſibi deſideratum & dilectum Brunonem, conſonis & continuatis expetit vocibus. Hinc totius recraſtinationis impatiens, deprecatorios atque conteſtatorios, ſuper tam unanimi electione ſua, dirigit Imperatori apices - - - deſignaret eis Paſtorem, nobilem ac ſapientem quàm maximè, - - - ad quem utique veſtigandum, non eſſet valde laboraturus, quandoquidem Cleri & Plebis unanimitate delectus, penes Ejus Imperialem Majeſtatem conſanguineus Bruno haberetur &c.* Sunt verba *Wiberti* Archidiaconi coætanei, in vita *S. Leonis IX* Papæ, cap. 8, apud *Surium*, 19 April. p. m. 195; qui latè accedentem Cæſaris conſenſum, ſequentibus deſcribit.

Gebhardus III, anno 1036, à fratre ſuo, Conrado Salico Imperatore, Epiſcopus (Ratisbonenſis) *factus eſt &c.* Hæc *Hundius*, T. I *Metropol.* pag. 194.

Popponis, Stabulenſis Abbatis, memor *Everhelmus*, Altimontenſis Abbas, in ipſius vita, cap. 16, apud *Surium*, 25 Januar. p. m. 426, ait: *Argentinæ interea Civitatis Epiſcopatum, Regis Conradi juſſione, ipſi deſtinatum, tam callidè, quam humiliter declinavit &c.*

An. 1026, iveſtivit *Erneſtum*, Alemanniæ Ducem, de Abbatia *Campidunenſi*, Vid. *Wippo*, in vita *Conradi Salici*, p. m. 432.

HENRICUS III.

Integra fuit Principis hujus per Italiam auctoritas. Vitiis, *Benedicti IX*, qui, ut *Glaber Rodulphus*, lib. 4, cap. 5, loquitur, *Puer ferme decennis, intercedente theſaurorum pecunia, electus extitit à Romanis &c.* eò adigentibus Romanos, ut ab iis, an. 1044, de Sede deturbaretur, *Sylveſtrum III* ſurrogantibus, graviſſimum exarſit ſchiſma de quo *Leo Oſtienſis*, lib. 2 *Chronici Caſſinatenſis*, cap. 79 (al. 80) p. m. 289, ita: *Apud Romam Papa BENEDICTUS, per annos duodecim, Romanam Cathedram ſediſſet, à Romanis expulſus eſt, & Johannes, Savinenſis Epiſcopus, cui poſitum eſt nomen SILVESTER, non tamen gratis, in Romanum Pontificium ſubrogatus. Qui cum trium ibi menſium præfuiſſet, expulſus Benedictus, Propinquis ſuis, Tuſculanis Proceribus, annitentibus, Silveſtro repulſo, Romanam ſedem iterum occupavit. Nec multo poſt inviſum ſe cunctis aſpiciens, cuidam Archi-Presbytero, Johanni nomine,* (quem alii *Gratianum* vocant) *qui quaſi Religioſior habebatur, Papatum tradidit, ipſe liberè deinceps, cupiditates ſuas exerciturus, in Paternam domum receſſit &c.* Imperator igitur noſter, mala ut ſanaret, *Romam* detulit Medielnam, cujus memor *Leo Oſtienſis* l. c. pergit: *Jam duobus annis, & menſibus octo, prædictus Archi-Presbyter* (Johannes) *cui GREGORII (VI) nomen in Papatu eſt inditum, Apoſtolicæ ſedi præſederat, cum Henricus Imperator, Chuonradi filius, tot de Romana & Apoſtolica Sede nefandis auditis, cælitus inſpiratus, Anno Domini 1047, Italiam ingrediens, Romam accelerat. Qui, de tanta hæreſi Sedem Apoſtolicam deſiderans expurgare, Sutri reſtitit, & ſuper tanto negotio deliberaturus, Univerſale ibi Epiſcoporum Concilium fieri ſtatuit - - - Concilio habito, & Synodicis Canonicisque ſententiis, convictus* GREGORIUS (VI) *Simoniacus, ſponte ſua Sede deſiliens, Pontificalibus ſe inſulis exuit, &, terræ proſtratus, invaſi honoris indulgentiam ſibi concedi, humiliter petiit. Quo facto Imperator valde lætificatus, cum omnibus ejusdem Concilii Epiſcopis, Romam venit, & in Eccleſia B. Petri Apoſtoli, Congregato Clero, Populoque Romano, primò,* quid

Digitized by Google

quid Sutri actum fuiſſet, expoſuit; dehinc, tractare cœpit, de Ordinatione ipſius Romæ Eccleſiæ. Facta itaque diſcuſſione: Quisnam in eadem Eccleſia dignus inveniretur, tanto ſacerdotio fungi? cum nullus, heu, pro dolor! reperiretur; demum, electione cunctorum, Epiſcopus Bambergenſis, (Suidgerus) *de Gente Saxonum, Papa Romanus levatur, eique CLEMENS* (2) *nomen imponitur. Tunc temporis, ob hujusmodi res tamen proſpere, tamque canonicè geſtas, eidem Henrico IV* (III) *Patriciatus honorem Romani contribuunt; Eumque, præter Imperialem Coronam, aureo circulo uti decernunt &c.* Candidiori ſtylo rem exprimit *Hermannus Contractus*, ad an. 1046, cujus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1046, pag. 103 & 104, habentur, ubi ſimul multorum aliorum, eadem affirmantium, catalogus. Notanda inprimis, quæ præter *Sigebertum Gemblacenſem*, ad an. 1046, p. m. 597. *Walthramus*, *Albericus*, & alii. ibidem p. 104. nominati, annectunt, celebrata ſcilicet inauguratione Imperatoris, *juraſſe Romanos, ſe, ſine Ejus conſenſu, Ejusque Succeſſorum, nunquam poſthac Papam electuros &c.* Memorabilis inſuper Epiſtola Eremitæ cujusdam ad laudatum Imperatorem, teſte *Gregorio de Heimburg*, part. 2. *Admonitionis, de injuſtis uſurpationibus Paparum*, apud *Goldaſtum*, T. 1. *Monarchia*, p. 561, his abſoluta rythmis:

IMPERATOR HENRICE,
OMNIPOTENTIS VICE,
UNA SUNAMITIS,
NUPSIT TRIBUS MARITIS;
DISSOLVE CONNUBIUM,
ET TRIFORME DUBIUM.

Conf. de hoc ſchiſmate, præced. Tit. V, §. 11, Vita *Henrici III*, v. 4, ad an. 1046, p. 526.

CLEMENTE (II) *verò, poſt novem menſes, ultra montes defuncto, præfatus BENEDICTUS (IX) iterum in Pontificatum reverſus, per octo circiter menſes, illum retinuit, donec, ab Imperatore, transmiſſus ex Germania, DAMASUS, Brexenorum Epiſcopus,* (Poppo nomine) *illi in Papatu ſucceſſit &c.* Sunt verba *Leonis Oſtienſis* l. c. lib. 2, cap. 81 (al. 82) p. m. 295. Clarius *Hermanus Contractus*, Cod. Vet. ad an. 1047. p. m. 330: *Sequente Julio, Poppo, Brixienſis Epiſcopus, ab Imperatore Electus, Romam mittitur, & honorificè ſuſceptus, Apoſtolicæ Sedis CLII Papa ordinatus, mutato nomine, DAMASUS SECUNDUS vocatur. Sed, paucis diebus exactis, defunctus, & ad S. Laurentium, extra Urbem, ſepultus eſt &c.* Quæ, l. c. in Codice Novo, ad an. 1048, refert. Conf. *Lambertus Aſchaffenburgenſis*, ad eundem annum 1048: *Imperator Natalem Domini Poletha celebravit, ibi Legati aderant Romanorum, Suitgeri Papæ obitum nunciantes, eique Succeſſorem poſtulantes: quibus Imperator Popponem, Priſnienſem Epiſcopum, aſſignavit &c.* teſtesque alii, præced. Tit. V, §. 11, in vita *Henrici III*, v. 4, ad an. 1048, pag. 527.

Extincto, an. 1049, CLEMENTI 2, ſubſtituiſſe Principem noſtrum, *Brunonem*, Leucorum Epiſcopum, inde LEONEM IX dictum, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 104, teſtibus fide dignis probavi.

Hoc, an. 1054, itidem defuncto, *Imperator, interpellatus à Romanis, ut Antiſtite Sedi Romanæ provideret, Gebhardum Emſtadenſem* (Eichſtadenſem) *Epiſcopum miſit &c.* Sunt verba *Lamberti Aſchaffenburgenſis*, ad h. a. Conf. *Continuator Hermanni Contracti*, an. eod. apud *Urſtiſium*, p. 336: *Conventus ab Imperatore Moguntiæ, factus eſt, in quo Gebehardus, Eiſtetenſium Epiſcopus, ab Epiſcopis electus, Romamque miſſus, ibique honorificè ſuſceptus, inſequenti Quadrageſima, in Cœna Domini, CLIV Papa ordinatus, VICTORIS SECUNDI nomen accepit &c.* Add. *Leo Oſtienſis*, l. c. lib. 2, cap. 89 (al. 90) p. 301: *Defuncto ſanctæ memoriæ Papa Leone, Hildebrandus, tunc Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus, ad Imperatorem, à Romanis, transmiſſus eſt, ut, quoniam in Romana Eccleſia perſona ad tantum officium idonea reperiri non poterat, de partibus illis, quem Ipſe tamen, vice Cleri Populique Romani, in Pontificem elegiſſet, adduceret &c.* Et *Platina*, in vita *Victoris 2*, p. m. 150: *VICTOR II, Gebeardus antea vocatus, natione Alemannus, ex Bavaria, Pontificalem dignitatem, poſt Leonem, adeptus eſt, magis Henrici gratia, quam liberis ſuffragiis. Verebatur enim Clerus Populusque Romanus Henrici potentiam, quem in creandis novis Pontificibus aliquando læſerant. Ne itaque, contra jusjurandum, moliri aliquid viderentur, Victorem proponunt, Legato Hildebrando, ad Henricum, ob eam rem, miſſo, qui omnia ex ſententia Romani Cleri Imperatorisque perfecit &c.* Hinc non vera, quæ *Leo Oſtienſis* l. c. pag. 302, tradit, Imperatore invito, *Gebehardum* electum, verb: *Hunc ergò Hildebrandus, invito licet Imperatore, invito etiam eodem ipſo Epiſcopo, propter quod utique poſtmodum dictus eſt, Monachos non amaſſe, Romam ſecum adduxit, eique VICTORIS nomen imponens, Romanum Papam,*

cunctorum aſſenſu conſtituit &c. non enim veriſimile eſt, citra conſenſum Principis, talia contigiſſe. Coronidis loco, addendum, quæ coævus Scriptor, Petrus Damianus, ex Epiſtola Humberti Cardinalis Sylviaque Candidæ Epiſcopi ad Fratres Eremi, de obitu præfati Benedicti IX, eodem an. 1054 miſerè pereuntis, recenſet, eum nimirum Vaclo euidam adparuiſſe, ſub monſtri forma, in aures aſelli caudamque deſinentis, reliquis Urſum demonſtrantibus, Vacloque trepidè aufugiente, exclamaſſe: Noli expaveſcere, fui Homo quondam, &, quidem Benedictus, adhuc nuper Sedis invaſor; quia beſtialiter vixit, beſtiæ ſpeciem præfero: nunc, uſque ad diem judicii, per dumoſa, atque ſqalentia, per ſulphurea loca, atque fætorem exhalantia, atque incendiis conflagrata, raptor atque pertrahor. Poſt extremum vero judicium, corpus meum, ſimul & animam, irremediabilis cruciatus, & gehennalis barathri me irrevocabilis olla deglutiet, ita, ut nulla mihi recuperationis ſpes in poſterum reſtet &c. Ex hoc loco ſumſere fortè ſua: Albericus, Monachus trium fontium, ad an. 1044; Vincentius Bellovacenſis, part. 3 Speculi Hiſtorialis, lib. 25, cap. 21. Platina, in ejus vita, p. 147; Wernerus Rolewinckius ætat. 6, Faſcic. Tempor. p. 72; Nauclerus, Vol. 2, Generat. 35, p. 706; Baronius, Tom. XI Annal. ad an. 1054, p. 220; doleo triſtia Eccleſiæ Capitis fata.

Videamus quomodo ſe geſſerit erga alias Eccleſias!

An. 1039, Conceſſit Fratribus Eccleſiæ Mindenſis, licentiam eligendi inter ſe Paſtorem, dignum & idoneum; ſalvo tamen Regis, ſive Imperatoris, conſenſu. Habetur diploma in Chronico Mindenſi, apud Piſtorium, pag. 737.

An. 1040, Henricus III Imperator, Adelricum Lugdunenſi Eccleſiæ Archi-Epiſcopum præfecit &c. Hæc Petrus de Marca, Diſſ. de Primatibus, §. 121, p. m. 90, ex Glabro Rodulpho, lib. V, cap. 4; Conf. Coringius, de Finibus Imperii, p. 75 Addit.

An. eod. Eberhardus, piæ memoriæ, Babenbergenſis, Epiſcopus, obiit, cui Rex Heinricus Suitgerum, ſuum Capellanum, boni teſtimonii Diaconum, generali Piorum omnium electione, Succeſſorem deſtinavit &c. Ita Excerptum, de Familia & Actis Clementis 2 Papæ, ex Annalibus Sec. XII, in Saxonia ſcriptis, nondum editis, apud Ill. Dn. Leibnitium, T. I Rer. Brunſvic. pag. 577. De nudo anno teſtantur, Hermannus Contractus, h. a. pag. 323; Lambertus Aſchaffenburg. h. a. pag. 159; Monachus Herſeldenſis, in Chron. apud Schardium Tom. I Rer. German. an. eod. p. 376. Alii.

An. 1042, Conſtitutionem promulgavit: de Epiſcoporum ſurrogatione ab Imperatore facienda, apud Goldaſtum, T. 3 Conſtit. Imper. p. 313, ubi: Etiam Eccleſiæ & Civibus (Mutinenſibus) omnes rectas conſuetudines conſervamus, quas antiquitus habuerunt, modò ne Epiſcopi mutatio, aut alio modo, niſi per Noſtram manum, ſubrogatio fiat, niſi à Romano Pontifice legitimè abdicetur &c.

An. 1045, defuncto Altbrando, Bremenſi Archi-Epiſcopo, ceu Lambertus h. a. pag. 160, & Monachus Herveldenſis, an. eod. l. c. pag. 377, tradunt, prælatus huic Eccleſiæ Adalbertus, Virgam Paſtoralem ſuſcepit ab Henrico Imperatore, filio Conradi .... Pallium Archi-Epiſcopale, ut Prædeceſſores ſui, per Legatos ſuos, accepit à ſupradicto Papa Benedicto (IX) Hæc ex Adamo Bremenſi, lib. 3, cap. I, p. 83; Conf. Albertus Stadenſ. ad an. 1043; Henrici Wolteri Chronicon Bremenſe, in vita Adalberti, apud Meibomium, T. 2 Rer. Germ. pag. 35; Chronicon Archi-Epiſcoporum Bremenſium Lindenbrogii, in ejuſdem vita, pag. 79; Albertus Crantzius, lib. 4, Metrop. cap. 27. pag. 104, & cap. 31, pag. 106.

An. 1046, Widgerum, qui Ravennæ Præſulatum jam biennio inceptè & crudeliter, nondum conſecratus, tenebat, ad ſe vocatum, Epiſcopatu privavit &c. Ita Hermannus Contractus h. a. pag. 327.

An. 1047, Ravennati Eccleſiæ Hunfridum, Cancellarium ſuum in Italia - - - - Pontificem præfecit. Idem, ad h. a. pag. 328.

An. eod. Poppone Archi-Epiſcopo defuncto, Trevirenſi Urbi Eberhardum, Wormatiæ Præpoſitum, Archi-Præſulem præfecit &c. Idem, l. c.

An. eod. Eccleſiæ Conſtantienſi, Theodoricum, per alias Provincias (quam per Italiam) Cancellarium ſuum, & Archi-Cappellanum, & Aquiſgrani Præpoſitum - - - Pontificem præfecit. Idem, l. c.

An. eod. Eccleſiæ Argentinæ, Herrandum, Spiræ Præpoſitum, pro Wilihelmo autumnali tempore defuncto - - - - Pontificem præfecit. Idem, l. c.

An. eod. Eccleſiæ Viridunenſi, Theodoricum, Baſileæ Præpoſitum, & Capellanum ſuum, Pontificem præfecit. Idem, l. c.

An. eod. Auguſtum Vindelicam, in litaniis ante Aſcenſionem Domini, veniens, Gebehardo, Urbis ejuſdem Epiſcopo, in adventu ejus defuncto, Henricum, Capellanum ſuum, Succeſſorem conſtituit &c. Vid. Idem, l. c. & Lambertus h. a. Monachus Herveldenſis an. eod. pag. 377.

An. eod. Adalberonem Ducem, videlicet Henrici & Friderici fratrem, Metenſis Eccleſiæ Epiſcopum, poſt Theodoricum, nuper defunctum, conſtituit &c. ita Hermannus Contractus l. c.

An.

An. 1048, *Babenbergenſem Epiſcopatum Hezekin, Cancellario, tradidit &c.* Hæc *Lambertus*, h. a. pag. 160. & Monachus *Herveldenſis*, an. eod. p. 377.

An. eod. Mortuo *Bernhardo*, Abbate *Augiæ divitis*, in locum ejus *Udalricus, Decanus, à Fratribus electus, Abbas ab Imperatore conſtituitur &c.* Sunt verba *Hermanni*, ad h. a. pag. 330. Conf. *Bruſchius*, de *Monaſteriis German.* voc. *Augia dives*, p. 41.

An. 1049, *Gotebaldus, Nemetenſis Præpoſitus, Aquilejæ Patriarcha, poſt Eberhardum, his diebus defunctum, ab Imperatore promovetur &c.* Idem *Hermannus*, h. a. pag. 330.

An. 1050, *Epiſcopus Ratisbonæ Gebehardus, Campidonenſem Abbatiam nuper, Beneficii loco, accepit ab Imperatore.* Idem, ad h. a. pag. 331.

An. 1051, *Bardo, Mogontiacenſis Archi-Epiſcopus, obiit*, 3 Idus *Junias, pro quo Imperator Liutbaldum, Babinbergenſem Præpoſitum, conſtituit.* Idem h. a. pag. 332.

An. eod. Extincto, juxta *Lamberti* ad h. a. p. 161, & Monachi *Herveldenſis*, an. eod. pag. 378, calculum *Hunfrido, Magdeburgenſi* Archi-Epiſcopo, *Engelbardus - - - ex Clero, & Capellanus Henrici Regis III, ab Eodem, ſuſcepit Baculum Paſtoralis officii; Ordinationem, ab Hunoldo, Epiſcopo Merſeburgenſi; Pallium vero, miſſione Papæ Leonis IX &c.* Hæc ex *Chronico Magdeburgico*, in vita *Engelbardi*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.* pag. 287.

An. eod. Pro Theodorico, Conſtantienſi Epiſcopo, 10 *Cal. Julias, quinto Præſulatus ſui anno, poſt longam ægritudinem, defuncto, Rumaldum promovit &c.* Vid. *Hermannus* l. c.

An. eod. Defunctis uno pene in tempore, Lindaugienſi & Buochaugienſi, Abbatiſſis, Ivota, Nobilis, prudens & Religioſa vidua, utrique loco recuperando ab Imperatore præficitur. Idem, l. c. Conf. *Conringii Cenſura Diplomatis Ludoviciani Lindavienſis*, cap. 18, p. m. 330, & 331; Dn. *Tenzel*, in *Vindiciis cenſuræ hujus*, cap. 8, §. 3, pag. 166.

An. 1052, *Tempore Quadrageſimali, Imperator Ravennatem Archi-Epiſcopum, Henricum, promovit &c.* Hæc *Hermannus* l. c. ad h. a. p. 333.

An. 1054, *Imperator - - - Natalem Domini, in Villa Ottinga, egit, ibique Babinbergenſis Eccleſiæ Præſulatum Conſobrino ſuo, Adelberoni, donavit &c.* Idem, h. a. pag. 335 & 336. Conf. *Bertoldus Conſtantienſis*, an. eod. p. m. 341.

An. 1055, Animam exhalante *Hermanno 2, Colonienſi* Archi-Epiſcopo, *Imperator apud Confluentiam morabatur, & ecce, adſunt Optimates & Capita Populi Colonienſis, Baculum Epiſcopalem Regi reſtituentes, inque locum defuncti, idoneum Succeſſorem, ſupplici prece, unanimiter poſtulantes. Tunc ut in his rebus fieri certum eſt, aliis atque aliis hac vel illac, pro libitu ſuo, vel commodo, promiſſis, conſiliis, ſeu precibus, Regem ſolicitantibus, Deus, arbiter ſummus, in cujus manu cor Regis eſt, &, quocunque voluerit, vertit illud, non in alium, quam in ſolum Annonem, ſententiam Regis & voluntatem deduxit, laudantibus aliis, aliis, non ſine felle, reclamantibus. Suſcepit itaque, Regiis ex manibus, Virgam Paſtoralem, Patris & Magiſtri figuram prætendentem: Suſcepit & Annulum, in dotem fidei conſervandæ ad Deum, & ad ſponſam ſuam S. Eccleſiam &c.* Hæc Monachus *Sigebergenſis*, in vita *S. Annonis* Colonienſis, lib. I, cap. 4, apud *Surium*, 4 Decemb. pag. 129. Conf. *Hieronymus Emſer*, in vita *S. Bennonis Miſnenſis*, cap. 14, apud *Surium*, 16 Junii, p. m. 235.

An. 1056, *Conradus, ab Imperatore, Nemeti, pro Arnoldo Epiſcopo, ſubſtituitur &c.* Ita Continuator *Hermanni Contracti*, h. a. pag. 337.

(*d*) PER ANNULUM & BACULUM &c. De Antiquitate moris inveſtiendi Præſules, *per Annulum & Baculum*, teſtatur *S. Iſidorus, Hiſpalenſis* Epiſcopus, (qui, judice *Bellarmino*, de *Scriptoribus Eccleſiaſticis*, p. m. 137, an. 596, ſedere cœpit, & an. 636, ad Superos migravit,) lib. 2, de *Officiis Eccleſiaſticis*, cap. VI, inter *Monumenta Patrum Orthodoxographa*, Edit. Baſil. an. 1569, p. m. 1756 & 1757, inquiens: *Huic autem* (Epiſcopo) *dum conſecratur, datur Baculus; ut ejus judicium ſubditam plebem vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum ſuſtineat. Datur & Annulus, propter ſignum Pontificalis honoris, vel ſignaculum ſecretorum &c.* Conf. *Fr. Juretus*, ad *Ivonis Carnotenſis*, Epiſt. 157, ex antiquiſſimo Auctore Vitæ *Romani*, Rothomagenſis Epiſcopi, circa an. 623 clari: *Fit itaque, inter Palatinos Proceres, de Viro Sancto communis aſſenſio, qui omnes unanimiter Regi conſulunt, ne Grex Chriſti ſuo fraudetur deſiderio, ſed divina protinus ad effectum ducatur electio; quo Rex gratulatus conſilio, convocatis tam Epiſcopis, quam Abbatibus, Baculum illi contulit Paſtoralem. Inthronizatur itaque &c.* Conf. *Conring.* de *Republica*, Diſſert. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, §. 35, p. 383; Dn. *Leidenfroſt*, Diſſ. de *Baculo Paſtorali*, §. 20. Sub *Carolingis* Regibus, & Imperatoribus, eundem obtinuiſſe morem, præced. §. 21, lit. b, ſub *Ludovico Pio*, Exemplo *Friderici Tra-*

8 M 2 *jecten-*

jectenſis, pag. 1358; Sub *Ludovico Germanico*, Exemplo *Anſcharii Hamburgenſis*, p. 1361; Sub *Arnolfo*, Exemplo *Adalgarii*, *Hamburgenſis*, p. 1364; & ſub *Ludovico IV*, Exemplo *Hogeri*, *Bremenſis*, pag. 1365, probavi. De *Carolo Simplice*, Galliarum Rege, legimus in *Geſtis Epiſcoporum Autiſſiodorenſium*, Part. 1, cap. 41, in vita *Herifridi* Præſulis, apud *Labbeum*, Tom. 1. *Bibliotheca* MS. p. 436: *Acclamantibus cunctis Domino Herifredo, cum ſumma reverentia nominando, Paſtoralem confert Baculum, atque ad Senonenſem Urbem dirigit ordinandum &c.* Epiſcopales hoſce *Baculos*, *Annulosque*, extinctis Præſulibus, ad Aulam Regum & Imperatorum fuiſſe remiſſos, teſtimonio *Sigebergenſis* Monachi, in vita *S. Annonis*, *Colonienſis* Archi-Epiſcopi, lib. 1, cap. 4, apud *Surium*, 4 Decemb. p. m. 129, verbis præc. lit. c, ſub *Henrico III*, ad an. 1055, modò adductis nititur. Eadem habet *Andreas, S. Michaëlis prope Bambergam* Abbas, in vita *S. Ottonis Bambergenſis*, lib. 1, cap. 5, apud *Gretſerum*, de *Divis Bambergenſibus*, p. m. 163, & *Surium*, 2 Julii, p. m. 33: *Nec multo poſt, Annulus, cum Virga Paſtorali, Premenſis* (Liemari, Bremenſis, an. 1101 defuncti) *Epiſcopi, ad Curtem Regiam perlata eſt &c.* & cap. 6, ibid: *Hoc ſiquidem tempore, Eccleſia liberam Electionem non habebat, ſicut poſtea, ſub Henrico V, mediante pia memoria Calliſto Papa, actum eſt: Sed, cum quilibet Antiſtes viam univerſæ carnis ingreſſus fuiſſet, mox Capitanei Civitatis illius, Annulum & Virgam Paſtoralem, ad Palatium transmittebant; ſicque Regia auctoritas, communicato cum Aulicis conſilio, orbatæ Plebi idoneum conſtituebant Præſulem. Itaque, cum, ut diximus, Virga Paſtoralis, & Annulus, Epiſcopi Premenſis, Imperatori offerretur, mox Ille, accerſito unicè Dilecto ſibi Ottone, munera hæc ei conſervanda tradidit. Poſt paucos vero dies, rurſum Annulus, & Virga Paſtoralis, Ruperti Babebergenſis Epiſcopi,* (an. 1102) *Domino Imperatori transmiſſa eſt. Quo audito, multi Nobiles, & tam ſcientia, quam divitiis, inſignes, ad Curtem Regiam confluebant, qui Epiſcopatum Babebergenſem, non mediocri pretio, ſibi comparare tentabant. Imperator vero, gaudens quod occaſionem honorandi Intimum Secretalem ſuum, Ottonem, ut voluerat, inveniſſet - - - Legatos honorabiliores Clero & Populo Babebergenſi dirigit: Paſtorem ſe eis idoneum, & electum ex millibus, prævidiſſe nunciat; atque, ut Capitanei Civitatis Moguntiam, ad Natale Dominicum, ſibi occurrant, Paterna dulcedine mandat &c.* & l. c. cap. 7, apud *Gretſerum*, pag. 166, & *Surium*, pag. 34, pergit: *Venientibus itaque Capitaneis Eccleſiæ Babebergenſis, Imperator eos, cum honorifico gaudio, ſuſcepit, &, accitis coram Principibus, ait - - - Ego illum potius, qui fide, moribus, ſapientia & Religione, cunctis præſtat, Vobis eligere malui. Et advocans Pium Ottonem, Annulum & Virgam Paſtoralem Præmenſis Epiſcopi, ab eo repetiit. Illo, ſine mora, reſignante hæc, Imperator ait: Ex multo jam tempore, fidelem te Mihi, & præ omnibus utilem, approbavi: tempus eſt, ut & ego fidei tuæ digna munificentiæ meæ largitate reſpondeam: Accipe nobilem Eccleſiæ Babebergenſis Præſulatum, quem multi quidem, pecuniis & muneribus, ſibi comparare ſatagunt, ſed Ego, ſpretis omnibus illis, te ſolum hoc Pontificali culmine ſtatui illuſtrare. Mox Pius Otto, cadens in faciem, &, cum lacrymis, ſe tanto apice indignum eſſe proteſtans, juſſu Cæſaris, ab Optimatibus erigitur, Annulo & Virga Paſtorali, quamvis plurimum renitens, inveſtitur &c.* Add. *Wilhelmus Tyrus*, lib. I. *Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ*, cap. 13, in Codice *Geſtorum Dei per Francos*, p. 638: *Inoleverat conſuetudo, præſertim in Imperio, quod, defungentibus Eccleſiarum Prælatis, Annulus & Virga Paſtoralis, ad Dominum Imperatorem dirigebatur. Unde poſtmodum unumquemlibet de Familiaribus & Capellanis ſuis, inveſtiens, ad Eccleſiam vacantem dirigebat; ut ibi Paſtoris fungeretur officio, non expectata Cleri electione &c.* Inveſtituram autem hanc, ante *Henrici V*, Imp. & *Calixti* 2, P. R. Transactionem, de an. 1112, *ipſius Paſtoralis muneris collationem* involviſſe, ad denotandum, Præſules, *non quoad dignitatem Principis civilem duntaxat*, ſed & *quoad ipſum munus ſacrum*, Imperatori eſſe ſubjectos, rectè aſſerit *Golſcherus*, Monachus *S. Matthiæ* apud Treviros, *Henrici IV & V* Imperatoribus, coævus, de *Geſtis Trevirorum*, cap. 67, p. 108, qui, *Brunonis*, Archi-Epiſcopi Trevirenſis, an. 1101, *Egilberto* ſurrogati, memor, ait: *Quoniam Epiſcopalia, Annulum videlicet, & Baculum, per manum Laicam* (Imperatoris) *ſuſcepiſſet, atque, quia Eccleſias dedicaſſet, & Clericos, nec dum Pallium conſecutus, promoviſſet, multum aſperè* (Romæ, à Paſchali) *correptus eſt &c.* Facit hanc in rem Ill. *Hugo, de Statu Regionum Germaniæ*, cap. 4, §. 16: *Antea* (Ante dictam Transactionem an. 1122) *Epiſcopi, non tantum quoad dignitatem Civilem Principis, ſed etiam, quoad ſacrum munus, Imperatori ſubjecti erant. Siquidem ipſum Officium Epiſcopale ab Eo accipiebant; Inveſtitura enim per Baculum & Annulum, quæ ab Imperatore fiebat, collationem muneris Paſtoralis*

ſigni-

ſignificabat. Nota autem hac de re controverſia, à Gregorio VII, cum Pontifices perſonas ſacras, Magiſtratui *Civili ſubjectas negarent, ideoque Laicam Inveſtituram injuſtam contenderent: contrà vero Imperatores Imperio in Epiſcopos, Regalium, amplarumque Regionum poſſeſſores, ſe abdicare nollent: hac quaſi media via inventa eſt, ut, omiſſa Inveſtitura per Baculum & Annulum, impoſterum Epiſcopus, Canonicè electus, ab Imperatore, per Sceptrum, Regalia acciperet, id eſt, ut, ſacro Epiſcoporum munere Imperatoris jurisdictioni ſubtracto, Civilis tantum eorum functio, Regaliumque poſſeſſio, Imperatori ſubdita maneret &c.* Non ſatis accuratè igitur de *Ledrado* Bremenſi, à Clero Populoque electo, loquitur *Crantzius* lib. 3. *Metropol.* cap. 5, p. m. 62: *Mittitur, ſolenni more, ad Regem Conradum*, (Primum) *Pontificalem Ferulam, hoc eſt, Regalia temporalis Dominii Jura, ab Illo accepturus. Neque enim potuit Rex aliud, quam temporale, committere &c.* Confundens tempora poſteriora cum prioribus. Conf. *Conringius* l. c. p. 383 & 384.

In ejusmodi Inveſtituris, quandoque & alias res fuiſſe adhibitas, *Henricus Sanctus* Imp. documento eſt, *Meinwercum Paderbornenſem, ſumta Chirotheca* Præſulem conſtituens; Vid præced. lit. c, ſub *Henrico Sancto*, p. 1372. Nolo adducere *Pipinum*, Francorum Regem, quem decimas quasdam in *S. Mononem* Martyrem, in *Ardenna* Sylva, *per Pileum*, contuliſſe, Auctor Vitæ *S. Mononis*, cap. 5, apud *Surium*, 18 *Octob.* p. m 297, teſtatur: *Ut ibidem relinqueret memoriam ſui Regalis Beneficii, per Pileum, quod capite geſtabat, auro gemmisque ornatum, omnes decimas, quas habebat inter fluvium Urtam & Letiam, perpetuo jure, tradidit B. Mononi poſſidendas ipſumque Pileum, in teſtimonium hujus largitionis ſuæ, in eodem loco ſervandum reliquit &c.* Quia hic ſermo ſaltem Epiſcopatuum conferendorum.

De *Synonimia Paſtoralis Baculi*, hæc prodit *Walafrêdus Strabo*, lib. 1. Vitæ *S. Galli*, Abbatis, cap. 26, apud *Goldaſtum*, Tom. 1. part. 2. *Rer. Alamann.* p. 159: *Qui & Baculum ipſius*, (Columbani) *quem vulgo Cambocam vocant, per manum Diaconi, transmiſerunt &c.* Sic *Honorius Augustodunenſis* Presbyter, circa an 1220 clarus, lib. 1 *Gemma Animæ*, cap. 216: *Baculus ... qui & Virgo Paſtoralis, & Capuita, & Ferula, & Pedum, dicitur &c.* Et *Durandus*, lib. 3. *Rational.* cap. 15: *Baculus* (Paſtoralis) *ergo, à Lege & Evangelio ſumitur: qui & Virga Paſtoralis, & Sambuca, & Pedum, & Ferula, nuncupatur &c.* Conf. *Goldaſtus*, in Notis ad *Ekkehardi Junioris, Caſus Monaſterii S. Galli*, cap. 3 Tom. 1, part. 1. *Rer. Alamann.* pag. 113. voc: *Cambocam: Baculum camurum, ſive incurvum, quem Paſtoralem noſtri vocant, Krumber Stab, Marner, vetus Poëta Nobilis:*

> *Sagt mir der Pabſt von Rom, was ſol ü der krume Stab,*
> *Den GOtt dem guten S. Peter uns zu binden gab?*

&, eodem Carmine, ad Epiſcopos Abbates:

> *Der krumber Stab der iſt gewachſen zu einen (zu einem) langen Speer &c.*

Videtur autem rectior quorundam Codicum ſcriptura, Cambotam præſentantium, ſi originem ſpectes. Nam, à Græcis καμπτότης, ſive καμψότης, mihi dicta videtur, ἀπὸ τῦ κάμπτειν (ab inflectendo, ſeu incurvando) *quem, ab Orientalibus Monachis, accepere Latini &c.* Plura de his *Du Freſne*, Gloſſ. voc: *Baculus Paſtoralis*, p. 226; voc: *Cambuta*, p. 696; & voc: *Ferula*, pag. 391; *Speelmannus*, Gloſſ. voc: *Camboca*, p. 98, & voc: *Ferula*, pag. 223; *Wehnerus*, *obſervat. Pract.* voc: *krumme Stab*, p. m. 323 &c. *Hahenberg, German. Media*, Diſſert. IX, *de Re feudali veterum Germanorum*, §. 13, p. 335 &c. *Meibomius*, de *Jure Inveſtituræ Epiſcopalis*, Tom. 3 *Rer. German.* pag. 172; Dn. *Johannes Erneſtus Leidenfroſt*, cit. Diſſ. de *Baculo Paſtorali*, an. 1697, Præſide Dn. *Johanne Andrea Schmidio* Helmſtadii habita, §. VI.

Quoad *formam*, cernitur *Baculus* plerumque *in Superiori parte*, incurvatus, & in modum literæ P retortus; in *media*, rectus; & in *infima*, acutus; de qua forma, *Hugo de S. Victore*, an. 1130 florens Monachus, Tom. 3. Operum, cap. 6, *Speculi, de Myſteriis Eccleſiæ*, ait: *Baculus Paſtoralis rectitudine ſui, rectum Regimen ſignificat; quod autem una pars curva eſt, & altera acuta, monſtrat, præeſſe ſubditis, & debellare ſuperbos. Unde dictum eſt:*

> *Curva trahit mites; pars pungit Acuta rebelles.*

& iterum:

> *Curva trahit, quos recta regit, pars ultima pungit.*

& iterum:

> *Attrahe, per Curvum; medio, rege; punge, per imum* Conf. *Du Freſne*, voc: *Baculus*, pag. 426, Dn. *Leidenfroſt* l. c. §. VII.

Materiam, diverſi ſemper fuiſſe generis, palam eſt.

eſt. Audiamus *Egilwardum*, Monachum *S. Burchardi* probe Herbipolim, in vita *S. Burchardi Herbipolenſis*, lib. 2, cap. 1, apud *Surium*, 14 Octob. p. m. 217: *De tanti Viri humilitate ſcribere quippiam, omnino ſuperfluum fuerit, cum necdum nomen & officium Epiſcopale valuiſſet pompaticum, niſi quod ipſa, quæ, in loco ſepulturæ ejus, ſervatur, Virga ſambucea, ſemper nobis ad memoriam reducit humilitatis ejus exempla &c.* nec non *Petrum Damiani*, Cardinalem Rom. Eccl, an. 1072 defunctum, lib. 1. Epiſtol. 2: *Nunquam certe vidiſſe me memini Pontificales Baculos, tam continuo radiantis metalli nitore contectos, ſicuti erant, qui ab Eſculano, atque Tranenſi geſtabantur Epiſcopis - - - nec eis profuit, quod Pontifices ligneis aurates uſi ſunt Baculis, dum Sacerdotii meritum non nitor efficiat veſtium, ſed ſpiritualium norma virtutum &c.* & *Stephanum Tornacenſem*, in Epiſtola 267, ad Epiſcopum Aurelianenſem: *Munuſculum vobis mittimus, Baculum Paſtoralem Cypreſſinum, officio veſtro, & qualitati myſterii congruum, & quantitate miniſterii condignum &c.* & *Ditmarum*, qui lib. 4, p. 43, *Mathtildim*, Abbatiſſam *Quedlinburgicam*, ab Imperatore *Ottone III*, *Virgam auream* conſecutam fuiſſe docet. Vid. præc. lit. c. ſub *Ottone III*, p. 1380; & *Albertum Crantzium*, lib. 3. *Metropol.* cap. 33, p. m. 78: *Hunc Epiſcopum* (Landowardum, Mindenſem) *honorare volens* (Otto I, Imp.) *Baculum Paſtoralem precioſum, de lignis hebeni, B. Petro & Eccleſiæ Mindenſi, obtulit &c.* Ergò, modò *lignea* erant hæ Virgæ, & quidem varii generis; modo *aurea*, quidni & *argentea*, & *eburnea*? non malè hinc *Coquille, in Hiſtoria Nivernenſi*:

Au tems paſſé du Siecle d'or,
Croſſe de bois, Evêque d'or.
Maintenant changent les Loix:
Croſſe d'or, Evêque de Bois.

Quod ita reddi poteſt:

Aureus Antiſtes Ligni Ferulam tulit olim.
Aurea nunc trunco viciſſum Præſule Virga.

Romanum Pontificem ejusmodi *Baculo* non uti, perhibet *Innocentius III*, P. R. ipſe, lib. 1. *Decretal.* Tit. XV, de *Sacra Unctione*, in fine: *Licet Romanus Pontifex non utatur Baculo Paſtorali, tum propter Hiſtoriam, tum propter myſticam rationem, tu tamen,* (Præſul Byzantine!) *ad ſimilitudinem aliorum Pontificum, poteris eo uti &c.* Quæ lib. 1. de *Myſterio Miſſæ*, cap. 62, ita declarat: *Pro eo, quod Petrus Apoſtolus Baculum ſuum miſit Euchario, primo Epiſcopo Trevirenſi, quem, una cum Valerio & Materno, ad prædicandum Evangelium, Genti Theutonicæ deſtinavit. Cui ſucceſſit, in Epiſcopatu, Maternus, qui, per Baculum S. Petri, de morte fuerat ſuſcitatus. Quem Baculum usque hodiè, cum magna veneratione, Trevirenſis ſervat Eccleſia &c.* Annectit Gloſſator, ex *Auguſtino*: *Martialis, unus de Diſcipulis Petri, quem poſuit Dominus inter diſcipulos, cum dixit: Niſi efficeamini, ſicut parvulus iſte, non intrabitis in Regnum Cælorum - - - Quem poſtea Petrus cum alio, ſcilicet Mathæo,* (Materno) *ad prædicandum miſit in Germaniam; qui cum iret, mortuus eſt, & rediit Collega ad Petrum, & Petrus ait: Accipe Baculum, & tangens eum, dic: Ut, in nomine Domini, ſurgat, & prædicet. Et ivit, quadrageſimo die à tempore mortis, tetigit eum, & reſurrexit, & prædicavit. Et ita Petrus removit à ſe Baculum, & dedit Subditis &c.* Aſt, qua fide! ecce, quid, *Innocentio* antiquior, *Luitprandus*, lib. VI. *Hiſtoriarum*, cap. ultimo, apud *Reuberum*, p. m. 160, Exauctorationis *Benedicti V*, memor: *Pallium ſibi abſtulit,* (Benedictus) *quod, ſimul cum Pontificali Ferula, quam manu geſtabat, Domino Papæ Leoni reddidit. Quam Ferulam idem Papa fregit, & fractam Populo oſtendit &c.* Cui *Reginonis Continuatorem* jungas, ad an. 964, hæc proferentem: *Leo Apoſtolicus, coadunata multorum Epiſcoporum Synodo, eundem Benedictum, Romanæ ſedis invaſorem, judicio omnium, ab invaſo gradu depoſuit, & Pontificale Pallium, quod ſibi impoſuerat, abſcidit, Ferulamque Paſtoralem, manu ejus arreptam, coram omnibus, in fruſtra confregit &c.* Conf. præced. lit. c. ſub *Ottone Magno*; & præced. Tit. IV. §. 3, lit. m, v. 10, p. 317 & 318.

Myſticam ſignificationem, Annuli & Baculi, ſuppeditat Monachus *Sigebergenſis*, cujus verba præced. lit. c. ſub *Henrico III*, ad an. 1055, pag. 1376 exhibui. Conf. Auctor Vitæ *Gebehardi* Salisburgenſis, cap. 5, ſeq. lit. e, ad an. 1060.

De Dicterio: *Der krumme Stab ſchleüſt niemand aus*, evolvas *Schraderum I*, Conſil. 12, §. 343, pag. 769; *Wehner* voc. *krumme Stab*, pag. 324; *Dieterr*, Contin. *Theſauri Practici Beſoldiani*, voc. *krumbſtabiſch Leben*, p. m. 338.

(*e*) EXCOMMUNICATUS FUERIT &c. Qua conſtantia HENRICUS IV, Jura Regia, circa conſtituendos *Præſules Romanos*, conſervaverit, ex Hiſtoria Vitæ Ejus, præced. Tit. V, §. 11, v. 4, ad ann. 1058, pag. 533; nec non, an. 1059 & 1061, pag. 534, cognoſcendum. Quid *Hildebrandus*, ſeu *Gregorius VII*,

Digitized by Google

VII, in contrarium deſuper ſit molitus, ibidem, ad an. 1075, pag. 537, & an. 1076, pag. 538, ubi ſimul *Excommunicationis*, qua malè Ei precabatur, chartæ, expoſui. De Pace an. 1077, inter eos contracta, vid. l. c. ad h. a. pag. 540 &c. Temeritatem, qua idem Pontifex, Pace non obſtante, Principem noſtrum denuò diris devovit, variosque Anti-Cæſares excitavit, ibid. pag. 542 & ſeqq. delineavi. Cæſarem tandem, an. 1080 expergefactum, petulanti Epiſcopo viciſſim munus ſacrum abrogaſſe, *Guibertum Ravennatenſem*, exin CLEMENTEM III dictum, in ejus locum ſurrogando, l. c. pag. 544 &c. probavi. Videamus ergò, quam rationem ordinandis Eccleſiis reliquis habuerit! quasque inſidias Romani Antiſtites huic Regali, Imperatoribus & Regibus eripiendo, ſtruxerint?

An. 1060, *Deo dignus Metropolita, Gebhardus, 3 Id. Junii, in loco Eſchinwaneh dicto, accepto à Rege, Heinrico, & caſtæ deſponſationis SS. Matris Eccleſiæ Annulo, & Reverendæ Paſtoralitatis Baculo, Sanctæ Juvavenſis* (Salisburgenſis) *Eccleſiæ Sedi, ab Adalberone, Würtzburgenſi Epiſcopo, XII Cal. Aug. juxta ſancita Canonum, inthronizatur &c.* Hæc Auctor Vitæ *S. Gebehardi Salisburgenſis*, cap. V, apud *Surium*, d. 16 Junii, p. m. 226.

An. eod. *Otto, Babenbergenſis Canonicus, ab Imperatore Henrico IV, Epiſcopus Ratisbonenſis conſtitutus.* Ita *Hundius* T. 1 *Metropol.* p. 195.

An. 1063, Terræ mandato *Engelhardo, Magdeburgenſi* Præſule, *Wernerus VIII Archi-Epiſcopus, ſedit annos XIV, inſtitutus à Rege Henrico IV, ordinatus à Godeſcalco, Havelbergenſe Epiſcopo, Pallio vero donatus à Papa Alexandro &c.* Ita *Chronicon Magdeburg.* in vita *Werneri*, apud *Meibomium* T. 2 *Rer. Germ.* pag. 188. Conf. *Cranzius*, lib. V *Metropol.* c. 8, pag. 124.

An. 1066, *Hugo, Bizantienſis* (Veſontinus) *Archi-Epiſcopus, obiit, cui ejusdem Eccleſiæ Canonicus, à Fratribus electus, à Rege ſubſtituitur &c.* Sunt Verba *Bertholdi Conſtantienſis*, ad h. a. apud *Urſtiſium*, p. m. 344.

An. 1067, *Cono, qui & Conradus, Primicerius Colonienſis, ab Imperatore Heinrico, ad ſuſcipiendum Archi-Epiſcopatum Treverorum, miſſus, capitur a Comite Treverorum, Deoderico, & à ſatellitibus ejus, in ſylvam ductus, de rupe tertiò præcipitatur, & adhuc illæſus gladio transverberatur, corpusque ejus foliis ſylvæ obtegitur &c.* Ex *Sigeberto Gemblacenſi*, ad h. a. Conf. *Golſcherus*, de *Geſtis Trevirorum*, cap. 58, p. m. 87; *Adamus Bremenſis* lib. 3, cap. 37, p. m. 105; *Bertoldus, Conſtantienſis*, ad an. 1065, p. 343; *Albericus, Monachus trium fontium*, ad an. 1067, p. 110.

An. 1072, Extincto *Adalberto*, Archi-Epiſcopo *Bremenſi*, 17 Cal. April. (Auctore *Adamo Bremenſi*, lib. 4. c. 36, pag. 130;) *Liemarus, Natione Bawarus, de Miniſterialibus Henrici Regis IV, originem trahens, Vir litteratus & prudens, Epiſcopatum ſuſcepit ab ipſo Heinrico, adhuc exulante Pontificum electione &c.* Ita *Albertus Stadenſis*, ad h. a. Conf. *Henricus Wolterus Chron. Bremenſ.* in vita *Liemari*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.* pag. 46 & 47. *Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, in ejusdem vita, apud *Lindenbrogium*, p. 88; *Albertus Cranzius*, lib. V *Metropol.* cap. 18, p. m. 130.

An. eod. conſtituit *Eckardum 2*, Abbatem *Augiæ Divitis*. Vid. *Bruſchius*, de *Monaſteriis Germaniæ*, voc. *Augia Dives*, p. 41.

An. eod. *Notpertus*, Abbas *S. Galli*, *Uodalricum, Præpoſitum ſuum, auctoritate Imperiali, Succeſſorem ſibi conſtituit &c.* Ita *Burckhardus*, de *Caſibus S. Galli*, cap. VI, in fine, apud *Goldaſtum* T. 1 *Rer. Alaman.* p. 67.

An. 1076, *Rex Heinricus, Perchtoldum quemdam - - - - in cubile Saltzburgenſis Eccleſiæ ingreſſit &c.* Vid. Vita *S. Gebehardi Salisburgenſis*, cap. 20, apud *Surium* 16 Junii, p. 228. Conf. *Hundius* T. 1. *Metropol. Salisb.* p. 8.

An. 1077, *Hildebrandus*, ſeu *Gregorius VII*, Pontifex, claſſicum canens huic Regali, ablegabat ad *Lingonenſem* Synodum, in Galliam, *Hugonem*, Dienſem Epiſcopum, cum mandato, promulgandi ibidem Decreti: *De abolendis Clericorum Inveſtituris, manu Laica conceſſis &c. Teſtem habeo Librum IV* Epiſtolarum Ejus, Epiſt. 22, ad præfatum Epiſcopum, ubi: *Inter cætera, quæ tua Fraternitas agenda ſuſcepit, hoc attentiſſimè perpendat, & exequi ſtudeat, ut congregatis omnibus, in conventu reſidentibus, manifeſta & perſonanti denunciatione, interdicat, ut, pro conſervanda deinceps, in promovendis Epiſcopis, Canonica & Apoſtolica auctoritate, nullus Metropolitanorum, aut quivis Epiſcoporum, alicui, qui à Laica perſona donum Epiſcopatus ſuſceperit, ad conſecrandum illum, imponere manum audeat, niſi dignitatis ſuæ honore, officioque, carere & ipſe velit. Similiter etiam: Ut nulla poteſtas, aut aliqua perſona, de hujusmodi honoris donatione, vel acceptione, ulterius ſe intromittere debeat. Quod ſi præſumpſerit, eadem ſententia, & animadverſionis cenſura, quam B. Hadrianus Papa, in Octava Synodo, de hujusmodi præſumptoribus, & ſa-*

cræ

Digitized by Google

eræ auctoritatis corruptoribus, ſtatuit, atque firmavit, ſe aſtrictum ac ligatum fore cognoſcat &c. Conſ. *Baronius*, T. XI Annal. h. a. p. 501, lit. D. & E. Jacta ſic alea, electoque, adverſus *Henricum*, *Rudolpho* Anti-Cæſare;

An. 1078, coacta *Romæ* Synodo, novum Canonem edit *Hildebrandus*, hujus tenoris: *Quoniam Inveſtituras Eccleſiarum, contra Statuta Sanctorum Patrum, à Laicis Perſonis, in multis partibus, cognovimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in Eccleſia, imò ruinam Sanctæ Religionis, oriri, ex quibus Chriſtiana Religio conculcatur, decernimus: Ut nullus Clericorum Inveſtituram Epiſcopatus; vel Abbatiæ, vel Eccleſiæ, de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicujus Laicæ Perſonæ, Viri, vel Fœminæ, ſuſcipiat: Quod ſi præſumpſerit, recognoſcat, Inveſtituram illam, Apoſtolica auctoritate, irritam eſſe, & ſe, usque ad condignam ſatisfactionem, Excommunicationi ſubjacere &c.* Vid. *Gratianus*, Cauſ. XVI, Quæſt. VII, cap. 13. *Quoniam &c.* Memor hujus Synodi *Leo Oſtienſis* lib. 3 *Chron. Caſinat.* cap. 42 (al. 41) p. m. 384, ipſemet præſens, ait: *In eadem Synodo, conſtituit:* (Papa Gregorius) *Ut, ſi quis, à Laico, Eccleſiæ Inveſtituram acciperet, dans, & accipiens, anathemate plecterentur &c.* Conſ. *Hugo Flaviniacenſis*, in *Chronico Virdunenſi*, ad an. 1077, apud *Labbeum*, T. 1 *Bibliotheca MS.* p. 207; *Baronius* l. c. ad an. 1078, p. 512, lit. D. In auctoritatem hujus Decreti, dedit, hoc ipſo anno, literas ad *Rutgerum Huzmannum, ab Imperatore noſtro Spirenſi* Eccleſiæ prælatum, ſcribens inter alia: *Quia, in ſuſceptione Spirenſis Eccleſiæ, veremur, te, contra Decretum Apoſtolicæ Sedis, Virgam de manu Regis, ſcienter ac temerariè, ſuſcepiſſe, Epiſcopale Officium hactenus te agere non conceſſimus &c.* Vid. Lib. V *Epiſtolar. Gregorii*, Epiſt. 18; *Baronius*, l. c. lit. E. *Lehmannus*, lib. V, *Chron. Spir.* cap. 41, pag. 478. Pari ſtylo uſus eſt in literis ad Legatos, *Hugones*, Dolenſem & Cluniacenſem Præſules, lib. VI, Epiſt. 3; *Si idem Ambienſis, contra Romanæ Synodi, & Apoſtolicæ Sedis, Decretum, de Manu Laici, nefanda ambitione, & temerario auſu, Inveſtituram ſuſcipere præſumpſit, Canonici rigoris ſeveritate, taliter in eum vindicare & punire obnixè ſatagite, ut ejus exempla ceteri imitari timeant &c.* Conſ. *Baronius* l. c. pag. 513, lit. A. Verum, non ſolum HENRICUM noſtrum, ſed & ipſum Anti-Cæſarem, RUDOLFUM, utut penitus ex nutu Pontificis pendentem, nauci hæc feciſſe, ſequentia teſtimonio ſunt:

RODULPHUS Rex conſtituit, pro Wernhero, Magdeburgenſi Archi-Epiſcopo, Hartwigum, eodem die, poſt annum, quo Prædeceſſor ſuus interfectus eſt &c. Ita *Chronographus Saxo*, ad annum 1079, p. 262, Conſ. *Chronic. Magdeburgicum*, in vita *Hardewici* Archi-Epiſcopi, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.* pag. 313. *Albertus Cranzius*, lib. V *Metropol.* cap. 16. pag. 129.

Uodalricus, ſucceſſor ipſius (Notperti, Abbatis S. Galli) --- *viam univerſæ carnis ingreditur, &, pro eo, Luitoldus, Monachus hujus loci, à RUODOLFO Rege (ſi fas eſt, Ipſum Regem nominari,) Abbas conſtituitur, qui à Monachis, honorem HENRICI Imperatoris defendentibus, turpiter Paſtorali Baculo, infra chorum fracto, ſuſcipitur, & vix apud illos, ſub nomine Abbatis, per aliquantulum tempus, habitus, paulo poſt penitus expellitur, quem Abbas Augenſis, Eckardus de Nellenburg, cum Pſeudo Rege Ruodolfo firmiter ſtans, in ſua recepit, & ſibi honorem Abbatiæ, multis modis, etſi incaſſum, defendere laboravit. Rex vero HENRICUS* ---- *quendam Juvenem, ſui Cognatum, Domini Marquardi Carnotenſis filium, in Abbatem hic promovit &c.* Ita *Burckardus* Monachus de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, cap. VII, apud *Goldaſtum*, Tom. 1 *Rer. Alaman.* part. 1, p. 67.

Idem circa tempus, vacante Archi-Epiſcopatu *Trevirenſi*, cum *Imperator* (HENRICUS) *juſſiſſet, ut, quem ſibi placere cognoſceretur, hunc ipſum eligerent; & Clerus unum poſt unum ex ipſo eorum Collegio, hoc utique honore digniſſimos exhiberent: Rex autem quotquot nominaſſent, nullum eorum ſibi placere dixiſſet* --- *in eligendo tribus diebus tranſactis, quarto nihilominus die iterum ad idem congregatis* ---- *dixit Rex: Quamdiu in eligendo Epiſcopum concordare non poſſumus, ſaltem in hunc* (Egilbertum, ſeu Engelbertum) *conveniamus. Et conſenſerunt Ei, ex Epiſcopis, qui electionis cauſa advenerant, ſolus Theodoricus, Virdunenſis Epiſcopus, qui cognomento Magnus vocabatur, & pars aliqua Populi Trevirenſis; Rex ergo nil moratus, inveſtivit eum, dans ei Annulum & Baculum, ſub die 8 Id. Jan. Anno Domin. Incarn.* 1078; *Pontifices verò, Herimannus Metenſis, & Bibo Tullenſis, & reſiduus Clerus & Populus, quantum in ipſis erat, non aſſenſerunt; quoniam Ipſi tam idoneas perſonas exhibuerunt; reſiſtere tamen Regis voluntati non potuerunt &c.* Hæc *Golſcherus*, de *Geſtis Treverorum*, cap. 60, p. m. 91 & 92.

Firmius igitur ſtabiliendis conatibus, cogit *Hildebrandus*, ſeu Gregorius, *Pontifex*.

An. 1080, Novam Synodum *Romæ*, in qua priora Decreta non tantùm confirmata, ſed & nova addita. Extant Synodi Acta lib. VII Epiſtolarum Ejus, poſt Epiſtolam XIV, ubi: *Sequentes Statuta S. S. Patrum, ſicut in prioribus Conciliis, quæ, Deo miſerante, celebravimus de Ordinatione Eccleſiaſticarum Dignitatum, ſtatuimus, ita & nunc, Apoſtolica auctoritate, decernimus, & con-*

& confirmamus: Ut, ſi quis deinceps Epiſcopatum, vel Abbatiam, de manu alicujus Laicæ perſonæ, ſuſceperit, nullatenus inter Epiſcopos, vel Abbates, habeatur; nec ulla ei, ut Epiſcopo, ſeu Abbati, audientia concedatur. Inſuper etiam ei gratiam S. Petri, & introitum Eccleſiæ, interdicimus, quoadusque locum, quem, ſub crimine tam ambitionis, quam inobedientiæ, quod eſt ſcelus idololatriæ, cepit, reſipiſcendo non deſerit. Similiter etiam de inferioribus Eccleſiaſticis dignitatibus conſtituimus. Item, ſi quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quilibet Secularium Poteſtatum, aut perſonarum, Inveſtituram Epiſcopatuum, vel alicujus Eccleſiæ dignitatis, dare præſumpſerit, ejuſdem ſententiæ vinculo ſe obſtrictum eſſe, ſciat &c. Conf. *Gratianus*, Cauſ. XVI, Quæſt. VII cap. 12, *Si quis &c.* *Baronius* l. c. ad an. 1080, p. m. 526, lit. D & E. Novum Decretum: *De legitima Electione Epiſcoporum*, ut apud *Baronium* l. c. pag. 527, lit. B, vocatur, tale fuit: *Quoties, defuncto Paſtore alicujus Eccleſiæ, alius eſt ei Canonicè ſubrogandus, inſtantia Viſitatoris Epiſcopi, qui ei, ab Apoſtolica, vel Metropolitana, Sede, directus eſt, Clerus & Populus, remota omni ſeculari ambitione, timore atque gratia, Apoſtolicæ Sedis, vel Metropolitani ſui conſenſu, Paſtorem ſibi, ſecundum Deum, eligat. Quod ſi corruptus aliquo vitio aliter agere præſumpſerit, Electionis perperam factæ omni fructu carebit, & de cætero nullam electionis poteſtatem habebit. Electionis vero poteſtas omnis, in deliberatione Sedis Apoſtolicæ, ſive Metropolitani ſui, conſiſtat &c.* Hæcque ſunt *Hildebrandina* dogmata, quibus tot ac tantæ in Europa excitatæ turbæ, quarum flammis inde ſurgentibus, totus penè Occidentalis Orbis conflagravit. Temperare mihi nequeo, quin veram Pontificis intentionem, verbis *Onuphrii Panvinii*, utut Fratris Eremitæ Auguſtiniani, in Hiſtoria *Vitæ Gregorii VII*, P. R. Edit. Gretzerianæ, pag. 262, declarem: *His decretis, in duobus potiſſimum, Majeſtas & Romani Imperii dignitas, evertebatur, &, quod Lege pejus erat ea fundamenta jaciebantur, quibus Romani Imperii poteſtas omnino labefactaretur. Erat tunc conſuetudo, ut, ex omnibus Orbis Latini partibus, infinita propè hominum, diverſarum conditionum, millia Aulam Imperialem frequentarent. In his aderant diverſarum Congregationum Monachi, Doctores, Viri Litterati, Nobiles & Ignobiles, qui omnes eò confluebant, ſpe ducti, ut ab Imperatore Sacerdotia conſequi poſſent; quemadmodum nunc uſus eſt in Romana Curia. Imperator enim non ſolum Epiſcopatus omnes, & Abbatias minoraque omnia Sacerdotia, ut Præbendas, Canonicatus, Præpoſituras, Decanatus, & hujuſmodi, conferebat, ſed etiam Romanum ipſum Pontificem deſignabat. Si igitur Gregorii Decretis locus eſſet, illicò conſequebatur; Ut omnis hæc Aula Imperialis Majeſtas obſoleſceret, ſpe conſequendi à Cæſare Sacerdotia ſublata, quæ jam per Electionem tradenda eſſent, nullo amplius Imperatoris interventu, nec præterea à tot diverſarum Nationum Illuſtribus doctrina & Nobilitate Viris, frequentari contingeret Aula Imperialis. Altera verò cauſa, qua Imperator valdè urgebatur, quia nullo majoris momenti exiſtimabatur, erat: Quod, ſi Cæſar Prælatorum Inveſtituras (ita enim Collationem appellabant) amitteret, majorem Imperii ſui, meliorem fortioremque partem deperderet, & maximarum calamitatum ſeminarium Imperio faceret. Nam, quando Privilegia Carolo Magno, & Othoni I, Auguſtis, ab Apoſtolica Sede, de Prælatorum Inveſtituris, conceſſa fuere, Eccleſiæ Epiſcopatus tunc pauperes, tenues, & ſine tot reditibus erant. Poſtquam verò Juris Imperii facta eorundem Prælatorum electio, tum Cæſares, quemadmodum cæteri Principes Seculares, qui de Religione bene mereri volebant, ſine Imperii tamen præjudicio, cœperunt Epiſcopos & Abbates, ob Religionem, tanquam potiora Imperii membra, præ cæteris Laicis Principibus, honorare, profana ditione, & ingentibus opibus honeſtare, Arces, Oppida, Urbes, Ducatus, Provincias, Pedagia, Telonia, Vectigalia, Portoria, & multa alia, quæ Imperii propria erant, Epiſcopatibus concedere, quæ vel ex Fiſci proprii bonis, quæ ad Imperium pertinebant, vel ex alienis Feudis, erant. Nam Laicis Principibus, ſine legitimo hærede mortuis, eorum Provincias, quæ Beneficiario Jure ad Imperium pertinebant, non aliis amplius Laicis Regulis, ſed Epiſcopis, concedebant. Atque hac ratione, omnes Epiſcopatus & Abbatias Italiæ, Galliarum & Germaniæ, imò totius Orbis Latini, & denique ipſum Pontificem Romanum, ex pauperibus, ditiſſimos & maximos Principes fecerant. Ex iis ſcilicet opibus, quæ ante Imperii Juris erant, in nulla re, Imperialia propterea Jura minui exiſtimantes, quippe quod certi eſſent, eos omnes Prælatos à ſe deſignandos fore, &, non niſi juſſu ſuo, & voluntate, Sacerdotia ipſa obtenturos. Gregorius igitur ſuis decretis dimidium Imperii Cæſari tollebat. Num Epiſcopi nulla ratione adduci poterant, ut, quæ ab Imperatoribus antiquis obtinuerant, dimittere, ea Imperatori reſtituere vellent, cum ex ſua eruendi eſſent poteſtate, id enim Cæſar ipſe quærebat. Nec Imperator id agere poterat, ut Epiſcopi Imperio reſtituerent, quæ, ab Imperatoribus, non ut Epiſcopi, ſed ut Imperialia membra, obtinuerant. Si igitur Prælatorum deſignatio ab Imperatore auferebatur, & Prælati retinerent Beneficia, & alia, quæ Imperii ante fuerant, dimidium Imperii omnino ab Imperatore tollebatur. Accedit, quod maximè Cæſarem angebat, quod ſi Epiſcopi Germaniæ & Italiæ, cum ab Imperatore electi & inveſtiti eſſent, vix in officio contineri poterant, ne contra Ipſum varias & frequentes rebelliones molirentur; quid deinceps facturi eſſent, ſi omnino ex Imperatoris poteſtate eruti & liberati eſſent, & in cujusvis Eccleſiæ Capituli, vel Collegii, poteſtate eſſet, Nobiliſſimi & Potentiſſimi Epiſcopatus Antiſtitem quempiam Imperatori hoſtem acerrimum, eligere, qui*

Digitized by Google

maxima Imperii ruinæ cauſa deinde eſſet. Hæ igitur cauſæ ſunt, quæ Cæſarem, & cæteros Laicos Principes, quam maxumè adverſus Pontificem commoverunt. Imperii enim vel omnino tollendi, vel in perpetuum ſtabiliendi, cauſa tunc maximè tractabatur. Cæſar enim Imperii Jura, & ea quidem ſumma, omninò, tueri; Papa verò Eccleſiæ libertatem, nulla Imperialis excidii ratione habita, aſſerere volebat, indignum eſſe clamitans, à manu Laica Sacerdotes creari: Quamquam id, per trecentos ferè annos, à Caroli Magni tempore, ſub ſexaginta, & eo amplius Romanis Pontificibus, uſurpatum eſſet. Maximè igitur Imperatori laborandum erat, ne hæc decreta ſtarent, ſi Imperii Jura, imo Imperium ipſum, ſalvum eſſe vellet, quod ejuſmodi Papalibus Edictis procul dubio diſſipandum eſſe exiſtimabat &c. Hucusquè Veronenſis Eremita. Concedendum licet facilè ſit, multos, in conferendis Eccleſiis, errores quondam fuiſſe commiſſos, nec Imperialem Aulam *ſimoniæ* criminis ſemper expertem; quo fundamento autem propterea Romanus Pontifex Regale hoc ad ſe rapere potuit? num uſus, propter abuſum, tollatur? num Succeſſores Prædeceſſorum luant pœnas? quid dictura ad Philoſophiam hanc Vaticana Curia, ſi principiis iiſdem inhærendo moderni Imperatores, amiſſa recuperatum irent? Vera ergò & genuina emittendorum Decretorum *Hildebrando* fuit ratio, ut (1) hoc modo Imperialis Aulæ ſplendor redderetur obnubilus, (2) Papalis contrà eò magnificentior inde ſurgeret; (3) Vires *Auguſti* inciderentur, (4) Pontificis in contrarium inſignia haberent incrementa; (5) Romana Curia, per tot potentes Epiſcopos, Abbates &c. concitandæ, adverſus Cæſares, Regesque, pro lubitu rebellionis, media conſequeretur; (6) Poſthac Romanus Antiſtes Arbiter Synodorum, imò conſcientiarum, fieret; (7) Populo perſuaderet, poteſtatem ordinandæ Sedis Romanæ perperam à Cæſaribus uſurpari, quibus ne quidem jus conſtituendi Prælati eſſet; (8) Monſtroſis *Dictatibus*, quorum præced. Procem. §. 16, lit. d. pag. 21 memini, novum accederet pondus &c. Subſtitit ita res, flagrante Civili Bello Germania, ad annum usque 1085, quo, ad plures abeuntis *Hildebrandi* ſucceſſor, *Victor III*, eadem veſtigia preſſit. Teſtis *Beneventana* Synodus, an. 1087, Ejus ſub auſpiciis celebrata, in qua renovatus Canon: *Conſtituimus etiam &c.* quem ad an. 1080, modò exhibui. Conf. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 584, lit. D & E. Nihilominus autem fortiter, animoque conſtanti, priſtina ſua Jura propugnavit Imperator, quatuor duntaxat ex Epiſcopis Germaniæ, nimirum *Herbipolenſi*, *Wormatienſi*, *Conſtantienſi* & *Patavino* Pontificum partes tenentibus. Vid. *Bertoldus Conſtantienſis* ad an. 1089, apud *Urſtiſium*, p. 362; quare

An. 1090, *Urbanus II*, qui, an. 1088, defunctum *Victorem III*, ceu ex *Petro Diacono*, lib. IV *Chronici Caſinatenſis*, cap. 2, p. m. 427, diſcimus, exceperat, nova Synodo Melfiæ Apulorum coacta, hunc Canonem edi curavit: *Illud ſummopere, & Apoſtolicæ Auctoritatis Privilegio prohibentes, interdicimus: Ut nullus, in Clericali Ordine Conſtitutus, nullus Monachus, Epiſcopatus, aut Abbatiæ, aut cujuslibet Eccleſiaſticæ dignitatis Inveſtituram de Manu Laica, ſuſcipere audeat. Quod ſi præſumpſerit, depoſitione mulctetur &c.* Vid. *Baronius* l. c. ad an. 1090, p. m. 604, lit. A. Hiſce tamen machinis nihil fractus Imperator, vacantibus interim Eccleſiis, Paſtoribus proſpicere perrexit, *Chronico Magdeburgico* teſte, ap. *Meibomium* T. 2 *Rer. German.* p. 319: *Henricus Rex, Saxoniam veniens, & Magdeburg Civitatem minaciter ingrediens, ſe ſuſcipi Regaliter exegit, ubi &, pro Hardwico Epiſcopo, qui interim cum Hermanno Rege* (Anti-Cæſare) *& Halberſtadienſi Epiſcopo, in Daniam ſeceſſerat, Hartwigum, Heresfeldenſem Abbatem; pro Burchardo quoque Halberſtadienſi, Hamazonem, conſtituit ordinari &c.* Conf. *Bertoldus Conſtantienſis*, l. c. ad an. 1092, pag. 368: *Dn. Udalricus, qui Abbatiam S. Galli, & Aquilegenſem Epiſcopatum, non intrando per oſtium, obtinuit, per quendam Monachum ſui Monaſterii, Gebehardum, Conſtantienſem Epiſcopum, ſupplantare conatus eſt, Cui Inveſtituram ejusdem Epiſcopatus à Heinrico impetravit, &c.* Add. *Burckhardus*, Monachus, de *Caſibus S. Galli*, cap. VII, apud *Goldaſtum*, T. 1 *Rer. Alamann.* pag. 70. Ad annum 1093, pergit *Bertoldus* l. c: *Auguſtenſes Epiſcopum, quem Heinricus illis dedit, expulerunt &c.* & p. 369: *Metenſis* (Eccleſia) *refutato Epiſcopo, quem Heinricus eis dare voluit, ipſi ſibi canonicè Catholicum Paſtorem elegere &c.* Contra quæ facta

An. 1095, *Papa Urbanus Secundus, qui præſidebat Apoſtolico culmini evaſis Alpibus, venit in Gallias - - - Coactum eſt, apud Clarum Montem Concilium, quæ clariſſima eſt Urbe Arvernorum. Numerus Epiſcoporum & Abbatum, 310. - - - ſub præſentia Domini Urbani Papæ, hæc Capitula finita ſunt - - - - Ut Epiſcopi, vel Abbates, vel Aliquis de Clero, aliquam Eccleſiaſticam dignitatem, de manu Principum, vel quorumlibet Laicorum, non accipiat &c.* Ita *Wilhelmus Malmesburienſis*, *Annal. Angl.* in vita *Wilhelmi* 2, Regis, lib. IV, cap. 2, apud *Savile*, de *Reb. Angl.* p. m. 130. *Baronius*, Tom. XI *Annal.* ad h. a. §. XXI, p. m. 644, addit, ibidem interdictum: *Ne Reges, vel Principes alii, aliquam Inveſtituram de Eccleſiaſticis honoribus faciant*; Item: *Ne Epiſcopus,*

vel

vel Sacerdos, Regi, vel alicui Laico, in manibus ligium fidelitatem faciat &c.

An. 1099, Urbanus Papa, tertia hebdomada Paſchæ, magnum Concilium tenuit Romæ, in quo excommunicavit omnes Laicos, Inveſtituras Eccleſiarum dantes, & omnes, easdem Inveſtituras de manibus Laicorum accipientes; nec non omnes, in officium ſic dati honoris conſecrantes; excommunicavit etiam eos, qui, pro Eccleſiaſticis honoribus, Laicorum homines fiunt &c. Sunt verba Rogeri de Hoveden, Part. Prior. Annalium Angl. in vita Wilhelmi Jun. Regis, p. m. 467.

An. 1100, Occaſione contubernii, Philippi, Gallorum Regis, cum Bertrada, quod Urbanus jam improbaverat, convocatur Pictavis Concilium, in quo Johannes & Benedictus, Paſchali 2, Urbano mortuo ſurrogati, Nuncii Cardinales, cauſam iſtam denuo examinarent, ultimamque pronunciarent ſententiam; qua ſub larva, compoſitus Canon: Ut nullus Epiſcopus, Abbas, Presbyter, vel qualibet perſona de Clero, accipiat de Manu Regis, vel Comitis, vel cujuslibet Laicæ perſonæ, donum Epiſcopatus, vel Abbatiæ, vel Eccleſiæ, vel reliquarum rerum Eccleſiaſticarum, ſed Epiſcopi, à ſuo Metropolitano: Abbates, Presbyteri, & cæteræ inferiores Perſonæ, à proprio Epiſcopo. Si vero Laici, Decretis Canonicis reſiſtentes, Eccleſias violenter retinere, præſumpſerint, ipſi excommunicentur. In Eccleſiis vero illis nullum divinum officium fiat, nullus oret, lumen non ponatur, mortuus non ſepeliatur, tantum baptiſmi gratia ibi non negetur; infirmis remedio pœnitentiæ & communionis ſubveniatur &c. Conf. Baronius, Tom. XII. Annal. ad an. 1100, p. 9, lit. C. Hiſce in Gallia definitis, ecce, qua via, eadem hæreſis Angliam obruerit!

Eodem Anno, in venatione ſagitta trajecti Angliæ Regis, Wilhelmi, frater, Henricus, habenas Regni capeſſiundo, cum Anſelmum, Cantuarienſem, ad Eccleſiam ſuam, qua, à fratre, Wilhelmo quod Inveſtituras Eccleſiaſticas Ei competere negaſſet, erat pulſus, revocaret, redeuntemque honorifice ſuſciperet, gravis inter eos, circa præſtandum homagium, orta diſputatio, de qua Wilhelmus Malmeſburienſis, ſcriptor coævus, lib. 1, de Geſtis Pontificum Anglorum, in vita Anſelmi, apud Savile, Rer. Angl. p. 225, hæc: Cum Rex, more Anteceſſorum ſuorum, ab Archi-Epiſcopo, hominium interrogaret, & ille, pro excommunicatione Romæ facta, differret, miſſi Romam ab utraque parte Nuncii. Jubetur Regi interim Hominium facere, vel, abſolutis morarum nexibus, Regno excedere. Quin potius reſpondit ille, inſpiciantur Apoſtolicæ literæ, &, quod tenor earum continet, fiat. Redierant enim jam Roma Nuncii, & caſſo labore, ſemitam triverant, quod Paſchalis Papa ſententiam Anteceſſoris ſui, invicto robore, tuebatur. Quid ad Me, de literis Apoſtolici, ait Rex? Jura Regni Mei nolo amittere. Procedente in contentionem ſermone, aſſeruit Anſelmus, terram ſe non exiturum, ſed ad ſuam iturum Eccleſiam, conſideraturumque: quis ſibi, vel ſuis, inferret violentiam? ita tunc diſceſſum; ſed, poſterioribus diebus molliores ex parte Regis virum convenire literæ, ut, pacato animo, Curiæ præſentiam ſuam exhiberet, futurum, ut habito inter ſe Colloquio, omnis ſopiretur contentio. Non negat ille adventum, ſi forte Deus, inſtinctu ſuo, Regalem contigiſſet animum: Rurſus igitur, communi Edicto, mittuntur Legati Romam, qui tam dura Præcepta (de interdictis Regibus Inveſtituris Eccleſiaſticis) tentent vel lenire, vel reſcindere; ex parte Antiſtitis, Baldwinus & Alexander, Monachi: ex parte Regis, Girardus, Archi-Epiſcopus Eboracenſis, Herebertus Norwicenſis, Robertus Ceſtrenſis, Epiſcopi . . . Conjuncti corripiunt viam, Papæque obtutibus præſentati, quicquid poterant, promiſſis & muneribus agunt, ut Regis voluntatem effectui mancipare poſſint: ſed nequicquam: ſtat ille inflexibilis, nolens, ut dicebat, Statuta SS. Patrum enervare, pro voluntate unius Hominis. Nihil ergo iſte labor profecit ad aliud, niſi ut lites conſererentur in Regno, Legatis inter ſe diſſidentibus. Nam Rex epiſtolam, ab Epiſcopis ſibi allatam, quod ſuæ voluntati refragari videbat, occulendam putavit. Cæterum nuda verba foras extulit, quibus ille, pro Epiſcopali veritate, aſſerebant: Apoſtolicum Regis Inveſtituras æquanimiter ferre, ſi cætera boni Principis officia exequeretur; ideo autem noluiſſe hæc literis videre, (forte credere) ne, accepta occaſione, cæteri Principes in eum inclamarent. Contra, Monachi palam clamitabant, Apoſtolicis præceptis fraudem innecti conquerentes; ſiquidem & Epiſtola quam Anſelmo attulerant, vulgo jam lectitabatur, in qua non ſolum Inveſtituras non concedere, ſed etiam Statuta Urbani pertinaciter probabatur Paſchalis urgere, ſervandaque monere. Strepebat igitur omnis Aula murmure, non debere attendi Monachis, qui libenter fucis veritatem obſcurent, dummodo Archi-Epiſcopo placeant. Epiſcopalem gradum, & ſermonem, magni eſſe ponderis; Monachos jus, in ſecularium rerum teſtimonio, perdidiſſe . . . Diu ergo fluctuavit Anſelmi ſententia, quo vergeret; quod & adverſa fronte teſtimonium Epiſcoporum refellere, videbatur ſuperbum; porro Epiſtolæ, quæ ſigillum Apoſtolicum prætendebat, non credere, ſtultum. Confirmato animo, reſpondit: ad certitudinem facti cognoſcendam, miſſurum ſe Romam; interim illis, qui inveſtirentur, nec communionem ſuam negandam, nec benedictionem impertiendam &c. & p. 226: Notus jam Roma Williel-

mus de Warlewaſt, Electus Exonienſis Eccleſiæ (Orator Regis) - - - ſecurus erupit - - - Dominus meus, nec pro amiſſione Regni, patietur ſibi Eccleſiarum Inveſtituras auferri. Nec ego, inquit Papa, pro capitis mei redemptione, Eum Inveſtituras permittam impune habere &c. Et, nonnullis interjectis, p. 227: Directi Romam Legati, Willielmus de Warlewaſt, & Baldwinus, Monachus, controverſiam, tot annis agitatam, ſingulari probitate ſedarunt. Conceſſit ſiquidem Papa: Ut Rex Homagia de Electis acciperet; ſed nullum, per Baculum & Annulum, inveſtiret. - - - Venit igitur Rex, ſublimi trophæo ſplendidus, & triumphali Gloria (debellato, in Normannia, Fratre, Roberto) Angliam invectus, Inveſtiturasque Eccleſiarum, Anſelmo, in perpetuum, in manum remiſit: eodem concedente: Ut propter Hominium, Regi factum, nullus arceretur à Benedictione. Conſecrati ſunt ergo Cantuariæ, quinque Epiſcopi ab Anſelmo, die, qui fuit IV Id. Aug. Willielmus, ad Wintoniam; Rogerus, ad Saluberiam; Reinelmus, ad Hertfordum; Willielmus de Warlewaſt, ad Exoniam; Urbanus ad Clamorgan &c. Ita cedere cœpit Rex temerariis Romanæ Aulæ uſurpationibus, qui, ab initio, invincibilis fuit deprehenſus. Conf. Idem, lib. V, Annal. Regum Angl. in vita Henrici I, p. m. 163 & 164; nec non, Edmerus, itidem ſcriptor coætaneus, in vita S. Anſelmi Cantuarienſis, lib. 2, cap. 50, apud Surium, 21 April. p. m. 226; Henricus, Huntindonienſis, lib. VII. Hiſtor. Angl. ad an. 1100, apud Savile l. c. p. 378 &c. Rogerus de Hoveden, part. I. Annal. Angl. in vita Wilhelmi, Regis, ibidem, p. 467, & in vita Henrici I Regis, pag. 468, &c. Baronius, T. XII. Annal. an. eod. p. 14; Flacius, Catalog. Teſtium Veritatis, Tit. Henricus I, R. Angliæ, p. m. 576. Hac rerum facie, continuatoque in Germania Civili bello,

Anno 1102, dictus Papa Paſchalis 2, novum congregat Romæ Concilium, in quo, præter antiqua Patrum inſtituta, more ſolito, reverenter confirmata, etiam ſæpe dictum ſchiſma (inter Cæſarem & Romanam Curiam, circa Inveſtituram Eccleſiaſticam) inter præcipuas Hæreſes computatur, ac perpetuo, cum ſuis autoribus, atque ſequacibus, anathemate, hujuſmodi ſubſcripta profeſſione condemnatur: Anathematizo omnem hæreſin, & præcipuè eam, quæ ſtatum præſentis Eccleſiæ perturbat; quæ docet, & aſtruit: anathema contemnendum, & Eccleſiæ ligamenta ſpernenda eſſe. Promitto autem obedientiam Apoſtolicæ Sedis Pontifici, Dn. Paſchali, Ejusque Succeſſoribus, ſub teſtimonio Chriſti & Eccleſiæ, affirmans, quod affirmat; & damnans, quod damnat Sancta & Univerſalis Eccleſia. Ibi etiam, quam ſententiam in Imperatorem, vel Patricium Romanum, Henricum, idem Apoſtolicus, Paſchalis, promulgaverit - - - - ab Ipſius ore didicimus - - - Quia, inquit, tunicam Chriſti ſcindere, i. e. Eccleſiam rapinis & incendiis devaſtare, luxuriis, perjuriis, atque homicidiis commaculare non ceſſavit, primo, à Beatæ memoriæ Gregorio (VII) Papa; deinde à Sanctiſſimo Viro, Urbano, (II) Prædeceſſore meo, propter ſuam inobedientiam, excommunicatus eſt, atque condemnatus, Nos quoque, in proxima Synodo Noſtra, judicio totius Eccleſiæ, perpetuo Eum anathemati tradidimus. Id notum volumus omnibus, & maxime Ultramontanis, eſſe, quatenus ab Ipſius ſe contineant iniquitate &c. Hæc Conradus Urſpergenſis, ad an. 1102, p. m. 184. Conf. Dodechinus, Append. ad Marianum Scotum, ad an. 1099, p. m. 463, verbis præced. Tit. V, in vita Henrici IV, v. 4, pag. 547, extantibus. Bona nova Anſelmo Cantuarienſi, quo auctore, conſenſu Regis, adhuc eodem anno, Generale Londini coadunatum Angliæ Concilium, in quo, ut Wilhelmus Malmesburienſis l. c. ad an. 1102, p. 228. pergit, ex auctoritate SS. Patrum, Symoniacæ Hæreſis ſurreptio damnata eſt, in qua culpa inventi depoſiti ſunt: Guido de Perſona, & Wymundus de Taviſtoc, & Aldowinus de Rameſey; & alii nondum ſacrati, remoti ab Abbatiis ſuis: ſcilicet, Godericus de Burgo, Haymo de Cernel, Egelricus de Middeltone. Abſque Symonia vero remoti ſunt ab Abbatiis ſuis, pro ſua quisque cauſa: Richardus de Heli, & Robertus de S. Edmundo; & ille, qui erat apud Micheuley. Statutum quoque eſt: Ne Epiſcopi Secularium placitorum officium ſuſpiciant &c. Conf. Matthæus Pariſienſis, Annal. an. eod. Anſelmus Concilium tenuit Londini, in Eccleſia S. Pauli, ad Feſtum Michaelis, in quo Decreta Romana, De Inveſtituris, plublicavit: Ne ſcil. ullæ Eccleſiaſticæ dignitates de manu Laica ſuſciperentur. Depoſuit etiam quosdam Abbates, à Rege in eam dignitatem promotos. Et quoniam noluit conſecrare quosdam à Rege inſtitutos Epiſcopos, denuo factus eſt profugus - - - Tandem Rex ſuo Jure de Inveſtituris ceſſit, Anno Domini 1107 &c. Eadem repetente Flacio, in Catalog. Teſtium Veritatis, voc: Matthæus Pariſienſis, pag. 595, errore licet Typographico, ſub Anno 1011: Add. Walterus Hemmigfordenſis, lib. 1. Chronic. Angl. cap. 28, quamvis ad annum 1103: Anno Domini 1103, orta eſt magna diſſenſio, inter Regem, & Anſelmum, Cantuariæ Archi-Epiſcopum, eo quod nollet conſentire, quod Rex daret Inveſtituras Eccleſiarum. Tandem in Synodo Londinenſe, congregato Londinis Clero &

ro &

ro & Populo, adſtantibus Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, cateraque multitudine, maximè Magnatum & Procerum, annuit Rex, & ſtatuit: Ut, ab eo tempore, in antea, nunquam in reliquum, per donationem Baculi Paſtoralis, vel Annuli, quisquam inveſtiretur, de Epiſcopatu, vel Abbatia, per Regem, ſeu quamcunque perſonam &c. Quæ Dn. *Hertius*, in Diſſert. *de Origine & Progreſſu Specialium Romano-Germanici Imperii Rerumpublicarum*, an. 1701, Gieſſæ habita, §. XI, p. 35, transſcripſit. Idem confirmat *Rogerus de Hoveden*, Part. I. *Annal. Angl.* in vita *Henrici I* Regis, apud *Savile*, *Rer. Angl.* p. 471, ſed ad Annum 1108, &, ex eo, *Baronius* l. c. ad eundem annum, pag. 64, lit. B. Non obſtantibus autem tot injuſtis & petulantibus Pontificum decretis,

Defuncto, eodem anno 1102, *Ruperto*, Epiſcopo *Babenbergenſi*, *per Imperatorem*, *Heinricum*, *Otto*, *Cancellarius ejus*, *ſubſtituitur*, *Vir*, *ut creditur*, *bene Religioſus*; Ita *Conradus Urſpergenſ.* ad an. 1102, p. 184 & 185. Conf. *Andreas*, *S. Michaelis prope Bambergam* Abbas, in vita *S. Ottonis Bambergenſis*, lib. I, cap. 5, cujus verba præced. lit. d, exhibui; *Chronographus Saxo*, ad an. 1103, p. m. 279. *Ulricus Ratisbonenſis Epiſcopus factus eſt, ab Henrico Seniore, poſt Gebhardum, miſere interemptum, an. 1105. - - - cum vero, paulo poſt, Henricus Junior, recuperatis viribus, Ratisbonam repetens, in deditionem acciperet, abdicato Ulrico, alium deſignavit Epiſcopum, nimirum Hartwicum &c.* Hæc ex *Hundio*, T. I. *Metropol.* p. 195 & 196.

An eod. 1105, In portentum juſti, honeſti & decori, ſurgens armata manu in Patrem filius, HENRICUS V, Romanorum Rex, *Pentecoſtem Martinopoli ferians*, *Henricum Medeburgenſem electum*, *ſed à Patris ſui fidelibus repulſum*, *conſecrari fecit*; *inde Collecto Milite*, *Maguntinum reſtituturus Epiſcopum*, (Rothardum, à laudato Imperatore, Henrico IV, dudum jam pulſum) *iter flectit*; *ſed Patre*, *cum multis*, *adventum ejus*, *armata manu infra muros præſtolante*, *votum ad effectum perducere non potuit*. *Dehinc Herbipolim petens*, *Erlongo ejecto*, *Robertum eidem præfecit Eccleſiæ*. *Quo pacto dimiſſis Saxonibus*, *cum Bojoariis*, *Caſtrum Noricum obſidione cingit*, *ipſoque per duos vel amplius menſes expugnato*, *Ratisbonam*, *Norici Ducatus Metropolim*, *adiit*. *Quem Pater è veſtigio ſubſequens*, *Roberto fugato*, *Erlongum reſtituit*. *Inde progreſſus*, *Ratisbonenſium auxilio*, *Filio Urbe fugato*, *Ipſe Pontificem ibi*, *Ulricum quemdam conſtituit &c.* Hæc *Albericus*, *Monachus trium fontium*, ad h. a. pag. 193 & 194. Conf. *Chronicon Magdeburgicum*, in vita *Henrici*, X Archi-Epiſcopi, apud *Meibomium* l. c. pag. 322 &c. Paulo ante, ab eodem *Henrico V*, *Gebhardum Spirenſem* Epiſcopatum fuiſſe conſecutum, ex *Lehmanni Chronico Spirenſi*, lib. V, cap. 44, p. 486. diſcimus. Hac rerum facie, obiit *Henricus IV* Imperator, anno, ut præced. Tit. V, in Ejus vita, p. 548, probavi, 1106.

(*f*) CONVENIT &c. Cujus conventionis Tabulæ præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 65, habentur. Ecce geſtarum rerum filum! HENRICO V, Imperatore, poſt ultima Parentis fata, Imperii habenas tenente, cogit *Paſchalis* 2, Pontifex, an. 1106, *Guaſtallæ* Synodum, in qua omnis *Inveſtitura Eccleſiaſtica*, rigidis ſub cenſuris, denuo Laicis denegatur. Vid. præced. Tit. 5, in vita *Henrici V*, v. 4, ad an. 1107, pag. 549. Idem dogma ut & *Galliis* reſtauraretur, convocavit dictus Pontifex, novum Concilium *Trecas*, an. 1107, ibidemque hæreſin eandem ſtabiliri curavit; vid. l. c. eoque magis, quod Aulam, ejusmodi doctrinam execrari, noverat. Faciunt hanc in rem, quæ *Nicolaus*, *Sueſſionenſ.* Monachus, Scriptor coævus, in Vita *S. Godefridi*, *Ambianenſis* Epiſcopi, lib. I, cap. 29, apud *Surium*, 8 Novemb. p. m. 227, tradit: *Per id tempus*, *Gervinus*, *Ambianenſis Epiſcopus*, *Vir non admodum ſanæ mentis*, *quibusdam rebus adverſis vexatus*, *Sedem ſuam plane deſeruit*, *ita*, *ut Eccleſia illa aliquandiu Paſtore careret*. - - - - *Tandem electus eſt Godefridus*, *Novigenti Monaſterii Abbas* - - - *Miſſa quoque Legatio eſt ad Philippum*, *Regem Gallorum*: *qui ubi comperit Godefridum electum*, *ingentes Deo gratias egit*. *Erat enim Regi illi*, *pro Sanctitatis ſuæ reverentia*, *chariſſimus*, *& valde familiaris*: *Statueratque Rex*, *opportunitate oblata*, *eum ad Epiſcopi munus provehere*. *Juſſit igitur*, *more Regio*, *ejus promotionem accelerari*. Et cap. 30, l. c: *Eodem tempore*, *Richardus Cardinalis*, *& Apoſtolicæ Sedis Legatus*, *apud Trecenſes*, *celeberrimum habuit Conventum Epiſcoporum*, *Abbatum & Galliæ Procerum*. *Eo igitur ſe Ambianorum Legati conferunt*, *proponunt*, *ſe Paſtore orbatos*, *unanimiter à Clero & Populo electum aſſerunt Godefridum*, *Rege quoque aſſentiente*. *Tum vero omnes*, *qui in eo Conventu Godefridum noverant*, *Chriſtum ſummopere collaudarunt*: *ſed ille interim fugam meditabatur*. *At vero interceptus*, *jubente Cardinali & Epiſcopis*, *in medium eorum adducitur*, *cunctis acclamantibus*, *dignum eum fore Eccleſiæ miniſtrum*, *ſtrenuum diſpenſatorem*, *beatum futurum Populum*, *qui talem ſit Paſtorem habiturus*. *Ajunt*, *omnes tunc*, *Te Deum Laudamus*, *cantaſſe &c.* Putat equidem *Baronius*, Tom. XII, Annal. ad an. 1104, pag. 34,

 Syno-

Synodum hanc jam anno 1104 celebratam; *Conradus Urſpergenſis* vero, pag. 192, affirmat, *Guaſtallenſem*, anno demum 1106, 4 Octob. adeoque *Henrico IV* Imp. jam mortuo, habitam; annoque ſequenti, 1107, ſubſecutam *Trecenſem*, verbis præced. Tit. V, in Vita *Henrici V*, l. c. occurrentibus. Enimvero, probe notans Imperator, quid detrimenti jactura tanti Regalis Imperio eſſet allatura, laudando Prædeceſſorum facta, inveſtivit, hoc ipſo anno, elato *Henrici* Archi-Epiſcopo funere, *Adelgotum*, de Archi-Epiſcopatu *Magdeburgenſi*; Vid. *Chronicon Magdeburgicum* in vita *Henrici*, apud *Meibomium*, Tom. 2. *Rer. German.* p. 323: *Anno Dominicæ Incarnationis* 1107 ... *defertur* (Henricus) *& ſuſcipitur mortuus* .... *Adelgotus, Archi-Epiſcopus XI, ſedit annis XI, Menſ. XI, dies XXI, Virgam Paſtoralem ſuſcepit ab Henrico Rege; Ordinationem ab Hetelone, Havelbergenſi Epiſcopo; Pallium vero à Papa Paſchali prædicto &c.* Turbatus hinc *Paſchalis* Papa, cogit

An. 1108 Concilium *Beneventanum*, in quo rurſus, Inveſtituras Eccleſiæ *de manu Laici*, ut vocabatur, *accepturis*, dictum anathema. Vid. præced. Tit. V, §. 11, in vita *Henrici V*, ad h. a. p. 549. Conf. *Gratianus*, Cauſ. XVI, Quæſt. VII, cap. 17. *Conſtitutiones &c.* Quid vero ad hæc Imperator?

An. 1109, *Rex Henricus, Natalem Domini Mogontiæ celebrat, & paulo poſt, Franckenfurt Conventu Procerum habito ... depoſito Gotefrido, Fuldenſium Abbate, Wolfhelmum cis præfecit, ex eadem Congregatione &c.* Ita *Conradus Urſperg.* ad h. a. p. 193.

An. 1110, Finem liti conciliaturus Imperator, Italiam, Exercitu triginta amplius millium bellatorum ſtipatus, ingreditur, convenitque eum Papa, *ut Inveſtituram omnium Eccleſiarum, in manus Pontificis reſignaret;* Epiſcopi contra, *Civitates, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Monetas, Teloneum, Mercatum, Advocatias Imperii, Jura Centurionum & Curtes, Militias & Caſtra Imperii, Imperatori & Imperio redderent.* Vid. Pacta Conventa, præc. Tit. V, in vita *Henrici V*, v. 4, ad an. 1110, p. 550, ad 552.

An. 1111, Confirmatis *Sutrii*, quæ *Romæ* definita, cum Pontifex promiſſis ſtare tergiverſaretur, captivam duxit Imperator totam Romanam Curiam. Videns igitur Pontifex, aut *Regalibus* cedendum, aut relinquendam Imperatori *Eccleſiarum Inveſtituram*, maluit inire poſterius, quam tot divitiis denudare Eccleſias; ſcripto hanc in rem ſolemni PRIVILEGIO, cujus formulam l. c. ad h. a. pag. 554, ſtiti.

An. 1112, Redeuntem in Germaniam Imperatorem, coacto *Lateranenſi* Conciliabulo, horribili perjurio lædens Papa, cuncta revocat, tam ſancte, *Romæ* pariter & *Sutrii*, ſtipulata; Tabulis PRIVILEGII inde confectis, grave olens PRIVILEGII nomen imponendo; cuncta viciſſim *Gregorii VII, & Urbani* 2, Pontificum, adverſus Inveſtituras Laicorum Eccleſiaſticas, edita Decreta, renovando; inſuperque Imperatorem, & Ei aſſentientes, diris devovendo. Vid. l. c. ad h. a. pag. 555 & 556, ubi ſimul Canon ſimilis, hoc ipſo anno, in Concilio *Viennenſi* Allobrogum, in gratiam Pontificis, à loci Præſule, *Guidone*, convocato, emiſſus.

An. 1116, Nova Synodo, in *Lateranenſi* æde acta, ibique rata habente Pontifice, quæ, an. 1112, fœdifragus, & perjurus patraverat crimina, (qua de temeritate l. c. ad h. a. pag. 557, evolvas,) ingreditur Cæſar Italiam.

Annoque 1117, *Romam* movens Exercitum, *Paſchalem* in *Caſſinenſe* Cœnobium aufugiſſe comperit, quem in ordinem redigere cogitabat. Coronatus igitur à *Mauritio* Bracharenſi, in Lotharingiam revertitur. Vid. l. c.

An. 1118, Acceſſit malis Schiſma, ex obitu *Paſchalis* 2 conflatum, quandoquidem Romani, nec adventum Imperatoris, nec conſenſum præſtolantes, *Johannem Cajetanum*, Eccleſiæ ſuæ Cancellarium, Pontificem ſtatuerant, dictum inde GELASIUM II, cui Cæſar iratus, *Romam* reverſus, *Mauritium*, al. *Burdinum*, *Bracharenſem* Archi-Epiſcopum, à quo diadema erat conſecutus, oppoſuit. Vid. ibidem, ad h. a. pag. 557.

An. 1119, Exuvias mortales in Gallia, quo ſe receperat, deponente GELASIO II, ſchiſma ſopitum iri videbantur; enimvero, Factione ejus ſurrogante ei *Guidonem*, Viennenſium Antiſtitem, cui CALIXTI II nomen arriſit, recrudeſcere motus. Convocat ſtatim *Calixtus*, *Rhemenſe* Concilium, in quo, novis Edictis, Inveſtituræ Laicorum Eccleſiaſticæ proſcribuntur; Cæſar execatur. Vid. l. c. ad h. a. pag. 558. Hæc dum aguntur, *Cuno Prænestinus, adhuc Legatione Gelaſii* (recens defuncti) *functus, Synodum Coloniæ cum Teutonicis habuit, ubi Imperatoris omnimodis Excommunicationem popalavit ... Alteram quoque Synodum in Fritcslar, eadem pro cauſa, indixit, qua & habita, eandem, quam prius, Excommunicationem confirmavit.* Ita *Conradus Urſperg.* ad h. a. p. 200. Quam ſui rationem deſuper Imperator habuerit, ex eodem, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1119, pag. 118, commemoravi.

An. 1120, Imperatore fruſtra ſanandis rebus, mediantibus *Fuldenſi* & *Quedlinburgenſi* Conventibus, quorum l. c. memini, medicinam quærente, conſulit ſe

An.

Digitized by Google

An. 1121, relicta Gallia, CALIXTUS *Romam*; ubi, in ordinem redacto Antagoniſta, ſupra modum criſtam Gallus erexit, præſertim, cum ſibi, ex Comitiis Herbipolenſibus, oratores mitterentur; Vid. ſupra l. c. ad h. a. pag. 119, & Tit. V, in vita *Henrici V*, v. 4, an. eod. p. 558.

An. 1122, Indixit Pontifex novum *Lateranenſe* Concilium, 300 & amplius Epiſcoporum, ſi vel *Sugerio*, S. Dionyſii, Abbati, qui ipſe interfuit, in vita *Ludovici* Regis, fides habenda; cujus Canonem ſecundum *Gratianus*, Cauſ. XVI, Qu. VII, cap. XXV. *ſi quis &c.* exhibet: *Si quis Principum vel aliorum, Laicorum diſpoſitionem, ſeu dominationem, rerum, ſive poſſeſſionum Eccleſiaſticarum, ſibi vindicaverit, ut ſacrilegus judicetur &c.* Conf. *Baronius* Annal. T. XII, ad h. a. pag. 147, lit. E. Certior de his redditus Imperator, quodque Imperii Principum plerique Romanam Curiam irritare, Religioni ſibi ducerent, propriis viribus ſe tueri non valens, ceſſit tandem in *Wormatienſibus* Comitiis, infelici Reipublicæ Fato, Inveſtituræ Eccleſiaſticæ Regali, in tantum, ut non niſi *Regalia* Præſules poſthac ab Imperatoribus, *per Sceptrum*, eſſent ſuſcepturi. Cujus Transactionis formula præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 65, reperitur.

(*g*) PER SCEPTRUM &c. Aſperè hæc pronunciat *Otto Friſingenſis*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, Imp. cap. VI, p. m. 449: *Tradit Curia, & ab Eccleſia, eo tempore, quo, ſub Henrico V, de Inveſtitura Epiſcoporum, deciſa fuit, inter Regnum & Sacerdotium, controverſia, ſibi conceſſum autumat, obeuntibus Epiſcopis, ſi fortè eligendo partes fiant, Principis arbitrii eſſe, Epiſcopum, quem voluerit, ex Primatum ſuorum conſilio, ponere; nec Electum aliquem ante conſecrandum, quam ab Ipſius manu, Regalia, per Sceptrum, ſuſcipiat &c.* Non enim, ex conceſſione Eccleſiæ, ſed ex ſolenni Transactione, qua Cæſar potiorem Juris, ab antiquo ſibi competentis, partem, Eccleſiæ dimiſit, hiſce Regalis priſtini fruitur reliquiis; quicquid etiam in Friſingenſis favorem, Illuſtriſ. *Petrus de Marca*, lib. VIII de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, cap. XXI, pag. 1206, peroret. Id interim verum, natum hac occaſione diſcrimen: inter *Scepter-Lehen*, & *Fahn-Lehen*; de quo ita *Speculum Saxonicum*, lib. 3, Art. 52, Edit. Lipſienſ. an. 1488, (qui, in recentioribus Editionibus, eſt Art. 60) *Imperator confert cum Sceptro, Spiritualibus; &, cum Vexillo, Secularibus, omnia Pheoda Illuſtre Dignitatis &c.* German: *De Keyſer lyget allen Geiſtliken Vorſten Lein, mit dem Sceptre; allen werlik Vaen Lein lyget he mit Vanen &c.* Et *Spec. Suevic.* lib. 1, cap. 32: *Der Keyſer ſoll leiben allen Geiſtlichen Fürſten ihr Recht, mit dem Scepter; und allen weltlichen Fürſten, mit dem Fahnen &c.* Singulare eſt, quod *Henricus Stero*, *Annal. Altahenſ.* ad an. 1273, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. Germ.* pag. 388, de *Rudolpho Habſpurgico*, memoriæ prodidit: *Rodolphus ſtatim exegit à Principibus, Clericis & Laicis, fidei juramentum. Quod cum recuſarent, propter Sceptri abſentiam, Ipſe Electus, Signum Crucis accipiens, talia dixiſſe fertur: Ecce Signum, in quo Nos, & totus Mundus, & redemptus, & hoc ſigno utamur, loco Sceptri. Et deoſculata Cruce, omnes Principes, tam Spirituales, quam Seculares, ipſam Crucem, loco Sceptri, oſculantes, recipientes Feuda, ſibi Fidelitatis juramentum præſtiterunt &c.* Hinc ſua *Lehmannus*, lib. V *Chron. Spir.* cap. 104, pag. 623 & 624, Conſer. *de Inveſtitura per Sceptum*, *Joachimus Vadianus*, de *Collegiis Monaſteriisque Germaniæ veteribus*, lib. 1, apud *Goldaſtum*, T. 3 *Rer. Alamann.* pag. 18; *Conring. de Republ.* Exercit. VII, *de Conſtitutione Epiſcoporum German.* θ. 69, p. 448; *Limnæus*, lib. IV, *Jur. Publ.* cap. VII, §. 32, p. 74; *Burgoldenſ.* ad J. P. part. 1, Diſcurſ. 20, memb. 1; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Feud.* cap. 3, Aphoriſ. 4, §. 3, & Aphoriſ. 5. Add. ſeq. lib. 2, Tit. 1, §. 17 & 18. Et in primis V. C. Dn. *Buderus* diſſ. de *Feudis Sceptri*.

(*h*) FRIDERICUM II &c. Memor Controverſiæ hujus, *Albertus Crantzius*, lib. 3 *Metropol.* cap. 33, pag. 78, ait: *Inde duo Henrici Imperatores, Quartus & Quintus, duo Friderici, Primus & Secundus; Quartus Otto, longa certamina habuere, cum contemporaneis ſibi Summis Pontificibus &c.* Cur *Lotharium*, proximum *Henrici V* Succeſſorem, omittat, non video. Hiſtoria hæc eſt:

Sub LOTHARIO II Imp.

Mortuo, an. 1130, *Honorio 2*, P. R. electis, in ſchiſmate, *Gregorio*, Cardinali Diacono S. Angeli, ſub INNOCENTII 2 appellatione; & *Petro, Leonis Frangipani*, nobilis Romani, filio, cui ANACLETI 2 Nomen arriſerat; præviis Excommunicationibus mutuis, confugit *Innocentius* ad Imperatorem noſtrum, efflagitans auxilia; quo *Leodii*, an. 1131, ad audientiam admiſſo, *Modeſtè Inveſtituram Eccleſiaſticam, per Annullum & Baculum*, repetiit Imperator, cætera futurus ferendis auxiliis paratus. Caruiſſe vero negotiationem effectu, ex præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1131, pag. 121, & Tit. 5, in vita *Lotharii* Imp. v. 4, an. eod. pag. 564, liquet. Quid futurum fuiſſet, ſi diuturnior Principi contigiſſet vita? alia quæſtio eſt, quam *Otto Friſingenſ.* lib. 7 *Chron.* cap. 20, pag. 150, paucis abſolvit: *Plenus dierum obiit,* (Imperator) *futurus, niſi morte præventus foret, cujus virtute & induſtria, Corona Imperii ad priſtinam Dignitatem reduceretur &c.* Minimùm, ex antecedentibus & conſequen-

ſequentibus, multa conjicere licet. Faciunt hanc in rem, quæ *Hugo*, Præmonſtratenſis Ordinis Abbas, in vita *Nortberti*, Anteceſſoris, poſteaque anno 1126, electi *Magdeburgenſis* Archi-Epiſcopi, cap. 40, apud *Surium*, 8 Junii, pag. 123, in fine, ſuppeditat: *Veniens Spiram*, (Nortbertus) *Saxones & Clericos Parthenopolis Civitatis, ex magna parte, ad eligendum Archi-Epiſcopum, coram Rege Lotbario congregatos, invenit - - - - cum illi hæſitarent, & è tribus optimum ſibi quærerent, digito latenter, ex adverſo latere innuit eis Primicerius Metenſis, Alberto, qui poſtea Trevirenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus fuit, ut virum Dei, Nortbertum, aſſumerent. Qui ſtatim porrectis manibus eum arripiunt, vocibus iteratis exclamantes: Hunc in Patrem noſtrum eligimus; Hunc Paſtorem noſtrum approbamus - - - ſimulatque raptus eſt, à Rege commendatus eſt, & ab omnibus aſtantibus approbatus &c.* Conf. *Albericus Monachus trium fontium*, ad h. a. pag. 251: *Electus eſt in Archi-Epiſcopum de Maideburc Dominus Norbertus, & ſtatim à Lotbario inveſtitus &c. Chronicon Magdeburgicum*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.* in vita *Norberti*, p. m. 326; *Cranzius* lib. VI *Metropol.* cap. 12, pag. 149. *Conringius*, de *Republica*, Exercit. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, *§.* 59, pag. 430 & 431; Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, *§.* 123, pag. 120.

An. 1132, Reprobata in *Rhemenſi* Concilio, (an. 1131 celebrato) *Anacleti* electione, utpote cui, inter omnes eminens Præſules, *Bernhardus*, Claræವallenſis Abbas; Epiſtolis ejus, centeſſima vigeſima ſeptima, ad *Wilhelmum*, Pictavienſium Comitem; & ducenteſima quadrageſima ſecunda, ad Romanos datis, teſtibus, adverſabatur; rediit *Innocentius*, ex Gallia, in Italiam, tempore, quo Imperator *Conradum* Franconiæ Ducem, à Mediolanenſibus Regem Italiæ creatum, Longobardia pellebat. Vid. præced. Tit. V. in vita *Lotbarii*, ad h. a. p. 564.

An. 1133, *Imperator, tranſcenſis Alpibus, celebrat Nativitatem S. Mariæ, in Werzeburch, habuitque glorioſum occurſum, ad Curiam ſuam, ex Principibus diverſarum Provinciarum, tam Eccleſiaſtici ordinis ſublimitate, quam & Seculari dignitate, præfulgentibus. Ibi confirmantur Electiones Epiſcoporum, Henrici Ratisbonenſis, & Walteri Auguſtenſis. Et quia Heinricus, Baſilienſis Epiſcopus, omnino degradatus fuit, Adalbero, Nienburgenſis Abbas, eidem, Canonica Electione Cleri & Populi, per Conſilium Imperatoris, ſucceſſit &c.* Hæc *Chronographus Saxo*, ad h. a. pag. 290.

An. eod. Sedi Romanæ reſtituit INNOCENTIUM II, & ab Eo coronatur. Vid. præced. Tit. V, §. 11, in Vita *Lotharii*, v. 4, ad h. a. pag. 564. Revertente ad Lares Cæſare, rediit *Anacletus* ad arma, *Roma* cuncta in tantum turbans, ut *Innocentius Piſas* ſecedere cogeretur; & licet, an. 1134, in Generali Concilio, iterata cenſura, *Anacletus* ibidem proſcriberetur, parum ſucci tamen inde hauſit *Innocentius*, *Rogerio* Siculo totis viribus cauſam ejus agente. Vid. *Baronius*, T. XII, ad h. a. p. 223.

An. eod. 1134: Mortuo *Norberto*, Magdeburgenſi Præſule, *Conradus, ejusdem Eccleſiæ Canonicus, Ipſo Imperatore conſentiente, generali Electione Cleri & Populi, Archi-Epiſcopus conſtituitur &c.* Idem, ad h. a. pag. 290. *Chronicon Magdeb.* cit. in vita *Conradi*, p. 328. *Cranzius* l. c. cap. 22, p. 154.

An. eod. *Berthou, Fuldenſis Abbas, veneno vitam finivit, eique Conradus, ejusdem Cœnobii Monachus, per conceſſionem Imperatoris, ſuccedit &c.* Ita *Chronographus Saxo* l. c.

An. 1137, Orta ſimultate, inter Imperatorem, & Papam *Innocentium*, circa conſtituendum Abbatem *Caſſinenſis* Monaſterii: *Rationibus Pontifex victus, Caſſinenſis Abbatis Electionem Fratribus; Ordinationem Lothario Imperatori & Succeſſoribus Ejus, conceſſit & confirmavit.* Sunt verba *Petri Diaconi*, quorum jam ſupra, l. c. pag. 566, memini.

Sub CONRADO III Imp.

An. 1138. Mortuo *Anacleto*, Pſeudo-Papa conabatur quidem *Rogerius* Siculus, *Gregorium* Cardinalem, ſub VICTORIS IV nomine, ei ſurrogare, paucis vero diebus poſt, *Victore*, cum tota Factione, *Innocentio 2* ſe ſubmittente ceſſavit Schiſma. Vid. *Baronius*, T. XII, ad an. 1137, p. 254 &c. & an. 1138, p. 264 &c. Pacatis rebus, INNOCENTIUM II primum *Populo* libertatem ferendi, in eligendis Pontificibus, ſuffragii abrogaſſe, ex *Onuphrii* Notis, ad *Platinam*, in vita Ejus, p. m. 174 & 175, diſcimus. Conf. *Gregorio Leti*, *Italia regnante* Part. I, lib. 4, p. 205; *Conring. de Republ.* Diſſ. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum* §. 56, p. m. 441, Dn. D. *Meyer*, Comment. de *Electione Pontificis*, cap. 4, §. 7, pag. 87 & 88. Vigore hujus Conſtitutionis, *Cæleſtinus 2, à ſolis Clericis*, electus fuit; pariter ac Ejus Succeſſores, ad *Alexandrum III* usque, qui an. 1179, ut ſub Friderico I dicam, id juris in ſolos tranſtulit Cardinales.

An. 1145, *Ultrajectenſis* Eccleſiæ Privilegia confirmando Princeps hic, non dubitavit ita loqui: *Jus eligendi & inſtituendi Epiſcopum in ipſa Eccleſia,*

ad

Digitized by Google

ad Reges Romanos & Imperatores, pertinere dinoſcitur, & ab Anteceſſoribus Noſtris Regibus & Imperatoribus, usque ad Noſtra tempora, eſt devolutum & deductum &c. Vid. *Wilhelmus Heda, Hiſt. Epiſcop. Ultraject.* pag. 164.

An. 1151, Eundem, alia Conſtitutione, conceſſiſſe jus elegendi *Trajectenſis* Epiſcopi, *Præpoſito, Decano, ac capitulo Eccleſiæ S. Bonifacii, ejusdem loci, conjunctis;* ex eodem *Heda* diſcimus.

Sub FRIDERICO I, Imp.

Qua conſtantia, hic Princeps Jus proſpiciendi Eccleſiis Paſtoribus dignis, exercuerit, Romanique Pontificis conatibus ineptis iverit obviam, palam eſt. Illuſtrandæ rei gratia, nonnulla producam teſtimonia:

An. 1152, mortuo *Friderico*, Archi-Epiſcopo *Magdeburgenſi*, cum inter eligentes, de ſubſtituendo novo Paſtore, non conveniret, re ad Principem delata, *Wichmannum*, Zizenſem Epiſcopum, Eccleſiam hanc fuiſſe conſecutum, auctoritate *Ottonis Friſingenſis*, præced. Tit. V, in vita *Friderici I,* v. 4, ad h. a. pag. 576 probavi. Conf. *Albertus Crantzius*, lib. VI *Metrop.* cap. 35. pag. 161; Dn. *Ockel*, Tract. de *Palatio Regio*, §. 123, pag. 120 & 121.

An. eod. Conſecrante *Hartwico*, Præſule Hamburgenſi, *Vicelinum*, *Aldenburgenſem; & Emmehardum*, *Megapolitanum*, Epiſcopos, inſciis, *Henrico Leone*, Duce Saxoniæ, & *Adolpho*, Holſatiæ Comite, *accidit: ut amicitia, quæ erat inter Dominum Vicelinum, & Comitem noſtrum, deinceps turbata ſit - - - tunc abiit Epiſcopus ad Ducem, rogaturus veniam, & ſuſceptus eſt ab Eo, cum honore & reverentia. Et ait Dux ad Eum: Dignum quidem fuit, ò Epiſcope! ut vos nec ſalutarem, nec reciperem, eò, quod nomen iſtud Me inconſulto, ſuſceperitis. Ego enim hujus rei Moderator eſſe debueram, maximè in Terra, quam Patres mei, favente Deo, in Clypeo & gladio obtinuerunt, & mihi poſſidendam hæreditaverunt. Sed quia Sanctitas Veſtra dudum mihi comperta, Progenitores quoque Noſtri vos ab initio fidelem probaverunt, decrevi, jam noxæ hujus oblivisci promotioni que veſtræ pleno favore concurrere, ſcilicet ea conditione: ſi Inveſtituram Epiſcopalem de manu mea recipere volueritis; hoc enim pacto, res veſtræ proceſſum habere poterunt. Et viſum eſt Epiſcopo verbum illud durum, eò quod eſſet præter conſuetudinem; Epiſcopos enim inveſtire, ſolius Imperatoriæ Majeſtatis eſt. Quidam ergò Fidelium Ducis, Henricus de Witha, Vir Potens & Militaris, & amicus Epiſcopi, dixit ad eum: Facite, quod vobis utile eſt, & appropinquate Domino noſtro, & facite voluntatem ejus, ut ædificentur Eccleſiæ in Slavia, & dirigatur cultus Domus Dei in manibus veſtris; alioquin fruſtrabitur labor veſter, eò, quod nec Cæſar, nec Archi-Epiſcopus, poſſit juvare cauſam veſtram, Domino meo obnitente: Deus enim dedit ei Univerſam Terram hanc. Quid autem grande requirit à vobis Dominus meus, quod vobis aut illicitum ſit, aut verecundum? quin potius res facilis eſt, & conducens fructum magnum: Ut Dominus meus accipiat Virgulam, & det in manum Veſtram, pro ſigno Inveſtituræ, ſitisque de cætero familiaris Ducis, habentes honorem inter Gentes, ad quas ingrediemini convertendas. Rogavit ergò Epiſcopus, præberi ſibi inducias, ut deliberaret ſuper verbo hoc &c. - - - abiit Bremam, conſulturus Archi-Epiſcopum & Clerum, ſuper verbo hoc, quod impoſuerat ei Dux. Qui omnes, una eademque ſententia, refragari cœperunt, dicentes - - - in hoc negotio penſari decet: Qualiter Inveſtituræ Pontificum Imperatoriæ tantum Dignitati permiſſæ ſunt, quæ ſola excellens, & poſt Deum, in Filiis Hominum, præeminens, hunc honorem, non ſine fœnore multiplici, conquiſivit &c.* Hæc *Helmoldus*, lib. I *Chron. Slav.* cap. 69 (al. 70) p. m. 158 & 159. addens, l. c. cap. 70, §. 1, p. 163: *Vicelinus, Lunenburgi - - - ſuſcepit Epiſcopatum, per Virgam, de manu Ducis &c.* Conf. *Albertus Stadenſ.* an. eod. p. m. 188, Hiſtoria *Archi-Epiſcoporum Bremenſium*, in vita *Hartwici* Archi-Epiſcopi, apud *Lindenbrogium*, p. m. 91; & *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, cap. 22, p. m. 197. *Albertus Crantius*, lib. VI *Metropol.* cap. 28, p. m. 158; Dn. *Schilterus*, Comment. *ad Jus Feud. Aleman.* cap. 42, §. 20, p. 253 & 254; Dn. *Ockel*, l. c. §. 7, pag. 6 & 7.

An. 1153, *Rex, in proximo Paſcha, Babenberg coronam geſtans, duos Cardinales, videlicet Bernardum Presbyterum, & Gregorium Diaconum, ad depoſitionem quorundam Epiſcoporum, ab Apoſtolica Sede depoſitionem quorundam Epiſcoporum, ab Apoſtolica Sede deſtinatos, ſecum habuit. Proximam dehinc Pentecoſten Wormatiæ faciens, Henricum, Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopum, Virum, pro diſtractione Eccleſiæ ſuæ, frequenter correptum, nec correctum, per eosdem Cardinales depoſuit, ac Arnaldum, Cancellarium ſuum, per quorundam ex Clero & Populo, qui illuc venerant, electionem, ei ſubrogavit, - - - Iidem etiam Cardinales, permiſſu Principis, Burckardum Eiteſtenſem* (Eiſtetenſem) *ſenio gravem, de inutilitate cauſantes, itidem ſubmovere. Dumque poſt hæc in Magdeburgenſem, & quosdam alios, ſententiam ferre cogitarent, à Principe inhibiti, & ad propria redire juſſi ſunt &c.* Ita *Otto Friſingenſis*, lib. 2.

de *Geſtis Friderici I*, cap. 9, p. m. 451. Conf. *Baron.* T. XII. ad h. a. pag. 375, lit. D.

An. 1156, Extincto *Arnoldo Colonienſi* Archi-Epiſcopo, cognovit de ſchiſmate, inter *Gerhardum* & *Fridericum* electos. Vid. Præced. Tit. 2, §. 10, lit. d. ad h. a. pag. 128.

An. 1157 & 1158, Docuit HADRIANUM IV. P. R. Num Imperium, *Beneficii Papalis* cenſu, habendum ſit? Vid. ſupr. l. c. ad an. 1157, p. 130, & Tit. V, §. 11, in vita *Friderici I*, v. 4, ad an. 1157 & 1158, pag. 578 ad 580.

An. 1159, Denegata *Ravennatenſium* Archi-Epiſcopo, *Guidoni*, à Cæſare conſtituto, Benedictione, orta deſuper, inter Aulam Principis, Romanamque Curiam, contentione, ſcribenti, inter alia, Pontifici: *Quid dicam, de Fidelitate B. Petro, & Nobis, à Te promiſſa, & jurata? quomodo eam obſerves? cum ab iis, qui Dii ſunt, & filii Excelſi omnes, Epiſcopis videlicet, Homagium requiris, Fidelitatem exigis, & manus eorum ſacratas manibus Tuis innectis &c.* juſtè reſpondit: *Ab iis, qui Dei ſunt per adoptionem, & Regalia Noſtra tenent, cur Homagium, & Regalia Sacramenta, non exigamus? cum Ille, Noſter & Veſter inſtitutor, ab Homine Rege nihil accipiens, ſed omnia bona omnibus conferens; qui, pro Se, & Petro, cenſum Cæſari perſolvit, & exemplum vobis dedit, ut ita faciatis, doceat vos, dicens: Diſcite à Me, qui mitis ſum, & humilis corde; Aut igitur Regalia noſtra nobis dimittant, aut, ſi hæc utilia judicaverint, quæ Dei, Deo; quæ Cæſaris, Cæſari, perſolvant &c.* Vid. Appendix ad *Radewicum*, de *Geſtis Friderici I* Imp. apud *Urſtiſium*, p. 562 & 563. *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 39, p. 839 & 840. Conf. præced. Tit. V, vita *Friderici I*, ad h. a. pag. 581.

An. 1160, Conflato, ex *Hadriani IV* obitu, ſchiſmate, auctoritatem ſuam interponens Princeps noſter, convocata *Papienſi* Synodo, in favorem *Octaviani*, Cardinalis Presbyteri Tit. *S. Cæciliæ*, cui VICTORIS III, vel IV, nomen placuit, pronunciavit ſententiam, contra Antagoniſtam ejus, *Rolandum*, Cardinalem Presbyterum Tit. S. Marci, ALEXANDRUM III appellatum. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 133 &c. & Tit. 5. in vita *Friderici I*, v. 4, ad an. 1159 & 1160, p. 581 & 582. Etiamſi Græcorum Imperator, *Manuel Commenus*; *Ludovicus VII*, Galliæ; *Alfonſus VIII*, Caſtellæ; *Ferdinandus II*, Legionis; *Henricus II*, Angliæ; *Waldemarus*, Daniæ; *Geyſa & Stephanus III*, Hungariæ; *Wilhelmus* Siciliæ; & *Balduinus*, Hieroſolymorum, Reges; nec non totus Ordo *Ciſtercienſis*, & *Carthuſianus &c.* cum *Alexandro* ſtarent; Vid. *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slavici*, cap. 90, §. 2, p. m. 205; *Aimoinus* lib. V. de *Geſtis Francorum*, cap. 54, apud *Freherum* T. 2 *Rer. Francic.* p. 527; *Gaufredus*, *Chron. Voſienſi*, cap. 58, apud *Labbeum*, T. 2, *Biblioth. MS.* pag. 311; *Albertus Stadenſis* ad an. 1159; pag. m. 191; *Albericus*, *Monachus trium fontium*, an. eod. pag. 333; *Robertus de Monte*, ad an. 1161, p. m. 641. *Baronius*, T. XII, an. 1160, p. 490 &c.

An. eod. Largitur *Henrico Leoni*, Duci Saxoniæ, *Jus inveſtiendi Epiſcopos, Aldenburgicum, Megapolitanum & Razeburgicum*; Extat diploma apud *Maderum*, in *Antiquitatibus Brunſuicenſibus*, p. 121 & 122, inde huc ſpectant verba: *Dilecto Noſtro, Henrico, Duci Saxoniæ, injunximus, ut in Provincia ultra Albim, quam à Noſtra Munificentia tenet, Epiſcopatus & Eccleſias, ad dilatandum Chriſtiani nominis Imperium, inſtituas, plantet & ædificet - - - - ipſi, & omnibus, ſibi in hac Provincia ſucceſſuris, concedimus Inveſtituram trium Epiſcopatuum, Aldenburc, Michilenburc, Racezburc; ut: quicunque in locum Epiſcoporum, ibidem ſubrogandi ſunt, à manu ipſius, Quod REGII JURIS EST, tanquam à Noſtra, recipiant &c.* ſicut & *Geroldum*, *Aldenburgenſem*, *Evermodum*, *Razenburgenſem*; & *Beronem*, *Megapolitanum*, ab Eo inveſtitos, novimus. Vid. *Helmoldus*, lib. I, *Chron. Slav.* cap. 87 (al. 88) §. 10. 11 & 12, p. m. 202, *Chronographus Saxo*, ad an. 1160, peg. 306; *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. m. 191; *Chronicon Montis Sereni*, ad an. 1159, Edit. *Mader.* p. m. 31; *Chronicon Bigaugienſe*, an. eod. apud *Maderum*, p. 261; *Henricus Bodo*, de *Conſtructione Cœnobii Gandeſiani*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. Germ.* pag. 505.

An. 1163, Tranſeunte ad *Alexandri III* P. R. caſtra *Conrado, Moguntino, Imperator, ira commotus, Chriſtianum nomine, Cancellarium ſuum, in Moguntina Eccleſia eligi fecit, & à ſuis Suffraganeis conſecrari &c.* Hæc *Romualdus*, *Salernitanus*, Præſul coævus, apud *Baronium* l. c. ad h. a. pag. 479. lit. E.

An. 1164, Ad plures abeunti *Victori IV*, P. R. ſurrogatum PASCHALEM III, in odium *Alexandri III*, confirmat, & in Sedem collocat Papalem. Vid. præced. Tit. V, in vita *Friderici I*, Imp. ad. an. 1164 & 1167, pag. 584.

An. 1166, in Comitiis *Herbipolenſibus*, denuo Eum confirmari curavit. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 135.

Anno 1170, Electionem CALIXTI III, mortuo *Paſchali* factam, itidem ratam habet. Vid. l. c. ad h. a. pag. 585.

Anno 1172, *Cum in Caſtro Luneburg poſitus eſſet,* (Hen-

(Henricus Leo, Dux Saxoniæ) *adierunt Eum Canonici Lubecenſes, rogantes, ut, Ejus providentia, idoneum in domo Dei diſpenſatorem haberent, dicentes: ſe omnes, unanimi conſenſu, in perſonam Domini Henrici, Abbatis de Brunſwig, conveniſſe, ut eum Eccleſiæ ſuæ præſentandum, omnimodis exorarent; ſi tamen hæc eorum petitio, vel deſignatio, Conſenſui Ejus non repugnaret. Quibus Ille reſpondit: Fateor, idoneam valde eſſe perſonam, & Virum prudentem, & Religioſum, & tritici Verbi Dei optimum erogatorem. Sed quia fidelitatem Viri & converſationis gratiam, expertam habemus, ideo præſentia ipſius in domo Noſtra Brunſchwig, non ſine gravi jactura, carere poſſumus. Ne tamen tantæ utilitati contraire videamur, & petitionem Veſtram juſtam, & rationabilem, vel leviter aſpernari, fiat Domini voluntas, & veſtra, Virumque Venerabilem, cum honore, ad Sedem Lubecanæ Eccleſiæ deducite, & ei omnem reverentiam & ſubjectionem exhibete - - - Et ita profectus, de Monaſterio B. Ægidii - - - - venit ad Ducem Luneburg, & accipiens ab Eō Inveſtituram Pontificalem, cum honore deductus Lubeke &c.* Hæc *Arnoldus Lubecenſ.* lib. 2 *Chron. Slav.* cap. 13, (al. 18) p. m. 259. Conf. *Schilter* l. c.

An. eod. Diethelmus, Baro à Krenckingen - - - - conſtituitur Abbas (Augiæ Divitis) *ab Imperatore, Friderico Barbaroſſa.* Ita *Bruſchius, de Monaſteriis German.* voc. *Augia dives*, p. 43.

An. 1177, *Calixto III* ultro juri ſuo renunciante conſentit tandem in Electionem *Alexandri III*, P. R. Vid. præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 137. Qui, in grati animi teſſeram ſcilicet, fœda Conſtitutione, an. 1179, in Generali Concilio Lateranenſi, promulgata, *Clerum* quoque, in tantum à Pontificum electionibus abegit, ut poſthac ſoli *Cardinales* id juris privativè ſibi vindicarent. Ergò, quod *Innocentius 2*, ſub *Conrado III*, inchoavit; *Alexander III*, ſub *Friderico I*, ad finem perduxit; à quo tempore, non niſi à *Cardinalibus* electi Pontifices. Offendis Canonem, in *Decretalibus Gregorii IX*, lib. I, Tit. VI, *De Electione, & Electi poteſtate*, cap. VI, *Licet de vitanda &c.* Conf. *Onuphrius*, Not. ad *Platinam*, in vita *Alexandri III*, p. m. 182; *Baronius*, Tom. XII Annal. ad an. 1179, p. 723, lit. B. *Conringius* de *Republica* Exercit. VII, De *Conſtitutione Epiſcoporum*, §. 65. p. m. 442. Dn. D. *Meyer*, Comment. de *Electione Pontificis*, cap. IV, §. 7, p. 87. Hac ratione jus Pontificis eligendi ſolis accrevit Cardinalibus.

An. 1185, vel, (ut *Buelino*, part. 1 *German. Sacr.* in *Catalogo Archi-Epiſcoporum Trevirenſ.* p. m. 35, videtur,) 1188, mortuo *Arnoldo Trevirenſi, Metropolis Trevirenſis vacabat, in qua duo electi erant, Volcmarus, & Rhudolfus. Volcmarus quidem prior, à ſaniore parte, electus eſt; Rhudolfus verò poſterior, à parte infirmiori. Cumque ſchiſma inter eos eſſet, Volcmarus, quaſi de Canonica electione præſumens, ad Sedem Apoſtolicam appellavit; Rhudolfus verò, ad Imperatorem ſe tranſtulit. Imperator ergò audiens, quod factum fuerat, propter diſſenſionem electionis, Inveſtituram dedit Rudolfo; Apoſtolicus itaque affirmabat partem Volcmari, propter Canonicam Electionem - - - - Quod audiens Imperator, per ſuos, ei mandat, dicens: Quod ſi Volcmarum, contra ſuam voluntatem, ad ſummum ſacerdotium promovere voluerit, omnem familiaritatem inter eos perpetuò expiraſſe, certiſſimè ſciat &c.* Hæc *Arnoldus* l. c. lib. 3, cap. 10, p. m. 325 & 326; Conf. *Magnum Chronicon Belgicum*, apud *Piſtorium*, p. m. 201; Dn. *Schilter*, de *Libertate Eccleſiar. German.* lib. V, cap. V, §. 3 & 4. p. 665 ad 667; Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, §. VII, pag. 7.

An. eod. Dum Bertoldus, ad Sedem Bremenſem electus, ab Alexandro Papa (an. 1179) *fuiſſet depoſitus, venit ad Dominum Imperatorem pauper & exul. Quem Imperator miſeratus benigne ſuſcepit - - - dum poſtea vacaret Sedes Metenſis, cum ſummo honore, ipſum in ea ſublimavit &c.* Ita *Arnoldus* l. c. cap. 16, §. 9, pag. 334.

An. eod. Cum non benè Imperatori, cum recens electo Pontifice, *Urbano III*, conveniret; *Philippus* Colonienſis mediationem ſuam offerens, petiit ab Auguſto, ut juribus, ab obitu Præſulum, in Epiſcopatibus ſibi competentibus renunciaret; cui, teſte *Arnoldo* l. c. cap. 17, §. 5, pag. 335, Imperator ita reſpondit: *In veritate compertum habemus, quod Prædeceſſores Noſtri, Antiqui Imperatores, hoc Juris habuerunt: Ut defunctis Epiſcopis, Inveſtituram Pontificalem, ſine alicujus præjudicio, probatis perſonis liberrimè locaverint. Sed, quia hoc, ipſorum voluntate mutatum invenimus, ratum habemus. Hanc verò minimam ſcintillam Juris Noſtri, quam invenimus, nequaquam mutari permittimus. Sufficiat vobis juſtitia veſtra, quam inveniſtis, quod permittitur vobis Electio Epiſcoporum, quam vos Canonice fieri, dicitis. Sciatis tamen, quia, dum, pro voluntate Imperatoris, iſta diſpenſarentur, plures juſti ſunt inventi Sacerdotes, quam hoc tempore, dum, per Electionem, inthronizantur. Ipſi enim, ſecundum vitæ meritum, Sacerdotes inveſtiebant; nunc autem, per electionem, non ſecundum Deum, ſed ſecundum favorem, eliguntur.*

Domina Haziga, alibi Hayzka, eligitur ab Imperatore, Friderico Barbaroſſa, (Abbatiſſa Andlavienſis) ita *Bruſchius*, de *Monaſter. Germ.* voc. *Andlow*, p. 25.

Sub OTTONE IV Imp.

Hunc Principem juramento pariter, quod in conſecratione præſtiterat: *Bona & Dignitates Imperii ſe conſervaturum, Juraque diſperſa, pro poſſibilitate, revocaturum;* & cauſæ juſtitia, fuiſſe compulſum, ad contradicendum Transactioni *Henrico-Calixtinæ*, de an. 1122, proptereaque multas Epiſcoporum Romanique Cleri inſidias, & perſecutiones, paſſum, ex Ejus Hiſtoria, præced. Tit. V, p. 600 &c. liquet.

Sub FRIDERICO II Imp.

Quanta, quæſo! non ſubiit mala Princeps hic, quod tanta animi præſentia, Juribus Imperii, quæ vel Romani Præſules, vel, ſub eorum auſpiciis, alii, injuſte uſurpaverant, conſulere voluerit? Seductus equidem *Innocentii III*, fallaciis, pernicioſam Reipublicæ *Auream Bullam*, de *Libertate Eccleſiaſtica*, an. 1213, edidit, ſtatuens, Art. 2: *Illum igitur volentes abolere abuſum, quem quidam Prædeceſſorum Noſtrorum exercuiſſe dignoſcuntur, Decretum in Electionibus Prælatorum concedimus, & ſancimus: Ut Electiones Prælatorum liberè & canonicè fiant, quatenus ille præficiatur Eccleſiæ viduatæ, quem totum Capitulum, vel major, vel ſanior pars ipſius duxerit eligendum, dummodò nihil deſit ei de Canonicis Inſtitutis &c.* Vid. *Goldaſtus* T. 1. *Conſtit. Imper.* p. 290; agnito tamen errore, damnoſum hoc ſcriptum, ab Eo poſtea fuiſſe revocatum, præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 67, monui; quamvis negari nequeat, hoc ſub palliolo, *Honorium III*, *Innocentii III*, ſucceſſorem, ignominioſo Interdicto, *Laicos*, in perpetuum ab Electionibus, abegiſſe, verb. *Edicto perpetuo prohibemus: NE PER LAICOS, cum Canonicis, Pontificis electio præſumatur. Quod ſi fortè præſumta fuerit, nullam obtineat firmitatem: Non obſtante contraria conſuetudine, quæ dici debet potius corruptela.* Vid. Lib. 1. *Decretal. Gregorii IX*, Tit. VI, de *Electione & Electi poteſtate*, cap. 56, *Meſſana*. Hæcque eſt Epocha translati juris eligendi Præſules, in ſolos *Canonicos*, remoto inde *Chriſtiano Populo*, hujusque Capite, *Imperatore*. Quod nefas, & contra Veteris Eccleſiæ regulas & conſuetudinem, tot ſeculis probatam. Multa quidem tentavit *Fridericus* Cæſar, ut amiſſa recuperaret; Conatus autem Ejus fuere irriti, ex quo Germania terribili civili bello flagravit. Conf. ſupr. l. c. pag. 67 & 68; & Tit. V, Ejus vita, p. 609, ad an. 1221, & 1227, & p. 612, ad an. 1239; pag. 613, ad an. 1240 & ſeqq. Add. *Marſilius Patavinus*, part. 2. *Defenſoris Pacis*, c. 25, & *Cranzius* lib. VII, *Vandaliæ*, cap. 21, quorum verba, l. c. in vita *Ottonis IV*, ad an. 1210, p. 601, exhibui. Jam ſuo tempore, *Fridericum I*, de Epiſcoporum Electionibus in genere juſtas moviſſe querelas, ſub an. 1185, modò oſtendi; ſed ecce, quid *Cranzius*, de *Canonicis*, in ſpecie, ſentiat; *Admoneor* (inquit, lib. 3, *Metropol.* cap. 15, p. m. 68.) *hoc nomine, quod in Annalibus ubique lego, per Eccleſias vixiſſe Fratres, ordine utique Canonico, ſub Regula D. Auguſtini. Sed ubi abjectum eſt hoc nomen, ut erubeſcant deinde dici Fratres; hoc retinentes: Ut Canonici ſine regula, (quum Canon ſonet Regulam) & Domini, dici ament; fugit, cum hoc nomine, Fratris charitas, illi nomini cognata, & ſuccedit amor Excellentiæ propriæ, & contentio ſine fine &c.* Et lib. IV, c. 1, p. 89: *Unwanus, in Metropoli Hamburgenſi ſucceſſit Libentio - - - - Iſte Archi-Epiſcopus primus omnium Congregationes apud Eccleſias Cathedrales, aliasque, ad canonicam perduxit regulam: quæ antea quidem mixta ex Monachis & Canonicis, utraque converſatione turbata, degebat, non vigebat. Qua occaſione, Fratres licentius de clauſtro egreſſi, mulierum conſortia primò petebant abſconſe; inde in majorem diſſolutionem abierunt. Paulatim ergò deferveſcente in Clero Religione, apud Eccleſias, ex Monachis, Regulares Canonici, & ex his, Seculares, ut vocantur, Canonici, prodierunt. Quid autem ex hac deinceps reſolutione ſit oriturum, quis novit? interpretemur, oro, vocabulum. Si Canon eſt Regula; Canonici ſunt Regulares. Quid ergo fiet de Canonico Seculari? niſi ut Regularis ſit Irregularis; aut, ſi id malumus, Regularis ſine Regula? &c.* Quæ lib. VII, cap. 50, p. 197, repetit. Conf. *Conringius*, *de Republica*, Diſſ. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, c. 66, p. m. 444 &c. Diſputamus de Vocabulis; res nos devorat.

23. Quia tamen Pontifices ſic ſibi multum licere in Germania videbant, ſub variis prætextibus, & juſtitiæ coloribus, graviſſima onera Germanis impoſuerunt, & immenſæ pecuniæ ſummæ in Cameram ipſorum, quotidiè erant inferendæ; adeò, ut Imperii Principes & Status vehementer conqueſti fuerint: imò ipſi Imperatores iterum ſe opponere cœperint,

&

& anno 1447, inter *Fridericum III*, *&* *Nicolaum V*, Papam, *Concordata* (a) facta ſint. De collatione beneficiorum Eccleſiaſticorum, & Annatis, præter beneficia eccleſiaſtica, quæ ſibi ſoli Pontifex reſervabat, & quæ ab eo immediatè dependebant, circa alia ita convenit; *de cæteris verò dignitatibus & beneficiis quibuscunque, ſecularibus & regularibus, vacaturis, ultra reſervationes prædictas (majoribus dignitatibus, poſt Pontificiales, in cathedralibus & principalibus, in collegiatis Eccleſiis, exceptis: de quibus jure ordinario provideatur, per illos inferiores, ad quos aliàs pertinet:) placet etiam nobis, quod, per quamcunque aliam reſervationem, gratiam, expectativam, aut quamvis aliam diſpoſitionem, ſub quacunque verborum forma, per nos, vel authoritate noſtra, factam vel faciendam, non impediamus nos, quò minus de illis, cum vacabunt, in Februarii, Aprilis, Junii, Auguſti, Octobris & Decembris menſibus, liberè diſponatur, per illos, ad quos eorum collatio, proviſio, præſentatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio, pertinebit: reſervatione, aliave quavis diſpoſitione, authoritate noſtra factis, vel faciendis, non obſtantibus quibuscunque: quoties verò aliquod vacat beneficium, in Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris menſibus, ejus collatio dictæ ſedi competat.* Et hi menſes in Jure publico noſtro dicuntur *Menſes Papales*, (b) quia in his Papa habet Jus conferendi. De Annatis diſpoſitum; ut nec annatæ nimiæ, Eccleſiamque grauantes, nec de minoribus beneficiis, nec, ſi pluries beneficium intra annum vacaret, plus quam ſemel ſolvendæ fuerint.

NOTÆ.

(a) CONCORDATA &c. En rei ſummam! Erepto Imperatoribus, per Transactionem *Henrico-Calixtinam*, de an. 1122, quam præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 65, exhibui, Jure inveſtiendi Præſules, *per Annulum & Baculum*, variis artibus conata eſt Romana Curia omnem *Laicis* Jurisdictionem in Perſonas Eccleſiaſticas, abrogare, eosque à negotiis ſacris penitus abigere. Obſtante vero Imperatorum quorundam Fortitudine, id egit *Innocentius II*, circa an. 1138, ut poſthac Romani Pontifices non niſi à *Clero* eligerentur, *Populo* excluſo; vid. præced. §. 22, lit. h, ſub *Conrado III*, p. 1392. Operi inſiſtens *Alexander III*, nova Conſtitutione, an. 1179, facultatem hanc in ſolos *Cardinales* tranſcripſit, remoto inde vel ipſo Clero reliquo. Vid. l.c. ſub *Friderico I*, p. 1393 Ultra progreſſus *Honorius III*, pari aſtutia, eligendi jus Præſules alios, *Romani* juſſa excipientes, ſolis vindicavit *Canonicis*, nulla *Chriſtiani Populi*, per tot Secula, Paſtores ſuos ſeligentis, habita ratione. Vid. l.c. ſub *Friderico II*, p. 1396. Poſito hoc fundamento, ad nutum redactis Epiſcopis, liberè petulantiæ frænos Romani Antiſtites Imperatoribus, reliquisque Chriſtiani Orbis Regibus, injicere ſunt auſi. Quot, quæſo! non extans libelli, quibus, temerario conatu ſubditos à ſubjectionis & fidei juramentis, legitimo Domino præſtitis, liberos pronunciarunt, quoties id rei ſuæ commodum arbitrabantur? Qua nequitia, non aboleverunt Religioſorum Principum data Eccleſiis Privilegia? Quam tyrannidem non exercuerunt in Epiſcopos, contra ipſorum machinationes, Regibus fidos? Qua, ita dictarum, *Gratiarum*, & *Expectativarum*, de quibus multa *Marcus Antonius de Dominis*, de *Republica Eccleſiaſt.* lib. 9, cap. 8, §. 18 &c. p. 88 &c.) uſurpatione, non conſtituerunt poſtea ipſosmet Epiſcopos, & quidem, quod magis deplorandum, Homines plerumque ignotos, humilitati, faſtum; Religioni, vanitatem; ſanctitati, impietatem & immunditiam; charitati, avaritiam; manſuetudini, moroſitatem; lenitati, crudelitatem; ſtudiis, ignorantiam; laboribus, otium &c. præferentes; *Canonicis* deſuper ne quidem muſſitare auſis? Queis technis Loca ſacra non emunxerunt reditibus? Quo deſpectu non habuerunt Laicos univerſos? obviam quadantenus efferatæ huic dominandi libidini iturus, Galliarum Rex, *Ludovicus Sanctus*, edidit an. 1268, Menſe Martio, Pariſiis, annuente (ut *Spondano*, *Contin. Annal. Baron.* ad h. a. §. 9, pag. 233, videtur,) *Simone* Cardinali, *Clementis IV* Legato, in Aula Ipſius tunc degente, Conſtitutionem, PRAGMATICÆ SANCTIONIS vocabulo notam, de *Gallicanæ Eccleſiæ libertatibus*, cujus formulam Illuſt. Dn. *Leibnitio*, Tom. 2 *Cod. Diplom. Juris Gentium*, p. 157, debemus; inde huc facimus:

Hoc Edicto conſultiſſimo, in perpetuum valituro, ſtatuimus & ordinamus:

(1) *Ut Eccleſiarum Regni Noſtri Prælati, Patroni,*

& Beneficiorum Collatores ordinarii, jus ſuum plenariè habeant, & unicuique ſua Jurisdictio ſervetur.

(2) *Eccleſiæ Cathedrales, & aliæ Regni Noſtri, liberas Electiones & earum effectum, integraliter habeant.*

(3) Simoniæ crimen peſtiferum, Eccleſiam labe faſtans, à Regno noſtro penitus eliminandum volumus, & jubemus.

(4) *Promotiones, collationes, proviſiones & diſpoſitiones Prælaturarum, dignitatum, & aliorum quorumcunque beneficiorum & officiorum Eccleſiaſticorum Regni noſtri, ſecundum diſpoſitionem, ordinationem, & determinationem Juris communis, ſacrorum Conciliorum Eccleſiæ Dei, atque inſtitutorum antiquorum SS. Patrum, fieri volumus, & ordinamus.*

(5) Exactiones & onera graviſſima pecuniarum, per Curiam Romanam Eccleſiæ Regni Noſtri impoſitas, vel impoſita, quibus Regnum Noſtrum miſerabiliter depauperatum extitit; ſive etiam imponendas, vel imponenda, levari aut colligi nullatenus volumus: niſi duntaxat pro rationabili, pia & urgentiſſima cauſa, & inevitabili neceſſitate, ac de ſpontaneo & expreſſo conſenſu Noſtro, & ipſius Eccleſiæ Regni Noſtri.

(6) *Libertatem, Franchiſias, immunitates, prærogativas, jura & privilegia, per, inclitæ recordationis, Francorum Reges, Prædeceſſores noſtros, & ſucceſſivè per Nos, Eccleſiis, Monaſteriis, atque locis piis, Religioſis, nec non Perſonis Eccleſiaſticis Regni Noſtri, conceſſas & conceſſa, innovamus, laudamus, approbamus, & confirmamus, per præſentes &c.*

Infringere quidem conatus eſt *Bonifacius VIII*, *Pragmaticam* hanc, literis teſtibus ad *Philippum Pulchrum*, Galliarum Regem, ineunte Sec. XIV datis, apud *Goldaſtum*, T. 2 *Monarchiæ*, pag. 95, verb: *Beneficiorum & Præbendarum ad Te collatio nulla ſpectat, & ſi aliquorum vacantium cuſtodiam habeas, uſumfructum eorum ſucceſſoribus reſerves. Et ſi qua contuliſti, collationem hujusmodi irritam decrevimus &c.* Sed, ecce, quid ad eas Rex: *Sciat Tua Maxima Fatuitas - - - aliquarum Eccleſiarum & Præbendarum vacantium collationem, ad Nos, Jure Regio, pertinere, & fructus earum noſtras facere. Collationes, à Nobis factas, & faciendas, fore validas, in præteritum & futurum &c.* Vid. l. c. p. 96; & præc. Procem. §. 16, lit. d, p. 21. Succeſſoribus ejus, in primis: *Clemente V*, *Johanne XXII*, *Urbano V*, *Bonifacio IX*, non aliter procedentibus in Germania, lugebant Eccleſiæ malum, vel ipſi Principes, *Henricus II*, *Ludovicus V*, & *Carolus IV* Imperatores, aliique viri cordati; aſt ſine remedio. Vid. *Henricus Rebdorf. Annal.* ad an. 1316, pag. m. 419, & an. 1326 & 1330, pag. 420. *Trithemius, Chron. Hirſaug.* ad an. 1363; *Crantzius*, lib. X, *Metropol.* c. 47, pag. 291; lib. XI, cap. 13, pag. 300, & paſſim alibi. Quibus ita ſe habentibus,

Sigiſmundus Imperator; univerſam Eccleſiam ab intolerabili ſervitutis jugo, & nævorum, quibus, in Capite & membris, erat maculata, colluvie, liberare ſtuduit celebrato hunc in finem *Conſtantienſi* Concilio, cujus ſummam præced. Tit. V, in vita *Sigiſmundi*, pag. 690 &c. recenſui. Inter alia, cum, exhibitis prius, de *Reſervationibus Apoſtolicis, & Beneficiorum collatione*, *Aviſamentis*, (apud *Flacium*, in *Catalogo teſtium veritatis*, p. m. 451 &c. & *Goldaſtum* Tom. 1 *Conſtit. Imperial.* pag. 391 &c. ad an. 1416, occurrentibus,) Seſſione XL, 30 Octobr. 1417, futurum Pontificem, antequam Concilium diſſolveretur, Eccleſiam, in Capite & Membris, reformare teneri, definiretur; *Martinus V* verò, 11 Nov. ejusdem Anni, in Concilio electus, executionem, ob cauſas, à *Gobelino Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, cap. 96, apud *Meibomium* T. 1 *Rer. German.* pag. 345; *Theodorico Engelhuſio*, in Chronico, apud *Maderum*, p. m. 298 & 299; & *Platina*, in vita *Martini V*, p. m. 261, prolatas, in aliud tempus differret; aliquo modo *Nationi Germanicæ* ſatisfacturus Pontifex, iniit cum ea, in quinque Annos, certam, de *Eccleſiæ Univerſalis adminiſtratione*, *Concordiam*, anno Pontificatus ſui primo, quam, ſub ſigillo, *Johannes*, Cardinalis Oſtienſis, Romanæque Eccleſiæ Vice-Cancellarius, *Conſtantiæ*, 3 Maji, Metropolitanæ *Magdeburgenſi* Eccleſiæ communicavit, formulam ſubminiſtrante Illuſtri Dn. *Leibnitio* l. c. Tom. 1, §. 155, p. 384, &c. Cautum ibi:

(1) Cardinales, numerum XXIV excedere non debere, niſi quod, pro honore Nationum, unus alterque adhuc addatur, qui omnes tamen, ſcientia, moribus & rerum experientia, ſint Excellentes Theologiæ, Juris Canonici, vel Civilis, Doctores, *præter admodum paucos, de ſtirpe Regia, Ducali, aut magni alicujus Principis, oriundos, in quibus competens literatura ſufficiat.*

(2) In Eccleſiis Cathedralibus & Monaſteriis, Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjectis, inſtituendas electiones canonicas, factasque ad Apoſtolicam ſedem deferendas, ab eaque confirmandas; Sin minus canonicè fiant, aut infra tempus, in Conſtitutione *Nicolai III*, quæ incipit: *Cupientes*, definitum, non præſententur, Eccleſiis à Papa providendum.

(3) In reliquis Monaſteriis, Apoſtolicæ Sedi immediatè non ſubjectis, nec *Romam* eundem, nec confirmationem Romani Antiſtitis expectandam.

(4) De ſolis Monaſteriis Monialium exemptis, Papam diſponere poſſe, & quidem per commiſſionem in partibus.

(5) Pontificem Beneficia Eccleſiaſtica; alternis duntaxat vicibus, cum legitimis collatoribus, diſtributurum.

(6) Niſi

(6) Niſi ſpatio trimeſtri, à die notæ vacationis, Papa vacans Beneficium, contulerit, diſpoſitionem ejus ordinario proviſori vindicandam.

(7) In Metropolitanis & Cathedralibus Eccleſiis Nationis Germanicæ, Sextam Canonicatuum & Præbendarum partem, Doctoribus, Licentiatis, Artiumque liberalium Magiſtris, aſſervandam.

(8) Eccleſias Parochiales, in quibus duo communicantium millia numerentur, ſolis itidem Doctoribus, vel Licentiatis, Theologiæ, Jurisve Canonici vel Civilis, aut Baccalaureis Theologiæ, committendas.

(9) Negotium *Annatarum* examini Commiſſariorum ſubjiciendum; ut taxæ fiant juſtæ.

(10) Nullas cauſas *Romam* devolvendas, niſi quæ natura ſua, & jure, ibi ventilandæ.

(11) *Simoniæ* crimen omninò proſcribendum;

(12) Quamdiu excommunicati publicè tales non denuncientur, fideles eorum commerciis, & ſodalitate, vitandis, non obſtringi.

(13) Abſtinendum *Indulgentiarum* effuſione, ne viléſcant &c. Convocanda Synodo *Baſileenſi* denuò mota quæſtio, de *Gravaminibus Germanorum abolendis*, quæ vulgò *Aviſamenta Moguntina* nuncupantur, legique poſſunt apud *Flacium* l. c. pag. 458 &c. eminente, inter ea, ſequenti: *In primis ſiquidem caſſet*, (Papa) *annullet*, *& irritet*, *omnes & ſingulas reſervationes*, *tam generales*, *quam ſpeciales*, *ſive particulares*, *Eccleſiarum Metropolitanarum*, *Cathedralium*, *Collegiatarum*, *& Monaſteriorum*, *Dignitatum & Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque*, *quibus*, *pro electione*, *provideri conſuevit*, *ſive per Extravagantes Ad Regimen* Benedicti XIII, cujus *Sixtus* IV, lib. 1 *Extravagantium communium*, Tit. IX, de *Treuga & Pace*, c. 1, *Ad Univerſalis Eccleſiæ Regimen &c.* meminit,) *& Execrabilis* (Johannis XXII, vid. *Extravagantes* Ejus, Tit. 3, de *Prabendis & Dignitatibus*; cap. un. *Execrabilis*,) *aut*, *per regulas Cancellariæ*, *ſeu quaſcunque alias Conſtitutiones*, *aut Ordinationes*, *introducta ſint*, *reſervationibus in corpore Juris clauſis duntaxat exceptis*; *& quod hujusmodi Beneficia in corpore Juris clauſa*, *Romanus Pontifex*, *infra unius menſis ſpatium*, *ab ipſius vacationis notitia computandum*, *conferre teneatur*; *deinde is*, *cui collatio facta fuerit*, *eam infra tres menſes continuos ordinariè teneatur inſinuare &c.* Ipſius Concilii, Seſſ. VIII, id eſt, 15. Kal. Januar. 1432, placuit: *Eugenium IV* Pontificem Beneficia Concilio adhæreſcentium nec aliis validè conferre, nec nova Eccleſiæ onera, titulo quolibet, imponere poſſe; factis ab Eo in contrarium infeudationibus, alienationibus, &c. omni robore deſtitutis. Vid. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 17, pag. 816. Seſſione XII, 13 Julii, 1433, promulgatum Decretum: de legitimis Electionibus & confirmationibus Epiſcoporum, aliorumque Prælatorum, abſque ullis reſervationibus, & juxta Sanctiones Eccleſiaſticas, circa ætatem, doctrinam, mores; annexo, pro hujusmodi rebus, à Papa, vel quovis alio, vel minimum exigendi, Interdicto; prohibitis inſuper *Annatis*. Vid. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 20. pag. 823. Seſſ. XXI, 9 Junii, 1435, rurſus prohibitum, ne quis, cujuscunque conditionis vel ſtatus ſit, pro Confirmatione Electionum, ſeu admiſſionum, proviſione, collatione, inſtitutione, inveſtitura, Benedictione, Pallio, ante vel poſt, ratione literarum, ſigilli, *Annatarum*, Primorum fructuum, ſervitiorum &c. quocunque ſub prætextu, conſuetudine, privilegio, ſtatuto &c. poſthac aliquid exigat, ſolo competente ſalario, pro labore, ſcribis, Abbreviatoribus & literarum Regiſtratoribus, ſolvendo. Vid. *Spondanus*, h. a. §. 11, p. 835. An. 1438. 24 Jan. Seſſ. XXXI, ſtatutum: Nullas à Papa *Beneficiorum* collationes, expectativas, reſervationes, gratias &c. concedendas; ad vacatura, doctos & literatos legitimè vocandos; Pontificem, ob contumaciam, pro ſuſpenſo habendum. Vid. *Flacius*, l. c. pag. 477; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 1, pag. 847. Spectat huc Synodalis Bulla: de *Suſpenſione Papæ Romani à Paſtorali officio*, *propter lupinam tyrannidem*, ad Electorale Collegium, apud *Goldaſtum* Tom. 3. *Conſtit. Imp.* p. 455; nec non Reſcriptum, *de non impedienda Eccleſiæ Reformatione in Capite & Membris*, dat. 16 Cal. Febr. an. eod. l. c. pag. 456. Quo ipſo anno, *Carolus VII*, Galliarum Rex, novam edendo *Sanctionem Pragmaticam*, *Baſileenſis*, Concilii Decreta ſolemniter approbavit, *Hiſtoria Patriarcharum Bituricenſium*, in vita *Henrici Lavanguordi*, cap. 86, teſte, apud *Labbeum*, T. 2 *Bibliotheca* MS. pag. 233: *Decimo octavo anno Pontificatus ipſius*, *eo præſente*, *celebris Principum & Prælatorum Conventus Bituris eſt habitus*, *in quo Rex Carolus VII*, *Sanctiones atque Decreta Concilii Baſilienſis complexus*, *ea*, *in Parlamenti Senatu*, *promulgari mandavit*, *Anno Chriſtianæ pietatis*, *Quadringenteſimo Trigeſimo Octavo*, *ſupra mille*, *Nonis Julii &c.* Galliam quoque dogmata hæc firmiſſime, ad ætatem usque *Leonis X*, (qui *Franciſcum I*, Regem, an. 1516, ad abolendam *Pragmaticam*, Ineundaque *Concordata*, quibus *Proviſio Prælaturarum* Conſiſtorio Romano attributa, una cum *Annatarum* Jure, ad ſuſtentationem Cardinalium; *Nominatio* vero Regi ceſſit; Bononiæ ſeduxit. Tenor eorum eſt apud Ill. Dn. *Leibnizium*, Tom. 2. *Cod. Jur. Diplom. Gent.* p. m. 161 ad 180. Addendæ tamen *Remonſtrances de la Cour de Parlement*, *au Roy François I*, *contenans les raiſons*, *qui ont meu la dite Cour de ne publier le Concordat*: ibid. in Mantiſſa, §. 53, pag. 335 &c. nec non: *Secondes Remonſtrances de la Cour de Parlement au Roy*, *contre le Concordat*, *fait avec le Pape Leon X*, l. c. pag. 356 &c. & *Appellatio Univerſitatis Pariſienſis*, *pro Electionum & Juris communis defenſione*, *adverſus Concordata Bononienſia*, de an. 1517, 27 Mart. l. c.

pag.

Synodum hanc jam anno 1104 celebratam; *Conradus Urſpergenſis* vero, pag. 192, affirmat, *Guaſtallenſem*, anno demum 1106, 4 Octob. adeoque *Henrico IV* Imp. jam mortuo, habitam; annoque ſequenti, 1107, ſubſecutam *Trecenſem*, verbis præced. Tit. V, in Vita *Henrici V*, l. c. occurrentibus. Enimvero, probe notaus Imperator, quid detrimenti jactura tanti Regalis Imperio eſſet allatura, laudando Prædeceſſorum facta, inveſtivit, hoc ipſo anno, elato *Henrici* Archi-Epiſcopo funere, *Adelgotum*, de Archi-Epiſcopatu *Magdeburgenſi*; Vid. *Chronicon Magdeburgicum* in vita *Henrici*, apud *Meibomium*, Tom. 2. *Rer. German.* p. 323: *Anno Dominicæ Incarnationis* 1107 ... *defertur* (Henricus) *& ſuſcipitur mortuus* - - - *Adelgotus, Archi-Epiſcopus XI, ſedit annis XI, Menſ. XI, dies XXI, Virgam Paſtoralem ſuſcepit ab Henrico Rege; Ordinationem ab Hetelone, Havelbergenſi Epiſcopo; Pallium vero à Papa Paſchali prædicto &c.* Turbatus hinc *Paſchalis* Papa, cogit

An. 1108 Concilium *Beneventanum*, in quo rurſus, Inveſtituras Eccleſiæ *de manu Laici*, ut vocabatur, *accepturis*, dictum anathema. Vid. præced. Tit. V, §. 11, in vita *Henrici V*, ad h. a. p. 549. Conf. *Gratianus*, Cauſ. XVI, Quæſt. VII, cap. 17. *Conſtitutiones &c.* Quid vero ad hæc Imperator?

An. 1109, *Rex Henricus, Natalem Domini Mogontiæ celebrat, & paulo poſt, Franckenfurt Conventu Procerum habito - - - depoſito Gotefrido, Fuldenſium Abbate, Wolfhelmum eis præfecit, ex eadem Congregatione &c.* Ita *Conradus Urſperg.* ad h. a. p. 193.

An. 1110, Finem liti conciliaturus Imperator, Italiam, Exercitu triginta amplius millium bellatorum ſtipatus, ingreditur, convenitque eum Papa, *ut Inveſtituram omnium Eccleſiarum, in manus Pontificis reſignaret*; Epiſcopi contra, *Civitates, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Monetas, Teloneum, Mercatum, Advocatias Imperii, Jura Centurionum & Curtes, Militias & Caſtra Imperii, Imperatori & Imperio redderent.* Vid. Pacta Conventa, præc. Tit. V, in vita *Henrici V*, v. 4, ad an. 1110, p. 550, ad 552.

An. 1111, Confirmatis *Sutrii*, quæ *Romæ* definita, cum Pontifex promiſſis ſtare tergiverſaretur, captivam duxit Imperator totam Romanam Curiam. Videns igitur Pontifex, aut *Regalibus* cedendum, aut relinquendam Imperatori *Eccleſiarum Inveſtituram*, maluit inire poſterius, quam tot divitiis denudare Eccleſias; ſcripto hanc in rem ſolemni PRIVILEGIO, cujus formulam l. c. ad h. a. pag. 554, ſiſti.

An. 1112, Redeuntem in Germaniam Imperatorem, coacto *Lateranenſi* Conciliabulo, horribili perjurio lædens Papa, cuncta revocat, tam ſancte, *Romæ* pariter & *Sutrii*, ſtipulata; Tabulis PRIVILEGII inde confectis, grave olens PRIVILEGII nomen imponendo; cuncta viciſſim *Gregorii VII, & Urbani* 2, Pontificum, adverſus Inveſtituras Laicorum Eccleſiaſticas, edita Decreta, renovando; inſuperque Imperatorem, & Ei aſſentientes, diris devovendo. Vid. l. c. ad h. a. pag. 555 & 556, ubi ſimul Canon ſimilis, hoc ipſo anno, in Concilio *Viennenſi* Allobrogum, in gratiam Pontificis, à loci Præſule, *Guidone*, convocato, emiſſus.

An. 1116, Nova Synodo, in *Lateranenſi* æde acta, ibique rata habente Pontifice, quæ, an. 1112, fœdifragus, & perjurus patraverat crimina, (qua de temeritate l. c. ad h. a. pag. 557, evolvas,) ingreditur Cæſar Italiam.

Annoque 1117, *Romam* movens Exercitum, *Paſchalem* in *Caſſinenſe* Cœnobium aufugiſſe comperit, quem in ordinem redigere cogitabat. Coronatus igitur à *Mauritio* Bracharenſi, in Lotharingiam revertitur. Vid. l. c.

An. 1118, Acceſſit malis Schiſma, ex obitu *Paſchalis* 2 conflatum, quandoquidem Romani, nec adventum Imperatoris, nec conſenſum præſtolantes, *Johannem Cajetanum*, Eccleſiæ ſuæ Cancellarium, Pontificem ſtatuerant, dictum inde GELASIUM II, cui Cæſar iratus, *Romam* reverſus, *Mauritium*, al. *Burdinum*, *Bracharenſem* Archi-Epiſcopum, à quo diadema erat conſecutus, oppoſuit. Vid. ibidem, ad h. a. pag. 557.

An. 1119, Exuvias mortales in Gallia, quo ſe receperat, deponente GELASIO II, ſchiſma ſopitum iri videbantur; enimvero, Factione ejus ſurrogante ei *Guidonem*, Viennenſium Antiſtitem, cui CALIXTI II nomen arriſit, recrudnere motus. Convocat ſtatim *Calixtus*, *Rhemenſe* Concilium, in quo, novis Edictis, Inveſtituræ Laicorum Eccleſiaſticæ proſcribuntur; Cæſar execratur. Vid. l. c. ad h. a. pag. 558. Hæc dum aguntur, *Cuno Præneſtinus, adhuc Legatione Gelaſii* (recens defuncti) *functus, Synodum Coloniæ cum Teutonicis habuit, ubi Imperatoris omnimodis Excommunicationem popalavit - - - Alteram quoque Synodum in Friteslar, eadem pro cauſa, indixit, qua & habita, eandem, quam prius, Excommunicationem confirmavit.* Ita *Conradus Urſperg.* ad h. a. p. 200. Quam ſui rationem deſuper Imperator habuerit, ex eodem, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1119, pag. 118, commemoravi.

An. 1120, Imperatore fruſtra ſanandis rebus, mediantibus *Fuldenſi* & *Quedlinburgenſi* Conventibus, quorum l. c. memini, medicinam quærente, contulit ſe

An.

Digitized by Google

An. 1121, relicta Gallia, CALIXTUS *Romam*; ubi, in ordinem redacto Antagoniſta, ſupra modum criſtam Gallus erexit, præſertim, cum ſibi, ex Comitiis Herbipolenſibus, oratores mitterentur; Vid. ſupra l. c. ad h. a. pag. 119, & Tit. V, in vita *Henrici V*, v. 4, an. eod. p. 558.

An. 1122, Indixit Pontifex novum *Lateranenſe* Concilium, 300 & amplius Epiſcoporum, ſi vel *Sugerio*, S. Dionyſii, Abbati, qui ipſe interſuit, in vita *Ludovici* Regis, fides habenda; cujus Canonem ſecundum *Gratianus*, Cauſ. XVI, Qu. VII, cap. XXV. *ſi quis &c.* exhibet: *Si quis Principum vel aliorum, Laicorum diſpoſitionem, ſeu dominationem, rerum, ſive poſſeſſionum Eccleſiaſticarum, ſibi vindicaverit, ut ſacrilegus judicetur &c.* Conf. *Baronius* Annal. T. XII, ad h. a. pag. 147, lit. E. Certior de his redditus Imperator, quodque Imperii Principum plerique Romanam Curiam irritare, Religioni ſibi ducerent, propriis viribus ſe tueri non valens, ceſſit tandem in *Wormatienſibus* Comitiis, infelici Reipublicæ Fato, Inveſtituræ Eccleſiaſticæ Regali, in tantum, ut non niſi *Regalia* Præſules poſthac ab Imperatoribus, *per Sceptrum*, eſſent ſuſcepturi. Cujus Tranſactionis formula præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 65, reperitur.

(*g*) PER SCEPTRUM &c. Aſperè hæc pronunciat *Otto Friſingenſis*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I*, Imp. cap. VI, p. m. 449: *Tradit Curia, & ab Eccleſia, eo tempore, quo, ſub Henrico V, de Inveſtitura Epiſcoporum, deciſa fuit, inter Regnum & Sacerdotium, controverſia, ſibi conceſſum autumat, obeuntibus Epiſcopis, ſi fortè eligendo partes fiant, Principis arbitrii eſſe, Epiſcopum, quem voluerit, ex Primatum ſuorum conſilio, ponere; nec Electum aliquem ante conſecrandum, quam ab Ipſius manu, Regalia, per Sceptrum, ſuſcipiat &c.* Non enim, ex conceſſione Eccleſiæ, ſed ex ſolenni Tranſactione, qua Cæſar potiorem Juris, ab antiquo ſibi competentis, partem, Eccleſiæ dimiſit, hiſce Regalis priſtini fruitur reliquiis; quicquid etiam in Friſingenſis favorem, Illuſtriſ. *Petrus de Marca*, lib. VIII de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, cap. XXI, pag. 1206, peroret. Id interim verum, natum hac occaſione diſcrimen: inter *Scepter-Lehen*, & *Fahn-Lehen*; de quo ita *Speculum Saxonicum*, lib. 3, Art. 52, Edit. Lipſienſ. an. 1488, (qui, in recentioribus Editionibus, eſt Art. 60) *Imperator confert cum Sceptro, Spiritualibus; &, cum Vexillo, Secularibus, omnia Pheoda Illuſtre Dignitatis &c.* German: *De Keyſer lyget allen Geiſtliken Vorſten Lein, mit dem Sceptre; allen werlik Vaen Lein lyget he mit Vanen &c.* Et *Spec. Suevic.* lib. 1, cap. 32: *Der Keyſer ſoll leihen allen Geiſtlichen Fürſten ihr Recht, mit dem Scepter; und allen weltlichen Fürſten, mit dem Fahnen &c.* Singulare eſt, quod *Henricus Stero*, *Annal. Altahenſ.* ad an. 1273, apud *Freherum*, T. 1 *Rer. Germ.* pag. 388, de *Rudolpho Habſpurgico*, memoriæ prodidit: *Rodolphus ſtatim exegit à Principibus, Clericis & Laicis, fidei juramentum. Quod cum recuſarent, propter Sceptri abſentiam, Ipſe Electus, Signum Crucis accipiens, talia dixiſſe fertur: Ecce Signum, in quo Nos, & totus Mundus, & redemptus, & hoc ſigno utamur, loco Sceptri. Et deoſculata Cruce, omnes Principes, tam Spirituales, quam Seculares, ipſam Crucem, loco Sceptri, oſculantes, recipientes Feuda, ſibi Fidelitatis juramentum præſtiterunt &c.* Hinc ſua *Lehmannus*, lib. V *Chron. Spir.* cap. 104, pag. 623 & 624, Conſer. *de Inveſtitura per Sceptrum*, *Joachimus Vadianus*, de *Collegiis Monaſteriisque Germaniæ veteribus*, lib. 1, apud *Goldaſtum*, T. 3 *Rer. Alamann.* pag. 18; *Conring. de Republ.* Exercit. VII, *de Conſtitutione Epiſcoporum German.* §. 69, p. 448; *Limnæus*, lib. IV, *Jur. Publ.* cap. VII, §. 32, p. 74; *Burgoldenſ.* ad J. P. part. 1, Diſcurſ. 20, memb. 1; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Feud.* cap. 3, Aphoriſ. 4, §. 3, & Aphoriſ. 5. Add. ſeq. lib. 2, Tit. 1, §. 17 & 18. Et in primis V. C. Dn. *Buderus* diſſ. de *Feudis Sceptri*.

(*h*) FRIDERICUM II &c. Memor Controverſiæ hujus, *Albertus Crantzius*, lib. 3 *Metropol.* cap. 33, pag. 78, ait: *Inde duo Henrici Imperatores, Quartus & Quintus, duo Friderici, Primus & Secundus; Quartus Otto, longa certamina habuere, cum contemporaneis ſibi Summis Pontificibus &c.* Cur *Lotharium*, proximum *Henrici V* Succeſſorem, omittat, non video. Hiſtoria hæc eſt:

Sub LOTHARIO II Imp.

Mortuo, an. 1130, *Honorio 2*, P. R. electis, in ſchiſmate, *Gregorio*, Cardinali Diacono S. Angeli, ſub INNOCENTII 2 appellatione; & *Petro*, *Leonis Frangipani*, nobilis Romani, filio, cui ANACLETI 2 Nomen arriſerat; præviis Excommunicationibus mutuis, confugit *Innocentius* ad Imperatorem noſtrum, efflagitans auxilia; quo *Leodii*, an. 1131, ad audientiam admiſſo, *Modeſtè Inveſtituram Eccleſiaſticam, per Annullum & Baculum,* repetiit Imperator, cætera futurus ferendis auxiliis paratus. Caruiſſe vero negotiationem effectu, ex præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1131, pag. 121, & Tit. 5, in vita *Lotharii* Imp. v. 4, an. eod. pag. 564, liquet. Quid futurum fuiſſet, ſi diuturnior Principi contigiſſet vita? alia quæſtio eſt, quam *Otto Friſingenſ.* lib. 7 *Chron.* cap. 20, pag. 150, paucis abſolvit: *Plenus dierum obiit*, (Imperator) *futurus, niſi morte præventus foret, cujus virtute & induſtria, Corona Imperii ad priſtinam Dignitatem reduceretur &c.* Minimùm, ex antecedentibus & conſequen-

ſequentibus, multa conjicere licet. Faciunt hanc in rem, quæ *Hugo*, Præmonſtratenſis Ordinis Abbas, in vita *Northerti*, Anteceſſoris, poſteaque anno 1126, electi *Magdeburgenſis* Archi-Epiſcopi, cap. 40, apud *Surium*, 8 Junii, pag. 123, in fine, ſuppeditat: *Veniens Spiram*, (Northertus) *Saxones & Clericos Parthenopolis Civitatis, ex magna parte, ad eligendum Archi-Epiſcopum, coram Rege Lothario congregatos, invenit - - - cum illi hæſitarent, & è tribus optimum ſibi cuperent, digito latenter, ex adverſo latere innuit eis Primicerius Metenſis, Alberto, qui poſtea Trevirenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus fuit, ut virum Dei, Northertum, aſſumerent. Qui ſtatim porrectis manibus eum arripiunt, vocibus iteratis exclamantes: Hunc in Patrem noſtrum eligimus; Hunc Paſtorem noſtrum approbamus - - - ſimul atque raptus eſt, à Rege commendatus eſt, & ab omnibus aſtantibus approbatus &c.* Conf. *Albericus Monachus trium fontium*, ad h. a. pag. 251: *Electus eſt in Archi-Epiſcopum de Maideburc Dominus Norbertus, & ſtatim à Lothario inveſtitus &c. Chronicon Magdeburgicum*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.* in vita *Northerti*, p. m. 326; *Cranzius* lib. VI *Metropol.* cap. 12, pag. 149. *Conringius*, de *Republica*, Exercit. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, *t.* 59, pag. 430 & 431; Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, *t.* 123, pag. 120.

An. 1132, Reprobata in *Rhemenſi* Concilio, (an. 1131 celebrato) *Anacleti* electione, utpote cui, inter omnes eminens Præſules, *Bernhardus*, Clarævallenſis Abbas; Epiſtolis ejus, centiſſima vigeſima ſeptima, ad *Wilhelmum*, Pictavienſium Comitem; & ducenteſima quadrageſima ſecunda, ad Romanos datis, teſtibus, adverſabatur; rediit *Innocentius*, ex Gallia, in Italiam, tempore, quo Imperator *Conradum* Franconiæ Ducem, à Mediolanenſibus Regem Italiæ creatum, Longobardia pellebat. Vid. præced. Tit. V. in vita *Lotharii*, ad h. a. p. 564.

An. 1133, *Imperator, tranſcenſis Alpibus, celebrat Nativitatem S. Mariæ, in Werzeburch, habuitque glorioſum occurſum, ad Curiam ſuam, ex Principibus diverſarum Provinciarum, tam Eccleſiaſtici ordinis ſublimitate, quam & Seculari dignitate, præfulgentibus. Ibi confirmantur Electiones Epiſcoporum, Henrici Rotisbonenſis, & Walteri Auguſtenſis. Et quia Heinricus, Baſilienſis Epiſcopus, omnino degradatus fuit, Adalbero, Nienburgenſis Abbas, eidem, Canonica Electione Cleri & Populi, per Conſilium Imperatoris, ſucceſſit &c.* Hæc *Chronographus Saxo*, ad h. a. pag. 290.

An. eod. Sedi Romanæ reſtituit INNOCENTIUM II, & ab Eo coronatur. Vid. præced. Tit. V, §. 11, in Vita *Lotharii*, v. 4, ad h. a. pag. 564. Revertente ad Lares Cæſare, rediit *Anacletus* ad arma, *Roma* cuncta in tantum turbans, ut *Innocentius Piſas* ſecedere cogeretur; & licet, an. 1134, in Generali Concilio, iterata cenſura, *Anacletus* ibidem proſcriberetur, parum ſucci tamen inde hauſit *Innocentius*, *Rogerio* Siculo totis viribus cauſam ejus agente. Vid. *Baronius*, T. XII, ad h. a. p. 223.

An. eod. 1134: Mortuo *Norberto*, Magdeburgenſi Præſule, *Conradus*, *ejuſdem Eccleſiæ Canonicus, Ipſo Imperatore conſentiente, generali Electione Cleri & Populi, Archi-Epiſcopus conſtituitur &c.* Idem, ad h. a. pag. 290. *Chronicon Magdeb.* cit. in vita *Conradi*, p. 328. *Cranzius* l. c. cap. 22, p. 154.

An. eod. *Berthou*, *Fuldenſis Abbas, veneno vitam finivit, eique Conradus, ejuſdem Cœnobii Monachus, per conceſſionem Imperatoris, ſuccedit &c.* Ita *Chronographus Saxo* l. c.

An. 1137, Orta ſimultate, inter Imperatorem, & Papam *Innocentium*, circa conſtituendum Abbatem *Caſſinenſis* Monaſterii: *Rationibus Pontifex victus, Caſſinenſis Abbatis Electionem Fratribus; Ordinationem Lothario Imperatori & Succeſſoribus Ejus, conceſſit & confirmavit.* Sunt verba *Petri Diaconi*, quorum jam ſupra, l. c. pag. 566, memini.

Sub CONRADO III Imp.

An. 1138. Mortuo *Anacleto*, Pſeudo-Papa conabatur quidem *Rogerius* Siculus, *Gregorium* Cardinalem, ſub VICTORIS IV nomine, ei ſurrogare, paucis vero diebus poſt, *Victore*, cum tota Factione, *Innocentio 2* ſe ſubmittente ceſſavit ſchiſma. Vid. *Baronius*, T. XII, ad an. 1137, p. 254 &c. & an. 1138, p. 264 &c. Pacatis rebus, INNOCENTIUM II primum *Populo* libertatem ferendi, in eligendis Pontificibus, ſuffragii abrogaſſe, ex *Onuphrii* Notis, ad *Platinam*, in vita Ejus, p. m. 174 & 175, diſcimus. Conſ. *Gregorio Leti*, *Italia regnante* Part. I, lib. 4, p. 205; *Conring. de Republ.* Diſſ. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum* §. 56, p. m. 441, Dn. D. *Meyer*, Comment. de *Electione Pontificis*, cap. 4, §. 7, pag. 87 & 88. Vigore hujus Conſtitutionis, *Cœleſtinus 2*, *à ſolis Clericis*, electus fuit; pariter ac Ejus Succeſſores, ad *Alexandrum III* usque, qui an. 1179, ut ſub Friderico I dicam, id juris in ſolos tranſtulit Cardinales.

An. 1145, *Ultrajectenſis* Eccleſiæ Privilegia confirmando Princeps hic, non dubitavit ita loqui: *Jus eligendi & inſtituendi Epiſcopum in ipſa Eccleſia, ad*

ad Reges Romanos & Imperatores, pertinere dinoſcitur, & ab Anteceſſoribus Noſtris Regibus & Imperatoribus, usque ad Noſtra tempora, eſt devolutum & deductum &c. Vid. *Wilhelmus Heda, Hiſt. Epiſcop. Ultraject.* pag. 164.

An. 1151, Eundem, alia Conſtitutione, conceſſiſſe jus elegendi *Trajectenſis* Epiſcopi, *Præpoſito, Decano, ac capitulo Eccleſiæ S. Bonifacii, ejusdem loci, conjunctis;* ex eodem *Heda* diſcimus.

Sub FRIDERICO I, Imp.

Qua conſtantia, hic Princeps Jus proſpiciendi Eccleſiis Paſtoribus dignis, exercuerit, Romanique Pontificis conatibus ineptis iverit obviam, palam eſt. Illuſtrandæ rei gratia, nonnulla producam teſtimonia:

An. 1152, mortuo *Friderico,* Archi-Epiſcopo *Magdeburgenſi,* cum inter eligentes, de ſubſtituendo novo Paſtore, non conveniret, re ad Principem delata, *Wichmannum,* Zizenſem Epiſcopum, Eccleſiam hanc fuiſſe conſecutum, auctoritate *Ottonis Friſingenſis,* præced. Tit. V, in vita *Friderici I,* v. 4, ad h. a. pag. 576 probavi. Conf. *Albertus Crantzius,* lib. VI *Metrop.* cap. 35. pag. 161; Dn. *Ockel,* Tract. de *Palatio Regio,* §. 123, pag. 120 & 121.

An. eod. Conſecrante *Hartwico,* Præſule Hamburgenſi, *Vicelinum, Aldenburgenſem;* & *Emmehardum, Megapolitanum,* Epiſcopos, inſciis, *Henrico Leone,* Duce Saxoniæ, & *Adolpho,* Holſatiæ Comite, *accidit: ut amicitia, quæ erat inter Dominum Vicelinum, & Comitem noſtrum, deinceps turbata ſit - - - - tunc abiit Epiſcopus ad Ducem, rogaturus veniam, & ſusceptus eſt ab Eo, cum honore & reverentia. Et ait Dux ad Eum: Dignum quidem fuit, ô Epiſcope! ut vos nec ſalutarem, nec reciperem, eò, quod nomen iſtud Me inconſulto, ſuſceperitis. Ego enim hujus rei Moderator eſſe debueram, maximè in Terra, quam Patres mei, favente Deo, in Clypeo & gladio obtinuerunt, & mihi poſſidendam hæreditaverunt. Sed quia Sanctitas Veſtra dudum mihi comperta, Progenitores quoque Noſtri vos ab initio fidelem probaverunt, decrevi, jam noxæ hujus obliviſci promotionique veſtræ pleno favore concurrere, ſcilicet ea conditione: ſi Inveſtituram Epiſcopalem de manu mea recipere volueritis; hoc enim pacto, res veſtra proceſſum habere poterunt. Et viſum eſt Epiſcopo verbum illud durum, eò quod eſſet præter conſuetudinem; Epiſcopos enim inveſtire, ſolius Imperatoriæ Majeſtatis eſt. Quidam ergò Fidelium Ducis, Henricus de Witha, Vir Potens & Militaris, & amicus Epiſcopi, dixit ad eum: Facite, quod vobis utile eſt, & appropinquate Domino noſtro, & facite voluntatem ejus, ut ædificentur Eccleſiæ in Slavia, & dirigatur cultus Domus Dei in manibus veſtris; alioquin fruſtrabitur labor veſter, eò, quod nec Cæſar, nec Archi-Epiſcopus, poſſit juvare cauſam veſtram, Domino meo obnitente: Deus enim dedit ei Univerſam Terram hanc. Quid autem grande requirit à vobis Dominus meus, quod vobis aut illicitum ſit, aut verecundum? quin potius res facilis eſt, & conducens fructum magnum: Ut Dominus meus accipiat Virgulam, & det in manum Veſtram, pro ſigno Inveſtituræ, ſitisque de cætero familiaris Ducis, habentes honorem inter Gentes, ad quas ingrediemini convertendas. Rogavit ergò Epiſcopus, præberi ſibi inducias, ut deliberaret ſuper verbo hoc &c. - - - - abiit Bremam, conſulturus Archi-Epiſcopum & Clerum, ſuper verbo hoc, quod impoſuerat ei Dux. Qui omnes, una eademque ſententia, refragari cœperunt, dicentes - - - - in hoc negotio penſari decet: Qualiter Inveſtituræ Pontificum Imperatoriæ tantum Dignitati permiſſæ ſunt, quæ ſola excellens, & poſt Deum, in Filiis Hominum, præeminens, hunc honorem, non ſine fœnore multiplici, conquiſivit &c.* Hæc *Helmoldus,* lib. I *Chron. Slav.* cap. 69 (al. 70) p. m. 158 & 159. addens, l. c. cap. 70, §. 1, p. 163: *Vicelinus, Lunenburgi - - - - ſuſcepit Epiſcopatum, per Virgam, de manu Ducis &c.* Conf. *Albertus Stadenſ.* an. eod. p. m. 188, Hiſtoria *Archi-Epiſcoporum Bremenſium,* in vita *Hartwici* Archi-Epiſcopi, apud *Lindenbrogium,* p. m. 91; & *Chronicon Slavicum Lindenbrogii,* cap. 22, p. m. 197. *Albertus Crantius,* lib. VI *Metropol.* cap. 28, p. m. 158; Dn. *Schilterus,* Comment. *ad Jus Feud. Aleman.* cap. 42, §. 20, p. 253 & 254; Dn. *Oekel,* l. c. §. 7, pag. 6 & 7.

An. 1153, *Rex, in proximo Paſcha, Babenberg coronam geſtans, duos Cardinales, videlicet Bernardum Presbyterum, & Gregorium Diaconum, ad depoſitionem quorundam Epiſcoporum, ab Apoſtolica Sede depoſitionem quorundam Epiſcoporum, ab Apoſtolica Sede deſtinatos, ſecum habuit. Proximam dehinc Pentecoſten Vormatiæ faciens, Henricum, Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopum, Virum, pro diſtractione Eccleſiæ ſuæ, frequenter correptum, nec correctum, per eosdem Cardinales depoſuit, ac Arnaldum, Cancellarium ſuum, per quorundam ex Clero & Populo, qui illuc venerant, electionem, ei ſubrogavit, - - - - Iidem etiam Cardinales, permiſſu Principis, Burckardum Eiteſtenſem* (Eiſtetenſem) *ſenio gravem, de inutilitate cauſantes, itidem ſubmovere. Dumque poſt hæc in Magdeburgenſem, & quosdam alios, ſententiam ferre cogitarent, à Principe inhibiti, & ad propria redire juſſi ſunt &c.* Ita *Otto Friſingenſis,* lib. 2.

de *Geſtis Friderici I*, cap. 9, p. m. 451. Conf. *Baron.* T. XII, ad h. a. pag. 375, lit. D.

An. 1156, Extincto *Arnoldo Colonienſi* Archi-Epiſcopo, cognovit de ſchiſmate, inter *Gerhardum & Fridericum* electos. Vid. Præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 128.

An. 1157 & 1158, Docuit HADRIANUM IV. P. R. Num Imperium, *Beneficii Papalis* cenſu, habendum ſit? Vid. ſupr. l. c. ad an. 1157, p. 130, & Tit. V, §. 11, in vita *Friderici I*, v. 4, ad an. 1157 & 1158, pag. 578 ad 580.

An. 1159, Denegata *Ravennatenſium* Archi-Epiſcopo, *Guidoni*, à Cæſare conſtituto, Benedictione, orta deſuper, inter Aulam Principis, Romanamque Curiam, contentione, ſcribenti, inter alia, Pontifici: *Quid dicam, de Fidelitate B. Petro, & Nobis, à Te promiſſa, & jurata? quomodo eam obſerves? cum ab iis, qui Dii ſunt, & filii Excelſi omnes, Epiſcopis videlicet, Homagium requiris, Fidelitatem exigis, & manus eorum ſacratas manibus Tuis innectis &c.* juſtè reſpondit: *Ab iis, qui Dei ſunt per adoptionem, & Regalia Noſtra tenent, cur Homagium, & Regalia Sacramenta, non exigamus? cum Ille, Noſter & Veſter inſtitutor, ab Homine Rege nihil accipiens, ſed omnia bona omnibus conferens; qui, pro Se, & Petro, cenſum Cæſari perſolvit, & exemplum vobis dedit, ut ita faciatis, doceat vos, dicens: Diſcite à Me, qui mitis ſum, & humilis corde; Aut igitur Regalia noſtra nobis dimittant, aut, ſi hac utilia judicaverint, quæ Dei, Deo; quæ Cæſaris, Cæſari, perſolvant &c.* Vid. Appendix ad *Radewicum*, de *Geſtis Friderici I* Imp. apud *Urſiſium*, p. 562 & 563. *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 39, p. 819 & 840. Conf. præced. Tit. V, vita *Friderici I*, ad h. a. pag. 581.

An. 1160, Conflato, ex *Hadriani IV* obitu, ſchiſmate, auctoritatem ſuam interponens Princeps noſter, convocata *Papienſi* Synodo, in favorem *Octaviani*, Cardinalis Presbyteri Tit. *S. Cæciliæ*, cui VICTORIS III, vel IV, nomen placuit, pronunciavit ſententiam, contra Antagoniſtam ejus, *Rolandum*, Cardinalem Presbyterum Tit. S. Marci, ALEXANDRUM III appellatum. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 133 &c. & Tit. 5. in vita *Friderici I*, v. 4, ad an. 1159 & 1160, p. 581 & 582. Etiamſi Græcorum Imperator, *Manuel Commenus; Ludovicus VII*, Galliæ; *Alfonſus VIII*, Caſtellæ; *Ferdinandus II*, Legionis; *Henricus II*, Angliæ; *Waldemarus*, Daniæ; *Geyſa & Stephanus III*, Hungariæ; *Wilhelmus* Siciliæ; & *Balduinus*, Hieroſolymorum, Reges; nec non totus Ordo *Ciſtercienſis*, & *Carthuſianus &c.* cum *Alexandro* *flarent;* Vid. *Helmoldus*, lib. 1 *Chron. Slavici*, cap. 90, §. 2, p. m. 205; *Aimoinus* lib. V. de *Geſtis Francorum*, cap. 54, apud *Freherum* T. 2 *Rer. Francic.* p. 527; *Gaufredus, Chron. Voſienſi*, cap. 58, apud *Labbeum*, T. 2, *Biblioth. MS.* pag. 311; *Albertus Stadenſis* ad an. 1159; pag. m. 191; *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod. pag. 333; *Robertus de Monte*, ad an. 1161, p. m. 641. *Baronius*, T. XII, an. 1160, p. 490 &c.

An. eod. Largitur *Henrico Leoni*, Duci Saxoniæ, *Jus inveſtiendi Epiſcopos, Aldenburgicum, Megapolitanum & Razeburgicum;* Extat diploma apud *Maderum*, in *Antiquitatibus Brunſuicenſibus*, p. 121 & 122, inde huc ſpectant verba: *Dilecto Noſtro, Henrico, Duci Saxoniæ, injunximus, ut in Provincia ultra Albim, quam à Noſtra Munificentia tenet, Epiſcopatus & Eccleſias, ad dilatandum Chriſtiani nominis Imperium, inſtituat, plantet & ædificet - - - - ipſi, & omnibus, ſibi in hac Provincia ſucceſſuris, concedimus Inveſtituram trium Epiſcopatuum, Aldenburc, Michilenburc, Racezburc; ut: quicunque in locum Epiſcoporum, ibidem ſubrogandi ſunt, à manu ipſius, Quod REGII JURIS EST, tanquam à Noſtra, recipiant &c.* ſicut & *Geroldum, Aldenburgenſem, Evermodum, Razenburgenſem;* & *Beronem, Megapolitanum*, ab Eo inveſtitos, novimus. Vid. *Helmoldus*, lib. I, *Chron. Slav.* cap. 87 (al. 88) §. 10, 11 & 12, p. m. 202, *Chronographus Saxo*, ad an. 1160, peg. 306; *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. m. 191; *Chronicon Montis Sereni*, ad an. 1159, Edit. *Mader.* p. m. 31; *Chronicon Bigaugienſe*, an. eod. apud *Maderum*, p. 261; *Henricus Bodo*, de *Conſtructione Cœnobii Gandeſiani*, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. Germ.* pag. 505.

An. 1163, Tranſeunte ad *Alexandri III* P. R. caſtra *Conrado, Moguntino, Imperator, ira commotus, Chriſtianum nomine, Cancellarium ſuum, in Moguntina Eccleſia eligi fecit, & à ſuis Suffraganeis conſecrari &c.* Hæc *Romualdus, Salernitanus*, Præſul coævus, apud *Baronium* l. c. ad h. a. pag. 479. lit. E.

An. 1164, Ad plures abeunti *Victori IV*, P. R. ſurrogatum PASCHALEM III, in odium *Alexandri III*, confirmat, & in Sedem collocat Papalem. Vid. præced. Tit. V, in vita *Friderici I*, Imp. ad. an. 1164 & 1167, pag. 584.

An. 1166, in Comitiis *Herbipolenſibus*, denuo Eum confirmari curavit. Vid. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 135.

Anno 1170, Electionem CALIXTI III, mortuo *Paſchali* factam, itidem ratam habet. Vid. l. c. ad h. a. pag. 585.

Anno 1172, *Cum in Caſtro Luneburg poſitus eſſet*, (Hen-

Digitized by Google

(Henricus Leo, Dux Saxoniæ) *adierunt Eum Canonici Lubecenſes, rogantes, ut, Ejus providentia, idoneum in domo Dei diſpenſatorem haberent, dicentes: ſe omnes, unanimi conſenſu, in perſonam Domini Henrici, Abbatis de Brunſwig, conveniſſe, ut eum Eccleſiæ ſuæ præſentandum, omnimodis exorarent; ſi tamen hæc eorum petitio, vel deſignatio, Conſenſui Ejus non repugnaret. Quibus Ille reſpondit: Fateor, idoneam valde eſſe perſonam, & Virum prudentem, & Religioſum, & tritici Verbi Dei optimum erogatorem. Sed quia fidelitatem Viri & converſationis gratiam, expertam habemus, ideo præſentia ipſius in domo Noſtra Brunſchwig, non ſine gravi jactura, carere poſſumus. Ne tamen tantæ utilitati contraire videamur, & petitionem Veſtram juſtam, & rationabilem, vel leviter aſpernari, fiat Domini voluntas, & veſtra, Virumque Venerabilem, cum honore, ad Sedem Lubecanæ Eccleſiæ deducite, & ei omnem reverentiam & ſubjectionem exhibete . . . Et ita profectus, de Monaſterio B. Ægidii . . . . venit ad Ducem Luneburg, & accipiens ab Eo Inveſtituram Pontificalem, cum honore deductus Lubeke &c.* Hæc *Arnoldus Lubecenſ.* lib. 2 *Chron. Slav.* cap. 13, (al. 18) p. m. 259. Conf. *Schilter* l. c.

An. eod. Diethelmus, Baro à Krenckingen . . . . conſtituitur Abbas (Augiæ Divitis) *ab Imperatore, Friderico Barbaroſſa.* Ita *Bruſchius, de Monaſteriis German.* voc. *Augia dives*, p. 43.

An. 1177, *Calixto III* ultro juri ſuo renunciante conſentit tandem in Electionem *Alexandri III*, P. R. Vid. præc. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 137. Qui, in grati animi teſſeram ſcilicet, fœda Conſtitutione, an. 1179, in Generali Concilio Lateranenſi, promulgata, *Clerum* quoque, in tantum à Pontificum electionibus abegit, ut poſthac ſoli *Cardinales* id juris privativè ſibi vindicarent. Ergò, quod *Innocentius 2*, ſub *Conrado III*, inchoavit; *Alexander III*, ſub *Friderico I*, ad finem perduxit; à quo tempore, non niſi à *Cardinalibus* electi Pontifices. Offendis Canonem, in *Decretalibus Gregorii IX*, lib. I, Tit. VI, *De Electione, & Electi poteſtate*, cap. VI, *Licet de vitanda &c.* Conf. *Onuphrius*, Not. ad *Platinam*, in vita *Alexandri III*, p. m. 182; *Baronius*, Tom. XII Annal. ad an. 1179, p. 723, lit. B. *Conringius* de *Republica* Exercit. VII, De *Conſtitutione Epiſcoporum*, §. 65. p. m. 442. Dn. D. *Meyer*, Comment. de *Electione Pontificis*, cap. IV, §. 7, p. 87. Hac ratione jus Pontificis eligendi ſolis accrevit Cardinalibus.

An. 1185, vel, (ut *Bucelino*, part. 1 *German. Sacr.* in *Catalogo Archi-Epiſcoporum Trevirenſ.* p. m. 35, videtur,) 1188, mortuo *Arnoldo Trevirenſi, Metropolis Trevirenſis vacabat, in qua duo electi erant, Volcmarus, & Rhudolfus. Volcmarus quidem prior, à ſaniore parte, electus eſt; Rhudolfus verò poſterior, à parte infirmiori. Cumque ſchiſma inter eos eſſet, Volcmarus, quaſi de Canonica electione præſumens, ad Sedem Apoſtolicam appellavit; Rhudolfus verò, ad Imperatorem ſe tranſtulit. Imperator ergò audiens, quod factum fuerat, propter diſſenſionem electionis, Inveſtituram dedit Rudolfo; Apoſtolicus itaque affirmabat partem Volcmari, propter Canonicam Electionem . . . . Quod audiens Imperator, per ſuos, ei mandat, dicens: Quod ſi Volcmarum, contra ſuam voluntatem, ad ſummum ſacerdotium promovere voluerit, omnem familiaritatem inter eos perpetuò expiraſſe, certiſſimè ſciat &c.* Hæc *Arnoldus* l. c. lib. 3, cap. 10, p. m. 325 & 326; Conf. *Magnum Chronicon Belgicum*, apud *Piſtorium*, p. m. 201; Dn. *Schilter*, de *Libertate Eccleſiar. German.* lib. V, cap. V, §. 3 & 4, p. 665 ad 667; Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, §. VII, pag. 7.

An. eod. Dum Bertoldus, ad Sedem Bremenſem electus, ab Alexandro Papa (an. 1179) *fuiſſet depoſitus, venit ad Dominum Imperatorem pauper & exul. Quem Imperator miſeratus benignè ſuſcepit . . . dum poſtea vacaret Sedes Metenſis, cum ſummo honore, ipſum in ea ſublimavit &c.* Ita *Arnoldus* l. c. cap. 16, §. 9, pag. 334.

An. eod. Cum non benè Imperatori, cum recens electo Pontifice, *Urbano III*, conveniret; *Philippus* Colonienſis mediationem ſuam offerens, petiit ab Auguſto, ut juribus, ab obitu Præſulum, in Epiſcopatibus ſibi competentibus renunciaret; cui, teſte *Arnoldo* l. c. cap. 17, §. 5, pag. 335, Imperator ita reſpondit: *In veritate compertum habemus, quod Prædeceſſores Noſtri, Antiqui Imperatores, hoc Juris habuerunt: Ut defunctis Epiſcopis, Inveſtituram Pontificalem, ſine alicujus præjudicio, probatis perſonis liberrimè locaverint. Sed, quia hoc, ipſorum voluntate mutatum invenimus, ratum habemus. Hanc verò minimam ſcintillam Juris Noſtri, quam invenimus, nequaquam mutari permittimus. Sufficiat vobis juſtitia veſtra, quam inveniſtis, quod permittitur vobis Electio Epiſcoporum, quam vos Canonice fieri, dicitis. Sciatis tamen, quia, dum, pro voluntate Imperatoris, iſta diſpenſarentur, plures juſti ſunt inventi Sacerdotes, quam hoc tempore, dum, per Electionem, inthronizantur. Ipſi enim, ſecundum vitæ meritum, Sacerdotes inveſtiebant; nunc autem, per electionem, non ſecundum Deum, ſed ſecundum favorem, eliguntur.*

Domina Haziga, alibi Hayzka, eligitur ab Imperatore, Friderico Barbaroſſa, (Abbatiſſa Andlavienſis) ita *Bruſchius*, de *Monaſter. Germ.* voc. *Andlow*, p. 25.

Sub OTTONE IV Imp.

Hunc Principem juramento pariter, quod in conſecratione præſtiterat: *Bona & Dignitates Imperii ſe conſervaturum, Juraque diſperſa, pro poſſibilitate, revocaturum;* & cauſæ juſtitia, fuiſſe compulſum, ad contradicendum Transactioni *Henrico-Calixtinæ*, de an. 1122, propterea que multas Epiſcoporum Romanique Cleri inſidias, & perſecutiones, paſſum, ex Ejus Hiſtoria, præced. Tit. V, p. 600 &c. liquet.

Sub FRIDERICO II Imp.

Quanta, quæſo! non ſubiit mala Princeps hic, quod tanta animi præſentia, Juribus Imperii, quæ vel Romani Præſules, vel, ſub eorum auſpiciis, alii, injuſte uſurpaverant, conſulere voluerit? Seductus equidem *Innocentii III*, fallaciis, pernicioſam Reipublicæ *Auream Bullam*, de *Libertate Eccleſiaſtica*, an. 1213. edidit, ſtatuens, Art. 2: *Illum igitur volentes abolere abuſum, quem quidam Prædeceſſorum Noſtrorum exercuiſſe dignoſcuntur, Decretum in Electionibus Prælatorum concedimus, & ſancimus: Ut Electiones Prælatorum liberè & canonicè fiant, quatinus ille præficiatur Eccleſiæ viduatæ, quem totum Capitulum, vel major, vel ſanior pars ipſius duxerit eligendum, dummodò nihil deſit ei de Canonicis Inſtitutis &c.* Vid. *Goldaſtus* T. 1. *Conſtit. Imper.* p. 290; agnito tamen errore, damnoſum hoc ſcriptum, ab Eo poſtea fuiſſe revocatum, præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 67, monui; quamvis negari nequeat, hoc ſub palliolo, *Honorium III*, *Innocentii III*, ſucceſſorem, ignominioſo Interdicto, *Laicos*, in perpetuum ab Electionibus, abegiſſe, verb. *Edicto perpetuo prohibemus: NE PER LAICOS, cum Canonicis, Pontificis electio præſumatur. Quod ſi fortè præſumta fuerit, nullam obtineat firmitatem: Non obſtante contraria conſuetudine, quæ dici debet potius corruptela.* Vid. Lib. 1. *Decretal. Gregorii IX*, Tit. VI, de *Electione & Electi poteſtate*, cap. 56, *Meſſana*. Hæcque eſt Epocha tranſlati juris eligendi Præſules, in ſolos *Canonicos*, remoto inde *Chriſtiano Populo*, hujusque Capite, *Imperatore*. Quod nefas, & contra Veteris Eccleſiæ regulas & conſuetudinem, tot ſeculis probatam. Multa quidem tentavit *Fridericus* Cæſar, ut amiſſa recuperaret; Conatus autem Ejus fuere irriti, ex quo Germania terribili civili bello flagravit. Conf. ſupr. l. c. pag. 67 & 68; & Tit. V, Ejus vita, p. 609, ad an. 1221, & 1227, & p. 612, ad an. 1239; pag. 613, ad an. 1240 & ſeqq. Add. *Marſilius Patavinus*, part. 2, *Defenſoris Pacis*, c. 25, & *Cranzius* lib. VII, *Vandaliæ*, cap. 21, quorum verba, l. c. in vita *Ottonis IV*, ad an. 1210, p. 601, exhibui. Jam ſuo tempore, *Fridericum I*, de Epiſcoporum Electionibus in genere juſtas moviſſe querelas, ſub an. 1185. modò oſtendi; ſed ecce, quid *Cranzius*, de *Canonicis*, in ſpecie, ſentiat: *Admoneor* (inquit, lib. 3, *Metropol.* cap. 15, p. m. 68.) *hoc nomine, quod in Annalibus ubique lego, per Eccleſias vixiſſe Fratres, ordine utique Canonico, ſub Regula D. Auguſtini. Sed ubi abjectum eſt hoc nomen, ut erubeſcant deinde dici Fratres; hoc retinentes: Ut Canonici ſine regula, (quum Canon ſonet Regulam) & Domini, dici ament; fugit, cum hoc nomine, Fratris charitas, illi nomini cognata, & ſuccedit amor Excellentiæ propriæ, & contentio ſine fine &c.* Et lib. IV, c. 1, p. 89: *Unwanus, in Metropoli Hamburgenſi ſucceſſit Libentio .... Iſte Archi-Epiſcopus primus omnium Congregationes apud Eccleſias Cathedrales, aliasque, ad canonicam perduxit regulam: quæ antea quidem mixta ex Monachis & Canonicis, utraque converſatione turbata, degebat, non vigebat. Qua occaſione, Fratres licentius de clauſtro egreſſi, mulierum conſortia primò petebant abſconſe; inde in majorem diſſolutionem abierunt. Paulatim ergò deferveſcente in Clero Religione, apud Eccleſias, ex Monachis, Regulares Canonici, & ex his, Seculares, ut vocantur, Canonici, prodierunt. Quid autem ex hac deinceps reſolutione ſit oriturum, quis novit? interpretemur, oro, vocabulum. Si Canon eſt Regula; Canonici ſunt Regulares. Quid ergo fiet de Canonico Seculari? niſi ut Regularis ſit Irregularis; aut, ſi id malumus, Regularis ſine Regula? &c.* Quæ lib. VII, cap. 50, p. 197, repetit. Conf. *Conringius, de Republica*, Diſſ. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, c. 66, p. m. 444 &c. Diſputamus de Vocabulis; res nos devorat.

23. Quia tamen Pontifices ſic ſibi multum licere in Germania videbant, ſub variis prætextibus, & juſtitiæ coloribus, graviſſima onera Germanis impoſuerunt, & immenſæ pecuniæ ſummæ in Cameram ipſorum, quotidiè erant inferendæ; adeò, ut Imperii Principes & Status vehementer conqueſti fuerint: imò ipſi Imperatores iterum ſe opponere cœperint,

&

& anno 1447, inter *Fridericum III*, & *Nicolaum V*, Papam, *Concordata (a)* facta ſint. De collatione beneficiorum Eccleſiaſticorum, & Annatis, præter beneficia eccleſiaſtica, quæ ſibi ſoli Pontifex reſervabat, & quæ ab eo immediatè dependebant, circa alia ita convenit; *de cæteris verò dignitatibus & beneficiis quibuscunque, ſecularibus & regularibus, vacaturis, ultra reſervationes prædictas (majoribus dignitatibus, poſt Pontificiales, in cathedralibus & principalibus, in collegiatis Eccleſiis, exceptis: de quibus jure ordinario provideatur, per illos inferiores, ad quos aliàs pertinet:) placet etiam nobis, quod, per quamcunque aliam reſervationem, gratiam, expectativam, aut quamvis aliam diſpoſitionem, ſub quacunque verborum forma, per nos, vel authoritate noſtra, factam vel faciendam, non impediamus nos, quò minus de illis, cum vacabunt, in Februarii, Aprilis, Junii, Auguſti, Octobris & Decembris menſibus, liberè diſponatur, per illos, ad quos eorum collatio, proviſio, præſentatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio, pertinebit: reſervatione, aliave quavis diſpoſitione, authoritate noſtra factis, vel faciendis, non obſtantibus quibuscunque: quoties verò aliquod vacat beneficium, in Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris menſibus, ejus collatio dictæ ſedi competat.* Et hi menſes in Jure publico noſtro dicuntur *Menſes Papales*, *(b)* quia in his Papa habet Jus conferendi. De Annatis diſpoſitum; ut nec annatæ nimiæ, Eccleſiamque grauantes, nec de minoribus beneficiis, nec, ſi pluries beneficium intra annum vacaret, plus quam ſemel ſolvendæ fuerint.

NOTÆ.

(a) CONCORDATA &c. En rei ſummam! Erepto Imperatoribus, per Transactionem *Henrico-Calixtinam*, de an. 1122, quam præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 65, exhibui, Jure inveſtiendi Præſules, *per Annulum & Baculum*, variis artibus conata eſt Romana Curia omnem *Laicis* Jurisdictionem in Perſonas Eccleſiaſticas, abrogare, eosque à negotiis ſacris penitus abigere. Obſtante vero Imperatorum quorundam Fortitudine, id egit *Innocentius II*, circa an. 1138, ut poſthac Romani Pontifices non niſi à *Clero* eligerentur, *Populo* excluſo; vid. præced. §. 22, lit. h, ſub *Conrado III*, p. 1392. Operi inſiſtens *Alexander III*, nova Conſtitutione, an. 1179, facultatem hanc in ſolos *Cardinales* tranſcripſit, remoto inde vel ipſo Clero reliquo. Vid. l. c. ſub *Friderico I*, p. 1393 Ultra progreſſus *Honorius III*, pari aſtutia, eligendi jus Præſules alios, *Romani* juſſa excipientes, ſolis vindicavit *Canonicis*, nulla *Chriſtiani Populi*, per tot Secula, Paſtores ſuos ſeligentis, habita ratione. Vid. l. c. ſub *Friderico II*, p. 1396. Poſito hoc fundamento, ad nutum redactis Epiſcopis, liberè petulantiæ frænos Romani Antiſtites Imperatoribus, reliquisque Chriſtiani Orbis Regibus, injicere ſunt auſi. Quot, quæſo! non extans libelli, quibus, temerario conatu ſubditos à ſubjectionis & fidei juramentis, legitimo Domino præſtitis, liberos pronunciarunt, quoties id rei ſuæ commodum arbitrabantur? Qua nequitia, non aboleverunt Religioſorum Principum data Eccleſiis Privilegia? Quam tyrannidem non exercuerunt in Epiſcopos, contra ipſorum machinationes, Regibus fidos? Qua, ita dictarum, *Gratiarum*, & *Expectativarum*, de quibus multa *Marcus Antonius de Dominis*, de *Republica Eccleſiaſt.* lib. 9, cap. 8, §. 18 &c. p. 88 &c.) uſurpatione, non conſtituerunt poſtea ipſosmet Epiſcopos, & quidem, quod magis deplorandum, Homines plerumque ignotos, humilitati, faſtum; Religioni, vanitatem; ſanctitati, impietatem & immunditiam; charitati, avaritiam; manſuetudini, moroſitatem; lenitati, crudelitatem; ſtudiis, ignorantiam; laboribus, otium &c. præferentes; *Canonicis* deſuper ne quidem muſſitare auſis? Queis technis Loca ſacra non emunxerunt reditibus? Quo deſpectu non habuerunt Laicos univerſos? obviam quadantenus efferatæ huic dominandi libidini iturus, Galliarum Rex, *Ludovicus Sanctus*, edidit an. 1268, Menſe Martio, Pariſiis, annuente (ut *Spondano, Contin. Annal. Baron.* ad h. a. §. 9, pag. 233, videtur,) *Simone* Cardinali, *Clementis IV* Legato, in Aula Ipſius tunc degente, Conſtitutionem, PRAGMATICÆ SANCTIONIS vocabulo notam, de *Gallicanæ Eccleſiæ libertatibus*, cujus formulam Illuſt. Dn. *Leibnitio*, Tom. 2 *Cod. Diplom. Juris Gentium*, p. 157, debemus; inde huc faciunt:

Hoc Edicto conſultiſſimo, in perpetuum valituro, ſtatuimus & ordinamus:

(1) *Ut Eccleſiarum Regni Noſtri Prælati, Patroni,*

& Beneficiorum Collatores ordinarii, jus ſuum plenariè habeant, & unicuique ſua Juriſdictio ſervetur.

(2) *Eccleſiæ Cathedrales, & aliæ Regni Noſtri, liberas Electiones & earum effectum, integraliter habeant.*

(3) *Simoniæ crimen peſtiferum, Eccleſiam labe factans, à Regno noſtro penitus eliminandum volumus, & jubemus.*

(4) *Promotiones, collationes, proviſiones & diſpoſitiones Prælaturarum, dignitatum, & aliorum quorumcunque beneficiorum & officiorum Eccleſiaſticorum Regni noſtri, ſecundum diſpoſitionem, ordinationem, & determinationem Juris communis, ſacrorum Conciliorum Eccleſiæ Dei, atque inſtitutorum antiquorum SS. Patrum, fieri volumus, & ordinamus.*

(5) *Exactiones & onera graviſſima pecuniarum, per Curiam Romanam Eccleſiæ Regni Noſtri impoſitas, vel impoſita, quibus Regnum Noſtrum miſerabiliter depauperatum extitit; ſive etiam imponendas, vel imponenda, levari aut colligi nullatenus volumus: niſi duntaxat pro rationabili, pia & urgentiſſima cauſa, & inevitabili neceſſitate, ac de ſpontaneo & expreſſo conſenſu Noſtro, & ipſius Eccleſiæ Regni Noſtri.*

(6) *Libertatem, Franchiſias, immunitates, prærogativas, jura & privilegia, per, inclitæ recordationis, Francorum Reges, Prædeceſſores noſtros, & ſucceſſivè per Nos, Eccleſiis, Monaſteriis, atque locis piis, Religioſis, nec non Perſonis Eccleſiaſticis Regni Noſtri, conceſſas & conceſſa, innovamus, laudamus, approbamus, & confirmamus, per præſentes &c.*

Infringere quidem conatus eſt *Bonifacius VIII*, *Pragmaticam* hanc, literis teſtibus ad *Philippum Pulchrum*, Galliarum Regem, ineunte Sec. XIV datis, apud *Goldaſtum*, T. 2 *Monarchiæ*, pag. 95, verb: *Beneficiorum & Præbendarum ad Te collatio nulla ſpectat, & ſi aliquorum vacantium cuſtodiam habeas, uſumfructum eorum ſucceſſoribus reſerves. Et ſi quæ contuliſti, collationem hujusmodi irritam decrevimus &c.* Sed, ecce, quid ad eas Rex: *Sciat Tua Maxima Fatuitas - - - aliquarum Eccleſiarum & Præbendarum vacantium collationem, ad Nos, Jure Regio, pertinere, & fructus earum noſtras facere. Collationes, à Nobis factas, & faciendas, fore validas, in præteritum & futurum &c.* Vid. l. c. p. 96; & præc. Procem. §. 16, lit. d, p. 21. Succeſſoribus ejus, in primis: *Clemente V*, *Johanne XXII*, *Urbano V*, *Bonifacio IX*, non aliter procedentibus in Germania, lugebant Eccleſiæ malum, vel ipſi Principes, *Henricus II*, *Ludovicus V*, & *Carolus IV* Imperatores, aliique viri cordati; aſt ſine remedio. Vid. *Henricus Rebdorf. Annal.* ad an. 1316, pag. m. 419, & an. 1326 & 1330, pag. 420. *Tritbemius, Chron. Hirſaug.* ad an. 1363; *Cranzius*, lib. X, *Metropol.* c. 47, pag. 291; lib. XI, cap. 13, pag. 300, & paſſim alibi. Quibus ita ſe habentibus,

Sigismundus Imperator; univerſam Eccleſiam ab intolerabili ſervitutis jugo, & nævorum, quibus, in Capite & membris, erat maculata, colluvie, liberare ſtuduit celebrato hunc in finem *Conſtantienſi* Concilio, cujus ſummam præced. Tit. V, in vita *Sigismundi*, pag. 690 &c. recenſui. Inter alia, eum, exhibitis prius, de *Reſervationibus Apoſtolicis, & Beneficiorum collatione*, *Aviſamentis*, (apud *Flacium*, in *Catalogo teſtium veritatis*, p. m. 451 &c. & *Goldaſtum* Tom. 1 *Conſtit. Imperial.* pag. 391 &c. ad an. 1416, occurrentibus,) Seſſione XL, 30 Octobr. 1417, futurum Pontificem, antequam Concilium diſſolveretur, Eccleſiam, in Capite & Membris, reformare teneri, definiretur; *Martinus V* verò, 11 Nov. ejusdem Anni, in Concilio electus, executionem, ob cauſas, à *Gobelino Perſona*, ætat. VI *Coſmodromii*, cap. 96, apud *Meibomium* T. 1 *Rer. German.* pag. 345; *Theodorico Engelhuſio*, in Chronico, apud *Maderum*, p. m. 298 & 299; & *Platina*, in vita *Martini V*, p. m. 261, prolatas, in aliud tempus differret; aliquo modo *Nationi Germanicæ* ſatisfacturus Pontifex, iniit cum ea, in quinque Annos, certam, de *Eccleſiæ Univerſalis adminiſtratione*, *Concordiam*, anno Pontificatus ſui primo, quam, ſub ſigillo, *Johannes*, Cardinalis Oſtienſis, Romanæque Eccleſiæ Vice-Cancellarius, *Conſtantiæ*, 3 Maji, Metropolitanæ *Magdeburgenſi* Eccleſiæ communicavit, formulam ſubminiſtraute Illuſtri Du. *Leibnitio* l. c. Tom. 1, §. 155, p. 384, &c. Cautum ibi:

(1) Cardinales, numerum XXIV excedere non debere; niſi quod, pro honore Nationum, unus alterque adhuc addatur, qui omnes tamen, ſcientia, moribus & rerum experientia, ſint Excellentes Theologiæ, Juris Canonici, vel Civilis, Doctores, *præter admodum paucos, de ſtirpe Regia, Ducali, aut magni alicujus Principis, oriundos, in quibus competens literatura ſufficiat.*

(2) In Eccleſiis Cathedralibus & Monaſteriis, Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjectis, inſtituendas electiones canonicas, factasque ad Apoſtolicam ſedem deferendas, ab eaque confirmandas; Sin minus canonicè fiant, aut infra tempus, in Conſtitutione *Nicolai III*, quæ incipit: *Cupientes*, definitum, non præſententur, Eccleſiis à Papa providendum.

(3) In reliquis Monaſteriis, Apoſtolicæ Sedi immediatè non ſubjectis, nec *Romam* eundem, nec confirmationem Romani Antiſtitis expectandam.

(4) De ſolis Monaſteriis Monialium exemptis, Papam diſponere poſſe, & quidem per commiſſionem in partibus.

(5) Pontificem Beneficia Eccleſiaſtica; alternis duntaxat vicibus, cum legitimis collatoribus, diſtributurum.

(6) Niſi

Digitized by Google

(6) Niſi ſpatio trimeſtri, à die notæ vacationis, Papa vacans Beneficium, contulerit, diſpoſitionem ejus ordinario proviſori vindicandam.

(7) In Metropolitanis & Cathedralibus Eccleſiis *Nationis Germanicæ*, Sextam Canonicatuum & Præbendarum partem, Doctoribus, Licentiatis, Artiumque liberalium Magiſtris, aſſervandam.

(8) Eccleſias Parochiales, in quibus duo communicantium millia numerentur, ſolis itidem Doctoribus, vel Licentiatis, Theologiæ, Jurisve Canonici vel Civilis, aut Baccalaureis Theologiæ, committendas.

(9) Negotium *Annatarum* examini Commiſſariorum ſubjiciendum; ut taxæ fiant juſtæ.

(10) Nullas cauſas *Romam* devolvendas, niſi quæ natura ſua, & jure, ibi ventilandæ.

(11) *Simonia* crimen omninò proſcribendum;

(12) Quamdiu excommunicati publicè tales non denuncientur, fideles eorum commerciis, & ſodalitate, vitandis, non obſtringi.

(13) Abſtinendum *Indulgentiarum* effuſione, ne vileſcant &c. Convocanda Synodo *Baſileenſi* denuò mota quæſtio, de *Gravaminibus Germanorum abolendis*, quæ vulgò *Aviſamenta Moguntina* nuncupantur, legique poſſunt apud *Flacium* l. c. pag. 458 &c. eminente, inter ea, ſequenti: *In primis ſiquidem caſſet*, (Papa) *annullet, & irritet, omnes & ſingulas reſervationes, tam generales, quam ſpeciales, ſive particulares, Eccleſiarum Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, & Monaſteriorum, Dignitatum & Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque, quibus, pro electione, provideri conſuevit, ſive per Extravagantes Ad Regimen* Benedicti XIII, cujus *Sixtus* IV, lib. 1 *Extravagantium communium*, Tit. IX, de *Treuga & Pace*, c. 1, *Ad Univerſalis Eccleſiæ Regimen &c.* meminit,) *& Execrabilis* (Johannis XXII, vid. *Extravagantes* Ejus, Tit. 3, de *Præbendis & Dignitatibus*; cap. un. *Execrabilis*,) *aut, per regulas Cancellariæ, ſeu quaſcunque alias Conſtitutiones, aut Ordinationes, introducta ſint, reſervationibus in corpore Juris clauſis duntaxat exceptis; & quod hujusmodi Beneficia in corpore Juris clauſa, Romanus Pontifex, infra unius menſis ſpatium, ab ipſius vacationis notitia computandum, conferre teneatur; deinde is, cui collatio facta fuerit, eam infra tres menſes continuos ordinariè teneatur inſinuare &c.* Ipſius Concilii, Seſſ. VIII, id eſt, 15. Kal. Januar. 1432, placuit: *Eugenium IV* Pontificem Beneficia Concilio adhæreſcentium nec aliis validè conſerre, nec nova Eccleſiæ onera, titulo quolibet, imponere poſſe; factis ab Eo in contrarium infeudationibus, alienationibus, &c. omni robore deſtitutis. Vid. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 17, pag. 816. Seſſione XII, 13 Julii, 1433, promulgatum Decretum: de legitimis Electionibus & confirmationibus Epiſcoporum, aliorumque Prælatorum, absque ullis reſervationibus, & juxta Sanctiones Eccleſiaſticas, circa ætatem, doctrinam, mores; annexo, pro hujusmodi rebus, à Papa, vel quovis alio, vel minimum exigendi, Interdicto; prohibitis inſuper *Annatis*. Vid. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 20. pag. 823. Seſſ. XXI, 9 Junii, 1435, rurſus prohibitum, ne quis, cujuscunque conditionis vel ſtatus ſit, pro Confirmatione Electionum, ſeu admiſſionum, proviſione, collatione, inſtitutione, inveſtitura, Benedictione, Pallio, ante vel poſt, ratione literarum, ſigilli, *Annatarum*, Primorum fructuum, ſervitiorum &c. quocunque ſub prætextu, conſuetudine, privilegio, ſtatuto &c. poſthac aliquid exigat, ſolo competente ſalario, pro labore, ſcribis, Abbreviatoribus & literarum Regiſtratoribus, ſolvendo. Vid. *Spondanus*, h. a. §. 11, p. 835. An. 1438, 24 Jan. Seſſ. XXXI, ſtatutum: Nullas à Papa *Beneficiorum* collationes, expectativas, reſervationes, gratias &c. concedendas; ad vacatura, doctos & literatos legitimè vocandos; Pontificem, ob contumaciam, pro ſuſpenſo habendum. Vid. *Flacius*, l. c. pag. 477; *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 1, pag. 847. Spectat huc Synodalis Bulla: de *Suſpenſione Papæ Romani à Paſtorali officio, propter lupinam tyrannidem*, ad Electorale Collegium, apud *Goldaſtum* Tom. 3. *Conſtit. Imp.* p. 455; nec non Reſcriptum, *de non impedienda Eccleſiæ Reformatione in Capite & Membris*, dat. 16 Cal. Febr. an. eod. l. c. pag. 456. Quo ipſo anno, *Carolus VII*, Galliarum Rex, novam edendo *Sanctionem Pragmaticam*, *Baſileenſis*, Concilii Decreta ſolemniter approbavit, *Hiſtoria Patriarcharum Bituricenſium*, in vita *Henrici Lavanguordi*, cap. 86, teſte, apud *Labbeum*, T. 2 *Bibliothecæ* MS. pag. 233: *Decimo octavo anno Pontificatus ipſius, eo præſente, celebris Principum & Prælatorum Conventus Bituris eſt habitus, in quo Rex Carolus VII, Sanctiones atque Decreta Concilii Baſilienſis complexus, ea, in Parlamenti Senatu, promulgari mandavit, Anno Chriſtianæ pietatis, Quadringenteſimo Trigeſimo Octavo, ſupra mille, Nonis Julii &c.* Galliam quoque dogmata hæc firmiſſime, ad ætatem usque *Leonis X*, (qui *Franciſcum I*, Regem, an. 1516, ad abolendam *Pragmaticam*, ineundaque *Concordata*, quibus *Proviſio Prælaturarum* Conſiſtorio Romano attributa, una cum *Annatarum* Jure, ad ſuſtentationem Cardinalium; *Nominatio* vero Regi ceſſit; Bononiæ ſeduxit. Tenor eorum eſt apud Ill. Dn. *Leibnizium*, Tom. 2. *Cod. Jur. Diplom. Gent.* p. m. 161 ad 180. Addendæ tamen *Remonſtrances de la Cour de Parlement, au Roy François I, contenans les raiſons, qui ont meu la dite Cour de ne publier le Concordat*: ibid. in Mantiſſa, §. 53, pag. 335 &c. nec non: *Secondes Remonſtrances de la Cour de Parlement au Roy, contre le Concordat, fait avec le Pape Leon X*, l. c. pag. 356 &c. & *Appellatio Univerſitatis Pariſienſis, pro Electionum & Juris communis defenſione, adverſus Concordata Bononienſia*, de an. 1517, 27 Mart. l. c.

pag.

pag. 358 &c. &c.) nullis Pontificum technis deluſam, propugnaſſe, ex *Franciſco Duareno*, lib. V, de *Sacris Eccleſiæ Miniſteriis*, cap. XI; *Marco Antonio de Dominis* lib. 3, cap. 12, & lib. 9, cap. 8 & 9; *Puteani* libello ſingulari, animadvertit *Conringius*, de *Republ.* Exercit. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum*, §. 82, pag. 468. Multi ex *Germanis*, utut reliqua Concilii Acta probantes, publicata 25 Junii, 1439, Seſſ. XXXIV, in *Eugenium*, depoſitionis ſententia, cujus præced. Tit. V, in vita *Sigismundi*, v. 4, pag. 696, Seſſ. XXXIV, memini; ſurrogatoque in ejus locum Seſſ. XXXVIII, Non. Novemb. an. eod. *Felice V*, Electione 15 Cal. Decemb. Seſſ. XXXIX, ſolenni Decreto, quod ap. Dn. de *Leibnitz*, part. 1. *Cod. Diplom. Jur. Gent.* §. 145, p. 367 &c. offendis, confirmata, neutrarum partium eſſe, cœperunt, nec *Eugenii*, nec *Felicis*, juſſa excipientes; conflata hinc *Neutralitatis* Factione. Perquam moleſtum id erat Romanæ Curiæ, præſertim, Imperatore ipſo *Friderico*, in *Eugenium* proniore. Acceſſit *Ferrarienſe* Concilium, ex mandato *Eugenii*, an. 1438, 8 Januar. à *Nicolao Albergato*, Cardinali Presbytero S. Crucis, inchoatum, cujus Seſſ. 2, 15 Febr. 1438, irrita ſunt pronunciata omnia *Baſileenſium*, adverſus *Eugenium*, emiſſa decreta. Vid. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 7, pag. 849. an. 1439, tranſlato *Ferraria* Concilio *Florentiam*, confirmata *Eugenii* auctoritas, ab Orientalibus quoque, ibidem exiſtentibus, pro vero Pontifice habiti; quam in rem Ejus Bulla, *de Unione Eccleſiarum Latinæ & Græcæ*, an. 1439, apud *Cherubinum*, Tom. 1. *Magni Bullarii Romani*, pag. 355, extat. Seſſione inſuper XXVIII, 10 Cal. Aprilis, 1440, diris devoverunt Patres *Felicem V*, Patronosque ejus, & aſſeclas, niſi intra 50 dies reſipiſcerent. Vid. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 5, p. 881, An. 1442, 6 Cal. Maji, Seſſ. XXX, tranſtulit *Eugenius* Synodum *Florentia Romam*; Vid. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 1, p. 896; quamvis an. demum 1443, 28 Sept. *Romam* ingrederetur. Miſit eò Imperator *Æneam Sylvium*, ſibi à Secretis, qui *Eugenio* publicè diceret, Se, & Germanos omnes, in humanis divinisque Ei obtemperaturos, ſublata *Neutralitate*, ad quam tollendam, ipſemet *Romæ*, erat delegatus; Vid. *Platina*, in vita *Nicolai V*, p. 281; Ad inſtantiam quoque Imperatoris, conceſſit *Eugenius*, ſub dato *Romæ*, 1446, Non. Febr. ut *Baſilienſis* Concilii Decreta, ab *Alberto* Rege acceptata, ad futuram usque modificationem, in Germania obſervarentur. Suppeditat Diploma Ill. Dn. *Leibnitius* l. c. §. 156, p. 391; exhibens ſimul, §. 157, p. 392, Bullam Ejusdem Papæ *ſuper diverſis Indultis, diſpenſationibus ac conceſſionibus, Friderico Imp. & Principibus Germaniæ, qui à Neutralitate receſſerant, Eique obedientiam præſtiterant*, veluti: *Theodorico* Moguntino, *Friderico* Brandenburgico, Electoribus, *Friderico* Magdeburgenſi, *Friderico* Saltzburgenſi, & *Gerhardo* Bremenſi, Archi-Epiſcopis, aliisque Principibus & Prælatis eorum exemplum ſecutis, 7 Id. Febr. an. eod. datis. Non multo poſt, 7 Cal. Mart. an. eod. ad plures abeunte *Eugenio*, evectoque in Romanam Sedem *Nicolao V*, continuatum ſchiſma; quo durante, ut Imperatorem, *Germaniæque* Principes, faventes ſibi redderet, ablegavit in *Germaniam* novus Pontifex, *Johannem*, Cardinalem *S. Angeli*, Legatum à Latere, qui 17 Febr. Anno Nativitatis Domini, 1448, certa *Concordata*, ſeu *Modificationem Decretorum Baſilienſis Concilii*, cum *Friderico* Imperatore, conſenſu multorum, S. R. J. Electorum, & Principum aliorum, accedente, pro *Natione Germanica*, iniit, formulam ſuppeditante Ill. Dn. *Leibnitio* l. c. §. 158, p. 396 &c. quam deinceps præfatus Papa, *Nicolaus V*, ſolemni Bulla, ratam habuit; ubi notandum (1) Hanc ipſam Confirmationis Bullam, vulgari ſtylo, *Concordatorum* nomine, venire; (2) Exemplar, quod Ill. *Andlerus*, in *Corpore Conſtitutionum Imperialium* voc: *Päbſtliche Concordata*, p. m. 994, ex *Regiſtro Bullarum Nicolai V*, lib. 2, *Secretorum*, fol. 203, deſumpſit, Dn. *Schilterus*, quoque, in *Succinctis Animadverſionibus ad Concordata*, *Inſtitutionibus Canonicis*, una cum *Franciſco Duareno* de *Sacris Eccleſiæ Miniſteriis ac Beneficiis*, annexis; nec non Dn. *Cortrejus* Tom. 1. *Corporis Juris Publici S. R. J. Germanici*, Part. VI, typis vulgarunt, ita ſubſcriptum eſſe: *Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo, Quadringenteſimo Quadrageſimo* (quod poſterius vocabulum Cortrejus omittit) *Octavo, Decimo quarto Kalend. Aprilis, Pontificatus Noſtri* (Nicolai V) *Anno Secundo.* Illud vero, quod apud *Cherubinum* l. c. pag. 374; *Goldaſtum* Tom. I. *Conſtit. Imper.* p. 408; *Limnæum* ad *Capitulationem Caroli V*, Manuſſ. VI, p. 395, alioſque, reperimus, ita: *Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo, Quadringenteſimo, Quadrageſimo Septimo, Kal. April. Anno Pontificatus Noſtri Anno Secundo.* Quæ lectio mendoſa. Ecce ſummam!

(1) *Per* Pontificis Romani *diligentiæ ſtudium, ad quarumlibet Eccleſiarum, & Monaſteriorum, regimina, & alia Beneficia Eccleſiaſtica, - - - Viri aſſumantur idonei, qui præſint & proſint committendis eis Eccleſiis, Monaſteriis, Beneficiis prælibatis,*

(2) *Omnes Patriarchales, Archi-Epiſcopales, & Epiſcopales Eccleſias, & etiam Monaſteria, Prioratus, dignitates, perſonatus, & Officia, nec non Canonicatus, Præbendas & Eccleſias, cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, vel ſine cura, ſecularia, & regularia, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiamſi ad illa perſonæ conſueverint, ſeu debuerint,*

bueſrint, per Electionem, ſeu quemvis alium modum, aſſumi, apud Sedem Apoſtolicam quocunque modo vacantia, & inpoſterum vacatura. -- plena, ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, cum Fratribus ſuis (Cardinalibus) *collatione prababita, & matura deliberatione ſecuta, ordinationi, diſpoſitioni, ac proviſioni noſtræ, de ipſorum Fratrum conſilio, autoritate Apoſtolica,* ſibi reſervat Papa.

(3) *In Metropolitanis & Cathedralibus etiam immediatè non ſubjectis Eccleſiis, & Monaſteriis immediatè ſubjectis Sedi Apoſtolicæ, fiant Electiones canonicæ, quæ ad dictam Sedem deferantur; quas etiam, ad tempus, Conſtitutione Nicolai Papæ III, quæ incipit: Cupientes; expectabit Pontifex, &, elapſo dicto tempore, ſi non præſentatæ; vel, ſi præſentatæ, minus canonicæ, fuerint, providebit; &, ſi Canonicæ fuerint, eas confirmabit; niſi, ex rationabili, & evidenti cauſa ac de dictorum Fratrum conſilio, de digniori & utiliori perſona duxerit providendum.*

(4) *In Monaſteriis, quæ non ſunt immediatè ſubjecta Sedi Apoſtolicæ, nec non in aliis Beneficiis regularibus, ſuper quibus, pro confirmatione, ſeu proviſione, non conſuevit haberi recurſus ad Sedem Apoſtolicam, non teneantur venire Electi, ſeu illi, quibus providendum eſt, ad Curiam, ad habendum Confirmationem, ſeu proviſionem; nec etiam dicta Beneficia regularia cadant in gratiis expectativis. Ubi autem in Monaſteriis ad Curiam Romanam venire, ſeu mittere, conſueverunt, ibi Papa aliter non confirmet, ſeu provideat, quam ſuperius de Cathedralibus Eccleſiis eſt expreſſum.*

(5) *De Monaſteriis Monialium Papa non diſponat, niſi ſint exempta, & tunc, per commiſſionem in partibus.*

(6) *De cæteris dignitatibus & Beneficiis quibuscunque, ſecularibus & regularibus, vacaturis, ultra reſervationes prædictas (majoribus dignitatibus, poſt Pontificales, in Cathedralibus, & principalibus, in Collegiatis Eccleſiis exceptis, de quibus jure ordinario provideatur, per illos inferiores, ad quos alias pertinet) - - - cum vacabunt, de Februarii, Aprilis, Junii, Auguſti, Octobris & Decembris menſibus, liberè diſponatur per illos, ad quos eorum collatio, proviſio, præſentatio, Electio ſeu quævis alia diſpoſitio, pertinebit: reſervatione, aliave quavis diſpoſitione, autoritate Papali factis, vel faciendis, non obſtantibus quibuscunque. Quotiens vero, aliquo vacante Beneficio, in Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris & Novembris menſibus, ſpecialiter diſpoſitioni dictæ Sedis reſervatis, non apparuerit infra tres menſes, à die notæ vacationis, in loco Beneficii, quod alicui de illo, Apoſtolica autoritate, proviſum fuerit, ex tunc, & non antea, ordinarius, vel alius, ad quem illius diſpoſitio pertinebit, de illo libere diſponat.*

(7) *Ad finem, ut hæc ordinatio collationis Beneficiorum non reſervatorum, per alternos menſes, poſſit per Nationem publicari, & omnes, qui ipſa gaudere voluerint, tempus congruum habeant eandem acceptandi, tunc, quoad Apoſtolicam Sedem, in Kalendis Junii Proximè futuris, ipſa currere incipiet, durabitque deinceps, niſi in futuro Concilio, de conſenſu Nationis, aliter fuerit ordinatum.*

(8) *Circa Proviſionem Apoſtolicæ Sedi ordinandam, modus Annatarum, hoc modo currat: De Eccleſiis Cathedralibus omnibus, & Monaſteriis Virorum duntaxat, vacantibus & vacaturis, ſolventur, pro fructibus primi anni, à die vacationis, ſummæ pecuniarum, in libris Cameræ Apoſtolicæ taxatæ, quæ Communia ſervitia nuncupantur. Si quæ vero exceſſivè taxatæ ſunt, juſtè retaxentur, & provideatur ſpecialiter in gravatis regionibus, ſecundum qualitatem rerum, temporum & Regionum, ne nimium prægraventur: ad quod Papa petentibus dabit Commiſſarios in partibus, qui diligenter inquirant & retaxent. Taxæ autem prædictæ pro media parte infra annum, à die habitæ poſſeſſionis pacificæ, totius vel majoris partis, ſolvantur; & pro media parte, infra ſequentem annum. Et, ſi infra annum bis, vel pluries, vacaverint, ſemel tantum ſolvetur; nec debitum hujusmodi in ſucceſſionem, in Eccleſia vel Monaſterio, tranſeat. De cæteris dignitatibus perſonalibus, officiis & Beneficiis ſecularibus quibuscunque & regularibus, quæ, auctoritate Sedis Apoſtolicæ conferentur, vel de quibus providebitur, (præterquam vigore gratiarum expectativarum, aut cauſa permutationis) ſolvantur Annatæ, ſeu medii fructus, juxta taxam ſolitam, à tempore poſſeſſionis, infra Annum; & debitum hujusmodi in ſucceſſorem in Beneficio non tranſeat. De Beneficiis verò, quæ valorem 24 florenorum (auri) de Camera non excedunt, nihil ſolvatur &c.*

(9) Reliqua, per *Eugenium IV, Nationi Germanicæ* conceſſa & indulta, in quantum Concordiæ huic non contrarientur, ad tempus usque futuri Concilii, valeant.

Hæcque ſunt illa Pacta, quorum intuitu *Fridericus Imperator, inſtante Pontifice, Felicem compulit, ut ſe Pontificatu* (Lauſannenſi in Concilio, an. 1449, 7 Id. April) *abdicaret;* ut cum *Platina* in vita *Nicolai V*, p. m. 284, loquar; qua de abdicatione, *Magnum* quoque *Chronicon Belgicum*, pag. 373 & 380, *Muſius*, lib. 28. *Chron.* pag. 291; *Wernerus Rolewinckius, Faſcic. Tempor.* ætat. 6, p. 88; *Compilatio Chronologica* apud *Piſtorium*, ad an. 1449, p. 750; *Nauclerus*, Vol. 2. *Generat.* 49, p. 1074; *Crantzius*, lib. XI. *Saxon.* cap. 30, *Spondanus* l. c. ad an. 1449, § 2, p. 8, aliique, evolvendi; ipſam *abdicationis* formulam producente Ill. Dn. *Leibnitio* l. c. §. 152, pag. 379 &c. per quæ etiam, Imperatorem dimidiam, ſi non majorem, Majeſtatis partem amiſiſſe, *Wolfius*, Cent. XVI *Lectionum memorabilium*, p. 624, & Dn. *Matthias Daniel Laurens*, in Diſſ. Inaugur. de *Jure Papali Principum Evangelicorum*, Præſide Ill. Dn. *Strykio*, 26 Jun. 1694, Halæ-Saxonum habita, Annoque 1697, denuo reviſa & locupletata, cap. 1, *ſ*. 3. p. m. 8. queruntur. Mentio quidem fit, in eorum Prooemio

œmio, Nationis Germanicæ, verb: In Nomine Domini, Amen. Anno à Nativitate Ejuſdem 1448, die 17 menſis Febr. Sanctiſſimum in Chriſto Patrem, ac Dominum Noſtrum, Dn. Nicolaum, divina Providentia Papam V, Apoſtolicamque Sedem, ac NATIONEM ALAMANICAM, Sanctiſſimi Domini Noſtri & ſedis, eorundem nominibus, per Rever. in Chriſto Patrem ac Dominum, Dn. Johannem, SS. R. Eccl. Cardinalem Legatum AD NATIONEM GERMANICAM, de Latere miſſum, plena in ea parte, auctoritate & poteſtate munitum, &, PRO IPSA NATIONE ALAMANICA, per Glorioſiſſ. Principem, ac Dominum Noſtrum, Dn. Fridericum, Romanorum Regem, Semper Auguſtum &c. plurimorum Sacri Romani, Imperii Electorum, aliorumque ejuſdem Nationis, tam Eccleſiaſticorum, quam Secularium Principum, conſenſibus accedentibus, concluſa, laudata & acceptata ſunt concordata ſubſcripta &c. (In Procœmio Nicolai V, Bullæ confirmatoriæ horum Pactorum, dicitur: Cariſſimus in Chriſto Filius Noſter, Fredericus, Romanorum Rex illuſtris, & nonnulli alii dilecti Filii, Eccleſiaſtici & Seculares Principes, Inclytæ NATIONIS GERMANICÆ, ex una; ac dilectus Filius Noſter, Joannes, S. Angeli Diaconus Cardinalis, in partibus illis Apoſtolicæ Sedis de Latere Legatus, per Nos, ad dictas partes miſſus, ſufficienti deſuper, à Nobis, & Sede Apoſtolica, autoritate ſuffultus, ex alia, partibus; Romanæ Eccleſiæ, & DICTÆ NATIONIS NOMINE, pro ipſius Eccleſiæ Unione, pace & tranquillitate inter Eccleſiam & NATIONEM PRÆDICTAM, perpetuo ſolidandis & conſervandis, diverſa rationabilia & utilia, Ordinationes & Statuta, à partibus ipſis HINC INDE approbata, laudata, concluſa, acceptata & concordata fecerunt ac ediderunt &c.) Propterea tamen non eſt ſtatuendum: Omnes Imperii Principes calculum Concordatis addidiſſe; cum (1) non tantùm hæc ipſa procœmia, vocabulis: Plurimorum, & Nonnulli, contrarium innuant; ſed & (2) ex animo Principum, quem, extincto Nicolao, prodiderant, id judicari, liceat, de quo Platina, in vita Pii 2, p. m. 296: Tertius, eadem de re (bello Turcis inferendo) in Nova Civitate conventus habetur, in quo Æneas (Sylvius, qui ipſe Pius 2 eſt) . . . Unumquemque ad id bellum cohortando, quo ſalus Europæ, Principum ac Populorum libertas, dignitas Chriſtiani nominis, continebatur. Nec aberat à ſpe perficiendæ rei, cum ſubitò nunciatum eſt, Nicolaum Pontificem (An 1455) è vita migraſſe, cujus in morte diſturbata ſunt omnia: Nam & Conventus ſolvitur, & Germani, rerum novarum cupidi, perſuadere Imperatori annixi ſunt, Ne Pontificibus Amplius obtemperaret, niſi quædam, ad Pragmaticam tendentia, ab ipſis prius impetraſſent; quod dicerent: Germanis longe pejorem conditionem eſſe, quam vel Gallis, vel Italis: quorum ſervi, Italorum inprimis, ni res immutarentur, merito eſſe dicebantur. Nec certè procul abfuit, quin Imperator tumultuantibus obſequeretur. Quo minus autem id fieret, graviſſima Æneæ auctoritas intercesſit: cujus hæc fuit apud Cæſarem ſententia: Inter Principes, etiam de magnis rebus inter ſe diſſidentes, pacem aliquando & amicitiam componi poſſe. At, inter Principem & Populum immortale odium ſemper interveniſſe: quare dicebat, ſatius ſibi videri, cum Pontifice ſentire, quam eorum cupiditatibus obtemperare, quorum mentes non ratione, ſed appetitu & cupiditate ducuntur. Motus, hac ratione, (utinam, non tam inepta & frivola) Imperator, ſpreta Populorum poſtulatione, Æneam Oratorem deligit, qui ad Calliſtum (III, Nicolai ſucceſſorem) mitteretur. Is autem Romam profectus, cum Frederici juramentum Pontifici de more exhibet, collaudato quantum ſatis erat utroque, tota ejus oratio fuit de bello Turcis inferendo &c. Quam injurioſa vero in Germanos hæc ſint Pacta, tamen, à Pontificibus Romanis, toties, modò non ſemper, fuere infracta, ſicque vinculi nexus, ex illorum parte, ſolutus. Quid igitur obſtat, quo minus, ex altera parte, Germani quoque pari libertate utentes, in priſtinam ſe vindicent libertatem? Æquum hic Cranzii judicium, lib. XI. Saxon. (non Metropolis) cap. 30: Laus egregia Friderici, Pacem Eccleſiæ reddidiſſe: ſed aliquanto major, ſi hoc adjeciſſet operi ſuo, ut auro Provinciæ non emungantur; vel, ut Ipſe, Pater Patrum, ex auro, quod ex Annatis corradit, Chriſtianiſmum tutaretur, non ſuos nepotes glorificaret &c. quod & in Paraleipomenis Conradi Urſpergenſis, p. 306, deprehenditur. Querelas, nomine totius Cleri Moguntinenſis, Colonienſis & Trevirenſis Diœceſium, contra Concordatorum infractiones, an. 1479, in Dieta Confluentina, propoſitas, Romanamque ad Curiam deferendas, ſiſtit Ill. Dn. Leibnitzius l. c. §. 192, p. 439 &c. Gravamina Germanicæ Nationis, cum remediis & aviſamentis, ad Maximilianum Imperatorem I, an. 1510, occurrunt, apud Freherum, T. 2. Rer. German. p. 373 &c. Flacium l. c. p. 478 &c. & Goldaſtum, Tom. II. Conſtit. Imper. p. 119 &c. & Politicorum Imperialium, Part. XXIII, p. 1038, 1040 &c. Hinc an. 1519. Capitulationi Caroli V, Imp. Art. XVI, inſertum: Und als über, und wieder Concordata Principum, auch aufgerichtete Verträge, zwiſchen der Kirchen, Päbſtlicher Heiligkeit, oder dem Stuhl zu Rom, und Teutſcher Nation, mit unſäglichen Gratien, Reſcripten, Annaten der Stifft, ſo täglich, mit Mannigfaltigung, und Erhöhung der Officien, am Römiſchen Hof, auch Reformation, Diſpenſation, und in ander Weg, zu Abbruch der Stifft, Geiſtlichkeit, und andern gegebenen Freyheiten, darzu zu Nachtheil Juris Patronatus, und der Lehenherren, ſtetigs, und ohne Unterlaß, offentlich gehandelt;

derhal-

derhalben auch unleidlich und verbotten Geſellſchafften und Contracte, *oder Bündniß, als wir bericht, fürgenommen und aufgerichtet werden: Das ſollen und wollen Wir, mit Ihr, der Churfürſten, Fürſten, und anderer Stænde, Rath, bey Unſerm H. Vater, dem Pabſt, und Stuhl zu Rom, unſers beſten Vermægens, abwenden und fürkommen; auch darob und daran ſeyn, daß die vorgemeldten* Concordata Principum, *und aufgerichte Vertræge, auch* Privilegia *und Freyheiten, gehalten, gehandhabt, denen feſtiglich gelebt und nachkommen werde.* Nullo tamen effectu, vel teſtibus Gravaminibus, ab ipſo Imperatore & Imperii Statibus, an. 1522, hoc titulo in medium prolatis, apud *Goldaſtum*, T. 1. *Conſtit. Imper.* p. 447 & 448; Centumque aliis, in Comitiis Norimbergenſibus, eodem tempore, propoſitis, apud *Schilterum*, de *Libertate Eccleſ. German.* lib. VII, cap. 2, §. 10, p. 859, ad 928. Remedium quidem promiſſum, R. J. *Norimberg.* an. 1524, §. 29, *und iſt darauf &c.* Denuoque R. J. *Auguſt.* an. 1530, §. 132, *als auch &c.* Aſt fruſtra. Quare & omnia, *Carolo V*, præſcripta, cum additamento quoque: *Jedoch, was Beſchwerung darinn befunden, und Mißbrauch entſtanden, daß dieſelben vermæg deßhalb gehabten Handlung zu Augſpurg, der Minder Zahl im 30ſten Jahr, gehaltenen Reichstag, abgeſchaffet, und hinfuhro dergleichen, ohne Verwilligung der Churfürſten, nicht zugelaſſen werde;* In Capitulatione *Ferdinandi I*, an. 1558, Art. XV, *Und als über &c. Rudolphi 2*, an. 1575, Art. XV, *und als über &c. Matthiæ*, an. 1612, Art. XVII, *und als über &c. Ferdinandi II*, an. 1619, Art. XV, *und als über &c. Ferdinandi III*, an. 1636, Art. XVIII, *und als über &c. Ferdinandi IV*, an. 1653, Art. XVI, *und als über &c.* cum nova Clauſula: *Doch ſo viel dieſen, und den folgenden XVII Articul* (de devolvendis Cauſis Civilibus ad Nuncios Apoſtolicos, ipſamve Curiam Romanam) *betrifft, Unſern lieben Oheimen und Churfürſten zu Sachſen, Brandenburg und Pfaltz, und ihre Religions-Verwandten, dem Religion- und Profan-Frieden, auch dem jüngſt zu Münſter und Oſnabrück aufgerichteten Friedenſchluß, und was deme anhængig, unabbrüchig, auch ohne* Conſequenz, *Nachtheil und Schaden &c.* & *Leopoldi* an. 1658, Art. XIX, *und als über &c.* ad verbum, repetita ſunt. Unde recte concludimus, Romanos Præſules Germanorum querelis, in hunc usque diem, illudere, maxime, ex quo *Gregorius* Papa XIII, ſolenni Bulla, an. 1576, propria auctoritate, terminum trium menſium, Romanæ Sedi, ad proſpiciendum Eccleſiis, menſe quodam Papali vacantibus, in *Concordatis* præfixum, impune ſuſtollere auſus eſt. Cujus Bullæ copia, apud *Cherubinum*, Tit. 2 *Magni Bullarii Romani*, p. m. 408. Lepida ſunt *Dominici*, Abbatis *Weingartenſis*, nomine Ordinis *S. Benedicti & Præmonſtratenſium; Petri Wilhelmi*, Abbatis *Eiſerſthalenſis*, nomine Ordinis *Ciſtercienſium;* & *Gabrielis Reb*, Prioris in *Retborff*, *nomine* Ordinis S. *Auguſtini*, Gravamina, contra Proteſtantes, an. 1641, in Comitiis oblata, apud *Lundorpium*, Tom. V, *Act. Publ.* ad h. a. §. 175, p. 722 &c. Subinde Romano-Catholici ad *Concordata* provocant. Vid. *Lundorpius* Tom. VI, lib. 3, cap. 32, ad an. 1646, p. 43, §. *Nicht weniger &c.* Literæ Epiſcopi Conſtantienſis, *Marquardi Rudolphi*, ad Electorem Trevirenſem, in puncto excludendi *Petri Philippi* Bar. de *Berleps*, ob corporis vitium, inhabilis, Coſtantienſi Beneficio, in Aula Pontificia ei promiſſo, ſub dato *Mörſburg*, 29 Febr. 1696, apud *Fabrum*, Tom. 2 *Staats Cantzeley;* Faſcic. 2, p. 39; Conf. *Hoff- und Staats-Schreiben* de an. 1707, pag. 314 &c. Electoris Reſponſio, dat. 11 Mart. an. 1696, apud *Fabrum* l. c. pag. 43 &c. Literæ Sacratiſſ. Imp. *Leopoldi*, ad Oratorem ſuum, *Romæ*, Comitem de *Martiniz*, 3 Mart. 1696, in eadem cauſa, l. c. pag. 58; Literæ Legatorum Eccleſiaſticorum ex Comitiis, ad Papam, dat. Ratisbonæ, 5 Jun. 1696, in favorem ejusdem Capituli, l. c. p. 61 &c. Proteſtantes ſemper iis contradixiſſe, utpote Majeſtati Imperii reluctantibus, & Nationi Germanicæ malis artibus obtruſis, palam eſt. Sufficiat, poſt *Replicam* Proteſtantium, *Reginoburgi* an. 1598 productam, apud *Lehmannum*, de *Actu Pacis Religioſa*, lib. 2, c. 70, p. m. 218, & Capitulationes Imperatorum Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ ſerius conditas, vel unicum adduxiſſe teſtimonium, literas ſcilicet Corporis Evangelici ad Imperatorem, ſub dat. *Regenſpurg*, 18 April. 1703, *die Dohm, Probſtliche Wahl zu Munſter betreffend:* apud *Fabrum* l. c. Tom. IX, cap. XI, §. I, pag. 770; ubi: *daß, durch ſothanen Eingriff des Pabſtlichen Hofs*, (cujus gratia conſueto more, *Neſſerothius* id muneris obtinuit) *nicht allein des Münſteriſchen Domb-Capituls uhraltes, und in allen Erledigungs-Fællen, ohne einige* interruption, *ruhiglich* exercirtes, *und kundlich wohl hergebrachtes Wahl-Recht, ſondern auch, und vielmehr, die* Privilegia, *und die Freyheit der gantzen Teutſchen* Nation, *wider das* Inſtrumentum Pacis Monaſterienſis & Oſnabrugentis, *und ſogar gegen die ſogenante, ſelbiger* Nation *vormahls, nach dem* Concilio Baſilienſi, *aufgedrungene Von denen Augſpurgiſchen* Confeſſions-*Verwandten aber niemals erkante, hæchſt*-præjudicir*liche* Concordata Germaniæ, *unverantwortlich gekrænckt werden &c.* In Capitulatione ſua, Art. XVIII, *Auch ſollen und wollen wir &c.* promiſit tantum *Joſephus* Auguſtus, an. 1690, ſe curaturum, ne quid à Pontifice, Romanaque Curia, in *Concordatorum* detrimentum, committatur; reliquis, quæ priores Capitulationes, de *multiplici & perpetua eorum violatione*, complectuntur, omiſſis. Æterna minimum & indelebilis Germanorum Gloriæ macula, vel ſoli Imperatori, per *Concordata*, auferri, quod reliquis Chriſtiani Populi Regibus liceat, utpote quorum beneficio

8 P 2

neficio vel electionem, vel præſentationem, vel nominationem, vel confirmationem Prælatorum, vindicandas; cum Imperatori, præter jus protectionis, & nudam de *Regalibus* Inveſtituram, vix quicquam relictum ſit, ex *Brunonis* Diſſ. de *Pactis*, Concluſ. 21, Ill. Dn. *Schützius*, *Colleg. Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 7, lit. e, pag. m. 468, recte annotavit. Extant in *Concordata Gergoii Branden*, Juris Pontificii doctoris: *Collectanea, ſuper Concordatis, inter Sanctam Sedem Apoſtolicam, & Inclitam Nationem Germaniæ, Romæ*, 1600; longe tamen majori ſale conſperſus Commentarius Dn. *Cortreji* ſeu, ut Tomi I, *Codicis Ejus Juris Publici*, Part. VI, titulus ſonat: *Obſervata Hiſtorico-Politico-Juridica, ad Concordata Imperatoris Friderici III, & Nicolai V Papæ &c.* Conf. de hac materia: *Tholoſanus* de *Beneficiis Eccleſiaſticis*, cap. I, §. 8, & cap. 24, §. 20; *Sprengeri*, *Juriſprudentia Publica*, p. 201; *Beſoldi Theſaurus Practicus*, voc. *Concordata*, p. m. 177 & 178; Ill. Dn. *Schütz* l. c. pag. 467 &c: *Conringius* de *Republica*, Diſſ. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, §. 84 & ſeqq. p. m. 470 ad 490; & Notæ ad *Lampadium*, Part. 3, cap. 6, §. 7, p. 234; *Schilterus* de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, lib. VII, cap. 2 §. 12, p. 929 &c. & *Inſtit. Jur. Publ.* T. I, lib. I, Tit. 2. §. 11 p. 19; *Strauchius*, Diſſert. Exot. V. de *Controverſiis Illuſtribus circa Statum Eccleſiaſticum*, §. XVII &c. p. 134; *Stirnius, de Conſtitutionibus Principum*, T. XII, §. 5 & 9, Tit. V, §. 10, pag. 148; *Limnæus*, ad *Capitulat. Caroli V*, Art. XVI, voc. *Concordata Principum*, p. 224 &c. Ill. Dn. *Coccejus*, *Juris Publ. Prudentia* cap. XVIII §. 25, pag. 308, & cap. XXII, §. 10, p. 355; Dn. *Fritſchius*, *Manual. Juris Publici Roman. German.* voc. *Concordata Nationis Germanicæ*, pag. 143 & 144; Dn. *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. XVI, §. 4 & 5, p. 247 & 248; *Europ. Herold*, Tom. I. p. 876 &c. Dn. *Datt*, lib. 3, *Rer. German.* cap. 13, p. 628 & 629; Dn. *Werlhoff*, de *Jure Germanis Patrio*, Proœm. cap. I, §. 11, pag. 69 ad 84. Dn. *Laurens*, cit. diſſ. de *Jure Papali Principum Evangelicorum*, §. 3 & ſeqq. p. 8 &c. Dn. *Ludwig*, de *Jure adlegandi Ordinum S. R. J.* §. 18, pag. 48 & 49; Dn. *Joh. Franciſc. Berndes*, Diſſ. Inaug. de *Negotiis Capitulatione Cæſarea annullatis*, an. 1703, Præſide Ill. Dn. *Strykio*, defenſa, cap. 2, §. 12 & 13, p. 42 &c. Dn. *Mayer*, de *Jure Primariarum Precum*; §. 43, p. 24 &c. Alii.

(*b*) MENSES PAPALES &c. Vocantur etiam *Apoſtolici*: quia in iis, ceſſante ordinariorum electione, ſolus Pontifex vacantia Beneficia confert; in reliquis vero, veluti: *Februarii, Aprilis, Junii, Auguſti, Octobris & Decembris*, Capitulum, ſeu is, ad quem Electio ſpectat; exceptis caſibus proviſionis extraordinariæ v. g. per *Preces Primarias &c.* De Querelis Romano-Catholicorum, an. 1641, contra Proteſtantes, ex hoc capite, motis, legas *Lundorpium*, Tom. V *Actor. Publ.* lib. I, §. 107, pag. 323, v. 9. *über dieſes will man, auf unterſchiedlichen Hohen- und andern Stifftern, ob ſie wohl die* Menſes Papales, *und* Preces Imperiales, *nicht verhindern kœnnen, jedoch ſolche, durch allerhand prætext, zu* eludiren, *und krafftelos zu machen, ſich unterſtehen.* Conf. *Limnæus*, ad *Capit. Caroli V*, Mantiſſ. IX, pag. 404 &c: Reſponſio Proteſtantium, habetur apud *Lundorpium* l. c. §. 130, p. 42c. Anno 1646, priora urgentibus, denuo ſummatim reſponderunt; *welche* Primat-*Ertz und Stiffter*, Anno 1618, *mit lautern Evangeliſchen beſetzt gefunden worden, bleibt es dabey, zu ewigen zeiten billich, doch nachgeſetzter maſſen, auch dergeſtalt und alſo, daß die* Capitula, *zu begebenen Fällen, allemahl ihr hergebrachte Wahl haben ſollen . . . die* Menſes Papales *aber, ſollen in dieſen Stifftungen nicht* prætendirt *werden, noch der Pabſt Macht haben*, Prælaturen *zu verleyhen. So bald dann in ſelbigen Stifftungen, ein Ertz-Biſchoff, oder* Prælat, *erwehlt, oder* poſtulirt, *kan derſelbe nicht verbunden ſeyn*, Confirmationem Papalem *zu ſuchen; ſondern die R. Käyſ. Maj. werden dieſelbe, mit allen* Regalibus *und Fügniſſen, allergnädigſt, und ohne Einrede*, inveſtitiren *&c.* Vid. *Lundorp.* Tom. VI, lib. 3, cap. 30, §. 10, p. 37. His non obſtantibus, cum Romano-Catholici, hac ex parte, *Concordata Germaniæ*, de quibus præced. lit. a, actum, ſancte obſervanda, clamare pergerent; eodem teſte l. c. cap. 32, pag. 43; temperamentum quoddam quærentes Plenipotentiarii Cæſarei, proponebant: *was die* Menſes Papales, *und ſonſt andere* Collationes, *ſo dem Ræmiſchen Stuhl*, vigore Concordatorum Germaniæ, *zuſtehen thun, anbelangt, wo die, noch* Anno 1624, in uſu *geweſt, ſollen die auch noch künfftig demſelben vorbehalten bleiben &c.* Vid. l. c. cap. 36, §. 5, p. 52. Ad quæ ita Proteſtantes, 24 Aug. an. eod: *Die* Menſes Papales *ſollen in denen Stifftungen, ſo* in Anno 1621, *den* 1 Januar. *mit Evangeliſchen* Capitularen *allein beſezt geweſen, gar nicht; wo aber ſelbiger zeit auch Catholiſche zugelaſſen, in ſo weit, als ſie jedes Orts*, in Anno 1621, *den* 1 Januarii, *beſtandig hergebracht, und bloß, wann, vermœg dieſes Vergleichs, ein Catholiſcher in ſeiner Anzahl zu* ſurrogiren, *ſtatt haben; jedoch, wann*, à die vacationis, *innerhalb drey Monaten, die* Proviſiones è Curia Romana, *denen Capituln gebührlich* inſinuirt *werden &c.* Vid. l. c. cap. 38, §. 5, p. 56. Quomodo hæc res tandem ſit deciſa ex Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ, Art. V, §. 19, *Si quid Anatarum*, & §. 23, *Quod Capitulares &c.* petendum eſt; quibus cautum: Si quid *Annatarum, Jurium Pallii, Confirmationum, Menſium Papalium*, & hujusmodi Jurium & reſervationum nomine, in bonis Statuum Aug. Conf. Eccleſiaſticis immediatis, à quocunque, quandocunque & quomodocunque exigatur, id validitate, & executione, à brachio ſeculari impertienda carere debere. Capitulares, ſeu Canonicos, reducendos ad ſtatum Anni 1624 Cal. Jan. ita, ut totidem ſemper in Capitulis reperiantur Romano-

Digitized by Google

mano-Catholici, quot, die primo Januarii 1624, ibi fuerint; totidemque Proteſtantes, quot tunc ibi beneficia poſſederint; defunctis non niſi ejusdem Religionis ſucceſſoribus ſurrogandis. Plura de his Menſibus, *Vorburg*, in *Rudimentis Juris Canonici*, 656 &c. *Friſchius*, de *Jure Primariarum Precum*, cap. V, §. 10 & ſeqq. pag. m. 411 &c. Ill. Dn. *Rhetius*, *Inſtit. J. P.* lib I, Tit. XVI, §. 7 & 8, p. 249 & 250; Dn. *Laurens*, Diſſ. Inaug. de *Jure Papali Principum Evangelicorum*, an. 1694, Præſide Illuſtri *Strykio* habita, cap. IV, §. 1 & 2, pag. 59 & 60, ubi ſimul Quæſtionibus: *de tempore vacantium Beneficiorum*, ſatisfacit, ſcilicet: Si Beneficium, *ante mediam noctem*, inter ultimum *Januarii*, & primum *Februarii*, vacare contingat, proviſionem ſpectare ad Romanam Curiam; *poſt eam* vero, ad Collatores ordinarios; *Ipſa ſonante hora*, iiidem ad Papam, quandoquidem ante primum campanæ pulſum hora jam finita, *horologiis exiſtentibus diverſis*, ſtandum Horologio Eccleſiæ, ad quam locus, ubi Beneficiatus obiit, pertinet; *deficientibus plane Horologiis*, ex curſu noctis, arbitrio hominum, aliisque indiciis, v. g. Gallicinio &c. ferendum judicium. Dn. *Joh. Chriſtophorus Furer, ab Haimendorf*, Diſſ. de *Anno Decretorio* 1624, Præſide Dn. *Henrico Hildebrando*, Altorfi ventilata, an. 1705, cap. IV, §. 12, p. m. 69 & 70; Dn. *Joh. Franc. Berndes*, Diſſ. Inaug. de *Negotiis*, *Capitulatione Cæſarea annullatis*, Præſide Illuſtri Dn. *Strykio*, an. 1703, Halæ defenſa, cap. 2, §. 13, p. 43. Publici Juris doctores omnes.

24. Annatæ, (*a*) ſunt primi fructus, ac reditus, præſtiti ab eo, qui recens, in defuncti Epiſcopi, & Abbatis, locum, in vacans Beneficium ſucceſſerat. Plerique authorem hujus tributi faciunt Johannem XXII, (*b*) alii Bonifacium IX, (*c*) Hoc invento, Papæ in immenſum auxere Cameram Papalem, dum hoc modo ad ſe traxerunt omnes illos proventus, qui novis Clericis primo obtigerunt anno. Conſenſerunt in id poſtulatum, omnes fere Europæ Nationes; excepta Anglia & Gallia. (*d*) Color hujus tributi, erat ſubſidium Belli adverſus Turcas; ſeu Expeditio Sacra; (*e*) Et cum hoc tributum nimis frequens eſſet, (*f*) & magnum, cum Friderico III, ut dictum, in Concordatis, de eo diſpoſitum.

NOTÆ.

(*a*) ANNATÆ; Vocantur *Annatæ*, ab *Anno* quia ſunt fructus *primi anni*, ex vacante Beneficio, Pontifici Romano præſtandi. Vid. *Blumius*, Diſſ. de *Juribus*, *circa Religionis diſſidium*, *in Germania receptis*. cap. I, §. 7. Competiiſſe quondam Imperatoribus Jus defunctorum Epiſcoporum mobilia, annique, in quo deceſſerant, ſtipendia, ſeu reditus, vindicandi Fiſco, ex poſtulatione *Philippi* Colonienſis, *Friderico Barbaroſſæ* deſuper facta, apud *Arnoldum Lubecenſem*, lib. 3 *Chron. Slav.* cap 17, (unde nonnulla præced. §. 22, lit. h, ſub *Friderico I*, ad an. 1185, tranſcripſi,) pateſcit. Idque juris vocabatur *Regalia*, quo, frendente licet Pontifice, Galliarum Rex, minimum *quoad fructus*, ceu poſtea dicam, vel adhuc hodie utitur. Antiquitatem produnt verba *Friderici* Imp. quibus, in gratiam Romani Præſulis, dimiſſionem ejus efflagitantem *Philippum*, repulit l. c: *Hanc minimam ſcintillam Juris Noſtri, quam invenimus, nequaquam mutari permittimus &c.* Ecce, Cæſar *Regaliam*, pro *ſcintilla Juris priſtini Inveſtiturarum*, habet. Conf. *Schilterus*, de *Libertate Eccleſ. German.* lib. V, cap. 6: §. 1 & 2, p. 669 & 670; *Conringius* de *Republ.* Exercit. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum German.* §. 65, pag. 440; Illuſtr. Dn. *Coccejus*, *Jur. Publ. Prudent.* cap. XXII, §. 5, p. 354. Primus hunc morem abrogaſſe viſus eſt *Fridericus II* Imp. edita an. 1213, Imperatoriæ Majeſtati parum honorifica, *Aurea Bulla*; de *Libertate Eccleſiaſtica*, (cujus præced. T. 2, §. 8, lit. a, pag. 67, memini;) Art. 4, ſanciendo: *Illum quoque dimittimus & refutamus abuſum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam Eccleſiarum vacantium, Noſtri conſueverunt Anteceſſores committere, pro motu propriæ voluntatis &c.* Vid. *Goldaſtus*, Tom. I *Conſtit. Imp.* p. 290; quamvis fateri quoque cogamur, melius informatum Principem chartam hanc iterum aboleviſſe, ut l. c. monitum. Anſam interim ſurripuit hinc Romana Curia, novum emungendi Eccleſias reditibus introducendi modum, invento *Annatarum* vocabulo, infenſiſſimo humani Generis hoſte, Diabolo, zizania Eccleſiæ ſegetem nunquam non ſuffocari curante, multis, ſtatim ab initio, erroribus, doctrina pariter & mores, ſeu diſciplina Eccleſiaſtica, perturbari cœperunt. Beneficiorum, ſeu dignitatum eccleſiaſticarum, collationes, gratis fieri debere, lex erat: *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut diaconus, pecuniæ interventu, hanc dignitatem nactus*

fuerit, deponitor eam ipſe, quam qui eum ordinavit, & omnino à communione abſcinditor, quemadmodum Simon magus à Petro; inquit Apoſtolicorum Canonum vigeſimus ſextus, in calce *Gratiani*, Editionis Coloniæ Munatianæ, *Emanuelis Kœnig*, an. 1670, pag. m. 1267, qui, ex verſione *Dionyſii*, eſt triceſimus. Nihilominus, Epheſi Epiſcopus, *Antonius*, (notante *Petro de Marca*, de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, lib. VI, cap. 10, §. 1, p. m. 830,) Epiſcoporum ordinationes, ſecundum valorem annorum Eccleſiæ redituum, venundare auſus eſt; cui malo obviam iturus *S. Chryſoſtomus*, *Epheſi* Concilium coëgit, in quo abuſus iſte damnatus, Præſulesque, taliter ordinati, depoſitionis ſententiam ſubierunt ſola pecuniam ſuam, ab *Antonini*, pendente lite, a ſummo Judice, in judicium vocati, heredibus, repetendi licentia ipſis relicta. Impulit hæc corruptela *Chalcedonenſem* quoque Synodum Oecumenicam, an. 451, ad dictandam, Can. 2, eandem pœnam, mediante pretio, Epiſcopos, alioſve Clericos, aut Miniſtros in Eccleſia, ordinaturis, ſeu conſtituturis. Ipſe *Athalaricus*, Italiæ Rex, in literis ad *Johannem* 2, P. R. apud *Caſſiodorum* lib. IX *Variarum*, Epiſt. XV, p. m. 308, hanc Legem ad univerſos Patriarchas, atque Metropolitanos, transmitti jubet: *Quicunque, in Epiſcopatu obtinendo, ſive per ſe, ſive per aliam quamcunque perſonam, aliquid promiſiſſe declaratur, ut execrabilis contractus cunctis viribus efforetur. Si quis autem in hoc ſcelere deprehenditur fuiſſe verſatus, nullam reliquimus vocem, verum etiam, ſi aut repetendum, aut, quod acceptum eſt, non reddendum eſſe, crediderit, ſacrilegii reus protinus habeatur, accepta reſtituens compulſione Judicis competentis &c.* Imperatoris vero *Juſtiniani* conniventia, conſuetudo invaluit, ut conſecrati Epiſcopi, pro *inthroniſatione*, certam pecuniæ ſummam, quæ Novell. 123, cap. 3, definitur, ſolverent. A quo tempore, *Cancellariæ* taxationes originem traxiſſe videntur, quandoquidem pars iſtius pecuniæ Epiſcopis, conſecrationi præſentibus, non quidem pro *Conſecratione* ipſa, ſed *pro inſtallatione duntaxat novi Antiſtitis:* ut hac ratione ſumptibus itineris, quos ex diverſis Provinciæ locis congregati impendebant, conſuleretur; aliaque, Clericis & Notariis, ibi miniſtrantibus, & diplomata conficientibus, adeoque *pro miniſteriis, & expeditionum ſalario*, ceſſerant. Et quamquam (ut verbis *Petri de Marca* l. c. §. 4, p. 832, utar) *iſtud congiarii genus, & modicum ſubſidium, quæ à Juſtiniano probantur, multum aberant ab Annatis, quæ ad immenſam pecuniæ vim porriguntur, & aliunde officiariis Curiæ Romanæ donatur, pro confirmatione Electionis, cum cathedratica illa,* (i. e. pecunia, pro *inſtallatione*, & ſcribendis diplomatibus, ſolvi ſolita) *à Juſtiniano probata, tribuerentur ad levandos ſumptus, qui incumbebant Epiſcopis, qui celebrabant ordinationem &c.* nihilominus congregato *Romæ* Concilio, ordinavit *Gregorius Magnus* Papa, nihil unquam, pro expeditione literarum ordinationis, conceſſione Pallii, *paſtello*, ſive convivio &c. dandum eſſe. Vid. *Gregor.* lib. 4, *Regeſti*, Epiſt. 44, ſeu cap. 88; & lib. 4, Epiſt. 55, ad *Johannem*, Corinthiorum Epiſcopum, ſeu cap. 99, & lib. 7, Epiſt. 111, ad *Aregium*, Francorum Epiſcopum, unde ſua *Gratianus*, Cauſ. 1, Quæſt. 2, cap. 4, *Sicut Epiſcopum &c.* & Diſtinct. 100, cap. 3, *Novit Sanctitas &c.* & cap. 5, *In ea Synodo &c.* Conf. Ejusdem literas, ad univerſos Hiſpaniæ Epiſcopos, apud *Gratianum*, Cauſ. 1, Quæſt. 3, cap. 1, *Audivimus &c.* Add. *Petrus de Marca* l. c. §. 8, & 9, pag. 834; Exemplum Ejus ſecutus *Zacharias*, omnem quoque *Simoniam* proſcripſit. Aſt, eo mortuo, adeo rurſus hoc morbo Aula laboravit Romana, &, ruente ejus contagio, tota Occidentalis Eccleſia, ut *Pariſienſis* Synodi Patres, an. 829, tantum crimen, non niſi interveniente Imperiali authoritate, faciendoque Romæ initio, ab Eccleſia amputari poſſe, arbitrarentur; vid. *Concil. Pariſ. I*, cap. 11: *Quæ etiam odibilis peſtis primum neceſſe eſt, ut Imperiali auctoritate & poteſtate, cum conſenſu Venerabilium Sacerdotum, & à Romana Eccleſia amputetur: quoniam, ſi caput languerit, membra incaſſum vigeant, neceſſe eſt.* Sed fruſtra omnia. Perrexit Romanus Antiſtes corradere pecunias undecunque, maxime ex conſecrationibus & Benedictionibus. Hinc exprobranti *Richardo*, *Urbani* 2 Legato, quod pravæ conſuetudini *Carnotenſis* Eccleſiæ, ubi Decanus & Canonici, in receptione novorum Canonicorum certam pecuniæ ſummam ſibi dari permitterent, conniveret, reſpondit *Ivo Carnotenſis*, iſtius Eccleſiæ Præſul: *Romanæ Eccleſiæ conſuetudine ſe defendunt, in qua dicunt Cubicularios & Miniſtros ſacri Palatii multa exigere à conſecratis Epiſcopis, vel Abbatibus, quæ, oblationis vel Benedictionis nomine, palliantur; cum nec calamus, nec charta, gratis ibi, ut ajunt, habeatur &c.* Certe *Symoniacus anguis ita lubrium caput erexerat, ita venenato fotu mortiferi germinis ova vaporaverat, ut totus orbis lethali ſibilo infectus, Eccleſiaſticos honores corrumperet. Tunc enim, non dicam Epiſcopi ad Eccleſias, ſed nec quilibet ad quoscunque ordines, niſi per pecunias, aſpirabat.* Hæc *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. IV *Annal. Angl.* in vita *Wilhelmi* 2 Regis, cap. 2, apud *Savile*, de *Scriptorib. Rer. Angl.* p. m. 130. Convocatum equidem ann. 1095, ab eodem Papa, *Placentinum* Concilium, in quo *Hæreſis Simoniacorum penitus damnata eſt, ut, quicquid & in Sacris ordinibus, & in Eccleſiaſticis rebus data & promiſſa pecunia, acquiſitum ſimoniace videretur, pro irrito haberetur nullasque vires habuiſſe, & habere, judicaretur. His tamen qui non ſimoniace, & neſcienter à Simoniacis, ordinati ſunt, miſericordia in ſervando ordine conceſſa eſt: qui vero ſcienter ab hujusmodi ordinati ſunt, cum ſuis ordinatoribus, irrecuperabiliter damnati*

Digitized by Google

mnati ſunt &c. Ita *Bertoldus Conſtantienſis*, in *Appendice ad Hermannum Contractum*, ad h. a. pag. m. 373. Conf. *Baronius*, Tom. XI *Annal.* an. eod. §. 5, p. m. 638, pauloque poſt, eodem Papa præſidente, habita Synodus *Claramontana*, in Arvernis, de qua, hæc *Bertoldus* l. c. pag. 375: *XIII Archi-Epiſcopi, cum eorum Suffraganeis* (in ea) *fuerunt, & ducentæ quinque Paſtorales Virgæ numeratæ ſunt; In hac Synodo, Papa eadem Statuta, quæ & in præterita Synodo Placentina, confirmavit &c.* & *Wilhelmus Malmesburienſis* l. c. *In Concilio apud Clarum Montem ſub præſentia Domini Urbani Papæ, hæc Capitula finita ſunt - - - Quod Eccleſiaſtica dignitates à nullo vel emantur, vel vendantur. Quod eis, qui, ignorantes Canonum prohibitionem, Canonias emerunt, ignoſcatur. Quod eis, qui ſcienter emptas à ſe, vel à Parentibus ſuis, poſſederunt, auferantur &c.* Conſ. *Baronius* l. c. §. XXI, p. m. 644. Quam parum ſolatii vero Eccleſiæ inde obtigerit, ex quereliſ, continuò deſuper motis, judicandum eſt, teſte vel ipſo *Alexandro III*, qui, in Concilio, an. 1179, Romæ coacto, hanc edidit Conſtitutionem: *Cum, in Eccleſiæ corpore, omnia debeant ex charitate tractari, &, quod gratis receptum eſt, gratis debeat impendi, horribile nimis eſt, quod, in quibusdam Eccleſiis, locum venalitatis perhibetur habere, ita, ut pro Epiſcopis, vel Abbatibus, ſeu quibuscunque perſonis Eccleſiaſticis, ponendis in Sede, ſeu introducendis Presbyteris in Eccleſia - - - - requiratur; & non poſſit ille, qui indiget, iſta percipere, niſi manum implere curaverit largitoris - - - - ne hoc de cætero fiat, - - - - diſtrictius inhibemus &c.* Vid. *Rogerus de Hoveden*, part. noſter. *Annalium Angl.* in vita *Henrici* 2 Regis, apud *Savile* l. c. pag. 548; Sic *Henricus*, Cardinalis Epiſcopus *Oſtienſis*, circa an. 1260 florens, in cap. XV, *inter cætera*, Decretalium *Gregorii IX*, lib. 1, Tit. XXXI, de *Officio Judicis Ordinarii*, tempore *Alexandri IV*, multas *Annatis*, id eſt, portioni pecuniæ, quam conſecrati *Romæ* Epiſcopi ſolvere tenebantur, inter Papam & Cardinales, æquis partibus deinde diviſam, quæque, ut plurimum, *annuis* collati Beneficii *redditibus* reſpondebat, querelas oppoſitas fuiſſe affirmat. Quid *Ludovicus* S. Galliarum Rex, de tali quæſtu cenſuerit, patet ex Ejus *Pragmatica* an. 1268, præced. §. 23, lit. a, pag. 1397. Profuit interim multum Romanæ Curiæ, quod, à tempore Interregni Magni, Imperatores *Annatas* ſuas parum vel nihil curaverint, quæ ſocordia magno Præſulibus Romanis incremento fuit, quorum habendi cupido, ad ſtuporem usque inde crevit. *Oſtienſis* diſcipulus, *Gullielmus Durandus*, Mimatenſis Antiſtes, part. 2 Libri, de *Modo celebrandi Concilii Generalis*, Rubr. XX; poſt laudati *Chalcedonenſis* Synodi Canonem 2, adductaque, ex *Gratiani* Decreto, & *Decretalium Gregorii IX*, lib. V, Tit. 3, quo *Simonia* damnatur, quædam loca, ait: *Cum illa, in quibus agitur de Simonia, in Novo & Veteri Teſtamento, in conciliis, à Sanctis Patribus, & Romanis Pontificibus, damnata, non ſerventur, & maximè in Curia Romana, in qua etiam Cœtus Dnn. Cardinalium vult habere, una cum Dn. Papa, certam portionem, à Prælatis, qui promoventur ibidem, videretur ſuper hoc maximè providendum. Nam hæc hæreſis maximè corrumpit Eccleſiam univerſalem, & univerſos Populos; & proviſa remedia jam pro nihilo reputantur, cum in Curia Romana publicè contrarium fiat, ac ſi non eſſet peccatum, committere Simoniam; vel ſi dare, vel accipere, poſt, non eſſet idem, ſicut dare vel accipere ante; I, Quæſt. I; Eos, C. Siquis Præbendas &c. Si quis objecerit. Et ead. Cauſ. Quæſt. 3. Cap. Salvator &c.* Ejusdem temporis ſcriptor, Cauſarum Eccleſiaſticarum ducatus Aquitaniæ Patronus, in libello de *Recuperatione Terræ Sanctæ*, *Eduardo* Angliæ Regi, oblato inter alia, quæ, ut in futuro *Viennenſi* Concilio, an. 1305, emendarentur, Regiæ curæ eſſe, hortari, monebat, inquit, cap. XVII; apud *Stephanum Baluzium*, in Addit. ad *Petrum de Marca* l. c. §. XIV, pag. 837: *Conſideret etiam* (Rex) *qualiter, ubique terrarum, Eccleſiæ Romanæ ſubjectarum, clamatur, cum aliquis de Simonia arguitur. Nonne videtis qualiter Dn. Papa, & Cardinales, munera recipiunt, ab ipſis, quibus beneficia conferuntur, præſertim ab illis, quibus de Prælationibus providetur? Qualiter illi, per ſuos mercatores, ſub gravibus uſuris, faciunt pecunias, quas ab eis capiunt mutuari, præſertim ab exemptis? Videtis, quod, cum duo Electi, quorum etiam unus habet jus, venire ſolent ad Curiam, demum poſt factas ab ipſis magnas expenſas, & munera recepta, laboribus & periculis viarum ac Curiæ ſuſtentis, inducitur uterque, & aliquando compellitur alter renunciare ſuo juri, totum in manibus Dn. Papæ ponere, & qualiter Papa conſuevit alii de Eccleſia, vel Monaſterio, providere, & qualiter conſuetum eſt, quod ſic proviſus ſerviat Curiæ de magna pecunia aliquando ſeptem, Octo, vel decem millibus libris, ſub gravibus uſuris, perceptis ab illis, qui publicè vocantur Papæ Mercatores &c.* Amplificavit hanc mercaturam *Johannes XXII*, in tantum, ut, ſub titulo *Romanæ Eccleſiæ neceſſitatibus ſubveniendi*, *Annatas*, quas ab initio illi ſolummodo, qui *Conſecrationis* munus in Urbe Romana conſequebantur, ſolvebant, ex omnibus beneficiis non electivis, ſibi vindicaret, & quidem, ut lib 3, *Extravagantium Communium*, Tit. 2, de *Præbendis & Dignitatibus*, cap. XI, *Cum nonnulla*; docemur, reſervando ſibi, ad *triennium* usque, fructus omnium Præbendarum, Eccleſiarum Parochialium & Capellarum, quæ, intra illud temporis ſpacium, vacarent. Vid. *Petrus de Marca* l. c. cap. XI, §. 1, p. 839 & 840. Succeſſores ejus addiderunt novi aliquid, ſcilicet, ut hoc tributi genus, ab Epiſcopatibus quoque & Monaſteriis, haud ſecus ac ab aliis Beneficiis, exigeretur. Vid. l. c. §. 2, p. 840. Celebre inter mercenarios Pontifices nomen fuit

Boniſa-

Bonifacio VIII, cujus inſatiabilem avaritiam *Philippus*, Franciæ Rex, cognom. *Pulcher*, magna animi conſtantia, graviſſimè corripuit; qua de lite Illuſtr. Dn. *Leibnitius*, Tom. 2. *Cod. Dipl. Juris Gentium*, §. LII &c. *Mantiſſæ*, p. 195 & ſeqq. evolvendus; Succeſſori Ejus, (intermedio duntaxat *Benedicto XI*,) *Clementi V*, obtulerunt, per *Bertrandum de Rupenegada*, Militem, Procuratorem ſuum, G. de *Nogareto*, & G. de *Plaſian*, Franciæ Regis Milites, negotium fidei, contra *Bonifacium VIII* inceptum, proſequentes, ſcriptum valde prolixum, cujus Art. VII, ſic ſonat: *Item certum, notorium, & indubitatum exiſtit, quod Rex Franciæ habeat, & ſui Progenitores habuerunt ſemper, Jura Regalia in bonis immobilibus Eccleſiarum plurimarum Venerabilium Regni ſui: nominatim, cum vacant Eccleſiæ, quæ habent temporalitates, quæ ab Eo movent; &, Sede vacante, conſueverunt Reges Franciæ fructus & reditus recipere bonorum immobilium eorundem, ad Prælatum Eccleſiæ ſpectantium, quousque novus Prælatus venerit, & temporalitatem receperit per manum Regis Ipſius &c.* Vid. Dn. *Leibnitius* l. c. pag. 322; & Art. X, pag. 323: *Item, certum, notorium & indubitatum exiſtit, quod dictus Dn. Rex habet Jura Regalia univerſa in Regno ſuo: ſed inter cætera Jura Regalia, habet jus percipiendi fructus omnes, reditus, & proventus Eccleſiarum Cathedralium vacantium, & ſuos faciendi, qui de ſua Regalia exiſtunt, quamdiu vacant. Et quum præficitur novus Prælatus illis Eccleſiis, Prælati hujusmodi ab ipſo Rege temporalitatem recipiunt poſt fidelitatem ſibi præſtitam, vel homagium: quo Jure Regalium dictus Dn. Rex uſus eſt tam Ipſe, quam Ejus Prædeceſſores, Reges Franciæ, uſi ſunt, tantis temporibus, de quorum contrario memoria non exiſtit &c.* Cum an. 1358, *Innocentius IV*, per *Philippum*, Cavallicenſem Epiſcopum, Legatum *pro ſubſidio Cameræ Apoſtolicæ, decimum omnium proventuum, à Clero Germanico, denarium* peteret, Conventus Principum à *Carolo IV*, indictus eſt, in quo *Conradus de Alzaa, Ruperti*, Com. Palat. Cancellarius, pro defenſione Cleri, ſententiam, nomine Cæſaris, dicere juſſus, graviſſima itidem oratione, avaritiam Pontificum perſtrinxit, libertatemque Germanorum aſſeruit. Recitat eam, ex Hiſtoria MS. *Trithemii*, quæ in *Bibliotheca Bipontina* aſſervatur, *Hachenbergius*, in *Germania Media*, Diſſ. VIII, de *Religione Chriſtiana Veterum Germanorum*, §. 28 & 29, p. m. 315 ad 317; ibi inter alia; *Veſtrum eſt igitur, ô Cæſar & Principe, Veſtrum eſt, cogitare: quod, multis & variis modis, cauſis ſimul & commutationibus, Germaniam veſtram pecuniis ſuis exhaurit & denudat Italia, cujus avaritiæ nihil eſt ſatis; quanquam ſingulis annis, multa florenorum millia, noſtris deſudoribus, ne dicam, ſanguinibus, in os ſuum, quod nunquam dicit: Sufficit; trajiciat - - - Nemo eſt Veſtrûm, ô Principes! qui non intelligat, multam Curiæ Papali pecuniam, ex Germania, ſingulis annis, inferri, pro Confirmatione Prælatorum, pro Impetratione Beneficiorum, pro cauſis litium & contentionum, quibus provocatur ad examen Sedis Apoſtolicæ. - - - Neque hoc latet Serenitates Veſtras, quod, ab initio Chriſtianæ Religionis, omnes Archi-Epiſcopi, per totum orbem, ſubjectos ſibi confirmabant Epiſcopos, &, quod, juxta Conſtitutionem B. Papæ Gregorii I, Archi-Epiſcopatus dabatur gratis, &, pro eorundem confirmatione, nihil penitus exigebatur - - - ſed omnia nunc videmus inverſa, omnia in deterius commutata. Confirmationes hodie gratis non dantur, nec Pallium, ſine pecunia, datur Archi-Epiſcopis, ſed magnam auri ſummam compelluntur exponere &c.* *Bonifacius IX*, circa an. 1400, ſolemne nomen *Annatis* tribuit, quare & earum celebratur Auctor, *Platina* teſte, in Ejus vita, p. m. 247: *Celebrato Jubilei Anno* 1400 - - - *Bonifacius, ſive Vice Comitum* (Johannis Galeatii) *potentiam veritus, ſive augendæ ditionis Eccleſiaſticæ cupidus, Annatarum uſum Beneficiis Eccleſiaſticis primus impoſuit, hac conditione: Ut, qui Beneficium conſequeretur, dimidium annui proventus Fiſco Apoſtolico perſolveret. Sunt tamen, qui hoc inventum Johanni XXII adſcribant. Hanc autem conſuetudinem, omnes admiſere, præter Anglos, qui id de ſolis Epiſcopatibus conceſſere, in cæteris Beneficiis non adeo &c.* Quam cupidiſſimè laudabat pravitatem hanc uſurariam *Benedictus XIII*; ſed, ecce, quid, ad ejus pruritum, *Carolus VI*, Galliarum Rex, edito an. 1406, 11 Sept. Parlamenti Senatus Conſulto, art. XXII? *Dictus Benedictus, & Officiarii ſui, ceſſabunt, in Noſtris Regno & Delphinatu, ab exactionibus Annatarum, primorum fructuum & emolumentorum Prælaturarum, dignitatum, & aliorum Beneficiorum quorumcunque vacantium, ſeu quæ vacuerunt, aut vacabunt, tam pro primis Annatis, quam etiam fructuum & emolumentorum, qui, tempore ſubſtractionis, alias eidem Benedicto factæ, & vacationis Prælaturarum, dignitatum, & aliorum Beneficiorum, obvenerunt, ſeu obveniunt qualitercunque &c.* Vid. Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I, §. CXXI, p. 288. Conf. *Petrus de Marca* l. c. §. V, p. m. 841. Ad imitationem Galliæ, exhibebant Imperator *Sigismundus*, & S. R. J. Ordines, an. 1416, in Concilio *Conſtantienſi*, *Aviſamenta, ſuper materia Apoſtolicarum reſervationum, & collatione Beneficiorum, hactenus per Summos Pontifices, & ordinarios Collatores, exercenda: per Deputatos Provinciarum Nationis Germanicæ concepta, & poſtea, per Deputatos*

ejus-

Digitized by Google

ejusdem Nationis, audita, apud *Flacium, Catal. Teſtium Veritatis*, p. m. 451 &c. & *Goldaſtum*, T. 1. *Conſtit. Imp.* p. 391, ibi, cap. 1: *In primis ad tollenda illa ſcandala, quæ hactenus, ex diminutione divini cultus, Simoniacæ extorſionis pecuniarum ambitione, & cupiditate proventuum Eccleſiaſticorum beneficialium, & poſſeſſionum eorum deſolatione, acciderunt in Eccleſia Dei &c. pro illorum ſcandalorum materia reſecanda, videtur, quod, per hoc ſacrum Generale Concilium, tolli, auferri, & revocari debeant reſervationes omnium & ſingulorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, tam majorum, quam minorum, quæ ſaltem in corpore Juris non clauduntur: ut ſunt, videlicet illæ, quæ introductæ ſunt in exiſtentia ad regimen, aut, per quascunque regulas Cancellariæ &c.* & cap. 3: *Item, ſtatuatur & ordinetur, quod in omnibus Beneficiis electivis, ſive ſint Patriarchatus, Archi-Epiſcopatus, Abbatiæ, Præpoſituræ, Primiceriatus, Prioratus, Archi-Diaconatus, Archi-Presbyteratus, Decanatus, aut alia electiva Beneficia inferiora, ſerventur jura, de Electione, & Apoſtolatione, in corpore Juris contenta, cum omnibus eorum Capitulis, prout poſita & ab antiquo, per Sanctos Patres practicata ſunt. Quæ etiam Beneficia electiva, ſub quacunque Expectativa Gratia, cadere non debeant &c.* Eandem materiam urſiſſe, laudato in Concilio, Gallicanæ Nationis Deputatos, monet Dn. *Petrus de Marca* l. c. §. VI, p. 842. Recrudeſcente in *Baſilienſi* Concilio hac lite, placuit Seſſ. VIII, 15 Kal. Januar. 1432, congregatis Patribus, *Annatas* proſcribendas; ſententia Seſſ. XXI, an. 1435, 9 Junii, confirmata. Vid. præced. §. 23, lit. a, pag. 1397 & ſeq. lit. f. Aſt an. 1448, inter *Fridericum III* Imp. & *Nicolai V* Legatum, aliter convenit, definito tandem, quomodo *Annatæ* poſthac in Germania ſint exigendæ. Vid. ſupra l. c. pag. 1397. Cum verò Romana Curia & hæc pacta conventa, utut Germanorum gloriæ parum honorifica, multis modis infringeret, Bullis teſtibus: *Pauli 2*, an. 1469, 8 Id. Januar. *Decet &c.* apud *Cherubinum*, Tom. 1 *Magni Bullarii Romani*, pag. 400; *Innocentii VIII*, an. 1484, 13 Kal. Mart. *Apoſtolicæ Cameræ &c.* l. c. pag. 447; & *Julii 2*, an. 1505, 5 Kal. Aug. *Romani Pontificis* l. c. pag. 480; repetebant S. R. I. Ordines querelas, in Comitiis maximè *Norimbergenſibus*, an. 1522, quarum Imperator, *Carolus V*, in Reſcripto ad *Hadrianum IV*, apud *Goldaſtum* l. c. pag. 447, meminit; plenius eas exhibente, *Hortledero*, *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. I, cap. I, p. m. 9 ad 23, ubi ſimul integer Catalogus Archi-Epiſcopatuum, Epiſcopatuum, & Abbatiarum S. R. J. quantum, *Annatarum* titulo, Romanus Pontifex ex Germania hauſerit; in cujus calce, legitur l. c. p. 25: *Summa Summarum aller Annaten, wie die hierin unterſchiedlich verzeichnet ſind:* 1017259 *fl. Item, aus der Vorrede dieſer Annaten, erfindet ſich, weil derhalben an ihrer rechten gantzen Summa groſſes Mangels iſt; ſo erſcheinet auch aus etlicher vorgemeldter Biſtumb Tax, die viel Leut offentlich wiſſen, daß ſolche Biſtumb jezt vielmehr dann zwier alſo viel* Annata *gen Rom geben, als nach vorgeſchriebener alten verzeichnüß hierinnen angezeigt, und vorgemelter maſſen, ſummirt iſt. So nun derhalben daſſelbige vorſtehende* Summarium *allein duplirt, macht es dennoch*, 2054518 *fl. Ich will ſetzen, daß ein Biſchoff und Prælat in den andern zu rechnen, nach ſolchem ſeinem erwehlten Stand*, 15 *Jahr erlebt, und demſelben nach, die nechſte vorſtehende* duplirte Summa *in* 15 *Theil theilen, daraus klärlich verſtanden wird, daß allein obbeſtimmte Teutſche* Annata, *aufs ringſte gerechnet und* ſummirt, *auſſerhalb viel unzehliger anderer unwiſſenden, und untaxirten Biſtumb, Abtheyen und Probſteyen, jährlich gen Rohm ertragen* 15624 *fl. &c.* Quem etiam Catalogum apud *Petrum Bertium*, lib. 3 *Commentar. Rerum Germanic.* cap. 5, pag. 31 ad 36, offendimus; unde ſua *M. Joh. Jacobus Beck, im Lutherthumb vor Luthero*, Quæſt. I: *Ob auch vor Luthero eine Kirch geweſen?* pag. m. 44. Conf. ſeq. lit. f. Propterea tamen non omiſit *Clemens VII*, Conſtit. *Cum ſicut nobis*, an. 1532, Prædeceſſorum Bullas, vindicandarum Romanæ Cameræ *Annatarum* gratia, editas, confirmare, apud *Cherubinum* l. c. pag. 685; quem ſecuti: *Julius III*, an. 1553, 15 Kal. Januar. Conſtitutione: *Cupientes*, l. c. pag. 801; *Paulus IV*, an. 1557, Kal. Nov. Conſtit. *Imcumbentia*, l. c. pag. 818; & an. 1558, 10 Kal. Febr. Conſtit. *Decens*, pag. 826; *Pius V*, an. 1567, Conſtit. *Apoſtolicæ Sedis*, l. c. Tom. 2, p. 224; & *Sixtus V*, an. 1586, 14 Maji, Conſtit. *Cameræ noſtræ* l. c. p. 537. Quam ob rem etiam Germani *Gravamina* ſua nunquam non interpoſuere, vel ipſis Capitulationibus Imperatorum, præced. §. 23, lit. a, allegatis, teſtibus. Add. *Ausführlicher* Diſcurs *und Bedencken eines Teutſchen Catholiſchen* Patrioten, *an alle alte Catholiſche, teutſcher* Nation; *darinn des Römiſchen Reichs-Ständen vor Augen gemahlet, und gleichſam mit Fingern gezeigt wird, was der König von Spanien, und ſeine Creaturen, in Teutſchland ſuchen*, de an. 1616, apud *Lundorpium* Tom. I *Act. Publ.* lib. I, cap. 64, ad h. a. p. m. 257: *Weil aber die weltlichen* (Status Imperii) *lange zeit vergeblich aufgehalten worden, und ſie nicht den vierdten Theil der Einkunfft in Teutſchland (wie ſie in ihren* Gravaminibus in ſpecie *klagen) behalten, ſondern das übrige alles, nach Rom, und den Geiſtlichen liefern müſſen: wie dann Kayſer* Maximilianus I, *in zweyen*, an. 1510 *und* 1511, *abgegangenen Brieffen, ſo jüngſthin, neben andern, in Truck verfertiget, klagend ſetzet: daß allein im H. Reich und Teutſcher* Nation, *der Römiſche Stuhl*,

8Q *über*

über fünffmahl Hundert Tauſend Ducaten, jæhrlich Güldten, ohn alle Obrigkeit, ſo auch auf ein namhafftes ſich erſtreckte, einkommen habe. Daher auch, vor længer als hundert Jahren, Biſchoff Jacob zu Maynz, auf ſeinem Todbette, ſich darüber gigræmet, und bekant, er hertzlich gern abſterben wolte, wann nur ſeine liebe Unterthanen jetzt abermahl, mit groſſen Unkoſten, das Pallium *nicht erkauffen müßten &c.* Veſtigia Anteceſſorum relegente *Urbano VIII*, communicatum Legationi Moguntinæ, in Comitiis *Ratisbonenſibus*, an. 1641, 6-16 Mart. Decretum Cæſareum: *was maſſen Ihro Kayſerl. Majeſt. vorkommen, daß die* Curia Romana *ſich neuerlich angemaßt, von denen nicht allein in Allerhæchſt-gedacht Ihrer Kayſerl. Majeſt. Erblanden, ſondern auch im H. R. Reich gelegenen geiſtlichen* Beneficiis, *die* Annatas, *oder* Quinienmia, *zu erfordern. Wann nun dieſes eine Neuerung, dadurch dem H. Reich, deſſen getreuen Catholiſchen Chur-Fürſten und Standen, ein gefæhrliches* præjudicium *zugezogen würde, als erſuchen mehr Allerhæchſt-ermelte Ihre Kayſerl. Majeſt. anweſende Chur-Maynziſche Herren Ræthe, Bottſchafften und Geſandten, daß ſie dieſe Sache, mit denen andern, bey der allgemeinen Reichs-Verſamblung anweſenden Catholiſchen Herren Chur-Fürſten, und Standen, und der abweſenden Herren Ræthen, Bottſchafften und Geſandten, færderlichſt* communiciren, *und mit einander berathſchlagen, und Ihrer Majeſt. geſamptes Bedencken, was auf weitere* Inſtanz *der* Curiæ Romanæ *zu thun ſeyn mœchte? ehiſt erœffnen wollen &c.* Vid. *Lundorp.* l. c. Tom. V, lib. I, cap. 44, §. 78, pag. 165 &c. In Terris Proteſtantium, nullas Pontifici Romano ſolvi *Annatas*, ex Inſtrum. Pac. Weſtphal. Art. V, §. 19. *Si quid Annatarum &c.* liquet. Plura de *Annatis*, *Nicolaus de Clemangis*, *de Annatis non ſolvendis*, *Thomas Campegius*, de *Annatis*; *Polydorus Virgilius*, de *Inventione rerum*, lib. 8, cap. 2; *Petrus de Marca*, ll. cc. *Marcus Antonius de Dominis*, de *Republ. Eccleſ.* lib. IX, cap. IX; §. 49 ad 64, p. 102 ad 105; *Hortlederus* l. c. *Franciſcus Duarenus* de *Sacr. Eccleſ. Miniſtr. ac Beneſic.* lib. VI, cap. 3; *Klockius*, de *Ærario*, lib. 2, cap. 83, §. 54, & cap. 149, §. 44; *Sprenger*, *Jurisprud. Publ*, p 202; *Beſoldus Theſaur. Pract.* voc. *Annata*, p. m. 41; *Speidelius*, voc. eadem, p. m. 36; *Godefredus*, ad *Novell.* 123, cap. XVI, *ut Ordinationes gratis fiant*, p m. 257; *Straubius*, Diſſert. Exot. V, de *Controverſiis Illuſtribus*, *Circa Statum Eccleſiaſticum*, §. 16 &c. p. 133 ad 138; *Limnaus ad Capitul. Caroli V*, Art. XVI, voc. *Annaten*, p. m. 130; *Dn. Friſchius Manual. Jur. Publ.* voc. *Annatæ*, p. 23; Ill. Dn. *Coccejus*, *Prudent. Juris Publ.* cap. XXII, §. 10, p. 355 & 356; *Conringius*, de *Republ.* Exercit. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum Germaniæ*, §. 76, p. 456 &c. *Schilterus*, de *Libertate Eccleſ. German.* lib. V, cap VI, §. 2, p. 670 & 671, & quos ibi alios adducit. Dn. *Matthias Daniel Laurens*, Diſſ. Inaug. *de Jure Papali Principum Evangelicorum*, Præſide Ill. Dn. *Stryckio*, an. 1694. habita, cap. IV, §. 7. p. 64 &c. & §. 8, p. 65, ubi, *Jus exigendi Annatas*, rectè Principibus Imperii Proteſtantibus vindicat, utpote quibus omne Jus Papale, quatenus juſtum, competat; hinc argumentum ad *Annatas*, per *Concordata Germaniæ*, an. 1448, Sedi Romanæ, certis licet ſub conditionibus, conceſſas. Ne de Superioritate Territoriali, qua gaudent, dicam. Dn. *Jo. Franc. Berndes*, Diſſ. Inaug. de *Negotiis Capitulatione Cæſarea annullatis*, an. 1703, Præſide eodem, cap. 2, §. 13, p. 43 & 44; Juris Publici Doctores omnes.

(*b*) JOHANNEM XXII &c. Vid. *Platina*, in vita *Bonifacii IX*, p. m. 247, cujus verba præced. lit. a. exhibui. Bullam *Johannis*, in favorem ejusmodi quæſtus, editam, offendimus lib. III *Extravagantium communium*; Tit. 2, de *Præbendis & Dignitatibus*; cap. XI, *Cum nonnulla &c.*

(*c*) BONIFACIUM IX; Conf. *Platina* l. c. Alii *Alexandrum IV*, Vid. *Polydorus* l. c.

(*d*) ANGLIA ET GALLIA; Libertatem ſuam tutata Gallia, ad annum usque 1516, quo *Franciſcus I*, Bononiæ, *Leoni X*, P. R. *Annatarum* jure ceſſit; Quorum *Concordata*, apud Ill. Dn. *Leibnitium* Tom. 2 *Cod. Dipl. Jur. Gentium*, p. 161 &c. extant; Quid Curia Pariſienſis Regi deſuper ſuaſerit, habetur ibidem, in *Mantiſſa*, pag. 335 &c. Conf. præced. lit. a, pag. 1405, nec non præc. §. 23, lit. a. p. 1397.

(*e*) EXPEDITIO SACRA. Inter veteres, qui Expeditionibus Sacris, ſub finem Seculi XI, prima vice ſuſceptis vel ipſimet interfuerunt, vel, ex documentis fide dignis, eas deſcripſerunt, famam omninò merentur, quos in Codice, ſub titulo: *Geſtorum Dei per Francos*, Hanoviæ, an. 1611, impreſſo, offendimus, nominatim: (1) Libri IV *Geſtorum Francorum*, *aliorum Hieroſolymitanorum*, ab an. 1095 ad 1099; pag. 1 &c. (2) *Roberti Monachi*, *Hiſtoria Hieroſolymitana*, libri IX, ab eodem anno 1095, usque ad Victoriam de *Admiraviſo*, l. c. pag. 30 ad 81; (Extat etiam hic Auctor apud *Reuberum*, de *Scriptorib. Rer. German.* pag. 217;) (3) *Baldrici*, *Archi-Epiſcopi Dolenſis*, libri IV *Hiſtoriæ Iheroſolymitanæ*, ad an. 1098 usque, extenſæ, p. 81 ad 138. (4) *Raimondi de Agiles*, *Canonici Podienſis*, *Hiſtoria Francorum, qui ceperunt Iheruſalem*; p. 139, ad 183. (5) *Alberti*, *Canonici Aquenſis*, *Hiſtoria*, *Hieroſolymitanæ Expeditionis*, *ſuper Paſſagio Godefridi de Bullione, & aliorum Principum*, Lib. XII, pag. 184, ad 381. (6) *Fulcherii Carnotenſis*, *Geſta peregrinantium Francorum, cum armis, Hieruſalem pergentium*, ab an. 1059, ad expugnationem Tyri, p. 381 ad 440. (7) *Gauterii*, *Cancellarii*,

Antio-

Antiochena Bella, pag. 441, ad 446; (8) *Guiberti Abbatis*, libri VII, *Geſtorum Dei per Francos*, pag. 467, ad 559; (9) *Geſta Francorum, expugnantium Hieruſalem*, ab an. 1095, ad 1112, pag. 559, ad 593; (10) *Hiſtoria Hieroſolymitana, ſub Balduinis Regibus*, ab an. 1100, ad 1224, p. 594, ad 621; (11) *Willermi, Tyrenſis Archi-Epiſcopi, Libri XXIII, Hiſtoria Rerum, in Partibus Transmarinis geſtarum, à tempore Succeſſorum Mahumeth, usque ad annum Domini* 1184, p. 625 ad 1046; (12) *Jacobi de Vitriaco, Acconenſis Epiſcopi, Hiſtoria Hieroſolymitanæ*, in annum 1220 usque, continuatæ, Libri III, pag. 1047, ad 1145; (13) Ejusdem Epiſtola ad Amicos in *Lotharingia*, de *Captione Damiatæ*, an. 1219, pag. 1146 ad 1149; (14) *Auctor Hiſtoria Hieroſolymitanæ*, tempore *Friderici I* Imp. pag. 1150, ad 1172; (15) XXVIII *Epiſtolæ Regum & Principum*, pag. 1172 ad 1185; (16) *Oliveri, Scholaſtici Colonienſis, Epiſtolæ, ad Engelbertum, Colonienſem Archi-Epiſcopum, de Captione Damiatæ*, p. 1185, ad 1191. (17) *Bulla Innocentii Papæ IV, cum nonnullis literis Hungariæ Regis*, pag. 1192 ad 1185; (18) *Ludovici S.* Regis Galliæ, ad ſubditos ſuos, Epiſtola, de *Captione, & Liberatione ſua*, de an. 1250, pag. 1196, ad 1200; (19) Ejusdem *Canoniſatio*, p. 1201, ad 1206; (20) *Marini Sanuto, dicti Torſelli, ſeu dicti Torxelli de Venetiis, Secretorum Fidelium crucis, Libri III*, de an. 1321, Tom. 2, p. 1 ad 288; (21) Ejusdem Epiſtolæ XXIII, ad varios Proceres, ab an. 1324 ad 1329, pag. 289, ad 316; (22) Auctor Epiſtolæ, *de Recuperatione Terræ Sanctæ*, ad *Eduardum*, Regem Angliæ, pag. 316, ad finem usque. Ex Recentioribus, huc faciunt: *Petri Bizari* Tract. *de Octo Expeditionibus Sacris.* Dn. *Bœcleri* Diſſ. de *Paſſagiis*; Dn. *Buddei* Diſſ. de *Expeditionibus Cruciatis*, Halæ Saxon. 1694; Dn. *Georgii Chriſtophori Mülleri* Diſſ. Inaugur. de *Expeditionibus Cruciatis*, vulgo *Kreutzfahrten*, Norimberg. 1709; Add. *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Crucem aſſumere*, pag. 1280 &c. & voc. *Paſſagium*, pag. 180 &c. *Spelmanni* Gloſſar. voc. *Crucem prædicare*, p. 155 &c.

Varia Expeditioni huic imponuntur nomina, quorum frequentiora ſunt:

Paſſagium; Vid. Conſtitutio *Nicolai IV*, de Recuperatione Terræ Sanctæ, an. 1291 Kal. Aug. edita, apud *Cherubinum*, Tom. I *Magni Bullarii Romani*, Conſt. V, *Illuminet*, §. 3, p. 193: *Everardus* (Eduardus) *Angliæ Rex Illuſtris, poſt tractatus varios, ſuper Generali ſuo Paſſagio, in ipſius Terræ* (Sanctæ) *ſubſidium faciendo, - - - - habitos - - - - noſtris beneplacitis acquievit &c.* Conf. Chronicon *Bigaugienſe*, apud *Maderum*, in calce Chronici *Montis Sereni*, p. m. 259: *Conradus* (III Imp.) *Paſſagium fecit* 1147, *cum Cruce ſignatis, contra Saracenos &c. Jacobus* de *Vitriaco*, l. c. lib. 3, pag. 1125: *Fecit Treugas, usque ad magnum Paſſagium &c.* Chronicon *Cœnobii S. Floriani*, ſuper *Aniſum*, in Auſtria, ad annum usque 1310 perductum; in cujus fine, ad an. 1308, notante *Lambecio*, lib. 2 *Comment. Bibliotheca Cæſareæ*, cap. 8, pag. 917, habetur: *Eodem Anno, idem Dn. Papa*, (Clemens V) *Armeniæ & Cypri Regnis, quæ tunc Saracenorum incurſibus frequenter moleſtabantur, volens ſuccurrere, quo facilius Terra S. in futurum recuperari poſſet, per Magiſtrum & Fratres Hieroſolymitanenſes S. Joannis, ad ipſa Regna, mandavit Generale Paſſagium, inſtaurari Chriſticolis per Orbem univerſum, eos in hoc negotio promoventibus, diverſas gratias & indulgencias largiendo &c.* Fœdus inter *Fridericum III*, Imp. & *Matthiam*, Regem Hungar. an. 1463, apud Ill. Dn. *Leibnitium*, Tom. 1, *Cod. Jur. Gentium*, §. 182, v. 3, pag. 423: *Et ſi Paſſagium Generale, contra Turcos, pro defenſione fidei, & ipſius Regni, fieri contigerit &c.*

Paſſigium; Vid. Conſtit. *Innocentii III.* de an. 1198, de ſuſcipiendo Sacro bello, apud *Rogerum* de *Hoveden, Annal. Angl.* Part. Poſter. in Vita *Richardi I*, Regis, pag. 787: *Teutonici, rumoribus, de morte Imperatoris, acceptis, non expectato Paſſigii tempore, naves reduces aſcenderunt &c.*

Sanctum Iter; Vid. Conſtitutio *Eugenii III*, de an. 1145, de *Cruciata* contra Paganos, §. 12, apud *Cherubinum* l. c. pag. 64: *Qui tam Sanctum Iter devotè ſuſceperit &c.*

Suſceptio Crucis; Vid. Formula Fœderis *Ludovici VII* Galliæ, & *Henrici II*, Angliæ, Regum, de an. 1177, occaſione Expeditionis in Terram S. icti, apud *Rogerum* l. c. in vita *Henrici* 2, Regis, pag. 570: *Sicut in ſcripto, de Suſceptione Crucis, inter Nos facto, continetur &c.*

Labor Hieroſolymitanus; Vid. *Alexander III*, in Conſtitutione de an. 1181, *Cum Orientalis Terra*, apud *Rogerum* l. c. pag. 613, verb: *Qui, pro Chriſto, Laborem Ieroſolymitanum aſſumpſerint, & contra Saracenos fideli curaverint devotione certare &c.*

Subſidium Terræ Sanctæ, Vid. Conſtit. *Innocentii III*, an. 1200, ap. *Rogerum* l. c. in vita *Johannis, ſine Terra*, Regis, pag. 800: *Singuli veſtrum, quadragenam partem omnium Eccleſiaſticorum redituum, & proventuum ſuorum - - - in ſubſidium Terræ S. convertant &c.*

Expeditio Transmarina, vid. *Otto Friſing.* de *Geſtis Friderici I*, lib. 1, cap. 39, pag. 419, cujus verba

Digitized by Google

præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1146, pag. 124, recitavi.

Croiſſade, Gallis; *Crociata*, vel etiam *Paſſaggio*, Italis. *Paſuagium*, barbarè; Germanis: *Kreutz-Fahrt*; de quibus laudatus Dn. *Müllerus* diſſertationem Inauguralem conſcripſit.

Origo ejus refertur ad tempora *Urbani* 2, P. R. qui, in *Claromontana* Synodo, an. 1095, (cujus præced. lit. a, memini, Germanos, Galloſque, magna contentione, ad eripiendam Turcis Terram Sanctam, excitabat, vid. *Robertus Monachus*, in *Hiſtoria Hieroſol.* Tom. 1 *Geſtorum Dei per Francos*, lib. 1, cap. 1, pag. 31; *Albertus Aquenſis*, in eadem Hiſtoria, lib. 1, cap. 7, ibid. p. 186 &c. *Willermus Tyrius*, l. c. lib. 1. cap. XIV. p. m. 639 &c. *Jacobus de Vitriaco*, l. c. lib. 1. cap. XVI & XVII, p. 1064 &c. *Eugenius III*, in Conſtitut. an. 1145 Kal. Decemb. de *Cruciata, contra Paganos*, apud *Cherubinum* l. c. p. 64, §. 2: *Prædeceſſor noſter, fel. mem. Papa Urbanus, tanquam tuba, intonuit, &, ad ipſius liberationem S. R. E. filios, de diverſis mundi partibus, ſollicitare curavit. Ad ipſius ſiquidem vocem, Ultramontani, & præcipuè Francorum Regni fortiſſimi & ſtrenui Bellatores, & illi etiam de Italia, charitatis ardore ſuccenſi, convenerunt, ut, maximo congregato exercitu, non ſine magna proprii ſanguinis effuſione, divino eos auxilio comitante, Civitatem illam, in quo Salvator noſter, pro nobis, pati voluit - - - à Paganorum ſpurcitia liberarent &c.* Ipſam Pontificis orationem in Concilio habitam, recitat *Robertus Monachus*, l. c. lib. 1, ad an. 1095, p. m. 218 &c. Conſ. *Henricus Huntindonienſis* Archi-Diaconus, lib. VII. *Hiſtor.* ad an. 1096, apud *Savile*, de *Script. Rer. Angl.* p. m. 374; *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. IV. *Annal. Angl.* in vita *Wilhelmi* 2, Regis, cap. 2, ad an. 1095, apud *Savile* l. c. pag. 130; *Rogerus de Hoveden*, l. c. part. priori, in vita *Wilhelmi Junioris*, Regis, an. eod. apud *Savile* l. c. p. 466. *Dodechinus*, Append. ad *Marianum Scotum*, an. 1096, apud *Piſtorium*, pag. 462; *Sigebertus Gemblac.* an. eod. *Matthæus Pariſienſis*, Annal. an. 1095; *Helmoldus* lib. 1 *Chron Slav.* cap. 31. p. m. 78; *Albertus Aquenſis*, l. c. *Wilhelmus Tyrius*, l. c. lib. 1, cap. XIV, p. 639 &c. *Jacobus de Vitriaco*, l. c. *Chronographus Saxo*, ad an. 1096, p. m. 272 &c. *Albericus Monachus, trium fontium*, an. eod. p. 147 &c. *Albertus Stadenſis*, an. eod. p. m. 147 &c. Alii multi. *Eugenium III*, ad recuperandam Civitatem *Edeſſam*, qua Infideles erant potiti, denuo Chriſtianos, an. 1145, conclamaſſe, ex citata modò ejus Bulla, patet; Conſ. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1146, p. 124; & Tit. 5, §. 11, in vita *Conradi III*, Imp. v. 4, an. eod. pag. 570, nec non *Nicetas Choniata*, de *Manuele Comneno*, lib. 1, cap. 4, & ſeqq. *Wilhelmus Tyrius*, lib. XVI, cap. IV &c. pag. 891 &c. *Marinus Sanutus*, l. c. lib. 3. part. 6, cap. 19, p. m. 166; qui Expeditionem hanc poſteritati deſcriptam reliquerunt. Tabulæ fœderis, inter *Ludovicum VII*, Galliæ, & *Henricum* 2, Angliæ, Reges, de an. 1177, ſuper expeditionem ſimilem, habentur apud *Rogerum de Hoveden* l. c. Part. Poſter. in vita *Henrici* 2, Regis, p. 570. *Alexandri III* Bulla, de ſubventione Terræ Hieroſolymorum facienda, an. 1181, extat apud eundem, l. c. pag. 612. An. 1187, *Saladino*, Ægypti Sultano, *Hieroſolymas* iterum ſub jugum rapiente, novâ Conſtitutione, hoc ipſo anno edita, *Gregorius VIII*, Chriſtianos ad bellum ſacrum induxit, quam *Cherubinus* l. c. pag. 75 ſuppeditat; Conſ. præced. Tit. V, §. 11, in vita *Friderici I*, v. 4, ad an. 1188, p. 586 & 587. Ab *Innocentio III*, an. 1198, nova emanavit, ejusdem argumenti, Bulla, cujus tenor apud *Rogerum de Hoveden*, l. c. in vita *Richardi I*, p. 786 &c. Conſ. ejusdem literas, ad *Gregorium*, Armenorum Præſulem, an. 1199, apud *Cherubinum* l. c. §. 5, p. 83; nec non ad *Leonem*, Armeniæ Regem, an. eod. l. c. & ad univerſos Eccleſiæ Prælatos, de an. 1200, apud *Rogerum* l. c. pag. 799 &c. totumque Orbem Chriſtianum, ex Concilio *Lateranenſi*, an. 1215, apud *Cherubinum* l. c. p. 88; Bullam *Nicolai IV*, de an. 1291. ſuper recuperatione ejusdem Terræ, cernis apud eundem l. c. pag. 192 &c. de aliis ne dicam.

De modo conferendi geſtandique cruces, earumque materia, inquit *Du Freſne*, voc. *Crucem aſſumere*, p. 1280: *Accipiebantur Cruces ab Epiſcopis, Abbatibus, & majoris dignitatis Prælatis, cujus moris exempla proferunt Guibertus, lib. 2. Geſtorum Dei, cap. 2; Otto Friſing. lib. 1. de Geſtis Friderici, cap. 37-40. - - - - Variè porrò in his Expeditionibus Sacris, Cruces veſtimentis ſuis affixere Peregrini. Nam in Hieroſolymitanis, eas in dextris ſcapulis poſuere. Urbanus II, Pontifex, apud Robertum Monachum, lib. 1. Hiſtor. Hieroſol. Qui vero voti compos ingredi voluerit, inter ſcapulas* (Crucem) *Retro ponat; &c. Tudebodus, lib. 1. Franci, audientes talia eloquia, protinus in dextra fecere Cruces ſuere ſcapula. Iisdem conſona habent cæteri Scriptores rerum Hieroſolymitanarum - - - - Erant Cruces illæ ut plurimum ſericæ, vel auro textæ, ac denique ex quolibet panno, in chlamydibus, aut birrhis, ſive tunicis, ſeu in veſtibus ſuperamictis, aſſutæ, ut habent Guibertus, lib. 2, cap. 5; Fulchertus Carnotenſis, lib. 1, cap. 1, & Baldricus Dolenſis. Sed, ut plurimum, earum color erat Coccineus, ut eſt apud Annam Comnenam, lib. 10. Alex. p. 284. Poſtmodum in ea, quam An. 1188, Philippus Franciæ, & Henricus II, Angliæ, Reges, inierunt, Hieroſolymitana Expeditione prædicti Reges, in ſuſceptione Crucis, ad cognoſcendam*

Digitized by Google

ſcendam Gentem ſuam, ſignum evidens ſibi, & ſuis, providerunt. Rex namque Franciæ, & Gens ſua ſuſceperunt Cruces rubeas; & Rex Angliæ, cum Gente ſua, ſuſcepit Cruces albas. & Philippus Comes Flandriæ, ſuſcepit Cruces Virides. Ita Hovedenus, (Rogerus de Hoveden l. c. in vita Henrici 2, ad an. 1188, p. m. 641.) *& alii, à nobis laudati, ad Alexiadem, p.* 350. *In Expeditione, quæ contra Manfredum Siculum, tanquam hæreticum, decreta eſt, an.* 1264, *Crucem detulere Peregrini partitam ac diviſam, cujus pars una albi, altera rubei erat coloris - - - - In aliis Expeditionibus ſacris, ad diſcrimen Hieroſolymitanorum, non in ſcapulis, ſed alibi aſſutæ Cruces leguntur, v. g. in ea, quæ contra Albigenſes ſuſcepta eſt, in Pectore eas detulere Peregrini, ut obſervant Rigordus, an.* 1213; *Chronicon Andrenſe, an.* 1212, *& Chronicon Flandriæ vernaculum, cap.* 13 - - - - *In prælio contra Mauros, an.* 1212, *Chriſtiani pariter Crucem in Pectore detulere, ut eſt in Epiſtola Arnoldi, Archi-Ep. Narbonenſis, quam deſcripſit Ughellus, in Epiſcopis Sabinenſibus, p.* 191. *In ea Expeditione, quam Saxones adverſus vicinas quaſdam Gentes, idolorum cultui deditas,* (An. 1146) *ſuſcepere, Cruces ii aſſumpſerunt, quæ non ſimpliciter veſtibus aſſutæ erant, ſed à rota ſubter poſita in altum protendebantur, ut ait Otto Friſingenſ. lib.* 1. *de Geſtis Friderici, cap.* 40, *&c.* (in fine, p. 430) Frontes quoque nonnunquam cruce fuiſſe ſignatas, rectè monet *Spelmannus.*

Majoribus noſtris, Religionis pariter Juſtitiæque titulos, ejuſmodi Expeditiones præ ſe ferre, omnino viſæ ſunt, tum, quod Palæſtina, ſolum, primis recuperatæ Salutis æternæ monumentis ſuperbiens, natumque & mortuum unigenitum Dei Filium excipiens, Jure quaſi proprio Chriſtianis deberetur, armata manu Hoſtibus Chriſtianæ fidei, per vim illud occupantibus, eripiendum; *tum,* (ut verbis Dn. *Schurtzfleiſchii,* de *Vitriciis Eccleſiæ,* §. XIII, p. m. 39 & 40, utar) *quod pietati officioque Chriſtianorum conveniret, ut ergà Chriſtianos, ſub Dominatu Saracenico, indignam ſe Chriſtique nomine ſortem ſervitutemque tolerantes, hoc amoris ſui documentum, publicum luculentumque extaret. Sed, ſi rationes penitius ſcrutamur, & quærimus, facile eſt judicatu, omne illud bellandi inſtitutum robore potius, ac viribus, opinioneque Seculorum ſuperſtitionem quæſtus habentium, quam jure, valuiſſe. Etenim, non propterea injuſta ſunt Imperia, quæ ab impiis, barbariſque poſſidentur; neque Religio Chriſtiana eſt ejuſmodi, ut, ob eam, Dominia, & Dei voluntate, nutuque, & Gentium omnium conſenſu approbatione que mixta, cuiquam Genti, ſine evidenti injuria, ſineque præcedenti maleficio, quo Gentium cum Gentibus ſocietas turbata forte læſaque ſit, auferantur. Neque tantum iſta nomine tituloque ſacra, & impetu magis, quam conſilio, ſuſcepta Bella, injuſta, ſed etiam prorſus inutilia, ac Reipublicæ pernicioſa etiam fuerunt &c.* Quod argumentum latius, ad paginam usque 48, proſequitur. *Religionem,* ab iis, qui ſuperiorem non agnoſcunt, armis defendi poſſe, & debito erga Deum, & rationi ſanæ congruit; ſane ſi Principis eſt, res ſuas, libertatem, Patriamque, contra invaſorem hoſtemque publicum, tutari; cur defenſio armata cultus ſacri, animarumque libertatis, injuſta ſit cenſenda, non video. Ex mero autem propoſito, alteri, ob Religionem, arma inferre, iniquum Gentiumque ſodalitati contrarium eſt. Religio enim tantum arma probat ſpiritualia, nec vult cogi; quo Reſcriptum *Marciani* de an. 452, apud *Goldaſtum* Tom. 3. *Conſtit. Imper.* pag. 604, reſpicit. Recta igitur ut feratur, de Expeditionibus ſacris, ſententia, ſedulo in cauſas, quarum intuitu ſuſceptæ ſint, inquirendum. Chriſtiani nominis propagatio non niſi ſpeciem juſti præbebat; quis enim negaverit, proculcata, *Hildebrandinis* artibus, Seculi Principum Majeſtate, propriam magis magiſque ſtabilituros, Pontifices media adhibuiſſe etiam deteſtabilia, prolato, magnificis ſub privilegiis, quibus, ut ex præfatis Bullis apparet, in expeditionem ituros lactabant, inter alia in *Terram Sanctam* Bello, quo non ſolum multæ Chriſtianorum perierant myriades, ſed &, durantibus hujuſmodi expeditionibus, male feriati iſti Præſules, pro lubitu, petulantiæ laxabant fræna, Provinciis militibus, qui ſe opponerent, exhauſtis; hinc eſt, quod, patefacta ipſorum fraude, adverſos ipſos Chriſtianos, quos oderant, nonnunquam *crucem* prædicaverint, vel *Manfredo,* Siculorum Rege, teſte, cui *Alexander IV,* an. 1255, hoc modo ultima erat minatus. Vid. *Matthæus Parienſis* ad h. a. &, ex eo, *Spelmannus* l. c. Talia Bella, Summis Orbis Chriſtiani Principibus ad ſaniora redeuntibus conſilia, nec cœcam amplius Romano Antiſtiti præſtantibus obedientiam, inſuperque ejus fulmina parum, vel nihil, curantibus, inpræſentiarum vix pertimeſcenda. Conf. de hac materia, Dnn. *Datt,* lib. 1. *Rer. German.* cap. 2, §. 26, p. 13; *Rechenberg.* Diſſert Politicar. XV; de *Religione, armis defenſa,* §. IX, & ſeqq. pag. 403 ad 407; *Buddeus,* de *Jure Nat. & Gent.* p. 95.

(*f*) FREQUENS ESSET &c. Hinc Seculares Principes, Nuncio Papali, in Comitiis Norimberg. an. 1522. reſponderunt, apud *Hortlederum, von Urſachen des Teutſchen Kriegs* Tom. II. l. 1. c. 1. §. 25 pag. 81 *Und dieweil dann Päbſtliche Heiligkeit ſelbſt wiſſen, welcher maſſen, vor Jahren, durch die Teutſche* Nation, *bewilligt worden ſeye, daß die Annaten von den Geiſtlichen Prälaten, allein auf etliche Jahr, dermaſſen dem Römiſchen*

Digitized by Google

Stuhl folgen, daß dieſelben zu nichts anders, dann zu Widerſtand des Türcken, gebraucht werden ſolten, und aber ſolche Jahr vorlangſt verſchienen, auch dieſelben Annata, *gemeldter Bewilligung nach, durch Päbſtl. Heiligkeit Vorfahren, wider den Türcken nicht gebraucht ſeynd, das gebe Urſach, ſo, zu Widerſtand des Türcken, eine nothdürfftige Hülffe, im H. Reich Tentſcher* Nation *angelegt werden wolle, daß ſolches durch das Tentſche Volck hoch angezogen und geſagt werde: Warum nicht die Kayſerl. Majeſtat und die Teutſchen Fürſten, ſolche langgereichte* Annata, *die billig zu gemeldter Nothdurfft fürgeſpart, darzu erfordern und gebrauchen? und vermeinen darum weitere Beſchwerung auf ſich bringen zu laſſen, nicht ſchuldig zu ſeyn; nachdem die Geiſtlichen Prælaten, was ſie derſelben* Annata *halben gen Rom bezahlen, wiederum von ihren weltlichen Unterthanen nehmen. Demnach ſeye Kayſerl. Majeſt. und anderer Reichs-Stände, hohe und fleiſſige Bitte, daß Päbſtl. Heiligk. ſolche* Annata, *ſo fürder durch Abſterben der Ertzbiſchoff &c. fällig worden, weiters nicht erfordern, noch einnehmen, ſondern des H. R. Reichs* Fiſco *wollen verfolgen laſſen &c.* Et l. c. cap. 47. §. 45. pag. 662. ait *Hortlederus*: *Dem* Pallio *ſind auch anhängig die* Annatæ; *denn Annaten nennen ſie am Ræmiſchen Hoff, das die Biſchæffe nennen die Mitteln oder erſten Früchte: und für die Beſtättigung eines Biſchoffs, muß man vom Pabſt den Biſchæfflichen Mantel, læſen, ſo doch einen ſolchen eigentlich allein der Biſchoff zu Bamberg, in Teutſchen Landen, hat, und die Ertzbiſchæffe --- Was nun die Ræmiſche Kirch jährlich aus ſolchen* Annatis *erkratzt und erſchabt, das iſt unmæglich zu æſtimiren, und zu überſchlagen, aus Urſach, daß nicht allein die Bißthümber und Prælaturen, ſondern auch die ſchlechten Beneficien* (Electiva) *ſo nur 24 Ducaten* de Camera, *ja die nur 12. Ducaten, nach Ordnung Leonis X, einkommens haben, ihr* Penſiones *davon reichen und geben müſſen, wie Hieronymus Gigas bezeugen thut ---- Ungeachtet, daß ſolche* Annatæ, *und andere dergleichen Schindereyen, und Simoney, auf dem* Concilio *zu Baſel gäntzlich aufgehebt, und verboten ſind. Dann alſo lauten die Wort der* Conſtitution *des* Concilii *zu Baſel über die Annaten, in der 21. Seſſion.*

Sacro-Sancta Generalis Synodus Baſileenſis in Spiritu S. legitimè congregata, univerſalem Eccleſiam repreſentans. Ad perpetuam rei memoriam, in nomine Spiritus Paracleti ſtatuit hæc Sancta Synodus: quòd tam in Curia Romana, quàm alibi, pro, ſeu in confirmatione electionum, admiſſione poſtulationum, præſentationum proviſione, collatione, diſpenſatione, electione, poſtulatione, præſentatione, etiam à Laicis facienda inſtitutione, inſtallatione, & inveſtitura, de Eccleſiis etiam Cathedralibus & Metropolitanis, Monaſteriis, dignitatibus, beneficiis, officiisque Eccleſiaſticis, quibuscunque, nec non Ordinibus & ſacra benedictione ac Pallio: de cætero NIHIL PENITUS, ante vel poſt, exigatur, ratione literarum bullæ, ſigilli, Annatarum communium, & minutorum ſervitiorum, primorum fructuum, Deportatuum, aut ſub quocunque alio titulo, colore vel nomine, prætextu cujuscunque conſuetudinis privilegii vel ſtatuti, aut alia quavis cauſa, vel occaſione, directè vel indirectè, ſolùm ſcriptoribus, abbreviatoribus, & Regiſtratoribus literarum, ſeu minutarum, pro ipſorum labore, competenti ſalario perſolvendo. Huic autem Sacro Canoni, ſi quis exigendo, dando vel promittendo contraire præſumpſerit, pœnam incurrat adverſus Simoniacos inflictam ---- Et ſi, quod abſit, Romanus Pontifex, qui præ cæteris Univerſalium Conciliorum exequi, & cuſtodire Canones debet, adverſus hanc ſanctionem, aliquid faciendo, Eccleſiam ſcandalizet, generali Concilio deferatur. Cæteri verò pro modo culpæ ... digna ultione puniantur. &c. Conf. præc. lit. a.

25. Quamvis Status Imperii primis temporibus hæc Corcordata *improbarent (a)*, qui facta erant inter *Fridericum Tertium* & Pontificem ſine conſenſu Statuum; tamen in omnibus Capitulationibus Imperatores jurarunt, ſe effecturos, ut ſummus Pontifex Concordata obſervet.

NOTÆ.

(*a*) IMPROBARENT &c. Vid. præced. §. 23, lit. a; & 24, lit. f.

26. Anno 1517. præter alia, & hæc Summi Pontificis poteſtas in Clericos, iterum *diſputari (a)* cœpit; & Anno 1552, *Paſſavii (b)* conſtitutum, ut *Proteſtantes* liberum religionis ſuæ exercitium haberent; & ut Summi Pontificis poteſtas circa ſacra, in territoriis ipſorum eſſet ſuſpenſa: *(c)* id quod, in ſubſecuto Receſſu, de anno 1555, *Ratisbonæ* confirmatum. *Ferdinandus Primus* tamen tunc adjecit hanc clauſulam, *(d) ut, ſi impoſterum vel Archi-Epiſcopus, vel Epiſcopus &c. ad Proteſtantium religionem transfiret, ſuo beneficio caderet, ſalva tamen Status ſui dignitate.* Quæ clauſula dicitur *Autonomia*, & à Statibus Proteſtantibus ſemper impugnata eſt, nec unquam pro lege habita, quia non facta erat conſenſu

ſenſu omnium Statuum. Anno 1629, cum Proteſtantes adhuc multa bona Eccleſiaſtica ſibi acquiſiviſſent, factum eſt à *Ferdinando Secundo* edictum, (*c*) de bonis eccleſiaſticis reſtituendis, & cauſam præbuit bello Suecico; quod tandem *Monaſterii*, in *Inſtrumento Pacis*, transactione finitum, & articulo quiñto conſtitutum eſt, ut jura eccleſiaſtica reſtituerentur in eum Statum, quo fuerunt 1624; (*f*) Autonomia *Ferdinandi I.* eſt confirmata; Pax religioſa de Anno 1555, conſenſu omnium Statuum, ad Reformatos, (*g*) qui hactenus, à Pontificiis, negabantur comprehendi in *Pace Religioſa*, extenſa: Summi Pontificis poteſtas circa ſacerdotes, & ſacra, in terris proteſtantium, ſuſpenſa: & imprimis etiam de Annatis, & menſibus Papalibus, conſtitutum: *ſi quid Annatarum, Jurium pallii, confirmationum, menſium Papalium, & hujusmodi jurium & reſervationum nomine, in bonis StatuumAuguſtanæ Confeſſionis Eccleſiaſticis immediatis, à quocunque, quandocunque, & quomodocunq; prætendatur, id validitate & executione à brachio ſeculari impertienda, careat; in quorum autem eccleſiaſticorum bonorum immediatorum Capitulis utriusque religionis Capitulares, & Canonici, vigore præfati termini, certo utriusque numero, admittuntur, menſesque Papales id temporis in uſu fuerunt, porrò quoque, ſi decedentes Capitulares & Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineat, atque executioni, caſu eveniente, mandeutur, modò Papalis proviſio Capitulis immediatè à Curia Romana & tempore legitimo inſinuetur; I.P. art. 5. §. 5. num. 19. §. 20. de Concordatis vid. Limn. ad Capit. Caroli V. p. 398. 399. & ſeqq.*

NOTÆ.

(*a*) DISPUTARI COEPIT &c. Tempore nimirum reſtaurati à *Luthero* luminis Evangelii: Vid. præced. Tit. 2, §. 15, lit. a, p. 263 &c.

(*b*) PASSAVII &c. Ibi ſaltem Art. 6 & 7, conſtitutum, ſex menſium ſpatiò, celebranda ab Imperatore Comitia, in quibus ſerio, de modo tollendis ſchiſmatis, agendum deligendis interea Viris piis, pacificis, ac prudentibus, utriusque Religionis, & numero æquali, qui placidas & æquas diſſidiorum componendorum inveſtigandas rationes, ſedulò rimentur; quibus additum, Art. 8: *Und (ſollen) mittlerzeit, weder die Kayſerl. Maj. Wir*, (Ferdinandus, Rex Roman.) *auch Churfürſten, Fürſten und Stände des H. Reichs, keinen Stand, der Augſpurgiſchen* Confeſſion *verwandt, der* Religion *halben, mit der That gewaltiger weiß, oder in andere Weg, wieder ſein* Conſcientz, *und Willen, triegen, oder derhalben uberziehen, beſchædigen, durch* Mandat *oder einiger anderer Geſtalt, beſchwæren, oder verachten, ſondern, bey ſolcher ſeiner* Religion *und Glauben, ruhiglich und friedlich bleiben laſſen &c.* Conf. ſupr. l. c. v. 24, pag. 279.

(*c*) SUSPENSA &c. Contigit hoc demum tempore Religioſæ Pacis Auguſtanæ, an. 1555; teſte R. J. *Auguſt.* an. 1555, §. XX, *damit auch &c.* verb: *damit auch obberührte beyderſeits* Religions-*Verwandte, ſo viel mehr in beſtændigem Frieden, und guter Sicherheit, gegen, mit und bey einander, ſitzen und bleiben mægen, ſo ſoll die geiſtliche* Juriſdiction - - - *wieder der Augſpurgiſchen* Confeſſion Religion, *Glauben, Beſtellung der* Miniſterien, *Kirchengebræuchen, Ordnungen und* Cerimonien, *ſo ſie aufgericht, oder aufgerichten mæchten, biß zu endlicher Vergleichung der* Religion, *nicht* exercirt, *gebraucht, oder geübt werden, ſondern - - - ruhen, eingeſtelt, und* ſuſpendirt *ſeyn und bleiben &c.* Conf. l. c.

(*d*) CLAUSULAM &c. Et quidem Art. XVIII, laudati Receſſus, *Und nachdem &c.* ibi: *Und nachdem, bey Vergleichung dieſes Friedens, Streit fürgefallen, wo der Geiſtlichen einer, oder mehr, von der alten* Religion *abtretten würden, wie es der, von Ihnen, biß daſelbſt hin, beſeſſenen, und eingehabten Ertz-Biſtumb, Biſtum,* Prælaturen, *und* Beneficien *halben, gehalten werden ſoll? welche ſich aber bey der* Religions-*Stände nicht haben vergleichen kœnnen: Demnach haben wir, in krafft Hochgedachter Rœm. Kayſerl. Majeſt. Uns gegebenen Vollmacht und Heimſtellung, erklært und geſetzt, thun auch ſolches hiemit wiſſentlich, alſo: wo ein Ertz-Biſchoff, Biſchoff,* Prælat, *oder ein anderer geiſtliches Stands, von Unſer Alten* Religion *abtretten würde, daß derſelbig ſein Ertz-Biſtumb, Biſtumb,* Prælatur, *und andere* Beneficia, *auch damit alle Frucht und Einkommen, ſo er davon gehabt, alsbald, ohn einige Widerung und Verzug, jedoch ſeinen Ehren ohnnachtheilig, verlaſſen, auch den Capituln, und denen es, von gemeinen Rechten, oder der Kirchen- und Stifft-Gewohnheiten, zugehœret, eine Perſon der Alten* Religion *verwandt, zu wehlen, und zu ordnen zugelaſſen ſeyn, welche auch, ſampt der geiſtlichen Capituln, und andern Kirchen, bey der Kirchen- und Stifft-*Fundationen, Electionen, Præſentationen, Confirmationen,

Alten

Altem Herkommen, Gerechtigkeiten und Gutern, liegend oder fahrend, ungehindert und friedlich gelaſſen werden ſollen, jedoch künfftiger, Chriſtl., freundl., und endlicher Vergleichung der Religion, *unvergreifflich &c.* Improbaverant quidem ſtatim hanc formulam Proteſtantes, ita concipiendam: *Da aber einer, oder mehr, Churfürſten, Fürſten und Stande, zwiſchen hier und endlicher Vergleichung, der Alten* Religion, *oder Augſpurgiſchen* Confeſſion, *anhængig würde, ſo ſollen diejenigen, ſo zu der Alten* Religion *treten, das genieſen und fæhig ſeyn, was von den Stænden der Alten* Confeſſion, *in dieſer* Conſtitution *geſetzt; und diejenige, ſo zu der Augſpurgiſchen* Confeſſion *treten, hinwieder alles und jedes deſſen fæhig ſeyn, und genieſſen, was von denen, ſo zuvor die Augſpurgiſche* Confeſſion *gehabt, und Verænderung in der* Religion *vorgenommen haben, in dieſer* Conſtitution *gemeldt und geſetzt iſt &c.* Nihilominus autem *Ferdinandus I*, Iis invitis & reclamantibus, Receſſui Imperii præfato eam inſeri juſſit, quare & ἀυτονομία, *Limnæo*, *Freiſtellionatus*, à voce *Frey-* ſive *Heimſtellung*, Pontificiis: *Reſervatum Eccleſiaſticum*, Germ. *geiſtlicher Vorbehalt;* vocatur. Hinc tot Proteſtantium querelæ, quarum vel Ipſe Imperator, *Ferdinandus* 2, in famoſo Edicto: *de reſtituendis Bonis Eccleſiaſticis, à tempore Religioſæ Pacis, à Proteſtantibus occupatis*, de dato *Wien*, 6 Mart. 1629 apud *Lundorpium* Tom. III *Act. Publ.* Lib. VIII, cap. 153, p. 1048 &c. *Meteranum* ad h. a. p. 590 &c. *Limnæum*, Tom. I Addit. ad lib. 1 *Jur. Publ.* cap. 13, pag. 145, ad 160; & Tom. 2 *Theatri Europæi*, an. eod. pag. 10 ad 18, meminit, & quidem §. *Nicht weniger iſt nunmehr Reichskündig*, & tribus ſequentibus: *Als aber dagegen &c. Ob dan wohl des folgenden Jahrs &c.* &, *Als auch nach &c.* quibus continetur, Proteſtantium Legatos, non tantum expreſſis verbis: *daß Sie hierinnen endlich Ihrer Kayſerl. Majeſt. keine Form, oder Maß, zu ſetzen wüßten;* dictam Clauſulam approbaſſe, ſed & Imperatorem, ut cautelæ: *Daß beyde Theile ſich miteinander nicht vergleichen kænnen; und denjenigen, ſo ſolcher geſtalt von den Stifftern tretten müſſen, es an ihren Ehren unſchædlich ſeyn; auch dieſer Vorbehalt künfftiger Vergleichung der* Religion *nicht* præjudiciren *ſolte &c.* insererentur, efflagitaſſe, & ſimul obtinuiſſe; annis inſuper 1556, 1557, 1559, 1566, & 1590, prolata deſuper nova Proteſtantium Gravamina, ab Imperatoribus ſemper fuiſſe rejecta, idque querulis datum reſponſi, *daß ſie in dem* Religion-*Frieden, und deſſen Begriff, keinen Unterſcheid machen kænten, und alſo auch den Artickel des geiſtlichen Vorbehalts, unter andern, fur einen Artickel und Theil des* Religions-*Frieden, halten, und, aus folgenden Urſachen, halten müſſen: Daß nemblich auf dieſe gantze Verfaſſung, nichts davon ausgeſchloſſen, Ihr. Kayſerl. Majeſt. einen leiblichen Eyd geſchworen haben; der auch eben dieſes alles Ihr. Kayſerl. Majeſt. bey Ihrer Majeſt. Kæniglichen Wahl, durch des H. Reichs Churfürſten ſelbſten ohn einige Ausnahm, und* Reſervation, *fürgehalten worden ſey, dabey es Ihr. Kayſerl. Majeſt. nunmehr Pflichten halber, billich, auch verbleiben lieſſen &c.* Replicantur autem Proteſtantes *in dem wiederholten Vorſchlag zur gütlichen Compoſition*, de an. 1631, apud *Lundorpium* l. c. Tom. IV, lib. 2, cap. 1, §. 18, p. 263: *Der geiſtlichen Vorbehalt betreffende, welcher, von den Herren Catholiſchen, vor ein* ſubſtantial pertinentz *vielgedachten* Religion-*Friedens, gehalten werden will, wird keineswegs geſtanden, daß derſelbe von den Evangeliſchen und* Proteſtirenden *Stænden, und bey wehrender* Tractation *des* Religion-*Friedens, noch deſſelben Abhandlung,* ſubſcription *und Beſieglung, noch auch hernach, jemahls bewilliget und angenommen; ſondern, es giebet vielmehr* continuatio Hiſtoriæ, *daß er* toties quoties, *und zu vielen unzehlichen mahlen, aus erheblichen Chriſtlichen Urſachen, und mit ſtattlicher Ausfuhrung, beharrlich wiederſprochen worden; wie ſolches nicht allein aus den* Actis *deſſelben*, de an. 1555, *und viel erfolgten Reichs-Wahl-und* Deputation-*Tagen, ſondern auch den* formalibus *des* Religions-*Friedens ſelbſt, ſattſamb erſcheinet, und die erfolgte* ſubſcription *und* inſinuation, *durch die mit angehenckte* clauſulam finalem: *So viel einen jeden betrifft, oder betreffen mag; und, alſo wie ob ſtehet &c. genugſam* declarire *und* innuitirt (*innuirt*) *wird, daß ſie,* ex parte *der Evangeliſchen und* Proteſtirenden *Stænden, auf den geiſtlichen Vorbehalt nicht zu ziehen. So hat ſich nun Kayſer Ferdinandus I, hochlæblichſten Angedencken, zum Uberfluß, auch etlich Jahr hernach, als den 17.* Febr. an. 1557, *allergnædigſt erklæret, Ihro Majeſtæt wolten des* Diſſenſus *der Evangeliſchen eingedenck und geſtændig ſeyn, denn in der Antwort an die Evangeliſche Stænde, den* 13. Junii, an. 1559: *Der Geiſtlichen Vorbehalt betreffe die Evangeliſche Stænde nicht, ſondern ſey allein Ihrer Majeſt. und andere Stænde. So hat auch Kayſer* Maximilianus 2, *bey gehaltener Reichs-Verſammlung, in* anno 1566, *als die Evangeliſche, um Aufhebung vielgedachten Geiſtlichen Vorbehalts, bey allen* Occaſionen, *inſtændig angeſucht, ſich zwar damit entſchuldiget, daß ſich die Catholiſchen Geiſtliche ſtarck darwieder ſetzen, dabey aber dieſe Anzeige gethan, daß Ihro Majeſtæt keinen andern Weg wiſſen, als, weil dieſes ein hauptſæchlicher Articul der ſtreitigen* Religion, *daß ſolcher, biß uff derſelben fernere fugſame* Tractation, *im Nahmen Gottes mæchte eingeſtellt und verſchoben werden &c.* Conf. *Der Fürſtl. Braunſchweig-Lüneburg-und Heſſen-Caſſeliſchen Herrn Abgeſandten, abermalig,* in puncto Amneſtiæ, *den Churfürſten und Stænden des Reichs überge-*

Digitized by Google

übergebenes Bedencken, de an. 1641, apud *Lundorpium* l. c. Tom. V, lib. I, §. LXXXIII, Tit. *von den* Immediat. *Ertz-und Stifftern*, p. m. 186: *Ob zwar Kænig Ferdinando, glorwürdigſter* memori, *von dero Herrn Brudern, Kayſer Carolo V, heimgeſtellt, und Vollmacht aufgetragen, den* Religion. *Frieden zu behandeln, und aufrichten zu helffen, Ihro Kayſerliche Majeſtat auch, krafft angeregter Heimſtellung, aus Kayſerlicher Macht, und angeregter beſchehener Heimſtellung, den alſo genanten geiſtlichen Vorbehalt, verordnen wollen; ſo haben die* Proteſtirend*e Evangeliſche Churfurſten und Stande, in ſolche* limitation *und* Reſtringirung *des* Religion-*Friedens, gar nit willigen, und* conſentiren *wollen; inmaſſen ob dem Inhalt gerührten Vorbehalts klarlich erhellet: es habe auch der drey Weltl. Churfürſten Rathe, wie nicht weniger der anderen Evangeliſchen Fürſten, und Stand, Bottſchafften und Geſandten, zeit wahrenden* Tractats, *und Reicht-Tags, den 7 Dec.* 1555, *gegen Kænig* Ferdinand, *ſich erklaret, daß* (ſunt verba ipſorum) *Sie den alſogeſtalten Artickul nicht willigen kænten, oder mæchten, hætten Sie hochbetreffentliche Chriſtl. erhebende Urſach; dann (1) manniglich wohl erachten kænte, was es für ein ſchimpff, Spott und Verkleinerung, ihrer* Religion *ſeyn würde, wann ſie willigen ſolten, daß alle die, ſo ſich zu ihrer* Religion *thæten,* ipſo Jure & facto *der Stiffter entſetzt, und darzu für Ketzer gehalten, auch aller würden und Stands* privirt *ſeyn ſolten; ſo wolte es auch (2) in* Religions-*Sachen, der H. Schrifft, und dem Gewiſſen zu wieder ſeyn, daß ein Stand willigen ſolte, daß kein Geiſtlicher der* Religion *ſeyn ſolte, welche er für die Wahrheit Chriſtlich erkennt hætte; und wære über dieſes alles* (3) *dieſe* Diſputation *ein* determination *der* Religion *ſelbſt, dann, damit nachgegeben wird, daß die Augſpurgiſche* Confeſſion *einer verdamten* Secte *Lehre wære, deren ſich keiner anhængig machen mæchte; und gereichte auch ſolches (4) zu ſonderbahrer Verachtung der* Religion *und* præjudicio cauſæ principalis, *welches dann außdrücklich wider den aufgerichten Frieden-Stand ſeyn würde &c. Auch iſt* (5) ab Orbe condito, *ganz unerhærten* Exempels, *daß die offenbahre Gættliche Wahrheit, und* Profeſſio Evangelicæ Veritatis, *eine* cauſa & modus amittendi Dominii *ſeyn ſolte &c.* Conf. Proteſtantium Gravamina, Plenipotentiariis Cæſareis, Oſnabrugæ exhibita, an. 1645, apud *Lundorpium* l. c. lib. 2 cap. 114, p. 1045; & Romano-Catholicorum reſponſio, de an. 1646; ibid. cap. 117, p. 1061 &c. Nec non Proteſtantium propoſitiones, componendis diſſidiis, Oſnabrugam Romano-Catholicis, an. eod. miſſæ, apud eundem Tom. VI, lib. 3, cap. 30, §. 12, 13, 14 & 15, p. 37; Seriem Actorum Publicorum exhibet *Lehmannus*, Oper. de *Pace Religionis*, lib. 1, cap. 13, pag. 27 &c; ubi: *der Churfürſten und Fürſten Augſpurgiſcher* Confeſſion *Rathe und Geſandten ferner Bedencken und* Gravamina, *über den* Puncten *der Geiſtlichen Vorbehalt, oder, die Freyſtellung betreffend, den Chur- und Fürſtlichen Rathen der Catholiſchen* Religion *übergeben;* l. c. cap. XV, pag. 30: *Der Augſpurgiſchen* Confeſſion, *verwandten Stande Urſachen, und* Rationes, *warum die Freyſtellung der* Religion, in genere *zu ſetzen &c.* cap. XVI, ad XXIII, p. 32, ad 51 &c. Et lib. 2, cap. 1, p. 79, ubi: *Der Churfürſten, Furſten und Stænden, der Augſpurgiſchen* Confeſſion *verwandt,* Gravamina, *ſo Sie der Kayſerl. Majeſt. am 12 Maji,* 1559, *zu Augſpurg übergeben &c.* & cap. IV. pag. 90: Gravamina *der Augſpurgiſchen* Confeſſions-*Verwandten Stænde, auf dem Reichstag zu Augſpurg,* an. 1556, *den 25 April, der Kayſerl. Majeſt. übergeben &c.* & lib. 3, cap. 38, p. m. 494 &c. Qu. 52, *von geiſtlichen Vorbehalt, &c.* ſicque, per totum opus. Acriter de *Eccleſiaſtico Reſervato*, diſceptatum eſt, annis 1582 & 1583, cum *Gebhardus*, Illuſtri *Truchſeſſiorum de Waldpurg* ſanguine cretus, Præſul Colonienſis, ducta, 5. Febr. 1582, in uxorem *Agnete, Johannis Georgii*, Mansfeldii Comitis, filia, Auguſtanam Confeſſionem amplecteretur, ejusque liberum exercitium, in Diœceſin introducere contenderet, ex rationibus, an. 1582, 19 Mart. Cæſareo Legato, *Johanni* L. B. *Preinero*, expoſitis, apud *Lehmannum* l. c. lib. 3, cap. XI, p. m. 335 &c. Capitulo enim omnem Archi-Epiſcopo denegante obedientiam, &, ſub præſidio *Reſervati Eccleſiaſtici*, novam moliente electionem, maſculè cauſam Præſulis, apud Cæſarem, tres Laici Electores, *Palatinus*, *Saxo* & *Brandenburgicus*, 9 Jan. 1583, ſcripto egerunt, cujus formula ibid. cap. 12, p. 339 &c. habetur; in primis *Palatinus* datis ad Capitulum Colonienſe an. eod. 10 April. literis peculiaribus ſucci plenis, quibus, (tenorem exhibente, *Lehmanno*, l. c. cap. 13, p. 341 &c.) præter rationes, ad impugnandum *Reſervatum*, ſæpius à Proteſtantibus, adhibitas, modoque adductas, in cauſæ Præſulis commendandæ gratiam, inſertum: *dieweil et nun, mit obberührtem Paß des Geiſtlichen Vorbehalts, weit ein andere, und nemlich dieſe Gelegenheit hat, daß er* (1) *nicht durch Gemeine Stænde* approbirt *und gut geheiſſen; vielweniger* (2) *mit ordentlichen Zuthun der Kayſerl. Majeſt. allein auf die, von der Kayſerl.*

Majeſt. Ihre beſchibene Heimſtellung, angeordnet, und in dem Religion-*Frieden gedrukt, ſo Ew. Ld. und Ihr, leichtlich daraus abzunehmen, daß ſolcher* Articul *auch nicht für bündig zu halten; daß auch die Evangeliſchen Stande, aus oberzahlten Urſachen, und inſonderheit* (3) *darum, daß dem* Paſſauiſchen *Vertrag hierinn nicht nachgegangen worden, nicht unbillig darwieder* proteſtirt *haben; ſo iſt auch* (4) *am Tag, daß ſolcher* Articul *nie in ſeine würcklichkeit kommen, oder jemahlen wieder die Geiſtlichen, die ſich zu der Augſpurgiſchen* Confeſſion *bekant haben,* exercirt, *ſondern ſeyn* (5) *deren viel, ungeacht* in Religione *furgenommener Æhderung, bey ihren Ertz-Biſtumben und* Prælaturen, *gelaſſen, und fur gehorſame Stænde, und angehœrige des Reichs, nicht weniger dann andere Geiſtliche erkannt worden; auch* (6) *aller* Beneficien, *Würden,* Dignitæten, *die ſolchen Ertz-Biſtumben, Biſtumben und* Prælaturen, *vor alters anhængig; deßgleichen auch* (7) *aller Reichs*-Conſtitutionen, *Satzungen und Ordnungen, auf Reichs*-Deputation-*und andern Tagen, am Kayſerlichen Cammer-Gericht, und ſonſt allenthalben, gleich andern Geiſtlichen, fæhig geweſen, und noch; alſo, daß die Stænde Augſpurgiſcher* Confeſſion, (8) *in wohlgebrachter ruhiger* Contrarii Juris poſſeſſione, vel quaſi, *ſeyn; daß nemlich kein geiſtlicher Stand, der geænderten* Religion *halben, ſein Ertz- oder andere Stifft zu verlaſſen, und davon abeutreten ſchuldig &c.* Addèbatur & illud; etiamſi concederetur, in ſanciendo *Reſervato Eccleſiaſtico*, omnia ritè, & conſentientibus Imperii Ordinibus, fuiſſe peracta, nihilominus Capitulum in pœnam fractæ pacis publicæ incurriſſe, propria auctoritate, nec prævia cauſæ cognitione legitima, legitimi Domini mandata reſpuendo, aliumque Præſulem, *Erneſtum*, *Alberti* Bavariæ Ducis, filium, ſurrogando; accedente Romani Antiſtitis, *Gregorii III*, excommunicationis fulmine, res evaſit armata; tandem *Gebhardus*, à ſuis proditus, ab amicis derelictus, & ab hoſtibus vi ſede deturbatus, mediocris fortunæ expertus amara, an 1601, diem clauſit ſupremum; quo de bello *Thuanum*, lib. 76 & ſeqq. evolvas. Profeſſo ſtudio, argumentum hoc ex Romano-Catholicis, edita ineunte Seculo XVII, *Autonomia*, tractavit: *Franciſcus Burkardus*, Colonienſis Cancellarius; ut & ſcriptores *Pacis Compoſitionis* Dilligenſes, an. 1629; quibus ex parte Proteſtantium, *Scipio Aretinus* (Jacobus Lampadius) an. 1653. oppoſuit: *Gründliche* Deduction, *wie es mit den Kayſerl.* Religions-Edict, *und der geiſtlichen vermeintlichen Vorbehalt, eigentlich bewandt, und was dieſelbe, beyderſeits vor Krafft und Würckung haben;* Conf. *Petri Heigii*, apud *Klockium*, Tom. I, Conſil. 51, §. 256 &c. *Obrechtus*, Diſſ. de *Reſervato Eccleſiaſtico*, an. 1675, 1 Jul *Argentorati* habita; quæ, inter diſſertationes ejus Academicas, locum decimum occupat; *Limnæus* Tom. I *Jur. Publ.* lib. 1, cap. 13, §. 34, p. 246 &c. *Strauchius* Diſſert. Exoter. IV, de *Statu Germaniæ, poſt debellatos Smalcaldici fœderis ſocios*, §. VI & ſeqq. pag. 381 &c. *Schützius* Vol. I *Jur. Publ.* Diſſ. VII, §. VIII, lit. D. p. 482 & 483; & Vol. 2, Diſſ. IV, §. 15, lit. a, pag. 248 &c. *Rumelinus*, ad A. B. part. 3. Diſſ. VI, §. 3, pag. 907 &c. *Fritſchius*, in *Electu Juris Publici Romano-Germanici*, cap. VII, p. m. 81 &c. *Schilterus*, de *libertate Eccleſiæ Germanicæ*, lib. VII, cap. XI, §. 2, p. 1056; *Wirlhofius*, Specim. I, *Juris Enucleati*, Prooem. cap. I, §. 4, lit. b, pag. 3 & 4; Alii. Hodiè controverſia hæc deciſa, Art. V *Inſtrum. Pacis Weſtphal.* §. 15, *Si igitur; Autonomiâ* non tantùm ibi confirmatâ, ſed & verbis: *excitant illi* (Clerici Romano-Catholici, ad Caſtra Proteſtantium tranſeuntes) *ſtatim ſuo jure*, extensà.

(*e*) EDICTUM &c. Cujus, ſub lit. d, memini. Pertinent huc Reſponſa Facultatis Juridicæ *Tubingenſis*, de an. 1629, 10 Maji, apud *Lundorpium*, Tom. III *Act. Publ.* cap. 155, p. 1063 &c. & *Theodori Reinkingii*, ſub dato *Marpurg*, 4 April. 1629, ibid. cap. 155, pag. 1069 &c. ſibi invicem contraria; in primis *Proteſtationes Saxonis*, Electoris, ſub dato *Dreſden*, 18 April. an. eod. apud eundem, Tom. IV, lib. 1, cap. 3, p. 3 &c. & *Theatr. Europ.* Tom. 2, ad an. 1629, q. 18; aliorumque Proteſtantium, apud *Limnæum*, Tom. I Addit. ad lib. I *Jur. Publ.* cap. 13, p. 160 ad 171, deſuper interpoſitæ; Conf. *Schilterus* l. c. lib. VII, cap. XII, §. 8, & ſeqq. pag. 1077 &c.

(*f*) 1624: a primo die Januarii, usque ad ultimum Decembris, dicti Anni.

(*g*) REFORMATOS; Reformatis, quatenus *Auguſtanam Confeſſionem* an. 1530 *Carolo V*, ſolemnibus in Comitiis, oblatam, mutaverant, obſtabat Religioſæ Pacis formula, Art. 17, *doch ſollen, R. J. Auguſtani* de an. 1555, expreſſa: *Doch ſollen alle andere, ſo obgemelter beyden* Religionen (Romano-Catholicæ, & invariatæ Auguſtanæ Confeſſionis) *nicht anhængig, in dieſem Frieden nicht gemeynt, ſondern gæntzlich ausgeſchloſſen ſeyn &c.* Hinc, conveniente Sodalitati ſtylo, *Jacobus Keller* Jeſuita, in *Tyrannicidio*, pag. 5, apud *Limnæum* Tom I *Jur. Pub.* lib. I, cap. 13, §. 32, pag. 245: *Wir Catholiſchen ſeynd der* Religion *zugethan, welche im Reich die Elteſte, und ihr* eſſe, *weder auf Nachſehen, noch Gnaden, gegründet. Hingegen iſt die Calviniſche* Religion, *als eine frembde, unerhœrte, falſche ſchædliche* Religion, *im Reich niemahls* approbiret, *niemahls zugelaſſen, niemahls in* Religions-*Frieden eingeſchloſſen, ſondern von dem Kayſerl. Kammer Gericht, durch rechtmaß*[illegible] Sentenz *in der Grafſchafft Iſeburg, erſtlichen abgeſchafft &c.* Eosdem à Religionis Pace excluſos arbitrantur: *Friderus* Mindan. de *Proceſſ.* cap. 19, §. 3, *Otto Melander*, de *Pace Religionis* §. 5, in fine, apud *Lehmannum*, de *Pace Religioſa*, lib. 3,

cap.

cap. 31, pag. 444; Auctor *Compendioſæ Declarationis Pacis Religionis*, de an. 1630, §. IX, ibid. lib. 3, cap. 37, p. m. 488; *Limnæus*, lib. I *Jur. Publ.* cap. 12, §. 32, p. 225; *Henricus Andreas Cranius*, Tract. de *Pace Religioſa*, Part. I, Probl. 13, p. 125 &c. l. c. *Mylerus* ad *Rumelinum*. in A. B. part. 2, Diſſert. 5, Corollar. 6, p. m. 614 & 615, & Part. 3, Diſſert. 2, §. 2, pag. 739; *Lindenſpür*, *Analyſ. Pacis Religioſ.* §. 4; alii multi. Contrariam ſententiam fovent: *Nordermannus*, de *Jur. Principal.* Concluſ. 29, lit. b; *Alſtedius*, *Encyclop.* lib. 23, cap. 18, Reg. controv. penult. circa finem; aliique quos *Mylerus*, citato priori loco, producit. Vigore etiam *Inſtr. Pac. Weſt-phal.* Art. VII, §. 1, ſolenni Conſtitutione, Religioſæ Pacis redditi ſunt participes, quamvis Legatus Saxonum Electoris, *Johannes Leuberus*, deſuper ſit proteſtatus, cujus libellus, ap. *Lundorpium*, Tom. VI, lib. 3, cap. 236, p. 355 &c. extat. Attamen, Capit. *Leopoldi*, Art. XIX, & Capit. *Joſephi* Art. XVIII, & Capit. *Caroli VI.* Art. I. IV. XIV. verb. *denen Augſpurgiſchen* Confeſſions-*Verwandten, die Reformirte mit eingeſchloſſen &c.* poſterior diſpoſitio in Reformatorum gratiam, confirmata noſcitur. Conf. Dn. *Rhetius Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. I, §. 41, p. 343 & 344.

27. Epiſcopi *hodie (a)* conſtituuntur electione, vel poſtulatione. *Lancellot. lib. 1. Inſt. Jur. Can. tit. 6. Electio eſt communis Capitularium omnium ſeu plurium ſuffragio, vacante Eccleſia cathedrali vel collegiata, certo ritu & modo, idoneæ (b) perſonæ cooptatio. (c) Lancellot. d. lib. 1. Inſtit. tit. 6. Poſtulatio (d) eſt ejus, qui propter defectum eligi non potuit, apud ſuperiorem concors Capituli petitio. Lancellot. d. lib. 1. Inſtit. tit. 8.* Quibusdam eligentibus & quibusdam poſtulantibus, *duplo major (e)* poſtulantium numerus requiritur: ſin ſecus, præfertur per pauciora ſuffragia facta electio. *C. ſcriptum eſt X. de election.*

NOTÆ.

(*a*) HODIE &c. Tres modos conſtituendi Epiſcopos recenſet *Conringius*, de *Republ.* Exerc. VII. de *Conſtit. Epiſcopor.* §. 86, p. 477, inquiens: *Hodiè igitur omnes omnino Epiſcopi in Germania conſtituuntur, vel Electione; vel Poſtulatione; vel Collatione, quæ fit à ſolo Pontifice. &c.*

(*b*) IDONEÆ &c. Concilium Carthaginenſe IV. decrevit, apud *Gratianum*, c. 2. *Qui Epiſcopus*, Diſt. 23. examinandum eſſe Epiſcopum, priusquam ordinetur, num *natura ſit prudens? ſi docibilis? ſi moribus temperatus? ſi vita caſtus? ſi ſobrius? ſi pervigil? ſi ſemper ſuis negotiis cavens? ſi humilis? ſi affabilis? ſi miſericors? ſi literatus? ſi in Lege Domini inſtructus? ſi in ſcripturarum ſenſibus cautus, vel acutus? ſi in Dogmatibus Eccleſiaſticis exercitatus? & ante omnia, ſi fidei documenta verbis ſimplicibus aſſerat? &c.* Examen *Willeberti*, Epiſcopi Catalaunenſis, ab *Hincmaro*, Rhemenſi Præſule, anno 868, publico in Conſiſtorio, formatum, exhibet. B. *Zieglerus* tract. de *Epiſcopis*, l. 2. cap. 8. §. 6. pag. 445. Hodiè, ut quis idoneis annumerari valeat, requiri docet *Corvinus*, *Jur. Can.* lib. 1. Tit. 4. pag. 9. ut quis (1) ſit triginta annorum, (2) non ſpurius, (3) nec excommunicatus, (4) nec indoctus, (5) nec Simoniacus, (6) nec Præſul alterius Epiſcopatus, (7) nec Schiſmaticus &c. Vaſtus hic dicendi campus, ſi, citra fulminis periculum, quærere liceret: *Unde ergò petendi Præſules?* Elegans liber eſt, quem anno 1689. Dn. *Moreau* compoſuit, ſub tit. *Traité de la Simonie*; Excerpta quædam Dn. *Thomaſius* Comment. ad cap. 3. *Monzamban.* §. 6. p. 172. & 173. inſeruit.

(*c*) COOPTATIO &c. De triplici electionis modo, per *Inſpirationem* ſcil. *Scrutinium*, & *Compromiſſum*, evolve *Duarenum*, de *Sacris Eccleſiæ Miniſteriis* lib. V. c. 1. & *Matthiam Stephani*, de *Juriſdict.* lib. 3. part. I. c. 9. *Conringio* l. c. commendatos; queis addas Dn. *Zieglerum* l. c. lib. 2. c. 1. §. 41. p. 254. Electio *per ſcrutinium*, hodiè vel ſola ferè in uſu, quandoquidem vota cunctorum Capitularium ſecretè & ſigillatim explorantur; c. 48. & 57. X. de *Elect.*

(*d*) POSTULATIO &c. *Henricus*, Cardinalis *Hoſtienſis*, in *Summ.* ad Tit. De *Poſtulatione*, n. 1. eam ita definit: *Eſt alicujus perſonæ, quæ eligi prohibetur, non propter vitium, ſed propter defectum, qui tamen poſtulatum non omnino inhabilem reddit, ad providendum Eccleſiæ, concors & certa Capituli facta petitio. &c.* Conf. Dn. *Zieglerum* l. c. lib. 2. cap. 6. §. 1. pag. 435. Fundatur Poſtulatio in c. 20. *Innotuit*, lib. 1. Decretal. *Gregorii IX*, Tit. VI, de *Electione & Electi poteſtate*; Quicunque autem color illi obducatur, negari nequit, cum *Conringio* l. c. puriori Eccleſiæ hunc conſtituendi Epiſcopi modum fuiſſe incognitum; ſequiori ævo, in fraudem Legis, inventum, usque hactenus invaluiſſe. Diſpenſatione hac à Pontifice Romano, vi *Concordatorum Germaniæ*, impetranda, factum eſt, ut Pontificii Epiſcopos Proteſtantes, tanquam à Papa non confirmatos, nullatenus hoc nomine dignos, nec in ſca-

mno Principum Clericorum, ad votum & ſeſſionem admittendos, hactenus judicaverint. Vid. *Conringius* l. c. & ad *Lampadium*, Part. 3, cap. 6, §. 8, 9 & 10, p. 236 & 237.

(*e*) DUPLO MAJOR &c. Ventilabatur maxumè hæc quæſtio, anno 1688, *Joſepho Clemente*, Electore Colonienſi, & *Wilhelmo Egone*, Cardinali *Fürſtenbergio*, ob Archi-Epiſcopatum Colonienſem, inter ſe litigantibus. Ille aſſeruerat, Poſtulatum duabus tertiis egere, ſi electo præferatur; Hic cenſuit, majorem Capituli partem ſufficere. Scripta cum publici Juris utrinque facta ſint, eò lectorem remitto; Confer quæ ad præced. Tit. XIV. §. 5. lit. b. p. 1053 dicta ſunt.

28. Epiſcopi Proteſtantium ſunt *Epiſcopi Poſtulati* (*a*); hodie iſtiusmodi Epiſcopatus ferè omnes ſecularisati ſunt. *(b) Confer. Spreng. lib. 2. Inſtit. Jur. Publ. c. 44.* ubi quindecim recenſet.

NOTÆ.

(*a*) POSTULATI &c. Qui confirmationem non petunt à Papa, ſed à Cæſare; hac etiam de cauſa vota exponere tenentur, in Comitiis in ſcamno transverſo, citra tamen characteris diſpendium. Vid. *Inſtr. Pacis Oſnabr.* Artic. V, §. 11 & 22. Conf. præced. §. 27, lit. d.

(*b*) SECULARISATI &c. De *Secularisatione*, quam *Mylerus*, de *Stat. Imp.* cap. 58, & quos *Bruckner*, de *Doman. R. G.* c. 6. §. 3. &c. & 9, §. 35, allegat, in cœlum usque extollunt, legas *Conringii* Tract. de *Pace perpetua, inter Imperii Germanici Ordines, Religione diſſidentes, ſervanda*, lib. I. Sect. I. Concluſ. 6, 7, & 9, p. 11 ad 13; & Sect. 2, Concluſ. 9, p. 27 &c. Ejusdemque Not. ad *Lampadium*, Part. 3, cap. 6, §. 6, pag. 232; Dn. *Oekel, de Præſcript. immemor.* cap. 4, §. 34, pag. 222 & 223. Bona, etiam Deo dicata, urgente neceſſitate Reipublicæ, in alios uſus converti, v. g. hoſtibus, pro redimenda pace, tradi poſſe, communis doctorum ſententia eſt; quamvis circa conſenſum, ejusmodi mutationi neceſſarium, Proteſtantes & Romano-Catholici inter ſe diſſentiant.

29. Univerſum jus Epiſcoporum ferè ad tria capita (*a*) referri poteſt: *Ordinem*, (*b*) *Legem Diœceſanam (c) & Jurisdictionem*; *(d)* Ea, quæ ſunt *Ordinis*, non exercent, niſi ſint conſecrati; *(e) C. Transmiſſam. X. de Elect.* Conſecrati Epiſcopi non ſiunt, niſi obtento *Pallio*, *(f)* quo Pontificalis apex, & Archi-Epiſcopale nomen indulgetur. *(g)*

NOTÆ.

(*a*) TRIA CAPITA; Quartum alii addunt, ſcil. *Dignitatem*, quæ Statum, & privilegia, ac prærogativam Epiſcoporum comprehendit. *Fürſtenſtand.* Vid. *Schilter Inſtit. Jur. Publ.* lib. 1. Tit. 24, §. 4, p. 240; Dn. *Lincken*, de *Jure Epiſcopali*, cap. 7, §. 1, pag. 186; præſertim, cap. 14, p. 429, ad 520; *Laurens*, Diſſ. Inaugur. de *Jure Papali Principum Evangelicorum*, cap. 2. §. 2, p. m. 23; *Laurentius Ohm*, de *Jur. Epiſc.* c. 14 &c. *Beuſt.* Diſſ. Inaugur. de *Juribus Majeſtaticis circa Religionem*, c. 71.

(*b*) ORDINEM. Sub *Damaſi* P. R. nomine, profertur Epiſtola, ordine *quinta*, in qua hæc leguntur: *Quod vero eis* (Presbyteris) *non liceat Sacerdotes conſecrare; nec Diaconos & Sub-Diaconos; nec Altare erigere; nec ungere aut ſacrare: nec Eccleſias dedicare; nec Chriſma conficere, &c. qua omnia ſolis Pontificibus deberi, tam ex ſuperioribus, quam ex aliis Patrum conſtitutis, aut ſacris Canonibus, edocti eſtis &c.* Rejiciendam autem eſſe hanc Epiſtolam in Seculum IX, *David Blondellus*, in *Pſeudo-Iſidoro*, p. 541, & *Joh. Dallaus*, de *Confirmat.* lib. 2, cap. 22, eruditè demonſtrarunt. Auctor Vitæ SS. *Kiliani*, Epiſcopi Wirzburgenſis, *Colomanni* Presbyteri, & *Totnani*, Diaconi, cap. 3 apud *Caniſium*, Tom. IV, *Antiquarum Lectionum, & Surium* 8 Julii, p. 136: *Konon, Romana Eccleſia Pontifex ... ex conſenſu totius Urbis, Beatiſſimum Virum* (Kilianum) *in Præſulatus officium conſtituit, quo & Chriſma conficere, & Eccleſias dedicare, & Sacros Ordines conſecrare, irreprehenſibiliter valeret &c.* Conf. *Cranzius*, lib. X, *Metropol.* cap. 48, p. m. 291; *Johannes de Turre cremata*, ad Diſt. 100; Rectè Dn. *Buddeus*, Exercit. *de Origine & Poteſtate Epiſcoporum*, Jenæ vulgata an. 1705, §. 30, p. 96: *Solet Epiſcoporum Poteſtas dividi in Poteſtatem Ordinis, & Poteſtatem Jurisdictionis Eccleſiaſtica. Illam, ſi ſecundum Verbi divini regulam conſideremus, abſolvitur tantùm facultate docendi, aliosque erudiendi, & adminiſtrandi Sacramenta. Nec profecto aliud officium injunctum fuit Apoſtolis, quorum Succeſſores debent eſſe Epiſcopi &c.* & §. 31,

P. 97

p. 97: *Sed, per Eccleſiæ Leges & Inſtituta, multa alia adhuc ad hanc Ordinis poteſtatem acceſſerunt, Scripturæ Sacræ, & primitivæ ac Apoſtolicæ Eccleſiæ ignota. Namque & Ordinare Clericos, & conſecrare ædes Sacras, & Altaria, & benedicere Abbatibus, Abbatiſſis, Sacris Virginibus, & tradere Spiritum Sanctum converſis hæreticis; baptizatorum præterea frontes ſignare chriſmate; mittere epiſtolas formatas, & quæ alia ſunt ejuſdem commatis ad Epiſcoporum referre munera, moris eſt &c.* Nec aliter *Strauchius*, Diſſ. Exoter. V, de *Controverſiis illuſtribus circa Statum Eccleſiaſticum*, c. 14, p. 131; *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.* cap. 4, §. 11, p. 53; Dn. *Lincken*, l. c. cap. 7, 8 & 9, pag. 186, ad 260; *Schilter* l. c. pag. 239; *Beuſt* l. c. c. 72 & 73.

(*c*) LEGEM DIOECESANAM; *Notat* hæc, ut *Schilteri* verbis utar l. c. p. 240, *jus reformandi, & curam Religionis; jus viſitandi; conſtituendi Paſtores; indicendi Synodos; adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum; jus ſepulturæ: Objectum eſt diſciplina, & Politia externa Eccleſiæ, etiam in alieno. Diœceſis enim eſt non Territorium præciſe ſuum, ſed & jus in alieno Territorio ſeculari, quod vocarunt Sprengel.* Conf. Dn. *Buddeus* l. c. §. 34, p. 111; Dn. *Lincken* l. c. cap. 10. pag. 264 &c. ad 316; *Beuſt.* l. c. c. 74 & ſeqq.

(*d*) JURISDICTIONEM; Apoſtolorum, totiusque Cleri primitivæ Eccleſiæ, juriſdictionem merè fuiſſe eccleſiaſticam, nulla eget probatione. Referenda huc clavium poteſtas. Temporale Imperium corruptiora Secula introduxerunt. Qua de re ſupra. Continet hodie Juriſdictio Eccleſiaſtica: *Epiſcopalem audientiam, pœnæ Eccleſiaſticæ dictanda jus: ſuſpenſionem & remotionem ab officio, aut reſtitutionem; abſolutionem vel relaxationem à juramento; diſpenſationem in gradibus prohibitis; uno verbo, Judicium Eccleſiaſticum, Kirchen-Gericht &c.* Ita *Schilterus* l. c. Spectat huc jus exigendi juramenta; conferendi beneficia; confirmandi privilegia &c. Conf. Dn. *Buddeus* l. c. §. 32 &c. p. 101. Dn. *Lincken*, l. c. cap. XI, pag. 317, ad 348, cap. XII, pag. 349, ad 386, & cap. XIII, p. 390, ad 428.

(*e*) CONSECRATI; Conſecrationem, intra tres menſes, à die Electionis computandos, faciendam, ne Eccleſia, Paſtore orbata, damnum incurrat, Can. XXV, *Chalcedonenſis* Concilii cautum eſt; *Quoniam quidam Metropolitani, ſicut ad Nos pervenit, greges ſibi commiſſos negligunt, & Epiſcoporum Ordinationes differunt, viſum eſt S. Synodo, intra menſes fieri Ordinationes Epiſcoporum, niſi fortè inexcuſabilis* (inevitabilis) *neceſſitas coëgerit tempus dilationis prorogari. Si autem hoc non fecerint, eos Eccleſiaſticæ correctioni ſubjici &c.* Conf. *Pelagius*, apud *Gratianum*, Diſtinct. 100, cap. 1, Quoniam &c. Cernimus ſimul hinc, *conſecrare Epiſcopos*, fuiſſe quondam *Archi-Epiſcopi* muneris; hinc *Anicetus*, P. R. ad Epiſcopos Galliæ, apud *Gratianum*, Diſt. LXIV, cap. 4, *Comprovinciales*: *Comprovinciales Epiſcopi, ſi neceſſe fuerit, cæteris conſentientibus, à tribus, juſſu Archi-Epiſcopi, conſecrari poſſunt Epiſcopis &c.* & Concilium *Nicanum* 1, Can. 4; *Epiſcopi, ab omnibus, qui ſunt in Provincia ſua, debent ordinari. Si vero hoc difficile fuerit, vel aliqua urgente neceſſitate, vel itineris longitudine, certè tres Epiſcopi debent in unum congregari, ita ut etiam cæterorum, qui abſentes ſunt, conſenſum in literis teneant, & ita faciant ordinationem, Poteſtas ſanè vel confirmatio pertinebit, per ſingulas Provincias, ad Metropolitanum Epiſcopum &c.* Conf. Can. Concilii Romani, ſub *Martino* Papa, apud *Gratianum*, Diſtinct. 65, cad. 2: *Non debet ordinari Epiſcopus, abſque conſilio & præſentia Metropolitani Epiſcopi &c.* & Can. 19. Concilii *Antiocheni*, ibid. c. 3. *Epiſcopus non eſt ordinandus, ſine conſilio & præſentia Metropolitani Epiſcopi, cui melius erit, ſi ex omni Provincia congregentur Epiſcopi &c.* & Can. 10, Concilii *Aurelianenſis V*: *Epiſcopus, à Metropolitano, vel quem in vice ſua præmiſerit, cum Comprovincialibus, Pontifex conſecretur &c.* De quo argumento, evolvas B. *Ziegleri* Tract. de *Epiſcopis*, lib. 2, cap. IX, p. 448 ad 463. Notatu digna, quæ, ex literis *Hincmari*, ad *Adventium*, Metenſem Epiſcopum, de ordine, quo tam Metropolitani, quam Diœceſani, Præſules, Seculo IX, in Gallia fuerint conſecrati, l. c. §. 4, p. 450 & 451, adducit. Ab exitu Seculi XIV, annumeratur hoc jus in Germania, Pontificis Romani Reſervatis. Vid. *Conringius*, de *Republica*, Exercit. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum German.* §. 74, p. m. 454 &c. Ipſe Papa, à temporibus *Dionyſii*, circa annum 271 defuncti, ab *Hoſtienſi* Epiſcopo conſecrari ſolet. Hiſtoriam addit *Robertus de Monte*, Append. ad *Sigebertum Gemblacenſem*, ad an. 1181, apud *Piſtorium*, p. m. 671: *Oſtienſis Epiſcopus, ex antiqua conſuetudine, ordinat & ſacrat Pontificem Romanum. Quæ conſuetudo exinde accidit, quod martyrizato B. Sixto, & S. Laurentio, ejus Diacono, B. Juſtinus Presbyter, cum Clero Romano, elegit Dionyſium in Pontificem Romanum, quem ſacravit Maximus, Oſtienſis Epiſcopus. Ex hac conſuetudine exinde Oſtienſis Epiſcopus ordinat & ſacrat Romanum Pontificem, & habet Pallium, ſolummodo ad ea, quæ pertinent in ordinatione & conſecratione Romani Pontificis &c.* Abſolvitur jam *Conſecratio*: Unctione Chriſmatis in Vertice capitis, manibus & brachiis, in formam crucis, adhibitis precibus conſuetis. *Abbates* ſaltem *benedici*, non *conſecrari* dicuntur; ita *Zieglerus* l. c. §. 22, pag. 463: *Nec illud omitti debet, quod accuratè hodie diſtingui ſoleat, à Canoniſtis, inter Benedictionem & Conſecrationem, ita, ut Epiſcopi conſecrari, Abbates verò benedici tantum, dicantur . . . differentiæ ratio videtur*

primum accerſita exinde, quod Ordinationem Sacramentum eſſe ſtatuerunt Eccleſiæ Latinæ Doctores, atque id applicari noluerunt Abbatibus, quippe quos in Ordine eſſe negant, repetunt hanc diſtinctionem ab ætate *Ivonis*, cujus Epiſtolæ 73 verba quædam *Zieglerus* l. c. recitat, notans autem ſimul, ex Ejusdem Epiſtola 88, *Benedictionis* vocabulum promiſcuè Abbati & Epiſcopo applicari.

(*f*) PALLIO; de quo vid. *Paulus Lancellotus*, in *Templo Juſtitiæ*, lib. 2, cap. 4, §. 7 &c. *Serrarius*, lib. 3. *Rer. Moguntin.* f. 486 &c. *Cucchus*, lib. 1. *Inſtit. Jur. Canon.* Tit. X; *Alzedo*, de *dignitate Epiſcopali*, f. 152 &c. *Onuphrius Panvinius, de Sacrarum veſtium generibus*, voc. *Pallium*; *Du Freſne* Gloſſ. voc: *Pallium*, pag. 106 &c. *Spelmannus*, Gloſſ. voc. ead. p. 443 & 444; *Speidelius*, *Spec.* voc. ead. p. m. 700; *Petrus de Marca*, lib. VI, de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, cap. 6 & 7, p. m. 803 ad 818; & quos ſeq. §. 30, adduxi alios. Nemo illud conſequitur, niſi qui prius ſolenne juramentum præſtet (1) Pontifici Romano ſe fidelem futurum, (2) Eccleſiæ Bona non alienaturum, ſed bona fide conſervaturum, (3) Regulas Canonicas ſanctè ſervaturum &c. De quo, ante Seculum XI, altum erat ſilentium; hinc *Paſchalis* 2, Panormitano Archi-Epiſcopo, lib. 1. Decretalium *Gregorii IX*, Tit. VI, de *Electione & Electi poteſtate*, cap. 4. *Significaſti &c. Significaſti, Reges & Regni Majores, admiratione permotos, quod Pallium tibi, ab Apocriſariis noſtris, tali conditione, oblatum fuerit: Si Sacramentum, quod à nobis ſcriptum detulerant, exhiberes* - - - - *Ajunt: In Conciliis ſtatutum non inveniri; quaſi Romanæ Eccleſia legem Conciliis ulla præfixerint* - - - - *cum igitur, à Sede Apoſtolica veſtræ inſignia dignitatis exigitis, quæ à B. Petri tantùm corpore aſſumuntur: juſtum eſt, ut vos quoque Sedi Apoſtolicæ ſubjectionis debitæ ſigna ſolvatis, quæ vos, cum B. Petro, tanquam membra, de membro, habere, & Catholici Capitis unitatem ſervare declarent &c.* Exemplum ejus ſecuti reliqui. *Alexandrum III*, ſtatuiſſe, ne quis Archi-Epiſcoporum *Pallium* reciperet, niſi exhibito prius Romano Pontifici obedientiæ juramento; ex *Pantaleone*, notant *Centuriatores Magdeburgici*, Centur. XII, cap. 7, p. 1058. De Patriarchalibus Sedibus, *Conſtantinopolitana, Alexandrina, Antiochena & Hieroſolymitana*, inquit Canon V, Lateranenſis Concilii, an. 1215; *Poſtquam eorum Antiſtites à Romano Pontifice receperint Pallium, quod eſt plenitudinis Pontificalis inſigne, præſtito ſibi fidelitatis & obedientiæ juramento, licenter & ipſe ſuis Suffraganeis Pallium largiantur, recipientes, pro ſe, profeſſionem Canonicam; &, pro Romana Eccleſia, ſponſionem obedientiæ, ab iisdem &c.* Conſ. *Lancellotus*, l. c. §. 8. & ſeqq. *Speidelius* l. c. *Centuriatores*, Centur. XIII, cap. 9, p. 799. *Conringius*, de *Republ.* Exercit. VII, de *Conſtitutione Epiſcoporum*, §. 73, p. 452, & §. 89, p. 482; *Strauchius*, Diſſert. Exoter. V, de *Controverſiis Illuſtribus, circa Statum Eccleſiaſticum*, c. 14, p. m. 130.

(*g*) INDULGETUR; Concilii *Matiſconenſis I*, an. 582, (ut *Baronio*, Tom. VII *Annal.* ad h. a. pag. 626, videtur, in Galliis, celebrati, Patres, Canon. VI, ita: *Archi-Epiſcopus ſine Pallio, Miſſas dicere non præſumat &c.* *Rabanus* lib. 1 de *Inſtit. Cleric.* c. 23, ait: *Super hac omnia, Summo Pontifici, (qui Archi-Epiſcopus vocatur,) propter Apoſtolicam vicem, Pallii honor decernitur; quod genus indumenti Crucis ſignaculum purpureo colore exprimit, ut ipſo indutus Pontifex, à tergo & pectore, crucem habeat, ſuaque mente piè & dignè de paſſione Redemptoris cogitet, ac populo, pro quo dominum deprecatur, redemptionis ſuæ ſingnaculum demonſtret &c.* Quæ & apud *Centuriatores Magdeburg.* Centur. IX, cap. 6, pag. 232, occurrunt. In *Octava Synodo Oecumenica*, an. 869, (ut *Baronius* Tom. X *Annal.* ad h. a. pag. 408 &c. tradit,) *Conſtantinopoli*, contra *Photium*, præſentibus *Hadriani* 2 Legatis, habita, ſtatutum eſt, debere Metropolitanos, ab ipſorum Patriarcha, ſive per impoſitionem manuum, ſive per *Conceſſionem Pallii*, confirmationem ſuſcipere: *Ita, ut earum* (Sedium Patriarchalium) *Præſules univerſorum Metropolitanorum, qui ab ipſis promoventur, &, ſive per manus impoſitionem, ſive per Pallii dationem, Epiſcopalis dignitatis firmitatem accipiunt &c.* Sic *Hadriani* Succeſſor, *Johannes VIII*, Epiſt. 26 ex iis, quas *Sirmondus* edidit: *Antequam Metropolitanus Pallio decoretur, non ei licet Clericos ordinare, Pontifices conſecrare, vel Eccleſias dedicare, nec poteſt Archi-Epiſcopus appellari &c.* & *Paſchalis* 2 apud *Onuphrium Panvinium*, de *Sacrarum veſtium generibus*, voc. *Pallium*: *Pallium, eſt inſigne Archi-Epiſcopalis dignitatis &c.* & *Innocentius III*, lib. 1 *Myſteriorum Miſſæ*, cap. 63, pag. 334, apud *Spelmannum*, Gloſſar. voc. *Pallium* pag. m. 444, ex MS. Codice Cantabrigienſi: *Dicitur autem Pallium, plenitudo Pontificialis officii, quoniam in ipſo, & cum ipſo, confertur Pontificalis officii plenitudo. Nam, antequam Metropolitanus Pallio decoretur, nec debet Clericos ordinare, Pontifices conſecrare, vel Eccleſias dedicare, aut Archi-Epiſcopus appellari &c.* & lib. 1 *Decretalium Gregorii IX*, Tit. IV, cap. 28, *Quod ſicut &c. Cum non liceat Archi-Epiſcopo, ſine Pallio, convocare Concilium, conficere Chriſma, dedicare Baſilicas, ordinare Clericos, & Epiſcopos conſecrare; multum profectò præſumit, qui, ante-*

quam

Digitized by Google

quam impetret pallium, Clericos ordinare feſtinat &c & l. c. Tit. VII, cap. 7. *Niſi ſpecialis &c. Si poſtulatio Trojani Epiſcopi, ad Panormitanam Eccleſiam, fuiſſet, per Nos etiam, approbata, non tamen deberet ſe Archi-Epiſcopum appellare, priusquam à Nobis Pallium ſuſcepiſſet: in quo Pontificialis Officii plenitudo, cum Archi-Epiſcopalis nominis appellatione, confertur &c.* Conſ. Synodus *Ravennatenſis*, an. 878, Can. I; *Petrus Damiani*, lib. VII, Epiſt. 4; Synodus *Lateranenſis* an 1215, cap. V, præced. lit. f. Formula petendi *Pallii*, ſeq. §. 30, lit. d. Formula conferendi *Pallii*, apud *Johannem Burcardum*, Ceremoniarum Magiſtrum, in *Antiquo Ceremoniali* vacantis Romanæ Sedis, à morte *Sixti IV*, usque ad ingreſſum *Innocentii VIII*, referente Ill. Dn. de *Leibnitz*. Tom. 2 *Cod. Diplom. Juris Gentium*, p. 149; & *Cencium Camerarium*, in *Ceremoniali* referente *Du Freſne* Gloſſar. voc. *Pallium*, p. m. 106: *Accipe Pallium, plenitudinem ſcilicet Pontificialis officii, ad honorem Omnipotentis Dei, Glorioſæ Virginis Mariæ, Ejus Genetricis, Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ &c.* *Venatorius*, in *Analyſi Juris Pontificii*, lib. 1, Tit. 8; *Du Freſne* l. c. p. 107; *Lancellotus* l. c. §. 12 & 13; *Speidelius*, l. c. p. 701.

30. Eſt autem Pallium (*a*) genus Veſtis, ſive Faſcia, latitudinis trium digitorum, ex candida lana, de ovibus D. Petri ſumpta, & lino, confecta, habens circulum, humeros conſtringentem, & duas lineas, ſive chordulas, ab utraque parte, ante & retrò, pendentes, cui intextæ ſunt quatuor cruces, duæ purpureæ, & duæ nigræ, quarum una ad pectus, altera retrò in humeris jacet, reliquæ duæ dextrum & ſiniſtrum brachium ornant. Conficitur in hunc modum: (*b*) Die 21 Januar. quo D. Agnetis feſtum celebratur, in ejus templo, dum in ſacris myſteriis canitur: Agnus Dei; Duo candidi agnelli ſuper ara ſtatuuntur, & Subdiaconis D. Petri traduntur. Hi in paſcua miſſi, verno tempore tondentur. Ex ea lana, alii permiſta, & in fila deducta, Pallia texuntur, à Monialibus (*c*) Turris Speculi, quæ in extremo firmantur lamellis plumbeis: deinde ad aram *D. Petri & Pauli* deferuntur, & ibi ſolennibus precibus recitatis à Pontifice conſecrantur, & per noctem relinquuntur: (*d*) mane Subdiaconi recipiunt & ſervant, donec Archi-Epiſcopis conferantur. (*e*) Ab initio fuerunt ornamentum Imperatorum: (*f*) ab his Epiſcopi dono (*g*) hoc acceperunt, in ſignum gratiæ & honoris. Poſtea Pontifex *in ſuam* juriſdictionem illud convertit; & primò quidem Archi-Epiſcopis (*h*) tantùm ab ipſo dabatur: ſed hodie etiam *ad Epiſcopos* (*i*) extenſum. Sepelitur cum ſuo Epiſcopo, nec ad ſucceſſorem (*k*) tranſit. *c. 2 & 3. X. de auth. & uſu pallii.* Olim gratis (*l*) dabatur. *C. Novit. diſt. 100.* Poſtea mille florenis Germanicis: ſucceſſu temporis 20000. (*m*) & tandem 30000. conſtabat. Et ſic immenſæ pecuniæ ſumma in Cameram Papalem inferabatur. Quid in Inſtr. Pacis diſpoſitum ſit, ſupra diximus. *Vid. hic pluribus Oldenburg. ad L. P. part. 2. Diſc. 11. p. 104.*

Reliqua Epiſcoporum jura videbimus infra *lib. 3.*

NOTÆ.

(*a*) EST AUTEM PALLIUM. *Durandus* lib. 3 *Ration.* c. 17, §. 3. ait: *Eſt autem Pallium, de candida lana contextum, habens circulum humeros conſtringentem & duas lineas ab utraque parte, videlicet ante & retro pendentes: à ſiniſtris eſt duplex, à dextris ſimplex: habet quatuor cruces purpureas, ſcilicet ante & retro, à dextris & à ſiniſtris. Infiguntur in pallio tres acus aureæ, &c.* Sic *Lotharius* Cardinalis, poſtea *Innocentius III* P. R. de *Officio Miſſæ*: *Pallium illud, quo Majores Epiſcopi utuntur, eſt de candida lana contextum, deſuper habens circulum humeros conſtringentem, & duas lineas ab utraque parte pendentes, quatuor cruces purpureas, ante, retro, à dextris, à ſiniſtris, ſed à ſiniſtris duplex eſt, & ſimplex à dextris. Tres etiam acus aureæ infiguntur Pallio, ante pectus, ſuper humerum, & poſt tergum; ſuper dextrum humerum non infigitur; hæc qualibet acus pretioſum continet &c.* Conſ. *Onuphrius Panvinius*, de *Sacrarum Veſtium generibus*, voc. *Pallium*, eadem proferens: & *Chriſtophorus Marcellus*, lib. 1 *Ceremonialis Romani*, Sect. 10, cujus verba ſeq. lit. b, recitabo; *Matth. Stephani*

phani, de *Juriſdictione*, lib.3, Part. 1, cap. 12, §. 12; *Limnæus Jur. Publ.* lib. 3, cap. 3, §. 48. pag. 37. *Spelmannus*, Gloſſ. voc. *Pallium*, pag. 444; *Petrus de Marca*, de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, lib. VI, cap. VI, §. 3, p. m. 805; *Du Freſne*, Gloſſar. voc. *Pallium*, p. 106; Dn. *Zieglerus*, de *Epiſcopis*, lib. 2, cap. 10, §. 2, pag. 465; *Strauchius*, Diſſert. Exoter. V, *de Controverſiis Illuſtribus circa Statum Eccleſiaſticum*, §. 12, p. 128 & 129. Myſticam interpretationem ſubminiſtrat *Clemens* 2 P. R. in literis ad *Johannem*, Archi-Epiſcopum *Salernitanum*, apud *Baronium*, Tom. XI, Annal. ad an. 1047. §. XII, p. m. 151: *Quia* (Pallium) *de vellere ovis eſt; intellige: Te ovium Paſtorem. Et quia eo circumcingeris, & etiam circa humeros portas; cognoſcas, & undique circumſpicias: ne aliqua erret, & in morſus incidat luporum; Quod ſi aliquando, (quod abſit,) contigerit, eam habeas in humeros ad caulam reportare, & priſtinæ ſocietati coadunare. Quod vero, ante & retro crux domini habetur: illud Apoſtolicum ſemper docet ante oculos tua mentis habere: Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo &c.* Huc inſuper ſpectat, quod *Iſidorus, Peluſiota*, circa annum 440 florens, in Epiſtola ad *Herminum* Comitem, lib. 1, Epiſt. 136, apud eundem, l. c. Tom. VII, ad an. 553, lit. B. p. 426, refert: *Id autem Amiculum, quod Sacerdos humeris geſtat, atque ex lana & lino contextum eſt, ovis illius, quam dominus oberrantem quæſivit, inventamque humeris ſuis ſuſtulit, pellem deſignat. Epiſcopus enim, qui Chriſti typum gerit, Ipſius munere fungitur, atque ipſo etiam habitu illud omnibus oſtendit, ſe boni Illius ac magni Paſtoris imitatorem eſſe, qui gregis infirmitates ſibi ferendas propoſuit &c.* Hæc omnia plenius *Innocentius III*, lib. *Myſteriorum Miſſæ* cap. 63, p. 334 Cod. MS. Cantabrigienſis, apud *Spelmannum* l. c. ubi & circulus pallii, & forma, & lineæ, & acus &c. explicantur; Conf. *Speidelius*, voc. *Pallium*, pag. 700. Add. diploma *Symmachi* ad *Theodorum* Laureacenſem, ſeq. lit. h.

(*b*) IN HUNC MODUM; *Chriſtophorus Marcellus*, lib. 1 *Ceremonialis Romani*, Sect. 10, de his clarius loquitur: *Cura conficiendorum & conſervandorum Palliorum ad Subdiaconos Apoſtolicos pertinet, qui, ex lana munda & alba, illa hoc pacto conficiunt: Sanctimoniales Monaſterii S. Agnetis, vel Religioſi, qui ſunt in illa Eccleſia, offerunt quotannis agnos duos albos ſuper altare illius Eccleſiæ, in die feſtivitatis S. Agnetis, dum in Miſſa ſolemni cantatur: Agnus Dei, qui agni recipiuntur à duobus Canonicis Eccleſiæ Lateranenſis, & ab eis poſtea conſignantur Subdiaconis Apoſtolicis, qui agnos ipſos in paſcua mittunt, quoad veniat tempus tondendi ipſos agnos opportunum. Ex his agnis lana tondetur, quæ, mixta cum alia lana alba & pariter munda, reducitur in filum, ex quo Pallia hujusmodi contexuntur, latitudine digitorum trium, redacta in orbem, ita ut humerus Præſulum ambiant. A pectore & renibus, particulam pendentem habet Pallium, longitudinis palmi, & in extremitatibus laminas plumbeas tenues, ad parem laſitudinem in fine orbiculatas, nigro ſerico tectas, inſutas ſupra pendentes particulas ante & poſt, & ſuper humeros utrosque &c. Onuphrius Panvinius*, l. c. voc. *Pallium* inquit: *Antiquitus candidi agnelli ſine macula nutriebantur à Monialibus albis S. Andreæ, prope S. Marcellum de Urbe; poſtea, ea cura ad Moniales S. Hagnetis extra Urbem, Via Nomentana, translata fuit; hodie, eſt Monialium turris Speculi. Qui, dominica in Albis, circuibant altare S. Petri. Ex ejusmodi agnis ſumitur lana, de qua, per easdem virgines, Pallia texuntur, quæ Papa, & Archi-Epiſcopis, per manum primi Diaconi, initio ipſorum promotionis, dari ſolent. Qui, niſi accepto Pallio, neminem Epiſcopum conſecrare poſſunt &c.* Conf. *Sleidanus*, de *Statu Religionis* lib. 13, *Strauchius* l. c. *Zieglerus* l. c. §. 3, pag. 465; *Limnæus* l. c. *Becmannus, Notit. Dignit.* Illuſtr. Diſſert. XV, c. 1, §. 8; *Hœpping.* de *Jure Inſignium*, c. 2, §. 6, Sect. 3, membr. 5, §. 350; *Thulemarius Octovirat.* cap. 23, §. 8, pag. 405 & 406; *Europ. Herold.* Tom. I, pag. 879. Alii.

(*c*) A MONIALIBUS; Idem docent: *Chriſtophorus Marcellus* l. c. *Eraſmus Ungebaur*, in *Decretali*, opere Poſthumo, Tit. XVIII, §. 3; *Onuphrius Panvinius* l. c. *Johannes Baptiſta Vivianus*, in *Ration. Jur. Canon.* cap. ult. Tit. de *Authoriſate & uſu Pallii.*

(*d*) RELINQUUNTUR; Scilicet, ſuper corporibus laudatorum Apoſtolorum; hinc nata petendi Pallii formula: *Ego electus Epiſcopus Eccleſiæ N. inſtanter, inſtantius, inſtantiſſimè, peto, mihi tradi Pallium deſumptum de corpore S. Petri & Pauli, in quo plenitudo officii Paſtoralis conſiſtit &c.* Rectè *Chriſtophorus Marcellus* l. c: *Sic confecta Pallia, per Subdiaconos, portant ad Baſilicam Principis Apoſtolorum, & per Canonicos Baſilicæ, ponuntur ſuper corpora Petri & Pauli Apoſtolorum ſub altari majori; ubi, factis ex more Vigiliis, illa per noctem dimittunt; deinde reſtituunt Subdiaconis, qui, in loco honeſto, ea conſervant &c.* Ob hanc rationem, *Pallia, de corpore B. Petri ſumpta*, pallium dicuntur; vid. *Paſchalis* 2, præced. §. 29, lit. f; *Onuphrius* l. c. *Du Freſne* l. c. *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc: *Pallium*, p. m. 720. *Speidelius*, voc. ead. p. 701.

(*e*) CONFERANTUR, ad Pallium ſuſcipiendum ex decreto *Pelagii*, qui an. 556 floruit, apud *Gratianum*, Diſtinct. 100, cap. 1, *Quoniam*; quilibet electus, confirmatus & conſecratus Archi-Epiſcopus, infra tres menſes, ad Apoſtolicam, ut vocant, Sedem mittere debet; aliàs conceſſa ſibi dignitate caret, niſi conſuetudo Curiæ aliud introduxerit; Vid. *Lancellotus* in *Templo Juſtitiæ* lib. 2, cap. 4, §. 10. ad finem; *Speidelius* l. c. pag. 700 *Spelmannus* l. c. pag. 444. Conferuntur autem *Pallia* certis duntaxat temporibus, nimi-

Digitized by Google

nim, in *Nativitate Domini;* Feſtivitate SS. *Stephani & Johannis: Feſto circumciſionis & Epiphaniæ;* Dominica *Palmarum; in Cœna Domini; in Octava Paſchæ & Pentecoſtes; in nativitate S. Johannis Baptiſtæ & omnium Apoſtolorum;* in tribus feſtivitatibus *S. Mariæ*, commemoratione *omnium Sanctorum;* in *dedicationibus Eccleſiarum*, in principalibus *Feſtivitatibus Eccleſiæ* petentis Epiſcopi; in *Ordinationibus Clericorum; Conſecratione Epiſcoporum:* & in die *anniverſariæ conſecrationis* Epiſcopalis, vel Eccleſiæ. Facit hanc in rem, Diploma *Benedicti VIII*, an. 1017, efflagitanti *Pallium Popponi*, Trevirenſium Archi-Epiſcopo, transmiſſum, apud *Golſcherum*, in *Geſtis Treverorum* cap. 49, p. m. 72 & 73: *Pallium tibi transmittimus, hujus privilegii noſtri autoritate, ſtatuentes, ut, in celebratione Miſſarum, his tantummodo ſolennitatibus eo adornatus incedas, videlicet: In Nativitate Domini; in Epiphania Domini; in Cœna Domini; in Paſcha; in Pentecoſte; in Aſcenſione Domini; & in feſtivitatibus S. Dei Genitricis & perpetuæ Virginis, Mariæ; & in Nativitate S. Johannis Baptiſtæ; & in ſolennibus omnium Apoſtolorum; & in ſolennitate omnium Sanctorum; in feſtis quoque illorum Sanctorum, quorum corpora & reliquiæ in tuo Epiſcopatu habentur; & in Dedicatione tuæ Eccleſiæ; & in die annua Ordinationis tuæ, & ſi quando ſacros ordines competenter ſacere decreveris &c.* Conf. Diploma *Johannis XIII*, *Adelberto*, Archi-Epiſcopo *Magdeburgenſi*, dato, an. 968, apud *Sagittarium*, in *Antiquitatibus Magdeburgicis*, §. 108. p. m. 80; *Lancellotus* l. c. §. 12; *Speidelius*, l. c. pag. 701; *Du Freſne* l. c. p. 107.

(*f*) ORNAMENTUM IMPERATORUM; Nunquam tamen Imperatores *Pallio Epiſcopali* uſi ſunt; ſed ſimili duntaxat indumento, ſplendidiſſimo quidem & pretioſo, ad talos usque protenſo, in totius corporis tegumentum; cum *Epiſcopale* exigua ſaltem ſit faſcia. Sic *Commodus* Imp. *Clodio Albino*, apud *Julium Capitolinum*, in vita *Albini*, Tom. 2. *Hiſtoriæ Auguſtæ*, *Friderici Sylburgii*, p. m. 181: *Sane, ut tibi inſigne aliquod Imperialis Majeſtatis accedat, habebis utendi coccinei Pallii facultatem, me præſente, & ad me, & quum mecum fueris; habiturus & purpuram, ſed ſine auro &c.* Et *Valerianus* Auguſtus, Conſulem creando *Aurelianum*, apud *Flavium Vopiſcum*, in *Aureliano*, ibid. p. m. 274: *Cape igitur Tibi, pro rebus geſtis tuis, coronas murales quatuor, coronas vallares quinque, coronas navales duas, coronas civicas duas, haſtas puras decem, vexilla bicolora quatuor, tunicas ducales ruſſas quatuor. Pallia Proconſularia duo, togam prætextam, tunicam palmatam, togam pictam, ſubarmalem profundum, ſellam eboratam. Nam Te Conſulem hodie deſigno, ſcripturus ad Senatum, ut tibi deputet ſcipionem, deputet etiam faſces. Hæc enim Imperator, non ſolet dare, ſed à Senatu, quando fit Conſul, accipere &c. Eodem Aureliano, ingrediente Antiochiam, in vehiculo, quod præ vulnere tunc equo ſedere non poſſet, ita Pallium purpureum, quod in honorem ejus expanſum fuerat, decidit, ut humeros Ejus tegeret &c.* Hæc idem *Vopiſcus* l. c. pag. 272. Conf. *Petrus de Marca* l. c. lib. VI, cap. VI, §. 7 & 8, pag. 807 & 808; notans, ſimul in donatione *Conſtantini Magni* utut Seculo IX demum efficta, Pallium Imperiale, *chlamydem purpuream*, vocari; nec re vera *Superhumerale*, cujus ibidem mentio fit, hoc nomine intelligendum, licet *Hugo de Nunant*, Epiſcopus *Coventrenſis*, in Epiſtola, de *Dejectione Willielmi*, *Elienſis Epiſcopi*, Regis Cancellarii, apud *Rogerum de Hoveden*, Part. poſter. *Annalium Anglicorum*, in vita *Richardi I*, apud *Savile*, de *Scriptoribus Angl.* p. 703, id affirmet, verb: *Veniebat enim à partibus Normanniæ Archi-Epiſcopus ille præfatus, cum Baculo Paſtorali, cum Mitra & Annulo, & Superhumerali, quod, novis temporibus, Pallium nuncupatur &c.* B. *Zieglerus* l. c. §. 12, & 13, p. 470 & 471;

(*g*) EPISCOPI; Ab initio, *Pallium* ad omnes Sacerdotes & Epiſcopos, nec ad ſolos ſpectaſſe Metropolitanos, ex *Iſidori Peluſiotæ* lib. I, Epiſt. 136, ad *Herminum*, docet *Spelmannus* l. c. verba, præced. lit. a, pag. 1423, exhibui. Fuiſſe verò beneficium Imperatorium, auctoritate *Liberati Diaconi*, cap. 21. *Breviarii Antimum*, Byzantinum Patriarcham, de ſede deturbatum, *Juſtiniano* Imperatori, *Pallium reddidiſſe*, perhibentis, probat *Petrus de Marca* l. c. §. 10, p. m. 808. *Anthimus*, (inquit Liberatus) *videns, ſe ſede pulſum, Pallium, quod habuit, Imperatoribus* (Juſtiniano, ejusque Conjugi, Theodoræ,) *reddidit &c.* Conf. *Zieglerus*, l. c. §. 13 &c. & *Strauchius* l. c. §. 13, pag. 129. Benè hinc *Petrus de Marca* l. c. pag. 809, *Pallia*, non niſi conſentientibus Principibus, à Romanis Pontificibus; primis temporibus fuiſſe diſtributa, aſſerit; quod jus poſtea, corruptiori Eccleſiæ ſtatu, privilegii inſtar, iſti Præſules ſibi vindicarunt. Fundamento igitur caret, quod *Anaſtaſius Bibliothecarius*, de *Marco* Papa, an. 336 electo, p. m. 26, perhibet: *Hic Conſtituit: Ut Epiſcopus Oſtienſis, qui conſecrat Epiſcopum Urbis, Pallio uteretur, & ab eodem Epiſcopo Urbis Romæ conſecraretur &c.* Altum enim tunc de *Pallio* erat ſilentium.

(*h*) ARCHI-EPISCOPIS; Exempli loco eſſe poteſt *Symmachus* P. R. an. 498 florens, qui, ſequens Diploma, quo *Laureacenſem* Eccleſiam *Metropolitanam* declaravit, apud *Lambecium*, lib. 2. *Comment. Bibliothecæ Cæſareæ* cap. VIII, pag. 650, ad *Theodorum*, Præſulem, transmiſit: *Diebus vitæ tuæ, Pallii uſum, quem ad Sacerdotalis Officii decorem, & ad oſtendendam*

